Universidad de Deusto
Biblioteca

DIONY
CARTHU
IN EPIS-
S. PAULI

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ygnacio

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. DIONYSII CARthusiani in omnes beati Pauli EPISTOLAS COMMENTARIA, CVI quidem in componendis enarrandísque sacratum literarum libris, (si singula spectes) pari ingenio dexteritatéque vix alter successit.

EIVSDEM

In VII. Epistolas Canonicas, Acta Apostolorum, Apocalypsim, & Hymnos Ecclesiasticos, non minus piæ quàm eruditæ Enarrationes.



FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

B. de S. M. de la V. 1965

PARISIIS.

Apud Ioannem Foucherium sub Scuto Florentiæ, via ad D. Iacobum.

M. D. LL.

INDEX RERVM memorabilium ex Commentariis D. Dionysij Carthusiani in omnes D. Pauli epistolas seriè literaria.

A

Aaron typus eorum qui ad dignitates ecclesiasticas assumendi sunt 118, C

Abba pater quid notent 78,B

Abraham quando & cur circuncisionem accepit, & quòd ante eam iustus fuerit vt alij multi 10,B

Abraham quomodo corpus suum emortuum dicit, quum post mortem Saræ Cethuram duxerit, ex eáque liberos genuerit 10,G

Abraham an dubitauerit de promissione facta, dicendo, putásne centenario nascetur filius &c. 10,G

Adam quomodo figura Christi 12,D

Adiuratio an licita sit, & quatenus 99,G

Adiurare quid 97,G

Adoptionis spiritum etiam in veteri testamento electi acceperunt, sed non ex lege 17,E

Adoptionis nostræ in filios dei signum & arra spirituſs. 74,B

Aduentus Christi cur primùm occultus 23,H

Aemulari multis modis accipitur in scripturis 65,A

Aemulatio quæ 76,A

Aër pro cælo vsurpatur 85,B

Aeternum quid est 113,H

Affectus hic est serui fidelis, vt quod communiter pro omnibus fecit christus & pertulit, singulariter pro se tantùm putet illum fecisse & pertulisse, ídque meritò & quare 72,A

Agar vxor erat Abrahæ antequam eam cognouisset, aliàs adulter fuisset 78,F

Agnus christi quomodo occisus ab origine mundi 123,D

Agricultura dei quomodo homo 36,G

Amor primum donum gratuitum in quo omnia donantur 11,F

Amor & timor legis euangeliique differentia 14,D

Anathema à Christo fieri pro fratribus suis quomodo exoptauerit Paulus 20,A,B,C,D

Angeli boni & mali quomodo iudicabuntur in die iudicij 39,E,F

Angelus dominus etiam frequenter appellatur 73,D

Angelorum prælatio quomodo euacuabitur in die iudicij 53,G

Angeli à an principio seculi cognouerint mysterium regni cælestis, hoc est christi incarnationem 80,E,F

Angeli an omnes foras mittantur 114,F

Angeli omnes administratorij spiritus esse quomodo intelligantur 114,H

Anima verius est vbi amat quàm vbi animat 89,E

Antichristo occiso an omnes futuri sint boni qui remanebunt 28,G,H

Antichristi aduentus quando 100,F

Antichristꝰ quomodo peribit 101,A

Antichristi aduentus duplex 101,A

Antichristus & eius ministri an vera miracula facient 101,B

Antichristus quibus mendaciis & modis mundum decipiet 101,C

Archangeli quare nominati 114,F

Arra spirituſſ. nostræ hæreditatis quomodo dicatur 78,B

Arra & pignus quomodo differant 78,B

Astutus in vtranque partem capitur 63,G

Auxilium humanum non esse contemnendum quandiu ordinatè & cōgruè haberi potest, quamuis semper in domino sperandum sit, exemplo Pauli, Dauid, probatur 67,A

Auaritia quomodo idolorum seruitus 83,D

Auxilij humani virtus etiam à deo omnis dependet 67,A

Auxilium ad diuinum non prius esse recurrendum, nisi cum deficit humanum, exemplo Ezechiæ probatur 67,A

B

Baptismus sepulturam & resurrectionem Christi repræsentat 53,C

Baptismum suscipiens obligat se ad omnia præcepta euangelica: sicut circuncisio ad omnia legis præcepta obligabat 75,C

Baptisma vnum quomodo dicatur 81,E

Beatitudo animarum sicut maior erit quàm esset naturalis fœlicitas angelorum: sic erit maior perfectio corporum glorificatorum quàm sit perfectio cælestium corporum 54,H

Beatitudo quid 78,D

Benedictio, pro dono liberali frequenter accipitur 77,E

Benignitas quæ 7,C

Bonus qui dicatur 11,F

Bonitas quæ 76,C

Bonitas & misericordia dei per hoc maximè commendantur, quia miseris clementer subuenit 115,G

Brauium quid 89,C

C

Caeli quot 81,G

cælum Empyreum nouissimum 81,G

cælum tertium, empyreum 7,C

caput christus omnium electorum etiam angelorum secundum vtranque naturam: caput verò viri, vt homo, multis rationibus 47,A

caput ecclesiæ christus quomodo dicatur 78,G

caro christi cur velamen appellatur 124,C

carnis opera quæ 76,A

Castitas quæ 76,C

castus & continens quomodo differant 76,C

Cærimonialia præcepta cur elementa dicantur 73,H

Cærimonialium obseruantia tempore nouæ legis erat per peccatum cum idololatria 78,C

cærimonialia præcepta cur infirma & egena dicantur 78,C

charitatis opera dupliciter considerantur 8,A

charitatis actus qui potissimi 50,B

charitas amitti potest 50,G,H

charitatis præcepta licet duo sunt obiecti ratione distincta: vna tamen est charitas qua deus proximúsque diligitur 75,G

charitatis longitudo, latitudo, sublimitas profundum quæ 81,A

charitas virtutum præstantissima 94,A

chirographum peccatorum nostrorum quodnam fuit 92,A

chartas quomodo præcepti finis 102,D

christus ex semine Dauid & Mariæ quomodo natus 2,B

christus licet secundum carnem factus seu natus sit ex semine Dauid atque Maria: non tamen simpliciter & absolutè creatus vel creatura dicitur 2,C

christus patri natus filius secundum carnem quomodo & cur dicitur 2,C

christus factus est filius dei, quomodo non dicatur 36,F

christus quomodo peccatum de peccato damnauit in carne 16,B,C

christum tradidit deus triplici modo 9,D

Christus esse ad dexteram patris dicitur dupliciter 19,D

Christus an voce an miseratione pro nobis interpellet 19,E

christus cur lapis dicatur 22, D

christus quomodo finis legis 22, F

christi aduentus cur primùm occultus fuit 23,H

christus passus dicitur, vt omnium dominetur propter duo 29,A

christus sapiētia & virtus patris quomodo 34,G

christus dominus gloriæ quomodo 35,F

christus dei quomodo esse dicatur 37,F

christus Adam quomodo dicatur, itē & nouissimus Adam 55,A

christus caput omnium electorum etiamque angelorum secundū vtranque naturam: caput vero omnis viri, vt homo, multis rationibus 47,A

christus potentior ad reparandum quàm ad destruendum Adam 53, D

christum hominem pater pro nobis tradidit: christus verbum, vt deus, seipsum vt hominem 99, F

christus ex ardentissima charitate salutis nostræ & honoris & obedientię paternæ seipsum tradidit 69,E

christus filius quomodo missus nobis dicatur 73,H

christus quomodo dicatur caput ecclesiæ 78, G

christus caput ecclesiæ secundum vtranque naturam triplici ratione 78,G

christus caput omnium non æqualiter, sed ordine quodam 78,H

christus quodam modo patrem & matrem reliquisse videtur vt adhæreret sponsæ ecclesiæ 84,D

christus quomodo imago patris est 91,D

christus quomodo splendor gloriæ patris 113,E

christus à primo instanti suæ conceptionis in virgine absolutè prælatus est angelis, & omnium creaturarum dominus constitutus & quare 113,H

christum cur pati decuit pro nobis, & non alium substituit 115,G

christus secundum humanitatem vt nos, excepto originali peccato, ex adā descendit 115,H

christus quomodo in deum sperare dicatur 115,H

christus quomodo fuerit sacerdos secundum Melchisedec, non autem secundum Aaron.

christi oratio omnis an absolutè exaudita fuerit 118,E

christus quomodo sine matre & patre fuisse dicatur vt Melchisedec 120,C

christus quomodo occisus ob originem mundi 121,D

christus consummator fidei 137, E

Circuncisio quid 7,A

circuncisio duplex 7,B

circuncisio vera quæ 7,C

circuncisionem Abraham quando accepit & cur 10,A,B

clarificatur christus alio modo in nobis, quàm nos in illo 100,E

corporis exercitatio quàm diligentissimè exigenda 26,A,B

corpus & sanguis christi licet pluraliter sacramenta dicuntur, formaliter tamen sunt vnum sacramentum 48,D

circūcisionis acceptio, obligatio erat ad omnia quæcunque legis præcepta implenda 75,C

clarificatur nomen christi dupliciter in nobis 100,D

cogitationes in die iudicii accusabūt animas vel defendent non quæ tunc erunt, sed quæ non sunt 6,F

communicantes indignè interdum repentina vltio subsequuta est 48,H

confessio oris, est effectus fidei cordis 23,B

coniugium seu matrimonium magnum sacramentū, propter significationem coniunctionis christi & Ecclesię 84,D

conscentia bona quæ 102, C

conscientia errans an obliget 29, H

Contentionis detestatio 6, B

continentia quæ 76,C

cooperatorem dei esse diuinorū est diuinissimum 36,G

corpus mortis quid & vnde 15,G,H

corpus christi licet fuerit vera veraciterque caro, non tamen veraciter caro peccati, sed similitudinariè 16,Z

corpus animæ instrumentum 26, A

corpora impiorum resurgentiū erūt horribilissima 55,C

creatura purè humana nulla digna erat satisfacere pro hominibus, duplici de ratione 115,G

crucifixorum mors amarissima 87,E

D

Daemonum Socij qui sint 46,C

Dæmones post finem iudicij homines non cruciabunt, sed vno igne cum reprobis punientur, nō tamen æqualiter 53,G

Dæmones volucres cœli 83,B

In dæmonibus prælatio est 85,A

Decalogus præceptorū ad duo præcepta pertinent charitatis 84,F

Decima decimæ quæ 120,D

Dilibatio quid 24,G

De omnibus angelorum ordinibus quidam ceciderunt 85,A

Determinatè quid petere quatenus à deo possimus 18,F,G

Deus propter se omnia fecit 21,G

Deus est causa rerum in triplici genere causandi 25,G

Deū in corpore portare quid 40.D

Deus à creatura multa quantumuis perfecta videri potest in hoc statu 51,C

Deus meus qui verè dicere possint 33,B,86,A

Dies domini, iudicii dies cur dicitur 98,E,G

Dilectio dei cū sit inuariabilis & ęterna quomodo ei reconciliari dicimur 11,H

Diligere dei quid 21,A

Diligere quid 111,D

Dilectio nostra hic imperfecta, an in patria tolletur imperfectio 51.A

Dilectio primum & maximū donū gratuitum 51,D

Disciplina christiana omnis in vera humilitate consistit 87,E

discretio mater, custos & fortrix virtutum 26,A

distributio terræ quando facta 73,C

Diuitiæ hæreditatis seu gloriæ promissæ quæ 78,F

Diuitiæ gloriæ dei quæ 92, B

Dona quę spirituſſ. dicuntur, prout dona, solum in charitatem & gratiam habentibus inueniuntur 91,B

Dormitio triplex in scriptura 98,A

E

Ecclesiæ status medius est inter synagogam & statum patriæ 45,H

Ecclesiæ vtilitas multa prouenit hæreticorum occasione 47, H

Ecclesiæ caput secundum vtranque naturam christus triplici ratione 78,G

Ecclesia dei quomodo regnū 91, C

Eleemosyna hostia deo gratissima 90,E

Elementorum qualis erit innouatio peracto iudicio 18,C

Elementa cur dicantur præcepta cerimonialia legis 73,H

Empyreum cœlum quid 67,C

Ephesij qui 77,D

Episcopi olim qui nunc presbiteri 85,H

Episcopi etymon quod 85,H

Episcopi primum officium, hęresim extirpare 104,B,C

Episcopat⁹ dignitas laboriosa 104,B
Epistolam ad Hebræos Pauli esse 1,F
Esau Iacob non seruiuit,sed seruitus illa in posteris eorum impleta 21,A
Euangelium Christi est, tanquam authoris: Ioannis verò, Matthæi,Lucæ, Marci,tanquam scriptorum: Pauli verò & aliorum, tanquam prædicatorum 6,F
Euangelicæ legis status medius est inter statum synagogę,ac patriæ 123,F
Eucharistiæ sumendæ dignitas attenditur dupliciter 48,E
Eucharistiæ dignitas quanta 48,E
Eucharistiæ à sacramento quamuis interim bonum sit abstinere propter propriam imperfectionem & periculi grauitatem:melius tamen est quotidie accedere ex feruente amore & familiaritate 48,G
Eucharistiæ ad sumptionem quæ requirantur 48,E
Exaltatio Christi multiformis fuit propter passionem & obedientiam 87,F
Exauditionis defectus à deo non est sed ex parte nostræ indignitatis & culpæ 88,A
Exemplum & exemplar quid differant 121,H
Exemplum quid 121,H
Exemplar quid 121,H

F

FAcie ad faciem videre quid 51,C
Famæ quanta cura habenda 29,E
Fama non negligenda 63,B
Fascinationis varia significatio 72,C
Fascinatio quomodo fiat,72,G
Fermentum dupliciter consideratur 37,H
Fidem Christianam non humanæ rationi,sed increatæ veritati innuti 1,D
Fidei nomine,actus fidei intelliguntur 4,A
Fides cum sit vna, quomodo iustitia dei reuelatur ex fide in fidem 4,A
Fides eadem noui & veteris testamenti 9,B
Fidem seu gratiam nullus mereri potest 9,F
Fides omnis meriti principium 9,F
Fidei tam informis quàm formatæ efficacia 23,B
Fidem quis se habere formatam an verò scire possit 68,G
Fides,prima virtus 71,G
Fides quid 125,B
Fieri non posse, vt dicatur, consuetudo est,quod non fit iustè 74,E
Figuratum quàm figura in bonis vt melius est,ita in malis peius 45,F
Figura locum tantùm habet in corporalibus rebus 113,E
Filiatio vna duntaxat in deo 2,C
Filij spirituales patribus spiritualibus in necessariis thesaurizare debent 68,D
Finis legis Christus quomodo 22,F
Fletus duplex 27,B
Fluere nos & perefluere quomodo dicimur 114,H
Fomes peccati quid, & vnde dicatur 15,F,G
Fomes quomodo lex dicatur 15,G
Fornicatio quæ 76,A
Fornicatio duplex 128,A
Fratres Christi quomõ sumus 115,H

G

GAlatæ qui 69,D
Generationes in Christo duæ,vna tamen filiatio 2,C
Gentiles non gens quomodo dicantur 23,F
Gloriæ dominium nulla pura creatura habere potest 35,F
Gloria duplex, glorificans & glorificata 47,D
Gloria vana quàm graue peccatum 87,C
Gratia propriè quid 2,E
In gratia se homo esse multis rationibus testari potest 7,F
Gratia vnitatis & identitatis assertionum causa sola 30,B
Gratia duplex,gratum faciens,& gratis data,earumque differentia 49,C,
Gratia gratis data ad quid ordinetur 49,G
Gratia se habet ad liberum arbitriũ sicut sessor ad equum 53,B
Gratiæ filiis adeptio gloriæ 61,D
Gratiam dei proprie in vanum recipit qui per eam bene viuendo vitam æternam amittit 61,D
Gratias agendi deo Christus nobis causa est 3,F
Gratia manifestationis spiritus etiam malis datur interdum 49,D,E
Gratiarum actio quàm vtilis & necessaria 94,F
Gratiarum actiones quæ 103,C

H

HAereticorum occasione multiplex vtilitas ecclesiæ prouenit 47,H
Hebræi vnde dicti 6,H
Hircus & vitulus præfigurauerunt pro nostris peccatis Christum oblatum,& similitudine carnis peccati indutum 128,E
Homo dicitur omnis creatura 18,A
Hominis nomine quid intelligatur in scriptura 36,F
Homo quomodo agricultura dei 36,F
Homo templum dei dicitur duplici ratione 37,D
Hominum triplex differentia quantùm ad actus & habitus animæ rationalis 49,C
Hominis optimum est, esse secundum rationem 75,G
Honorare parentes quomodo debeamus 84,E
Humanitas Christi cur velamen appelletur 124,B
Humanitas Christi non est melior natura angelica secundum sua essentialia,sed per dona gratiæ 113,H
Humanitas christi, nostram in Adã imperfectam reparare debuit 115,G

I

IAcobus minor cur dictus 53,A
Iacobo apostolo etiam christus post resurrectionem apparuit 52,H
Iacobus frater domini cur dictus 70,D
Iacobus cum fuerit primus fidelium Iudæorum Episcopus, cur non potius ipse quàm Petrus ordinatus sit Iudæorum Apostolus 71,B
Idioma vnum erit in resurrectione omnium electorum, sicut fuit ab initio creationis 50,H
Idololatria omnis peccati origo 4,F
Idolum quomodo nihil est 42,H
Idolum nihil esse 46,B,C
Ignis purgatorius quos purgabit 37,C
Ignis quisnam sit qui probabit opera hominum 37,C
Ignominia quæ 4,H
Imago dei in homine quomodo attenditur 47,C
Imago patris quomodo christus 91,D
Imago dei christus quomodo 113,E
Imago alicuius in alio dupliciter dicitur 81,D
Immortalitas reproborum qualisnam futura 55,D
Immunditia quæ 76,A
Impij quòd resurgent non erit merito christi, sed diuina eius virtute 53,E
Impudicitia quæ 76,A
In charitate stans homo meretur vitam æternam de condigno 18,A
Incarnatio spiritui sancto cur attribuitur 2,E
Incarnatio summæ pietatis opus 2,B
Incarnationem christi an angeli ab initio seculi cognouerint 80,F
Incarnatio verbi,finis ad quem omnia angelorum ministeria ordinantur 80,F

Incontinentiæ malum est, si vir vxorẽ cognoscat vltra necessitatem procreationis reddendíque debitum 40,F
Indurat quomodo deus aliquẽ 21,D
Indurationis directa & effectiua causa non est deus,sicut est directa & effectiua iustificationis 21,E
Infidelium actio quælibet an peccatum sit 29,H
Intellectus vt est donum spiritus sancti,definitio 91,B
Interpellet christus pro nobis an voce an miseratione 19,E
Inuidia charitatis aduersaria, & mors animæ 76,E
Ira quæ 26,A.93,G
Iræ acceptio varia 82,F
Ira dupliciter metas rationis excedit 82,G
Irasci quatenus liceat 82,F
Isaac ecclesiæ typus, vt Ismaël typus synagogæ 75,A
Ismaël synagogæ, vt Isaac ecclesiæ typus 75,A
Israëlitarum appellatio vnde 6,G
Iudæorum status excellentia 6,F,G
Iudæi tribꝰ nominibus appellati 6,G
Iudæi capsarij vestri 21,A
Iudæi an christum verè cognouerint 23,G.H
Iudæi per legem saluari non potuerunt nisi in fide aduentus christi 7,F
Iudicat homo dupliciter de aliqua re 36,B
Iudicium quatenus licitum 5,G
Iudicare de altero quàm sit periculosum 5,D
Iudicium vt sit actus iustitiæ, tria requirit 5,D
Iudicium duplex, discretionis,& remunerationis 5,E
Iudicium vitare in duobus omnino debemus:quum ignoramus quo animo aliquid fiat, & qualis futurus sit qui iudicandus est 5,F
Iudicium secundum veritatem, solius esse dei 5,E
Iudicium habere contra fratrem quatenus peccatum est 39,H
Iudicium habere contra fratrem peccatum est 39,G
Iudicio repetere omnia non semper expedit quadruplici ratione 40,A
Iudicium nouissimum,cur dies domini potiss.dicatur 98,E,G
Iurare quatenus liceat 3, C
Iuratio quatenus licita 12,H
Iuratio debitè circunstantionata virtus est quæ latria dicitur 70,D
Iustitia dei quæ in nobis reuelatur, tripliciter intelligi potest 3,H
Iustitia dei dupliciter cõsiderat 22,F
Iustitia dei hoc maximè cõmendatur,ꝙ peccata inulta non sinit 115,G
Iustus quomodo ex fide viuat 4,A
Iustus qui dicatur 11,F

L

LActis nomine quid significatur 36,D
Latitudo charitatis quæ 71,A
Leuitæ decimas sacerdotibus dare tenebantur 102
Legalia & cærimonialia licet statim post Christi passionem mortua fuerint,non tamen mortifera 28,F
Lex vetus,lex factorum 9,A
Lex vetus quomodo lege euangelica perficitur, non verò destruitur 9,C
Lex quomodo peccatum abundare fecit 12,G
Lex quomõ cognitio peccati 14,G
Lex vetus,lex timoris 14,D
Lex vnde dicatur 15,F
Lex scripta quid 15,F
Lex scripta quatenus legi diuinæ concordet 15, F
Lex membrorum atque peccati quę 15,F,G
Legi peccati seruire,quid 15,H
Lex peccati & mortis quæ 16,A
Lex euangelica,lex fidei 9,A
Lexeuangelica,lex spiritus 16,A
Lex euangelica,lex vitæ 16,A
Linguarum in patria cælesti vtrum erit vsus & vocalitas 50,H
Lex Mosi,cur lex literæ 59,A
Lex literæ quomodo occidit 59,A
Lex Christi virtute sacramentorum suorum gratiam confert,sicque iustificat,non lex Mosi 71,H
Lex scripta quando data 73,B
Legis vtilitas 27,D
Lex data Mosi non vnius angeli ministerio,sed multorum 73,D
Lex, peccati cognitio directè: sed peccati augmentatio indirectè, & quare 73,E
Lex quomodo pædagogus 73,F
Lex iustis posita non esse quomodo intelligatur 102,E,F
Lex etiam quo ad præcepta moralia non adduxit ad perfectionem 21,A
Liber vitæ,qui 89,G
Liber vitæ in deo metaphoricè dicitur 89,G
Liberatio animæ à corpore dupliciter intelligenda 15,H
Liberationem animæ à corpore facit deus,effectiuè: gratia dei,formaliter:christus homo meritoriè 15,G
Liberæ & non ancillæ filij quinam sint 75,B
Liberum arbitrium indiget non solùm habitu gratiæ & dilectionis diuinæ,sed etiam actuali monitione spiritus sancti nos excitantis 58,H
Linguarum donum quantúmuis sublime sine charitate nihil prodest 50,F
Linguarum donum quomodo cessaturum intelligatur 59,H
Longanimitas quæ 76,C
Longitudo charitatis quæ 81,H
Ludus Isaac cum Ismaële quid designet 75,A
Luxuria nomen commune ad cæteras species libidinis 76,A

M

MAnifestatio spiritus quisnam gratia,quod donum 49,E
Mansuetudo quæ 76,C
Manuum leuatio ad superna quàm vtilis & efficax 63,G 103,G
Maranatha quid 56,B
Materiam primam in omnibus corporibus esse eiusdem rationis 54,G
Matrimonij bona tria 42,G
Matrimonij definitio 41,A
Matrimonium seu coniugium magnum sacramentum propter significationem coniunctionis Christi & ecclesiæ 84,D
Melchisedech quisnam fuerit 120,A
Salem quid 110,A
Melchisedech interpretatio 120,B
Melchisedech non esse potuisse Semi probatur contra Iudæos 120,C
Melchisedech quomodo sine patre & matre fuisse dicatur 120,C
Melchisedech in sacerdotio nemo successit,sic & Christo 120,C,D
Merces & præmium quomodo secundum laborem dabuntur 36,F,G
Meritorij operis non solùm consummatio à deo est,sed & inchoatio, contra Pelagium 58,H
Misericordiarum pater deus quomodo dicatur,cum misericordia eius vna sit & simplex 56,F
Misericordia dei in quo maximè cõmendatur 115,G
Misit filium suum pater, quomodo intelligatur 73,H
Missio filij dei duplex 74,A.78,A
Missio duplex in angelis 114,H
Missio duplex in Christo seu spiritu sancto 114,H
Modestia quæ 76,C
Moses mediator, per cuius manum data lex 73,D
Moralia cum versentur circa particularia,mutabilia sunt, loco tempore causa, &c.63,E
Mors ex culpa non ex natura est sequuta 12,A
Mortuum esse peccato quid 13,A
Mortuorum primitiæ Christus 53,D,E
Mortẽ optare an liceat homini pro-

pter aduersitatum acerbitatem & magnitudinem 57,B
Mors Christi patri maximè placuit ex parte patientis,non inferentis 83,C
Mortem proximorum aliquãdo flere debemus & possumus quadruplici ratione 98,A
Mortem cum deus non fecerit,quomodo mortis & vitæ imperium habet 116,A
Moses cur Aegyptum relinquens in terram Madiam fugerit 126,F
Motus primi non sunt in ratione peccati 77,H
Mulieres magis ad comã nutriẽdam quàm viri,dispositæ sunt 47,G
Mulieres cur velatæ 47,B
Mulieris nosse quęcũq; fœminei sexus persona appellatur hebręis 74, A
Mulieris subiectio sub viro non est in omnibus similis subiectioni ancillę 84,A
Mundus carcer atque exilium electorum 80,A
Mundi varia acceptio 85,B

N

Natiuitates in christo duæ, vna tamen duntaxat filiatio 2,C
Natiuitas nostra quoque ex deo est vt christi,sed difformiter,per adoptionem scilicet,non per naturam vt ipse solus & vnus 115,G,H
Natura humana se habet ad verbũ sicut vestis ad hominem 87,E
Nazareis cur comatis esse licuit 47,G
Neronis persecutio & aliorum similium, antichristi persequutionis figura 100,H
Nomnis boni cura habenda 29,E
Notum dei & ignotum quid 4,C
Nouatij diaconi error 119,D
Nuptiæ spontaneæ esse debẽt 43,F

O

Obsecratio quid 22, E,90,A
Obsecrationes,orationes,postulationes, gratiarum actiones quomodo inter se distinguantur 103,C
Odire dei quid 21,A
Oleo quo christus inunctus est 114,D
Omnipotẽtiæ dei nõ derogat,quòd peccare non possit & seipsum denegare & huiusmodi alia 108,G
operari deũ omnia in omnibus quomodo intelligendum 49,D
Originalis iustitia quæ, eiusque vis 15,G
Oratio quid 18,G,19,E
Oratio locum non exigit quomodo 33,A
Orationis species quatuor 90,A
Orationes obsecrationes postulationes,gratiarũ actiones quę & quomodo inter se distinguntur 103,C
Oratio christi omnis an exaudita fuerit 118,E
Ordo duplex generationis & naturæ 55,A
Ordo in omnibus rebꝰ optimꝰ 51,G
Originale peccatũ quomodo in omnes pertransijt 12,B
Originalis iustitia non solum Adæ, sed & toti posteritati data 12,B

P

Paedagogus quis 73,F
Parce metere qui parce seminat,quid sit 68,B,C
Parentes tenentur filijs in tribus 84,F
Passio christi instrumentũ & effectꝰ nostræ saluationis 8,G
Passio christi quomodo fortius agit impleta quàm implẽda egerit 16,D
Passionum christi quæ desunt quo modo ea implemus 91,H
Patres vet.legis cum per fidem,gratiã dei,virtute passionis Christi & merito liberarentur,cur in lymbum descenderunt inferni 16,D
Pater deus quomodo christi caput dicatur 47,B
Patri quomõ christus eos tradit qui patris sunt 53,F
Patres antiquitus morituri filiis desinitum tempus tutelæ præscribebant 73,H
Patientia quatenus deo cõpetit 5, G
Patientiæ definitio 124,H
Patientia christiano potissimum necessaria & quare 124,H
Pauli epistolas præ cæteris scripturis tribus potissim ũ eminere 1,E
Paulus cur post euangelia legẽ satis perficientia,epistolas scripserit 1,F
Paulus cur xiiii numero scripserit epistolas 1,F
Pauli esse epistolam ad Hebræos 1, F
Pauli epistola ad Romanos cur ordine prima,cum tamen tempore non sit 1,G
Paulus binomius 1,G
Pauli in epistolis habet elephas vbi summergatur 9,H
Paulus an in Hispania prædicauerit 31,E
Paulus quatenus minimus apostolorum 53,A
Paulus eorum quæ in raptu vidit omnium memor post non fuit 67,E
Paulus an verè an simulatoriè Petrũ reprehenderit 71,D.E.F
Paulus quomodo gẽtibus missus dicatur 61, A
Paulus apostolus an bis raptus fuerit 72,E
Peccatũ idem peccatum & causa peccati,culpa & pœna culpæ 4,G
Peccatum quid 6,C
Peccatum quid 7,G.H
Peccata quædam in se amara & pœnalia,eoque melius superantur colluctando & resistendo: quædã in se delectabilia, quæ melius vincuntur fugiendo quàm colluctando 40,C
Peccare quomodo quis dicatur sine lege 6,C
Peccare post prohibitionem grauius quàm ante 7;,E
Pelagij error, Meritorij operis inchoationem à nobis,consummationẽ à deo esse 58,H
Penula quid 110,H
Perfectionẽ dei maximè spectat misericordia & iustitia 23,C
Persona diuina dicitur esse alicuius dupliciter 11,F
Petitio quæ 90,A
Petrus quomodo missus ad Iudæos dicitur 71,A
Pharaonem quomodo dicitur deus excitasse in quo virtutem suam ostenderet 21,C
Philippenses qui 85,G
Philosophi quidem nõ dignabãtur à suis discipulis aliquid tẽporale exigere,ne viderentur scientiam sensibilibus rebus comparare 44,A
Pignus & arra differunt 78,B
Placere nobis quàm alienum esse à nobis debeat 30,
Postulatio quæ 90,A.103,C
Præcepta veteris test.triplicia 9, A
Præceptorum intentio quę 15, F
Præcepta moralia dupliciter determinantur 15,F
Præcepta veteris legis tot fuisse quot ossa in corpore humano 79,B
Prædestinatio quid 2,D
Prædestinare quid 21,G
Prędestinatum esse Christo competit secundum quod homo 2,F
Prędestinationis nostræ certitudinẽ quomodo testari possumus 17,F
Prælati subditos suos fratrũ loco & habere & vocare debent exemplo Pauli 57,A
Prælatio tãdiu durabit quandiu mũdus etiam durabit 53,G
Primogeniti in lege naturæ erant sacerdotes,& speciales vestes habebant quibus sacerdotij tempore vtebãtur 128,B,C
Primogenituræ & dignitas sacerdotij, spirituale sunt bonum:ideo Esau in vendendo incidit in symoniam 128,C
principatum omnem quando & quẽ christus euacuabit 53,G
Profundum charitatis quum 81,A
Promissio Abrahæ facta diu præcessit legislationem 73,B
Promissio Abrahę quando facta 73,B
Prophetæ omnes non sunt loquuti nisi super dies Messiæ 2,B
Prophetare variè accipitur 51,E
Prophetarum spiritus quomodo prophetis subiecti 51,E
Prophetia donum dignius dono linguarum tripliciter 81,E
Prophetæ qui dicantur 81,H
Propitiatorium quid 122,E
Proprium suum nomen non exprimere cum de seipso aliquid magnificum asserunt, consuetudo est sanctis viris 67,B,C
Prouidentiæ excellentia 2,D
Prouidentia diuina se ad minima etiam extendit 43,H
Proximorum de morte possumus & debemus aliquando tristari ac flere, 68,
Prudentia spiritualis quæ 16,F

Q

Quieuisse deus quomodo intelligatur post creationem rerum omnium 117,C

R

Raptus Pauli duplex,& quando contigerint 67,C,E
Ratio aberrans an obliget 29,H
Recõciliari deo per christum quomodo dicimur, cum eius dilectio inuariabilis sit & æterna 11,H
Regnum quod Christus patri tradet in iudicio 53,E
Regnum christus quomodo deo patri tradet 53,F
Prophetare quid 21,G
Reprobatio diuina non est causa culpæ,sed pœnæ propter culpam 21,D
Resurrexit christus cur & quomodo, potissimum propter iustificationem nostram 11,A
Resurrectionis christi non tota est ratio iustificatio nostra, sed alia quoque multa 11,A
Resurgentium christus veræ primitiæ & quomodo 53,D,E
Resurrectio prior & posterior dignitatem respicit non tempus 53,E
Resurgent omnes in suo gradu & ordine secundum exigentiam meritorum suorum 53,E
Resurrectio impiorum nõ erit meri to christi, sed diuina eius virtute 53,E
Resurrectio momentanea erit 53,E
Resurrectio non conuenit nisi ei quod cecidit 55,C
Resurrectionis prioritas seu posterioritas an vlla erit,& quonam modo intelligenda 78,D,E
Resurrectio mortuorum quomodo in ictu oculi & instantanea erit 98,D
Retributio hæreditatis quæ 94,D
Reuelatio quid propriè 67,B
Reuelatio & visio pro eodem sumũtur,interdum distinguuntur 67,B
Rixa quæ 76,A.

S

Sacerdotes angeli dicuntur 47,G,D
Sacerdotij christi & Aaron differentia 118,D
Sacerdotes veteris legis sine iureiurando vllo instituebantur 121,B
Ad sacramẽti Eucharistię sumptionem quæ requirantur 48,E
Sacramenta legalia quid potuerint, 16,B
Sacrificio in omni quatuor esse considerandа 48,E
Sacrificia legis pro peccatis oblata, peccata dicebantur 16,C
Sacrificia legis veteris propter insufficientiam iterabantur:christi verò semel sufficit in perpetuum 121,D
Sacramenta nouæ legis veram habent imaginem & similitudinem bonorum cælestium,& quare 120,F
Sadducæi qui & eorum origo 44,F
Salem cur offerri iussum in omni oblatione 26,A
Saluatus nemo vnquam nisi per fidem & gratiam christi 16,D
Salus aliter applicatur hominibus post passionem,& aliter ante 16,D
Samaritani qui 44,F
Sancti quomodo peregrini sunt & aduenæ 80,A
Sapientia vt est donum spirituss.sine charitate esse non potest 49,E
Sapientię vt est donum spirituss.definitio 91,B
Sapientia dei cum in se vna & simplicissima sit,cur multiformis dicitur, 80,E
Sapientia, vt est cognitio sermocinandi, in impiis etiam esse potest: secus prout est ex donis septem spirituss. 49,E
Sapientia quomodo multiformis dicatur 80,E
Satanæ quomodo tradidit Hymemæum & alios Apostolus 103,A
Scandalum duplex 29,C
Scandalum pharisęorum quod 29,D
Scientia quomodo inflat 42,G
Scientia vt sit cognitio diuinorũ, etiamin impiis esse potest: secus prout est è septem donis spiritus sancti 40,E
Scientia,vt est donum spiritus sancti, sine charitate haberi non potest, 49,E
Scientiæ,vt est donum spirituss. definitio 91,B
Scientia quomodo destruetur 50,H
Sciendi modus quis optimus 42,G
Seculi acceptio varia 81,C
Secularia tempora quæ 110,F
Sedere & stare dominus, quomodo & quando intelligatur 111,G
Seruitus vnde inflicta, & quare patienter ferenda 84,G
Synagoga figure ecclesiæ 45,H
Solicitudo duplex 42,C.90,A
Socratis opinio,nõ debere nos à deo aliquid determinatè postulare, 18,F
Somnus quadruplex in scriptura, 98,A
Spes in deum an in christo fuit, & quænam 115,
Spiritus timoris & adoptionis vnus & idem quomodo 14,D
Spiritus sanctus esse deus verus dupliciter probatur 36,H
Spiritus sanctus in se vnus & simplex,quamuis in donis sit multiplex, 49,E
Spiritus manifestatio, quæ gratia quódve donum 42,E
Spiritus prophetarum quomodo prophetis subiecti, & quinam ij sunt, 52,E
Spiritus sanctus arra & signum adoptionis nostræ in filios dei 74,B
Spiritus acceptio varia 76,A
Spiritus opera,cur fructus ritè dicãtur & gaudium 76,B
Spiritus fructus duodecim eorũmque distinctiones 76,C
Spiritus sanctus quando mitti dicatur 78,A
Spirituss.pignus hæreditatis nostræ cur vocatur 78,A,B
Spirituss.potius arra quàm pignus dicendus & quare 68,B
Stadiũ quid & eius institutio 44, G
Stare & sedere dominus quomodo & quando intelligatur 113,G
Stimulus carnis quid 67,G
Sublimitas charitatis quæ 81,A
Superbia, cum cætera vitia sunt in impiis,in spirituali excellentia virtuosos maximè exercere solet 67,G
Suscitatio christi actiua cuilibet diuinæ personæ attribui potest 10,H

T

Templum dei quid 39,H
Templum dei homo dicitur duplici ratione 37,D
Templa quomõ orationi con

gruant 33,A
Tentatio passiua non fugienda, imò in se virtus 46,A
Tentatio quæ peccatum, & quę non 67,H
Tertium cælum quod 67,C
Testamentum nouum per christi passionem confirmatum 123,A
Thuribulum quid 122,E
Timor & amor legis euangelisque differentia 14 D
Traditio impiorum in desideria cordis eorum pœna est grauissima 43,G
Tributum 28,H
Tuba nouissima quę intelligatur 55,D
Tubæ vsus apud Iudæos 98,C

V

VEctigal 28,H
Velamen subiectionis signum 47,B
Velationis mulier causa 47,A
Venialia singula etsi vitare possim', non tamen omnia propter fomitis corruptionem & nimiam nostram fragilitatem 46,A
Verbi acceptio varia in scripturis sacris 113,F
Victoria christiana omnis est in vera humilitate 87,E
Videre deum facie ad faciem, & per speciem quid 51,C
Videri à creatura, quantumuis perfecto, deus non potest 51,C
Vir cur potius gloria & imago dei quàm mulier 47,D
Viro comam habere vetabatur 47,F
Virtus in infirmitate quomodo perficitur 97,H
Virtutis signũ, delectatio operis 89,G
Visio & reuelatio pro eodem sumuntur, interdum distinguntur 67,B
Visio quid propriè 97,B
Visionum genera varia 113,C
Vitam animæ non penitus in corpore innaturalem esse & veluti in carcere, vt quidam dixerunt 88,D
Viuere deo quid 13,F
Viuere quid sit 72,A
Viuere christum in nobis quid 72,A
Vltiones deus interdum facit repentinas, vt commendetur nobis diuina misericordia 48,H
Vnitatem & identitatem rectè sentiendi adinuicem causat lumen gratiæ 30,D
Vocatio duplex, prædestinationis & iustificationis 123,A
Vocatur quis ad dignitatem qui iustè eligitur 118,C
Voluntatem dei in nobis quomodo cognoscere possimus 26,C
Volũtas dei dupliciter accipitur 26,C
Voluntas antecedens quæ 103,E
Voluntas consequens quæ 103,E
Vt particulę vsus varius 5,A
Vt particulæ vsus 7,E

FINIS.

A

D. Dionysii Carthusiani in omnes beati Pauli epistolas enarratio.

PROEMIVM.

AVdite me, quoniam de rebus magnis loquuturus sum: & aperientur labia mea vt recta prædicent. Iusti sunt omnes sermones mei. Deus sublimis & benedictus, qui omnia in sapientia fecit, qui dixit de tenebris lumen splendescere, qui ad sui ipsius similitudinem atque imaginem condidit genus humanum propter adipiscendam vitam æternam, quæ consistit in hoc, vt cognoscamus verum deum, & quem misit Iesum Christum, ordinatissimo quodam processu & conuenientissimo modo reduxit perditum hominum genus, ad fœlicitatem amissam. Primò quippe, ab exordio mundi, multifariè multisque modis loquutus est hominibus Prouer. 8. Psalm. 103. 1. Corin. 4. Genes. 1. Ioann. 17. Hebr. 1.

B per prophetas & patriarchas. At vbi venit plenitudo temporis, misit (sicut promisit) vnigenitum filium suum, vt saluaretur mundus per ipsum. In quo quum consummata fuissent omnia, quæ de eo prænunciata erant per os sanctorum, qui à seculo sunt, prophetarum eius: paucis elapsis diebꝰ misit electis & veris Israëlitis, sanctis apostolis, aliis quoque quibusdã primitiuæ ecclesiæ personis, paracletũ spiritũ sanctum, qui corda eorum omnium veritatũ notitia, omniũ gratiarum decore, omniúmque virtutum sanctitate impleuit. Ipsi nempe primitias spiritus receperũt, quemadmodum Christus passioni iam proximus spopõdisse describitur, Paracletus spiritus sanctus, quẽ mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Insuper reparator, saluator & medicus perditorũ, Agnus dei qui tollit piacula mundi, qui venit quærere & saluare quod perierat, demonstrare volens cunctis hominibus artis suæ industriam, pietatis suæ liberalitatẽ, & operationis suæ potentiam: quendã languissimum, impiissimúmque curare aggressus est. Qui quum vastasset ecclesiam, viros & fœminas trahens ad mortem, & demùm ad aliam vrbem transiret, vt in ea omnes Christianos caperet, & ad principes sacerdotum deduceret: in ipso itinere imC mẽsa dei misericordia admonitus est atque correctus. & tanta mox sapientia illustratur, tanta gratia decoratur, tanta donorũ spiritus sancti plenitudine perfunditur: vt de ipso author & fons gratiæ protestetur, Vas electionis est mihi iste. Vnde & ipse gratias referẽs deo, Fui (inquit) blasphemus & cõtumeliosus: sed ideo misericordiã consequutus sum, vt in me primò ostenderet Christus virtutẽ suam & omnẽ patientiam, ad informationẽ credentiũ. Itaque propter profunditatẽ & excellentiam epistolarũ Pauli, meritò in eius persona dicitur, quod modò pro themate est assumptũ, Audite me, quoniã de rebus magnis loquuturus sum, &c. In quibus vtiq; verbis primò monemur ad solicitã aduertentiã scripturarum sancti apostoli. Deinde ratio huius admonitionis annectitur, quoniã de sublimibus rebꝰ tractat. Quàm enim sublimia sint, de quibus in libro epistolarũ Apostoli agitur, in processu clarebit. Prẽterea ne putemus hanc sublimitatẽ esse verbalem ac friuolã, subditur, Et aperientur labia mea, vt recta prædicent.

Prouer. 8. Psalm. 103. 1. Corin. 4. Genes. 1. Ioann. 17. Hebr. 1. Galat. 4. Ioann. 3. Actu. 3. Lucæ. 1. Ioan. 1. Rom. 8. Ioan. 8. Ioan. 3. Matth. 9. Lucæ. 19. Actu. 8. Actu. 9. 1. Timo. 1. Prouer. 8. 2. Tim. 2.

✠ De veritate, firmitate, ac certitudine Christianæ sapientiæ. Articulus. 1.

SCio hominem in Christo raptum vsque ad tertium cœlum, & scio quoniã raptus est in paradisum, & audiuit arcana verba, quę non licet homini loqui. Hæc de seipso asserit sanctus atq; diuinus Apostolus. Sed dicet ei aliquis, Tu de teipso testimonium perhibes: testimonium tuũ non est verũ. Ad quod respõdere potest Apostolus verbis saluatoris, dicentis, Et si ego testimoniũ perhibeo de meipso, testimoniũ meum verũ est, quia non sum solus, sed ego, & qui misit me Christus. Deniq; ipse testimoniũ perhibet de me, quoniã opera quæ dedit mihi, testãtur me verũ esse famulũ dei. De his enim operibꝰ miraculosis scribit Apostolus his quibꝰ mẽtiri nõ potuit, puta Corinthiis, in quorũ cõspectu patrata sunt, Signa (inquit) apostolatus mei facta sunt super vos, in omni patiẽtia, in signis & prodigiis & virtutibus. Itẽque, Prædicatio mea fuit nõ in psuasibilibꝰ humanę sapiẽtiæ verbis, sed in ostẽsione spũs & virtutis: vt fides vestra non sit in sapiẽtia hominũ, sed in virtute dei. Hęc sunt Christianæ fidei supernaturalia argumẽta, de quibus alibi ait Apostolus. Quomõ effugiemus, si tantã neglexerimus salutẽ, quę in nos cõfirmata est cõtestante deo, signis, portentis, & virtutibus, & spũs sancti distributionibus? Quæ aũt fuerint magnalia ista Apostoli opera, in actibꝰ apostolorũ plenius edocetur. Deniq; testimoniũ phibet Paulo Christꝰ, qui ait, Vas electionis est mihi iste. Sed & princeps apostolorũ in fine secũdæ suæ canonicę glorioſum testimoniũ phibet Paulo, Charissimus (inquiens) frater noster Paulus, secundũ datam sibi sapientiã scripsit vobis in epistolis, in quibꝰ sunt quędã difficilia intellectu. Lucas quoq; Euãgelista quid ꝓtestet de Paulo in actibus Apostolorũ recolitur. Proinde ipsã tam subitanea Pauli cõuersio nõne euidẽtissimũ signũ est veritatis suæ doctrinæ? Ex crudelissimo psequutore mutatus est repente in fidelissimũ prędicatorẽ, & in omni catholicę fidei theoria, omniúmq; linguarũ notitia, imò in omni sanctitate & iustitia copiosissimè adimpletus est intra triduũ quo erat nõ vidẽs nec vescens, nec cũ homine loquens. Vnde cõstat verissimũ esse, quod ipse ait ad Galatas, Notũ vobis facio Euangeliũ quod euangelizatum est à me, quia non est secundũ hominẽ. Neq; enim ego ab homine accepi illud, neq; didici: sed ꝑ reuelationẽ Iesu Christi. Hinc ergo firmissimè credimus sancto Apostolo de semetipso testãti, ꝙ raptus sit in tertium cœlũ, audieritque in cõtemplatione illa extatica verba arcana. ¶ Ex quo innotescit fidem Christianã non humanæ rationi, sed increatæ veritati inniti, & in diuino ac supernaturali lumine stabiliri. Propter ꝙ tanta est certitudo & firmitas eius, vt nec Angelo credendum esset, si quippiam contra eam proferret. Ideo nanque ait Apostolus, Licet Angelus de cœlo euangelizet vobis præter id quod audistis, anathema sit.

1. Corin. 12 2. Corin. 12 Colloſ. 2. 1. Tim. 5. Galat. 1. Matth. vlt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Marc. 6. Imò quàm certum est deum non esse confirmatorẽ aut testem falsitatis,tam certũ est fidem apostolicã E
esse à deo.Ipse eñ per infinita miracula dignatus est eam cõfirmare:quemadmodũ de Apostolis scriptũ
Psalm.138. est,Illi autem profecti prædicauerunt vbique,dño cooperãte,& sermonẽ confirmãte sequẽtibus signis.
Roma. 1. Quæ vtique signa in suo effectu,videlicet in conuersione mundi ad tam supernaturalem & arduã legẽ
1.Timo .6 atq; incõprehensibilẽ fidem sufficienter relucent:nec opus est ea repetere,quanuis vbertim repetita sint
Actu.22. ad instructionẽ humanam.¶Ex his innotescit verũ esse quod expositores dicere solent:videlicet,ꝙ scri
1. Timo. 1. ptura seu libri epistolarum Pauli præ cæteris scripturis in tribus & fortè in pluribus præeminẽt,scilicet
Ioan.15. in profunditate sententiæ,in fidei assertione,& in spei subleuatione,seu gratię cõmendatione.Quemad
Rom.3. modum enim in ipsum pelagus lucis diuinæ,ineffabili & excellentissimo modo absorptus erat in raptu
præfato:sic rediens profundissimè est loquutus.Et quia nõ solũ à spiritu sancto,sed etiam ad pedes Ga-
malielis instructus fuit in lege & prophetis:ideo ad fidem probandam conuenientissima & copiosissima
introduxit testimonia,ex prophetis & lege.Postremò sicut in semetipso specialiter expertus erat miseri
cordiam saluatoris:sic præ cæteris gratiam dei specialius commendauit, ostendens eam non esse ex me-
ritis,nec aliquem propriis viribus posse saluari.Sicque totam spem nostram erexit ad clementiam crea-
toris,quatenus in sola bonitate ipsius speremus,eius gratiam incessabiliter inuocantes.

❧ De prologo Hieronymi super Epistolas Pauli. Artic.II.

Hierony. SEcundum Hieronymum quæritur primò,cur post Euãgelia, quæ legẽ perficiunt,in quibus præce- F
pta,consilia atq; exempla viuendi plenissimè proponuntur,scripsit Apostolus istas epistolas . Cuius
rationem assignat Hieronymus,scilicet vt in exordio nascẽtis seu primitiuæ ecclesiæ nouis cautis emer
gẽtibus,tam presentia ꝙ futura vitia extirparet,inutiles quæstiones excluderet,cõtra hæreticos quoque
armaret ecclesias sequẽs in hoc vestigia ꝓphetarũ,qui post scriptã Moysi legem,libros suos scripserũt:
quatenus rediuiua populi refrenarẽt peccata,virtutes instruerẽt,& ad cultũ diuinũ auditores inducerẽt
suppliciorũ cõminatione,bñficiorũ diuinorũ cõmemoratione,premiorũq; spõsione. ¶Deinde quæriẽ
de causa numeri Epistolarũ.Decẽ eñ scripsit ecclesiis,quatuor verò discipulis,sicut patebit.Hui⁹ ratio
est,vt ostẽdat vtriusq; testamenti plenã esse cõcordiã,summámque vtriusq; legis in harũ epistolarũ scri
ptura ĩcludi.Per decẽ quippe figuratur testamentũ antiquũ,ꝓpter decalogũ mãdatorũ Moysi datũ.Per
quatuor verò signatur testamentũ nouũ,propter quatuor Euangelia.Decẽ itaq; scripsit epistolas ad ec-
clesias,vt demõstret se nõ discordare à Moyse.Quatuor verò misit discipulis, quoniã eadẽ est materia
Euãgeliorũ & Epistolarũ:videlicet documẽta & opera Christi.Porrò epistolã ad Hebręos quidã dixe-
runt nõ esse Pauli,sed Lucę,vel Barnabę,vel Clemẽtis:eò ꝙ cõtra cæterarũ cõsuetudinẽ epistolarũ titu
lo careat,facũdiórq; sit.Hoc autẽ à sanctis doctoribꝰ reprobatur. Tacuit enim Apostolus in illo episto- G
læ principio nomen suũ,ne Hebræi,nomine suo audito,ipsãm epistolã spernerẽt atq; reiicerent:quoniã
Paulus apud eos habebat suspectus,tanquã legis destructor.Prẽterea mirũ non est,ꝙ eloquẽtior fuit in
idiomate ꝓprio.i.Hebræo,q̃ alieno,vt pote Græco,quo scriptæ sunt epistolæ cæteræ.Nã & gratia per-
ficit naturã,secundũ dispositiõẽ ipsius.Vnde donũ linguarũ seu gratia sermonis magis perfecit Aposto
lum in idiomate ꝓprio,q̃ alieno.¶De ordine quoq; epistolarũ inquiritur, cur epistola ad Romanos cæ
teris præordinetur,cũ ante cęteras nõ fuerit edita?Quod ideo factum est,quoniã ista epistola cęteris est
profundior,Vel,quia Romani monarchiã orbis tenebant.Vel,quia in ista epistola cõtra primũ peccatũ,
quod est superbia,disputat.In ecclesia enim Romanorũ mixti erant cõuerli ex iudaismo & gentilitate,
& hi inter se contendebant de dignitate:& quidã eorũ propriis meritis se putabant saluãdos.Horũ ergo
Rom.12. errorẽ atque superbiã reprobans sanctus Apostolus,reuocat eos ad vnitatẽ,humilitatem,ac pacem:ostẽ
dens Iudæos legem scriptam,Gẽtiles verò legem naturalem transgressos.Postremò omniũ epistolarum
generalis intentio,principalisque finis est,ad plenam obseruantiã euangelicæ doctrinæ,ac per hoc ad vi
tam æternam inducere.Singulæ quoque epistolæ proprias sortiuntur materias,ac proprium finem.

❧ Expositio primi Cap.Epist.ad Romanos. Articu.III.

Epistola in vigilia natiuit. PAulus seruus Christi Iesu,*vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium dei , quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo,etc.*In hac epistola,sicut H
in conscriptione epistolarum fieri solet,præmittit salutationem, & primò exprimit personam salutantẽ,id est,seipsum,dicẽdo, Paulus seruꝰ Christi Iesu.In hoc
autẽ quod ait,Paulus,commendat personã suam à nomine.Cũ verò adiungit,ser
uus,cõmendat eam à cõditione.Commẽdat quoque eam à dignitate,cũ dicit, vo
catus Apostolus.Cõmendat etiam eã ab officio,subdens,segregatus in Euãgeliũ
Origenes. dei.Itaq;[*Paulus*]qui secundũ Origenem binominius erat (ad quod allegat illud a-
Actu.13. ctuũ,Saulus,qui & Paulus)secundũ alios primò appellatus est Saulus, deinde post conuersionẽ dictus
Auguſt. est Paulus.i.paruus seu modicus.Sic enim secundũ Augustinũ & Bedam ex humilitate vocauit semet-
Beda. ipsum.Secundũ Hieronymum autem dictus est Paulus à Sergio Paulo,quẽ conuertit.[*Seruus*]seruitute
Hierony. spontanea nõ coacta,seruitute charitatis nõ puri timoris.De seruo enim qui seruit solo timore aut solo
Ioan.3. mercedis intuitu,ait saluator,Seruus non manet in domo inæternum. Et iterum,Iam non dicam vos ser
Ioan . 15. uos,sed amicos meos.Loquẽdo autẽ de seruitute amoris,Electi sunt serui,quoniã deo obediũt.Itaq;[*Ser
uus Iesu Christi*]cui seruire,regnare est:& sicut beata Agatha dixit,Súma ſgenuitas siue nobilitas est,Chri
sti seruũ existere,atq; sub eius dominio ꝓmanere.[*Vocatus Apostolus.*]Vocatus inquam à deo,nõ ab ho
Galat.1. minibus.i.per gratiã dei ad apostolatũ ꝓmotus,atque à deo immediatè in apostolũ cõsecratus.Vnde de
seipso hoc modo scribit Paulus apostolus,non ab hominibus,neq; per hominẽ,sed per Iesum Christũ,
Hebręs.5. & deum patrem.Nemo quippe assumit sibi honorem,sed qui vocatur à deo tanquã Aaron.Puto autem
quòd ait vocatus Apostolus ex humilitate,quasi dicere nolens,existens apostolus:sed vocatus,id est,ab

A hominibus sic æstimatus & dictus,quanuis ego ipsum non arbitrer dignum apostoli nomine.Ideo nã-
que alio loco fatetur,Ego sum minimus apostolorũ,qui nõ sum dignus vocari apostolus.Vocatur quo 1.Cor.15.
que Paulus per excellentiam quandam apostolus,non propter authoritatem,sed prędicationis efficaciã
seu generalitatem:iuxta quod ait,Plus omnibus laboraui,[*Segregatus in Euangelium dei*]id est ab aliis Ibidem.
separatus,quatenus euangelicã legem annutiem.Dicitur autem,ſgregatus.i.à grege infidẽliũ iudęorum Hebrę.1.
diuisus mẽte seu fide,loco & corpore.De quibꝰ loquitur,Nõ acquieui carni & sanguini. Vel, ſgrega- Galat.1.
tus,à grege Apostolorũ& aliorũ discipulorũ:secundũ quod aiebat ſpũs sanctꝰ,Segregate mihi Paulũ & Actu.13.
Barnabã in opus ad quod assumpsi eos.Ab his ſgregatus est corpore,non mẽtis vnione.Deniq; nomi-
ne dei,hoc loco intelligitur deus pater . Subditur enĩ,[*Quod*].ſ.Euangeliũ[*Ante*]videlicet à principio
mundi,maximè tamẽ à tẽpore Moysi,vel etiam Abrahę[*Promiſerat*]ex fua pietate,non hominum me- Gala..3
rito,[*Per prophetas suos in ſcripturis ſanctis*]id est libris à prophetis conscriptis[*De filio ſuo*]vnigenito, Amos.3.
naturali ac vero,non adoptiuo.Adam autẽ propheta erat,similiter Enoch & Noe.ſcripturã verò Enoch Actu.10.
allegat Iudas apostolus.Et quãuis liber Enoch nõ inter ſcripturas sanctas reputetur,sed inter apocry-
pha,eo ꝙ peruersi aliqua inconuenientia libro illi miscuerint,certum est tamen librũ illũ qui ab Enoch
editus est,sacrã fuisse ſcripturã.Et forsitan plures sanctitate ante diluuiũ ſcripserũt de Christo.Moyses
quoque & Iosue memoriã faciunt libri iustorũ,quem constat esse vetustũ,de Euangelio Christi sałtẽ Iosue.10.
B mysticè seu figuratiuè loquentem.Hinc etiã Iudęorum magistri testantur, ꝙ omnes prophetę nõ sunt 2.Regũ.1
loquuti nisi super dies Meſsiæ .Propter quod Petrus in actis de Christo loquẽs,Huic(inquit)omnes ꝓ- Actu.10.
phetię testimonium perhibẽt.Et iterũ,Omnes(ait)prophetæ à Samuele prænunciauerũt dies istos.Sed
& ipse saluator sic loquitur,Oportet impleri oſa quæ ſcripta sunt in lege Moysi & ꝓphetis & psalmis Actu.3.
de me.De lege autem & Euãgelio Christi ꝓmissum legimus, Lex à me exiet, & iudiciũ meũ in lucem Luc.vlti.
populorũ requiescet.Et alius propheta,Ecce dies veniẽt dicit dominus,& feriã domui Israel pactũ no Esa.50.
uum,,&c.[*Qui(filius)factus*].i natus[*Eſt ei,*]scilicet deo patri,vt pote ad honorem & gloriam eius,[*Ex* Hiere.31.
ſemine].i.posteritate[*Dauid*]prophetæ ac regis,[*Secundum carnem*]assumptam.De qua dicitur, Verbum
caro factum est id est secundum naturam humanam,quam assumpsit ex virgine benedicta , ex Dauid
progenie orta.Immediatum autem semen corporis Christi,erat purissimus sanguis sacratissimæ virgi- Ioan.1.
nis.Si verò sumatur semen pro solito semine,quod cætere matres in generatione ministrãt,videlicet pro
superfluo illo naturæ coagulato, impuróque sanguine: sic nõ est natus ex semine virginis Mariæ , quæ
cum mundissima fuerit,tale semen nõ præbuit,Sed neq; ex semine Dauid,nisi mediatè,nõ immediatè.
¶Cur autem apostolꝰ dicit Christũ ex semine Dauid factũ secũdũ carnẽ,& nõ potius natũ,imò & alibi Galat.4.
loquitur,Misit deus filiũ suum factũ ex muliere,cũ tamẽ ab Euãgelista dicatur,Quod ex te nasceur san Luc.1.
ctum,vocabitur filius dei,Et Esaias,Paruulus natus est nobis.Et respondẽdũ,ꝙ ideo, vt ostẽdat huma- Esa.9.
C nã Christi generationẽ nõ fuisse naturali & solito modo,sed supernaturali quodã ſpiritꝰ sancti artificio: iuxta illud propheticũ, Nouum creabit dñs super terrã.Mulier circũdabit virum.Et illud,Spiritus san- Hiere.31.
ctus superueniet in te.¶Verũtamẽ aduertẽdũ,ꝙ licet Christus secundũ carnẽ factus seu natus sit ex se- Luc.1.
mine Dauid,atque ex felicissima virgine:nõ tamẽ simpliciter & absolutè cõceditur,ꝙ Christus sit crea-
tus vel creatura,quoniã nõ subsistit in esse creato,nec per generationẽ tẽporalẽ adeptus est nouã subsi-
ſtentiã.Et etiã ne videamur aliquo modo cõmunicare Arrianis,cæterisque hæreticis,qui Christũ dixe- Ioan.1.
rũt esse purã creaturã.Ipse equidẽ est verus creator ac deus,& verbũ quod erat in principio,ꝑ quod facta
sunt omnia.Cũ ergo sancti doctores legũtur Christũ vocare creaturã,exponẽdi sunt sapiẽter.¶Prẽterea
Christus filius dei patris,dicitur factus secundũ carnem ad gloriã patris,quia ob id incarnatus,& in mũ-
do conuersatus est,vt nomẽ dei patris hominibus reuelaret,eosque ad cultũ ipsius induceret:iuxta illud
Ego non quero gloriã meam , sed glorifico patrẽ meum.Et alibi Ioannes ait , Pater manifestaui nomen Ioan.8.
tuum hominibus,opus cõsummaui quod dedisti mihi vt facerẽ.Circa hũc locũ sic ait Origenes,Factus Ioan.17.
est autẽ filius dei sine dubio,quod prius nõ erat secundũ carnẽ,secundũ diuinitatẽ verò erat prius,& nõ Origenes.
erat, quando non erat.¶Postremò.sciendum ꝙ in Christo sunt duæ generationes seu natiuitates,vide-
licet diuina & humana,sedvna dũtaxat filiatio. Generatio enim cõcernit naturã quæ in Christo duplex
consistit:filiatio verò personã,quæ nõ est nisi vna in Christo Nihilominꝰ Christus verè est filius virgi-
D nis,quia ex ea veraciter natus,[[*Qui prædestinatus est filius dei in virtute secundum ſpiritum ſanctificationis ex reſurrectione mortuorum Iesu Christi domini noſtri*]Verba hæc difficultatibus plena sunt.t. Deniq; de
ipsa prædestinatione multa dici possent,quæ infra tangentur.Nunc verò breuiter ꝓcurrẽdo,sciendũ,ꝙ
diuina prouidentia vniuersa complectitur,ita'ꝙ deus gloriosus & sapiens omnium rerum prouidentiã
habet.Singula nanque propter certũ finem creauit,eisque desideriũ finis imprẽsit, atque de mediis ad Sapien . 11.
finis adeptionẽ requisitis prouidit. Quemadmodũ verò intellectualis creatura cæteris rebus est subli-
mior:sic prouidẽtia dei,nobiliori modo ei ascribit:ita ꝙ ꝓuidentia mẽtis diuinæ respectu intellectualiũ
creaturarũ prędestinatio dicitur.Est enĩ prędestinatio(secundũ Augustinum) præordinatio alicuius ad
gloriã,seu præparatio gratiæ in præsenti,& gloriæ in futuro.Inquantũ itáque deus quosdã ad superna- Auguſt.
turalem beatitudinẽ præordinauit, & media perueniendi ad eã dare decreuit ac præparauit, dicitur eos Epheſ. 1.
prædestinasse seu præmisisse.Prædestinatio enim est quædã prẽmissio, talis autem prædestinatio dele-
ctionẽ ac electionem secundũ modũ nostræ conceptionis præsupponit,&inde procedit. Prædestinatio Ioan . 15.
igitur anteceſsionẽ quandã prædestinãtis ante prædestinatũ & gratuitum donũ includit . Cum ergo sit
ita,mirum videtur quomodo nũc sanctus apostolus dicat filiũ dei prędestinatũ in virtute,&c.Vnde(vt Roma. 8.
fertur)Origenes corrigit literã,loco prædestinati ponens,destinatũ,quia(vt ait)prædestinatio est nõdũ
entis,destinatio verò est entis.Filius autẽ dei est ens æternum.Aliqui quoque sic fecerunt textu,m.Qui Origenes .
prædestinatus(vt ibi sit punctus) est filius dei in virtute . Sicque prædestinatus nominaliter sumitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

& est sensus, Qui filius existens prædestinatus secundū humanā naturā, est filius dei vnigenitus secun- E
Ioan.10. dum naturam diuinā, in virtute. i. in diuina potentia, quę sibi & deo patri cōmunis est. Verūtamē quoniā
Haymo. litera nostra habet, qui prędestinatus est, cōsiderandū qualiter hoc ipsum intelligi debeat. Haymo ergo
ita exponit. Qui. i. Christus, filius, seu dei secundū ꝙ homo prædestinatus est. i. eius humanitas prædes-
tinata est, & pręordinata sine suis meritis, vt esset filius dei in virtute, hoc est, assumpta à verbo existen-
te in eadem virtute diuinitatis cū patre, & esset vnita illi in vnitate personæ. Quod verò subiūgitur, se-
Luc.1. cundum spiritum sanctificationis, refert Haymo ad illud quod dictū est, qui factus est ex semine Da-
uid, secūdū carnē: vt sit sensus, Filius dei factus est homo ex semine Dauid, secundū spiritū sanctificatio
nis. i. secundū operationē spūs sancti hominis sanctificantis. Ipse enī operatus est hanc superbenedictā
verbi incarnationem seu humanationē. Nā quanuis facta sit à tota supergloriosissima trinitate, tribuitur
tū spūi sancto. Vnde in symbolo legitur, Qui conceptus est de spū sancto. Incarnatio etenim verbi, est
opus summæ pietatis. Pietas autem appropriatur spiritui sancto. Quod verò mox sequitur, ex resurre-
Haymo. ctione mortuorum refert Haymo ad illud quod dictum est. Prædestinatus est filius dei, eritque sensus,
ꝙ ipse sit filius dei cui natura humana vnita est, manifestatū est ex resurrectione mortuorum dāi nostri
Matth.27. Iesu Christi, hoc est, eorum qui simul cū Christo surrexerūt. De quib⁹ scribit Matthęus, Multa sancto-
Ioan.5. rum corpora, qui dormierant, surrexerunt, & veniētes in sanctā ciuitatē, apparuerūt multis. Per hoc enī
Luc.24. quod Christus secū mortuos surgere fecit, tanq̄ ex præclaro miraculo, patuit eum esse verū filiū dei, de
Psalm.21. cuius passione cecinerunt ꝓphetæ. Quāuis autem expositio ista sit vera atq; catholica, videtur tamen à
Esaiæ.53. verbis literæ nōnihil aliena. Ambrosius verò refert prędestinationē hanc filij dei ad manifestationē ho- F
Ambros. minibus factam, qua ab æterno prescitū est, vt in tempore manifestaretur esse filius dei in virtute. Sed vt
maneamus in ipso textus tenore atque cōtextu, quātū possibile est, aduertendū, quòd esse prædestinatū,
Prouer.8. cōpetit Christo seu filio dei secundum ꝙ homo. Dictum est enim ꝙ prædestinatio est æterna prærodi
natio horū quæ per gratiam fiunt in tempore. Quod autē homo est deus, & deus homo, in tēpore factū
est per gratiā vnionis, non tamen per gratiā habitualē. Et hoc vtique ab æterno fuit prærordinatū. Quā-
uis ergo non cōcedatur simpliciter, Christus factus est filius dei. sensus enī est, ꝙ persona quæ Christus
Ioan.1. est, factus est filiꝰ dei, eo ꝙ fieri referatur ad rem secundū quòd in se est: hoc tamē cōcedit, Christus prę
destinatus est filius dei esse, quoniā prędestinari cōuenit rei, prout in apprehēsiōe pręordinātis. Persona
Col.1. autē seu hypostasis verbi apprehendi potest, prout in humana natura subsistit. Sed (vt dictū est) prædes-
tinatio ista asscribitur Christo ratione naturæ assumptæ. Nā antecessio, & donū gratuitū Christo con-
2.Cor.1. ueniunt ratione humanitatis duntaxat. Sic ergo exponenda est litera, Qui filius dei. s. Christi, in duabus
Ioan.5. naturis subsistens, secundum ꝙ homo, prædestinatus est, hoc est sola gratia seu dei beneuolētia sine pro
priis meritis prælectus est, non solum vt sit caput ecclesiæ, & à principio suæ cōceptionis in virgine, cō
Matth.1. firmatus esset in bono & cōprehensor ꝑfectus: verūetiā vt esset filius dei, nō adoptiuus, sed naturalis, in
virtute. i. diuina potestate, per quā prædestinatio ista effectū sortita est, seu ad actū deducta, secundum
spiritū sanctificationis. i. per per spiritū sanctū, quoniā operatiōe spūs sancti facta est incarnatio Christi:
iuxta illud, Quod natū est in ea, de spiritu sancto est. Incarnatio autē est prædestinationis effectus. Secū
2.Cor.8. dum spiritum, inquā sanctificationis, ex resurrexione mortuorū, hoc est secundū spiritum sanctū, per
Ephe.4. cuius sanctificantem gratiam spiritualiter mortui reuiuiscunt, qui vocantur mortui domini nostri Iesu
Christi, quoniam merito eius gratiam spiritus sancti recipiunt, atque saluantur [*Per quem*] scilicet Iesum
Christum. [*Accepimus*,] ego Paulus, cęterique apostoli à summa trinitate, [*Gratiam*] id est primitias
spiritus sancti seu diuinorum munerum supernaturalem infusionem. ¶ Gratia autem propriè sumpta,
1.Cor.12. est donum seu habitus supernaturalis, à solo creatore per creationem infusus, essentiam rationalis crea-
Rom.6. turæ immediatè perficiens, eamque in esse diuino ac meritorio statuens, Hæc est gratia gratum faciens,
Heb.11. quæ à virtutibus, fructibus ac donis spūs sancti distinguitur, [*Et apostolatum*]. i. potestatem seu author-
Act.5. tatem, præcipuamque cōmissionem ac legationem prædicandi Euangliū Christi, [*Ad obediendum fidei*]
2.Cor.16. .i. ad hoc, vt eos quibus euangelizamus, hortemur, & faciamus obedire fidei Christianæ, videlicet natu-
Matth vlt. rali ratione postposita, intellectū suum humiliter subdant incōprehensibilibus & supernaturalibus te-
Psal.18. stimoniis fidei. Vnde inferius ait Apost. In captiuitatē redigens omnē intellectum in obsequiū Christi
Act.1. Hęc autem accepimus facere [*in omnibus gentibus*]. i. vbique terrarū, nō solū in vna aut paucis nationib⁹,
Esaiæ vlt. vt implerem⁹ quod de nobis prædixit ꝓpheta, In omnem terrā exiuit sonus eorum. Hinc enim Chri-
66. stus aiebat apostolis, Eritis mihi testes in omni Iudæa & Samaria, & vsque ad vltimū terræ. Qui etiam H
Esa.42. per Esaiā de Apostolis loquitur, Mittā ex eis, qui saluati fuerit, ad gētes, in mare, in Aphricā & Lydiā, te-
60. nētes sagittā, in Italiā & Greciam, ad insulas lōgè, & annunciabunt gloriā meā gētibus. Omnia verò hæc
FINIS. facimus [*Pro nomine eius*]. i. pro nomine Christi glorificando, ac dilatando, vt omnes conuertātur ad ip-
sum. Denique de Romanis, qui erant Italici, subdit. [*Inquibus*]. inter quas gentes, ad quas missi sumus
[*Estis & vos*] Romani [*Vocati Iesu Christi*]. i. vocati à deo per inspirationem & gratiam ad fidem catho-
Mat.10. licam, vt sitis Iesu Christi, pertinendo ad oues seruosque eius. ¶ In Euangelio scriptum est quemad-
Lucæ.6. modum Christus vocauerit ad se duodecim discipulos, eos appellās Apostolos, quibus & ait, Nōne ego
Marci.3. vos duodecim elegi, quomodo ergo nūc dictū est apostolos accepisse apostolatum à deo trinitate per
Ioan.6. Iesum Christum? Et respondendū, ꝙ Apostolatus, qui est gratia gratis data, & gratia gratū faciens, sunt
Timo.2. quidem à deo, & etiā à Christo, secundū quòd deus est authoritatiuè, primò & principaliter. A Chri-
sto autem, secundū quòd mediator est dei & hominū, sunt mediatè & executiuè, seu dispositiuè, & quo
Matth.7. dāmodo instrumentaliter. Per Christum enim seu meritum eius, oīa diuinarum munera gratiarum no-
Ioan.14. bis præstantur: secundū quod ipse testatur, Quicquid petieritis patrē in nomine meo, dabit vobis. pro-
pter quod in conclusionibus otationū ecclesiæ cōmuniter dicitur, Per dñm nostrū Iesum Christum

A [*Omnib⁹ qui sunt Romæ dilectis dei*]. i. à deo æternaliter præamatis. Ipse enim prior dilexit nos [*vocatis san-* 1.Iohā.4.
ctis]. i. delibus per diuinæ vocationis gratiam sanctificatis, qui etiā veraciter sancti appellantur, [*gratia*]
de qununc factus est sermo, quæ est principium omnis actionis meritoriæ, ponens animam in esse spiri-
tuali & grato [*vobis & pax*] interna, quæ est tranquillitas mentis, & quies in debita interiorū ordinatione Esaiæ.32.
consistens: de qua propheta, Non est (inquit) pax impiis, dicit dominus. Et in Psalmo. Pax multa diligen- Psal.118.
tibus legem tuam, præsetur & insit vobis [*A deo patre*] nostro, qui est pater Christi per naturam, & pater
nosterper gratiæ infusionem, siue adoptionem, de quo Christus in Euang. Ascendo ad patrem meum, & Iohā.20.
patrem vestrum. Cū ergo sit pater noster, cum omni fiducia ab eo gratiam postulare debemus, quia vt in Heb.10.
dulgentissimus pater libenter tribuet egenis, mendicisque filiis quicquid rationabiliter petunt ac iugiter. Luc.11.
Ideo iamq; in Euangelio ait Saluator. Si vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quāto ma- 2.Petr.1.
gis pater vester cœlestis dabit spiritum bonū petētibus sē? [*Et domino Iesu Christo.*] Ex hoc arguitur, Chri Iohā.14.
stum esse verum deum, cum nullus sit author aut dator pacis internæ & gratiæ, nisi deus omnipotens. Se- Esaiæ.45.
quitur quoque deū patrem & Christū esse vnum ac idē causale principiū pacis & gratiæ, quoniam solus
creator est causa huius pacis & gratiæ. Vnde cōstat vtriusq; esse eandem deitatē, eandēq; virtutem & ope-
rationem: iuxta illud, Quæcūque facit pater, hæc & filius similiter facit. Et idem rite sentitur de spū san- Iohan.3.
cto, qui hic nō exprimitur, quoniā patre & filio nominatis, intelligitur tanquam amor & nexus, osculum-
B que amborum. ¶ Præmissa persona scribētis, & eis quibus scribitur cōmemoratis, forma quoq; salutatio Sapiē.16.
nis præhabita, sequitur narratio [*Primum quidem*]. i. ante cætera quę dicturus siue acturus sum. Vel primū. Exod.15.
i. præcipuè, [*Gratias ago deo meo*] simplici in essentia, & trino in personis, qui licet sit omnium deus ratio-
ne creationis, est tamen specialiter deus meus ꝓpter singularem charitatem & pietatem eius super me: &
item ꝓpter præcipuā spem, dilectionem, ac cultum quibus ei inhæreo, dicens cum Psalmista, Deus cor- Psal.72.
dis mei & pars mea deus in æternū. Solet autem apostolus (& ita fieri decet) à gratiarum actione incipere.
[*per Iesum Christum*] secundū quod homo est, & dei ac hominū mediator: ita quòd Christus est mihi cau- Rom.5.
sa gratias agēdi deo meo, quoniā beneficia eius, & omnia quæ ipse pro nobis fecit ac pertulit, excitant & 2.Iohā.1.
obligant me ad gratias deo altissimo referēdas, qui tāta bona hominib⁹ per Christū largitus est. [*Pro omni* 1.Cor.10.
bus vobis]. i. ꝓpter beneficia dei vobis collata, Vel, ꝙ omnibus vobis. i. pro vestro profectu atq; salute, qua- 1.Cor.7.
tenus me ꝙ vobis gratias referēte, augeatur in vobis salus & gratia Christi. Vel, pro omnibus vobis, sup-
plēdo vestrū imperfectum. Vel, pro omnibus vobis. i. in persona omniū vestrū seu vice vestra, [*Quia fides* 1.Petr.vlt.
vestra annūciatur in vniuerso mūdo]. i. in multis ac principalibus finibus mundi. Romani enim, quoniā toti
mūdo præsidebant, famosissimi erāt, & ideo fides eorū per omnia ora fidēliū volitabat. Dixerūt enim aliæ
ecclesiæ gentiū. Ecce Roma quæ est caput ac domina mūdi, fidem susscepit. Sicque cōfirmabātur in fide
exemplo fidei Romanorū. In his verbis cōmēdatur nobis charitas sancti apost. qui de ꝓximorū salute si-
C cut de ꝓpria exultauit & gratias retulit. Ita & nos agere cōpetit, vt scilicet gratias deo agamus, cū audimus
& scimus proximos nostros spūaliter prosperari. Vnde infra scriptum est, Gratias agentes deo pro omni- Ephe.5.
bus semper. Asserit quóq; Apostolus se gratias agere de fide Romanorum, quoniā fides fundamētum est Heb.11.
vniuersarum virtutum. In fide tamen includit cætera dona gratiæ dei. [*Testis enim mihi est deus cui seruio*]
cultu latriæ [*In spiritu meo*]. i. in superioribus viribus animæ meæ, videlicet in intellectu, credendo, oran-
do, cōtemplando, & voluntate sperando, amando, & cætera bona opera agēdo. [*In euangelio filij eius*] quod
aliis prædico, cui obedio, & pro quo multa sustineo. ¶ Euangelium autem filij dei seu Christi, est annun
ciatio bona, & sancta doctrina, quam Christus primò edocuit, & per apostolos aliis nunciauit.
¶ Hoc loco sicut & aliàs sæpe iurat Apost. quaten⁹ melius sibi credatur. Quod fecit propter infirmitatem Matth.5.
eorū quibus loquebatur. Nec tamen fecit cōtra illud saluatoris in Euangelio, Ego dico vobis non iurare Ibidem.
omnino. Et iterū, Sit sermo vester, est est: non non. Vnde & Iacobus dicit, Ante omnia nolite iurare. His Iacob.5.
enim verbis prohibetur iuratio falsa, cōsulitur iurationis dissuefactio: permittitur iuratio necessaria. Pro-
pter quod Christus adiecit, Quod amplius est, à malo est: non dixit, malū est, sed à malo est. i. ab imperfe-
ctione vel incredulitate eius, propter quē iuratio adhibetur. Imò iuratio debitè circunstationata, est act⁹ Deute.6.
virtutis, quæ latria nūcupatur. Vnde scriptū est, Dominum deū tuum timebis, & per nomen eius iurabis. Psalm.62.
Et in Psal. Laudabuntur omnes qui iurāt in eo. Huius itaq; rei testis est mihi deus. [*Quod sine intermissio-*
D *ne*]. i. omnibus congruis horis seu apris temporibus, [*Memoriam vestri facio*]. i. vestri reminiscor & coram
deo memor sum vestri [*Semper*]. i. in omni tempore conuenienti: iuxta quem sensum ait Saluator, Opor- Luc.12.
tet semper orare, & non deficere. [*In orationibus meis.*] ¶ Ex isto elucesit, quòd interdum licet & expedit,
vt vnus alij manifestet dilectionem, solicitudinem, & laborem, quibus pro ipso afficitur & fatigatur: non
ad accipiendum humanum fauorem aut temporalem mercedem, sed vt alius ex hoc ad meliora prouoce-
tur, atque de proximo suo melius sentiat & confidat. Quod tunc maximè fieri debet, cū vnus de alio si-
nistrè aut impiè suspicatur. [*Obsecrans*] hoc est, per sacrorum commemorationem orans: sicut quum dici
tur, Per passionem tuam libera nos, [*Si quo modo*]. i. vt aliquo modo, [*Tandem aliquando*] post multa & Prou.8.
longa desideria, [*Prosperum iter habeam in voluntate dei*] hoc est, secundum diuinæ voluntatis beneplaci- Philip.1.
tum. Non enim aliud absolutè oro aut appeto, nisi diuina voluntate suppositā: semper dicens, Fiat volun-
tas tua, [*Veniendi ad vos*] ô Romani. Nam & ideo creditur Paulus Cæsarem appellasse, &c. quatenus occa Matth.6.
sionem haberet veniendi Romam. [*Desidero enim vos videre, vt aliquid vobis impartiar gratiæ spiritualis*]. i. Actu.25.
gratiam mihi collatam, vobis communicem, instruendo vos plenius de euangelica lege, & disponēdo cor 1.Pet.4.
da vestra per meam exhortationem ad abundantiora dona spiritus sancti: quemadmodum Petrus admo Matth.25.
net, Vnusquisq; sicut accepit gratiā in alterutrū illam administrātes, sicut boni dispensatores multiformis
gratiæ dei. Non enim debet homo (præsertim prælatus, prædicator aut doctor) talētum sibi cōcessum ab- Eccle.41.
scondere, quia vt in ecclesiastico habetur, Sapientia abscōdita & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisq;?

Universidad de Deusto
Biblioteca

2. Corin. 7. [*ad confirmandos vos*] in veritate fidei, & obseruatione euangelicę legis. [*id est simul cõsolari in vobis*] hoc est, ad hoc cupio vobis gratiam imparti, vt ex vestra confirmatione, ego quoque in vestro profecti cõsoler & gaudeam: quoniam sicut de vestra imperfectione constristor, ita de vestra perfectione iucundor, [*Per eam quæ inuicem est fidem vestram atque meam*] hoc est, per communẽ ac mutuam fidem nr̃ã, quę est fides catholica, in qua fundatur, & ex qua oritur cõsolatio, qua vnus fideliũ de pfectu & bono alterius cõsolatur. Hęc quippe cõsolatio fundatur in hoc quod credim⁹, & speramus simul ad ętenã felicitatẽ pertingere. Loquitur autẽ de fide formata quę per dilectionẽ operatur, nõ de fide informi. *Nolo autẽ vos ignorare fratres, quia sæpe proposui venire ad vos*] si tamen deus permitteret, [*Et prohibitus sum*] Actu. 16. impeditus, vel ex diuina reuelatione vetitus sum ab executione propositi mei, [*vsque adhuc*] cũ præsentem scribo epistolam. Impeditus autẽ fuit Apostolus per captiuitatẽ, seu aliã occupationem. Vel propter Romanorũ peccata nondũ permisit eum Christus pergere Romã: quomodo in Actibus legitur, Philip. 1. Vetati sunt Paulus & sui à spiritu sancto loqui verbũ dei in Asia, & nõ permisit eos spiritus Iesu. Postea tamẽ prędicauit Paulus in Asia. Ideo autẽ ꝓposui venire ad vos, [*vt aliquem fructũ habeã in vobis*]. i. spiritualẽ profectũ in vobis producã, vosq; in gratia dei ac bonis operibus fructificare faciã, & etiã vt vobis prędicãdo maius meritũ impręsenti, maiúsq; pręmiũ in futuro acquirã, quę omnia finaliter refero ad gloriam 1. Corin. 9. dei sublimis ac omnipotentis. [*Sicut & in cæteris gentibus*] quib⁹ predicaui, fructũ aliquẽ habeo. [*Græcis*] 2. Mac. 12. qui naturali ingenio pollent, & philosophię inuentores fuerunt, [*Ac Barbaris*] hoc est, hominibus duris, & F
quasi sine lege viuentibus. Omnes præter Latinos, Hebræos, & Græcos, Barbari appellantur, [*sapienti-* 1. Cor. 15. *bus & insipientibus*] id est, fidelibus & infidelibus, doctis & indoctis, vnum verum deum noscentibus, & idola venerantibus, [*Debitor sum*] prędicare eis Euangelium regni cœlestis, non propter eorum merita, aut dona ab eis recepta: sed ex cõmissione diuina, & ꝓpter beneficia mihi diuinitus cõdonata, quę ordinãtur ad hoc, vt omnibus prędicẽ. Gratię enĩ gratis datę ordinãtur ad ꝓximũ. [*ita quod in me prõptũ est*] .i. fic ꝙ ego ob hãc obligationẽ, magis tamẽ ex charitate parat⁹ sum, [*Et vobis qui Romæ estis euãgelizare.*]

Prosecutio huius capitis ab eo loco, [*Non enim erubesco euangelium.*]

Articulus iiij.

1. Cor. 1. MEritò dixi me esse paratum euangelizare & vobis Romanis [*Non erubesco euangelium dei*] hoc est, nõ
Actu. 3. confundar publice annunciare crucem, & passionem & cętera mysteria Christi, quę in Euãgelio
Lucę. 9. describuntur, atque à reprobis irridentur. Paratus sum namque pro nomine Iesu contumeliam pati:
quoniam ipse ait, Qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, cum venerit in
Psalm. 118. regno suo. Huic consonat illud Psalmistę, Et loquebar in testimoniis tuis in conspectu regum, & non
Ioan. 6. confundebar. Ratio huius subiicitur, [*Virtus enim dei est in salutem omni credenti*] hoc est Euangelium
Mat. 24. Christi, id est potẽs effectus diuine potestatis, seu fortis doctrina, proficiẽs in salutem ętern am, omni cre G
Matth. 15. denti per fidem formatam ac perseuerantẽ, [*Iudæo primum*] hoc est, ex Iudaismo cõuersis, videlicet primitiuę ecclesię, quę ex iudęis cõstabat. Nã & Christus dicebat, Nõ sum missus nisi ad oues, quæ pierunt
domus Israel, hoc est, ad synagogã primò ac principaliter missus sum. Ideo Paulus agebat Iudæis, Vo-
Actu. 3. bis oportebat primùm loqui verbum dei. Deinde [*Et Græco*] hoc est, ex gẽtilitate cõuersis valet euãgliũ.
Infra. 3. Per Grecos quasi à digniori Gentiles significat, Repulsa enim prædicatione Apostolorum à iudæis, iu-
Actu. 13. sta facta est transmigratio ad Gẽtiles, secundum quod Paulus testatur. Quia repulistis illud, & indignos-
Haymo. vos iudicastis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Secundum Haymonem, Euangeliũ dicitur vir-
p. Cor. 2. tus dei, quoniam Christum, dei virtutem annunciat. Secundũ Ambrosiũ verò dicitur virtus dei, quoniã
Ambrosius valet ad indulgentiam peccatorũ, & ad operationẽ miraculorũ. Quod autẽ euangeliũ sit virtus dei proficiens in salutem omni credenti dinceps declarat. [*iustitia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidem*] Hæc
iustitia dei quæ reuelatur seu manifestatur in Euãgelio, sicut in scriptura veraci, vel in Iudęo & Gręco,
sicut in subiecto iustificato, tripliciter intelligi potest. Primò, de increata iustitia creatoris, quæ est ipse-
met deus sanctus & iustus. In Euangelio quippe increata dei patris iustitia declaratur, siue describitur,
Ioan. 3. quomodo. f. maluit vnigenitũ suũ pati & mori, q̃ peccata manere inulta. Et quomodo Christus per viã
iustitiæ mundũ redemit, quomodo etiã pater omne iudiciũ præstitit Christo, & per ipsum iudicaturus
Roma. 8. est omnes, daturusq; singulis quod merentur. Nunc tamẽ potissimùm loquitur sanctus Apostolus de iu-
Ioan. 3. stitia dei omnipotẽtis, qua infideles vt impii iustificati sunt gratis. ¶ Sed cum hoc ad misericordiã dei H
2. Timo. 4. pertineat, mirũ videtur, quomodo illud iustitiæ asscribatur. Et respondendũ secundũ Anselmũ, ꝙ tãta
Roma. 3. est bonitas atq; benignitas dei, vt iustũ sit cũ etiã indignis & ipiis misereri ac parcere, sicq;, vt huiusmo-
Nota. di actu attẽditur iustitia ex parte bonitatis diuinæ secũdũ seipsã acceptæ, Misericordia quoq; in eo attẽditur, ex parte bonitatis diuinę ad indignos relatę. Secũdò exponitur de iustitia dei creata, quã ipse cau-
Roma. 4. sat in nobis, per quã iustificamur formaliter, quia per eã de⁹ iustificat nos gratis. Per fidẽ sine operibus
legis. Dãdo enĩ animæ fidẽ & gratiã, cõfert iustitiã, per quã anima iustificatur. Hæc iustitia in Euãgelio
1. Corin. 2. reuelatur, & in Christianorũ cordibus manifestatur, Tertiò exponitur, de fideli acvera diuinarũ promis-
Lucę. 24. sionũ adimpletione, qua deus in ecclesia & in Euãgelio adimpleuit quod in veteri testamẽto prædixit,
Matth. 3. atque in populo synagogæ pręsignauit. Hęc iustitia in Euãgelio reuelat̃ Christo testãte, Oportet ſpleri
Roma. 10. omnia quę scripta sunt in lege & prophetis & psalmis de me. Et alibi, Vnũ iota nõ peribit de lege. donec
Philip. 3. omnia fiãt. De prędicta iustitia dei secũdo modo accepta, alio loco dicit Apostolus, loquens de Iudæis,
Esa. 16. Ignorantes dei iustitiã, & suã volẽtes statuere, iustitiæ dei nõ sunt subiecti. Et rursus, Inueniar in illo nõ
Marci. 16. habẽs meã iustitiã, quę ex lege est, sed quę ex fide. Vnde per Prophetã domin⁹ ait, Prope est iustitia mea
Matth. 9. vt reueletur. Erat namque veteri lege velata, sed in Euãgelio est reuelata. De qua iustitia dicit Saluator,
Lucæ. 7. Qui crediderit & baptizat⁹ fuerit, saluus erit. Et alibi, Fides tua te saluũ fecit. Itemq;, Qui credit in me
Ioan. 6. habet vitam æternam. Quælibet iustitia dei nunc prædicta reuelatur ex fide in fidem, hoc est ex fide

A prophetarum & patriacharũ, in fide Apostolorum atque Ecclesiæ: quia quod illi crediderunt futurum, Psalm. 18.
isti crediderunt impletũ. Vel, Ex fide, hoc est, ex actu fidei vnius articuli, in fidem, id est, in actum fidei alterius articuli. Omnia namque testimonia fidei sunt connexa: & vnũ ex alio magis credibile redditur, imò & quodammodo declaratur, magisque planum, ac rationale iudicatur. [*sicut scriptum est* Abac. 2
Iustus autem ex fide viuit.] Hoc allegat Apostolus ad prodandum, quòd iustitia dei reuelatur in Euan-
gelio, vel in Christiano ex fide in fidem. ¶ Sed cum fides sit vna (iuxta illud, Vnus dominus, vna fides, v- Ephesi. 4
num baptisma) quomodo nunc dicitur ex fide in fidem, quasi sint fides diuersæ? Et respondendum,
quòd fides est vna parte obiecti. Numeratur autem & diuersificatur ex parte subiectorum: in eodem
tamen fides non est nisi vna numero, sicut & charitas. Vnde vt dictum est, per fidem intelligitur actus
fidei, qui diuersificatur. Authoritas verò ab Apostolo introducta habetur in Abacuc, vbi legitur: Ecce Abac. 2
qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso. Iustus autem ex fide viuet. Cui concordat il- Esaię. 28.
lud quoque Esaiæ, Qui incredulus est, infideliter agit. Et in Ecclesiastico inducitur, Qui timetis domi- Eccles. 2.
num, credite illi, & non euacuabitur merces vestra. Nullus etenim propriè iustus est, nisi referat opera
sua ad vltimum finem, qui est supernaturalis felicitas. Hunc autem finem non agnoscimus nisi per fi- Hier. 5.
dem, quæ in omni actu meritorio dirigit rationem. Idcirco in fide tanquam in basi seu fundamento vir- Psalm. 148
tutum, viuit iustus. Hinc etiam ait Scriptura, Domine, oculi tui respiciunt fidem. ¶ Porrò, quod ex fide
B sit salus iustitiáque credentium, declarat consequenter Apostolus ex opposito. [*Reuelatur enim ira dei*]
hoc est, iusta vltio diuinæ iustitiæ, [*De cœlo*] per reuelationes cœlestes ab angelis factas, qui hominibus
diuinam districtionem ac vltionem, seu pœnas inferni reuelauerunt. Vel, ira dei de cœlo, id est, dei cœli,
seu dei cœlestis. De quo canitur, Laudate dominum de cœlis. Vel, dei iudicis, de cœlo venturi ad iudi- 1. Petri. 3.
candum viuos ac mortuos. Vel dicitur ira dei reuelari de cœlo, quia in die nouissimo, cœli ardentes (se- Ezech. 18.
cundum Petrum Apostolum) & angeli cum iudice venientes, ostendent iram dei contra iniquos. Itáque
reuelatur ira, indignatio, detestatio dei, [*super omnem impietatem (qua peccatur in deum) et iniustitiam*] qua
peccatur in proximum [*Hominum*] peruersorum [*Eorum*] videlicet, [*Qui veritatem dei*] quam agnoscunt,
hoc est, diuinorum nouitiam seu diuinam iustitiam, quæ frequenter veritas nominatur, [*in iniustitia deti-* Iacob. 4.
nent,] id est, iniustè viuendo apud se retinent, non procedentes in actum virtuosum: sed ipsam verita-
tem ab operis executione trahunt, atque abscondunt: quibus competit illud, Scienti bonum & non fa- 1. Petri. 2.
cienti, peccatum est illi. Et illud Melius erat non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem
retrorsum reuerti.
¶ Hoc loco incipit loqui Apostolus contra peccata gentilium idololatrarum. De hac reuelatio-
ne iræ dei super impietatem & iniustitiam hominum, ipse dominus per Prophetam protestatur, Visita- Esaię. 13.
C bo super orbis malis, & contra impios iniquitatem ipsorum, & requiescere faciam superbiam infide-
lium, & arrogantiam fortium humiliabo.
¶ Iusuper causa punitionis istorum subiungitur, [*Quia quod notum est dei*] hoc est, per naturalem ratio- Iob. 35.
nem de deo sciri potest, videlicet quòd deus sit iustus & sapiens, approbans bona, & reprobans mala, Ecclesia. 1
& quòd ipsi soli sit cultus perfectissimus, vt pote honor latriæ, exhibendus [*Manifestum est in illis*] hoc 1. Timo. 1
est, gentilibus notum fuit. [*Deus enim illis manifestauit*] per influentiam luminis naturalis, per quod anima
rationalis ex creaturis intelligit creatorem. De quo lumine scriptum est, Signatum est super nos lumen Psalm. 4.
vultus tui domine. Vnde Origenes ait, Notum dei est hoc quod ex mundi huius dispositione & natu- Origenes.
rali ratione assequi possumus. Ignotum verò dei est, ratio substantiæ eius, quæ omnem latet creatu-
ram, similiter & mysterium humanæ liberationis. Pluribus autem modis deus reuelauit hominibus ve-
ritatem, videlicet per sapientiæ infusionem, per angelicam reuelationem, per sanctorum instructio- Damasc.
nem, per naturalem rationem. Secundum Damascenum quoque omnibus naturaliter inserta est cogni-
tio existendi deum. Nunc tamen agit apostolus de reuelatione quæ fit per naturalem rationem, quæ
ex creaturis ascendit ad creatoris notitiam: subditur namque, [*Inuisibilia enim ipsius*] id est, diuina na- 1. Timo. 1.
tura incorporea simplex & inuisibilis, & perfectiones eius, quę naturaliter sciri possunt, videlicet iusti-
tia, potentia, prouidentia, & c. quæ dicuntur inuisibilia dei, quoniam licet sint vnum in deo, & ipsa Psalmi. 8.
diuina essentia, tamen secundum rationem distinguntur, diuersimodè significantur, & per diuersa co-
D gnoscuntur. Hæc ergo inuisibilia dei, [*a creatura mundi*] id est, ab homine qui inter creaturas huius sen- Mare. 16.
sibilis mundi primatum sortitur: de quo dominus dicebat, Prædicate euangelium omni creaturæ, id est,
omni homini, [*per ea quæ facta sunt (id est, per res creatas) intellecta*] id est intellectualiter contemplata.
Oportet enim inuisibilia dei intellectuali, puróque oculo intueri, [*conspiciuntur*] id est agnoscuntur. Esaiæ. 52.
Vel per ea quæ facta sunt intellecta, id est per creata ritè cõsiderata. [*Sempiterna quoque virtus eius*] id est
æterna potestas dei, [*Et diuinitas*] ab homine conspiciuntur, per ea quæ facta sunt, non vtique per speciẽ, 1. Corin. 1.
vel quid sint, sed quia sunt, & quid non sunt. Cum enim omnis creatura sit quidam radius suæ creatoris,
& omnis effectus sit quædam participata similitudo suę causæ (quoniam vnumquodque producit sibi
simile) certũ est quòd ex naturis creatis aliquo modo cognoscatur increata natura. Videtes quippe phi- Eccles. 13.
losophi ordinem esse in rebus, & quod vnum procedit, causatur & gubernatur ab alio, peruenerunt ad
notitiam vnius primi, summique entis quod oportuit esse æternũ, perfectum, & independens. Ex vni-
formi quoque motu cœlestium corporum, & stabili consistentia mundi atque gubernatione inferiorũ
à superioribus perpenderunt esse in vniuerso vnum quendam summum prouisorem, dominatorem ac
principem. Quam multa autem vera, profunda, ac mira agnouerint Plato cum suis, & Aristoteles cum
peripateticis de inuisibilibus dei, de sempiterna virtute ac diuinitate ipsius, patet in libris eorum. Sed
& Proclus Platonicus in Elementatione sua theologica de deo atque diuinis subtilissimè loquitur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sapien. 13. multis aberret. Prædictis autē verbis apostoli cōsonat illud quóq; Sapientis, A magnitudine speciei creaE
Proue. 60. turæ poterit creator horum cognoscibiliter videri. Omnia enim (vt Salomon ait) propter seipsum operatus est dominus, scilicet vt in creaturis diuina maiestas átque perfectio relucerent: sicq; ex consideratione
Eccle. 3. creaturarum incitaretur homo ad contemplationem, amorem, ac reuerentiam creatoris. Hinc scriptum
Esaiæ. 40. est, Fecit deus opera sua vt timeatur. Et iterum, Leuate in excelsum oculos vestros, & videte quis creauit hæc. In tantum igitur cognouerunt deum, [*ita vt sint inexcusabiles*] de suis peccatis, præsertim de idololatria. Non enim excusat eos ignorantia. [*Quia cum cognouissent deum*] per naturalem rationem secundum
Hebr. 12. modum prætactum [*Non sicut deum glorificauerunt*] seruiendo ei cum debita reuerentia [*Aut gratias egeDiæ. 1.
Sapien. 5. runt*] deo pro beneficiis suis, [*Sed euanuerunt*] hoc est, inanes effecti sunt, *in cogitationibus suis*] vanis ac friMatth. 11. uolis, glorificantes, & magnipendentes seipsos. [*Et obscuratum*] luce gratiæ priuatum & splendore diuinæ
Mich. 2. sapientiæ destitutum, [*Est insipiens cor eorum*] impletúmque est caligine vitiorum propter vanitatem cogi
Esaiæ. 1. tationum suarum. Vnde scriptum est, Væ qui cogitatis inutile. Et alibi admonet dominus, Auferte ma1. Corin. 1. lum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Per Salomonem quóque sapientia dei Christus dominus
Prouer. 8. contestatur, Ego (inquiens) sapientia habito in consilio, & eruditis interfum cogitationibus. [*Dicentes enim se esse sapientes*] id est seipsos de sua sapientia iactantes, átque in seipsis, non in fonte sapientiæ gloriantes, [*Stulti facti sunt*] coram deo seu diuino iudicio, qui stultam fecit sapientiam huius mundi. Qui enim F
Ecce. 1. scientiam creaturarum, & naturalem sapientiam diuinorum non ordinat ad salutarem ac supernatura1. Corin. 1. lem sapientiam & dei honorem, veraciter stultus est: tanquam contra ordinem rerum faciens, & contra censuram æternæ sapientiæ agens. Propter quod scriptum est, Stultus factus est omnis homo à scientia
Hier. 10. sua. Et iterum, Sapientia tua & scientia tua decepit te. Et rursus, Væ qui sapientes estis in oculis vestris.
Esaiæ. 47. ¶ Sed videntur hæc de philosophis verificari non posse. Cùm enim quidam interrogasset Pythagoram an sapiens esset, dixit se sapientem non esse, sed philosophum, id est sapientiæ amatorem. Et eius exemEsaiæ. 3. plo, posteri eius se non vocauerunt sapientes, sed philosophos. Et respondendum quòd licet non dicerent ore, corde tamen dicebant se sapientes, pauciſsimis forsan exceptis, qui nec idola coluerunt. De quibus modo non agitur. [*Et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis*] id est cultum, honorem & gloriam immortali ac inuariabili deo impendendam, exhibuerūt imaginibus, 1. Tim. 1. statuis seu idolis hominum mortuorum. [*Et volucrum, & quadrupedum et serpentium*] Quàm verum sit
Sap. 11. 14. hoc, in libro Sapientiæ prolixè describitur. Quomodo etiam populus Iudæorum tanto errori subiacuit,
Esaiæ. 2. talpásque ac vespertiliones adorauit, Esaias atque Ezechiel prosequuntur. Quidam autem gentilium ip-
Ezech. 8. sas imaginationes, quidam verò res significatas per imagines coluerunt. [*Propter quod*] id est, propter ido-
Sapien. 14. lolatriam iam prædictam, quæ omnis peccati origo efficitur. Iuxta illud Sapientis, Infandorum idolorum G
cultura, omnis mali causſa est, & principium & finis. [*Tradidit illos deus*] non effectiuè, sed permissiuè, gratiam suā iustissimè subtrahendo [*in desideria cordis eorum*] id est, in' inordinatos appetitus, & concupiscen1. Corin. 6. tias carnis, videlicet [*in immunditiam*] luxuriæ, vel potius Sodomiticæ maculæ. [*Vt contumeliis*] hoc est, actibus ipsi naturæ iniuriosis, nociuis, atque contrariis [*Afficiant corpora sua in semetipsis*] hoc est, in eodem
Hier. 9. 16. sexu atque suppositio, committendo peccata contra naturam. Vel in semetipsis, id est, adinuicem. Nam &
1. Tim. 1. qui fornicatur, peccat in corpus suum. [*Qui commutauerunt veritatem dei, in mendacium*] id est, diuinitatem,
Deuter. 4. honorem, & gloriam soli vero omnipotentique deo asscribenda, & exhibenda, transtulerunt ad deos sal-
Sapien. 13. sos seu idola. [*Et coluerunt, et seruierunt creaturæ*] videlicet idolis suis [*Potius quàm creatori, qui est (deus) benedictus in secula, Amen*] Ecce quanta peruersitas.

¶ Hæc traditio impiorum in desideria cordis eorum, est grauissima pœna, quam deus in præsenti infligit. Et est pœna damni, cui in inferno correspondet carentia beatificæ fruitionis. Vnde dominus ait in
Psalm. 80. Psalmo, Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis. Vnum nanque pec
Psalm. 80. catum trahit ad aliud, idémque peccatum est peccatum, & causſa peccati, seu culpa, & pœna culpæ. Nam homo vnum committendo peccatum meretur à deo relinqui, átque in aliud prolabi. Et quantò aliquis
Esaiæ. 3. seipsum erigit altius, inaniúsque extollit, tantò meretur profundius cadere. Maximè quóque, qui tam sapientes sunt in propriis oculis, merentur relinqui, in tantum vt in vitia carnis incidant, quæ sunt præcipuè
Ephesi. 5. bestialia átque turpissima. Vnde iam subditur, [*Propterea tradidit illos deus in passiones ignominiæ*] id est, in H
Ezech. 4. inominabilia vitia carnis, quæ sunt peccata contra naturam.

¶ Ignominia enim dicitur quasi sine nomine dignitatis, quoniam talia scelera non faciliter explicantur. Prosequitur tamen Apostolus species tanti facinoris. [*Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem vsum in eum vsum qui est contra naturam,*] hoc est, organo sui sexus, qui ordinatur ad conceptionem prolis, abusi sunt, ita vt fœmina fœminæ misceretur. [*Similiter autem et masculi relicto naturali vsu fœminæ*] id est legitima seu naturali commixtione ac copula cum muliere, [*Exarserunt (igne libidinis) in desideriis suis*] turpissimis [*in inuicem*] scilicet [*Masculi in masculos turpitudinem operantes*] polluendo se mutuò vaEsaiæ. 24. riis modis. Sed & si masculus fœminæ commiscatur alio modo, loco, seu organo, quàm natura concesſit, contra naturam peccatur, [*Et mercedem quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes*] Sic con
Psalm. 17. structuenda & intelligenda est litera, Prædicti idololatræ ac Sodomitici recipientes à deo permissiuè, à
Ezech. 16. seipsis autem causſaliter, recipientes (inquam) & sustinentes in semetipsis, id est, in propria natura mer-
Micheæ. 1. cedem sui erroris, id est, retributionem seu præmium suæ idololatriæ, scilicet traditionem & lapsum in passiones ignominiæ, quam mercedem oportuit, vel decuit eos recipere secundum dictamen ac ordinem diuinæ iustitiæ, qua vitia vitiis proportionabiliter puniuntur. Vnde quemadmodum iactantia propriæ sapientiæ meruit, vt in idololatriam caderent, sic idololatria propter grauissimam suam deformitatem meruit, vt in innominabilia carnis peccata inciderent. [*Et sicut non probauerunt,*] hoc est, non

A putauerūt nec opere ostēderūt, [*Deum habere in notitia*] iactus humanos. i. æstimauerūt deum non cogno Iob. 21. 22.
scere peccata hominum: dicētes illud Iob, Deo excelsior cœlo est, nec nostra considerat, & circa cardines cœli perambulat. Et illud Ezechielis, Dereliquit dñs terrā, & dñs nō nosvidet, [*Tradidit illos deus in* Ezech. 9.
reprobum sensum] hoc est, in intellectū peruersum, priuando eos lumine gratiæ ac verę sapientiæ, quate- 2. Tim. 3.
nus, sicut circa diuinū intellectū errauerunt, sic in suo intellectu punirētur. Tales sunt oēs qui diuinam Psalm. 93.
prouidentiā negant. De quibꝰ ait Psalmista, Dixerūt, nō videbit dominꝰ, nec intelliget deus Iacob. Et So Sopho. 1.
phonias, Dicunt non faciet dominus bene, & nō faciet malè. Contra quos dominus loquitur per Amos Amos. 5.
prophetā, Cognoui multa scelera vestra, & fortiora peccata vestra. Vel sic, Sicut nō probauerūt, hoc est,
nō curauerunt deū habere in notitia. i. cognoscere deū veraciter, tradidit illos in reprobum sensum, excæcando corda ipsorū permissiuè, ita ꝙ eis cōuenit illud propheticū, Sapientes sunt vt faciāt mala, bene
autem facere nescierunt. [*Vt faciant ea quæ non conueniunt,*] hoc est, quæ deo, rationi, atque ecclesiæ con Hiere. 4.
trariantur. Hæc dictio, vt, non tenetur hoc loco causſaliter, sed cōcomitanter. Nō enim ideirco tradidit Nota.
illos in reprobum sensum directè vt faciāt mala, sed opatio mali cōsecuta est traditionē, seu derelictionē ipsorū prædictā. Sicque frequenter in libro isto accipitur. Sic ergo tradidit illos deus, [*Repletos omni*
iniquitate] hoc est, omni peccato. Peccatum enim iniquitas est. i. cōtra iustitiam secundū Ioannem. ¶ Prę 1. Ioan. 3.
terea, ponit ptes seu species iniquitatis, [*Malitia*] qua alter alteri dānum īferre conatur [*Fornicatione*] hoc
B est, illegitimo cum muliere concubitu, [*Auaritia*] hoc est, inordinato appetitu temporalium rerum, [*Ne*
quitia]. i. peruersitate, seu temeritate nefaria, [*Plenos inuidia*] quæ est trisſitia de bono alterius, [*Homicidiis, contentione, dolo, malignitate,*] hoc est, voluntate igne malitię inflammata, [*Susurrones*] hoc est, discor
diæ seminatores: contra quos Moyses præcipit, Non eris susurro in populo. Et Ecclesiasticus ait, Susur
ro & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacem habentes, [*Detractores*] hoc est, aliorum famam Leuit. 19.
denigrantes, de eorum defectibus inordinatè loquendo, vel fallsā imponendo, [*Deo odibiles*] quantum ad Eccle. 28.
culpam, Odio enim deo sunt impius, & impietas eius. Vnde Ecclesiastes ait, Si mordeat serpens in silen
tio, nihil minus eo habet, qui occultè detrahit. Agendum est ergo, quod ait vir sanctus, Detrahentem se Sapien. 14.
cretò proximo suo, hunc persequar, [*Contumeliosos*]. i. verbis vel actibus iniuriantes. Quod valde in- Eccle. 10.
quum est iuxta illud, Homo affluetus in verbis improperij, omnibus diębus vitæ suæ non dirigetur, [*Su* Psalm. 100
perbos] appetendo honores, [*Elatos*] nolēdo habere æqualem vel superiorē, [*Inuentores malorum*] exco- Eccles. 23.
gitando nouos errores, aut culpas, [*Parentibus non obedientes, insipientes*] male sentiendo de rebus diuinis
[*incompositos (moribus) sine affectione*], id est, tepidos, carentes zelo iustitiæ, & charitatis feruore, [*Absque*
fœdere], id est, obseruatione pacti, societatis & amicitiæ. Vnde scriptum est. Qui dissoluit, pactum, nun-
C quam effugiet, [*Sine misericordia*], id est, crudeles. Viscera nanque impiorum crudelia. In talibus adim- Ezech. 12.
pletur, quod Iacobus ait, Iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam, [*Qui cum iu* Prouer. 12.
stitiam dei] hoc est, iustum deum. [*cognouissent, non tamen intellexerunt*] hoc scilicet. [*Quoniam qui talia* Iacob. 2.
agunt, digni sunt morte] æterna. Et [*Non solum qui faciunt*] sunt digni morte, [*Sed etiam qui consentiunt fa*
cientibus] vt nullus excusetur.

Cap. II. [*Propter quod inexcusabilis es o homo.* Articulus. v.

Voniam itáque digni sunt morte æterna, non solùm qui peccata prædicta committūt, sed etiam quicúnque consentiunt, vel quum possint, non impediunt. [*Propter hoc inexcusabi*Q *lis es (á peccato) o homo omnis qui iudicas*] id est, damnas seu reprobas alium non secundum ordinem æquitatis, ac regulas iuris, sed inordinato iudicio. [*in quo enim alterum iudicas (hoc modo) teipsum condemnas*], id est, damnatione dignum ostēdis, ac profiteris. Iuxta quem sen- Eccles. 21.
sum scriptum est, Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam. Vnde ait Saluator, Ex Lucæ. 19.
ore tuo te iudico serue nequam. Et alibi, Hoc tuum est iudicium quod ipse decreuisti. Veruntamē quo 1. Reg. 20.
niam sacra scriptura frequenter hortatur nos ad iudicandum, iuxta illud Prophetę, Indicabo tibi homo Mich. 6.
quid sit bonum, aut quod dominus requirat à te facere iudicium. Et infra dicit Apostolus Spiritualis 1. Corin. 2.
homo omnia iudicat. Frequenter quoque prohibet nos iudicare præsertim in hoc libro epistolarum
Pauli. ¶ Ad agnoscendum ergo quomodo hæc omnia intelligi debeant, scire oportet, quòd iudicium
D propriè sumptum, est actus virtutis, videlicet determinatio iuris seu definitio iusti. Talis autem determinatio iuris, est actus iustitiæ, ideo iudicium est actus iustitiæ, tanquam inclinātis & disponentis iudicantem, vt dignus atque idoneus sit ad iudicandum. Actus nanque virtutis ex virtute procedit. Nec potest bene iudicare de operibus virtutis, qui habitū virtutis nō habet. Vnde castus bene iudicat de pertinentib⁹ ad castitatē, & fortis de his quę ad fortitudinē pertinēt. Iudiciū tamen est actus rationis seu prudentiæ tanquā dirigentis atque sententiā proferentis. Inquantū itáque iudiciū procedit ex quadā conaturalitate iudicantis ad iudicata, requirit habitū virtutis in iudicante. Quoniā ergo iudiciū actus iustiæ est, intantum licitū perhibetur, inquantū ex iustitia oritur. ¶ Ad hoc autem ꝙ iudiciū sit actus iustiæ, tria sunt necessaria. Primò, vt procedat ex inclinatione virtutis, nō ex impetu passionis aut suspitione. Secūdò, vt ꝓcedat ex authoritate præsidētis. Tertiò, vt ꝓferatur secundū rectam rationem prudentiæ. Quodcūque horū defuerit, erit inordinatū, illicitúmque iudiciū. Si etenim primū defuerit, vocatur Peruersum: si secundū, dicitur Vsurpatū: si tertium desit, Temerariū appellatur. Vnde Chrysost. super Chrysost.
Matthæū, Qui in magnis peccatis sunt, eos iudicare nō debēt qui in eisdem peccatis, aut certè minori- Thomas.
bus sunt. Et hoc secundū Thomā potissimè verū est, quando peccata prælati aut iudicis publica sunt, &
quando nō est necesse iudicare de alia ratione officij. Si verò peccata occulta sint, & necesse sit iudicare
ratione iniuncti officij, potest cum timore ac humilitate iudicare siue arguere. Si autem peccata sint manifesta, & nihilominus iudicare oporteat, debet primò intra se pœnitere. Nobis verò diligenter pensandum est illud sancti Ambrosij, Iudicet de errore & culpa alterius, qui in seipso non habet Ambros.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod iudicet,ne cũ de alio iudicat,in ſeipſum ferat ſententiã. De prædictis ergo inordinatis iudiciis intel E
Matth.7. ligenda ſunt loca ſcripturæ,in quib⁹ vetatur iudiciũ. Sicut cũ dicit,Nolite iudicare,& nõ iudicabimini.
Poteſt autẽ & debet quilibet noſtrũ iudicare,reprobare,& caſtigare ſeipſum. In cõmuni quoq; poſſum⁹
iudicare de actibus atq; generibus hominũ ſecundũ doctrinã & determinationẽ ſcripturæ,vt, q̃ omnis
Auguſtin. homicida dãnabitur,& omnis ſuperbia ſit peccatũ. ¶ Duo verò ſunt in quib⁹ ſecundũ Auguſtinũ vitare
debemus iudiciũ. Primò,quum ignoram⁹,quo animo aliquid fiat. Idcirco de occultis ac dubiis iudicare
prohibemur. Secũdò,dũ ignoramus qualis futurus ſit qui iudicãdus videtur. Et quia hoc ſemp ignora-
Eccleſi. 9. mus,nõ debem⁹ abſolutè perſonã alteri⁹ iudicare,præſertim cũ ignoremus,an dignus ſit amore,an odio
poſsitq; omni momẽto à deo tangi,cõpungi,pœnitere,& purificari. De actibus tamẽ manifeſtis,& quæ
animo bono fieri nequeunt,iudicare permittimur,cõpatiendo potius quàm ſpernẽdo. ¶ Deníque iudi-
cium duplex eſt,ſcilicet diſcretionis,quo inter bonum & malum diſcernitur: & remunerationis,quo de
Hier.13. præmio ſentẽtiatur. Horũ iudiciorũ vtrunq; laudabile eſt,ſeruatis circunſtantiis & conditionibus debi
Iob.34. tis. De iudicio quippe diſcretionis dñs loquitur per prophetam,Si ſeparaueris pretioſum à vili,quaſi os
Ibidem. meum eris. De quo & in Iob habetur,Iudiciũ eligamus,& inter nos videamus quid ſit melius. Itémque
Nunquid qui non amat iudiciũ,poteſt ſanari? Iudicium autem remunerationis eſt duplex,videlicet ap-
probationis,quantũ ad bonos: & reprobationis,quantũ ad malos. ¶ Sciendum quoq; q̃ Paulus hoc lo- F
1.Cor.4. co ad literam loquitur contra Eccleſiam Romanorũ,quæ ex Iudæis & Gentibus collecta erat,qui ſe mu
tuò iudicabant. Iudæus enim iudicauit Gentilem de tranſgreſsione legis naturalis. Gentilis verò Iudæũ
Matth.7. de præuaricatione legis diuinæ. Quilibet verò iſtorum ſecundum Apoſtolum inexcuſabilis eſt. Cuius
ratio ſubditur,[*Eadem enim agis*]hoc eſt. ſimilia,vel eadẽ genere aut ſpecie tu Iudæe operaris, [*Quæ(in
Gentili)iudicas*],id eſt, redarguis, atque condemnas. Vel eadem agis tu gentilis quæ in Iudæo iudicas.
Hoc generaliter accipi poteſt de vnoquóque noſtrum, qui de illo peccato alium iudicat, quod ipſe in
Iob.19. ſeipſo non corrigit. Quod conſequenter declarat Apoſtolus,[*ſcimus enim*]per naturalem rationem,vel
Pſalm.61. ſupernaturalem illuminationem, [*Quoniam iudicium dei eſt ſecundum veritatem*]. i. ſecundum iuſtitiam
qua reddit ſingulis quod merentur,hoc eſt,ſcimus q̃ iudicium dei ſit iuſtum, [*In eos(. i. aduerſus eos)
qui talia agunt*].i. ſe inuicẽ temerariè iudicãt,ſicut iam dictũ eſt. Tales enim reprobat deus. Circa quod
Origenes. Origenes ſic ait,Illud hoc loco videtur oſtendi,q̃ ſolius dei ſit ſecundũ veritatem iudiciũ, quia corda
hominũ noſſe,& mentis ſecreta dinoſcere ſolius eſt dei. Sunt enim quædã quę cõmittuntur opere qui-
dẽ malo,animo autẽ non malo: vt ſiquis(verbi cauſa)hominẽ non voluntate occiderit. Alia verò fiunt
opere bono,ſed animo non bono,vt ſiquis miſericordię opus,non pro dei mandato,ſed vt laudetur ab
hominibus,faciat. Hoc tamen non eſt ſic accipiendũ,quaſi iudicia hominũ non ſint iuſta & vera,ſed q̃ G
non ſint tam vniuerſaliter vera & iuſta,nec adeò certa,maximè ſubtracta illuminatione diuina. [*Exiſti-
mas autem hoc o homo omnis qui iudicas*]inordinatè [*Eos qui talia agunt (id eſt, præmemorata peccata com-
mittunt) et facis ea*]quæ in aliis iudicas[*Quia tu effugies iudicium dei?*]hoc eſt,damnationis ſententiam &
Iob.1. iuſta tormenta? Quaſi dicat,Noli hoc æſtimare. Loquitur Apoſtolus interrogatiuè, [*An diuitias boni-
tatis eius*]id eſt,plenitudinem ſeu abundantiam pietatis diuinæ,[*Et patientiæ*] qua non ſtatim vlciſcitur
Iob.25. illatam ſibi iniuriam, [*Et longanimitatis*] qua diu iniquorum conuerſionem expectat vt indulgentiam
Eſaiæ.30. conſequatur: iuxta illud Prophetæ, Propterea expectat dominus vt miſereatur veſtri. Non enim vult
Ezech. 18. mortem peccatoris,ſed vt conuertatur,& viuat. Patientia autem cum ſit virtus moralis, paſsionem tri-
Prouer. 28 ſtitiæ ordinans,non propriè competit deo,niſi per ſimilitudinem operis. An ergo iſta[*Contemnis?*]Quaſi dicat,Mirum eſt,ſi tantam pietatem & gratiam dei non penſas,neque honoras. Hanc contemnit, qui
ex pia dilatione vltionis diuinæ peioratur,peccando ſecurius,& conceſſa pœnitentiæ tempora expen-
Iob.24. dendo in actibus prauis. Quemadmodum ſcriptum eſt,de ingrato ac impio,Dedit illi deus locum pœ-
2.Petri.3. nitentiæ,& ille abutitur eo in ſuperbiam. [*Ignoras quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit?*] id
eſt, hoc meritò ignorare non debes, quòd miſericordia dei te patienter ac longanimiter ſuſtinendo,
Pſalm. 89. quantum in ſe eſt,inſtigat,& ducit te ad pœnitentiam peragendam. Per inſpirationem enim angelicam
Sapien. 11. ac diuinum inſtinctum admonentur iniqui conuerti ad dominum. Vnde Sapiens,Miſereris (inquit) o-
mnium domine, & diſsimulas peccata hominum propter pœnitentiam. ¶ Deinde oſtendit Apoſto- H
lus,quid homo meretur incidere, non attendendo bonitatem longanimitatis ac patientiæ dei, qui piè
præſtolatur pœnitentiam noſtram. [*Secundum duritiam autem tuam*] per obſtinationem tuam ac perti-
Hierem.8. naciam qua diuinæ inſpirationi reſiſtis, nec verbo dei mentem tuam aperis [*Et impœnitens cor*] tuum,
Sopho.1. quod de priſtinis malis non dolet,nec futura vitare molitur,[*Theſaurizas*]id eſt, multiplicas[*tibi iram*]
Eſaiæ.56. id eſt,diſtrictam vindictam exercendam,[*In die iræ et reuelationis iuſti iudicij dei*] hoc eſt,in die nouiſsi-
Abacuc.2. mo,in quo deus maximè iratus videbitur,& ſecreta producet in lucem. Tunc enim reuelabit abſcon-
1.Corin.4. dita tenebrarum,& manifeſtabit conſilia cordium. Hinc ſcriptum eſt,Cor durum malè habebit in no-
Eccleſi.3. uiſsimo. Et de peccatore indurato dominus ait per Prophetam,Scio quia durus es tu,& neruus ferreus
Eſaiæ. 48. ceruix tua,& frons tua ænea. [*Qui reddet vnicuique ſecundũ opera ſua*]Iuxta illud Apocalypſis,Ecce ve-
Apoc.22. nio citò,& merces mea mecum eſt,dare vnicuique ſecundum opera ſua. Hoc noui & veteris teſtamẽti
Eccleſi.12. ſcriptura concorditer clamat. Vnde in Eccleſiaſte ſcribitur,Cuncta quæ fiunt adducet de⁹ in iudicium
Hiere.32. pro omni errato,ſiue bonum ſiue malum. Et Hieremia propheta,Domine cuius oculi aperti ſunt ſuper
omnes filios Adam,vt reddas vnicuique ſecundum vias ſuas. In his autem atque ſimilibus locis ſcriptu
ræ per vias ſeu opera, intelligendi ſunt quicunque actus humani,tam interiores q̃ exteriores, videlicet
cogitatio,affectio,locutio,operatio. ¶ Conſequenter oſtẽditur in ſpecie,quod dicebatur in genere. [*His
quidem qui ſecundum patientiam boni operis,gloriam et honorem*]Sic legenda eſt litera,Deus reddit ſingulis
ſecundum opera ſua: His quidẽ qui ſunt boni operis. i. bonæ vitæ,ſecundũ patientiam dei,qui eorũ con

A uerſionem longanimiter expectauit, & ita bene vſi ſunt patientia dei,reddet pro præmio gloriã, id eſt
beatitudinem ſiue lętitiam,vel claram cum laude notitiam,clarificando eos in cordibus aliorum,& ho
norem. i. reuerentiæ exhibitionem in ſignum virtutis ipſorun. Nam & deus honorabit eos, conſtituẽ- Lucę. 12.
do eos ſecum in regno cœlorũ,[*Et incorruptionem*].i. immortalitatem, impaſsibilitatẽ, atque perpetuã 1.Corn.9.
ſecuritatem,his inquã,[*Quærentibus vitam æternam*].i. referentibus cuncta quæ agunt ad vltimã finem
ſeu verã felicitatẽ,quæ eſt vita æterna,nõ ad temporale cõmodum ad laudẽ humanã. Vnde ait ſaluator, Matth. 6.
Primùm quærite regnũ dei. Et Apoſtolus,Quæ ſurſum ſunt quærite. Hoc modo exponitur litera cõ- Coll.3.
muniter. Videtur quoq; ſic poſſe exponi. His qui ſecũdũ patiẽtiã boni operis ſunt. i. qui opera bona pa- Lucæ.21.
tiẽter egerũt,& per patiẽtiã cuſtodierũt,dabit gloriã & honorẽ. ꝓpter quod dicit ſaluator, In patiẽtia ve Hebræ.13.
ſtra poſsidebitis animas veſtras. Vel ſic,His qui ſecundũ patiẽtiã ambulauerũt. i. patiẽter cõuerſati ſunt,
retribuet de⁹ boni operis. i. pro bono opere,gloriã & honorẽ,tanquã condignã mercedẽ. [*His autem qui
ſunt ex cõtentione*].i. inſimul litigant & pacis iura violant,vel deo reſiſtere fatagunt, [*Et qui non acquie-
ſcunt veritati*].i. iuſtitiæ ſeu ſanæ doctrinæ,qua admonenẽ cõuerti ad deũ [*Credunt autem iniquitati*]hoc Deutr.32.
eſt,vanis erroribus ac falſis dogmatibus: quo contradicit Apoſtolus ad Hebræos,Doctrinis variis &pe 2.Timo.2.
regrinis nolite abduci. His itaq; ſuperueniet[*ira(.i. diuina vltimo)et indignatio*]hoc eſt,deteſtatio qua iu Ioan.8.
B dex ęternus eos contemnet,[*tribulatio(corporis)et anguſtia*]mentis, venient inquã hæc,[*In omnem ani- Hebre. 13.
mam hominis operantis malum*]niſi pœniteat. Nam & corporis pœna redundat in animam & econuerſo. Luc.12.
[*iudæi primum*].i. præcipuè,quoniam propter legem diuinam ei traditã grauius peccauit, & fortius pu-
nietur. [*Et Græci.*]Si per Græcos intelligatur gens illa ſpecialis,tunc Græcus poſt Iudæum exprimitur,
quia præ cæteris gentibus magis peccauit atque punitus eſt,eo q̃ in naturali philoſophia & ſubtilitate
ingenii præfulgebat. Vbi enim maius donũ ſcientiæ,ibi præuaricator grauiori ſubiacet culpæ & pœnę. Prouer. 1.
Si verò per Græcum intelligantur Gentiles cõmuniter,tunc poſt Iudęum ponitur Græcus,quoniã mi-
nus peccauit loquẽdo in genere & cæteris paribus. His verbis Apoſtoli cõſonat illud Prouerbiorum,
quod ex perſona æternæ ſapiẽtię dicitur. Quia vocaui & renuiſtis,& increpationes meas neglexiſtis,ego
quoq; in interitu veſtro ridebo,cum irruerit repẽtina calamitas,& interitus quaſi tempeſtas ingruerit,
quãdo venerit ſuper vos tribulatio & anguſtia. ¶ Hoc loco Apoſtolus cõtẽtioſos redarguit. Vnde & Ia- Iacob.3.
cob⁹ Apoſtolus dicit. Si zelum amarũ habetis,& contẽtiones ſunt inter vos,nolite gloriari, & mẽdaces Eſaiæ.38.
eſſe aduerſus veritatem. Denique tanta eſt culpa contentionis,vt propter ipſam corporalis exercitatio
reprobetur: dicente domino per prophetam, Ecce ad lites & cõtẽtiones ieiunatis. Nũquid tale eſt ieiu- Eſaiæ. 32.
C nium quod elegi?[*Gloria autem et honor,*]de quibus iam dictum eſt.[*Et pax*].i. tranquillitas mentis,ſeu
ſecuritas ab impugnatione hoſtili,dabuntur pro prẽmio[*Omni operanti bonum*]ex charitate,]*Iudæo pri-
mum*].i. præcipuè: quia in genere plus aliis meruerunt Iudęi ad Chriſtum cõuerſi,videlicet ſanẽti Apo
ſtoli,ac primitiua eccleſia,[*Et Græco*].i. gentibus. [*Non eſt enim acceptio perſonarum apud deum*]. i. deus Iob.34.
in iudicando non attendit perſonam & ea quæ non habent rationem meriti ſiue demeriti,ſed ſola ope- Eccleſi.35.
ra penſat,& vnumquemque ſecundum merita ſua iudicat. Propter quod aſſerebat Petrus, In veritate Matth. 28.
comperi,quoniam non eſt perſonarum acceptor deus,ſed in omni genere qui timet deum, & operatur Lucę.20.
iuſtitiam,acceptus eſt illi. Et per prophetã dominus loquitur, Vnũquẽque iuxta vias ſuas iudicabo. Ad Galat. 2.
hanc perfectionẽ hortatur nos ſermo diuinus per Moyſen dicẽs,Iuſtè iudicabis nec cõſideres perſonã Ephe.6.
pauperis,neque honores vultum potentis. Porrò,q̃ apud deum non ſit perſonarum acceptio, ſed iuſtũ Collo.3.
iudicium,probat,[*Quicunque enim ſine lege*]ſcripta atque Moſaĭca[*Peccauerunt*]videlicet non habendo Iaco.2.
legem,id eſt gentiles qui peccatum commiſerant, non quia legem ſcriptam tranſgreſi ſunt, quia nec Actu. 10.
eam habuerunt, [*Sine lege peribunt*]id eſt,non propter huius legis præuaricationem damnabuntur: ſed Ezech. 18.
propter hoc quòd legem naturalem non ſeruauerunt cum fide ſaluatoris ſaltem implicita, vt plenius Leui.19.
oſtendetur, ¶ Cum enim dicat Ambroſius, Peccatum eſt præuaricatio legis diuinæ,quæri poteſt, quo-
modo aliquis peccare valeat ſine lege? Et reſpondendũ, q̃ in definitione Ambroſii. per legem diuinam Ambroſ.
intelligitur quælibet lex data à deo,à quo cõſtat naturalẽ legẽ fluxiſſe, datãq; eſſe[, *Et quicunque in lege
ſcripta peccauerunt*] eam non obſeruando ſicut Iudæi,[*Per legem*]id eſt,ex ipſa lege ſcripta,vel propter
legis tranſgreſsionem[*iudicabuntur*]iudicio reprobationis. Vnde Chriſtus aiebat iudęis, Eſt qui accu- Ioan.17.
ſat vos Moyſes,in quo ſperatis,[*Non enim auditores legis*]diuinitus datæ,[*iuſti ſunt apud deum,*]niſi obe- Iacob.2.
diant legi: ideo ſubditur,[*Sed factores legis*]id eſt,qui legis mandata adimplent, [*iuſtificabuntur*]id eſt, Matth.7.
iuſti erunt ac reputabuntur apud deum. Nam & fides ſine operibus mortua eſt. Et in Euangelio Chri- Luc.11.
ſtus teſtatur, Omnis qui audit verba hęc,& non facit ea,aſsimilabitur viro ſtulto, qui ædificauit domũ
ſuam ſupra arenã. Et alibi,Beati qui audiunt verbũ dei,& cuſtodiunt illud. Ipſa ergo impletio legis per
gratiam, ex qua procedit impletio,iuſtificat hominem,eſtq̃ iuſtificatio eius. Denique q̃ ipſa obſer-
D uatio legis iuſtificet,elucęſcit ex hoc.[*Cum enim gentes*].i. gentiles,[*Quæ legem*]ſcriptã ſeu Moyſi,[*Non
habent,*]quia non tenebantur ad eam[*Naturaliter*].i ex naturalis rationis dictamine,adiuti tamen ſumi-
ne gratię,ſine qua nemo vnquã ſaluatus eſt. Non enim ex puris naturalibus quiſquam ſaluatur,cũ ſalus 1.Ioan.3.
noſtra ſit ſupernaturalis felicitas. ſ. viſio per ſpeciem,ad quã ſine fide charitate & gratia dei nullus via- Hebre.11.
tor pertingit,[*Ea quæ legis ſunt faciunt*].i. legem ſcriptam obſeruãt,quantũ ad præcepta moralia decalo-
gi,quę ſunt de dictamine rationis naturalis. [*Eiuſmodi*]gentes[*Legem (Moſaicam) non habentes, ipſi ſibi
ſunt lex*]id eſt,propria ratio eſt eis pro lege,[*Qui oſtendunt*]bene viuẽdo[*Opus legis*]quòd à lege ſcripta
præcipit fieri aut vitari[*Scriptum in cordibus ſuis*]id eſt intellectui naturali impreſſum,ita q̃ ratio dictat
eis,quod dictat ratio ſcripta. Dum enim non faciunt alteri quod ſibi nolunt fieri,(quod vtiq; naturalis Tob.4.
ratio dictat) implent ea quę iubet lex ſcripta. Nã & ſecũdũ apoſtolũ, Qui diligit ꝓximũ,legẽ adipleuit. Matth.7.
Hi ergo qui naturaliter agũt ea quæ legis ſunt,ſibi ſunt lex,quod declarat apoſtol⁹ per effectũ,videlicet Roma.13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

per conſcięti æ teſtimonium. Subditur enim, [*Teſtimonium*] boni vel mali [*Redente illis conſcientia ipſorum,*] quæ ex naturali iudicio rationis reprobat malum, & approbat bonum. Recalcitrat enim quodãmodo operi vitioſo, conſentitque actui virtuoſo, [*Et inter ſe inuicem cogitationum accuſantium aut etiam defendentium.*] More Græcorum ponit genitiuũ pro ablatiuo, vt ſit ſenſus, cogitationibus ſe inuicem accuſantibus .i. peruerſis cogitationibus quæ malos accuſant, etiam defendentibus .i. cogitationibus bonis, quę bonos excuſant atque defendunt. His, inquam, cogitationibus teſtimonium dãnationis vel ſalutis reddentibus illis, i. prędictis gẽtilibus. Iſtæ cogitationes accuſantes ac defendẽtes, hoc eſt male ac bonæ examinantur, diiudicãtur & declarãtur coram naturali iudicatorio hominis: quaſi corã iudice per prima agibiliũ principia naturaliter inſerta & cognita: ſicut eſt illud. Quod tibi vis fieri, fac alteri. Quãuis autẽ teſtimoniũ iſtud modò reddat cõſcięti a, tamẽ in futuro extremo iudicio clarius perhibebit, Tunc nãque quilibet conſcius erit ſibi de propriis bonis ac malis. Idcirco ſubiũgitur, [*In die cũ iudicabit deus occulta hominum*]. i. in die iudicii quando aperientur libri conſcientiarum, [*ſecundum euãgelium meum*]. i. ſecundum quod ego euangelizo ac prædico, Euangelium enim eſt Chriſti tanquã authoris: Ioannis verò, Mathei, Lucæ, & Marci tanquam ſcriptorum: Pauli autem & aliorũ apoſtolorũ, tanquã prædicatorũ. Quod verò mox ſubditur, [*Per Ieſum Chriſtum*] referri poteſt ad illud quod dictũ eſt, Iudicabit deus, &c. quia per chriſtum hominem exercebitur illud iudicium, ita quòd ipſe, vt homo erit executor iudicii. Pater enim nõ iudicat quenquã, ſed iudicium omne dedit filio. Vel ad illud quod dictum eſt, ſecundum euangelium meum. Per Chriſtum enim factum eſt euangelium Pauli: ſicut ſuperius ait. Per quem accepimus gratiam & apoſtolatum. Poteſt quoque ita exponi. Teſtimonium illis reddente cõſcientia ipſorum. i. conſcientia operum: nec ſolùm conſcentia operũ, ſed & conſcientia cogitationũ inter ſe inuicem accuſantiũ aut defendẽtium, iuxta ſenſum præhabitum. Dicit autẽ gloſſator, quòd in die iudicii, cogitationes accuſabunt animã, vel defendent, non quæ tunc erũt, ſed quæ nũc ſunt in nobis: quarum quædã notæ atque ſtigmacula relinquũtur in corde noſtro, velut in cera, quæ in ocul to nunc pectoris poſita, tunc reuelari dicuntur per Chriſtum, Sed contrariũ huic videtur, quod ait Anſelmus & alii ſancti, quod etiam certum eſt, ſcilicet quòd in die iudicii erit in reprobis cõſcientia vrẽs atque remordens, in electis verò conſcientia bonæ fiduciæ. Omnium enim opera cunctis patebũt. Sciendum ergo, quòd cogitationes quæ nunc ſunt, tunc accuſabunt vel defendent per modum meriti ſiue demeriti. Cogitationes verò quę tunc erunt, accuſabunt aut defendẽt nõ per modum meriti vel demeriti, quia non erit tunc locus merẽdi, aut demerendi, cum via ſit finita, ſed tanquam ſigna præteritorum meritorum aut demeritorum. Et ſic gloſſator ſaluatur per diſtinctionem. ¶ Conſequẽter Apoſtolus Iudęos aggreditur, probans eos, quantũ ad aliquid, deteriores gentilibus. Quò enim plura beneficia atque auxilia contra peccatum receperunt eò grauius peccauerunt in eodẽ genere culpę: quia quò ſtatus ſublimior, eò ruina eſt maior. Denique excellentia ſtatus Iudeorum fuit in hoc, quod legem diuinã, præcepta moralia, iudicialia, ac cęrimonalia, diuerſáque alia gratiarum munera receperunt. Vnde Moyſes loquebatur, Quæ eſt alia gens ſic inclyta, vt habeat cęrimonias, iuſtaque iudicia & vniuerſam legẽ, vt populus tuus Iſrael? Ipſi verò ingrati deo fuerunt. Propter quod dominus conqueritur per prophetã, Filios (inquiẽs) enutriui & exaltaui: ipſi autẽ ſpreuerunt me. His ergo nũc ait apoſtol⁹, [*Si autem*] id eſt, quia) tu Iudæus cognominaris à Iuda patriarcha, qui inter fratres ſuos fortiſſimus erat, vt dicit ſcriptura. Primò ſiquidem appellati ſunt Hebrei ab Heber in quo remanſit lingua Hebraica, quæ ante conſtructionem turris Babylonicæ omnibus erat cõmunis: iuxta illud, Erat autem terra labii vnius. Poſtmodum dicti ſunt Iſraelitæ à Iacob qui vocatus eſt Iſrael. Tertiò dicti ſuut Iudei à Iuda, Hoc tamen nomine ſpecialiter vocabantur duæ tribus. Nan Iſrael dictæ ſunt alię decẽ tribus à tẽpore ſeparationis ſuę à domo Dauid. [*Et requieſcis*] i. perſiſtis, [*in lege*] Moſaica, non euagãdo per diuerſos errores more gentilium, [*Et gloriaris in deo*]. i. in cognitione ipſius, [*Et noſti voluntatem eius*] ex doctrina legis ac prophetarum, [*Et probas*]. i. approbas ſeu commendas, [*vtiliora*]. i. perfectiora & viciniora ſaluti, [*inſtructus per legẽ*] in qua diuerſi gradus perfectionũ docentur, [*Confidis*] id eſt preſumis & eſtimas, [*teipſum ducem eſſe cæcorum*] id eſt tantæ perfectionis, vt aliis ſpiritualiter excęcatis poſsis viamvirtutis oſtẽdere, cosque in via dei præcedere, atque ad rectum finem perducere. Confidis quoque te. [*Lumen eſſe eorum qui in tenebris*] ignorantiæ, [*Sunt*] id eſt, tantæ gratię ac ſcientiæ, vt ignorantes valeas illuſtrare, [*Eruditorem inſipientium*] i. d eſt, diuinorum cognitione carentium ſcilicet infidelium, quod Iudęi ſæpe conuerterunt ad deum [*Magiſtrum infantium*] hoc eſt paruulorum ſeu imperfectorum, qui ſolidum cibum capere non valentes, expertes ſunt ſermonis iuſtitię. [*Habentem formam*] id eſt perfectionẽ aliis exemplarem, [*Scientiæ*] in agendis, [*Et veritatis in lege*] id eſt in credendis ac ſpeculatiuis. Porrò quod ſubditur, intrrogatiuè, admiratiuè & increpatiuè intelligendum eſt [*Qui ergo alium doces, teipſum non doces?*] id eſt, cum alium docere preſumas, cur teipſum non doces? Et mirum eſt quòd teipſum non doces. Et malè agis, eò quòd teipſum non doceas. Simili modo legenda ſunt quę ſequntur. [*Qui Prædicans non furandum furaris? Qui dicis non mœchandum mœcharis?*] Commiſerunt autem Iudæi & ſpirituale furtum ac mœchationem, ſubtrahendo à lege ſenſum de Chriſto ac myſticum intellectum, [*Qui abominaris idola*] id eſt idololatriæ cultũ, [*Sacrilegium facis?*] id eſt furtum atque abuſum rei ſacræ? Aliqua enim diuino cultui deputata propriis vſibus applicabant Iudæi quia auariſimi erant ſacerdotes, ſcribæ ac phariſæi. Nam diuina præcepta ſuis ſuperſtitioſis traditionibus irrita fecerunt, vt euangelium loquitur. [*Qui in lege*] id eſt, de legis acceptione, [*Gloriaris*] dicendo, Quanta audiumus & cognouimus ea. Et, Non fecit taliter omni nationi: [*Per prævaricationem legis deum inhonoras*] non exhibendo ei reuerentiam debitam, obediendo mandatis ipſius. [*Nomen enim dei per vos*] id eſt, occaſione veſtri, [*Blaſphematur inter gentes*] id eſt, à gentibus perfidis, quæ videntes veſtram peruerſitatem deum ve-

Ioan. 5.
Roma. 1.
Anſelmus
E34. 20.
Deute. 4.
Eſa. 1.
Gene. 49.
1. Para. 15.
Geneſ. 11.
Geneſ. 32. 35.
3. Re. 12.
Heb. 7.
Lucę. 16.
Matt. 15.
Pſalm. 77.
Pſal. 149.
Matt. 7.
Hebr. 5.

A ſtrum blaſphemant, æſtimantes eum iniuſtum, qui tales ſeruos aſſeritur elegiſſe. [*Sicut ſcriptum eſt*] in Ezechiele, vbi prædicta verba habentur ſecundum tranſlationem ſeptuaginta interpretum. Noſtra autem tranſlatio talis eſt, Ingreſsi ſunt ad gentes, & polluerunt nomen meum. Et ſicut Ezechiel iſta dicebat de Iudæis ſibi contemporaneis, ad quos miſſus erat: ſic Paulus hæc applicat de Iudæis ſui temporis. ¶ Subinde oſtendit Apoſtolus grauitatem exceſſus Iudæorum ex conditione circunciſionis. Circũciſio nanque erat ſignum iuſtitiæ, & quædam profeſsio legis ſeruandæ: iuxta illud Apoſtoli ad Galatas, Teſtificor omni homini circuncidenti ſe, quòd debitor ſit vniuerſæ legis faciendæ. Quemadmodum ergo nunc prodeſt profeſsio vitæ clauſtralis, ſi regula obſeruetur, ſi verò regula omittatur, plurimùm obeſt, & peccatum grauatur: ſic de circunciſione erat tempore veteris teſtamenti. Hoc eſt quod Apoſtolus ſubiungit. [*Circunciſio quidem prodeſt*] ad gratiam promerendam, videlicet tempore veteris teſtamenti, non autem Euangelio diuulgato. [*Si legem obſerues. Si autem prævaricator legis*] Moſaïcæ, [*ſis, circunciſio tua*] carnalis [*Præputium facta eſt*] id eſt præputio ſimilis, non plus valens quàm illud. [*Si ergo præputium*] id eſt gentilis incircunciſus [*iuſtitias legis*] id eſt præcepta moralia, quæ ſunt de dictamine rationis naturalis, [*Cuſtodiat*] cum fide & cultu vnius dei, vt tactum eſt, [*Nonne præputium illius in circunciſionem reputabitur?*] id eſt tantùm ſibi proficiet ad ſalutem, vt tibi ô Iudæe circunciſio tua? Quaſi dicat, ita. Cuſtodiendo enim iuſtitias legis modo præfato, ſpiritualiter circunciditur, & filius Abrahæ reputatur. [*Et iudicabit id quod ex natura eſt præputium*] id eſt gentilis præputium naturaliter habens, ex gentilibus ortus & in præputio natus. [*Legem conſummans*] hoc eſt, iuſtitias legis ſcriptæ adimplens ex naturali dictamine rationis. Iudicabit inquam, id eſt ſui comparatione, iudicio damnationis dignum oſtendet. [*Tę*] Iudæe. [*Qui per literam*] id eſt legis ſcripturam, [*Et circunciſionem prævaricator legis es?*] id eſt, nec per ſcripturam ſacram, neque per circunciſionis ſignificationem à peccato retraheris, à quo gentilis retrahitur per legem naturalem ſine circunciſione ac litera ſcripturarum. ¶ Quòd autem gentilis iuſtè viuens melior eſt Iudæo circuuciſo iniuſtè viuente, & eum cõdemnet, probat Apoſtolus, eo quòd duplex ſit circunciſio, ſcilicet ſpiritualis & carnalis. Quarum prima facit ſpiritualem Iudæum, ſecunda carnalem. Vnde propheta, Omnes (inquit) gentes habent præputium, omnes autem domus Iſrael incircũciſi ſunt corde. Ad ſpiritualem verò circunciſionem admonet Moyſes. Circuncidite, inquiens, præputium cordis veſtri, & ceruicem veſtram ne induretis amplius. Et quantùm caro eſt inferior ſpiritu, tantùm circunciſio carnalis, & carnalis Iudæus inferiores ſunt ſpirituali circunciſione atque Iudæo. Ait itaque, [*Non enim qui in manifeſto*] id eſt, qui circunciſus eſt carne, & poteſt hominibus ſignum Iudaiſmi oſtendere. [*Iudæus eſt*] ſolùm & verè. Iudæus enim interpretatur confitens, quod competit non ſolùm circunciſo.

C [*Neque quæ in manifeſto in carne eſt circunciſio*] id eſt, circunciſio illa exterior pelliculam tollens, eſt circunciſio perfecta ac vera. [*Sed qui in abſcondito*] id eſt, qui corde circunciſus eſt, quæ circunciſio hominis latet, deóque pat.t. [*Iudæus eſt*] verè ac ſpiritualiter confitens domino confeſsione laudis diuinæ [*Et circunciſio cordis*] id eſt circunciſio ſpiritualis facta [*in ſpiritu,*] hoc eſt ſecundum ſpiritualem intellectũ ſcripturæ veteris teſtamenti. [*Non litera*] id eſt, non ſecundum ſenſum literalem ipſius. Vel, in ſpiritu, id eſt virtute ſpiritus ſancti: non litera. i. literalibus cultris legis. [*Cuius*] videlicet ſpiritualis circunciſionis [*Laus non ex hominibus*] qui in interiora tueri non valent, neque de eis certum quippiam iudicant. [*Sed ex deo eſt*] qui inſpector eſt cordis, & ſpiritualem circunciſionem, qua vitia præſcinduntur commendat potius quam carnalem, qui ab exordio ſeculi multos ſaluauit ſine corporali circunciſione, neminem verò ſine circunciſione ſpirituali. His verbis apoſtoli conſonat, quod de carnalibus Iudæis ait Ioannes in Apocalipſi. Dicunt ſe Iudæos eſſe & non ſunt, ſed ſunt ſynagoga Satanæ.

Ezech. 36
Deut. 10.
Galat. 15.
Geneſ. 17.
Pſalm. 18.
Matth. 3.
Roma. 2.
Pſ. 75. 147.
Ioan. 5.
Pſ. 77. 105.
Ezech. 2.
Ioan. 8.
Eccleſ. 33.
Matth. 22.
Ioan. 3. 7. 8
Apoc. 19.
Pſalm. 115.
Pſalm. 38.
Rom. 8.
Pſalm. 115.
Philip. 3.
1. Reg. 6.
1. Cor. 10.
Pſal. 7. 43
Apoc. 23.
Geneſ. 49
Matth. 6.

Cap. III. [*Quid ergo amplius eſt Iudæo.*] Artic. v 1.

Eclarato in quibus Iudæi deteriores erant gentilibus, nunc oſtendit in quibus eos præcellant.

D Monet autem & ſoluit quæſtionẽ, quæ ex præinductis conſurgit. [*Quid ergo amplius eſt iudæo aut quæ vtilitas circunciſionis?*]. i. ſi tanta eſt vtilitas atq; iniquitas Iudęorum, vt ex præferantur

D gentiles, ſicut iam patuit, quid ergo amplius. i. maius aut dignius eſt Iudæo circunciſo, q̃ gentili incircũciſo, aut quæ vtilitas fuit circunciſionis? Omnia iſta referenda ſunt ad tempus legis ſcriptæ, nõ euangelicæ. Et reſpondet. [*Multum*] melius eſt Iudæo ſecundum ſtatum priorem, q̃ gentili ſolùm naturalẽ legem habenti. [*Per omnem modum*] in genere. ſ. in omnibus quę ad ſalutẽ requirũtur. [*Primum quidem*] melius eſt Iudæis. [*quia credita*] hoc eſt ex ſpeciali gratia tanquam amicis & familiaribus adminiſtrata ac data [*Sunt illis eloquia dei*] id eſt ſcripturæ ſacræ legis ac prophetarum. Nec obſtat, q̃ quidam eorum non crediderunt, ſicut ſubiungit. [*quid enim*] obeſt prædictæ prærogatiuæ Iudæorum, [*Si quidam illorum nõ crediderunt?*] eloquiis dei, de myſteriis Chriſti.] *Nunquid incredulitas illorum fidem dei*]. i. fidem diuinam quam alij habuerunt de deo. [*Euacuauit?*]. i. nanem effecit. Vel, fidem, id eſt fidelitatem dei de adimplẽdo quod promiſit, euacuauit, id eſt ab operẽ impediuit. [*Abſit*] Vniuſcuiuſque enim malitia in ſeipſum redundat. ¶ Inſuper quod hominum incredulitas fidelitatem dei non euacuet, probat apoſtolus. [*Eſt autem deus verax*] in ſuiipſius natura, in opere atque ſermone, quoniam inuariabile eſſe habet, & omnia iuſtè diſpenſat, implétque veraciter quicquid promittit ſimpliciter. Aliqua autem promittit ſub conditione, quæ non ſemper implentur. [*Omnis autem homo mendax*] id eſt, à vero atque incommutabili eſſe deficiens, vanitati ſubiectus, & per conſequens peccare poteus, & mentiri ac falli. Quod ſubintelligendum eſt de omni viatore ſecundum legem communem. Vnde ait Pſalmiſta, Veruntamen vniuerſa vanitas omnis homo viuens. Et rurſus, Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax. In Numeris quoque ſcriptum eſt, Non eſt deus vt homo, vt mentiatur: neque vt filius hominis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt mittetur, [*Sicut scriptum est, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris*] Hoc allegat Apostolus ad ostendendum quòd deus sit verax, implendo promissa. Hæc enim verba loquutus est Dauid
Num.23. Psalm.50. homicidio, adulterióque patratis: vt sit sensus, Ego Dauid tibi soli peccaui & malum coram te feci, vt
2.Reg.11. Prouer.8. tu domine deus iustificeris, id est iustus & verax agnoscaris, non infringendo nec omittendo propter
Genes.22. Psalm.113. mea facinora, tuam promissionem, qua mihi pollicitus es, quòd ex semine meo humanam naturam assu-
2.Reg.7. meres, ex quo cõstat te verum esse in promissis: & vincas, id est præualeas aliis cum iudicaris ab eis non
deberi promissionem tuam mihi de Christo factam impleri propter scelera mea. Cum enim Dauid v-
2.Reg.11. Hiere.18. xorem Vriæ violasset & cognouisset, eiúsque virum occidisset, multi dicebant prædictam promissionẽ
euacuatam, quoniam non deceret Christum de homicida & adultero nasci. Cum ergo deus huius dicti
oppositum fecit, præualuit istis. Hunc sensum intendit hoc loco Apostolus. ¶ Possunt quoque prędicta
verba adhuc tribus modis exponi, sicut in expositione libri psalmorum induxi, sed hoc loco iste suffi-
ciat. Sciendum verò q hæc dictio, vt, secundum hunc sensum tenetur consecutiuè, non autem causaliter, quia non ideo Dauid peccauit, vt deus iustificaretur: sed ex eius peccato occasionaliter consecuta est
Psalm.50. manifestatio diuinæ iustitiæ, iuxta modum expositum. ¶ Sed quoniã ex prædictis verbis Dauid: quibus
ait, Malum coram te feci, vt iustificeris, &c. quidam sumpserunt occasionem erroris, dicentes, quòd nostra peccata atque mendacia directè faciunt ad gloriam dei, videlicet ad manifestationem diuinæ veritatis atque iustitiæ, & per consequẽs, quòd deus vellet nos peccare & mentiri, quatenus comparatione nostri iustior ac verior, imò solus iustus ac verus appareret, & vt misericors agnosceretur dum nobis ignoEsaiæ.3. sceret. Hoc sanctus apostolus reprobat ducendo ad inconueniens. Ait ergo. [*Si autem iniquitas nostra iustitiam dei commendat*] id est, directè & per se commendabilem seu laudabilem facit, vt aliqui asserunt.
[*Quid dicemus?*] id est, quid respondere poterimus ad ea quæ sequuntur ex hoc? Primò enim sequeretur
Iob.24. deum esse iniustum, qui peccata vlciscitur. Ideo subdit. [*Nunquid iniquus est deus qui infert iram?*] id est,
pœnam pro culpa. [*Secundum hominem dico. Absit*] hoc est, sic ego esse non asserо, sed secundum carnales
hoc sequitur. Quod enim per se facit ad gloriam dei, non est puniendum, sed præmiandum vt bonum,
quia per se ordinatur ad finem laudabilem. Si ergo iniquitas nostra per se facit ad gloriam dei, iniustus
Ioan.5. est deus qui vindicat eam per tormenta. [*Alioquin quomodo iudicabit deus hunc mundum?*] id est, homines
2.Timo.4. peregrinantes in terra. Si enim iniustus est deus, non poterit mundum hunc iustè iudicare, quia iustitia
Sapien.1. maximè spectat ad iudicem: prout Sapiens dicit, Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Quòd autem
non sit deus iniustus eluescit ex verbo Psalmistæ dicentis, Quoniam rectus dominus deus noster, &
Psalm.51. non est iniquitas in eo. Vnde Iosaphat aiebat, Non est apud dominum deum nostrũ iniquitas, nec per-
2.Para.9. sonarum acceptio, neque acceptio munerum. Deus quippe gloriosus & fortis est ipsa essentia bonitatis,
Matth.19. mensura & causa totius æquitatis, ideo culpa ei placere non potest. Quod confirmat Apostolus subdens
Lucæ.18. [*Si enim veritas (id est, æquitas) dei in meo mendacio*] id est, per meum peccatum. [*Abundauit*] id est, quantum ad sui manifestationem directè creuit, clariúsque innotuit, & hoc [*in gloriam ipsius*] dei, ita quòd ex
meo peccato glorioſior, perfectiórque apparet. [*Quid adhuc et ego tanquam peccator iudicor?*] id est, cur
nunc vsque iniustus existimor? Tanquam dicat. Si sic esset, non essem reputandus iniquus, quia non displiceret deo iniquitas mea, vt dictum est. Deinde destruit præmemoratum errorem ducendo ad aliud
inconueniens. [*Et non sicut blasphemamur*] hoc est, si nostra peccata directè ordinantur ac operantur ad
glorificationem diuinæ iustitiæ, sicut illi dixerunt, cur ita non est sicut nobis blasphemè imponitur? [*Et sicut aiunt quidam nos dicere*] id est, sicut pseudoapostoli affirmant, me aliósque veros apostolos prædicare illud quod sequitur, [*Faciamus mala, vt veniant bona, quorum*] pseudoapostolorum, qui nobis ista im-
Esaiæ.5. ponunt. [*Damnatio iusta est*] quia mortaliter peccant. ¶ Quoniam enim Apostolus ait inferius, Vbi abun-
Rom.5. dauit delictum, abundauit & gratia: & nunc simile aliquid dixit, allegando verba Psalmistæ. Alij quoque apostoli talia prædicauerunt. Ex his moti sunt æmuli apostolorum dicentes, quòd prædicarent pec
cata esse patranda & committenda, quatenus ex hoc sequerentur bona, videlicet glorificatio seu manife
statio diuinæ æquitatis ac pietatis. ¶ Præterea aduertendum, quòd cum peccatum sit auersio mentis à
Diony. deo, & recessiuus ab ordine, secundum Dionysium, & ab eo quod est secundum naturam, secundum
Damasc. Damascenum, idcirco per peccatum irrogatur deo iniuria, & directè inhonoratur deus, non glorificatur. Veruntamen quoniam tanta est bonitas dei, vt non permitteret malum, nisi prænosceret aliud bonum inde venturum: & tanta est virtus eius, quòd malum omnino impediret, nisi aliquod bonum ex
malo elicere posset. Propterea malum culpæ indirectè atque per accidens scilicet præter propriam conditionem, & præter peccantis intentionem ordinatur: & valet ad declarationem diuinæ iustitiæ, secundum quòd deus per pœnam ordinat culpam, in quo diuina sapientia atque iustitia manifestè refulget.
Quemadmodum etiam ex crudelitate tyrannorum præter intentionem ipsorum mænifestauit deus patientiam atque constantiam martyrum.

¶ Iam declarauit Apostolus Iudæos excellentiores fuisse gentilibus pro tempore legis scriptæ, nunc sci
Roma.8. scitatur, an etiam tempore euangelicæ legis Iudæi excellant gentiles. [*quid ergo?*] restat. [*Præcellimus (nos*
Colos.3. *Iudæi) eos?*] id est, gentiles ad fidem conuersos? [*Nequaquam.*] Loquitur autem Apostolus de vtroque
Esaiæ.1. populo isto in genere. Certum est enim, quòd in speciali loquendo ipsi beati apostoli qui erant Iudæi,
Psalm.13. & primitias spiritus receperunt, cæteris eminebant. Loquendo verò in generali, omnes pares sunt in
Micheę.7. gratia Euangelij, sicut clarius ostendetur. Cur autem non excellant Iudæi gentiles, annectitur. [*Cau-*
Esaiæ.56. *sati enim sumus*] id est, rationabiliter declarauimus. [*Iudæos & Græcos*] id est, gentiles, [*Omnes sub pec-*
Sapien.13. *cato esse*] quia Iudæi transgressi sunt legem scriptam, gentiles legem naturalem. [*Sicut scriptum est*] in
Hiere.4. psalmo, quantùm ad sensum. [*Quia non est iustus quisquam*] iustitia meritoria, propriis viribus. [*Non est*
Hiere.5. *intelligens*] ea quæ dei sunt, per fidem formatam sine lumine gratiæ. [*Non est requirens deum*] per opera

A sancta, propria potestate. [*Omnes (isti iam dicti) declinauerunt*] à deo atque iustitia, simul inutiles (id est vani facti sunt) non pertingendo ad vltimum finem, seu veram felicitatem, [*Non est qui faciat*] per Matth.8.
se sine auxilio gratiæ, [*Bonum*] id est, opus meritorium, [*Non est vsque ad vnum*] id est, omnino Matth.23.
nullus est. Vel. non est vsque ad vnum, id est, non est alius præter Christum deum & hominem, Hierem.5.
qui sub peccato non fuit, & ea quæ placuerunt patri, semper effecit. [*Sepulchrum patens est guttur eorum*] Ioan.8.
id est simile monumento aperto. quoniam sicut ex tali sepulchro ascendit fœtor cadaueris, sic ex ore Eccles.37.
istorum procedunt verba mortua atque fœtentia. [*Linguis suis dolose agebant*] alios decipiendo, vel
sophistica & adulatoria verba loquendo. Vnde ait scriptura, Qui sophisticè loquitur, odibilis est, in Sopho.1.
omni re defraudabitur. Non est illi data gratia à deo, omni enim sapientia defraudatus est. Quocirca de electis Iudęis scriptum est, Reliquiæ Israël non facient iniquitatem, nec loquentur mendacium,
& non inuenietur in ore eorum lingua dolosa. [*Venenum aspidum*] id est verba venenata ac detracto- Deuter.32.
ria, seu odium insanabile, [*Sub labiis eorum,*] quia parati sunt talia verba euomere, aliosque inficere. Psalm.11.
[*Quorum os maledictione*], hoc est, verbis maledicis ac blasp hemis, [*Et amaritudinibus*] id est, sermo- 1.Corin.3.
nibus pungitiuis [*Plenum est. Veloces pedes eorum*] spirituales, puta affectus, & etiam corporales, Prouer.1.
vt currant [*Ad effundendum sanguinem*] innocentem. [*Contritio,*] hoc est spiritualis destructio tem-
B poralis punitio, seu omnis boni disipatio, [*Et infelicitas*] id est, miseria, [*In viis,* id est operibus [*Eo-* Esa.10.59.
rum] Committendo enim mala prædicta, amittunt esse gratuitum, spirituale ac meritorium, & tanquam Ephe.2.
inane ac nihilum reputantur à deo, & miseri sunt tanquam æterna damnatione condigni.] [*Et viam*
Pacis] id est, opera bona, per quæ ad veram pacem pertingitur. Vel, viam pacis, id est pacẽ huius viæ & Luc.18.
gratiæ perducentem ad plenam pacem patriæ, [*Non cognouerunt*] per approbationem ac imitationem.
[*Non est timor dei ante oculos eorum*] id est deum non metuunt, nec oculis cordis sui diuinum propo- Psalm.13.
nunt timorem, sed inanissima securitate resoluuntur. ¶ Multi arbitrantur Apostolum allegatam scripturam sumpsisse ex psalmo, in quo prædicta verba conscripta sunt, sed secundum Hieronymum ita Hieronym
non est, Aduertendum ergo quòd cum Hieronymus in prologo quintidecimi libri sui super Esaiam
dixisset Christum & Euangelistas atque Apostolos ea duntaxat verba scripturæ ex translatione septuaginta interpretum allegare, quæ cum Hebraica veritate concordant, virgo Christi Eustochium
fœmina religiosa atque doctissima obiecit Hieronymo quod Apostolus ad Romanos octo versus
allegarit ex Psalm. 13. quę in Hebræo non habentur, videlicet, Sepulchrum patens est guttur eorum,
vsque ad id inclusiu è, non est timor dei ante oculos, &c. & videtur Apostolus ex translatione septua-
ginta interpretum allegasse, vel ex Psalm. illo quod in Hebręo non habetur. Ad hanc obiectionem stu
pefactus, pallidusque effectus Hieronymus (prout ipse testatur) quasi à fortissimo pugile cæsus vnius
diei spatio pustulato, & perlustrata scriptura respondit, quòd tota pene epistola ad Romanos de vete-
C ri testamento cõstructa est. Prędmemoratum quoque testimonium octo versuum ex Psalmis & Esaia Psalm.5.
contextum est. Nam duo primi versus, videlicet, Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis do- Psalm.139.
lose agebant, in quinto psalmo habentur. Quod autem subiungitur, Venenum aspidum sub labiis eorum, in psalmo centesimo tricesimonono legitur, qui incipit, Eripe me domine ab homine malo. Por- Psalm.9.
rò quod subditur, Quorum os maledictione & amaritudine plenum est, ex nono sumptum est psal-
mo. Alii vero tres versus, Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, &c. ex quinquagesimo no Esaiæ.59.
no capitulo Esaiæ accepti noscuntur: vbi sic legitur, Pedes eorum ad malum currunt, & festinant vt ef
fundant sanguinem innocentem, vastitas & contritio in viis eorum, & viam pacis nescierunt. Vltimus
verò versiculus scilicet. Non est timor dei ante oculos eorum, in principio psalmi tricesimiquinti ha- Psalm.35.
betur, quo dicitur, Dixit iniustus vt delinquat in semetipso, non est timor dei ante oculos eius. Apostolus tamen allegat pluraliter, quia pluribus loquebatur. Itaque prædicti versus nec in Hebræo, nec in se-
ptuaginta interpretibus habẽtur quantùm ad psalmum tertiumdecimum, sed in editione vulgata. Lyra
tamen asserit prædicta ex psalmo decimotertio allegata, sed consentiendum est verbis Hieronymi, qui
etiam ait, quòd Græci expositores exponendo psalmum. 15. prædictos versus verius prenotant neque Ioan.15.
D exponunt. [*Scimus autem quoniam, quæcunque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur*] Ex hoc multi affri
mant præinductam scripturam ad Iudæorum populum pertinere, qui soli sub lege Mosi erant, de qua
nunc tractat apostolus. Sed obuiat, quòd Apostolus istam scripturam inducit ad ostendendum quòd
Iudæi & Greci omnes sub peccato fuerunt, & quod nunc protinus subdidrur. [*Vt omne os obstruatur,* 1.Reg.2.
et subditus fiat omnis mundus deo] Est igitur sensus. Scimus autem nos apostoli spiritu sancto edocti, sa-
crásque scripturas cæteris clarius intelligentes, quoniam quæcunque lex, id est veteris testamenti scri- Matth.15
ptura loquitur, his qui in lege Mosi sunt loquitur primò ac principaliter: quemadmodum ait Saluator,
Non sum missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israël. Hoc dicit apostolus retundendo Iudæorum
superbiam, scilicet ne dicerent scripturam prædictam nõ pertinere ad eos, sed ad gentiles duntaxat. Ita- Psalm.62.
que lex dicit hæc etiam de Iudæis, vt omne os pręsumptuosum obstruatur. id est, vt nec gẽtilis neque Baruch.1.
Iudęus præsumat se inaniter excusare, ac iustificare eò quòd testante scriptura, omnes peccato obnoxii Eccles.7.
sint. Et subditus fiat omnis mundus, id est omnis homo, Iudæus & Græcus, deo, cognoscendo propriã Ioan.15.
vilitatem & culpam, confugiendo quoque ad diuinam pietatem ac gratiam, quasi non potens aliter sal- Psalm.68.
uari. Præterea lex vetus tribus modis accipitur. Primò cõmuniter scilicet pro toto testamẽto antiquo Psalm.34.
sícque includit omnes libros canonicos veteris testamenti, & ita sumitur dum ait saluator, Vt implea- Ioan.10.
tur sermo, qui in lege eorum scriptus est, Quia odio habuerũt me gratis. Hoc enim habetur in psalmo, Psalm.81.
Similiter cum Christus ait Iudęis, In lege vestra scriptum est, Ego dixi dij estis. Secundò accipitur pro Luc.24.
priè pro pentateucho seu quinque libris Mosi: vt cum dicitur, Oportet impleri omnia quę scripta sunt
in lege, & prophetis, & psalmis de me. Tertiò sumitur strictè pro preceptis cerimonialibus, vt cũ sub-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Galat.2. Hebre.10. ditur,[*Quia ex operibus legis*]id est ex obseruatione cærimonialium præceptorum legis,videlicet sacrificiorum,circucisionis,& solẽnitatum custodia.[*Non iustificabitur omnis caro*]id est homo[*Coram illo*] scilicet deo,vt acceptus sit ei per talia. Impossibile etenim est sanguine hircorum & vitulorum auferri peccata,aut gratiam adipisci.Non enim gratiam conferebant,nec meritoria erant ex se seu operæ operato,sed ex fide & deuotione obseruantiũ.i.ratione operis operantis. Opera verò preceptorum mo- E
Galat.5. Esaiæ.56. alium iustificabant,non tamen sine fide Christi & gratia dei.[*Per legem enim scriptam cognitio peccati*]id est,ex ipsa lege cognoscitur quid sit malum:non autem vitatur virtute legis, sed per gratiam dei. Hoc autem non est sic intelligendum, quasi ante legis lationem nescierint homines quæ opera essent vitiosa:sed quia non ita perfectè cognoscebantur peccata secundum gradus & species suas.¶Deinde ostendit hominem iustificari sine operibus legis ex perfectione fidei christianæ.[*Nunc autem*].i.tempore gratiæ,atque euãgelicæ legis.[*Iustitia dei*].i. iustificatio,quam deus clemẽter & gratiosè efficet in nobis peccata tollẽdo,& gratiam infundendo.[*Sine lege*]id est Mosaicæ legis obseruatione. [*Manifestata*
Actu.10. Ioan.5. *est*]in gentibus ad fidem conuersis per diuersa miracula,quibus deus declarauit fidem eorum sibi esse acceptam,quanuis non obseruauerint legem,quemadmodum in Actibus legitur,Quod deus in signo visibili dedit spiritum sanctum Cornellio Centurioni gentili,& his qui erant cum eo.Iustitia inquam,[*Testificata*] id est,prænunciata ac testimonium habens [*A lege*].i.ex libris Mosi,in quibus multa de Christo,& eius iustificatione quam fecit in nobis, prędicuntur verbis & signis. [*Et prophetis*] qui de
Actu.3. 1.Petri.1. Iohel.2. eadem re manifestius vaticinati sunt,& de futura in nobis gratia prædixerunt secundum principẽ apostolorum.De missione enim spũs sancti deus per Ioëlem prædixit,Effundã de spũ meo super omnem
Actu.10. Epheſi.3. Actu.15. carnem.Propter quod Petrus de Christo loquens,Huic,inquit, omnes prophetæ testimoniũ perhibẽt F
Matt.9. Lucæ .7. 8,18. remissionem percipere peccatorũ per nomen eius,omnes qui credunt in eum.[*Iustitia autem dei*].i.nobis à deo collata est.[*Per fidem formatam Iesu Christi*].i. per fidẽ catholicã, cuius obiectum & causa est Christus.Fides enim est fundamentum iustitiæ.Vnde Christus frequenter in euãgelio loquitur, Fides tua te saluum fecit.[*In omnes Iudæos et super omnes*]gentiles.[*Qui credunt in eum*]hoc est,in Christũ per fidem formatam,secundum quod in Actibus dicitur,In hoc omnis qui credit,iustificatur. Et rursus,
Actu.13. Actu.15. Deus fide purificans corda eorum.[*Non enim est distinctio*] Iudæi & Græci, tempore euangelicæ legis, quantùm ad iustificationẽ prædictam,quia non est personarum acceptor deus.Et sicut saluator aiebat,
Actu.10. Esaiæ.54. Marc.16. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, [*Omnes enim predicti peccauerunt,*] & ergo non propriis meritis,sed gratia dei iustificantur, suntque consimiles in peccato ac spirituali inopia, sicut subiungitur[*Et egent gloria dei*]hoc est misseratione diuina,videlicet gratia,per quã deus glorioſus apparet, qui ex sua liberrima bonitate saluat electos,ita vt nullus in seipso valeat gloriari,sed omne bonum dño as-
Psalm.13. Ioann.15. cribatur.[*Iustificati*] ab iniustitia culpæ.[*Gratis*]sine præcedentibus meritis, [*Per gratiam ipsius*] dei, quæ est causa formalis nostræ iustificationis,sicut albedo est causa formalis albefactionis pariẽtis.[*Per*
1.Corin.1. Esa.52. Hebre.9. *redemptionẽ, quæ est in Christo Iesu*]id est per passionem & sanguinem Christi, in quo est redemptio nostra sicut in causa efficiente. Ita quod passio eius est causa instrumentalis,effectiua ac meritoria no- G
Apoca.1. Esaiæ.53. Ibidem. 1.Ioan.2. 2Corin.5. 1.Ioann.2. Iob.24. Esaiæ.53. Psalm.68. Mich.7. stræ saluationis. Vnde de eo scriptum est, Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.Et Esaias ait,Dominus posuit in eo iniquitatem omniũ nostrũm. Et ipse peccata multorum tulit. [*Quem*]videlicet Christum.[*Proposuit*]id est nobis manifestè exhibuit.[*Deus*]pater seu Trinitas.[*Propitiatorem*] id est reconsiliatorem ac mediatorem.[*Per fidem*] mediante qua consequimur fructum dominicæ passionis,seu gratiam dei. [*In sanguine ipsius*]id est merito effusionis sanguinis Christi.Vnde in Esaia propheta scriptum est, Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrũm. Et Ioannes ait, Aduocatum habemus ad patrem, Iesum Christum iustum,& ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Sic iam deus proposuit Christum propitiatorem finaliter,[*Ad ostensionem iustitiæ suæ*] id est quatenus se iustum manifestaret implendo sua promissa, nec deferendo peccata impunita, imò in Christo quodammodo vindicans ea: quemadmodum Esaias ait, Propter scelus populi mei percussi eum. Et Christus in Psalmo, Quæ non rapui, tunc exoluebam. Proposuit quoque sic Christum propitiatorem ex parte nostri. [*Propter remissionem præcedentium delictorum*] id est, peccatorum quæ Christi aduentum præcesserunt. Vel, propter remissionem delictorum præcedentium, id est hominum qui ante Christi incarnationem fuerunt, & tenebantur in lymbo inferni,
Zacha.9. propter reatum originalis peccati. Per Christi verò passionem, redempti atque educti sunt, iuxta illud Zachariæ, Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Delictorum inquam existentium, [*In sustentatione*] id est in pia atque longanimi patientia. H
Iob.35. Psal.144. Psalm.10. Finis. Ioann.3. [*Dei*] qui non statim vltus est ea, sed clementer ignouit. Vel, præcedentium hominum existentium in sustentatione dei,qui eos in lymbo sustentauit ac conseruauit sine pœna sensus.Vtranque verò sustentationem deus exhibuit.[*Ad ostensionem iustitiæ eius*]id est propriæ æquitatisvel iustitię,quam causat in nobis.[*In hoc tempore*] euangelicæ legis. [*Vt sit ipse*] deus. [*Iustus*] in operibus suis, & à Christianis iustus cognoscatur, tanquam author iustitiæ nostræ.[*Et iustificans eum qui ex fide est Iesu Christi*] id est quẽcunque in Christum credentem,qui in deo renatus & spiritualis effectus est virtute fidei,non iustitia legis. ¶ Ex prænductis ostendit Apostolus vanitatem iactantiæ Iudæorum.[*Vbi est ergo gloriatio tua?*] ô Iudæe id est quoniam deus proposuit Christum propitiatorem per fidem ad
Galat.6. 1.Corin.5. 1.Reg.4. Roma.5. Epheſi.3. ostensionem seu manifestationem suę iustitiæ (secundum intelligentiam prænductam) vbi iam est ô Iudæe vana gloriatio tua,qua de iustitia legis præsumens,te gentibus præferebas,easque spernebas, & sine lege tua eas non posse saluari putabas?[*Exclusa (id est ablata) est*]gloriatio ista. [*Per quam legem?*] an per legem [*Factorum?*] id est, per legem Mosaicam? [*Non*] vtique. Illa enim non saluauit per se. [*Sed per legem fidei*] id est per legem euangelicam, quæ saluat per fidem sine operibus legis. Ap-

A pellatur autem lex Mosi,lex factorum,præsertim quantùm ad præcepta cærimonialia. Sic quippe erat iugum grauissimum laboriosissimis atque innumeris obseruantiis plenum.De quo Petrus in persona si delium Iudæorum loquens testatur,Quod neque nos neque patres nostri portare potuimus.Secũdum Actu.15.
Augustinum autem lex mosi dicitur factorum, quia minando imperabat,sed gratiam faciendi non pręstabat. Lex verò euangelica vocatur lex fidei, quoniam opera mandat, & credendo gratiam faciendi ac Augustin.
quirit.[*arbitrabamur enim*] nos apostoli à spiritu sancto instructi,[*Hominem*]quemcunque in Christum credentem,[*Iustificari per fidem*]charitate formatam, [*Sine operibus legis*] cærimonialibus ac iudicialibus.¶Triplicia nanque erant præcepta veteris testamenti,videlicet moralia,iudicialia,cærimonialia.Præ- Actu.1.
cepta autem cærimonialia, quoniam figuratiua erant & pro statu illo solùm accommoda cessauerunt Galat.5.
veritate veniente ac referata,id est Christo passo ac prædicato.Iudicialia verò præcepta sicut sine periculo in nouo testamento omittuntur(dummodo à nullo Christiano prælato seu principẽ authoritatem instituendi habente præcipiantur)sic sine periculo obseruantur,si à superiori instituantur,& Christianorum regimini congruant.Non enim solùm figuralia extiterunt. Præcepta autem moralia,quæ ordinantur ad bonos mores,& de actibus virtutum immediatè donantur,non solùm manent in nouo testa-
B mento,sed etiam per euangelica Christi consilia perficiuntur,& ad salutem requiruntur,iuxta illud, Si Matth.1.
vis ingredi ad vitam,serua mandata. ¶Denique hominem iustificari sine operibus legis per fidem,declarat Apostolus.[*An Iudæorum deus tantum?*]id est,nunquid Iudæorum duntaxat est deus,creator & sa-
lus,principium & finis?[*Nonne & gentium?*]ipse creator & deus est?[*Imo et gẽtium*]Sicut ergo omnium Apoc.22.
deus est,sic omnes vno modo iustificat,puta per fidem.Et sicut omnes processerunt ab ipso,sic omnes Actu.10.
reducuntur & conuertuntur ad ipsum, per vnum atque eundem propitiatorem ac mediatorem dei & Roma.8.
hominum Iesum Christum.Ideo subditur,[*Quoniam quidem vnus est deus qui iustificat circumcisionem*]id 1.Tim.2.
est,Iudæos circuncisos,[*Ex fide*]saluatoris,hoc est,per fidem de Christo[*Et*]qui iustificat,[*Præputium*] id est,incircuncisos gentiles,[*Per fidem*]eandem.Eadem enim fides est fidelium noui ac veteris testamẽ-
ti,quanuis tempora sint mutata,& fides sit modo magis explicita.Quod equidem illi credebant futurũ, 1.Cor.10.
nos credimus factum.Ipse quoque habitus fidei(quæ est virtus theologica) est vnus in specie in omnibus fidelibus qui vnquam fuerunt,sunt & erunt,& propter formalem vnitatem obiecti,quod est veri- Ioan.4.
tas prima,propter quod credimus omnibus quæ cadunt sub fide.Patet ergò quia id quod ait ex fide & per fidem, sit idem in re,quanuis in ipso modo loquendi videatur distinctio.Apostolus nanq; frequẽ-
ter mutat præpositiones,& modum loquutionis in eodem sensu.¶Quoniam verò ex prædictis atque si
C milibus verbis imponebant Iudæi Paulo,quod esset legis destructor,propterea se excusans, adiecit[*Legem ergo(Mosaicam)destruimus per fidem?*]& euangeliumvt nobis imponitur?[*Absit.Sed legem statuimus*] Hebr.10.
id est,approbamus ac roboramus pro statu ac tempore.Cum ergo lex vetus fuerit via ac dispositio ordinata ad euangelicam legem,non dicitur destrui;sed impleri ac perfici euangelica lege superueniente:cessat tamen quantũ ad modum prioris obseruantiæ.Vnde Ambrosius dicit,Non destruitur lex,cum im- Matt.5.
pleta secundum spiritum,cessat secundum literam.Quia hic scilicet in nouo testamento gratia fidei est Ambros.
qua impletur lex,quæ sine fide esset infirma.Firmatur enim lex, quoniam cærimonialia spiritualiter implentur.Et quod minus in moralibus continebatur,in Euangelio additur.Et quod tunc promittebatur 1.Cor.15.
futurũ,fides aduenisse testatur.Tollitur autem litera occidens,& moralia literaliter manent ac perficiun- Matth.5.
tur.Propter quod ait saluator,Non veni soluere legem,sed adimplere.

Cap. IIII. [*Quid ergo dicemus inuenisse Abraham.*] Artic.VII.

D Eclarata insufficientia legis ad salutem per rationem, iam idem ostẽdit per exemplum & ait,[*quid ergo dicemus*]id est, si iuxta prænductam,circuncisio & præputium,seu Iudæus & Gentilis communiter atque æqualiter iustificantur per fidẽ, quid tunc dicemus,[*inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem?*] id est, Genes.17.
secundum carnis originem,à quo ego Paulus & cæteri Israëlitæ secundum car- Philip.3.
nalem propagationem descendimus.Vel,secundum carnem, id est ex operibus legis carnalibus,scilicet circuncisione & sacrificiis?Quasi dicat,Ad quid profuit ei obseruantia carnalium operum legis, videlicet impletio cærimonialium præceptorum?Quid autem ad hoc respondeti oporteat , ex sequentibus innotescit.
Respondendum est enim,quòd non fit perfectè & verè iustificatus ex operibus legis.[*Si enim Abraham ex operibus legis*]prędictis carnalibus,[*Iustificatus est*]iustitia vera ac meritoria,[*Habet gloriam*]id est,veram beatitudinem pro mercede,[*Sed non*]habet eam[*Apud deum*] hoc est, à deo & coram eo, quoniam propria virtute non gratia dei iustificatus esset.Et quia hoc consequens impossibile est,ergo & illud ex quo infertur, videlicet quod Abraham iustificatus sit ex operibus legis.Vel sic & melius. Si Abraham ex operibus legis iustificatus est,habet gloriam, id est dignus est laude ac præmio pro sua iustitia, sed non apud deum,quia iustitia talis non fecit eum dignum vita æterna.Ex parte enim operis operati,non Ioan.3.
erant præfata opera legis meritoria,nec ipsa lex gratiam contulit, per quam iustificarentur obseruatores ipsius:sicut lex noua quæ gratiam confert propter sacramenta quæ includit,quæ sunt signa & causa gratiæ iustificantis.Operantur quippe quod significant,quod sacramentis veteris testamenti non com Genes.15.
petit.¶Deinde probat authoritate scripturæ, quòd Abraham iustificatus est per fidem,non per ope- Galat.3.
ra legis. [*Quid enim scriptura dicit? Credidit Abraham deo*] promittenti sibi per angelum propagatio- Genes.22.
nem innumerabilium filiorum instar stellarum. Et alibi, In semine tuo benedicentur omnes gen- Mach.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes, [*Et reputatum est illi ad iustitiam*] hoc est, merito fidei huius iustificatus est coram deo, & dignus E
Esaiæ.4. Matth.20. effectus est vita æterna, per actum interiorem fidei suę, secundum quod actus ille etiam ex charitate imperatiuè processit. [*Ei autem qui operatur merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Ei vero qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium: reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratiæ dei.*] Hucusque litera cohæret. & cõdependet, quæ difficultatibus plena est. ¶ Porrò
Ambros. secundum beatum Ambrosium, introducenda, continuanda, & exponenda est ita. Iam dixit Apostolus Abraham non ex operibus sed ex fide iustificatum. Ex quo sequi videtur, fidem sine operibus sufficere ad salutem, contra quod tamen dominus ait, Non omnis qui dicit mihi, domine, domine, intrabit
Matth.7. Matth.19. in regnum cœlorum: sed qui facit voluntatem patris mei. Et iterum, Si vis (inquit) ingredi ad vitam, ser
Iacob. 2. ua mandata. Iacobus quoque apostolus testatur, Quid proderit, si quis dicat fidem se habere, opera au-
Rom.2. tem ipsa non habeat? Fides si non habet opera, mortua est in seipsa. Hinc etiam paulò ante dixit apostolus, Non auditores legis, sed factores legis iustificabuntur. ¶ Hanc obiectionem soluit Apostolus, dicẽs,
Ei autem qui operatur, id est, qui tempus & opportunitatem habet operandi, merces non imputatur, id est, præmium non confertur, secundum gratiam fidei tantùm, id est, non gratis sine operibus præmium
Iacob.2. Ioan.6. Actu.10. Esaiæ.55. Matth.10. Ephes.2. Luc.23. consequitur. (In tali enim fides sine operibus mortua est) sed secundum debitum operationis ad quam ex diuino mandato tenetur, merces ei imputatur ac datur. Nam sine operibus saluari non potest. Quòd F
si operari neglexerit, damnabitur. Ei autem qui non operatur, id est, opportunitatem seu tempus & locum operandi non habet, credenti autem in eum, qui iustificat impium, hoc est, in Christum qui peccatori gratis ignoscit, gratiámque infundit, ante cuius infusionem peccator veniam promereri non potest
1.Timo.1. Galat.5. de condigno, reputatur fides eius, id est, actus fidei suæ interior, sine opere exteriore, ad iustitiam, ita quòd sufficit ei ad salutem, vt in latrone. Bona enim voluntas seu præparatio animi ad opus reputatur ei
Roma.11. Ioan.15. pro opere secundum propositum gratiæ dei, id est, secundum voluntatem miserationis diuinæ, vel secundum ordinem gratiæ dei nobis oblatæ, qui taliter voluit nos saluare, in quo patet virtus ac sufficientia fidei. Per hoc verò quod ait, Credenti in eum, certum est Apostolum loqui de fide formata, quæ per dilectionem fertur in deum, & operatur, si opportunitas adsit. Hæc expositio procedit de operibus ipsam fidem sequentibus, atque ex ea nascentibus. ¶ Secundò exponitur de operibus præcedentibus fidem, contra illos qui asserebant merito præcedentium operum legis, se gratiam fidei esse adeptos. Quo dato, gratia non reputabitur secundum viam & ordinem gratiæ, ad secundum debitum meriti præcedentis. Quo concesso, gratia iam non erit gratia. Quoniam ergo hoc consequens impossibile est, constat quòd gratiam fidei, seu ipsam fidem nullus meretur. Ait ergo, Ei autem qui operatur ali-
qua bona ante fidem, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum, hoc est, si præ G
mium ei datur pro bonis quæ fecit, hoc non erit gratis, sed ex debito meriti præcedentis, ficque fidẽ præcedent merita, cum tamen fides sit omnis meritorij actus principium, omniumque virtutum fundamentum. Ei autem qui non operatur opera legis cærimonialia atque carnalia, vel quæcunque alia ante fi-
Esa.55. dem, sicut gentilis: credenti autem per fidem formatam in eum qui iustificat impium, id est, in Christũ,
Titum.3. reputatur fides eius ad iustitiam, secundum sensum prætactum, & hoc secũdum propositum gratiæ dei id est, secundum gratuitum, atque benignum dei decretum, qui ita decreuit, vt onere legis ablato, homines fide iustificentur ac saluentur. ¶ Tertiò exponitur secundum quosdam, qui ex verbis Apostoli talem rationem inducunt. Illud quod conceditur alicui, quemadmodum merces operanti, non conceditur ei per viam gratiæ, sed debiti. Iustitia verò de qua sermo est, conceditur per viam gratiæ, sicut iam
1 Cor.6. Genes. 12. Infra.8. Galat.2. patuit, quòd Abraham iustificatus est per fidem sine operibus legis, ergo iustitia hæc non est ex operibus legis. Hæc autem expositio irresoluta videtur, & satis ambigua. Simili enim ratione posset ostendi, quòd iustitia noui testamenti non esset ex operibus euangelicæ legis, quæ tamen iustificant, habitúmque iusti
1 Corin.4. Ephe.4. tiæ inducunt, vel augent siue perficiunt etiam ex parte operis operati, virtute sacramentorum Christi. Posset enim sic argui, Quod conceditur alicui, sicut merces operanti, non conceditur ei per viã gratiæ, sed debiti: sed iustitia nouæ legis conceditur per viam gratiæ, (Quid enim habes quod non accepisti?) Non ergo est ex operibus nouæ legis. ¶ Denique charitas agens & cæteræ virtutes per charitatem agentes, merentur gratiam ampliorem in præsenti, gloriámque in futuro, & redditur eis merces ista. Nihilo- H
1. Petri . 2. minus redditio huius mercedis est secundum viam gratiæ, & secundum viam debiti, secundum diuersos respectus. Cum enim prima infusio gratiæ sit solùm gratuita, omnia bona quæ per gratiam illam mentur, gratuitè præmiantur per comparationem ad gratiam primam. Satisfeci forsan lectori in expositione præsentis loci, sed non mihiipsi, quia profunditatem verborum istorum intelligere non valeo, ne
Exod.12. que connexionem eorum cum præcedentibus atque sequentibus plenè concipio. Cõsolatus tamen est me sermo, quem ex ore viri doctissimi sacræ theologiæ professoris condigni, audiui, qui dixit, In epistolis Pauli habet elephas vbi submergatur: quantò magis pulex, vt sum ego? Vnde in similibus locis comedam quãtum possum, quod autem residuum fuerit, igne comburam, sanctorum & catholicorum doctorum expositionem sequens, & ea contentus. Non enim quisquam mortalium penetrare valet profunditatem epistolarum diui Pauli Apostoli. Præmissa autem probat Apostolus authoritate Psalmistæ, subiungens, [*sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis*] id est, illum esse beatum, seu beatitudinem esse illius
Esaiæ. 49. 1.Cor.6. Psal.144. Psalm.145. August. in via per spem, & in patria per speciem. [*Cui homini deus accepto*] id est, tempore gratiæ, de quo legitur, Ecce nunc tempus acceptabile. Vel, accepto, id est, acceptanter, gratis & piè, [*Ferè*] donat & ingerit, [*Iustitiam*] hoc est, remissionem peccati, [*Et gratiæ virtutum infusionem, siue operibus*] legalibus & humanis, quæ per se nequaquam sufficiunt ad gratiam promerendam. Nec enim potest peccator per seipsum resurgere, sed indiget præueniri ab eo de quo legitur, Alleuat dominus omnes qui corruunt. Et iterum. Dñs erigit elisos. Nec obstat illud Augustini, Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te.

A Hoc enim ideo dicitur, quia deus requirit à nobis, vt sciamus quod in nobis est, disponẽdo nos ad gratiam eius. Deinde ponit verba Psalmistę, [*Beati quorum remissæ sunt iniquitates*] originales, actuales seu personales in baptismo, in quo originale peccatum deletur ad reatum culpę: quia quòd ante baptismum erat culpa & pœna, post baptismum tantùm est pœna quę dicitur fomes peccati, quæ etiam in
Philip.3. baptismo per gratiam sacramẽti debilitatur, sed non penitus tollitur. Peccatum autem originale formaliter vnum est, materialiter plura, ratione sui effectus. Quatuor enim vulnera imprimit animæ. Pro-
Matt.3. Psalm.50. pte, quod ait Psalmist. Ecce enĩ in iniquitatibus conceptus sum. Actualia verò peccata per cordis contritionem dimittuntur quantum ad culpã, [*Et quorum tecta sunt peccata*] hoc est, ab oculis dei absc̃ondita, ita quòd non vlciscitur, nec imputat ea, sed auertit faciem suam ab eis ac si nunquã fuissent. Ideo
Ibidem. Esaiæ. 4. Actũ.3. Esa.44. Psalm.3. Gene.22. Gene.17. sequitur, [*Beatus vir, cui non imputauit*] nec imputat [*Dominus peccatum*] sed prorsus ignoscit: sicut per Esaiam promisit, Delebo vt nubem iniquitates tuas, & quasi caliginem peccata tua. Applicans autem Apostolus scripturam hanc ad propositum suum, adiecit [*Beatitudo ergo hæc*] de qua loquitur Dauid,
B [*In circũcisione tantum manet*] id est, in solis Iudæis locum habet [*An etiam in præputio?*] id est, gentibus incircumcisis. Et hoc ideo quæro. [*Dicimus enim quia reputata est Abrahæ fides ad iusticiam*] sicut nunc ex Genesi allegatum est. [*Quomodo ergo (id est, in quo statu) reputata est*] Abrahæ fides ad iustitiam? [*in-circumcisione?*] hoc est, pro statu & tempore circumcisionis suæ? [*An in Præputio?*] id est tempore circumcisionem suam præcedente. Et respondet. [*Non in circumcisione, sed in præputio*] quod consequenter declarat, [*Et signum accepit circumcisionis*] id est ipsam circumcisionem accepit deo iubente pro signo distinctiuo inter ipsum & posteros suos fideles ac inter infideles, & etiam pro signo fidei suæ quã habuit ante circumcisionem. ¶ Circumcisio quippæ fuit quædam protestatio fidei: definiturque sic, Circumcisio est signum distinguens Israel à gentibus. Patet ergo quod non frustra circumcisionem accepit, quamuis per eam iustificatus non sit ex parte operis operati, sed operis operantis, videlicet fidei deuotionis ac obedientiæ, per quæ abundãtiorem iustificationẽ adeptus est, quam ante habuerat. Vnde dominus loquebatur, Circuncidetis carnem præputij vestri, vt sit signum fœderis mei inter me & vos. Sic
Ibidem. ergo accepit signum circumcisionis, quod est [*Signaculum*] id est, indicium [*iusticiæ fidei*] id est, quę per
Hebre.1. fidem habetur [*Quæ est in præputio*] id est, in Abraham, vel cæteris gentilibus iustis, sicut in Iob tem-
Galat.5. pore pręputij. Nam Abraham ante circumcisionem suam iustus fuit, & credidit deo, sicut iam dictum
Matt.3. C est [*Vt sit pater*] spiritualis & imitatione condignius [*Omnium credentium*] non Iudæorum duntaxat [*Per*
Psalm.104 *præputium*] id est, in statu præputij. Quia per fidem quam in præputio habuit, meruit spiritualem pater-
Esaiæ.31. nitatem omnium gentium. Vel, omnium credentium per præputium, id est gentilium cum præputio ad
Galat.3 fidem accedentium [*Vt reputetur et illis*] videlicet filijs Abrahæ [*Ad iustitiam*] fides per quam ipsum A-
Ioan.8. braham assequuntur, sicut & ei reputata est. [*Et sit (Abraham) pater circumcisionis*] spiritualis, quæ in vi-
Hiere.4. tiorum eradicatione consistit. i. gentilium credentiũ, pater (inquam) præbendo exemplum, non conferendo iustitiam [*Non his tantum* id est non solùm ad profectum his [*Qui sunt ex circumcisione*] carnali. i. Iudæis [*Sed et his quæ sectantur vestigia fidei*] id est, vniuersis fidelibus imitantibus fidẽ [*Quæ est in præputio patris nostri Abrahæ*] id est, quæ erat in Abraham adhuc habente præputium. Vel, quæ est, id est consideratur in eo nondum circunciso. ¶ Insuper manifestat Apostolus, q̃ Abrahã sit pater spiritualis circuncisionis cunctis fidelibus, per hoc quod consequtuus est promissionem hæreditatis, nõ ex operib⁹,
Genes.22. Matth.1. Lucæ.3. Hebre.1. Psalm. 81. Gene. 22. Galat.3. Genes. 28. Ioann. 17. Matth. 28. Psalm. 2. Hebre. 11. Hebre. 9. Genes. 22. Ibidem. Hebre.10. 4.Reg. 22. Ioann.1. Lucæ. 12. Psalm.118. Ioann. 5. 2Cor.12. 1.Corin.1. Matth. 3. sed merito fidei, quæ ad omnes electos pertinet. [*Non enim per legem facta est promissio Abrahæ aut semini eius*] hoc est, de multiplicatione seminis sui. Vel semini eius. i. Christo de semine Abrahæ nato secundum naturam assumptam [*Vt hæres esset mundi*]. i. vt ipse Abraham per semẽ suũ, vel in semine suo, hoc est, per Christũ, possideret omnes terminos terræ, omnesque populos seculi. Dictũ enim est Abrahæ, In semine tuo benedicentur omnes tribus terræ. Et iterum, Dilataberis ad orientem & occidentem, &c. Cum enim facta est Abrahæ ista promissio, nõdum erat lux data, quam constat per Mosen datam. Hæc verò promissio maximè adimpleta est in Christo filio Abrahæ, qui de seipso testatur, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Ad quẽ pater in Psalmo, Postula (inquit) à me & dabo tibi gẽtes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ [*Sed per iustitiam fidei*]. i. procedente ex fide,
D quæ erat in Abraham. Pro hac nanque iustitia seu merito eius facta est Abrahæ proinducta promissio, sicut in Genesi legitur, [*Si enim qui ex lege hi tantum hæredes sunt*]. i. si soli Iudæi legem scriptam habentes, hæreditatem seu gratiam benedictionis Abrahæ repromissam adipiscuntur [*Exinanita*] hoc est, frustrata est fides Abrahæ deo credentis, qui ei prædixit, in semine tuo benedicentur omnes familiæ terræ [*Abolita*] hoc est, euacuata atque ablata [*Est promissio*] dei Abrahæ facta de hereditatione mundi, & benedictione omnium gentium seculi. ¶ Præterea promissionem præfatam non esse ex lege sed fide, ostendit Apostolus ex legis imperfectione. [*Lex enim iram operatur*] id est pœnæ obnoxium facit legis transgressorem. Nam temporales pœnas determinat, & præuaricatorem legis magis damnabilem reddit eo, qui nunquam fortitus est legem. Dat enim lex manifestiorem notitiam culpę quàm erat ante sicque transgressorem effecit grauiorem. Propter quod in Euangelio dicitur. Seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & nõ fecit, plagis vapulabit multis. [*Vbi enim non est lex, nec præuaricatio*] Si accenperimus legem cõmuniter pro quacunque lege, videlicet naturali, scripta, vel euangelica, certum est sine lege nõ esse pręuaricationem, cũ pręuaricatio sit trãgressio legis. Si autem sumpserimus legem hoc loco, pro lege scripta, dicendum erit, q̃ vbi non est lex, non est pręuaricatio adeo grauis. Quoniam lex occasionaliter auget peccatum, prouocat iram, nec tribuit gratiam, sicut ex dictis clarius elucescit [*Ideo ex fide*] id est merito fidei, non per opera legis hæredes effecti sunt diuinæ promissionis omnes qui Abrahæ fidem sectati sunt [*Vt secundum gratiam*] dei, non secundum iustitias legis [*Firma sit promissio*] facta Abrahæ, & semini eius. Firma (inquam) existat atque salubriter exhibeatur, [*Omni semini id est vniuer*

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis fidelibus. [*Non ei qui ex lege est solum*] id est. non tantùm Iudæis, carnalibus Abrahæ filiis [*Sed et* E
Esaię. 15. *ei qui ex fide est Abrahæ*] id est cunctis quoque gentilibus Abrahæ fidem sequentibus. Si enim ista pro
missio fundaretur in lege quæ occasionaliter operatur & prouocat iram, non haberet stabilitatem, quia
Genes. 17. lege transgressa retractaretur. Nunc verò quia fundatur in fide viri constantis, videlicet Abrahæ, magis
Hebr. 11. tamen in gratia dei, permanet firma omni semini Abrahæ [*Qui pater est*] spiritualis seu exemplaris in-
stitutor ad fidem [*Omnium nostrum*] id est, cunctorum credentium [*Sicut scriptum est*] in Geneli, quan-
tùm ad sensum. [*Quia patrem*] spiritualem, vt dictum est [*Multarum gentium posui*] id est institui. [*Te*
ante deum] id est coram deo, videlicet meipso [*Cui credidisti*] loquenti tibi per angelum in persona
Ioann. 3. dei [*Qui viuificat mortuos*] corporaliter, animas corporibus reuniendo: spiritualiter, gratiam peccato-
Ioann. 5. ribus conferendo. Vnde scriptum est, Pater suscitat mortuos & viuificat, [*Et vocat*] à non esse ad esse
Ephes. 1. [*Ea quæ non sunt*] id est creanda [*Tanquam ea quæ sunt*] id est, sicut existentia vocantur ad aliquid. Sic
enim deo imperante, dicente seu vocante, producuntur multa ex nihilo, id est tam facilè ac obedien-
ter, ac sic ex pręiacenti aliquo fierent, atque iam essent. Vel sic, Vocat ad fidem & gratiam ea quæ non
Esaię. 40. sunt, id est gentiles, qui coram deo quasi nihil fuerunt, quia spiritualiter mortui erant: quemadmodũ
Genes. 22. in Esaia scribitur, Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum & inane reputatæ
sunt ei, tanquam ea quæ sunt, id est sicut vocauit Iudæos, qui propter legem & gratiam dei aliquid erãt
Gene. 15. spiritualiter coram deo viuentes. [*Qui*] Abraham [*Contra spem*] naturæ [*In spem*] gratiæ [*Credidit*] cre-
Ezech. 40 dens posse impleri per gratiam, quod erat impossibile per naturam, vt scilicet ipse iam vetulus de in- F
3. Reg. 4. fœcunda ac sterili coniuge sua filium procrearet [*Vt fieret pater multarum gentium*] eum per fidem se-
Hebre. 11. quentium [*Secundum quod dictum est ei*] à deo per angelum. [*Sic erit semen tuum, sicut stellæ cœli*] in mul-
titudine [Et] sicut [*Arena*] quæ est in litore [*Maris*] id est, præ multitudine numerari non poterit.
Deute. 1. Quanuis hoc aliquo modo videatur impletum in carnali semine Abrahæ, quia & Moses filius Israël
Deute. 7. aiebat, Estis hodie sicut stellæ cœli plurimi. Verius tamen atque perfectius in spirituali semine eius,
Danie. 12. id est in gentium conuersione, & in fidelium multiplicatione impletur: præsertim cum rursus Mo-
ses dicat populo Iudæorum, Te elegit dominus, non quia cunctas gentes numero vincebatis, cum sitis
omnibus populis pauciores. Vel hoc quod dicitur, Sicut stellę cœli, refertur ad bonos, qui stellis com-
parantur propter lumen gratiæ, decorem virtutum, & quoniam alios verbo & operatione illustrant,
Phillip. 2, ipsamque ecclesiam ornant, quemadmodũ stellæ cœlum. Propter quod in alia epistola ait Apost. Inter
Hierem. 5. quos lucetis sicut luminaria mundi. Quod verò adiungitur, Et sicut arena maris, referri potest ad ma-
Matth. 7. los terrenis rebus intentos. [*Et non*] est Abrahã [*Infirmatus in fide*] ex consideratione naturalis impossi-
Genes. 21. bilitatis [*Nec considerauit*] cum superflua immoratione seu finali sistentia [*Corpus suum (iam) emortuũ*]
Genes. 25. à virtute generatiua [*Cum iam fere centum annorum, & emortuam vulvam Sarę*]. i. ad actum generationis
ineptam. Desierant enim ei muliebria fieri, sine quibus naturaliter nõ fit conceptio. ¶ Videtur his ob- G
Genes. 17. uiare, quod in Genesi legitur, Abraham post mortẽ Saræ Cethurã duxisse, atq; multos de ea filios ge-
Genes. 15. nuisse, elapsis plus q̃ tringinta septẽ annis à tempore generationis seu promissionis Isaac, Sarra quippe
17. 22. decẽ annis iunior fuerat eo. Cũ ergo ipsa defuncta sit centũ triginta septem annis expletis, certũ est A-
Iacob. 1. brahã plus quàm centũ triginta septẽ annorũ fuisse, quando Cethurã sumpsit vxorem. Quomodo ergo
Galat. 3. emortuum erat corpus eius cũ cẽtenarius circiter fuit? Cõmuniter respondetur, q̃ emortuũ erat quã-
Ioann. 12. tùm ad vetulam, non quantùm ad iuniorem quæ facilius concipit anu, propter dispositionem virtutis
1. Marc. 2. passiuę. [*In promissione etiam dei*] [sibi facta de generatione Isaac, & innumerabili multitudine seminis
Genes. 17. sui] [*Non hæsitauit diffidentia*] propter rei nouitatem [*Sed confortatus est fide, dans gloriam deo*]. i. deum
glorificans atque collaudans tanquam omnipotentẽ ac verum, & ista implere valentem [*Et plenissime*
sciens] etiã pęr naturalẽ rationem [*Quia quæcunque promisit deus potens est et facere.*] Aliàs esset in pro-
mittẽdo improuidus, & in exequẽdo infirmus [*Ideo et reputatũ est illi ad iustitiam*] q̃ sic confortatus est
in fide, nec hęsitauit diffidentia. Quod autem Abraham aliquo modo considerauit corpus suum & Sa-
Esaiæ. 43. ræ esse emortuũ, patet ex eo quod dicebat. Putas-ne centenario nascetur filius, & Sara nonagenaria pa-
Hierony. riet? Verum, vt dixi, non sistebat finaliter in cõsideratione huiusmodi, sed in consideratione virtutis di
Genes. 17. uinæ. Ex prædictis autem verbis dubitasse videtur. Respondetur communiter, quòd nõ dubitando, sed
admirando hæc dixit. Veruntamen videtur adhuc contrariari, quod per Esaiam dñs loquitur Israëli,
Pater tuus primus peccauit. Quod non solùm quidam præcipui Iudæorũ magistri, sed sanctus quoq; H
Hieronimus exponit de Abraham, quod peccauit ex incredulitate ridendo atque dicendo verba indu
cta. Sed sicut in expositione Esaiæ audens non eram quantùm ad hoc sequi Hieronymum, ita nec pro
bo, nec etiam nego. Apostolus enim apertissimè contestatur, quòd non hęsitauit diffidentia, & ideo re
Genes. 3. putatum sit ad iustiam, Vnde verbum Esaiæ exponi potest de primo parente, videlicet Adam, quẽ cõ-
stat in paradiso peccasse. [*non est autem scriptum tantum propter ipsum.*] Abraham istud scilicet [*Quia re-*
putatum est illi ad iustitiam] quod tam firmiter credidit [*Sed et propter nos*] id est, ad nostram consõ-
lationem ac instructionem, vt imitemur fidem ipsius [*Quibus reputabitur*] ad iustitiam imitatio fidei
Abrahæ [*Credentibus in eum qui suscitauit a mortuis Iesum Christum dominum nostrum*] id est in deum pa-
Ioan. 10. trem seu sanctam trinitatem, vel quamcunque diuinam personam. Cuilibet nanque diuinæ personæ
Roman. 8. attribui potest suscitatio actiua Christi, imò ipse (vt deus) suscitauit seipsum, vt homo est. Et qui
Esaiæ. 35. credit in vnam diuinam personam, credit in tres. [*Qui Christus traditus est propter delicta nostra*] id
Matth. 26. est morti expositus, vt mundi peccata auferret. Traditus est autem à patre, iuxta illud, Proprio fi-
Marc. 28. lio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Saltem permisiuè tradidit quo-
Ibidem. que seipsum, secundum quod per prophetam dicitur. Tradidit in mortem animam suam. Sed &
Ioann. 20. Iudas tradidit eum: [*Et resurrexit propter iustificationem nostram*] hoc est, vt virtute suę resurrectionis

A gratiam iustificantem nobis cõferret, & suæ corporalis resurrectionis exemplo, nos ad spiritualem re- Coll. 3.
surrectionem induceret, quatenus tandem etiam corporaliter, feliciterque resuscitemur ab ipso, quan- Philipe. 3.
do reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Resurrexit ergo propter Timo. 2.
iustificationem nostram, id est vt iustificemur gratiam recipiendo & iustè viuendo. ¶ Non tamen iu-
stificatio nostra est tota ratio, finisque totalis resurrectionis Christi. Resurrexit nãque propter proprii Roma. 6.
corporis glorificationem, & suæ humanitatis reassociationem, quantùm ad partium eius redintegratio- Collo.
nem. Denique resurrexit propter iustificationem nostram, quia ad hoc resurrexit, vt corpore resumpto Hebre. 9.
appareat nunc vultui dei pro nobis, ostendens patri latus & vulnera, quatenus merito eius gratia imple-
amur diuina. Quanuis autem traditus sit Christus non solùm propter delicta nostra, sed etiam pro- Philip. 3.
pter iustificationem nostram. (Nam & propter vtrunque surrexit, traditio tamen seu passio attribuitur 2 Petr. 3.
delicto, vt mors naturæ correspondeat morti culpæ, & resurrectio iustificationi, vt corporis glorifica-
tio correspondeat nouæ atque cœlesti conuersationi.

B 

Cap. v. [*Iustificati ergo ex fide.*] Artic. VIII.

Ostquam Apostolus abstulit causam atque materiam discordiæ Romanorum,
iam eos inuitat ad veram pacem, & ait, [*Iustificati ergo*] id est iusti à deo effecti,
[*Ex fide*] id est per fidei formatæ infusionem. Vel, iustificati. i. veram iustitiam Ephe. 2.
operati, ex fide. i. per habitum fidei, vel intus in anima iustificati sine opere exte- Galat. 2.
riori, ex fide, id est interiori fidei actu, credendo videlicet ex charitate, & non per Iacob. 4.
opera legis, neque per opera præcedẽtia fidẽ, [*Pacem habeamus ad deum*]. i. deo hu- Matth. 5.
militer subditi simus, & nostram voluntatẽ diuinæ ordinationi in omnibus sub- Iob. 22.
iiciamus, quieti atque tranquilli existentes in deo. Beati enim pacifici, quoniam Lucę. 2.
filii dei vocabũtur. Hinc enim loquitur scriptura. Acquiesce deo & habeto pacem, & per hoc habebis Psalm. 118.
fructus optimos. Hæc est spiritualis diuináque pax, de qua dixerunt. Pax hominibus bonæ voluntatis. Eccles. 48
Et Dauid, Pax multa diligentibus legem tuam: quæ non competit impiis, iuxta illud Esaię, Non est pax 1. Tim. 2.
impiis dicit dominus, [*Per Iesum Christum dominum nostrum*] quia per eum seu merito eius pacem istam
consequimur. Omnia nanque diuinarum gratiarum charismata per Christum (secundum quod media-
tor est dei & hominum) præstantur hominibus. Ideo subditur [*Per quem*] tanquam per mediatorem, &
causam meritoriam [*Accessum*] hoc est ingressum [*Habemus per fidem*] tanquam per fundamentũ totius Hebr. 11.
C spiritualis ędificii. Accedentem nempe ad deum oportet credere [*In gratiam istam*]. i. ad dona & munera
spiritus sancti, videlicet ad alias perfectiones seu beneficia dei, [*In qua gratia stamus*] mẽte ad diuina ere-
cta atque cœlestia dirigente, non in terrenis iacente, vilibusque immersa. Primò enim deus eam fidem
infundit, donat simul tempore alias virtutes ac dona spiritus sancti. Fides tamen præcedit secundum viã
generationis & ordine naturæ, cũ sit fundamentum virtutum. Et ita per fidẽ accessum habemus ad alia
bona. Fide autem infusa, per eandem accedimus ad deum, vt gratiam ampliorem mereamur, quatenus
proficiscamur de virtute in virtutem, id est de bono in melius proficiendo quotidie. [*Et gloriamur*] spi- Psalm. 83.
rituali lætitia [*inspe gloriæ*]. i. in certa expectatione felicitatis æternæ quæ est gloria [*Filiorum dei*]. i. om- Sapient. 8.
nium beatorum deo fruentium, qui deo perfectissimè similantur. De quibus scriptũ est in Iob, Vbi eras Iob. 13.
cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filii dei? Et in Psalmo, Quoniã quis in nubibus Psalm. 88.
æquabitur domino, similis erit domino in filiis dei? Possunt tamen per filios dei intelligi omnes electi ad Roma. 8.
vitam æternam præordinati. Et certè, hoc merito esse debet nobis indeficiens ratio gloriandi, quòd spẽ Ioan. 1.
habeamus acquirẽdi beatitudinem sempiternam, Vnde nihil Christiano felicius, cui promittũtur regna Hierony.
cœlorum. [*Non solum autem*] gloriamur in spe glorię credentes videre bona domini in terra viuentiũ [*Sed* Psalm. 29.
et gloriamur in tribulationibus]. i. in aduersis, in persecutionibus, tẽtationibus, ac ægrotationib⁹, quẽadmo-
dum per Iacobum inducitur. Omne gaudium existimate fratres, cum in diuersas tentationes incideri-
tis. Et Saluator, Gaudete (inquit) & exultate in illa hora, quoniam merces vestra copiosa est in cœlo. Iacob. 1.
Debemus enim gaudere de hoc quòd sumus in via perueniendi ad deum. Sed hæc est via salutis, multi- Matth. 5.
D pliciter tribulari. Per multas quippe tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. Et meritò Lucę, 6.
in tribulationibus gloriamur [*Scientes quod tribulatio patientiam operatur*] hoc est actum patientiæ efficit
in anima. s. sufferentiam, tanquam obiectum mediatum virtutis, quæ patientia nominatur. Si enim non
esset tribulatio, nec patiẽtia. Habitũ quoque patientię firmat in anima. Patiẽtia quippe cum sit virtus mo- Actu. 14.
ralis, immediatè versatur circa passionẽ animæ, puta tristitiam quam ordinat. Deinde respicit actũ, vide- Iacob. 1.
licet ipsam aduersitatis tolerantiã, quam accidẽter & occasionaliter inducit, seu efficit tribulatio. Fre-
quens nanque tribulatio confer tanimæ cõsuetudinem, patientiã exercẽdi, & ita fit anima in virtute pa-
tientię inconcussa atque immobilis: ita vt dulce sit ei, tribulationem pro dei amore, & propriorum pec
catorum purgatione sufferre [*Patientiam autem*] id est aduersitatum æquanimis tolerantia operatur [*Pro-*
bationem]. i. boni assuefationem seu probam exercitationem, vel vitiorum expurgationem, etiã quo ad-
pœne ablationem. Sicut enim interior dolor siue contritio aufert culpam, sic aduersitatis perpessio
pœnam [*Probatio vero*] operatur vel efficit [*Spem*] id est actũ spei, videlicet certam & actualem expecta- Matt. 5.
tionem felicitatis futuræ. Qui enim ita probatus est, fiducialiter prestolatur vitam æternam: iuxta illud
Saluatoris, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlo- Sapient. 3.
rum. Et illud Sapientis, Tanquam aurum in fornace probauit electos dominus, & in tempore erit re-
spectus eorũ. ¶ Porrò habit⁹ spei, quę est virtus theologica, à solo deo per creationẽ infunditur, sed act⁹ Eccles. 2.
eius procedit partim ex meritis. [*Spes autem non confundit*]. i. sperantẽ nõ fallit, nec bono sperato defrau- Psalm. 14.
dat, sicque erubescentiã tollit. Vnde ait scriptura, Nullus sperauit in domino, & cõfusus est. Et Psalmi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Esaię. 49. Esta. Etenim vniuersi qui sustinent te, non confundentur. Per Esaiam quoque dominus loquitur, Ego dominus super quo non confundentur omnes qui expectant eum. Oportet autem firmiter inuiolabiliterque sperare, vt dicamus cum sancto Iob, Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Quod autem spes nō confundat, sed impleatur, patet per hoc: [*Quia charitas dei*] quę est virtus theologica supernaturalis, summa ac diuinissima, qua deum proximumque diligimus, mandata implemus, vnum cum deo efficimur, & quicquid petierimus, obtinemus [*Diffusa*] id est, latè ac liberaliter fusa: [*Est in cordibus nostris*] præsertim in voluntate, quæ est charitatis subiectum [*Per spiritum sanctum*]. i. à spiritu sancto, cui appropriatur bonitas, liberalitas, clementia, communicatio, & per consequens charitatis infusio [*Qui datus est nobis*] à patre & filio, imò & à seipso, tanquam pignus, & arra felicitatis æternæ. Ipse enim spiritus sanctus est dator ac donum, proceditque à patre ac filio per modum donabilis, quoniam ipse est charitas seu amor patris & filij. Amor autem est primum donum gratuitum, in quo omnia dona donantur. Itaque spiritus sanctus datur electis, non solùm in suo dono, sed etiam in seipso, quia per charitatem habetur, & est in nobis nouo specialique modo. Propter quod ait saluator, Ego rogabo patrem & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis. Et in actis Apostolorum legitur, ꝙ per impositionem manus Apostolorum dabatur spiritus sanctus. ¶Vnde secundū beatum Thomā in prima parte & super primum sententiarum, persona diuina dicitur esse alicuius dupliciter. Primò, ratione origin is, & ita est eius à quo procedit. Sicque filius & spiritus sanctus sunt patris, & spiritus sanctus est filij. Secundò, ratione fruitionis seu communionis, & sic est eius à quo habetur, id est, intellectualis creaturæ, quæ liberè frui potest persona diuina. Sic ergo spiritꝰ sanctꝰ datus est nobis, & est noster. ¶Deinceps Apostolus tangit nostræ iustificationis motiuum, prosequitur quoque nostræ reconciliationis modū, & ait. [*Vt quid enim*]. i. propter quid aliud, nisi vt spiritus sanctus nobis donetur, charitas dei in cordibus nostris diffundatur, & spes impleatur? [*Christus, cum adhuc infirmi*] id est, vulneribus animæ sauciati, pœnis & culpis astricti [*Essemus secundum tempus*] id est, antequā ab eo liberaremur ac purgaremur [*Pro impiis*]. i. pro nobis iniustis & miseris [*Mortuus est.*] Vel illud, secundum tempus, refertur ad id quod sequitur, Mortuus est, vt sit sensus, Mortuus est secundum tēpus. i. per triduū sepulturæ: tanquā dicat, Hoc magnum est valde atque mirabile, ꝙ Christus pro nobis infirmis ac impiis mori dignatus est, cum ipse sit virtus dei & sanctus sanctorū. Causam verò cur istud ita mirabile sit, subdit: [*Vix enim*] id est, rarò & difficulter [*Pro iusto*] à morte eruendo [*Quis moritur.*] Pauci enim sunt qui amore seu vice iusti mori dignarentur. Et meritò dixi, vix, & nō absolutè, nequaquā vel nō [*Nam pro bono*] id est, pro homine iusto, [*Forsitan quis audeat mori*]. i. contingere potest (rarò tamē) vt quis pro iusto mori cōsentiat, sed vt quis pro impio mori velit, non inuenitur aut certè rarissimè. Ambrosius inter iustū & bonū distinguēs, vt Iustus dicatur qui in virtutibus exercitatus est, & in obseruatione iustitiæ strenuus atque seuerus: Bonus verò dicatur homo simplex & innocens, nondū sit exercitatus) ita exponit, Vix enim pro iusto, sic accepto, quis moritur. Nam quanuis melior sit eo, qui hoc modo bonus vocatur, quoniam tamē nō sine rigore & seueritate se habet, causa eius minus miserabilis, seu miseratione minus cōdigna iudicatur Et veraciter dixi, pro iusto quempiam vix ille mori. Nā pro bono, id est pro pio, innocente & simplici forsitan quis audeat mori. eo ꝙ causa eius miserabilior reputetur tanquam qui nullum offendit. Cū ergo hoc rarò inueniatur, certū est quod vix aliquis pro iusto mori acquiescat. Cū igitur Christus pro impiis mori dignatus sit, rectè subiungitur. [*Commendat autem*] id est, commendabilem siue laudabilem ostendit [*Deus*] pater vel trinitas [*Charitatem suam in nobis*]. i. quā habet ad nos, & qua diligit nos, per effectum suæ eximiæ pietatis [*Quoniam cum adhuc peccatores essemus*]. i. iugo vitiorū subiecti, & vinculis peccatorum irretiti, nec ab originali peccato redempti [*Secundum tempus*] Christi passionem præcedens, id est antequam Christus mortuus fuit pro nobis. Loquitur enim Apostolus in persona generis humani, cuius multa indiuidua tempus passionis Christi præcesserunt, & tunc erant, in quorum persona hoc dicit Apostolus. Vel secūdum tempus, id est, triduo sepulturæ [*Christus pro nobis mortuus est*]. i. mori dignatus, vt mortificati carne, viuificatique spiritu seruiam⁹ illi in sanctitate atque iustitia. In quo refulget inæstimabilis charitas dei patris ad nos: iuxta illud Ioannis, Sic deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Et Apostolus, Propter nimiam (inquit) charitatem suam, qua dilexit nos, deus pater, filium suum misit. [*Multo igitur magis iustificati nunc in sanguine ipsius*]. i. quia Christus pro nobis mortuus est, cum adhuc iniqui eramus, infirmi & peccatores, multò amplius nunc facta nostra reconciliatione ac liberatione iustificati. i. à vitiis expurgati, gratiámque adepti per effusionem sanguinis Christi [*Salui erimus ab ira*]. i. à damnatione ęterna [*Per ipsum*] videlicet Christum, seu merito eius. Amplius enim est impium iustificare, quàm iustificatū à pœna eruere. [*Si (pro quia) enim cum inimici essemus*]. i. deo propter iniquitatem odibiles, rebelles, & natura filij iræ. etiam propter peccatum originale [*Reconciliati sumus deo*]. i. ad eius amicitiam reuocati, deleta videlicet causa inimicitiæ, puta peccato [*Per mortem filii eius, multo magis reconciliati (iam) salui erimus*] non solùm ab ira prædicta, sed etiam consequendo vitam ęternam [*In vita ipsius*]. i. per gloriosam vitam Christi, seu virtute Christi glorificati. Si enim potuit per suam mortem nos iustificare, certissimum est, quod iam viuens possit nos beatificare, præsertim cum vnum ordinetur ad aliud. s. iustificatio ad beatificationem. ¶Quæri potest, cū dei dilectio sit inuariabilis & æterna, quomodo dicimur deo reconciliari: & quomodo eramus eius inimici, & postmodū facti sumus amici? Et respondendū, quod deus omnes electos ante mundi constitutionem dilexit, eósque immutabiliter diligit secundum rationem prædestinationis diuinæ, nō autem secūdum rationē præsentis iustitiæ. Dicimur ergo deo reconciliari per Christum, inquantū per eius passionē ablata nobis est culpa, per quam displicuimus deo, secundum rationem & ordinem suæ iustitiæ ad nos cōparatæ. Vel respondēdum, quod deus inuariabiliter diligit electos per resp. ctū ad bonū gratiæ & glo-

Esa. 49.
Iob. 13.
Ioan. 15.
2. Cor. 15.
Rom. 8.
Epheſi. 1.
Ioan. 14.
Act. 8.
Psalm. 6.
1. Cor. 15.
1. Petri. 3.
Daniel. 9.
1. corint. 1.
Esa. 57.
Ambros.
Epist.
Ioan. 3.
1. Ioan. 4.
2. Cor. 6.
1. Petr. 5.
Lucæ. 1.
Ioan. 3.
Ephe. 2.
2. Cor. 5.
Augustin.
Ephe. 2.
Deut. 4.
Collo. 2.
Psalm. 5.

A riæ, quod eis dare disposuit. Odit autē eos quantùm ad culpam: iuxta illud, Odisti omnes qui operātur iniquitatem. Et ita dicuntur ei reconciliari, cum culpa affertur, & opera, Vnde Sapiens dicit, Diligis domine omnia quæ fecisti, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Idem ipse ait & alibi quoque, Odio sunt deo impius & impietas eius. Hæc enim atque similia nullam mutationem ponūt in deo, sed in creatura, quæ ad creatorem aliter & aliter se habet. [*Nō solum autem*] hoc modo salui erimus in futuro [*Sed & gloriamur in deo*]. i. nunc quoque in præsenti exilio exultamus per spem in deo]. i. in contemplatione ac dilectione ipsius, gaudentes de hoc quod tandem aliquando videre eum speramus per speciem. Et ita futuram iucunditatem & gloriam in præsenti peregrinatione quodammodo inchoamus. Gloriamur autem in deo [*Per dominum nostrum Iesum Christum*] qui est nobis via & ostium accedendi ad deum: cuius etiā merito datur nobis gloriatio ista, & ex consideratione passionis suæ & aliorum beneficiorum speram⁹ & exultamus in deo, qui tanta nobis per Christum largitus est [*Per quem nunc (id est, tempore gratiæ) reconciliationem (cum deo) accepimus. Propterea sicut per vnum hominem*]. s. Adam, primum nostrum parentem [*Peccatum (originale) in hunc mundū*]. i. homines in mundo hoc habitātes [*Intrauit, et per peccatum mors*] corporalis, que consequuta est culpam. Quanuis enim mors sit naturalis homini, considerando naturam corporis sui ex contrariis compositam: tamen si non peccasset, mortem non incurrisset ex dono gratię seu virtute originalis iustitiæ. Et sic considerando supernaturalem institutionē hominis, mors culpam sequuta est, nō naturam. [*Et ita in omnes homines mors pertransiit.*] Sicut enim omnes nati sunt sine originali iustitia: sic etiam immortalitate iustitiam illam cōcomitante priuantur. [*In quo (vno homine. s. Adam) omnes peccauerunt*] non actualiter, sed virtualiter, originale peccatum incurrendo, quod eis imputatur in culpam, inquantum aliquo modo erant in primo parente, & idem cum ipso. Erant autem in ipso sicut in primo principio generationis humanæ. Et sicut multa membra sunt in vno corpore, & multa indiuidua in vna specie, sic quodammodo omnes eramus in primo parente secundum corpulentam substātiam, seu materialem propagationem. Porrò originalis iustitia sic data erat primo parenti, vt trāsfunderetur in posteros. Ideo primo parente hac iustitia destituto, posteri eius iustè priuantur eadem, nec tamen fit eis iniuria, quia nec primo parenti, nec eis ista iustitia naturaliter debebatur aut competebat: sed nec beatifica visio dei, qua merebantur priuari propter huius iustitiæ priuationem. Ab eo autem quod dicitur, In quo omnes peccauerunt, excipiendus est Christus homo, qui non naturali ordine, aut per concupiscentiam genitus est. Meritò autem dixi omnes peccasse in vno. [*Vsque ad legem enim*] id est, vsque ad dationem legis Mosaicæ scilicet, à principio mundi, quando non erat nisi lex naturalis, [*Peccatum erat in mundo*] in genere humano, tam originale quàm actuale. Vel, vsque ad legem scriptam

B

C inclusiuè, peccatum erat in mundo, quia lex Moysi peccatum auferre non potuit, sicut lex gratiæ: propter quod aiebat Apostolus ad Iudęos, Per Iesum remissio peccatorum annunciatur vobis ab omnibus à quibus nō potuistis in lege Moysi iustificari. [*Peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset,*] Hæc Augustinus & alii ita exponunt. Peccatum quodcunque non imputabatur. i. ignorabatur, nec peccatū esse reputabatur ab hominibus excæcatis, in quibus ratio naturalis fuerat vitiis obfuscata, imputabatur tamen à deo. Videtur autem posse exponi hoc modo, quod peccatum non imputabatur à deo hominibus, non quod penitus non imputabatur: sed quia non imputabatur tam grauiter cum lex scripta non esset. Erat enim tunc magis excusābile, quàm post legislationem, iuxta quem sensum in præcedēti capi. dixit Apostolus, Vbi non est lex, nec præuaricatio. [*Sed regnauit (id est, preualuit) mors*] corporalis. vel mors culpæ originalis, quæ est ipsa carentia originalis iustitiæ debitę in esse. Vel, mors lymbi infernalis quæ dici potest dilatio vitæ beatæ, atque detentio in lacu gehennæ: [*Ab Adam vsque ad Mosen*] inclusiuè, videlicet quousque Christus aduenit. i. tam à tēpore legis naturalis, ꝙ Mosaicæ.] *Etiam in eos qui peccauerunt*] peccato actuali, seu propria voluntate, vt sunt paruuli ante annos discretionis defuncti, Vel, in eos qui non peccauerunt mortaliter, si qui tales fuerunt, vt sanctificati in vtero. s. Hieremias, &c. Omnes enim hi propter reatum originalis peccati mortem corporalem pertulerunt, atque in lymbo tenebātur, donec prō ipsis Christus satisfecit, liberando eos ab originalis culpæ reatu. Magis verò regnauit mors ante Mosen quàm post. Per legem enim Mosi multi retrahebantur à morte culpę, cœperūtque cognoD scere vitam post hanc vitam, & resurrectionem futuram, & ita mortem temporalem minus ꝙ ante timebant. ¶ Porrò, Saluator regnum mortis destruxit, & suæ passionis exemplo nos contra mortis timorem armauit, ipsámque mortem temporalem, æternæ vitæ constituit ianuam, propter quod ait per prophetam. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam. Ero mors tua ô mors, morsus tuus ero inferne. Et Apostolus, Vt per mortē liberaret eos, qui per totam vitam timore mortis erant obnoxii seruituti. Sic ergo regnauit mors in eos qui non peccauerunt. [*In similitudinem preuaricationis Adæ*]. i. propter assimilationem originalis culpæ, qua similes Adæ fuerūt. Quæ vtique originalis culpa erat in Adā Prævaricatio actualis, [*Qui (. s. Adam) est forma futuri*]. i. figura Christi, qui tempore Adæ erat venturus vt iudicaretur in mundo: nunc verò venturus est vt iudicet mundum. ¶ Dicitur autem Adam figura Christi, quoniam sicut Adam est principium omnium hominum quantùm ad propagationem ac esse naturæ, sic Christus quātùm ad infusionem gratiæ seu esse spirituale. Secundò, quoniam sicut Adā formatus est de limo terræ supernaturali virtute ac ordine: sic Christus natus est de virgine spiritus sancti obūbratione. Item, sicut de latere Adę dormientis sublata est costa, vnde formata est Eua: ita de latere Christi morientis fluxerūt sacramenta quibus formatur ecclesia. Sed hæc causa ad primam reducitur. ¶Post hæc ostendit quod Christus potentior erat ad saluandū, quàm peccatū Adæ seu Adam ad perdendū: [*Sed non sicut delictum (Adæ (e habuit) ita et donum*]. i. gratia Christi se habet, sed excellit sapientia. Sapientia nanque vicit malitiam. [*Si enim in vnius delicto*] id est in originali Adæ peccato, [*Multi mortui sunt*] vitam gratię amittendo, & necessitatem moriendi incurrendo. Hi scilicet in quo transfusum est

Sapien. 11.
Sapien. 14.
Ioan. 14.
Genes. 3.
Hebr. 10.
Act. 13.
August.
Roma. 4.
Hierem. 1.
2. Tim. 1.
Hebr. 2.
Osee. 13.
Hebræ. 2.
Matt. 20.
Narci. 10.
Ioan. 5.
Genes. 2.
Genes. 1.
Lucæ. 1.
Genes. 2.
Ioan. 19.
Sapien. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

originale peccatum[*Multo magis gratia dei & donum*]spiritus sancti[*In gratia*]id est per singularem ac summam gratiam,virtutum perfectionem,ac meritum[*Vnius hominis Iesu Christi*]qui est deus & homo [*In plures*]id est in multos[*Abundauit*] non in plures numero.Peccatum enim Adę in omnes transiuit. (Per hoc non oportet includi virginem matrem)sed gratia dei per Christum transit in omnes electos. Erat autem in Christo gratia vnionis,quæ nos est quid creatum,sed deus gratioſe, siue gratuitè vniens sibi in vnitate personali humanam naturam Christi.Estque in eo gratia capitis,per quam influit omnibus suis membris,seu cunctis fidelibus,quia de plenitudine eius accepimus omnes.Et ita gratia dei nobis per gratiam Christi infunditur, & abundat in multis. Gratia tamen immediatè à deo creatur, sed Christus per suæ gratiæ plenitudinem est causa meritoria,& mediator per quem deus gratiã nobis largitur.[*Et non sicut per vnum peccatum,ita et donum*]id est non sic factum est per donum gratiæ Christi, quemadmodum factum est per vnum originale peccatum Adæ,sed dispar est effectus peccati Adæ, & gratiæ Christi [*Nam iudicium*]quidem.i.sententia dei processit[*Ex vno*]peccato originali Adæ[*In condemnationem*]eorum,in quos illud peccatum transfunditur.s.vt diuina visione priuentur propter illud peccatum,nisi eis aliter succurratur[*Gratia autem*]Christi, procedit[*Ex multis delictis in iustificationem*]id est non solùm vnum ac originale: sed omnia etiam actualia peccata delendo iustificat, formaliter ponens animam in esse spirituali ac meritorio,ita vt impleatur vniuersis virtutibus& donis spiritus sancti. Peccatum ergo Adæ non inficit alios, nisi vno peccato directè & immediatè, videlicet originali. Donum verò gratiæ Christi omnia aufert peccata,& plurima tribuit bona.[*Si enim in vnius delicto*]id est,si propter originale primi parentis peccatum[*Mors*]corporalis[*Regnauit*] in omnibus peccato originali infectis[*Per vnum*]videlicet Adam,à quo culpa ista contrahitur:[*Multo magis abundantiam gratiæ et donationis*]id est remissionis peccatorum.Vel,donationis,id est virtutum,quæ simul cum habituali gratia infunduntur [*Et iustitiæ*]id est operationis bonæ[*Accipientes*]fideles à deo,à quo est omne donum optimum,& omne datum perfectum[*in vita*]æterna.i.beatitudine consummata[*Regnabunt per vnum Iesum Christum*]per quem ad cœleste regnum perducuntur,Omnes autem beati regnant in patria perfectissimè super seipsos,seruientes deo sine rebellione,cui seruire regnare est.Omnia quoque inferiora & dæmones subiecti sunt eis. Vnde satenter loquentes ad Christum,Fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terram. Et alibi legitur, Iudicabunt nationes & dominabuntur populis. [*Igitur sicut per vnius*].s.Adæ[*Delictum*]originale,quod etiam erat actuale & personale,quantùm ad ipsum Adam,processit sententia dei[*In omnes homines*]hoc peccato infectos[*In condemnationem*] eorum, vt dictum est: [*Sic & per vnius*]videlicet Christi[*iustitiam*]id est iustam sanctificationem, atque sanctissimam conuersationem prodiit sententia dei [*in omnes homines in iustificationem vitæ*]ipsorum, id est in remissionem peccatorum & infusionem virtutum. Quia per meritum Christi omnes iustificati atque saluati sunt,quantùm est ex parte saluatoris. Aliqui tamen obicem ponunt saluti & gratiæ, aliqui quoque priuantur applicatione virtutis& meriti gratiæ.Propter quod à beatitudinis adeptione impediuntur, vt pueri non baptizati. Eo itaque modo omnes per Christum iustificantur, sicut omnes in eo benedicuntur. [*Sicut enim per inobedientiam vnius hominis*] id est per trangressionem primi parentis [*Peccatores constituti sunt multi*]originale ab ipso trahendo,vel eius inobedientiam assequendo: [*ita & per vnius*]scilicet Christi.[*Obedientiam*]qui factus est pro nobis obediens vsque ad mortem,qui loquitur, Sicut mandatum dedit mihi pater,sic facio[*iusti constituentur multi*]per ipsum,veniam percipiendo & gratiam, imitando eius iustitiam. Christus enim passus est pro nobis,nobis relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius. ¶ Declarata abundantia & sufficientia gratiæ Christi, ostendit Apostolus insufficientiam legis, vt tota spes hominum constituatur in Christo,atque ad eius pietatem omnes cõfugiant.[*Lex autem*]scripta,data per Moysen [*Subintrauit*] post legem naturalem,naturalisque rationis obtenebrationem[*Vt abundaret delictum.*]Hæc dictio,vt,tenetur hoc loco consecutiuè, non causaliter. Ex legis quippe latione consequuta est multiplicatio iniquitatis & aggrauatio eius. Primò, quoniam quantò post legem peccatum magis cognoscebatur, tantò grauius erat peccatum. Secundò,quia post legem erant multa illicita,quæ ante licita erant.Tertiò,quia lex peccata prohibendo, ostendit peccata: sicque concupiscentia prouocabatur, quia nitimur in vetitum semper, cupimúsque negata. Quartò, quoniam non præstabat auxilium gratiæ,qua vitantur peccata. Hanc autem insufficiẽtiam voluit deus esse in lege, vt omnes ad Christum confugerent, eius cupiendo aduentum, nec in propriis viribus habendo fiduciam[*Vbi autem abundauit delictum*] videlicet in Iudæis sub lege constitutis, quibus data est lex,vt abundaret delictum in eis [*Superabundauit & gratia*] Christi,qui factus est sub lege, natus ex populo Iudęorum. Propter quòd ait,Salus ex Iudæis est. Et alibi, Non sum missus nisi ad oues quę perierunt domus Israël.Denique apostoli, qui primitias spiritus sancti receperunt, & primitiua ecclesia, cui maximam gratiam contulit Christus,ex populo fuerant Iudæorum.Ad hoc autem,& eo tenore superabundauit gratia, vbi abundauit delictum [*Vt sicut regnauit peccatum in mortem*] id est suo infelici dominio atque demerito perduxit imò & introduxit in mortem damnationis ęternæ,priuationemque gratiæ,quæ est mors animæ in præsenti:Peccatum enim gratiam aufert,& pœnam inducit [*ita et gratia*]dei[*Regnet*]in nobis [*Per iustitiam*]id est iustitiæ exercitationem,ita vt habitus gratię tendat in actũ, sicque perducat[*in vitam eternam*]quæ est merces iustitiæ, & consummatio [*Per iesum Christum dominũ nostrum*] sine cuius auxilio nil boni valemus. Insuper videmus in multis impleri quod hîc ait Apostolus. Frequenter enim qui grauius peccauerunt,post conuersionem suam feruentiores sunt exteris: & ita in quorum cordibus abundauit malitia, abundat & gratia. Malum nanque occasionaliter causa est boni, inquantùm recordatio præteritæ iniquitatis facit hominem seipsum magis despicere, damnationem æternam amplius formidare, misericordiam dei plenius admirari,ardentiusque diligere. Vnde sal-

Ioan. 1.
1.Corin.12.
Ephes. 5.
Ioan. 1.
1.Tim.2.
Esaiæ. 26.
Apoc. 1.
Ephes. 2.
Genes. 3.
Iacob. 1.
Apoc. 5.
Sapien. 3.
Genes. 3.
Tit. 3.
Act. 9.
Philip. 2.
Ioan. 14.
1. Pet. 2.
Ioan. 1.
Ouidius
Lucæ. 8.
Galat. 4.
Ioan. 4.
Marc. 15.
Roma. 8.
Act. 2.
Ioan. 1.
Ioan. 10.

A uator in euangelio protestatur,Cui plus dimittitur,plus diligit. Istud tamen nõ semper contingit, quia & absolutè loquendo,& cæteris paribus,innocens plus tenetur deum amare,plúsq; amatur à deo,quàm peccator conuersus,secundum Thomam.

Cap. VI. [*Quid ergo dicemus,permanebimus in peccato?*] Artic. IX.

REmouet sanctus Apostolus in huius capituli exordio,quendam errorem,qui ex prędictis sumpsit originem.Quidam enim peruersi audientes dixisse apostolum,vbi abundauit delictũ,superabundat & gratia, asseruerunt,atque apostolũ id docuisse dixerunt, quòd permanendũ esset in vitiis, & abundanter peccandũ,vt postmodũ gratia superabundet.Hoc reprobãs ait,[*quid ergo dicemus*] .i.si iuxta prædicta superabundet gratia,vbi abundauit malitia,an hoc dicendũ est quod sequitur.s.[*Manebimus in peccato*].i.an perseuerãdum est nobis ad tempus in vitiis, vt quidã nos dicere arbitrantur.[*Vt gratia abundet?*]in nobis postea. [*Absit*].i.ita dicendum non est.Cuius ratio subinfertur,[*qui enim mortui sumus(ipsi) peccato*].i. vitiis mortificati, & à peccato liberati per pretium sanguinis Christi,per gratiã baptismi,per pœnitẽtiæ sacramentum.Mortuũ esse peccato,est à peccato esse ereptum,vel secundum virtutum habitus operari,[*quomodo adhuc(.i.iterum)viuemus in illo?*].i.operabimur opera tenebrarũ,& consentiemus suggestioni peccati?Tanquã dicat,Nec decet nec licet,nec expedit nos taliter recidiuare. Nã B sicut in naturalibus non est reditus à morte in vitam,sic in moralibus non est naturaliter regressus à morte culpæ ad vitã gratiæ. Vtrunque tamen interdum cõtingit per omnipotentiã atque clementiã creatoris.¶Deinde docet Apost.quomodo mortui sumus ipsi peccato.[*An ignoratis fratres*].i.meritò scire debetis[*quia quicunque baptizati sumus.i.*à vitiis loti in sacro baptismatis fonte [*in Christo Iesu*].i.in institutione fide & operatione Christi.Christus enim baptismũ instituit,dicens,Docete oẽs gentes,baptizãtes eas in nomine patris & filij & spiritus sancti.Ipse quoq; fidem trinitatis edocuit,principalitérque baptizat,secundũ quod deus.Sic enim purgat à culpa.Sacerdos verò minister est eius[*in morte ipsius*] .i.merito mortis eius,seu per virtutẽ suæ passionis à qua baptismus efficientiam habet [*baptizati sumus*] Vel in morte eius.i.in similitudine mortis Christi baptizati sumus,quatenus sicut Christus semel mortuus est carne,& semper viuit spiritu:sic nos per baptismũ semel mortui iniquitati,deinceps semper viuamus iustitiæ.Trina nanque immersio signat triduum sepulturæ seu mortis, eleuatio autem resurrectionẽ eius post triduum. Huic secundæ expositioni consonat litera sequens. ostendens enim quomodo in morte Christi baptizati dicamur,adiecit, [*Consepulti enim sumus cum illo*] id est, Christo sepulto assimilati sumus,vel per fidem cum eo sepulti,& hoc[*Per baptismum*]id est,in ipso baptismo.Mersio enim baptizandi in aqua designat sepulturam Christi sub terra[*in mortem*]peccati, id est ad peccati destructionem,videlicet vt moriamur peccato[*Vt quomodo surrexit Christus a mortuis*]id est à loco atque consortio cadauerum mortuorum.Ipse enim solus fuit inter mortuos liber, cuius caro non vidit corruptionem. [*Per gloriam*]id est maiestatem seu magnam potentiam,seu glorioſam efficientiam[*Patris*]Non enim humana,sed diuina virtute surrexit. Potest quoque per gloriam patris intelligi verbum dei quod humanam naturã assumpsit,& Christũ hominẽ,imò seipsum,secundũ quod homo est,suscitauit. Scriptũ est enim Gloria patris,filius sapiés,De hac gloria patris seu filio dei scriptũ est,Reuelabitur gloria domini,& videbit omnis caro salutare dei nostri[*Ita & nos in nouitate vitæ ambulemus*]id est pristinis vitiis extirpatis spiritualiter reformemur,& Christi formiter conuersemur,quatenus renouetur vt aquilæ iuuentus nostra,refloreátque & reuiuiscat,vegetetur,crescat,ac perficiatur quotidie spiritus noster in splendore gratiæ dei.[*Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius*] id est si morte planæ seu arboris eradicati fuerimus à similitudine precedentium vitiorum,& facti fuerimus complantati,id est firmiter inhærentes,& confirmati similitudini mortis eius,id est vestigiis dominicæ passionis, conformando nos passionibus Christi,moriendóque culpæ,sicut ipse mortuus est pœnis peccati[*Simul & resurrectionis erimus*] id est nunc etiam complantabimur similitudini resurrectionis Christi,ambulando in nouitate vitę,quę per Christi resurrectionem figuratur.Mors nempe & resurrectio Christi non solùm sunt res,sed etiam sacramenta seu signa.Mors enim Christi significat veteris ac vitiosæ conuersationis occisionem.Resur D rectio verò spiritualem mentis renouationem.In baptismo autem morimur pristinę vitæ,id est actibus vitiorum.Si ergo in hac vitiorum mortificatione manserimus,non redeundo ad vitia,tunc resurrectioni Christi similes erimus cœlestem conuersationem habendo in terra: quemadmodum dicit Apostolus,Si commortui sumus,& conuiuemus [*Hoc scientes quia vetus homo noster*] id est, quilibet nostrũm secundum vitiosam ac veterem cõuersationem[*Simul crucifixus est*]id est simul cum Christo affixus est cruci per præfigurationem & obligationẽ.Per hoc enim quod crucifixus est Christus,prænostratum est quod quilibet nostrũm si velit saluari,debeat Christum sequi,tollendo crucẽ suã quotidie.Ad hoc quoq; obligat nos crucifixio Christi domini nostri,quoniam non est seruus maior domino suo.Vel vetus homo noster.i.quilibet nostrũ secundum originale peccatum à veteri Adam contractũ,simul crucifixus est.i.huic peccato mortificatus,quia in Christi passione liberati sumus ab isto peccato, ita vt non imputetur nobis in culpã,nec propter ipsum obligemur ad pœnam dãni,videlicet diuinæ visionis carentiam.[*Vt destruatur corpus peccati*]id est quatenus caro nostra multis peccatis maculata destruatur, nõ quantùm ad esse naturæ,sed quantùm ad esse culpæ: quemadmodum alibi ait Apostolus, Mortificate membra vestra,quæ sunt super terram. Et Christus, Si oculus tuus scandalizat te,erue eum & proijce abs te.Hinc etiam à Sapiente dicitur, Verte impios, & non erunt[*Vt vltra non seruiamus peccato*] id est non vincamur à malo,non succumbamus tentationi, nec ratio nostra subdatur iniquitati, sed eam sibi subiiciat.Vnde scriptum est,Omnis qui facit peccatum,seruus est peccati. Et Petrus, Iniqui sunt serui corruptionis. A quo enim quis superatus est,huius & seruus est. Alij, quos legi, ita exponunt, Ve-

1. Timo.2.
Lucæ.9.
Ioan.13.
Coloss.3.
Matth. 18.
Prouer.12.
Roma.12.
Ioan.8.
2.Petri.2.

Rom.5.
Ephesi.1.
Coloss.2.
1.Corin.7.
Act.2.
Esaiæ.26.
EPIST.
Matth. 28.
2. Corin.4
1.Petr.3.
Coloss.2.
Psalm.78.
Psalm.15.
Prouer. 19
Esaiæ.50.
Psalm.102.
Psalm.27.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus homo noster.i.fomes peccati,simul crucifixus est.i.Christi crucifixione & ei⁹ passionis virtute debi E
Ephes.4. litatus est,Vel,vetus homo noster.i.conuersatio vitiosa(De quo homine Ephseis ait Apost.Exuite veterem hominem)simul crucifixus est.i.morte Christi deleta est,vt destruatur corpus.i. vniuersitas atq; congeries peccati.De quo corpore Saluator,Si oculus tuus(inquit)fuerit nequam, totum corpus tuum
Matth.6. tenebrosum erit.i.operum tuorũ congeries[*qui enim mortuus est*] peccato. i.à peccato liberatus. Vel,qui mortuus est.i.cõfiguratus morti Christi,per susceptionem baptismatis[*iustificatus est a peccato*] .i.liber factus ab eo,nec subiacet vitio.Baptismus enim aufert pœnã & culpam. [*Si autem mortui sumus cum Christo*].i.passionibus eius conformati,& ita mortui culpæ,quomodo Christus mortuus est pœnæ, videlicet sine recidiuo[*credimus quia simul etiam viuemus cum illo*]non solùm vita gratiæ in præsenti, sed etiam
Iob.19. vita gloriæ in futuro [*scientes*] per fidem certissimam. De qua scientia ait Iob, Scio quòd redemptor
Origenis meus viuit.[*Quod Christus resurgens ex mortuis,iam non moritur*].i.de cætero non morietur,sicut Origenes error. nes fertur dixisse,quod Christus secundò pro dæmonibus passurus est.Surrexit enim non solum ad immortalem,sed etiam ad impassibilem vitam.[*Mors*]corporalis[*illi vltrò non dominabitur*]prævalendo vitæ eius corporali,seu animam separando à corpore,& multò minus mors gehennæ dominata est Christo.[*Quod enim mortuus est peccato.i.*nostrorum peccatorũ demerito,& propter expiationẽ vitiorũ nostrorum:iuxta illud Trenorum, Christus dominus captus est in peccatis nostris. Et illud Esaiæ,Atri-
Tren.4. Esaiæ.55. tus est propter scelera nostra[*Mortuus est simul*]in die parasceues,de qua die dominus per prophetam lo-
Zacha.3. quitur.Auferam iniquitatem terræ illius in die vna. Tunc enim deus abstulit peccata ecclesiæ, quæ est F
terra Christi,per meritum passionis ipsius,[*Quod autem viuit*]post resurrectionem [*Viuit deo*].i.ad gloriam dei.[*ita & vos*]ô Romani,imò quicunque fideles[*Existimate vos (ipsos) mortuos quidem esse peccato*]id est liberatos à vitiis merito saluatoris[*Viuentes autem deo*]. i. deiformiter atque deificè scilicet ad
FINIS. gloriam dei,operando diuina,contemplando atque amando cœlestia. Viuere equidem deo aliud nihil
Ioan.15. est,nisi operari ea quæ deo sunt placita,& diuinę vitę vtcunq; assimilari[*in Christo Iesu*]domino nostro
Genes.8. id est per gratiam Christi,& permanendo in ipso,tanquam in mediatore,saluatore, & capite.Ipse enim
Sapien.9. profitetur,Si quis in me non manserit,mittetur foras sicut palmes,& arescet.[*Non ergo regnet*].i.virtutibus non prævaleat,nec rationem subiiciat[*Peccatum*]actuale, vel fomes peccati, quæ dicitur peccatum causaliter,quia inclinat ad culpam:& quanuis transeat reatu,permanet tamen actu, inquãtùm est pœna & virtuosæ exercitationis spiritualisque pugnæ materia[*in vestro mortali corpore*] procliuo ad vitia, de quo scriptum est,Corp⁹ quod corrumpitur,aggrauat animam[*vt obediatis concupiscentiis eius*].i.carnalibus desideriis,seu fomitis inclinationibus consentiatis.Hoc nanque præposterũ est & peruersum vt sensualitas rationi prævaleat,aut caro dominetur spiritui.Propter quod in Eccle.legitur,Post concupiscen
Eccles.18. tias tuas non eas,& à voluptate auertere. [*Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato*].i. membris corporis vestri seu organis nolite abuti,extendendo ea ad mala,nec fiant arma iniquitatis.i.in- G
1.Corin.4. strumenta culpę,peccato.i.ad executionẽ peccati,quę à deo collata sunt vt sint instrumẽta virtutũ,quaLucæ.1. tenus anima per corporis membra tendat in actum virtutũ exteriorem[*Sed exhibete vos deo*].i.ad dei obsequium vos aptate,& animas vestras deo per sanctã obedientiã immolate: quatenus sicut totũ quod habetis & estis,à deo recepistis,sic totũ ei reddatis,seruiendo ei mẽte & corpore [*Tanquam ex mortuis viuentes*].i.sicut à morte culpæ ad vitam gratiæ susceitati[*Et membra vestra exhibete arma iustitiæ*] exercendo per eas actus virtutum & opera æquitatis [*Deo*].i.ad dei honorem ac laudem. [*Peccatum enim vobis non dominabitur*]necessitatem imponendo,dũmodo ad Christi gratiã cõfugiatis.Vel,peccatum.i.fomes peccati vobis non dominabitur,trahendo vos ad peccatũ mortale.Repressa nãque & diminuta est inclinatio fomitis,per gratiã Christi:ita vt stantes in gratia gratum faciente possint omne peccatum mortale vitare,quod nõ possunt adulti,qui gratia carẽt.Sicut nec gratiã habẽtes vitare possunt oĩa venialia sltẽ diu. Sicut in istis sensualitas non est rationi pfectæ subiecta,propter quod interdũ venialiter peccant,
Esaiæ.2. ita in illis nõ est ratio deo subiecta cũ debito ordine vltimi finis,idcirco diu viuere nequeũt sine mortali.[*Non enim estis sub lege*]Mosaïca,quæ bona præcepit,& mala ꝓhibuit,gratiam verò adimplẽdi nõ prę stitit[*Sed sub gratia*]euãgelicæ legis & Christi.Ideo peccatum vobis non dominabitur,si feceritis quod in vobis est.¶ Circa hoc mouet Apostolus quod vidit moueri posse ab aliis.[*Quid ergo?*]restat.[*Peccavimus,quoniam non sumus sub lege*]veteri[*Sed sub gratia?*]id est an hoc liceat vt gratia dei abutamur, ideo H
EPIST. peccando securius,quia à minis & pœnis temporalibus legis liberati sumus? [*Absit*] Hoc enim vile atque peruersum esset,sicut ostendunt sequentia. [*An nescitis,quoniam cui exibuistis vos seruos ad obedien-*
dum].i.cui vos sponte subiecistis [*Serui estis eius cui obedistis*]hoc palam est.Ad rationem enim serui pertinet obtemperare mandato alterius[*Siue peccati ad mortẽ*].i.si exhibuistis vos seruos peccato,serui estis peccati ad mortem culpæ in via,& ad mortem pœnæ in gehenna.Ad hæc enim perducit seruitus culpæ [*siue obeditionis ad iustitiam?*]id est si exhibuistis vos seruos obedientiæ diuinorum mandatorum, facti estis serui obedientiæ huius ad iustitiam, id est ad hoc vt iusti sitis. [*Gratias autem (refero) deo*] cui de
2.Cor.10. omni bono agenda est gratiarum actio[*quod fuistis*]ante vestram conuersionem [*Serui peccati, obedistis autem ex corde*] id est animo prompto atque spontaneo [*In eam formam doctrinæ*] id est in institutionem euangelicæ disciplinæ,operando secundum præcepta & consilia Christi[*In qua*]doctrina seu for-
Ioan.15. ma[*Traditi estis*]scholæ Christi siue ecclesiæ, vt tenendo hanc formam sitis filij ac discipuli Christi
FINIS. & ecclesię.[*Liberati autem a peccato*]non solùm per Christi passionem,sed etiam per diligentem vitio-
Ioan.15. rum euitationem,quæ tamen euitatio vobis per gratiam Christi confertur [*Serui facti estis iustitiæ*]id est
EPIST. iustitiæ subiecti estis,implendo præcepta iustitiæ. Sed quia doctrina seu iussio proportionanda est capacitati discipulorum,ac subditorum,idcirco infirmis seu imperfectis proponit Apostolus præceptum facile & humanum.[*Humanum dico,propter infirmitatem carnis vestræ*]id est leue & naturali rationi con-

A sonum do vobis præceptum, & hoc propter vestram imperfectionem, & carnis vestræ fragilitatem,
propter quæ non potestis præceptum perfectionis seu solidum capere cibum. ¶ Deinde ponit præce-
ptum.[*Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ*]id est carnalibus vitiis scilicet gulæ, lu- Hebr.3.
xuriæ,&c.[*Et iniquitati*].i.spiritualibus peccatis[*Ad iniquitatem*]progrediendo de vno peccato in aliud:
iuxta illud cuiusdam sapientis,Peccator adiiciet ad peccandum. Et aliud Apocalypsis, Qui in sordibus
est,sordescat adhuc.Vnde per Esaiam ait scriptura,Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis,& Eccles.3.
quasi vinculum plaustri peccatum.Tales sunt perseuerantes in malo,quoniam(teste Gregorio)peccatũ Apoc. 22.
quod statim per pœnitentiam non deletur,suo pondere trahit ad aliud[*Ita nunc*]agnita veritate[*Exhibe-* Esaiæ.5.
te] id est præbete & date[*Membra vestra seruire iustitiæ*]id est virtutibus vniuersis, manibus dando elee- Gregorius
mosinam,pedibus eundo ad ecclesiam,oculis peccata deflẽdo,auribus verbum dei audiendo,ore deum
laudando[*in sanctificationem*]id est verè & plenè proficiatis in gratia dei,in sanctitate & omni perfectio
ne,quemadmodum in Apoc.habetur,Sanctus sanctificetur adhuc. Vnde per Mosen dominus præce-
pit,Sancti estote,quoniam ego sanctus sum dominus deus vester.Et rursus,Perfectus,& absque macu- Apoc.22.
la eris cum domino deo tuo.Ecce saluberrimum documentum, rationabilissimumque præceptum,à Leuit.11.
B quo nemo excusare se potest. Quid enim tam vile ac erubescibile,vt ꝙ post nostram conuersionem si- Deuter.18.
mus pigriores,negligentiores ac frigidiores in obsequio dei, q̃ olim eram⁹ in seruitute diaboli,carnis,&
mundi?Laborandum ergo est nobis,vtverè ac plenè conuertamus mores nostros.Sed quia hoc adimple Rom.9.
re non est volentis neque currentis,sed dei miserentis,dicamus cum Hieremia,Conuerte nos domine,&
conuertemur.[*Cum enim serui essetis peccati*]obediendo cõcupiscentiis& passionibus vestris[*Liberi fui-* Tren.5.
stis iustitiæ]id est domino iustitiæ caruistis, & spoliati eratis bono iustitiæ, atque extranei à rectitudine
æquitatis,non obtemperando mandatis diuinis,quod verę libertati maximè derogat.Liberaliter seruit,
qui voluntatem domini libenter facit:ideo ad peccandum liber est,qui seruus est peccati,iustitiæ quo-
que liberè seruit,qui amat & delectatur in ea.Hæc est vera libertas[*Quem ergo fructum*]id est profectũ
seu vtilitatem [*Habuistis tunc in illis*]qnando sceleratè vixistis][*In quibus nunc erubescitis?*] id est in actiEzech.43.
bus vitiosis ac turpibus,de quorum perpetratione verecundamini modò ad deum conuersi, atque diui Ezech.26.
nitus illustrati,ac per hoc inhonestatem peccati agnoscentes?Peccator nanque post suam conuersionẽ
erubescit de malis,in quibus aliquando gloriabatur,quemadmodum scriptum est,Erubescite & cõsun-
dimini super viisvestris dicit dominus[*Nam finis*].i.merces finales[*Illorum*]turpium vitiorum[*Mors est*]
id est æterna damnatio.Vel mors ista temporalis,est finis.i.terminus illorum,quia post mortẽ hanc nõ
possunt impii talia agere,propter quod eorum delectatio breuis est. [*Nunc vero liberati a peccato*] per
Christi passionem,tanquam per causam meritoriam vniuersalem, per propriam quoq; pœnitentiã seu 1.The.4.
C baptismum tanquam per causam meritoriam particularem,per gratiæ autem infusionẽ,formaliter[*Ser-* Matt.5.
ui autem facti deo]obediendo eius præceptis,seu acquiescendo eius consiliis[*Habetis fructum vestrum*]id Michę.6.
est profectum seu perfectionem vobis congruentem[*in sanctificationem*]animarum vestrarum,ita quod
fructus iste est sanctificatio vestra,seu puritas animæ.Vnde ait dominus,Beati mundo corde,quoniam Prouer.22
ipsi deum videbunt.[*Finem vero*] id est finale, consummatumque præmium habetis [*vitam æternam*] Ioann.17.
quæ erit tota merces vestra.Ad hunc fructum seu cordis puritatem,omnia exercere debemus,semper
soliciti coram diuino conspectu habere cor mundum,in quo.s.in habẽdo cor mundũ,consistit summa viæ huius perfectio:quia vt Salomon ait, Qui diligit cordis munditiam amicũ habebit regem. Vita
autem æterna(quæ est visio dei in patria)est finis vltimatus,ad quem etiam ipsa puritas animæ viatricis
disponit ac ordinatur.¶Post hæc ostendit Apostolus,quod finis illorũ, vtpote vitiorum est mors atq;
damnatio animæ[*Stipendia enim peccati*]hoc est retributio debita,quæ ꝓ peccato infligitur est.[*Mors*]
temporalis & æterna.Ex originali enim peccato processit mors corporalis in pœnã illius peccati.Pro-
pter quod legitur in libro sapientiæ,Deus mortem non fecit.Inuidia quoq; diaboli mors introiuit in Genesis.3.
orbem terrarum.Pro peccato autem actuali mortali infligitur mors æterna,quæ vtique est à deo, cum Sapient.1.
sit iusta pœna:sicut scriptum est,Mors & vita ab ipso sunt[*Gratia autem dei*]id est ex gratia seu per gra- Sapient.2.
tiam dei datur iustis pro præmio [*Vita æterna*]Non hoc dicitur merita excludendo: sed vt insinuetur Eccle.11.
D quod principaliter ascribendum sit gratiæ dei,qui etiam præmiat vltra cõdignum Electi enim per gratiam merentur vitam ęternam.Vnde tam meritum q̃ præmium nostrum primò & maximè dependet atque procedit ex pietate dei, & gratia eius quam efficit in nobis. Hæc autem vita æterna [*in Christo Iesu* Ioan.17.
domino nostro]tanquam in obiecto,& causa effectiua principali secundum diuinã eius naturam,sicut in
patre & spiritu sancto.Tota enim superbenedicta trinitas,est causa efficiens & obiectum vitæ æternæ,
id est beatitudinis electorũ.¶Porrò in Iesu Christo(.i. per eum)datur nobis gratiosè vita æterna, quia
(sicut iam sæpius dixi)omnia dona nobis per Christum hominem conferuntur.

Cap. VII. [*An ignoratis fratres.*] Artic.X.

N capituli huius exordio probat Apostolus cessationem legis Mosaicæ per exemplum.
I [*An ignoratis fratres*]O vos Romani fideles, an nescitis quæ dicam?Et scio quia non ig- Actu.18.
noratis.[*(Scientibus enim legem loquor)*]id vobis Romanis in Christum credentibus,qui
partim fuistis sub lege Moysi, & estis ex Iudaismo Christiani effecti, propter quod legem Moysi scitis: partim verò gentiles fuistis, atque sub ciuili lege vixistis,& ideo legem hanc nescitis, Barbari verò qui legibus non leguntur,nullam harum legum nouerunt. An inquam Ioan. 1.
nescitis [*Quia lex*] Mosaica,& ciuilis [*Dominatur in homine*].i.hominem obligat ad obseruantiam legis 1.Corin.7.
[*Quanto tempore*] .i. quam diu[*Viuit?*]hoc est vigorẽ ac statũ sortitur lex ipsa.Si autẽ lex pfectior,prio- Gene.3.
rẽ euacuãs supueniat,cessat lex prima,nec amplꝰ obligat,sicut cessauit lex moysi sũ pueniẽte lege Chri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sti. Huius rei exemplo subiungitur. [*Nam quæ sub viro est mulier*]id est femina legitimè maritata & viro E
1.Cor.7. subiectatiuxta illud,Sub viri potestate eris [*Viuente viro alligata est legi*] viri,quia tenetur ei debitum reddere,nec potest ab eo discedere.Mulier eñ potestatem corporis sui nõ habet,sed vir.[*Si aũt mortuus fuerit vir eius, liberata est a lege viri*]intantùm vt si vir eius resurgeret,non teneretur eum recipere, nisi ex condecẽtia quadã,vt dicitur[*Igitur viuẽte viro, vocabitur adultera,si fuerit cũ alio viro*]vxorato,vel nõ vxorato.[*Si aũt mortuus fuerit vir eius*]morte naturali aut certè ciuili ante copulam [*Liberata est a lege*] hoc est à iure[*viri, vt non sit adultera si fuerit cum alio viro*] Potest enim nubere cui placuerit, tantùm nubat in domino. ¶ Præterea applicat præinductam similitudinem Apostolus ad propositum de cessatione legis scriptæ [*itaque fratres mei, & vos mortificati estis legi*]id est à debito & vigore Mosaïcæ legis soluti[*Per corpus Christi*] id est per ea quæ verbum dei fecit,assumpsit, & pertulit in corpore Christi,videlicet per Christi incarnationem, per corporis sui in cruce extensionem, vel etiam per incorporationem qua Christo incorporati,vnum estis cum ipso effecti [*Vt sitis*] vos [*Alterius (scilicet Christi) qui ex mortuis resurrexit*]id est esse vestrum ac vitam ad Christi gloriam ordinetis, nec vobisipsis, sed
Galat.3. ei viuatis: non sequendo desideria propria, sed Christi mandata, nec insistendo priuato amori,sed di-
Psalm.113. uinæ charitati. Qui si abnegant semetipsos,cordialiter dicunt illud psalmistæ, Non nobis domine non
Matth.3. nobis, sed nomini tuo da gloriam[*Vt fructificetis deo*]id est opera virtuosa agatis ad gloram dei, Omnis F
enim arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Qui autem manet in me
Ioan.15. (ait Christus) hic fert fructum multum. ¶ Insuper manifestat legem iam esse euacuatam ex consideratione status qui erat sub lege.[*Cum enim essemus in carne*]hoc est in carnalibus & cerimonialibus operibus legis,seu vitiis carnis,tempore legis antiquæ, [*Passiones peccatorum*]. i. passiones seu sensitiuæ partis inordinatæ motiones interiores, [*Quæ per legem erant*]id est ex iussione aut prohibitione legis ex occasione in nobis incitabantur,[*Operabantur in membris nostris*].i.ad opera praua induxerunt mẽbra nostra, vt oculus per res varias fornicaretur, manus alium cæderet, lingua mentiretur [*Vt fructificarent morti*]
2.Corin.3. id est opera morti congrua, æternáque morte digna patrarent [*Nunc autem (scilicet tempore gratiæ) soluti sumus a lege mortis*]hoc est ab obligatione & obseruatione Mosaicæ legis,quæ nominatur lex mortis, quia ex occasione mortem spiritualem inferebat, augendo culpam ratione transgressionis præcepti, & incitando concupiscentiam. Vel, quia transgressoribus suis temporalem intulit mortem, sicut
Exod.21. per Moysen sæpius dicitur, Qui fecerit hoc vel hoc, morte moriatur[*in qua lege detinebamur*]id est ad
Deut.21. cuius obseruantiam obligati eramus, vsque ad publicationem euangelicæ legis, nunc verò soluti su-
Hebr.10. mus,]*Ita Vt seruiamus (deo) in nouitate spiritus*]id est in spirituali renouatione mentis,quemadmodum G
Epe.4. scriptum est, Renouamini spiritu mentis vestræ. Vel in nouitate spiritualis intelligentiæ. [*Et non*
2.Corin.2. *in vetustate literæ*]id est obseruantiis liberalibus seu cærimonialibus veteris testamenti. Litera enim occidit,spiritus autem viuificat.

Hiere.10. ¶Quoniam verò veterem legem,vocauit legem mortis,ne quis ex hoc erroris occasionem eliciat, vt Manichæi dicentes legem Moysi datam à dæmone,remouet Apostolus talem errorem.[*Quid ergo dicemus?*] si ita est vt dixi[*Lex peccatum est?*] id est,an tunc dicendum sit, quod lex sit vitiosa, peccatíque causa per se? [*Absit. Sed peccatum non cognoui nisi per legem*] id est hoc magis tenendum affirmo,quod lex sit bona, quoniam ordinatur ad bonum, scilicet ad discernendum inter bonum & malum, inter virtutes & vitia, quatenus mala vitentur & bona agantur, Ideo ait, peccatum non cognoui esse pec-
Exod.20. catum, saltem ita perfectè atque communiter,nisi perlegem,hoc est legis instructionem.[*Nam concupiscentiam*]carnalem & inordinatam [*nesciebam(esse peccatum)nisi lex diceret,Non concupisces*]Loquitur autem Apostolus in persona generis humani, præsertim eorum in quibus non naturalis sic obtenebata fuerat vitiis, vt inter bonum & malum,parum aut nihil discernerent. Quorum multi putabant cogitationes non procedentes in actum prauum,& simplicem fornicationem,atque similia quædã non
Esaię.5. esse peccata .De quibus propheta,Ve qui dicitis bonum malum,& malum bonũ,ponentes tenebras lucem & lucem tenebras.His ergo ostendit lex,quid sit culpabile.Nam& ipsi ignorarent concupiscentiã, nisi lex diceret,Non concupisces.¶Ad vitandum autem peccatum requiritur peccati cognitio,ideo lex
Exod.20. potius retrahit à peccato,q̃ sit causa ipsius. Est tamen occasio peccati per accidens ex parte nostri: qui H
sicut naturaliter appetimus libertatem,ita communiter inclinamur, ac nitimur in vetitum, ne nostra libertas videatur arceri[*Occasione autem accepta,peccatum per mandatum*]hoc est concupiscentia seu fomes peccati, imò & dæmon tentator occasionem peccandi seu impugnandi accipiens ex mandato legis, quæ concupiscentiam prohibebat:ex tali enim mandato irritabatur & prouocabatur concupiscentia.Dæmon quoque videns homini datam legem,cœpit fortius eum inuadere atque tentare :sicquæ peccatum[*Operatum est in me*] hoc est ad operandum induxit me [*Omnem concupiscentiam*] lege prohibitam,ita quod concupiscentia mala processit in opus. [*Sine lege enim*] id est lege nondum accepta, vel eius cognitione nondum adepta [*Peccatum mortuum erat*]hoc est fomes peccati non ita viguit, sed erat debilior, quia non tantùm excitatus vt postea, nec tantùm impugnabatur à dæmone, minus quoque imputabatur à deo. [*Ego autem viuebam sine lege aliquando*] Scire oportet quod Apostolus loquitur hic in persona hominis communiter.Vnde non omnia quæ dicit ad eosdem referantur. Nunc ergo loquens in persona hominis,qui ad tempus vixit ante legem Mosaicam, & ad tempus ei subiacuit, dicit, Ego autem viuebam vita gratiæ,vel simpliciter,vel respectiuè,id est carendo peccato mortali,vt minus peccando sine lege scripta aliquando,id est antequam data est lex scripta.Tunc enim(vt dictum est)mi-
1.Corin.15. nus viguit fomes.[*Sed cum venisset mandatum*]legis,id est postquam lex data est mihi [*Peccatum reuixit*] id est fomes seu eius effectus (videlicet culpa) insolescere, rebellare, vigeréque cœpit, [*Ego autem*] spiritualiter[*Mortuus sum*] sub lege peccati reuiuiscente in me [*Et inuentum est mihi*] id est ad in-

A commodum meum[*Mandatum*]legis [*Quod ordinatum ac datum erat ad vitam*] gratiæ in presenti, vitamque gloriæ in futuro[*Hoc esse ad mortem*] culpæ in via, atque ad mortem damnationis in gehenna. Cuius ratio atque declaratio subditur[*Nam peccatum*]hoc est concupiscentia seu fomes [*Occasione accepta per mandatum*]secundum sensum iam præinductum[*Seduxit me*]id est rationem meam subuertit, vt potius inhæreret bono commutabili & caduco q̃ summo & increato [*Et per illud*]id est hanc seductionem,illi citumque consensum[*Occidit*]me,inducens me ad delectationem mortiferam,seu culpam 2.Corin.5.
mortalem:quæ tollit charitatem,in qua animæ vita consistit.¶ Præterea ex prædictis infert Apostolus
[*itaque lex quidem*]scripta est,&[*Sancta*]quia prohibet vitia,præcipitque honesta. Vnde secundum Isi- Isidorus.
dorum,Lex est iussio sancta,iubens honesta[*Et mandatum*]legis est [*Sanctum*] hoc est ad diuinum cul- Leuit. 29.
tum directè ordinatum,non ad agendum peccatum, quãuis homo ex fomitis corruptione et occasione
moueatur ad vitium,audito legis præcepto,[*Et iustum*]quoniam docet & imperat vnicuique dare quod
suum est,& iniustitiam dignè vlciscitur,[*Et bonum*]quia ad vltimũ finem,qui optimus est,dirigit. Hinc
ait Psalmista,Lex domini immaculata conuertens animas,&c.Salomon, Mandatum lucerna est,&lex, Psalm.18.
lux,& via vitæ increpatio disciplinæ.¶Ex his infert Apostolus quod sequividetur,& tamen secundum Prouer.6.
veritatem non sequitur.[*Quod ergo bonum est*] id est legis mandatum in se bonum consistens [*Mihi fa-*
B *ctum est mors?*]id causa spiritualis necis. Dixit enim mandatum esse ad mortem, & per mandatum
reuixisse peccatum. [*Absit*] hoc est, non sequitur. Quanuis enim per mandatum reuixerit
culpa, hoc tamen non per se neque ex iniustitia legis, sed malitia hominis,bono ex occasione abu-
tentis,Ideo aditur,[*Sed peccatum*]id est concupiscentia vel fomes[*Et appareat peccatum*]id est sciat esse
illicita.vel vt peccatum intus latens,foras erumpat ac pateat[*Per bonum*] hoc est per legem non directè, 1.Ioan.5.
sed ex occasione [*Operatum est mihi mortem*]id est ad mortale peccatum induxit me, priuans me gratia
dei animam viuificante. Dato quippe mandato, magis inflammata est concupiscentia mala, magisque
prouocata est contra hominem tentatoris inuidia atque suggestio[*Vt fiat supra modum*] consuetum, &
vltra mensuram[*Peccans peccatum*]id est concupiscentia nos peccare faciens, ita quòd concupiscentia Collo.3.
facit magis peccare sub'lege q̃ ante[*Per mandaum*]occasione,sicut expositum est. Vel sic, vt fiat supra
modum peccans peccatum per mandatum,id est actuale peccatum ex fomite nascens,quo deum offen-
dimus modum excedẽs per mandatum. Nam idem peccatum lege accedente grauius est quam ante,&
quod ante erat tantummodo peccatum seu culpa,postmodum etiam præuaricatio est,hoc est diuinæ le
gis rransgressio.Propterea fit supra modum peccans peccatum, quia diuersis de causis displicet deo,& Ioann.8.
variis modis aduersatur iustitiæ.¶Deinde manifestat Apostolus legem esse spiritualem,hoc est carnales Actu.7.
atque illicitas concupiscentias prohibentem.[*Scimus enim quia lex spiritualis est*]quia & data est à spiritu
sancto per spiritum angelicum, quatenus lege accepta viueret homo secundum spiritum, non secundũ
C carnẽ[*Ego autem carnalis sum*]carnaliter viuens,passionum inclinationes sequendo.Loquitur autem A-
postolus(sicut iam dictum est)in persona hominis generaliter. Nunc enim loquitur in persona eius,in
quo inuenitur peccans peccatum supra modum homini,scilicet qui legem transgreditur. Quasi dicat, Gene.3.
Quãuis ego carnalis sim,nihilominus lex spiritualis est.Itaque carnalis sum[*Vænundatus*]id est dãnatiõi
seu dæmonis potestati ac iuri,vel miseræ seruituti expositus atque obnoxius factus [*Sub peccato,*]pri-
mi parentis,qui seipsum & posteritatem suam vendidit hosti,faciendo quod ille proposuit. Vel potius, Esaiæ.57.
sub peccato actuali & proprio.i.peccatorũ meorum demerito,sicut per Esa.dominus profitetur, Ecce 3.Reg.21.
in iniquitatibus vestris vẽditi estis. Et dictum est Achab, Vænundatus es vt faceres malum corã dño.
Vẽdit nãque se homo libero arbitrio,& recipit ꝓ pretio vile bonum ab aduersario suo.[*Quod enim ope*
ror]inquãtũ carnalis,videlicet sensualitatẽ sequẽdo[*Non intelligo*].i.nõ verè cõsidero,nec rectè attẽto. Dionysius
Nullus enim respiciens ad malum operatur,secũdũ Dionisiũ.Vnde malũ nec agitur neq; appetitur,nisi Prouer.21.
sub ratione boni.Propter quod Salomõ ait,Omnis viri via recta sibi videtur.Vel nõ intelligo.i.intus nõ 2.Mac.1.
lego tale malũ,tanquã rationi consonũ.[*Non enim quod volo bonum*].i.actũ virtuosum, quẽ secundũ ra-
tionis dictamẽ volo & approbo]*Hoc ago*]quia carnalitati vitiisque succũbo:[*Sed quod odi malũ*].i.pec-
catum quod secundum rationis censuram detestor[*illud facio*]passionibus cedens & sensualitatem con- Pſalm. 18.
sentiens.[*Si autem quod nolo*]secundum rationem [*illud facio*] secundum sensualitatem [*Consentio legi*
D *quoniam bona est*]id est legem approbo:quia quod illa prohibet,ratio mea malum esse cognoscit.[*Nunc autem*]hoc est istis sic stantibus [*iam ego non operor illud*]malum,inquantum homo seu rationalis crea- Iacob.4.
tura,cuius est vitia abhorrere,virtutes diligere, & deprecari ad optima[*sed quod habitat in me peccatũ*]
id est fomes peccati seu concupiscentia firmiter radicata in me causa mali impellendo ad ipsum. Tan-
quam dicat, Non vt rationalis, sed vt brutalis seu bestiis similis ago hoc malum, quod ratio reprobat.
¶Ad horum intelligentiam pleniorem habẽdam,oportet aduertere quod Apostolus assumit hoc loco
personã duorum hominum.i.interioris & exterioris.Vel potius duplicis hominis.i.eiusdẽ,secundũ du
plicẽ portionẽ ipsius.Est enim in homine duplex pars,videlicet intellectiua & sensitiua,seu ratio & sen
sualitas,quæ aliter appellãtur spiritus & caro,homo interior atque exterior. Ratio autẽ cõpetit homi-
ni,secundũ ꝓpriã hominis diffinitionẽ: sensualitas verò secũdũ id quod cũ brutis cõmunicat, Ideirco
quod agit & vult,secundũ rationẽ hoc dicit ꝓpriè velle & agere Hoc enim agit&vult secũdũ ꝙ homo
Quod verò agit aut appetit secũdũ sensualitatẽ,seu partẽ sensitiuã sine rationis aduertẽtia seu cõsensu,
nõ dicitur ꝓpriè agere siue appetere,quia nõ agit nec appetit illud inquãtũ homo,sed vt iumẽtis cõmu
nicans.Sicq; apparet quomodo homo dicitur agere,quod tamẽ non agit:sicut iã dixit Apostol', Quod
nolo facio,& iã ego nõ operor illud.¶Deniq; nõ ita intelligẽdum est quod ait, Iam ego non operor il-
lud,sed quod habitat in me peccatũ,quasi homo nequaquã operetur illud,vel à vitio excusẽt,sed quia
non agit illud, vt homo bene dispositus.[*Scio enim*]per experientiam reluctationis sensualitatis contra

Universidad de Deusto
Biblioteca

rationē [*Quia non habitat in me, hoc est in carne mea*] videlicet in homine exteriori & parte sensitiua [*Bonum*] .i. virtus seu habitus ad bonum inclinans, sed potius ad oppositum. Per hoc autem quod ait, hoc est in carne mea, insinuat quòd in parte intellectiua habitet bonum, puta synderesis, quæ remurmurat malo, & tendit in bonum. Ideo subdit, [*Nam velle adiacet mihi*] id est secundum hominem interiorem inclinor ad bona, & volo honesta. [*Perficere autem bonum*] id est opere adimplere [*Non inuenio*] in me, quoniam sine gratia illud non valeo, maximè propter rebellionem sensualitatis. [*Non enim quod volo bonum, hoc facio, sed quod nolo malum, hoc ago. Si autē quod nolo, illud facio, iam nō ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.*] Hæc iam præhabita atque exposita sunt. Ex his infert Apostolus legem scriptam
Genes. 8. esse bonam, quoniam ratio naturalis ei consentit [*Inuenio igitur legem volenti mihi facere bonum*] id est cū bona agere cupio, inuenio legem tam naturalem quàm scriptam mihi consonam, mihi bona volenti. Ex quo sequitur legem esse bonam [*Quoniam mihi malum*] id est pronitas ad peccandum [*Adiacet*] id est in promptu est. Pronior enim sum ad mala quàm ad bona, propter corruptionem naturę. Tanquam dicat, Ideo volo bonum, & erigo me contra meipsum, quoniam cerno me ad mala procliuem, cui procliuitati cupio resistere. [*Condelector enim*] id est consentio, & delectabiliter afficior [*Legi dei*] volēs quod præcipit, nolens quod prohibet [*Secundum interiorem hominem*] id est secundum rationis iudicium, Nam & lex naturalis legi diuinæ concordat precipuè quoad præcepta moralia. Lex quippe scripta tam diuina
Matt. 22. quàm humana, est quædam determinatio vel renouatio seu explicatio legis naturalis, & comparatur ad
Lucæ. 10. eam sicut conclusio ad præmissas. Vnde præcepta dicuntur esse de conclusionibus, non de primis principiis. Intentio autem præceptorum moralium est, hominem iustè ordinare quantùm ad deum, & quātùm ad proximum. Hæc verò præcepta determinantur dupliciter, scilicet per præcepta cærimonialia, quæ assignant speciales modos colendi deum: & per præcepta iudicialia, quæ assignant aptum modum seruandi iustitiam inter homines. Hæc itaque duo genera præceptorum non sunt de naturali dictamine rationis, sed ex institutione vim habent, nec sunt eadem vbique & semper, sed variantur apud diuersos secundum exigentiam personarum, locorum ac temporū. [*Video autem aliam legem*] à lege dei, cui
Genes. 8. ratio condelectatur [*in membris meis*] id est in carne mea mortali, vitiata ac fragili: vt pote fomitem peccati, qui primò respicit carnem, & membrum generationis, & ex carnis contactu deriuatur ad animam.
Genesis. 3. quàm citò corpori copulatur [*Repugnantem legi mentis meæ*] id est legi naturali ac diuinæ cordi meo inscriptę [*Et captiuantem me*] id est subiicientem per consuetudinem malam, & cōsensum [*in legem peccati quæ est in membris meis*] id est, sibi ipsi existenti in corporis membris, quæ vniuersa infecta sunt pronitate ad malum. Captiuat ergo lex membrorum hominem in se, dum rationem pertrahit, & tenet in pe-
Gene. 12. ribus, ad quæ fomes inclinat. Lex autem dicitur à ligando, vel à legitima latione. Quoniam ergo fomes hoīem in malo ligat, rectè lex dicitur. Et etiā quia legitimè factum est, vt caro repugnaret spiritui, quando spiritus inobediens extitit creatori. Homo enim in paradiso ante peccatum existens, sic conditus fuit vt quandiu ipse per rationem esset subditus deo, sensualitas subdita esset rationi, & caro spiritui: ita vt nec langor esset in anima, nec inordinata concupiscentia, aut passio in sensualitate, stante subiectione rationis sub deo: & vt homo in tali conditione faciliter posset resistere, data & concreata erat ei originalis iustitia, quæ erat rectitudo seu retinaculum quoddam habituale tenens rationem sub deo, sensualitatem sub ratione, & carnem sub anima. Vnde ratione per inobedientiam à deo auersa, mox orta est rebellio sensualitatis. & carnis adersus spiritum. Et dispositio ad hanc rebellionem inclinans, vocatur fomes peccati, lexque membrorum. ¶ Præterea, ex cōsideratione tantę miseriæ, cui subiectus est homo exclamat
Ioann. 1. Apostolus [*infelix ego homo*] priuatus felicitate originalis iustitię, multisque corruptionibus & vitiis plenus, [*Quis me liberabit de corpore mortis huius?*] id est de corpore isto mortali, quod obligat ad mortem
2.Corin. 5. naturæ, inclinat ad mortem culpæ, exponitque periculis mortis æternæ: quatenus anima mea huic vitę
Ephes. 5. subtracta ad patriam redeat, & deo liberè perfruatur, securéque viuat. Et respondet [*Gratia dei*] trini-
Philip. 1. tatis [*per iesum Christum dominum nostrum*] per quem gratia dei nobis infunditur ac præstatur. Hanc ergo liberationem desiderabilem animæ à corpore facit deus effectiuè, gratia dei formaliter, Christus homo meritorię. ¶ Sed cum alibi dicat Apostolus, Nolumus expoliari, sed superuestiri. Et Nemo carnem suā vnquam odio habuit, quomodo nunc cupit liberari à corpore? Et respondendum, quòd liberatio ista
Psalm. 141. intelligi potest dupliciter. Primò per separationem animæ à corpore. Sicque Apostolus & alij sancti o-
Psalm. 119. ptauerunt à corpore liberari, per mortem temporalem desiderio Christi ac patriç: sicut alio loco habe-
Psalm. 41. tur, Cupio dissolui, & esse cum Christo. Pro hac quoque liberatione orauit Psalmista. Educ (inquiens) de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo. Et iterum, Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Et Quando veniam, & apparebo ante cospectum dei? Secundò, intellligi potest per sepa-
2.Corin. 5. tionem corporis à mortalitate, cæterisque afflictionibus, & miseriis, & peccatis, Sic autem optant electi
Galat. 5. liberari à corpore mortis in die iudicii, scilicet vt resurgant in corpore glorificato, non passibili & misero. Tunc enim liberabuntur corpora sanctorum ab omnibus malis prædictis. Vnde Apostolus nō ait simpliciter de corpore sed de corpore mortis: & ita nolum⁹ finaliter expoliari, sed ad tēpus, quatenus in resurrectione futura superuestiamur impassibili corpore, quod erit ornamentum, non onus. Ex dictis cōcludit Apostolus [*igitur ego ipse mente*] id est secundum rationē [*Seruio legi dei: carni autem*] .i. secundū carnis & fomitis inclinationem, seruio [*Legi peccati*] quæ est in membris. Si in suiipsius persona hoc dicit Apostolus, referendum est ad peccata venialia ac minutissima, quibus fortè interdum non caruit, vel ad statum quem habebat sub lege Mosaïca. Seruire autem legi peccati, est inclinationibus fomitis consentire.

Explanatio cap. VIII. [*Nihil ergo nunc damnationis est, etc.*]

Articulus XI.

DEclarata in præcedenti capitulo cessatione legis Mosaïcæ, iam docet Christo & euangelicæ legi iugiter inhærēdum, & ait, [*Nihil ergo nunc*] scilicet tempore gratiæ [*Damnationis*] hoc est, obligationis ad pœnam gehennæ [*Est his qui sunt in Christo Iesu*] per fidem & charitatem: quibus ipse loquitur. Manete in me, & ego in vobis. [*Qui non secundum carnem ambulant*] id est carnis desideriis non acquiescunt, neque carnaliter viuunt. sed carnem cum vitiis & concupiscentiis crucifigunt. In fonte nanque baptismatis dimissa sunt eis peccata vniuersa. Si autem postea non peccauerunt manendo in Christo, proferunt fructum multum, & ita non tantùm pro vitiis satisfaciunt, sed insuper gloriam ampliorem merentur. [*Lex enim spūs vitæ*] id est lex euangelica, quæ nominatur lex spiritus, quia à spiritu sancto est data, Christianorúmque cordibus ab ipso impressa. Dicitur quoque lex vitæ, quoniam mentem viuificat, per gratiam quam sacramenta nouæ legis distribuunt, [*in Christo Iesu*] id est per Christum [*Liberauit me à lege peccati et mortis*] hoc est, à consensu, consuetudine & actu culpæ, ac pœnæ pro culpa infligendæ. Potest quoque per legem peccati lex scripta intelligi, eo quòd ex occasione auxerit culpam ac pœnam, quemadmodum in superioribus vbertim expositum est. Proinde declarat Apostolus, quomodo lex Christi, quæ est lex spiritus vitæ, liberet à lege peccati & mortis. [*Nam quod impossibile erat legi*] scriptæ & sacramentis ipsius, non continentibus nec conferentibus gratiam, [*in quo infirmabatur*] hoc est in qua impossibilitate atque inefficacia infirma, & ad saluandum impotens erat lex ipsa, [*Per carnem*] id est, per obseruantias & iustificationes carnales, quæ non purificant animam. Sacramenta enim legalia corporaliter tantùm mundabant quasdam inhabilitates, seu irregularitates ab exteriori inductas, & ab ingressu templi, atque similibus impedientes, tollendo. Vel per carnem, hoc est per fomitem carnis, quam lex occasionaliter incitauit, non directè diminuit. [*Deus*] pater. [*Filium suum mittens*] in mundum, per incarnationis mysterium, non per localem descensum, [*in similitudinem carnis peccati*] id est, in corpore mortali atque passibili. quod licet fuerit veraciter veraque caro: non tamen veraciter erat caro peccati, sed similitudinariè. Per pœnas enim quas pertulit, similis erat carni peccatrici. Venit itaque Christus in veritate carnis, non autem in veritate carnis peccati, sed in similitudine eius [*Et de peccato damnauit peccatum*] id est, pater mittens sic filium, damnauit, id est deleuit, destruxit, dimisit peccatum tam originale quàm actuale, de peccato, id est per peccatum factum, [*in carne*] Christi, non à Christo, sed à diabolo eiúsque ministris qui Christum occiderunt. Per hoc enim quòd Christus iniustè occisus est, suggerente diabolo, amisit diabolus ius quod habebat in nobis, & ita mors Christo iniquè illata, omne peccatum deleuit. Vel, damnauit peccatum, actuale, nascens de peccato, id est fomite peccati. Vel, peccatum de peccato, id est fomitem peccati, procedentem de peccato originali Adæ. Vel sic & melius secundum Ambrosium, de peccato, id est de seipso, prout factus est hostia pro peccato nostro, damnauit, id est deleuit peccatum mundi quodcunque in carne, id est in corporis sui passione. Ipse enim portauit peccata nostra in corpore suo, super lignum. Iuxta hunc sensum sacrificia legis pro peccatis oblata dicebantur peccata: secundum quod de sacerdotibus veteris testamenti dominus ait per Oseam, Peccata populi mei comedent. Sic quoque aquam cum periculo vitæ allatam Dauid sanguinem appellauit dicens, Absit à me, vt sanguinem virorum istorum bibam. Hæc itaque fecit deus, [*Vt iustificatio legis*] id est in lege promissa, non autem per legem exhibita. Lex enim gratiam iustificantem spopondit, non contulit. [*impleretur in nobis*] qui in baptismo aliisque sacramentis gratiam iustificantem in lege præfiguratam ac prænunciatam recipimus. [*qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum*] hoc est, non carnaliter sed spiritualiter in huius viæ exilio conuersamur, tendentes ac properantes ad patriam per opera virtuosa. De hac legis promissione aiebat Apostolus loquens de Iudæis, Et nos annuntiamus vobis eam quæ ad patres nostros facta est repromissio, quoniam hanc deus implebit filiis vestris. Hinc etiam Petrus in sua Canonica, De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt, quibus reuelatum est, quia non sibiipsis, vobis autem ministrauerunt ea, quæ nunc nuntiata sunt vobis.

¶ Pro intellectu loci huius intricati atque difficilis aduertendum, quòd nemo vnquam saluatus est, nisi per fidem & gratiam Christi. Ipse enim est caput omnium electorum, membra autem necesse est capiti communiri, vt vitam participent. Propter quod Petrus differebat, Nec enim nomen aliud sub cœlo datum est hominibus, in quo oporteat vos saluos fieri. Passio nanque Christi hoc fecit futura, quod fecit impleta. ¶ Porrò hæc salus aliter applicatur hominibus post Christi passionem, & aliter ante. Tunc enim applicabatur per fidem formatam, nunc verò applicatur etiam per sacramenta gratiæ contentiua, effectiua, & causatiua. Potest autem aliquid mouere vel agere, antequam sit in effectu, videlicet secundum quod est in apprehensione animæ, & dispositione causæ efficientis, quemadmodum finis mouet agentem. Ad hoc autem quòd aliquid agat & moueat in genere causæ efficientis, oportet vt sit, & effectum præcedat, eo quòd causa effectiua non sit suo effectu posterior. Sacramenta ergo veteris legis & fides Christi venturi habere non poterunt quemlibet effectum dominicæ passionis, quem non habent sacramenta ac fides euangelicæ legis, quæ operatur virtute passionis dominicæ iam impletæ. Et ideo gratiam operantur, & à reatu originalis peccati absoluunt, quorum nullum sacramenta legis facere poterant. Vnde omnes patres pro tunc descenderunt in lymbum inferni. Nam licet per fidem & gratiam dei, virtute passionis Christi, & merito eius futuro absoluerentur à pœna, & culpa actualium peccatorum, non tamen à reatu originalis peccati. Ex quo innotescit, quòd passio Christi fortius agit impleta, quàm egit implenda. Quemadmodum enim sacramenta nouæ legis, sunt causæ instrumentales nostræ salutis & gratiæ, quoniam agunt virtute & meritò passionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

dominicæ,ſuntq; vaſa medicinalia ſpũaliũ vnguentorum contentiua,animarum languores curantia: ſic humanitas ſeu paſsio Chriſti,eſt cauſa inſtrumẽtalis,effectiua & meritoria noſtrę ſalutis & gratiæ. Vtrũque verò eſt inſtrumẽtũ diuinitatis Chriſti. Diuinitas nanq; eſt cauſa efficiens principalis, quę agit humanitatẽ aſſumptã,ſicut per inſtrumẽtũ coniũctũ. Per ſacramẽta verò,ſicut ꝑ inſtrumẽta ſeparata,quẽadmodũ medicus eſt cauſa ſanitatis efficiens principalis. Manus autẽ eſt ſicut cauſa inſtrumẽtalis coniũcta, ignis verò quo medicina paratur,eſt cauſa inſtrumẽtalis ſeparata. Cauſa autẽ inſtrumẽtalis cũ eſt in effectu,vel cum cauſa eius principalis iam eſt,forti⁹ operatur quàm ante. Hinc ergo ait Apoſtolus,quòd deus miſit filium ſuum de peccato damnans peccatũ,vt iuſtificatio legis impleretur in nobis, quod impoſsibile erat legi, iuſtificare non valenti, in quo lex infirmabatur ſeu debilis erat. Et hoc modo conſtruenda eſt litera. Quòd autem iuſtificatio legis nõ niſi in ſpiritualibus impleatur hominibus,liquet. [*Qui enim ſecundum carnem ſunt*]id eſt qui carnaliter viuunt,qui vtique attendunt ſeipſos ſecundum eſſe ſuum carnale ac ſenſitiuũ,non ſecundum eſſe ſpũale ac intellectiuũ. [*Quæ carnis ſunt,ſapiunt*]hoc eſt, carnalia ſenſibilia guſtant,ac temporalia cum ſenſualitatis ſapore attẽdunt. [*qui verò ſecundum ſpiritum*] id eſt ſpiritualiter conuerſantes,& eſſe ſuum extremum,in quo trinitatis imago relucet, penſantes [*quæ ſunt ſpiritus ſentiunt*]id eſt ſpiritualia atque diuina ſaporoſè intelligunt, delectabiliter penſant, ſolicitè implent,in talibus iugiter occupãtur. [*Nam prudentia carnis*]id eſt carnalis ac ſecularis prudentia. [*mors eſt*]id eſt mortale peccatum,inferens mortem culpæ in via,mortémque pœnæ in gehenna. Dicitur autem prudentia carnis hoc loco,per quam homo ſibi in bonis carnalibus ac mundanis finem conſtituit, & ad talis finis adeptionem opera ſua cautè diſponit. Hæc prudentia,non eſt vera prudentia,ſed appellatur prudentia propter apparentem ſimilitudinem,quam habet cum vera prudentia. Vnde ait Saluator Filij huius ſæculi prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt. Et Iacobus,Non eſt iſta ſapientia(id eſt prudentia à deo,ſed terrena,animalis & diabolica. [*Prudentia autem ſpiritus*]hoc eſt vera ac ſpiritualis prudentia quæ opera hominis conuenienter diſponit in ordine ad vltimum finem, eſt [*Vita & pax*]id eſt cauſa vitæ & pacis,in præſenti inchoatiuè,in futuro perfectè. Nunc enim efficit in nobis vitam pacémque gratiæ,in patria verò meretur(vel potius adipiſcitur)pacem & vitam glorię. Non diſtinguit Apoſtolus iam inter prudentiam & ſapientiam. Propriè enim ad ſapientiam ſpectat ſpiritualia ſapere. De hac ergo ſpirituali prudentia,intelligendum eſt illud Iacobi,Quæ deſurſum eſt ſapientia,primùm quidem pudica eſt,deinde pacifica,modeſta,ſuaſibilis,bonis conſentiens. ¶ Sciẽdum quoque quod pax directè ac propriè,eſt charitatis effectus:iuxta illud in Pſalmo,Pax multa diligentibus legem tuam. Eſt etiam pax effectus iuſtitiæ,tanquam remouentis impedimenta pacis. Propter quod per Eſaiam dicitur, Erit opus iuſtitiæ pax. Nunc verò dicitur pax eſſe effectus prudentiæ, tanquam dirigentis affectus noſtros in viam pacis. [*quoniam ſapientia carnis inimica eſt deo*]id eſt diuinæ voluntati atque ſapientiæ veræ contraria. Ecce nunc loco prudentiæ ponit ſapientiã. Ex quo certum eſt,quòd inter ſapientiam & prudentiam non diſtinguit. [*Legi enim dei non eſt ſubiecta*] ſapientia iſta carnalis mundana ac vana, quia nec credit,nec agit,quæ lex diuina tradit eſſe credenda,ſiue agenda. Propter quod ait Saluator, Confiteor tibi pater,quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus: & reuelaſti ea paruulis. Et Hieremias, Sapientes ſunt vt faciant mala,bene autem facere neſcierunt. [*Nec enim poteſt*] diuinæ legi eſſe ſubiecta ſapientia iſta. Vnum nanque oppoſitorum non ſubiicitur alteri,ſed repugnat. Lex autem diuina docet vltimum finem eſſe conſtituendum in deo. Hæc verò in bonis carnalibus. [*qui autem in carne ſunt*] id eſt carnaliter viuunt,atque in ſenſibilibus bonis finaliter ſiſtunt, [*Deo placere non poſſunt*] inquantùm huiſmodi. Poſſunt tamen conuerti,& deo reconciliari. Huic dicto conſonat illud Saluatoris, Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. [*Vos autem*]ô veraciter Chriſti fideles[*in carne non eſtis*] hoc eſt, in rebus ac vitiis carnis non detinemini:ſed ſpiritualia atque diuina exquiritis, conuerſationem habentes in cœlis. [*Sed in ſpiritu*]id eſt in ſpiritu ſancto eſtis,per charitatem & gratiam: & propter ſpiritualem regenerationem,qua eſtis ex aqua & ſpiritu ſancto renati. Vel eſtis in ſpiritu veſtro, id eſt ſecundum rationis iudicium viuitis:iuxta quod ſcriptum eſt,Redite prævaricatores ad cor. [*Si tamen ſpiritus dei*].i. ſpiritus ſanctus[*Habitat*].i. manet[*in vobis*]per gratiam gratum facientem, quemadmodum loquitur Chriſtus, Ego rogabo patrem,& alium paracletum dabit vobis,vt maneat vobiſcum in æternum. Rurſúſque ait, Spiritus ſanctus apud vos manebit,& in vobis erit. [*Si quis autem ſpiritum Chriſti non habet*] id eſt cuius anima non habitatur à ſpiritu ſancto,qui eſt ſpiritus Chriſti, quia ab ipſo procedit, ab eóque datur ac mittitur:ſicut ipſe proteſtatur,Cum venerit paracletus quem ego mittam vobis à patre. Et iterum, Ille de meo accipiet. Et ad hoc deſignandum,inſufflauit in diſcipulos ſuos,& dixit, Accipite ſpiritum ſanctum. Quis autem habet ſpiritum ſanctum,niſi quietus & humilis,ſimplex & iuſt⁹? Scriptum eſt enim Super quem requieſcet ſpiritus meus,niſi ſuper quietum & humilem? Et iterum,Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu [*Hic non eſt eius*]id eſt, ad membra Chriſti non pertinet ſecundum præſentem iuſtitiam, & meritò, quanuis interdum pertineat ſecundum prædeſtinationem æternam ac numero,ſicut & Paulus cum Stephanum lapidauit.

¶ Deinde pandit Apoſtolus,quid vtilitatis conſequantur fideles ex inhabitatione ſpiritus ſancti. [*Si autem Chriſtus in vobis eſt*]Per fidem & charitatem(ſicut & alibi legitur) Chriſtum per fidem habitare in cordibus veſtris. Et Saluator ipſe, Ego (inquit) vobiſcum ſum cunctis diebus [*Corpus quidem mortuum eſt propter peccatum*] id eſt caro veſtra mortalis ac fragilis, neceſsitati moriendi ſubiecta eſt propter originale peccatum. [*ſpiritus vero*]id eſt anima veſtra [*Viuit*] per gratiam. [*Propter iuſtificationem*] ſibi à Chriſto collatam, id eſt per hoc quòd peccata ei dimiſſa ſunt, quæ ſpiritum vulnerabant. Vel,propter iuſtificationem, id eſt per iuſtitiæ exercitationem. Bona enim operatio, vita eſt animæ.

Hinc ait Saluator, Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant[*quod ſi ſpiritus eius*]id eſt, ſpiri

Galat.4. Hiere.2. Galat.2. Baruc.3. Lucæ.16. Iacob.3. Iacob.3. Pſalm. 118. Eſaiæ.32. Lucæ.1. Hiere.4. Matt.6. 1.Corin. 6. Philip.3. 1.Corin.3. Ioan. 5. Eſaiæ.46. Ioann. 14. Ibidem. Ibidem. Ioann.16. Ioann. 20. Eſa.66. Sapien.1. Actu.8. Epheſi.3. Matth. 28. Ioan.10. Actu.3.

A tus dei patris. [*qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis habitat in vobis*] perſeueranter vſquè in finem vitæ preſentis,ita vt in gratia decedatis. [*qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis*]ſcilicet deus pater[*Viuificabit*] id eſt ad immortalem vitam reſuſcitabit,[*Et mortalia corpora veſtra*] in die nouiſsimo: ſicut Iob apertiſsimè profitetur,Credo quod redemptor meus viuit,& in nouiſsimo die de terra ſurrecturus ſum, & rurſum circumdabor pelle mea. Per Eſaiam quoque dominus aſſerit,Viuent mortui mei,interfectíque mei reſurgent. [*Propter inhabitantem ſpiritum eius in vobis*]id eſt virtute & gratia ſpiritus ſancti. Vel propter benignitatem qua facit ſpiritum ſanctum habitare in mentibus veſtris. Vel,propter meritum quod conſecuti eſtis ex inhabitatione & gratia ſpiritus ſancti,imò propter vtrumque iſtorum ſimul,videlicet propter miſericordiam dei & opera veſtra bona ſuſcitabuntur corpora veſtra,ad beatam ac impaſsibilẽ vitam. Ex prædictis infert Apoſtolus,quòd fideles obtẽperare tenẽtur rationi non ſenſualitati, ſpiritui non carni. [*Ergo o fratres debitores ſumus non carni vt ſecundum carnem viuamus*] .i. quanuis aliquo modo obligemur carni,videlicet vt ei neceſsaria miniſtremus in victu atque veſtitu, non tamen ſic ei obligati ſumus,vt eius concupiſcentiis acquieſcamus,carnalitérque viuamus. [*Si enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini*]morte culpæ in hoc ſeculo,& morte perpetua in inferno. [*Si autem ſpiritu*]id eſt gratia ſpiritus ſancti. Vel,ſpiritu,id eſt rationis veſtræ iudicio[*Facta*]id eſt opera [*Carnis mortificaueritis*] id eſt deſtruxeritis & abieceritis tanquam venena,quemadmodum in Eccleſiaſt. præcipitur, Quaſi à facie colubri fuge peccatum,[*Viuetis*]vita charitatis & gratiæ in eccleſia militante,vita quoque fruitionis & gloriæ in eccleſia triumphante. Huic documento naturalis conſonat ratio. Media nanque diſponenda ſunt ſecundum exigentiam finis. Cum ergo caro ſit animæ inſtrumentum, & ordinetur ad ſpiritum ſicut ad finem,regenda eſt ſecundum exigentiam animæ ſeu ſpiritus, ſcilicet vt animæ ſeruiat, rationi obediat,illíſque actibus occupetur per quæ ſpiritus tendit & redit ad creatorem. Qui autem ſecundum carnem conuerſatur,peruertit hunc ordinem,dominam ancillæ ſubiiciens,finem medio poſtponens,& ſeipſum beſtiis viliorem ac deteriorem conſtituens. [*Quicunque enim ſpiritu dei aguntur*].i. à ſpiritu ſancto reguntur,eius inſtinctu ducuntur,eius feruore impelluntur ad bona. [*Hi filij ſunt dei*] per gratiam adoptantem ac filialem amorem. Vnde in canonica Ioannis ſcribitur, Videte qualem charitatem dedit nobis deus pater,vt filij dei nominemur & ſimus. Quemadmodum autem deus omnipotens mouet cæteras creaturas ad proprias operationes,naturalémque finem,per quendam vniuerſalem influxum ſeu generalẽ gubernationem,ſecundum ꝙ Proclus author libri de cauſis affirmat. Cauſa prima regit res omnes,præterquam ꝙ commiſceatur eis: Sic rationalem creaturam mouet ad finem ſupernaturalem per

C ſpecialem gubernationem ac inſpirationem,quæ prouidentia appellatur. Electos verò ſingulariter mouet ac regit,prouidens eis non ſolùm ſufficienter,ſed etiam efficaciter de omnibus neceſsariis ad ſalutẽ, ita vt gratiam dei ſuſcipiant eiúsque inſpirationi acquieſcant. Idcirco dicuntur potius agi quàm regi vel moueri à ſpiritu ſancto,vt magnitudo gratiæ inſinuetur. Ad actum enim meritorium non ſolum exigitur gratia habitualis,ſed inſuper neceſsaria eſt quædam actualis motio ſpiritus ſancti voluntatem excitantis. Propter quod propheta dicebat,Domine, omnia opera noſtra operatus es in nobis. Porrò cum motio iſta ſiue influxus,actio & inſtinctus ſpirit⁹ ſancti ſit penitus ſupernaturalis,indiget anima ſupernaturalibus quibuſdam habitibus,per quos aptetur ac diſponatur ad huius motionis facilem ſuſceptionem. Hi verò habitus ſunt ſeptem dona ſpiritus ſancti,quæ ſunt diſpoſitiones habituales ac ſupernaturales à deo immediatè per creatorem infuſæ,quibus redditur anima facilè mobilis à ſpiritu ſancto in ordine ad ſupernaturalem finem,quæ eſt vita æterna. Hæc dona à virtutibus realiter diſtinguntur, eáſq; in dignitate excedunt,theologicis demptis virtutibus. Per hæc dona dirigitur anima à ſpiritu ſancto, ita vt audiat eum ſicut magiſtrum. Vnde ait Pſalmiſta,Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Qui itaque ſic aguntur ſpiritu dei,hi ſunt filij dei. Quicunque autem in gratia eſt,habet hæc dona ſecundum aliquem gradum,& agitur à ſpiritu ſancto quantùm requirit ſtatus ſalutis, videlicet ad obſeruantiam præceptorum. ¶ Deinde ponitur ratio cur morituri ſimus, ſi ſecundum carnem vixerimus. [*Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore*] id eſt iam tempore gratiæ,non eſt vobis datus ſpi

D ritus,quo ſeruiatis deo ſeruiliter quaſi inuitè,videlicet timore pœnarum,vt olim tempore legis quæ cõ minatione pœnarum induxit homines ad ſeruiendum. [*Sed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum dei.*] .i. ſpiritum cuius gratia homines adoptãtur in filios dei. [*In quo clamamus*] ore vel corde. [*Abba pater.*] Duo ſunt nomina,vnũ Hebræũ,alterũ Latinum ſignificantia idem. Et eſt ſenſus, In hoc ſpiritu vocamus ex charitate,tanq; filij adoptiui deũ patrẽ fiducialiter atque affectuosè dicentes, Pater noſter qui es in cœlis. Gloſſa per ſpiritum ſeruitutis intelligit ſpiritũ ſanctũ,à quo cordibus Iudæorum incuſſus eſt timor pœnarum,quo ſeruiliter ſeruierunt. Nam & timor ſeruilis inquantùm eſt timor, à ſpiritu ſancto eſt. Sic enim retrahit à peccato & diſponit ad gratiam. Quantũ verò ad ſeruilitatem ſuam nec bonus eſt, neque à ſpiritu ſancto. Dicitur ergo ſpũs ſanctus,ſpirit⁹ ſeruitutis,ratione ſui effectus,quia facit ſeruire quantũ ad hoc receperunt qui eius dono gratis dato ſeruierunt timore pœnarum. Per ſpiritum verò adoptionis intelligit gloſſa eundem ſpiritũ ſanctũ per gratiam adoptantẽ. Vnde Auguſtin⁹, Cauę(inquit) ne ex eo ꝙ ait ſpiritum ſeruitutis,& ſpiritũ adoptionis,diuerſum intelligas ſpititum,cum ſit vnus atque idem ſpiritus,qui in trinitate dicitur ſpiritus ſanctus. Quod etiã Apoſtolus oſtẽdit dicens,iterũ,ſed propter diuerſa opera diſimiliter nominatur. Huic dicto concordat quod de ſpiritu ſubditur. [*Ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro,quod ſumus filij dei.*] Quod certum eſt dici de ſpiritu ſancto, vtpote dictum de eodem ſpiritu,de quo nũc agitur. Quidam verò per ſpiritũ intelligunt donũ ſpũs ſancti,vt ſpũs adoptionis dicatur donum filialis timoris,qui nos efficit filios dei. Spiritus verò ſeruitutis intelligatur donum timoris ſeruilis,videlicet ipſe timor ſeruilis. Hæc enim ſecundum Auguſtinum eſt breuis differentia legis & euangelij. timor & amor. Lex vetus appellata eſt lex timoris, quoniam con-

Eccleſi.21. Deuter.17 Ioan.1. Galat.4. Matth.6. Exod.14. Exod.19. Auguſtin. Ioan.1. Eſaiæ.26. Eſaiæ.11. Eſaiæ.50. Pſal.142. 1.Ioan.4. 1.Ioan.3. Matth.5. Proclus.6. Eſaiæ.26. Iob.19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan.15. mitatiõe pœnarũ induxit ad bonũ,nec prestitit grãm obediẽdi per charitatẽ.Porrò lex euãgelica,est lex E
amoris.Agit enim(gratiã cõferẽdo)seruire deo amore iustitiæ.Non est autẽ sic intelligendũ,quin multi
in vteri testamẽto acceperunt spm adoptionis filiorũ dei.Omnes enim electi habuerunt hunc spm,sed
Ephes.2. nõ ex lege,neq; per legẽ:magis autẽ ex deo per fidẽ,qua crediderunt in Christũ venturũ,ad cuius gratiã
Hebræ.7. cõfugerũt,legis insufficientiã cognoscẽtes,propriãq; infirmitatẽ pensantes.Videtur quoq; per spm hoc
loco posse intelligi spũs rationalis creatus,videlicet anima nostra. Quãuis autẽ quilibet nostrũm accepe
rit hunc spiritum suũ,quando creata,corporiq; infusa est anima sua: dicimur tamen spiritũ illum recipere vel amittere,quãdo aliqua noua dispositio ei cõfertur vel aufertur:quẽadmodũ aliquis dicitur cõ-
Ezech 36. cipere spm deuotũ,vel perdere animã feruentẽ.iuxta quẽ sensum dominus ait, Auferã cor lapideum de
carne vestra,& dabo vobis cor carneũ.Qui ergo sub lege seruierũt timore, accepisse dicuntur spiritum
seruitutis.i.animã seruientem in timore.Qui verò sub gratia seruunt charitate,accipiunt spiritum ado-
2. Timo.1. ptionis.i.animam habentem gratiam adoptionis,in quo spiritu clamat corde deuoto, Abba,pater.Huic
verò consonat quod alibi ait Apostolus,Non dedit nobis deus spiritum timoris,sedvirtutis & dilectio-
Galat.4. nis.Quod autem in spiritu sancto clamemus,Abba pater,& deum verè patrem vocemus, hinc constat.
Ipse enim spiritus sanctus testimonium perhibet spiritui nostro.i.testificatur animę nostrę,eámque re-
cognoscere facit p inspirationẽ internam,vel reuelationem apertam. [*Quod simus filij dei*]adoptiui,stan
do in charitate & gratia.¶Testificatio ista multis modis intelligi potest.Primò per manifestam & clarã
reuelationem spiritus sancti,siue fiat immediatè ab ipso,siue per angelum:ficq; agnoscit homo per cer- F
titudinem se esse in gratia & filiatione diuina : sicut Paulus & cæteri apostoli, imò & multi perfecti ita
1. Corin.15 sciuerunt se esse in gratia.Ad quos maximè pertinet quod alio loco dicit Apostolus, Nos non spiritum
1. Corin.2. eius mundi accepimus,sed spiritum qui ex deo est,vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis.Hoc modo
Genes.15. agnouit Abraham se esse filium dei,cum ei dominus promisit quod decederet in senectute bona. Eze-
2.Reg. 20. chias quoque certissimè dixit,Memẽto domine quomodo ambulauerim coram te in veritate & in cor-
Esaiæ.38. de perfecto.Secundò fit testificatio ista per quandam bonæ fiduciæ consolatoriam infusionem,vt cum
homo nimiùm anxiatur an placeat deo,& subitò sentit se consolari & quasi certificari : sic autem om-
nes virtuosi & boni scire possunt se esse filios dei,non quidem certò, sed coniecturaliter & probabili-
ter.Tertiò fit per propriæ conuersationis & conscientiæ diligentem discussionem, vt cum homo non
habet remorsum mortalis peccati,& cum debita diligentia custodit mandata, auditque verbum dei li-
benter. Ista sunt probabilia signa filiationis diuinæ,imò & prædestinationis:secundum quod ait Salua-
Lucæ.11. tor,Qui ex deo est,verbum dei audit . Et Ioannes in sua canonica, Si cor nostrum non reprehenderit
Ioan.8. nos fiduciam habemus ad deum.Et rursus,Qui seruat verbum Christi,verè in hoc charitas dei perfecta
1.Ioan.3. est.Denique sicut vita naturæ cognoscitur ex vitalibus actibus ac naturalibus motibus animæ, sic vita
1.Ioan.2. gratiæ ex bonis operibus,seu mandatorum custodia comprobatur:quia vt Gregorius ait, Exhibitio o- G
Gregor. peris,probatio est charitatis.Cum ergo spiritus sanctus facit nos bene agere,atque in dei obsequio prõ-
ptos & agiles esse:tunc vtique testimonium perhibet spiritui nostro,quòd filij dei sumus.Huic ergo di
cto apostoli non repugnat quod scriptum est. Sunt iusti atque sapientes, & opera eorum in manu dei
sunt:& tamen nescit homo,vtrum amore an odio dignus sit,sed omnia in futurum seruantur incerta.Et
Eccles. 9. quod ait beatus Iob,Si venerit ad me,non videbo eum:& si recesserit à me,non intelligam.Itémque, Si
Iob.9. simplex fuero,hoc ipsum ignorabit anima mea. Hæc enim atque similia ideo asseruntur,quia de lege
Ibidem. communi & humano processu seu via, non potest homo agnoscere per certitudinem se esse filium dei
per gratiæ adoptionem.¶Postremò,melius atque facilius potest quis scire se esse in gratia,& esse filium
dei secundum præsentem iustitiam,quàm esse prædestinatum,vel in gratia permansurũ.Vnde hoc cer-
tò cognosci non potest,nisi per reuelationem diuinam. [*Si autem filij*]dei iam sumus per gratiam adop-
tantem.[*Et hæredes*]erimus in patria per gloriam beatificantem. Filiis enim adoptiuis debetur aliqua
Psalm.26. pars hæreditatis paternæ.Erimus autem[*Hæredes quidem*]non cuiuscunque,sed[*Dei*]æternaliter possi-
Esaiæ. 64. dendo bona domini in terra viuentiũ,quæ oculus nõ vidit,nec auris audiuit,Maximè tamen ista beato-
2.Corin.2. rum hæreditas est ipsa diuinitas,quæ est obiectalis beatitudo indiuisibilis in se, quæ tota habetur à sin-
Psalm.15. gulis,à nullo autem totaliter:& ita diuiditur secundum quod diuersimodè participatur, quæ diuersitas H
Psalm.16. est ex parte recipientium,quorum vnus alio clarius conspicit deum.De hac hæreditate fertur in psalm.
Esaiæ.58. Dominus pars hæreditatis meæ.Et,Satiabor cum apparuerit gloria tua. Per Esaiam quoque dominus
Psalm.16. loquitur,Sustollam te super altitudinem terrę & cibabo te hæreditate patris tui Iacob. Cęterę hæredi-
Psalm.126. tates terminantur in morte.Hęc autem à morte sumit exordiũ:iuxta illud,Cum dederit dilectis suis so-
FINIS. mnum,ecce hęreditas domini.[*Cohæredes autem Christi*].i.beatitudinis Christi consortes,atque partici-
pes erimus.Ipse est enim principalis hæres,& nos simul cũ ipso diuinam beatitudinem consequemur.
Matth. 16. Quo autem merito,subditur.[*Si tamen compatimur*]id est Christi passionibus configuremur baiulando
Lucæ.14. crucem nostram,& sequendo vestigia eius.Ad hunc finem[*Vt simul glorificemur*]id est glorioſi efficia-
Ioan.17. mur cum Christo glorificato:quemadmodum ipse profitetur,Pater,quos dedisti mihi,volo vt vbi sum
ego,& illi sint mecum,vt videant claritatem meam.

Prosequutio expositionis præsentis Cap. Articu.XII.

HOrtatur nos insuper sanctus Apostolus,vt Christo compatiamur,quatenus conglorificemur,eo
quòd præmium incomparabiliter maius sit merito.[*Existimo enim*]id est agnosco ego qui de ta-
libus veraciter iudico.Dicit autem,existimo,non quasi incertus aut dubitans, sed sobrium mo-
EPIST. dum loquendi seruans ac edocens,ne immoderati simus in asserendo, [*quod non sunt condignæ*]
id est æquales,sufficientes ac proportionatæ secundum rigorem iustitiæ, [*Passiones,*] id est persecutio-
Esaiæ.54. nes,tentationes, labores [*Huius temporis*] id est quas in hoc breui vitæ huius curriculo sustinemus, [*Ad*

A *futuram gloriam*]scilicet vitam æternam promerendam[*Quæ reuelabitur in nobis*] .i. clarè & coram om-
nibus nobis prædestinatis præstabitur.Vnde saluator,Cum feceritis(ait) omnia quæ præcepta sunt vo-
bis,dicite,Serui inutiles sumus.Hæc enim gloria,est beatifica visio diuinæ essentiæ,plena mentis in deo
lætitia,status omnium bonorum aggregatione perfectus, consummata animæ & corporis glorificatio Lucæ.17.
sempiterna,ad quam promerendam temporales passiones condignæ non sunt.
¶Sed videtur contrarium, quia secundum doctores homo in charitate stans,meretur de condigno vi-
tam æternam.Et respondendum,quòd passiones seu opera charitatis considerantur dupliciter .Primò
secundum quod procedunt à libero,vel acceptantur ab eo,sicque non merentur vitam æternam de cõ-
digno,etiam habitu charitatis adiuncto.Secundò, prout spiritus sanctus liberum arbitrium mouens est Ioan. 5
huius professionis vel acceptationis principium, & ita est meritum de condigno,eo quòd principium
meriti eiusdẽ rationis existat cũ præmio.Apostolus verò loquitur de passionibus primo modo. Quod
autem gloria ista nobis præstanda sit,probat,[*Nam expectatio creaturæ*]id est creatura expectans, vide-
licet homo viator.Dicitur enim homo omnis creatura, iuxta illud, Prædicate Euangelium omni crea- Mac.16.
turæ.Primò,propter communionem,quia cum omni genere creaturarum in aliquo conuenit.Secundò
propter excellentiam, quoniam omnia corporalia propter ipsum creata sunt, [*Reuelationem filiorũ dei*
expectat]id est manifestationem beatitudinis electorum in patria,scilicet suiipsius felicitatem & glorifi- Genes.2.
cationem cum ingenti desiderio præstolatur,dicẽs quotidie, Quemadmodũ desiderat seruus ad fontes Psalm. 41.
B aquarum,ita desiderat anima mea ad te deus. Nunc quippe filij dei sumus,& nondũ apparuit quid eri-
mus.Scimus,cũ apparuerit similes ei erimus,quia videbimus eũ sicuti est. Nunc ergo expectamus hanc 1.Ioan.3.
apparitionẽ,quatenus mẽte & corpore glorificati declaremur seu agnoscamur esse filij dei per similitu- Phillip.3.
dinẽ gloriæ.[*Vanitati enim*]id est instabilitati,multisque pœnis[*Creatura subiecta est*] id est homo,quẽ- Psalm. 38.
admodum ait scriptura:Verũtamen vniuersa vanitas,omnis homo viuens. [*Non volens*] id est non spõ-
te,quia inuitus hæc patitur.Vel,non volens.i.propter originale peccatum,quod non est nostra volun- Eccles. 1.
tate cõmissum,cuius pœnas cogimur tolerare,[*Sed propter eum qui subiecit eam in spe*]id est propter di- Genes.3.
uinam iustitiã subiectus est homo vanitati huic,clementer tamen,quia in spe liberationis futuræ,[*Quia*
et ipsa creatura]videlicet homo[*Liberabitur*]in futura resurrectione[*A seruitute corruptionis*]id est cor-
ruptione ista seruili & corporali,vel magis propriè à seruitute corruptionis, id est solicitudinibus vitæ Matt.6.
præsentis,videlicet à cura quærendi vestitum & victum,ac alia quibus hæc corruptibilis vita sustenta-
tur,eique seruitur.Liberabitur autem pertingendo[*in libertatem gloriæ*]id est in dominium & securita-
tem felicitatis.Vel in glorioſam libertatem[*Filiorum dei*]id est electorum seu beatorũ in patria, qui deo Esaiæ.31.
perfectè assimilantur, & plena dilectione inceſsabiliter coniunguntur.Hæc autẽ consequenter decla-
rat apostolus.[*Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit et parturit vsque adhuc.*]Hoc duobus modis ex-
C ponitur.Primò de omni homine mortali,qui dicitur ingemiscere,suspirando ad patriã, & propter vitæ
huius angustias frequenter gemẽs & flẽs in hac valle lachrymarũ:& parturire.i.cũ dolore operari vsq;
adhuc,quia à principio mũdi vsq; ad prẽsens tẽpus ita fecit, & vsq; ad mortem,finẽq; seculi durabit ge- Tren.1.
mitus iste & parturitio. Secũdò exponitur generaliter de principalib⁹ partibus huius mũdi sensibilis,sci
licet elemẽtis atq; cœlestibus orbibus ,quæ dicuntur ingemiscere & parturire metaphoricè,sicut cãpus
dicitur exultare,& pratũ ridere.Vnde per gemitũ eorũ intelligitur inclinatio , vel appetit⁹ eorũ ad sta- Palm. 95.
tũ perfectiorẽ.Per parturitionẽ autẽ mutua generatio & corruptio quãtũ ad elemẽta,vel cõtinua circũ-
uolutio quãtũ ad cœlestia corpora.Ex quibus elicitur,q̃ secũdũ intentionẽ apostoli corpora cęlestia &
elemẽta in fine seculi glorificatis electis,iudicioq; peracto,innouabũtur,ita q̃ elemẽtorũ transmutatio,
& cœlestiũ corporũ motus cessabit,ampliori quoq; lumine vestiẽtur,Terra enim (vt fertur)in superfi-
cie lucida erit vt vitrũ,aqua sicut cristallus,aer vt cœlũ,ignis vt stellæ. Quãtitas autẽ melioratiõnis cœ- Apoc.21.
lestiũ corporũ nota est ei qui daturus est eã.Verũtamẽ de mẽsura decorationis solis & lunæ scriptũ est,
Erit lux lunę sicut lux solis, & lux solis septẽpliciter sicut lux septẽ dierũ. Tũc enim tãta erit lux lunæ,
quãta nũc est lux solis,corpora quoque beatorũ septies clariora erũt(vt dicitur)sole. Hoc tamẽ secũdũ
beatũ Thomã.nec ratione,nec authoritate probatur,q̃uis certissimè verũ esse sciamus,quod veritas ait, Esaię.30.
Fulgebũt iusti sicut sol in regno patris eorũ.Mihi præterea,semper saluo meliori iudicio,videtur,q̃ si-
cut præfatus locus quo dicitur,Scimus q̃ omnis creatura ingemiscit & parturit , exponitur de prædictis
D corporib⁹,sic superiora ab eo loco,quo dictũ est,Nã expectatio creaturę de eisdẽ posset exponi,præfer- Matth. 13.
tim cũ apostolus dicẽdo,Expectatio creaturæ reuelationẽ filiorũ dei expectat,&ipsa creatura liberabi-
tur à seruitute corruptionis in libertatẽ gloriæ filiorũ dei, manifestẽ videatur distinguere inter creatu-
rã & filios dei adoptionis,de quibus prædixit scilicet homines prædestinatos. Erit igitur sensus ,Expe-
ctatio creaturæ elemẽtalis atque cœlestis releuationẽ filiorũ dei.i.manifestã glorificationẽ hominũ ele
ctorũ expectat,secũdũ q̃ ex diuina ordinatione inclinatur ad quãdã clarificationẽ,quã in fine seculi sor
titura est filiis dei reuelatis.Nõ enim innouabũtur corpora elemẽtaria atque celestia, nisi corporib⁹ ele
ctorũ glorificatis,vel simul cũ illis.Meritis aũt expectat.Vanitati enim.i. mntabilitati vel trãsmutationi Eccles. 1.
creatura prædicta subiecta est:nõ volẽs.i.nõ ex seipsa aut propria inclinatione, loquẽdo de ea prout or-
dinata est à deo ad statũ perfectũ parificãdũ statui electorũ post finale iudiciũ:sed propter eũ qui subie
cit eã in spe.i.ex ordinatione diuina subiecta est huic vanitati propter hominẽ, vt ei deseruiat. Corpora
enim cœlestia propter generationẽ inferiorũ,maximè hominũ mouẽtur, & in generationibus mixtorũ
elemẽta cõcurrũt.Hęc aũt subiectio facta est in spe præmemoratæ melioratiõnis seu clarificationis ele-
mẽtaliũ atque cœlestiũ,quia & ipsa creatura cœlestis & elemẽtalis liberabitur à seruitute corruptionis
.i.à statu suæ variabilitatis, & à transmutatione ac motu,quibus corruptibilibus istis deseruit .¶ Deinde Genes.1.
ait Apostolus.[*Non solum autem illa*] id est non tantùm omnis prædicta creatura ingemiscit ac parturit, Psalm.8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[*Sed & nosipsi*]apostoli Christi, quibus hoc minus conuenire videtur [*Primitias spiritus habentes*]id est E
Psalm.121. abundantiorem gratiam spiritus sancti sortiti [*Et ipsi intra nos gemimus*]cordialiter suspirantes super-
Phil.1. nam Hierusalem, cupientes dissolui,atque à præsentis vitæ ærumnis transferri . [*Adoptionem filiorum dei*] id est consummatam seu plenam adoptionis filiationem, videlicet præmium electorum in patria.
[*Expectantes*]non solùm animæ glorificationem , sed &[*Redemptionem corporis nostri*] id est liberatio-
nem corporis nostri à mortalite, pœnis atque miseriis, quibus modò vehementer affligitur. Propter
quod Dauid ait,Sitiuit in te anima mea quàm multipliciter tibi caro mea.
Osee.13. Præterea non inaniter hanc beatitudinem expectamus [*Spe enim salui facti sumus*] id est actu spei, tanq̃
Psalm .62. merito, liberati sumus à culpa,& digni effecti gloria . Actus nanque virtutis saluat hoc modo . Vel sic,
Finis Spe salui facti sumus,id est per passionem ac meritum Christi iam beati & salui sumus in spe ,q̃is nõ-
dum beati sumus in re.Ideirco certissimè præstolamur felicitatem prædictam[*Spes autem*]id est res spe-
rata[*Quæ videtur*]id est iam præsens atque obtenta est, [*Non est spes*] id est non cadit sub spe, nec am-
Hebre . 9. plius speratur :Quasi dicat,Spes ista non est de visibilibus & præsentibus bonis , sed est certa expecta-
Hebre .11. tio futurorum inuisibiliumque bonorum.Nam & fides (quæ vtique de inuisibilibus est) est substantia
Hhillip .1. rerũ sperendarum.Ideo additur.[*Nam quod videt quis quid sperat?*]id est quod iam in promptu habetur F
Roma.5. & præsentialiter ac visibiliter adest, non magis speratur , sed potius possidetur [*Si autem*].i.quia [*Quæ*
non videmus]id spiritualia & futura bona [*Speramus, per patientiam expectamus*] id est longanimiter ea
Prouer . 6. præstolamur non cedendo aduersis,nec importunè volentes dissolui.Vel,per patientiam,id est per ad-
uersitatum tolerantiã expectamus hanc consolationẽ.Nam tribulatio excitat nos ad futuræ cõsolatio-
nis actualem fiduciam.¶Deinde docet Apostolus,q̃ non humana sed diuina virtute ac ope ad prædi-
ctã felicitatem pertingimus.[*Similiter autem*]id est sicut per patientiam expectamus bona futura adiu-
ti gratia dei,simili modo piè ac gratiosè [*Spiritus adiuuat infirmitatem nostram*] Locus iste vsq; ad illud,
Scimus quoniam diligentibus deum,dupliciter exponi potest.Primò,de spiritu sancto . Secũdò de spi-
Matth. 22. ritu angelico,Primò lic.spiritus sanctus adiuuat infirmitatem nostrã,id est nosipsos infirmitatibus spi-
Matth .11. ritualibus plenos,illuminãdo intellectũ,accẽdẽdo affectũ.[*Nam quid oremus sicut oportet nescimus.*] Vi-
detur huic cõtrarium.Aliqua enim sunt ex sua ratione honesta,virtuosa & ad salutem necessaria, vt di-
Matth . 6. lectio dei & proximi,humilitas,pax, patiẽtia,Talia scimus esse petenda à deo .Scimus quoq; quomodo
sint petenda,videlicet indefinẽter,& in nomine Christi ad gloriam dei.Deniq; Christus nobis prefixit,
Valerius. quid & quomodo orare oporteat,dicẽs,Sic ergo orabitis,Pater noster qui es in cœlis. ¶ Aduertẽdũ est
itaq;, quia (vt refert Valerius) opinio Socratis fuit,non debere nos ab immortalibus diis aliquid deter- G
minatè postulare ,quoniam ipsi melius scirent q̃ nos,quid nobis expediat.Hoc autẽ sancti doctores re-
probãt,propter duo.Primò,quia(vt tactũ est)quædã sunt per se ad salutem necessaria,honesta & nobis
præcepta.Talia ergo debemus petere determinatè. Secũdò,quoniam orando aliquid determinatè mens
Dan.9 . nostra pro illo magis accẽditur,sicq; capacior sit eius quod poscit,Desideriũ enim aperit, capacẽq; facit
affectũ orãtis.Quedã verò sunt indifferentia, quę possunt saluti obesse sicut prodesse,vt sanitas corpo-
ris,cessatio tentationis,& multa huiusmodi. Talia nõ debemus determinatè petere, nisi sub conditione
beneplaciti dei.Quia ergo in talibus sæpe decipimur,orãtes quæ non proficiunt ad salutẽ,eo q̃ incertæ
sint prouidẽtiæ nostræ,sicut & Paulus apostolus qui orauit stimulũ carnis sibi auferri : idcirco indige-
Iacob . 4. mus dirigi à spiritu sancto in petitione talium,ne petamus saluti contraria, vel aliter quàm oportet. De
2.Corin.12 his puto iam loqui apostolum,iuxta quem sensum etiam à sapiente scriptum est.Quis poterit cogitare
quid velit deus? & sensum tuum domine quis sciet,nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum tuum
Sapien .9. de cœlis?Si autem prædicta verba apostoli vniuersaliter dicta sunt,exponenda erunt hoc modo , Quid
oremus,id est quid decens à domino postulemus? Oratio enim est petitio decentium à deo secundum
Damasce . Damascenum:sicut oportet cũ circũstantiis debitis, nescimus propria virtute,sed noua illustratione e-
gemus.Ideo subditur,[*Sed ipse spiritus*]sanctus[*Postulat pro nobis*]id est postulantes nos efficit verè sa-
lubria[*Gemitibus inenarrabilibus*] id est suspiriis,tã excessiuis,tam pro liberatione præsentis exilij, q̃ pro
adeptione cęlestis paradisi,vt plenè nequeãt explicari.Dicitur autẽ deus aliquid agere,nõ quia ipse im- H
Exod. 33. mediatè sic agit,sed quia facit nos sic agere:prout legitur in Exodo,Dominus dixit ad filios Israël,Iam
Genes.22. nunc depone ornatum tuum,vt sciam quid faciam tibi.Abrahæ quoque dixit,Nunc cognoui,q̃ timeas
Psalm . 3. dominum,id est scire & cognoscere faciam.[*Qui autem scrutatur corda*]id est quælibet diuina persona
Hiere . 17. interiora cordis conspiciens[*Scit quid desideret spiritus*],i.approbat & exaudit quod spiritus sanctus de-
siderare nos facit . Quod enim ex immediata spiritus sancti inspiratione precamur, domino placet &
Matth.26. exauditur ab eo ,imò à spiritu sancto . Idem enim spiritus orare nos facit,& orantes exaudit.[*Quia se-
cũdum deum postulat*[id est quoniã spiritus sanctus facit nos postulare quæ deo sunt placita.[*Pro sanctis*]
id est pro nobisipsis & aliis præordinatis ad vitam. Secundò exponitur sic, Spiritus angelicus adiuuat
infirmitatem nostrã dæmones coercẽdo,gratiæ opẽ impetrãdo,& nobis fideliter tanq̃ piissimus custos
ac diligẽs,asistẽdo.Nã quid oremus sicut oportet,nescimus,secũdũ sensum prætactũ, sed ipse spiritus
Tobiæ.12. angelicus postulat pro nobis,orationes nostras offerens domino: sicut Tobiæ Raphaël aiebat,Quando
Apoca. 8. orabas cũ lachrymis,ego obtuli orationẽ tuam deo.Et in Apoc.dicitur Data sunt ei incẽsa multa,vt da
ret ea de orationibus sanctorũ super altare aureũ,quod est ante thronũ dei . Gemitib⁹ inenarrabilibus,
id est,vehemẽtissimis quibusdã affectibus Gemitus autẽ propriè sumptus nõ cõpetit angelo,sed meta-
Genes. 6. phoricè tantũ,sicut de deo legitur.Tactus dolore cordis intrinsec⁹, &c . Qui aũt scrutatur corda,id est
Sapient.6. deus qui corda scrutatur,nõ inquirẽdo quod nescit,sed inspiciẽdo q̃ nouit,scit quid desideret spũs an-
gelicus pro nostra salute,quia secundum deum postulat pro sanctis.Nam cum sit deo beatificè insepa-
Iudich. 13. rabilterque vnitus,nil cupit,nisi quod cõplaceat domino.¶Deinceps apostolus proprietatem eorũ,qui

A æternam beatitudinem obtinebunt.[*Scimus autem quoniam diligentibus deum*] charitate infusa & super- Episto.
naturali ac perseueranti[*Omnia*]tam bona quàm mala,prospera & aduersa ,[*Cooperantur*] finaliter [*In* Sapien.10.
bonum]felicitatis æternæ,quia per hęc aliquo modo proficiscũtur ad dominum.Bona enim,id est opera
virtuosa cooperantur in eis bonum directè, mala verò indirectè. Nam vt abundauit iniquitas, abun- Roma.5.
dauit & gratia.Ideo scriptum est de vero iusto ,Omnia quecunque faciet ,prosperabuntur . Sepe enim Psalm. 1.
contingit,vt quò se grauius peccasse perpendunt,eò humiliores & feruentiores reddantur,[*His qui secun
dum propositum*]voluntatis diuinæ,vel secundum rationem prædestinationis æternę , [*Vocati sancti*] .i.
deo operante ad sanctorum pertinent sortem .Vel,secundum propositum.i.diuinæ mentis decretũ vo-
cati sunt sancti.i.ad gratiam sanctificantem deducti sunt,ita vt re & nomine veraciter sancti dicãtur,gra Exod.33.
tiamq̃ perseuerantem ac finalem,(quæ solis electis præstatur)adipiscantur.[*Nam quos præsciuit*].i.ab Epheſi.1.
æterno prænouit ad vitam,& per approbationem,sicut ad Mosen loquitur,Scio te ex nomine,[*Et præ-* Coll.1
destinauit].i.in sua dispositiõe æterna premisit atq; præordinauit[*Conformes fieri*]per gratiam adoptio- 1.Corin 15.
nis[*Imaginis filii sui*].i.filio suo naturali qui est imago patris sui,cum sit imago bonitatis paternæ , cãdor Hebræ.1.
æternæ lucis,& speculum sine macula dei maiestatis.Filiatio enim adoptiua electorum , est similitudo Sapient.7.
filiationis naturalis diuinæ.Cõformantur ergo prædestinati filio dei cũ fiunt filii adoptiui,quia p gratiã Ioann.1 .
B gratum facientẽ,& cætera dona spũs sancti sortiunturquandã supernaturalẽ assimilationẽ cũ deo patre, Ioann .14.
cuius filius est imago.Assimilantur quoq; & filio,qui est verbũ,veritas,& sapientia patris,cũ natura eo- 1.Corin .1.
rum intellectualis diuinorum contẽplatione pficitur.Potest quoq; referri cõformatio ista ad filiũ secũ- 2.Corin.15
dum naturam eius assumptam.Sic enim prædestinati sunt cõformes fieri imaginis filii dei,vt sint cohæ-
redes Christi,& sicut portauerunt imaginem terreni,sic portent imaginẽ cœlestis , [*Vt sit ipse*]filius dei
[*Primogenitus in multis fratribus*].i.inter prędestinatos fideles(qui fratres ei⁹ sunt secũdum naturã assum-
ptam)primatum tenens,ordinẽ dignitatis,tanquam caput eorũ,& ius primogenituræ possidẽs,hæredi-
tatem patris abundãtius pcipiẽdo,eamq; aliis distribuendo,Dicitur etiã christus primogenitus mortuo Apoc .1.
rum,quoniam ,ppria potestate surrexit,& erat primus impassibilis resurgens.Porrò vt vnigenitus,nõ ha Collo.1.
bet fratres,sic enim est vnicus filius,verusq; deus:sed vt primogenitus,fratres habet,quorum ipse natu- Epheſi .1.
ram assumpsit,& suæ gloriæ participes erũt.Vnde ad Hebræos habetur,Non cõfunditur eos fratres vo- Apoca.1.
care,dicens,Narrabo nomen tuum fratribus meis,Nam & in Euangelio loquens.Dilecte discipule,Va- Hebrę.2.
de(inquit)dic fratribus meis.¶Hoc autem sciendum q̃ præsentia non sumitur hic sicut cõmuniter su- Psalm. 21.
mitur,vt dũ reprobi dicuntur præsciti,videlicet prout prędestinationi opponitur,sed sumitur iam ,put Ioann.21.
est quasi via siue præambulũ ad prædestinationẽ.Cũ enim deus nil agat casu aut ignorãter,oportet no-
tionẽ secundũ ordinem rationis præcedere prædestinationẽ. Ad insinuãdũ ergo q̃ deus non eligit nisi
præcognitos,ait apostolus,Nã quos præsciuit,& prædestinauit. ¶ Quæ autem bona prædestinationem Sapien .3.
sequãtur,ostendit apostolus[*Quos autem prædestinauit*]ab æterno, [*Hos et vocauit*]ad statũ salutis , ad fi-
dem & gratiam,vel per inspirationẽ internã,vel per instructionẽ angelicã,vel per prædicationẽ humanã
C [*Et quos vocauit,hos et iustificauit*,]indulgentiam conferendo,& gratiã infundendo. [*Quos autem iustifi-* Esai.41.
cauit,illos et glorificauit]exaltãdo eos in gloria.Quosdã enim iam magnificauit hoc modo, alios magni-
ficabit.Itaq; prædestinatio gratiã præparat,respicitq; gratiæ bonũ finale . Vocatio gratiã offert & retra-
hit à malo.Iustificatio gratiã confert,& respicit bonũ gratiæ initiale . Magnificatio gratiam consummat
in gloria,& concernit futurum bonum felicitatis æternę.Horũ quatuor,prædestinatio est i deo:alia tria
in nobis sunt.Si ergo prędestinatus es, quanuis auertaris à deo & fugias,tamen vocaris:quanuis pecces, 1.Petri.1.
tamen iustificaris:quanuis moriaris,tamẽ ad impassibilẽvitã trãfereris.[*quid ergo dicemus ad hæc?*].i.quo
modo ista satis mirari,quomodo tantam gratiam satis laudare poterimus?[*Si deus pro nobis*] est,nosque
defendit,sicut est pro prędestinatis,[*quis contra nos?*] .i.quis nobis nocere valebit? Nullus vtique,quia
omnia cooperabuntur nobis in bonum.Si enim tẽtemur à dęmone,si infectemur à mũdo,per dei gratiã 1.Ioann. 2.
omnia fiunt nobis materia meritorum.Imò si corpus occidatur,anima per patientiã coronatur.Ideo. S. Matth. 10.
Iob ait,Pone me iuxta te,& cuiusuis man⁹ pugnet contra me.[*qui*]deus pater inter alia beneficia sua no- Iob.17.
bis impensa,[*Etiam proprio filio suo*] incarnato[*Non pepercit*] liberando eum à mortis angustia,sed pro
nobis omnibus tradidit illum manibus aduersariorum permisiuè, electis verò dedit eum effectiuè: iu-
xta quod scriptum est,Paruulus natus est nobis,& filius datus est nobis .¶Secundum beatum Thomã Esaię.9.
D in tertia parte deus tradidit Christũ triplici modo.Primò,quia ab ęterno pręordinauit per Christi pas- Philip . 2.
sionem mũdum esse saluandum.Secundò,quoniam inspirauit ei voluntatẽ patiendi pro nobis,& ita vo
luit Christũ pati per modũ pręcepti,cui filius libentissimè obediuit. Tertiò permisiuè , vt dictum est, Psalm.90.
[*quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?*]per locum à maiori concluditur ,quod quia filium sũ- Psalm.8.
um sibi coęternum,consubstantialem & coęqualẽ dedit nobis,etiam cętera omnia minora filio suo prę- Psalm. 83.
stiterit nobis,quantùm ad salutẽ requiritur.Angelos enim dedit nobis in conciues atque custodes, om- Ioann. 10.
nia corporalia subiecit fidelibus, omnem gratiã in pręsenti,omnẽ gloriã in futuro dare paratus est:sicut
& filius contestatur,Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis,vt gaudium vestrum sit plenũ
Omnia verba hęc diuini apostoli affectuosissima atque dulcissima sunt,& tota cordis intentione ac de-
uotione pensanda.[*quis accusabit aduersus electos dei?*] quasi dicat, Nullius accusatio poterit eis coram Apoc.12.
deo nocere in hora mortis, vel in die iudicii. Possunt tamen iam fraternè accusari à proximis , & pa-
ternè corrigi à prælatis. Hinc enim scriptum est . Proiectus est draco magnus , serpens antiquus accu- 2.Corin.6.
sator fratrum nostrorum.Quod autem nemo poterit eos accusare ,patet,quoniam[*Deus*] est [*qui iusti-* 1.Petri.2.
ficat] eos, idcirco,[*quis est qui condemnet?*] eos. an [*Christus*]*Iesus qui mortuus est*]pro eis saluandis , [*imo*
qui & resurrexit] tertia die, [*qui et est ad dexteram dei?*]residens. Christus secundum diuinam naturam Matth. 28.
dicitur esse à dextris patris , id est in summo honore ,& patris æqualitate . Secundum humanitatem ve- Apoc. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioann.17. rō est ad dexteram patris,id est in potioribus bonis eius. Vnde ipse ait Ego vici & sedi cum patre meo E
1.Timo.2. in throno eius,[*Qui etiam interpellat pro nobis,*] vt mediator dei & hominum.Scriptum est enim, Ad-
1.Ioan.2. uocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum. Secundum quosdam Christus interpellat
pro nobis,non voce,sed miseratione ac repræsentatione, dum indesinenter naturam quam pro nobis
Bernard. assumpsit,& diram mortem quam pertulit, patris vultui offert. Vt enim ait Bernadus, Mater ostendit
Hebr.7. filio pectus & vbera,filius ostendit patri latus & vulnera: nec potest esse repulsa, vbi tot concurunt a-
moris insignia .Veruntamen cum ad Hebræ. dicat apostolus.Christus sempiternum habet sacerdotiū,
vnde & saluare potest in perpetuum,accedens per semetipsum ad deum ,semper viuens ad interpellan-
dum pro nobis,non videtur cur Christo ,vt mediatori ,non competat voce interpellare pro nobis. De-
nique oratio est explicatio desiderii , & interpres ac nuntia voluntatis. Secundum Augustinum quo-
Augusti. que, illud licet orare,quod licet desiderare ,Cum ergo Christus nostram salutem desideret. &ob id pa-
tri latus ac vulnera repræsentet,vt nostri misereatur,cur non voce explicat hanc voluntatem pro nobis
orando?Et cum ipse magis cupiat nostram salutem.quàm aliquis beatorum,cur non orat vocaliter , co
modo quo virgo Maria,vel cæteri sancti ?Si autem ideo dicatur non orare vocaliter , quia non est op-
portuna in patria vocalis oratio,eadem ratione hac virgo beata non oraret vocaliter nec Christus in hoc
. seculo orasset voce pro nobis.¶Itaque cum deus tantam nobis charitatem ostenderit,& tanta bona per F
Christum largitus sit.[*Quis ergo nos separabit a charitate*]actuali vel habituali.[*Christi?*]secundū vtranque eius naturam .Nunquid [*Tribulatio (corporis) an angustia*]id afflictio mentis,[*An fames ,an nuditas*] id vestimentorum inopia? [*An persecutio ,*]quæ est de loco ad locum , [*An periculum*] id est apparatus
mortis.[*An gladius?*].i.mors ipsa. Tanquam dicat, Nullum horum separare nos poterit . [*Sicut scriptum*
Psalm . 43. *est*] in persona istorum seu martyrum aduersa patientium.s.pœnas prætactas.[*quoniam propter te*]id est
Matth .10. propter tui amorem,& quia coram hominibus te confitemur,nec à iustitiæ tuæ via recedere volumus,
Vel propter te,finaliter.i.vt te deum pro præmio acquiramus,[*Mortificamur tota die*].i. assiduè tribula-
mur ,atque per quotidianas persequutiones & aduersitates ad mortem deducimur. Vel certè quia nos-
ipsos quotidie mortificamus orando,legendo, abstinendo,contra proprias concupiscentias,præliando,
propriam voluntatem fraudando,& in cæteris virtutum exercitiis ac pœnitentiæ laboribus desudando,
Zacha . 12. [*Æstimati*].i.à persecutoribus & peruersis hominibus reputati & spreti[*Sumus vt oues occisionis*].i.sicut
oues quæ occidunt ,vt lana earum & carnes in vsum occidentium veniant . Vnde & Christus ait disci-
Matth. 10. pulis,Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum.Et alibi, Venit hora vt omnis qui interficit vos,
Ioann.16. arbitretur obsequium se præstare deo.[*Sed in his omnibus*] aduersitatibus [*Superamus*] omnia patienter
Sapien. 10. atque gaudenter sustinendo,[*propter eum qui dilexit nos*]id est propter amorē dei vel Christi,qui prior G
1.Ioann. 4. dilexit nos:& propter beneficium gratiæ eius,cuius virtute hæc inuictissimè patimur. [*Certus sum enim*
quia neque mors]id est timor seu pœna mortis,[*Neque vita*]id est amor viuendi,[*Neque angeli*]qui sunt
de infimo choro infimæ hierarchiæ cœlestis,[*Neque principatus*] qui sunt de supremo choro eiusdem
hierarchiæ, & per istos subintelliguntur archangeli, qui infra hos ordines sunt medii, [*Neque virtutes*]
id est angeli de medio ordine secundæ hierarchię,per quos intelliūgtur potestates, quæ sunt de infimo
ordine hierarchię secundæ. Numerantur autem horum ordinum angeli , quia sunt de quinque ordi-
nibus angelorum,qui foras mittuntur.Alii verò quatuor ordines assistunt,[*Neque instantia*]id est præ-
sentia bona vel mala.[*Neque futura*]prospera vel aduersa,[*Neque fortitudo*]id est violentia alicuius,[*Ne-*
Finis. *que altitudo*]humanæ præsumptionis ,[*Neque profundum*]sapientię secularis,[*Neque creatura alia poterit*
1.Corin.3. *nos separare a charitate dei,quæ est in Christo Iesu domino nostro*]id est secundum eius doctrinam & volū-
Marc . 12. tatem exhibetur à nobis deo,vt eum toto corde,tota anima,tota fortitudine diligamus. Exhibitio enim
beneficiorum charitatem accendit,nec aliquid sic ad amorem inducit ,sicut quòd aliquis scit & experi-
tur se ab alio diligi. Quoniam ergo deus tantam nobis dilectionem ostendit,tantáque beneficia contu-
lit ,debemus in eius amore esse immobiles.Hoc dicit Apostolus in persona suiipsius & apostolorum a-
liorū quos sciebat confirmatos in gratia,ita quòd mortaliter peccare non poterant ab ea hora,qua in die
Actu.2. pentecostes primitias spiritus acceperunt . Vel sic intelligatur dictum in persona omnium prædesti-
2.Thess .2. natorum ,referendum est quantùm ad separationem finalem . Nam licet aliquando per mortale pec- H
catum separentur à deo,finaliter tamen separari non possunt.Præterea quod de angelis dictum est,non
est sic intelligendum ,quòd angeli sancti aliquo modo velint nos separare à charitate dei:sed ideo dictū
est,quia etsi per impossibile vellent,tamen non possent . Secundum sensum quem dicit alio loco idem
Galat.4. Apostо.Licet angelus de cælo euangelizet vobis præter id quod euangelizamus,anathema sit. Quidam
verò per prædicta intelligunt angelos malos , qui nos conantur à deo auertere. De quibus ad Ephesios
Ephesi. 6. legitur,Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem , sed aduersus principes & potestates,
Apoca . 12. &c.In Apocalypsi quoque scriptum est ,Draco pugnabat & angeli eius.

Cap. IX. [*Veritatem dico in Christo,etc.*] Artic. XIII.

Roma . 4. Via in superioribus disputauit Apostolus de insufficientia legis,& vitiis Iudæorum,nunc
3.6.7. ostendit charitatem suam ad eos, ne putetur illa ex odio vel contēptu dixisse,& ait,[*Ve-*
Q *ritatem dico in christo Iesu*] id est secundum regulam & censuram veritatis Christi,
ita quòd mea locutio est secundum beneplacitum Christi,& cōsonat veritati ipsius,qui
est mensura,causa & regula vniuersæ veritatis,idcirco[*Non mentior testimonium perhibente*
mihi conscientia mea in spiritu sancto,].i.nullum remorsum habente conscientia mea de aliqua falsitate:&
hoc in spiritu sancto,ita ꝙ ipse est testis eius quod dico. Iste est modus iurandi Apostoli. Iuratio nan-
que dum rationabilis causa occurrit vel exigit,non solùm est licita,sed etiā meritoria,cum sit actus vir-

A tutis,quæ latria dicitur.Hoc superius declaratum est plenius.Iudæi autem difficiles erant ad credēdum, Sup.ca.8
ideo iurat.Apostolus,Et itē vt melius sibi credatur,quia quod dicit rarū est atq; mirabile , imò pene in-
credibile.Quid igitur iurat? [*Quoniam tristitia mihi magna est*] tam in superiori q̄ in inferiori appetitu,
[*Et dolor continuus cordi meo*]hoc est iugis afflictio atq; compassio mentis seu animæ .s. propter excęca- Infra.ca.11
tionē Iudæorū,sicut patebit.Hęc est tristitia bona ex charitate procedens,qua aliis condolemus in malis Matth . 5.
culpæ vel pœnæ,ad quā pertinent luctus:de quo dicitur,Beati qui lugent.¶Deinde ostēdit causam mo- Lucæ.6.
tiuam,ac materialem huius tristitiæ [*Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis*]pu-
ta Iudæis.Expositores quidē satis faciliter transeunt in expositione loci huius,qui meo iudicio difficilli
mus est,si quis diligenter inspiciat.Sic autem cōmuniter exponunt,Optabam ego ipse anathema.i,sepa-
ratus esse à Christo,pro fratribus meis prædictis vt cōuerterentur.i.si fieri posset,vellem ad horā,siue in
hac vita,siue post mortē separi à Christo,vt isti crederēt.Sed cum in hac vita nō separetur homo à chri Sapient .1.
sto nisi per culpam,imò per mortale peccatū, si Apostolus optasset separari à Christo in hac vita ,ppter
conuersionem Iudæorū ad tempus,optasset mortale peccatū incidere,vt illi gratiā cōsequerentur,quod
certum est dici non posse,præsertim cum secūdum eundem Apostolū,non sint facienda mala,vt bona Sup.ca.13.
eueniant.Ideo alii,paulò planius loquētes, asserunt,ꝙ optabat ad tempus separari à Christo per dilatio-
B nem gloriæ sibi paratæ,ita ꝙ optauit diutius manere in vita prę̄senti, quatenus Iudęorū conuersioni in-
tenderet:iuxta quem modū agebat ad Philipenses,Coartor è duobus,desideriū habēs dissolui,& esse cū
Christo permanere autē in carne necessariū est propter vos.¶ Quanuis autem expositiones huiusmodi
veræ sint, non tamen(vt arbitror)satisfaciunt diligenter scrutanti.Primò, quia Apostolus dicit hæc,ad Philip.1.
insinuandū singularē affectū suum circa Iudæos, sed prædicto modo optauit etiā pro Gētibus separari
à Christo,vt patet ex multis locis epistolarū eius.Secundò,quia apostolus dicit hæc,quasi aliquid valde
præcipuū,sed prædicto modo velle separari à christo,non esset ita præcipuum,cū & alii multi inferio-
res sancti hoc ipsum optauerit, sicut beatus Martin' disseruit, Domine,si adhuc populo tuo necessari'
sum,nō recuso laborē.Tertiò,quia nō sequitur, si quis velit differri à gloria sibi parata in cœlo, vt aliis
prosit ꝙ ideo optet esse anathema à Christo,absolutè loquendo sicut apostol' loquitur,imò hoc perti-
net ad maiorē vnionem cū Christo,tam quantū ad meritum , q̄ quantū ad gloriam,dum hoc sit eximiæ
charitatis dei & proximi opus. Propter quod ad Philippēses idem dicit apostolus, Viuere in carne,hic
mihi fructus operis est. Quartò,quia Apostolus cū esset sobrius in loquendo,præsertī in his,quę ad suā Ibidem.
C laudē spectabant,declinando videlicet magis ad minus q̄ ad maius,quemadmodū(secundum Aristote-
lem)pertinet ad moralem, ideo propter prædictā separationem tam modicam , seu gloriæ dilationem
non absolutè dixisset,optabam anathema esse à Christo.Propterea(vt videtur)aliud nihil insinuat Apo- Exod.32.
stolus verbis prædictis,nisi quod in Exodo Moses deo loquut' est,dicēs,Aut dimitte populo hanc no-
xam,aut si non facis,dele me de libro quē scripsisti.Cū enī non fuerit minor charitas Iudæorū in Pau-
lo q̄ Moſe,non mirū est,si vterque idem optauit.Sed quomodo intelligēda sint hæc Pauli & Mosi ver-
ba,difficille est intueri.Cū etenim Christus in Euang.dicat,Quid proficit homo si lucreturvniuersum
mundū,se autē ipsum perdat,& detrimentum sui faciat? Nullus fideliū debet simpliciter velle de libro Matth.19.
vitæ deleri,aut à Christo separari. Quidā ergo dixerūt Mosen prædicta verba dixisse ex impetu passio- Lucæ. 9.
nis,nō ex iudicio rationis,sed hoc penitus falsum est.Nec decet hoc dici de viro sancto qui erat mānsue-
tus super omnes homines qui morabantur in terra. ¶Denique precē eius exaudiuit dominus . Ecce,in- Nume. 12.
quiens,dimisi iuxtaverbū ruū.Et iterū dixit,Qui peccauit delebo eum.Vnde patet Mosen in dicta ora- Exod.32.
tione nō peccasse.sed vehemētissimè meruisse.Simili ratione ostenditur Paulū nō dixisseverba inducta Ibidem
ex impetu passionis.Augustinus verò dicit Mosen protulisse hæc verba ex cōfidentia & familiaritate di Augustin.
uina:vt sit sensus,Quemadmodū certus sum domine,ꝙ nō delebis me de libro vitæ, sic peto certificari
à te de remissione culpæ populi tui.Simili modo rationabiliter dici potest in ꝓpposito,ꝙ Paul' optauit,
& fortè vocaliter exorauit anathema esse à Christo propter Iudæos,sic orans,Domine Iesu cōuerte po
D pulum hunc,aut si non facis,aufer me à cōsortio electorū.i.sicut ex magna familiaritate atq; fiducia cor
dis mei ad te certus sum ꝙ nō permittes me separari à te,sic oro certificari de cōuersione Iudęorum ad
se.Sic quoq; sanctus Hieronymus refert dixisse Paulū supplicē domino.Cū enim non exaudiretur to- Hieron' .
lita celeritate pro cuiusdam sanatione infirmi,dixit,Verè non comedā,nisi sanaueris eum. Moxq; sana-
tus est æger.Sic filius aliquis dilectus & amorosus dicere solet patri suo,de quo plenè cōfidit,Fac quod
peto,vel eiice me domo & hæreditate tua.Potest etiam(& vt reor)melius dici,ꝙ tam Mosi q̄ Pauli ver
bum,sit sermo hyperbolicus.i,per excessum dictus,tamen sine mēdacio. In huiusmodi nanq; sermone
sensus non est qui per orationē directè importatur,sed qui à loquente intenditur, qui propter rationa-
bilē causam tali locutione vtitur,eo ꝙ res melius significari seu clarius explicari nō valeat , nisi per ex-
cessum.Scit tamen qui loquitur quousq; credatur.Hoc modo loquēdi sæpissimè vtitur sacra scriptura:
vt cū ait Manasses,Peccaui super numerū arenæ maris.Et psalmi.Multiplicati sunt super capillos capi- 2.Par.33.
tis mei qui oderūt me gratis.Simili sensu scriptū est in libro Iudicū de habitatorib' Gaba.s.filiis Benia Psalm .68.
min,quia erāt viri fortissimi,ita ad certū iacientes fundis lapidem,vt capillū possent percutere,& nequa Iudich. 20
quam ictus in alterā partē ferretur.Quò aliud nihil signatur, nisi ꝙ erāt vltra modum boni fundibula-
rii.Apostolus ergo magnitudinē sui desiderii,quo Iudęorū optat salutē plenè exprimere nequiens, per
hyperbolē ait.Optabā enim ego ipse.i.ardēter concupiui salutem fratrū meorum Iudęorū,ꝙ hunc af-
fectū apertius designare non possum.nisi dicā me voluisse separari à Christo secūdum modum iam ta-
ctum. Et,vt probabiliter dicitur,Paulus & Moses aliquo modo optabāt deleri & separari,nisi deus par
ceret populo , videlicet secundū dispositionē inferioris partis animę cōparatę & affectatę ad proximos
ardenti amore,qui nescit mensurā,licet ita nō erat in voluntate superiorē rationem sequente: quemad-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matth.26. modum & saluator orauit auferri à se calicem passionis, quem vtique simpliciter bibere voluit: iuxta E
Marc. 14. illud, Oblatus est quia voluit. Hæc tam prolixè prosecutus sum, quoniam multi etiam deuoti ambige-
Esaiæ.51. re solent, quomodo præinducta verba debeant accipi. ¶ Sic ergo optaui esse anathema à Christo pro
Infra.11. Iudæis, [*Qui sunt cognati*] id est consanguinei, [*mei secundum carnem*] id est generationem carnalem, cum
Philip.3. sint filii Abrahæ sicut & ego, & quidam eorum sunt de tribu Beniamin vt ego, [*Qui sunt Israelitæ*] id
Genes. 32. est nati de semine Iacob qui ab angelo dictus est Israël. [*Quorũ adoptio est filiorũ*] hoc est ad quos per-
35. tineret gratia adoptionis filiorum dei, si vellent conuerti: & eorum qui ex eis conuersi sunt, est gratia
1.Corin.11. adoptionis, quia excellenter consecuti sunt eam, vt patet in Apostolis, qui primitias spiritus accepe-
Roma. 8. runt atque in aliis multis, de quibus Iacobus aiebat ad Paulum. Vides (frater) quot milia ex Iudæis cre-
Actu.21. diderunt? Vel hoc ideo dicitur, quia Iudæi specialiter appellati sunt filii dei. Vnde loquitur dominus,
Exod.15. Filius meus primogenitus Israël. Et alibi, Factus sum Israëli pater, & Ephraim primogenitus meus. Chri-
Hiere.3, stus quoque in Euangelio nominat eos filios regni, quorum etiam est. [*Et gloria*] id est magnificentia
Matth .8. operum diuinorum, videlicet miraculorum & reuelationum cœlestium. Patribus enim Iudęorum san-
Exod. 20. ctis prophetis collata fuit gratia miraculorum, & ad eos factæ sunt reuelationes diuinæ, [*Et testamentum*]
vetus, quod specialiter datum est eis, [*Et legislatio*] id est datio legis scriptæ seu decalogus præcepto-
Roma.1. rum moralium [*Et obsequium*] id est cultus vnius veri dei, qui cultus in Iudæis permansit cæteris na- F
tionibus ad idololatriam deuolutis, [*Et promissa*] de aduentu Christi, & gloria electorum, [*Quorum pa-
tres*] quoniam ipsi sunt filii patriarcharum, [*Ex quibus*] natus [*Est Christus secundum carnem sicut in ex-
ordio huius epistolæ plenius dictum est. In hoc autem quod ait secundum carnem,*] designat in Christo esse aliã
naturam quàm humanam. Vnde charissimè subditur, [*qui*] Christus [*Est super omnia*] creata, [*Deus be-
nedictus in secula Amen*] id est sine fine laudandus. In quo apertissimè destruitur hæresis Arrii & Forti-
Ioann .5. ni, ac omnium Christum esse puram creaturam dicentium. Nam & in sua canonica Ioannes dicit, Sci-
Hiere.23. mus in vero filio eius Iesu Christo. Hic est verus deus, & vita æterna. Et Hieremias, Hoc est nomen
Esaię. 9. quod vocabunt eum, dominus iustus noster. In Hebræo habetur nomen domini terragrãmaton, quod
non conuenit nisi deo vero. Item & in Esaia, Vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, deus for-
tis, pater futuri sæculi, princeps pacis.
¶ Iam dixit Apostolus continuum sibi esse dolorm propter execrationem Iudæorũ, promissa quoque
diuina ad Iudæos pertinuisse. Ne ergo quis æstimet apostolum sic tristari, quasi totus populus Iudæo-
rum perierit, vel diuina promissa euacuata sint proppter incredulitatem maioris partis populi huius:
ideo addit, [*Non autem quod exciderit verbum dei*] .i. ex prædictis non sequitur, ꝙ diuinæ promissionis
Esaiæ.35. sermo inexpletus & irritus manserit. Simile est quod per prophetã dominus ait, Egredietur de ore meo G
Augusti. iustitię verbum, & non reuertetur ad me vacuum. Quod licet Augustinus exponat de emanatione &
Hierony. missione increati verbi dei, Hieronymus tamen ad literam exponit de verbo prophetalium sermonum
Genesi.32. de Christo, de quibus nunc est sermo, [*Non enim omnes qui ex Israel sunt*] .i. non omnes geniti ex semine
Genesi.35. Iacob, qui dictus est Israël, [*Hi sunt Israelite*] veri ac spirituales, imitando fidẽ ac opera Iacob. [*Neq; qui
Matth. 3. semen sunt Abrahæ*] .i. carnales filii eius [*Omnes filii*] Abrahæ .i. non omnes tales digni sunt vocari filii A-
Ioan.8. brahæ, quia non imitantur eius vestigia fide ac moribus. Vnde Saluator ait, Si filii Abrahæ estis, opera
Ibidem. Abrahæ facite. Quod quoniam non fecerunt, meruerunt audire, Vos ex patre diabolo estis. Hoc au-
Genesi .21. tem probat Apostolus authoritate scripturæ, [*Sed in Isaac vocabitur tibi semen*] Hoc dominus dixit ad
Abraham. Et est sensus, Isaac & filii eius sequentes fidem eius ac tuam, reputabuntur tibi in filios &
hæredes. Ideo enim alibi habetur, Eiice ancillam & filium eius, videlicet. Agar & Ismaëlem. Non enim
Galat.4. hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Promissio ergo impletur in filiis gratiæ, non in filiis naturæ,
Genesi.16. nisi sint & filii gratiæ, sicut apostoli. ¶ Deinceps exponit Apostolus authoritatem præallegatam, vide-
licet in Isaac vocabitur tibi semẽ [*id est non qui filii (sunt) carnis*] hoc est naturali virtute generati ex Agar
& Cetura, [*Hi filii dei*] id est ad diuinum cultum electi, ac diuinæ promissionis participes. [*Sed qui filii
sunt promissionis*] hoc est ex Isaac nati secundum diuinum promissum, videlicet qui erant consortes be-
nedictionis patrum suorum, vt Iacob & filii eius [*Aestimantur in semine*] id est verè & dignè appellantur
Genesi.18. filii Abrahæ. H
Matth.3. ¶ Deinde ponit formam promissionis, [*Promissionis enim*] diuinæ [*Verbum hoc est secundum hoc tempus*]
Gene.18. .i. in eodem die, anno vno lapso [*veniam*] ad te ó Abraham, [*et erit Saræ filius*] .i. Sara coniunx tua me
Genesi. 25. cooperante filium tunc habebit. Verba sunt angeli loquentis ad Abrahã in persona dei. Sic ergo Isaac
Malach . 1. filius erat promissionis, quia diuina virtute sterilem matrẽ visitante, conceptus est, sicut erat promissum.
Allegat autẽ Apostolus has scripturas secundũ translationem septuaginta interpretũ, qua vtebatur ec-
Genesi.25. clesia tẽpore apostolorum vsq; Hieronymi tẽpora. Nostra verò translatio talis est, Reuertens reuertar
Ezech . 4. ad te tẽpore isto vita comite, &c. [*Non solum hæc illi*] .i. diuina promissio, non tantũ facta est Saræ. [*Sed
et Rebeca*] promissionem accepit [*Ex vno concubitu habens*] in vtero filios duos [*Isaac*] patriarchæ [*Pa-
tris nostri*] .i. Iacob & Esau. Sicut enim Sarra sterilis diuina virtute concepit, & sicut vnus filiorum A-
brahæ electus est altero ei postposito: sic vnus filiorum Isaac est electus altero derelicto. Scriptum
est enim, Deprecatus est Isaac pro vxore sua dominũ, eo ꝙ esset sterilis, & exaudiuit eum dedit q̃ cõ-
ceptum Rebeccę. Ex quibus patet, ꝙ filii nõ sint electi merito parẽtum. ¶ Quòd aũt Rebecca ꝓmissio-
nẽ habuit de speciali gratia vnius filiorũ suorũ, ostendit apostolus, [*Cum enim nõdũ nati fuissent*] Iacob &
Esau, [*Aut aliquid boni egissent aut mali*] Ex quo patet error dicentium animas hominum ante mundum
sensibilem conditas, & ante vitã præsentis sęculi bona aut mala egisse, propter quę iam diuersas gratias
atq; miserias cõsequũtur, [*vt secundum electionem*] .i. liberã vnius prę alio acceptationẽ seu diuinã prędę
Ephesi .1. stinationẽ, [*Propositum dei*] .i. diuina voluntas, prescientia vel decretum, [*Maneret*] ratum, & impleretur

A secundum quod erat præordinatum [*Non operibus*] id est non propter præcedentia merita siue demerita [*Sed ex vocante*] id est ex gratia dei vocantis [*Dictum est ei,*] puta Rebeccæ, [*Quia maior seruiet minori*] id est Esau primò egrediens seruiet Iacob. Hoc enim modo dictum est Rebeccæ, Due gentes in vtero tuo sunt, populúsque populum superabit, & maior seruiet minori. Veruntamen seruitus ista nõ est impleta in Iacob & Esau, Imò Esau potentior erat & ditior fratri suo Iacob, sed in posteris eorum impleta est. Tempore enim Dauid descendentis à Iacob facta est Idumæa descendens ab Esau, seruiens regi Dauid sub tributo. Per hæc quoque figuratum est, quod populus Iudæorum prior fide seruiturus esset populo Christiano, posteriori vocatione. Iudæi quippe Capsarii nostri sunt, qui nobis libros apportant. Quoniam autem seruitus ista, seu reprobatio Esau & prælatio Iacob, signum erat electionis Iacob ad gloriam, & reprobationis Esau ad pœnam, ideo apostolus dicta confirmat authoritate prophetica [*sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui*] id est reprobaui. Diligere dei, est velle alicui bonum conferre. Odire verò, est gratiam iustè subtrahere. Quoniam ergo deus prædestinauit Iacob, ideo dilexit eum ab æterno, præparans ei gratiam in præsenti, & gloriam in futuro. Ex oppositorum dicitur Esau odisse. [*Quid ergo dicemus?*] hoc est si deus sic vnum diligit, & alium odit ac reprobat, quid ex hoc sequitur? [*Nunquid iniquitas est apud deum? Absit,*] quoniam rectus dominus deus noster, & non est iniquitas in eo. Origenes autem qui dixit gratiã conferri vel subtrahi propter merita & demerita præcedentia in vita priori, sic arguit, Sicut iustum est æqualibus dare æqualia: sic iniustum est, non inæqualibus dare inæqualia. Si ergo nulla merita præcesserunt, iniustũ esset vni potius quàm alteri gratiam dari. Sed hæc ratio non conuincit, quia in his quæ omnino gratis ac liberaliter dãtur, iniustitia locum non habet. Quod Saluator noster in Matthęo euidenter testatur, loquens de cultoribus vineæ, & murmuranti respondens, Amice nõ facio tibi iniuriam. Tolle quod tuũ est, & vade. An non licet mihi quod volo facere? Et hoc ostendit modò Apostolus authoritate scripturæ, quę in Exodo continetur. Apostolus autem non verba, sed sensum allegat, nisi forte secundũ aliam translationem. [*Mosi enim*] dicit dominus loco prædicto, [*Miserebor*] dãdo gratiam in vita præsenti, [*Cui misereor*] in æterna præscientia [*Et misericordiam præstabo*] dando gloriam in futuro, [*Cui miserebor.*] Tanquam dicat, Dabo gratiam in præsenti ei, quem ab æterno prædestinaui: & dabo gloriam in futuro, cui nunc gratiam tribuo. Nostra translatio habet sic, Miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. Ex his infert Apostolus, [*Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est dei*] .i. non in potestate hominis volentis, est velle aliquid meritoriè, nec est in potestate hominis currentis seu operãtis, meritoriè operari, sed vtrunque dependet & oritur ex misericordia & gratia dei: sicut alibi dicitur, Deus operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate. Cui cõsonat illud Hieremię, Scio domine quia non est hominis via eius, nec viri est vt ambulet, & dirigat gressus suos. Ideo ait Psalmista, Viã mandatorum tuorum cucurri, cũ dilatasti cor meum. Cum enim finis creationis nostræ sit supernaturalis. i. visio dei per speciem, nõ possumus velle, cogitare vel facere aliquid meritorium huius finis ex puris naturalibus, sed incessãbili gratia indigemus. Non ergo aliquid de nostris viribus præsumamus, sed semper cum profundissima humilitate ad diuinæ pietatis gratiam properemus, dicentes singuli deo, Trahe me post te. Nã & Christus ait, Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eũ. [*Dicit enim scriptura Pharaoni*] .i. meritò dixi deũ misereri cui vult, nec esse hominis velle aut operari meritoriè. Dicit enim scriptura. i. deus in scriptura Pharaoni. [*Quia in hoc ipsum excitaui te*] id est ad hoc vel idcirco feci, & posui te, & de somno peccati, quo eras sopitus, suscitaui te, non, ad gratiã, sed ad malitiæ tuæ maiorem ostensionẽ, [*vt ostendam in te virtutem*] id est potentiam [*Meam*] percutiendo Aegiptum diuersis plagis, teque ad vltimũ submergendo in mari rubro, [*Et vt annũcietur nomen meum in vniuersa terra*] id est fama maiestatis meę diuulgetur vbique & omnes agnoscant potentiam meam auditis mirabilibus, quæ feci in te. Dicitur autem Deus Pharaonem excitasse seu posuisse, vt virtutem suam in ipso ostenderet, & nomen suum hominibus reuelaret, plangendo & ante plagorum illationem indurando Pharaonem, consecutiuè, quia tam potens ac bonus est deus, vt non permitteret esse malos, nisi vellet & posset ex hoc elicere bona. Quanuis ergo agnouit Pharaonẽ sic ostinandum, & periturũ, fecit tamẽ & posuit eum, quia ex eius obstinatione elicere potuit & voluit, per modũ sequelæ, diuinæ virtutis atque iustitiæ ostensionẽ, diuinique nominis propalationem. Quod autem sit iste sensus literæ allegatæ, constat ex conclusione Apostoli inferentis. [*Ergo cui vult miseretur*] Per gratiam deducendo ad gloriam. Hoc conuenit deo per se, ita vt prædestinatio eius sit causa gratiæ & glorię, [*et quem vult indurat*] non influendo malitiam, sed non conferendo subsidiũ. Hoc conuenit deo per accidens, scilicet quia non remouet prohibens. Sicut nauta per suam absentiam est causa submersionis nauigantium, & sol per suam elõgationem est causa congelationis, non impertiendo frigiditatem, sed non influendo calorem, sic deus indurat non adhibendo gratiam, cordis duritiam molificantem. ¶ Porrò, reprobatio diuina non est causa culpæ, sed pœnæ propter culpam. Sumendo ergo reprobationẽ diuinam pro ordinatiõe alicuius ad pœnã: sic secundum ordinem rationis præsciẽtię peccatorum reprobationem præcedit, quoniam deus neminem ordinat ad pœnã, nisi quia agnoscit & præscit eius malitiam. Sed prędicta miranda sunt, & multis errandi occasionem ministrant: ideo monet Apostolus, quod nouerat à carnalibus esse mouendum. [*Dicis itaque mihi*] id est si deus quem vult, indurat, & cui vult, miseretur, videtur quòd sicut vocatio iusti, ita induratio reprobi ex diuina voluntate dependeat: vt sicut non est ex meritis quòd deus miseretur, ita non erit ex meritis quòd reprobat: sicque imputabitur deo, quòd vnus sit bonus, & alius malus. Ideo subditur, [*Quid adhuc quæritur?*] id est cum ista se habeant, cur vltra inquiritur, cur iste sit bonus, & cur iste malus? Vel, quid ab aliquo requiritur, vt bene operetur? Vel, cur aut alius quisquam conqueritur de hoc quod quidam impiè viuunt, [*Voluntati enim eius quis resistit?*] id est cum nullus valeat diuinę resistere voluntati. Ista obie-

Genes. 25.
Philip. 2.
Hiere . 10.
Psalm. 118.
Iudich. 6.
Cantic.6.
Ioann. 6.
Exod.9.
Exod.10.
Exod.14.
Exod.4.
Exod.15.
Esaiæ.65.
Mich.6
Hester . 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctio fortis esset,si deus esset directa & effectiua causa indurationis,sicut est directa & effectiua causa iu- E
stificationis.Hoc autem ita non est,sicut iam patuit.Apostolus demum respondet ad hoc,primò redar-
guens temeritatem eorum,qui profunda dei scrutari præsumunt.[O *homo*] mortalis in ordine intelle-
ctualium substantiarum nouissimus, qui nec te ipsum ,nec inferiora te comprehendere potes,[*Tu quis*
Eccles.43 *es qui respondeas deo?*] opera eius impugnando, intelligendo , vel eius sermonibus responsa præstando,
Nullum horum facere potes. Scriptum est enim , Intellexi quòd omnium operum dei nullam posset
Eccles.8. homo inuenire rationem.Et in libro Sapientiæ, Difficillè inuenimus quæ in terra sunt: & quæ in pro-
Sapient.9. spectu sunt,inuenimus cum labore. Quæ autem in cœlis sunt, quis inuestigabit? Hinc ait beatus Iob.
Iob.9. Quis ego sum ,vt respondeam deo,& loquar verbis meis cum eo? Et rursus, Si voluerit homo cum deo
Ibidem. contendere non poterit respondere vnum pro mille. [*Nunquid dicit figmentum*] id est opus [*Ei qui se*
Thren.4. *finxit,quid me fecisti sic?*] id est sicut figmentum non dicit figulo , cur sic fecerit se,quia nec seipsum,nec
Eccles.33. figulum conprehendit:sic homo non debet dicere inconprehensibili factori suo,cur ita fecisti vnum e-
Esaiæ.29. ligendo,alium dimittendo,plus gratiæ conferendo seu etiam præparando isti,quàm mihi,Hoc verbum
Apostoli sumptum videtur ex eo quòd Esaias ait,Væ qui contradicit factori suo.Nunquid dicit lutum
Esaiæ.45. figulo, quid facis? ¶Deinceps ponit Apostolus generalem rationem,cur deus quosdam prædestinauit,
& quosdam præscinit ,ostenditque propositum suum per simile.[*An non habet potestatem figulus luti ex*
eadem massa]hoc est ex eodem luto,quod est suæ artis materia [*Facere aliud quidem vas in honorem*]id est F
ad vsus honestos , & in forma decora vt collocetur in mensa,[*Aliud vero in contumeliam?*]id est sicut
figulus hoc potest :sic vtique deus in natura humana potest quosdam producere ad salutem,quosdã ad
2.Timo.2. damnationem . Vnde per Hieremiam testatur , Nunquid sicut figulus non potero vobis facere domus
Israël ?Ecce sicut lutum in manu figuli ,ita vos in manu mea. Non tamen iniquus est deus,quoniã nul-
Hebre.18. li aliquid debet.Sed cum deus etiam multa bona impendat peruersis & reprobis(sicut subiungitur)pa-
Psalm.91. tet quod non solùm sit non iniustus , sed etiam pius. [*Quod si deus volens ostendere iram suam,*]id est iu-
Matth.3. stam vindictam, [*Et notam facere potentiam suam*] id est iustitiæ suæ rigorem,& potestatem in reprobis
in hac vita , vel postea vt in eis reluceat diuina iustitia, sicut in prædestinatis resplendet diuina clemen-
tia,[*Sustinuit*]tamen[*in multa patientia*]id est longanimiter,& multùm benignè expectauit pœnitentiam
peruersorum , qui sunt [*Vasa iræ apta in interitum*] id est digna morte æterna,quoniam habent in se vi-
tia, propter quæ deus offenditur , & iratum se monstrat pœnas infligendo . Et quia impiorum damna-
tio cædit ad gloriam electorum , Apostolus subdit ,[*Vt ostenderet diuitias gloriæ suæ*]id est opulentissi-
mam bonitatem suam , & copiosissimam gratiam , descendentem [*in vasa misericordiæ*] id est in homi-
nes misercorditer prædestinatos [*Quæ preparauit in gloriam*] id est præordinauit & condidit ad con-
quirendam beatitudinem sempiternam. ¶In his verbis declarat Apostolus (quantùm ab homine capi G
potest ,vel sciri expedit) quæ sit communis ratio prædestinationis & reprobationis diuinæ . Quippe
Prouer.16. vt Salomon ait , Omnia propter seipsum operatus est dominus. Et in Ecclesiaste, Fecit deus opera sua
Eccles.3. vt timeatur.Ex quibus elucescit,quod deus propter seipsum finaliter omnia fecit,videlicet vt sua perfe
ctio in creaturis appareat , sicque ex consideratione earum deus glorificetur , ametur ac timeatur , Ad
perfectionem autem diuinæ naturæ , præcipuè pertinent misericordia & iustitia . Opera autem miseri-
cordiæ faciunt deum amabilem,opera verò iustitiæ reddunt eum terribilem . Vtraque tamẽ faciunt eũ
glorioſum & honorãdum.Vt ergo diuina perfectio reluceret in rebus sub ratione misericordiæ,prædes-
tinauit deus nõnullos,quibꝰ sola pietate præparauit gratiam viæ & gloriam patriæ.Volens quoque re-
lucere in creaturis suã iustitiam,quosdam reliquit quos dicitur reprobare,quòd secundum Augustinum est
Augustin. nolle misereri . Vnde Salomon ait,Fecit deus impium ad diem malum.Et alibi dicit scriptura,In diem
Proue.16. perditionis seruatur impius,& ad diem furoris ducetur. Veruntamen quoniam bonitas atque perfectio
Iob.21. dei excellentius repræsentatur ,ac splendet tam in electis,q̃ reprobis,ideo prædestinati,specialiter facti
dicuntur ad gloriam dei:iuxta illud Esaiæ, Omnem qui inuocat nomen meum , in gloriam meam cre-
Esaiæ.43. aui eum . Omnia hæc breuiter tangit Apostolus cum ait ,quod deus ostendere volens iram & potentiã
Supr.ca.3. suam,sustinuit vasa iræ, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasis misericordiæ,hoc est in prædestinatis,
Sopho .1. de quibus subiungitur, [*quos et vocauit*] ad fidem & gratiam per prædicationem Apostolorum.[*Non* H
Osee.2. *solum ex Iudæis,sed etiam ex Gentibus*] ex vtroque enim populo quidam ad Christum conuersi sunt.[*Si-*
cut in Osea] Propheta [*Dicit,Vocabo*] id est nominabo [*Non plebem meam*] hoc est , populum Genti-
lem [*Plebem meam*] Nam ante conuersionem suam , erant,non plebs mea secundum præsentem iusti-
tiam ,quanuis secundum æternam prædestinationem fuerint semper plebs mea [*Et non dilectam meam*]
1.Petri.2. id est eandem plebem,quam tempore suæ idololatriæ non dilexi,quantùm ad culpã,vocabo[*Dilectam*]
meam , id est mihi dilectam , cum fidem & charitatem habuerint . Tunc enim amici erunt , [*Et non*
misericordiam consecutam] id est gentilitatem , quæ ante Christi aduentum expers erat gratiæ dei,voca-
bo[*Misericordiam consecutam*] cum gratiam Christi receperit . Hoc quod dicitur , misericordiam con-
secutam , coltruendum est separatim , vt sit sensus , quòd plebs gentilis cum fuerit conuersa vocabi-
Sopho.2. tur , misericordiam consecuta.[*Et erit*]id est continget quod subditur,quod etiam iamdudum constat
impletum,[*in loco*] id est in terris gentilium [*Vbi dictum est*]à me per seruos meos, [*Eis,Non plebs mea*]
Ioann.1, estis [*Vos*] ô gentiles quandiu idolis deseruitis [*Ibi vocabuntur*] gentes istæ ad fidem conuersæ [*Fi-*
Esaiæ.10. *lii*] adoptiui [*Dei viui*] Quotquot enim receperunt eum,dedit eis potestatem filios dei fieri.
Gene.22. ¶Deinceps declarat Apostolus non omnes Iudæos incredulos esse domino saluatori[*Esaias autem cla-*
Matth.3. *mat*] id est manifestè prophetat & dicit[*Pro israel*] de saluatori Iudæorum . [*Si fuerit numerus filio-*
rum israel tanquam arena maris] id est quanuis populus Israël præ multitudine innumerabilis fuerit,
[*Reliquiæ saluæ fient*] id est aliqui , numero pauci respectu aliorũ,saluabuntur credendo in Christum,

A sicut in primitiua ecclesia factum agnoscimus.Quomodo autem saluæ fient,adiecit.[*Verbum enim con-*
summans & abbreuians in æquitate]hoc est,doctrina Christi,seu verbum euangelij,est consummans.i.ob
seruantem ad perfectionem perducens,& præcepta legis cõsiliis suis perficiens & abbreuiãs. i.breui ser
mone perfectionem includens innumerabiles legis cærimonias,obseruantiásque excludens in æquitate,
hoc est in approbatione & obseruatione præceptorum moralium,quæ iusta sunt atque seruãda,cũ sint
de actibus virtutum.[*Quia verbum breuiatum*].i.compendiosum,[*Faciet dominus*]Christus[*super terrã.*] Psalm.8.
Hoc verbum breuiatum,quod Christus prædicauit in mundo,est charitatis præceptum,qua deus pro- Baruch.3.
ximúsque diligitur.De quo verbo dicit in Euãgelio,In hoc tota lex pendet & prophetæ.¶Sciendũ ve- Matth.12.
rò,quòd Esaias vbi præallegata verba inducit,loquitur de impugnatione filiorum Israël à rege Assyrio- Esaiæ.10.
rum,temporibus Ezechiæ regis Iuda,vel Osee regis Israël, vt alij asserunt. Ideo quidam dicit prædicta
verba Esaiæ ad literam intelligenda esse de filiis Israël,euadentibus manum regis Assyriorum. Sed hoc
non videtur,quia Apostolus hoc loco apertissimè ait,quòd Esaias clamat pro filiis Israël qui saluantur
per Christum,quemadmodum Oseas propheta clamat pro gẽtibus ad fidem cõuersis.¶Præterea,quòd Osee.1.
adiungit Esaias,Verbum enim consummans & abbreuians,&c.est ratio verbi prædicti de saluatione re Esaiæ. 10.
liquiarum Israël per Christum facta.Hieronymus autem, Augustinus, Ambrosius, & omnes penè do- Hierony.
B ctores catholici exponunt hoc ad literam de verbo euangelicæ legis. Ergo saluatio illa non est intelligẽ Augustin.
da de temporali & corporali liberatione à rege Assyriorum,sed de saluatione spirituali atque æterna fa- Ambrosi.
cta per Christum.Vnde Hieronymus prophetarum studiosissimus explanator,exponendo præmemo- Hierony.
rata verba dicit,quòd Esaias descripta particulari,temporali ac figuratiua liberatione Iudæorum à rege Esaiæ.1.
Assyriorum,oculum mentis conuertit ad saluationem vniuersalem,spiritualẽ,atq; perfectã per Christũ Augustin.
exhibitã.Et probat hoc sanctus Hieronymus authoritate Apostoli,qui præsenti capitulo probat cõuer
sionem reliquiarum Israël prædicta authoritate Esaiæ.Probatio autẽ per scripturã nõ valet,nisi secun- Esaiæ.9.
dũ sensum literalem,vt Augustinus frequenter commemorat. [*Et sicut prædixit Esaias*] in libro visionũ Hierony.
suarum.[*Nisi dominus sabaoth*].i.exercituum vel virtutum,præsertim cœlestium,de quo angeli clamant, Apoca.4.
Sanctus,sanctus,sanctus dominus deus exercituum.Secundum Hieronymum pro eo quod est Sabaoth
septuaginta interpretes ponunt omnipotens , quibus consonare videtur , quod Ioannes in Apocalypsi
verba Esaiæ inducens,sic ait,Requiem non habebant,dicentia, Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus Esaię.61.
omnipotens.Itaque nisi dominus Sabaoth.[*Reliquisset nobis*]Iudæis[*semen*].i.reliquias in Christum cre
dentes,videlicet sanctos Apostolos & cæteros ex Iudaismo conuersos , de quibus per Propheram dici-
C tur,Isti sunt semen,cui benedixit dominus.[*Sicut Sodoma facti essemus,et sicut Gomorrha similes fuissemus*]
.i.penitus damnati essemus propter nostram incredulitatem , sicut perierunt habitatores Sodomæ &
Gomorrhæ,cum aliis trium vrbium habitatoribus.s.Adama, Seboim,& Segor. Quidam exponit hæc Genes.19.
verba Esaiæ ad literam de Iudæis non occisis à rege Assyriorum,tempore Ezechiæ . Sed expositio talis Hier.49.
repellitur eisdem rationibus,quibus præcedens. ¶Mouet præterea Apostolus dubium, omni admira- Deut.29.
tione dignissimum.[*Quid ergo dicemus*].i.cum ex verbis Esaiæ iam pateat paucos Iudęorum credidisse, 1.Corin.6.
& multos de gentibus,quod mirum apparet,quid ergo dicemus ad hoc.s.[*Quod gentes quæ non sectaban* Ephe.2.
tur iustitiam].i.gentiles idololatrię dediti,non obseruãtes iustitias legis diuinæ seu scriptæ.[*Apprehende-*
runt].i.consecuti sunt[*iustitiam,iustitiam autem quæ ex fide est*]id est iustitiam euangelicæ legis , quæ sal-
uat per fidem,non iustitiam legis Mosaïcæ.[*Israel vero*].i.populus Iudæorum[*Sectando legem*].i.præce Esaię.51.
ptum[*Iustitiæ*]quæ in cærimoniis & sacrificiis consistebat: vel, legem Mosi, vel, legem iustitiæ veræ &
Christianæ,sectando.i.aliqualiter imitando,non quia lex Christi precesserit,sed quia prænuntiata & de-
clarata est eis aliquo modo per Prophetas,sicque cœperunt eam sequi,præstolando eam , & secundum
eam aliquo modo viuendo[*In legem iustitiæ*]veræ & Christianæ , [*Non peruenerunt*] recipiendo gratiam
Christi per quam euangelica adimpletur iustitia.De qua dicit Saluator,Nisi abundauerit iustitia vestra Matth.5.
plus quàm scribarum & pharisæorum,non intrabitis regnum cœlorum. [*Quare?*] sic contigit? Et res-
pondet Apostolus.[*Quia non ex fide, sed quasi ex operibus*]hoc est Iudæi quærebant iustificari non vir- Hebrę.11.
D tute,& merito fidei Christi,sed per opera legis scriptæ,cum tamen sine fide,& gratia Christi,nemo vn- Esaię.8.
quam saluari potuerit,sicut ostensum est.[*Offenderunt enim*]id est impegerunt [*In lapidem offensionis*].i. 1.Petri.2.
in Christum,qui bonis est lapis salutis,impiis autem est lapis offensionis. Quemadmodum enim ten-
dens in via,& pede in lapidem impingens impeditur seu retardatur in via à progressu ad terminum viæ:
sic Iudæi peccando per infidelitatem atque præsumptionem in Christum impingentes,retrusi atque im
pediti sunt à via salutis,nec peruenerunt ad finem beatum . Dicitur autem Christus lapis,propter con-
stantiæ firmitatem. [*Sicut scriptum est,*] apud Esaiam.[*Ecce pono in Sion*].i.in populo Iudæorum, inter Esaię.28.
quos conuersatus est Christus.Vel in Hierusalem,& in templo vbi frequenter fuit,& docuit,[*Lapidem* Baruch.3.
offensionis et petram scandali].i.Christum qui occasionaliter factus est Iudæis lapis offensionis.i.peccati, Esaię.52.
quoniam contempserunt,blasphemauerúntque eum:quemadmodum Petrus ait in Actibus, Hic est la
pis qui reprobatus est à vobis ædificantibus.Factus quoque est eis petra scandali.i. spiritualis ruinę.Sæ
pe enim Iudæi scandalizabantur in verbis atque operibus Christi, non tamen nisi ex sua mera peruersi- Actu.4.
tate,dicentes,Ecce,homo vorax,potator vini , amicus publicanorum , & multa huiusmodi. [*Omnis qui* Marc.4.
crediderit in eum,] fide per dilectionem operante [*Non confundetur,*]in æternum,nec spe sua frustrabi Matth. 11.
tur,sed honorificabit eum Christus cum fuerit suo tribunali oblatus . Hanc etiam scripturam allegat Galat.6.
Petrus in prima sua canonica,dicens,Propter quod continet scriptura,Ecce ponã in Sion lapidem sum- Ioan.12.
mum,angularem.Quod verò Petrus & Paulus adiiciunt.Qui crediderit in eum , non confundetur,se- 1.Petr.2.
cundum translationem septuaginta interpretum allegatur.Loco cuius,translatio nostra sic habet , Qui Daniel.2.
crediderit,non festinet.Hic est lapis,qui iuxta Danielis oraculum , excisus est de monte sine manibus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Zach.3. Esaiæ.11. De quo scriptum est per Zachariam, Super lapidem vnum, oculi septem sunt, quia in Christo fuerunt septem dona spiritus sancti. E

Cap. x. [*Fratres, voluntas quidem cordis mei, &c.*] Artic. IIII.

Rom.9. Actu.26. 1.Reg.12. Ephe.2. Ioan.16. Roma.1. Galat.3. Matth.5. Ioan.1. Rom.8. Leui.4. Num.18. Ezech.26. Deuter.5. Deuter.12. Ezech.20. Deuter.30 Psalm.87. Deuter.30 Hierony. Exod.31. Deuter.9.

Stendit beatus Apostolus affectū suū ad populum Iudæorū in præcedēti cap. de eorum dānatione tristādo. Iam idē agit pro eorum salutem orādo, & ait, [*Fratres*] ô vos Christi fideles, [*voluntas quidem cordis mei*]. i. desiderium animæ meæ. Sumitur enim hoc loco voluntas, pro actu volūtatis, [*Et obsecratio ad deum*]. i. inuocatio dei p aliqua sacra, vt eū dicim⁹, Per incarnationē tuā libera nos. Quod gen⁹ oratio nis est ardentius, & ad impetrandū magis idoneū, quia nō ꝓpriis, sed rei sacræ innititur meritis. [*Fit pro illis*] incredulis Iudæis [*In salutem tāquam in finem*]. i. ad hoc vt saluētur. Cur autē pro eis orandū sit, subdit. [*Testimonium enim perhibeo illis, quod æmulationem quidem dei*]. i. zelū honorādi deū [*Habent.*] Nā Christum, eiúsq; discipulos persequēdo putant se deo præstare obsequiū, eo quòd putent Iesum nō esse Christū, [*Sed non secundum scientiam*]. i. zelum istum nō habēt secundum veram discretionem, cuius ratio sequitur. [*Ignorantes enim iustitiam dei.*] Communiter enim dicunt doctores, non esse intelligēdum hoc de increata dei iustitia qua ipse in se iustus est, sed de iustitia quam effecit in nobis per fidem formatam, quæ iustitia facit dignum vita æterna: erátque Iudæis ignota, quoniam non putabant hominem iustificari per fidem Christi sine operibus legis. Videtur tamen etiam de increata dei iustitia posse intelligi. Iustitia quippe vel sapientia aut similis diuinæ naturæ perfectio dupliciter noscitur. Primō, quo ad seipsum: secundò, quo ad suum effectum. F

Quanuis ergo Iudæi agnouerint iustitiam dei, quo ad speciem, scientes deum esse iustū, non tamen quo ad homines & iustificationes ipsorum. Non enim arbitrabantur iustum in conspectu dei, vel diuinæ iustitiæ congruere, vt homo per fidem & gratiam sine operibus legis consequeretur salutem: cum tamen hoc iustum sit ex parte dei qui adeò bonus est, vt decens & iustum sit eum taliter tàmque gratiosè saluare, [*Et suam quærentes statuere*]. i. propriá iustitiá allegantes, & in legis carnalibus iustitiis confidentes, séque propriis viribus legem posse implere præsumentes, [*iustitiæ dei non sunt subiecti,*] quia sic sentiēdo, nec deo obediunt, nec ad iustitiam quam fecit deus in nobis, per fidem confugiunt, pro eius confusione rogando, sed contradicunt eidem. [*Finis enim legis*] scriptæ, est [*Christus,*] quia lex vetus dispositio erat ad Christum & euangelicam legem: iuxta illud, Lex pædagogus noster fuit in Christo, & sic Christus est finis ad quem ordinatur lex scripta. Dicitur etiam finis terminans legem, quātùm ad cærimonialia & iudicialia. Dicitur insuper finis consummans atque perficiens legem, & eius promissa exoluens. Vnde ait saluator, Non veni legem soluere, sed implere. Et alibi quoque scriptura ait. Lex per Moysen data est, veritas per Christum facta est. Sic ergo finis legis est Christus valēs,] *Ad iustitiam*] habitualem & actualem iustificationem, vel ad iustitiam acquirendā & exercendam [*Omni credenti, tam sub veteri quam nouo testamento,*] Omnes enim fideles per fidem saluatoris iustificati sunt. Quod probat apostol⁹ authoritate Mosi. [*Moses enim scripsit*] in Leuitico atque Num. [*Quoniam iustitiam quæ ex lege est qui fecerit homo*]. i. qui legis præcepta seruauerit. [*Viuet in ea*]. i. merito huius iustitiæ mortē temporalem, quæ transgressoribus infligebatur, euadet, & viuet vita naturæ, imò & temporalia ad vitam necessaria sortietur. Vnde & Moses sæpius ait, Fac hoc vel hoc vt bene sit tibi, & longo viuas tempore in terra quam dominus dederit tibi. Quod autem non vixerit homo in ista iustitia virtute legis, vitę gratia, patet ex eo quod per Ezechielem ait dominus, Dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non viuent. De hoc dicta sunt multa superius. [*Quæ autem ex fide est iustitia*]. i. de iustitia Christi, quæ datur per fidem, [*Dicit sic*] Moses in Deut. [*Ne dixeris in corde tuo*]. i. nec cogitare præsumas, [*quis ascendet in cœlum*]. i. nemo est qui in cœlum ascendere poterit. Noli sic cogitare, quoniam [*Id est Christum deducere*] id est sic æstimare, est dicere quòd nec Christus ascendit, sicque eum deducis ad inferos sicut & cæteros mortuos: & ita pertineres ad eos, de quibus ait in psalmo, Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis & in vmbra mortis. Sed nec dixeris in corde tuo, [*Aut quis descendit in abyssum?*]. i. in infernū seu lymbū. Quasi dicat, Nullus descendit. Noli hoc dicere, quia [*Hoc est Christum a mortuis reuocare*]. i. hoc esset dicere, quòd Christus pro hominū liberatione nec mortuus esset, nec ad inferos descendisset. Si enim nullus descendit, opus non fuit Christum mori atque descendere. Hæc expositio glossæ sumpta ex sanctis doctoribus, Lyræ non placet. Ait enim circa hunc locum, quòd ista expositio in nullo concordare videtur cum scriptura Deuteronomij allegata, nec cum litera sequenti. Ip se ergo exponit hoc modo, Ne dixeris in corde tuo, quis ascendit in cœlum, negatiuè: id est Christum deducere. i. dicere ꝙ nondum venit in mundum adductus per obedientiam patris. Aut quis descendit in abyssum, negatiuè loquendo, hoc est Christum ex mortuis reuocare. i. dicere ꝙ non fuit mortuus neque surrexit. Hanc expositionem probat per literā sequentem. Quia si confitearis in ore tuo dominum Iesum venisse in mundū, & in corde tuo credideris quòd deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris. Hæc probatio bona esset, si verba ista immediatè iungerentur verbis prædictis. Verum, quoniam interponuntur alia verba complura, videlicet. Sed quid dicit scriptura? Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo. Hoc est verbum fidei quod prædicamus. Et subditur, Quia si confitearis in ore tuo, &c. Ex quo patet insufficientia probationis. Denique quantū capio, melior & verbis Mosi consonantior est expositio glossæ, quàm Lyræ. Et (vt veritas certius elucescat) sciendum quod Moses hæc verba inducit ad auferendam impossibilitatem & excusationē de obseruantia legis per ipsum datæ. Sic namque habet translatio nostra, videlicet translatio Hieronymi, Mandatum hoc quod ego præcipio tibi, non supra te est, nec procul positum, nec in cœlo situm, vt possis dicere, Quis nostrum valet ascendere in cœlū, vt deferat illud ad nos? neq; trans mare positū, vt dicas, Quis ex nobis transfretare possit mare? sed iuxta est sermo valde in ore tuo & in corde tuo, vt facias illū. i. iam G H

A vobis data est lex, & in tabulis scripta digito dei, ideo de eius omissione ac transgressione excusationem non habetis. Dicit itaq; Lyra, quia Deuteronomiū figura erat nouę legis, idcirco apostolus iá allegat scripturam hāc figulariter de noua lege, ad cuius custodiam omnes tenentur, videlicet ad excludendū excusationem de præuaricatione nouæ legis. Sed huic obuiare videtur quod nūc dicit apostolus Mosē præinducta verba dixisse de iustitia fidei. Est ergo pensandū, ꝙ scriptura sacra non semp allegatur secundū sensum totalē, perfectum seu integrū, quia in eadem authoritate scripturę, multę particulares sentētię in eludūtur, & ita scriptura talis allegari potest per determinationem ad sententias particulares inclusas. Sic agitur in præsenti. In prędicta enim scriptura includitur secundū intentionē Mosi, aliquē posse in cœlū ascendere, & in abyssum descendere. Sed hoc credere pertinet ad iustitiam fidei. Ideo bene ait apostol⁹ Mosen ista disseruisse de iustitia fidei etiam ad literam: quę si quis dixerit impossibilia esse, derogat Christo, qui descēdit ad inferos, & ascendit in cœlos, ob id Moses prohibet dicere, Qui ascendit in cœlum? Actu.1. [*Sed quid dicit scriptura?*] in Deuteron. de iustitia fidei. Et respōdet, [*Prope est verbum*]. i. sermo salutis, Deuter.30 fideique doctrina, [*in ore tuo*] ad loquendum. [*Et in corde tuo*] ad credendum. Iam enim deus omnibus obtulit verbū salutis, [*hoc est verbum fidei quod prædicamus*]. i. verbum istud, quod (teste scriptura) propè Ioan.5. est tibi in ore & corde, est verbū Christi, vel scriptū de Christo, quēadmodū ipse in Euāgelio loquitur,
B De me ille. s. Moyses, scripsit, quod nos Apostoli euāgelizamus, dicentes, [*quia si confiteris*] ô Christianē seu homo quicunq;, [*in ore tuo dominum Iesum*] esse regē Messiam, & filiū dei corā hominibus, etiam coram infidelibus, si ratio exigat. Vel si solus corā deo, [*Et in corde*]. i. in intellectu [*tuo,*] qui est fidei subiectum, [*Crediderís*] fide formata, [*quod*] deus pater vel trinitas illum suscitauit à mortuis, saluus eris sa- Actu.2.
lute perpetua, de qua ait ꝓpheta, Verè in domino deo nostro salus Israēl. Christus enim testatur, Qui me Hier.3.
confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. Et Ioannes, Quis est qui Matth.10.
vincit mundū, nisi qui credit, quoniam Iesus est filius dei? ¶ Deinde ostendit Apostolus, ꝙ vera iustitia 1.Ioan.3.
habetur & exercetur per fidem. [*Corde enim creditur ad iustitiam*]. i. corde credendo tendit seu proficit Epist.
homo ad iustificationis adeptionem vel augmentationem. Credēdo enim meretur homo peccati remis⁹ Daniel.6.
sionem, gratiæ infusionem, iustitiæ exercitationem. Fides autem informis disponit ad hæc. Fides verò Roma.3.
formata. i. charitati vnita, auget ac perficit ista. Per fidem enim habitat Christus in cordibus nostris secū Actu.15.
dum apostolū. Secundum Lucā quoque, deus fide purificat corda hominū, [*ore autem confessio fit ad salutem*] æternam adipiscendam. Quia (vt dictum est) per confessionem Christi prędictam, meretur homo
vitam æternā. Confessio quippe oris, est effectus fidei cordis, quemadmodum oratio vocalis, effectus est Esaiæ.28.
latriæ, & eleemosynarum largitio effectus est misericordiæ. [*Dicit enim scriptura, Omnis qui credit in illum non confundetur.*] Hoc in fine præcedentis cap. expositum est. [*Non enim est distinctio Iudæi & Græci*]. i. Roma.9.
C gentilis fidelis, quantùm ad consequutionem salutis & gratiæ Christi. In omni enim genere, qui timet Actu.10.
deum, & operatur iustitiam, acceptus est deo: apud quem non est personarū acceptio. Ideo omnes gene
raliter saluantur & iustificātur per fidem. [*Nam idem dominus omnium.*] ratione generalis dominii: de quo Hester.13.
scriptum est, Domine rex omnipotēs in ditione tua cūcta sunt posita. Et alibi, Deus cœlorum, creator Iudich.9.
aquarū, & dominus totius creaturæ, [*Dives in omnes qui inuocant illum*]. i. omniū bonorum, atq; pulchrorum ac desiderabilium opulentia plenus, sufficiens ditare omnes qui intimo cordis affectu eius pietatem Psalm.144
implorant, imò indesinenter ditās huiusmodi. Propè enim est dominus omnibus inuocātibus eū. [*Omnis enim quicunque inuocauerit nomen domini*]. i. ipsum dominū nomine designatum, [*saluus erit*] modo in Iohelis.2.
spe per gratiam: postmodum in re per gloriam, si tamen perseueranter ac rationabiliter inuocet. Hoc apud Iohelē enim scriptū est. ¶ Deinceps probat, ꝙ adeptio salutis per inuocationē præsupponit fidem.
[*quomodo ergo inuocabunt eum*]. s. deum vel Christum, [*in quem nō crediderunt?*] Nequaquam. Inuocatio Hebræ.11.
enim fidem præsupponit, sicut alibi dicit Apostolus Accedentem ad deum oportere credere. Sed videtur obuiare, quod ait saluator Samaritanæ, Vos odoratis quod nescitis. Et respondendum, ꝙ Samaritani Ioan.4.
nō habuerunt fidē, quæ est virtus theologica, sicut nec hæreticus discredens in vno articulo fidei. nō enim receperunt libros ꝓphetarū, propterea nec veraciter adorauerunt. Vnde Christus adiecit, Eos qui
adorant in spiritu & veritate adorare oportet. [*Aut quomodo credent ei*]. s. deo, [*quem non audierunt*]. i. de
quo nihil dictū est eis? Fides enim est ex auditu. Nā (teste philosopho) auditus est sensus disciplinæ. Cū 2.Corin.12
D ergo fides non habeatur nisi per reuelationē alterius, oportet vt primū audiatur, vel per loquutionē interna ab angelo, vel per loquutionē exteriorem ab homine, [*quomodo autem audient sine prædicāte?*]. i.
annuntiante? Loquitur autem Apostolus de auditu exteriori per hominem, quia hoc modo cōmuniter
adducti sunt homines ad fidem. Nihilominus secundum Diony. quidā gentilium solo angelorum mini Dionysi.
sterio ad fidem conuersi sunt. [*quomodo verò prædicabunt*]. i. qua authoritate vel efficacia prædicationis Lucæ.21.
officiū assument vel exequentur hi, per quos alij conuertendi sunt, [*nisi mittantur?*] à deo qui det eis os & Esaiæ.52.
sapientiā, miraculorúmq; gratiam? Actus nanque prędicandi præsupponit authoritatē officij, ideo oportet vt à deo vel eius vicem gerente prædicator verbi dei mittatur. [*Sicut scriptum est. Quàm speciosi pedes*] Naum.1.
euangelizantium pacem, euangelizantium bona]. i. valde decori sunt pedes & gressus atque effectus aposto- Esaiæ.52.
lorum prędicantiū reconciliationem mundi factā per Christū, & bona seculi futuri, quę oculus non vi- Esaiæ.64.
dit, nec auris audiuit. Hoc ad literam dictū est de prædicatiōe euangelicæ legis per apostolos, quibus dixit saluator, In quācunque domū intraueritis, primū dicite, Pax huic domui. Nostra tamē translatio cō- 1.Corin.2.
tinet sic, Quàm pulchri super montes pedes annuntiantis & prædicantis pacē, annunciantis bonū. Ponit Matth.10.
enim Esaias singulare loco pluralis. [*Sed non omnes obediunt euangelio*]. i. annuntiationi nostræ de Chri Esaiæ.52.
sto, fidē recipiendo. [*Esaias enim dicit, Domine, quis credidit auditui nostro?*] id est mysteriis Christi, quæ Esaiæ.53.
ego aliique prophetæ à spiritu sancto audiuimus, & aliis audienda proponimus? Tanquam dicat, Pauci
credent. Hoc tamen ad literam de populo Iudæorum prædictum est, quorum pauci cōuersi sunt. Vnde

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan.12. in Ioanne legitur, Cũ tanta signa fecisset corã eis Iesus, nõ credebãt in eũ: vt sermo Esaiæ impleretur quẽ I
Esaię. 53. dixit, Domine, quis credidit auditui nostro? [*Ergo fides*] est [*ex auditu*] tam eius qui in fide instruitur, quẽ
oportet audire prędicantẽ, q̃ eius qui prędicat, quẽ oportet audiri. [*Auditus autem*] qui ad fidem exigitur
Hebrę. 14. est [*per verbum Christi*] quod venit ad aures corporis, & aperit aures mẽtis. Nisi enim ꝓponeretur verbum
dei, non esset auditus, fidem dispositiuè inducẽs. Ipse verò habitus fidei, nõ est nisi à deo per creationem
[*sed dico,*] interrogãdo vt magis aptè respondeã. [*Nunquid non audierunt?*] prædicationem Euangelij. qui
Psalm. 18. obedire noluerunt? Quasi dicat, Vtique audierunt, quod probat authoritate Psalmistæ. [*Et quidem in omnem terram*] Iudeæ, vel in principales plagas terræ [*exiuit sonus eorum*]. i. prædicatio apostolorum, [*Et in*
Finis. *fines orbis terræ*] exierunt [*verba eorum,*] quia vbique prædicauerunt apostoli per seipsos & suos discipu-
Marc. 16. los, vt patet in diuersis legendis & historiis. Ioannes quippe impleuit Christi ecclesiis Asiam, Petrus Italiam, Andreas Achaïam, Matthæus Aethiopiã, Thomas Indiã, Bartholomæus Armeniã, Paulus totum
Esaiæ. 52. pene orbẽ. Hinc enim scriptũ est, Parauit dominus brachiũ sanctũ suũ in oculis omniũ gentiũ. Et, Vide-
Psalm. 97. runt omnes termini terræ salutare dei nostri. ¶ Deinde ostendit inexcusabilitatẽ Iudæorum. [*Sed dico,*] quærendo, [*Nunquid Israel*]. i. populus Iudæorum [*Non cognouit*] Christũ & eius doctrinã? Probat autẽ
Apostolus quod vtique cognouerunt. [*primus Moses*]. i. prophetarum præcipuus, & eius quod iam sub-
Deut. 32. ditur, primus assertor, [*Dicit*] in Deut. [*Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem, in iram vos mittam.*] Translatio Hieronymi talis est, Ego ꝓuocabo eos in eo qui non est populus, & F
in gente stulta irritabo illos. Ignis succensus est in furore meo. Loquitur aũt in persona dei, vt sit sensus,
Ezech. 14. Ego ad æmulationem. i. inuidiã vos Iudæos adducã, non efficienter, sed ꝓmissiuè: quomodo per ꝓphetã
dico, Propheta cum errauerit, ego dominus decepi prophetã illum: in non gentẽ. i. gentiles, ita ꝙ eis inui
Esaiæ. 2. debitis cum receperint libros prophetarum ac legis, & in Christũ crediderint, sicut iam diu cernim⁹ ad-
Iohelis. 3. impletum, in gentẽ insipiẽtem. i. idola colentẽ, quod est summa stultitia, & diuinorum cognitionib⁹ de-
stituta. ¶ Dicuntur autẽ gentiles, non gens. Primò quoniã tẽpore suę idololatriæ nõ pertinebant ad deũ,
Matth. 15. nec erant plebs eius. Secundò, quia ob vitæ suæ vtilitatẽ à Iudæis reputabantur vt canes. Nã christus asse-
Exod. 22. rit, Non est bonũ sumere panem filiorũ, & mittere canibus. Et Moses, Proiicietis ea canibus. Vbi per canes significantur gentiles. Vel sic, Ego ad æmulationem. i. inuidiam contra Christũ vos inducam in non gentem, in gentem insipientem. i. ita vt derelicti à me propter vestram malitiam, efficiamini non gẽs mea & populus stultus. In iram vos mittam. i. in indignationem & iracundiam contra Christum & eius discipulos mitti à dæmone permittam. Vel, in iram. i. in vindictam iustitiæ meæ, videlicet in pœnam vobis à Romanis inflictam, mittam vos, effectiuè propter peccata in Christum commissa. ¶ Posit hæc ostendit
Apostolus authoritate Esaiæ Iudæorũ excæcationem propter suam contra Christum peruersitatem, &
Esaię. 65. gentilium illuminationem. [*Esaias autem audet*]. i. audacter se habet prænuntiando cæcitatem Iudæorũ, G
illuminationẽmque gentium. Ex qua prænuntiatione imminebat ei persequutio à Iudæis sui temporis,
imò & periculum mortis. [*Et dicit*] in persona Christi. [*Inuentus sum*] per fidem & contemplationem, [*A*
non quærentibus me]. i. à gentibus, qui me non requirebant, quousque misi ad eos apostolos meos, & ita
eos misericorditer præueni, [*Palam,*] nõ per speciem, sed fidem illuminatam, per scripturas & signa [*Apparui his qui me non interrogabant*]. i. prædictis gentibus, qui non sciscitabantur ab aliis, quomodo possent
Ibidem. venire ad me. [*Ad Israel autem*]. i. populum Iudæorum [*Dicit*] Esaias capi. præmemorato in Christi persona. [*Tota die*]. i. assiduè eo tempore, quo inter Iudæos conuersabar ac docui [*Expandi manus meas*] corporales ac spirituales [*Ad populum non credentem & contradicentem mihi*] ingratos, pfidos, atque blasphemos Iudæos, quibus varia beneficia spiritualia & corporalia præbui, esurientes alendo, ægros sanando,
Ioan. 35. ignorantes docendo, & tandem in cruce pro eorum salute brachia extendendo. ¶ Quia hoc loco dicit
Apostolus Israël, seu Iudæos non cognouisse Christum, cõsiderandum quomodo hoc intelligendũ sit.
Quidam igitur dicunt quod legisperiti sciuerũt eum esse Christum, propter miracula & scripturas. Vn
Ioan. 3. de Nicodemus legisperitus dixit, Scimus quia à deo venisti magister. Nemo enim potest hæc signa face-
Matth. 2. re quæ tu facis, nisi fuerit deus cum illo. Ex inuidia ergo auerterunt populum, ne crederent eum esse
Christum. Glossa verò affirmat Iudæos sic cognouisse, vt nec ratione, nec authoritate contradicere potuerint: sed non verè cognouerunt, ita vt menti eorum bene sederet. Thomas dicit (de cuius dicto sæpe H
Actu. 3. miratus sum) idem dicit Ambrosius, ꝙ certè nouerunt eum esse Christum in lege promissum, vt homi-
1. Corin. 2. nem, sed non cognouerunt naturam eius diuinã. Verum cum Petrus apostolus apertissimè dicat, Fra-
Matth. 16. tres, scio quia per ignorantiã peccastis, sicut & principes vestri. Et Paulus, Si cognouissent (inquit) nun-
Daniel. 9. quam dominũ gloriæ crucifixissent. Christus quoque pharisęos redarguit, quòd eius aduentum non co-
Augustin. gnouerunt ex vaticinio Danielis, qui tempus illud determinauit, Faciem (inquit) cœli iudicare nostis, signa autem temporum non potestis. Vnde secundum Augustinum, diuino moderamine factum est, vt prius Christi aduentus esset occultus, quoniam si manifestus fuisset, nemo illum iudicare aut occidere præsumpsisset. Hinc igitur puto Iudęos sic agnouisse Christum, sicut cognouerũt diaboli, qui à principio natiuitatis vsque ad horam passionis, nunquã habuerũt certam & stabilem de Christo notitiam: sed
coniecturalem, nutantẽ atq; ambiguam. Interdum enim visis aliquibus mirabilibus Christi dixerũt, Sci-
Matth. 4. mus quis sis. Et, Iesu fili dei, quid venisti torquere nos? Interdum verò visis humilitatibus & pœnalita-
Matth. 8. tibus eius, ęstimauerunt eum non esse Christum. Propter quod mortem eius procurauerunt. Ita Iudæi
Lucæ. 8. quandoque verisimiliter suspicabantur eum esse Christum, vt cum dixerunt, Si tu es Christus, dic nobis
Matth. 4. palam. Quandoque autem scandalizabantur in verbis, factis, ac passionibus Christi, putantes eũ non esse
Ioan. 10. Christum. Tandem verò, prævalente inuidia, & sacerdotum ac legisperitorum persuasione populum a-
Matth. 27. uertente, pene omnes opinati sunt eum non esse Christum, dicentes concorditer, Sanguis eius super nos
Ioan. 18. & super filios nostros, Et, Si non esset hic malefactor, non tradidissemus eum.

A Cap. XI. [*Dico ergo, Nunquid repulit deus populum suum?*] Artic. XV.

DE reprobatione Iudæorum iam multa commemorauit apostolus, ne ergo ex hoc gentiles occasionem acciperent spernendi ac insultandi Iudæis, ostendit apostolus genus Iudæorum non omnino esse abiectum. [*Dico ergo*] per modum interrogantis, vt aliorum quæstioni respondeam. [*Nunquid repulit deus populum suum?*] Nunquid omnino abiecit Iudæos? [*Absit. Nam & ego*] Paulus apostolus [*Israelita sum*] natus [*Ex semine Abraham, de tribu Beniamin.*] filij Iacob. [*Non repulit*] id est non dimisit, sed gratiosè vocauit. [*Deus plebem suam (Iudaicam) quam præscisit*] per approbationem, id est quam prædestinauit ad vitam, videlicet apostolos & alia multa mulia Iudæorum. Et hoc declarat apostolus per simile, quod contingit sub Helia. [*An nescis*] id est scire & considerare debetis, [*In Helia*] id 3. Reg. 19.
est de Helia propheta, [*quid dicit scriptura, quemadmodum interpellat*]. i. ad iudicandum inuocat [*Deum*]
zelo iustitiæ, non affectu inuidiæ, [*Aduersus Israel?*]. i. decem tribus idololatriæ deditas, dicens, [*Domine,*
prophetas tuos occiderunt] tempore Achab & Iezabel. Quoniam reprehenderunt idololatriam eorum.
[*Altaria tua suffodèrunt*]. i. funditus destruxerunt, ne remanerent loca cultus diuini. Solebant autem filij Deuter. 16
Israël etiam boni, immolare in excelsis seu locis sublimibus, constructis illic primò altaribus, [*Et ego re-* 3. Reg. 3.
lictus sum solus] cultor tuus. Putabat nanque Helias omnes bonos in Israël fuisse occisos, præsertim
B prophetas, nesciens quomodo Abdias procurator Achab abscondisset centum quinquaginta prophe- 3. Reg. 18.
tas in speluncis. Spiritus enim prophetiæ, nec semper, neque de omnibus simul illuminat corda prophetarum: quia & dona prophetiæ non inest per modum habitus. Vnde cum Dauid dixisset ad Nathan 2. Reg. 7.
prophetam, quomodo vellet ædificare domum domino, statim respondit, Omnia quæ sunt in corde
tuo fac, Quod paulòpost deus prohibuit. Helisæus quoque de muliere Sunamite loquens, Anima eius 4. Reg. 4.
(inquit) in amaritudine est, & dominus celauit me. Propterea dicit Gregorius, quòd prophetæ ex magno vsu prophetandi, quædam dixerunt per spiritum proprium, quæ putabant se dicere per spiritum
prophetiæ. Hoc tamen de scripturis prophetarum veritatem non habet: quoniam nihil scripserunt nisi
per spiritum sanctum. [*Et quærunt animam meam*]. i. vitam meam extinguere quærunt. Iezabel enim cum
suis ministris quærebat Heliam occidere. [*Sed quid dicit illi*] Heliæ [*Diuinum responsum*] tollens eius erro- 3. Reg. 18.
rem. Deinde ponitur responsio dei. [*Reliqui mihi*]. i. ad gloriam nominis mei ab idololatria præseruati,
[*Septem milia virorum.*] Hoc dicitur, vel quia tot erant determinatè, vel ad designandum vniuersitatem
bonorum relictorum. Per septenarium enim vniuersitas, per millenarium verò perfectio designatur.
Porrò de mulieribus, & his qui infra annum vicesimum erant, deum colentibus, non fit mentio secun- Num. 1.
dum consuetudinem Hebræorum, qui nec pueros nec fœminas soliti sunt numerare. Hi tamen forsan
plures fuerunt, quàm viri: maximè, cum fœmine soleant esse deuotiores viris, [*Qui non curuauerunt ge-*
C *nua (sua) ante Baal*] deum Achab & Iezabel. [*Sic ergo & in hoc tempore*] nouæ legis, & primi aduen- Esaiæ. 46.
tus Christi, seu prædicationis apostolorum de quo scriptum est. Ecce nunc tempus acceptabile, [*Re-* 2. Corin. 6.
liquiæ] id est aliqui pauci ex multis deo relicti, id est à deo conseruati, [*Secundum electionem gratiæ*] id est
per gratiosam electionem, vel per gratiam ex diuina electione procedentem, [*Saluæ factæ sunt*] id est libe
ratæ, vocatæ, & iustificatæ per Christum. [*si autem gratia*] id est si per gratiam, salutem hanc consequu- Tit. 3.
tæ sunt [*iam non ex operibus*] id est non propter merita propria sunt saluatæ. Ideo dicit alibi Apostolus,
Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Et Ioan. 15.
Christus, Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. [*Alioquin gratia iam non est gratia*] id est. si dicantur
saluæ factæ istæ reliquiæ per gratiam & etiam propter merita, tunc gratia non erit gratia, quia non gra- Roma. 4.
tis præstatur, sed erit debitum. Dictum est enim supra, Et qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. [*Quid ergo*] restat concludendum ex his? Hoc vtique quod
subditur, [*Quod quærebat Israel*]. i. communis & maior pars Iudęorum, [*Hoc non est consequutus*] scili- Esaiæ. 6.
cet saluationem veram per Christum. [*Electio autem*]. i. prædictæ electæ reliquiæ, [*Consequuta est*] gratiam istam. [*Cæteri vero*] Iudęorum [*excæcati sunt*] corde, [*sicut scriptum est,*] Dedit non influendo malitiam, sed permittendo eandem. [*Illis*] excęcatis Iudęis, [*Deus spiritum cõpunctionis*]. i. animum inuidiosum eos pungentem ex inuidia Christi ac Christi fidelium, deditque eis hoc modo [*oculos*] interiores
D dis, [*vt non audiant*] obedienter prædicationem Euangelij, [*Vsque in hodiernum diem.*] Hæc dictio, vt, tenetur hic consecutiuè, non causaliter. Nostra translatio continet sic, Audite audientes, & nolite intelligere: & videte visiones, & nolite cognoscere. Excæca cor populi huius, &c. [*Et Dauid dicit*] in Psalmo, [*Fiat* Psalm. 68.
mensa eorum coram ipsis in laqueum] id est mensa Iudæorum illaqueet eos. Quod & factum est. Siue per
mensam intelligatur sacra scriptura, quam Iudæi carnaliter intelligendo, laqueo dæmonum strangulan- Ioan. 19.
tur. Siue mensa, quam Christo crucifixo fecerunt, offerentes ei acetum & fel. Propter quam mensam Psalm. 68.
meruerunt illaqueari. Vnde prędictis verbis prępositum Dauid in Christi persona, Et dederunt in escam
meã fel, &c. Potest quoque per mensam intelligi corporalis mensa Iudęorum, quando post Christi ascẽ
sionem congregati sunt in Hierusalem, vt pascha celebrarent & epularentur, & antequam egrederentur
à Romanis obsessi sunt. Quælibet harum mensa facta est eis, [*Et in captionem,*] qua capti sunt ab inuisibilibus ac visibilibus hostibus. s. dęmonibus quantũ ad animam: & Romanis quantũ ad corpora, [*Et in*
scandalum]. i. ruinam de vno peccato in aliud, [*Et in retributionem illis,*] aliarum pœnarũ ipsis inflictarum
in vltionem sanguinis Christi. [*Obscurentur oculi eorum (interiores) ne videant*] id est lumine fidei priuentur, ne suum errorem aut Christi veritatem intelligant, [*Et dorsum*] eorum affectum, qui more dorsi onera cordis portat [*semper incurua*] à rectitudine iustitię atque amore cœlestiũ ad ista terrena. Vel, dorsum eorum semper incurua. i. seruituti aliorum subiice eos: sicut iam cernimus factum, quia Iudęi vbiq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psalm. 80. seruiunt aliis. Sic enim in psalmo habetur, Diuertit ab oneribus dorsum eius. [*Dico ergo,*] Nunquid sic E
offenderunt [*Excæcati Iudæi vt caderent?*] à statu salutis, videlicet, vt ex eorum peccato nulli sequatur vtilitas? [*Absit.*] Non enim permitteret deus mala, nisi aliqua bona cõsequerentur ex eo [*Sed illorum delicto*]. i. Iudæorum obstinatio atque perfidia, [*Salus est gentibus*]. i. occasionem salutis gentilibus præbuit:
Actu. 13. quia Iudæis prędicationem Christi, & apostolorum spernẽtibus, facta est iusta ad gentes transmigratio, prout in Actis Paulus Barnabásque dixerunt, Vobis oportebat primũ loqui verbũ domini: sed quia repulistis illud, ecce conuertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis dominus, [*vt illos æmuletur*]. i. quatenus Iudæi imitentur gentiles ad fidem conuersos, exemplo eorum fidem amplectendo, sicut iam particulariter factum est, & circa finem sæculi generaliter fiet, cum venerit Helias, & restituerit omnia.
Matth. 17. [*Quod si delictum illorum*]. i. incredulitas Iudæorum [*diuitiæ sunt mundi*]. i. occasio spiritualium diuitiarum, videlicet cœlestium gratiarum gentilium. sicut iam dictum est, [*Et diminutio eorum*]. i. si depauperatio vel paucitas Iudæorum ad fidem conuersorum, puta apostoli, [*diuitiæ sunt gentium*]. i. instrumentales causæ, per quas spiritualiter ditatæ sunt gentes, participando copiosa munera gratiæ Christi, [*quanto magis plenitudo eorum?*]. i. omnimoda & plena conuersio Iudæorum, in fine mundi futura, vtilis tunc e-
Actu. 22. rit alis? Bonum enim est potior causa boni, quàm malum. [*Vobis enim dico gentibus*] ad fidem conuersis, [*quandiu quidem ego sum gentium apostolus*]. i. ad gentium conuersionem specialiter deputatus. Sicut dominus aiebat ad me, Vade, quia ad gentes longè mittam te. Hoc autem fuit toto tempore prædicationis meæ, [*Ministerium meum honorificabo*]. i. apostolatus mei officium. f. actum prædicationis reuerenter im F
plebo, faciendo vltra debitum, intendendo videlicet non gentium solùm, sed & Iudæorum conuersioni [*si quo modo* (*i. aliquo modo*) *ad æmulandum*] fidem meam [*pronocem*] verbis, signis ac moribus [*carnem meam*]. i. Iudæos mihi carnali affinitate coniunctos [*& saluos faciam*] dispositiue ac instrumentaliter [*A-*
Zach. 19. *liquos ex illis.*] Scio enim me non omnes posse conuertere, cum hoc in fine mundi futurum sit. [*Si enim amissio*] id est, perditio [*Eorum, reconciliatio est mundi*]. i. gentilium occasionaliter, [*Quæ assumptio*]. i. quis erit fructus electorum Iudæorum ad fidem, [*Nisi vita ex mortuis?*] id est spiritualis viuificatio gentium, à morte peccati resurgentium, per prædicationem electorum Iudæorum, videlicet apostolorum? Magis enim proficere debet electorum assumptio, quàm reproborum repulsio.

¶ Denique, quod Iudæi quandam habilitatem habeant ad conuersionem, nec de eis desperandum sit, manifestat Apostolus per similitudinem delibationis & massæ, radicis quoque & rami. Delibatio autẽ est modicum quid de re aliqua sumptum, ad experiendum valorem totius. Itaque agit, [*quod si delibatio sancta est*] id est si paruus grex ex multitudine Iudæorum ad gratiam dei assumptus, videlicet ordo apostolorum & aliorum ex Iudaismo credentium, sanctus est, [*Et massa*] id est tunc etiam tota multitudo
Eccle. 44. poterit sanctificari, [*Et si radix sancta*] id est cum ipsi patriarchæ & prophetę, de quibus velut de radicibus pullulauit plebs Iudæorum, fuerunt sancti, [*& rami*] id est nati ex eis poterunt sanctificari. Hæ ergo similitudines intelligendæ sunt, quantùm ad potentiam seu aptitudinem, non quantùm ad actum, G
quia & delibatio, massa, radix & ramus non cõueniunt hominibus, nisi metaphoricè.

Matth. 22. ¶ Deinceps apostolus reprimit gentes à contemptu Iudæorum, eo quòd gentes per fideles Iudęos conuersi sint. [*Quod si*] id est quamuis [*Aliqui ex ramis*] id est populo isto ex patriarchis nato, [*Fracti sunt*]. i. à fide & gratia patriarcharum alienati ac mortui, [*Tu autem*] gentilis [*cum oleaster esses*]. i. propter peccata tua, similis olyuæ syluestri, amaræ ac sterili [*insertus*]. i. diuina miseratione incorporatus atque per gratiam adunatus [*Es in illis*] id est in ramis sanctis ac stantibus, scilicet apostolis, cæterisque electis Iudæis. Vel, in illis, id est loco ramorum fractorum. [*Et socius radicis*]. i. collega & consors seu particeps patriarcharum, imitando fidem ipsorum, [*Et pinguedinis oliuæ*]. i. socius spiritualis opulentiæ, consolationis & gratiæ Apostolorum seu electorum Iudæorum, quorum quilibet erat sicut oliua fructififera, in domo
Psalm. 51. dei [*Factus es. Noli gloriari*] inaniter & superbè [*Aduersus ramos*] fractos. i. infideles Iudęos, quasi nõ posi. Petr. 1. sent reparari. [*Quod si gloriaris*] contra illos inaniter, ecce dico tibi verbum, per quod poteris errorem tuum aduertere, [*Non tu radicem*] id est plebem Iudaïcam [*Portas*] eam sustentando aut roborando, [*Sed radix*]. i. plebs ista portat [*Te,*] docens ac roborans te in via Christi. Gentiles enim ex Iudæis spiritualiter nati sunt, recipiendo per eos fidem & euangelium Christi, idcirco non debent insultare Iudęis.

¶ Deinde apostolus soluit obiectionẽ gentilium arguentiũ se posse gloriari contra ramos fractos, quãuis non contra radices, ramósq; stantes. [*Dicis ergo*] tu gentilis, [*Fracti sunt rami*]. i. Iudęi à gratia exciderunt,
Esaiæ. 7. [*vt ego inserar*] secundum modũ iam declaratum. [*Bene*]. i. ita sit & verum dicis. Nam [*Propter incredulitatem*] suam & cordis obstinationem [*Fracti sunt, tu autem fide,*] virtute & meritò fidei tibi concessæ [*Stas*] H
corde erectus ad deum. Veruntamẽ [*Noli altum sapere*]. i. superbire, vel de teipso sublimiter quid sentire præferendo te illis: qua si tu tantũ dilectus sis deo, vt deus permiserit illos frangi, quatenus tu inseraris. Illi enim fracti sunt directè & per se, propter suã incredulitatẽ: sed propter tuam insertionẽ fracti sunt in-
Psalm. 130. directè & occasionaliter. [*Sed time*] iu dicia dei, filiali ac casto timore. Hoc quod dictum est, Noli altũ sapere, quidam allegare solent aduersus studiosos, qui libros difficilles & profundos legere solent, nõ intelligentes mentem apostoli, neq; pensantes formã & finem introductionis horum verborum. Aliqui tamen ambulant in mirabilibus sup se, quib' melius esset circa propriorũ vitiorũ eradicationem, atq; dominicæ passionis meditationẽ occupari assiduè. Cur autẽ gentilis contra Iudęum superbire non debeat,
Matth. 8. subditur. [*Si enim deus naturalibus ramis*]. i. Iudæis filiis prophetarum ac patriarcharum, qui ratione originis videbantur specialiter pertinere ad numerũ electorũ, qui à Christo appellati sunt filij regni, [*Non pepercit,*] sed eos propter superbiam dereliquit & spreuit, vide [*Ne forte nec tibi parcat*] qui alienigena
1. Ioan. 2. eras & oleaster. ¶ Ex præinductis infert apostolus saluberrimam admonitionem, [*Vide ergo*] ò gentilis Christianæ, id est diligenter considera [*Bonitatem*]. i. misericordiam [*Et seueritatem*] id est rigorem iusti-

A tiæ [*Dei,*] vt dicas veraciter cum Psalmista, Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Et rursus, Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas, [*In eos quidem qui crediderunt*] peccando & pœnam Psal. 100.
débitam sustinendo scilicet in Iudæos, vide [*Seueritatem*] id est districtam dei iustitiam, qua illos Psalm. 24.
iustè reliquit, [*In te autem*] ad Christum conuerso, vide [*Bonitatem dei*] id est clementiam dei, [*Si permanseris in bonitate*] id est in bona & virtuosa conuersatione. [*Alioquin et tu excideris*] à mystico corpore Christi, atque à radice ac oliua prædictis, erisque stirps inutilis & igni traderis. Cum ergo ignoremus an permansuri simus in bonitate, oportet nos semper esse timoratos atque solicitos, attenden- Ioann. 15.
tes & vigilanter implentes illud Deutero. Custodi temetipsum, & animam tuam solicitè, & ne obliuiscaris verborum dei tui cunctis diebus vitæ tuæ. [*Sed et illi*] fracti rami, infideles Iudæis [*si non*] Deute. 4.
[*permanserint*] finaliter [*In incredulitate inserentur*] consortio electorum seu radici suæ, videlicet patriarchis, & erunt veri filij eorum non solùm carnali origine, sed fide ac opere, [*Potens est enim deus*] cui nihil difficile est. [*Iterum inserere illos*] impios iustificando, ideo desperandum non est. [*Nam si et tu*] gentilis [*Ex naturali excisus es oleastro*] id est à conuersatione vitiosa & sterili liberatus, & per hoc à teipso mutatus, qui eras oleaster naturalis per similitudinem, quoniam in generalitate natus ac enutritus Iob 8. Esaiæ. 43.
fuisti, [*Et contra naturam*] id est solitum cursum naturæ, quæ non solet surculum malum inserere
arbori bonæ, [*Insertus*] id est intimè recopulatus [*Es per fidem,*] charitatem & gratiam [*In bonam* Matth. 15.
B *oliuam*] id est oliuæ bonæ, pingui & fructuosæ, videlicet sanctis patriarchis atque apostolis spirituali pinguedine internæ consolationis, synceriſimæ contemplationis ac feruidæ dilectionis copiosè repletis, [*Quanto magis hi qui* (*sum*) *secundum naturam*] id est Iudæi qui sunt naturales rami, vt patuit, [*Inserentur*] id est incoporabuntur [*Suæ oliuæ?*] id est populo suo electo, si non permanserint in incre- Origenes.
dulitate. Nempe (vt ait Origenes) facilius esse videtur proprię arboris ramos suæ radici reddere, quàm inserere alienos. Si ergo gentiles inserti sunt fidei apostolorum ac prophetarum, multò facilius Iudæi inseri poterunt, si tamen fecerint quod in se est. [*Nolo enim vos ignorare* (*o*) *fratres mysterium*] id est Episto.
diuinum secretum, seu occultum dei iudicium, [*Hoc*] quod subditur, [*Vt non sitis vobismetipsis*] id est in propriis oculis [*Sapientes, quia cæcitas ex parte*] id est ꝙ spiritualis excæcatio [*Contingit in Israel*] id est populo Iudæorum, quæ cæcitas duratura est, [*Donec plenitudo gentium*] id est vniuersitas gentilium prædestinata, [*Intraret*] statum salutis & Christi ouile, [*Et sic*] ingressis gentilibus, [*Omnis Israel*] id Hiere. 33.
est totus populus Iudæorum [*Saluus fieret*] credendo in Christum. Quod erit circa terminum mundi. prędicantibus Helia & Enoch, qui patefacta Antichristi nequitia populum Iudæorum tunc superstiC tem existentem conuerterent: quemadmodum per prophetam dominus protestatur, Ecce ego mittam vobis Heliam prophetam, antequam veniat dies domini magnus & horribilis, & conuertet cor patrum Malac. 4.
ad filios, & cor filiorum ad patres, de qua etiam finali Iudæorum conuersione & longa eorum interim desolatione scriptum est per prophetam, Dies multos sedebunt filii Israël sine rege, & sine principe, & Osee. 3.
sine sacrificio, sine altari, & sine Ephot, & sine Teraphin, Et post hæc reuertantur filii Israël, & quærent dominum deum suum, & Dauid regem suum, & pauebunt ad dominum, & ad bonum eius in nouissimo dierum. Per Dauid autem omnes intelligunt Christum. [*Sicut scriptum est*] apud Esaiam secundum translationem septuaginta. [*Veniet ex sion*] id est ex populo Iudęorum nascetur & egredietur Christus, [*Qui eripiat*] modò, quantùm ad aliquos [*Et auertat*] in fine mundi communiter [*impietatem*] id est Esaiæ. 59.
infidelitatem & cætera vitia [*Ab Iacob*] id est à populo Iudæorum. [*Et hoc illis a me testamentum*] id est euangelica lex seu firma promissio hæreditatis æternæ dabitur Iudæis à me [*Cum abstulero peccata eorum*] Matth. 7.
in fine mundi, cum conuertero eos ad Christum. Sic enim alibi scriptum est, Reuertetur & miserebitur nostri. Depone omnes iniquitates nostras, & proiciet in profundum maris omnia peccata nostra. ¶ Por- Lucæ. 13.
rò translatio Hieronymi talis est, Timebunt qui ab occidente nomen domini, & qui ab ortu gloriam eius cum venerit quasi torrens violentus, & venerit Sion redemptor, & eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob. Hoc fœdus meum cum eis. [*Secundum Euangelium quidem.*] id est propter euangelium Christi, cui contradicunt, sunt Iudæi iam [*inimici*] deo & bonis hominibus. Et hoc [*Propter vos*] id est ad ve-
D stram vtilitatem, quia (vt dictum est) ideo permisit eos deus excæcari, vt eorum excæcatio esset occasio Esaiæ. 6.
illuminationis gentilium, [*Secundum electionem autem*] id est propter gratiam eligentis, sunt quidam Ioann. 12.
eorum [*Charissimi deo*] id est singulatiter prælecti, sicut Apostoli, [*Propter patres*] id est vt promissiones factæ patriarchis implerentur, in his electis reliquis Iudæorum. Vel, secundum electionem id est ob exhibitionem beneficiorum dei eis collatorum, & quia ad cultum dei specialiter deputati fuerunt, sunt charissimi. Et hoc propter patres, id est quia de semine patriarcharum sunt. Cur autẽ propter patres sunt charissimi secundum electionem, subiungitur, [*Sine pœnitentia enim*] id est sine variatione propositi & dolore [*sunt dona*] dei gratuita [*Et vocatio dei*] qua vocat vel vocare decreuit electos ad gratiã, hoc est deus non pœnitet de hoc quòd aliquibus Iudæorum decreuit atque promisit salutem conferre. Idcireo sicut promisit patriarchis conuersionem Iudæorum, sic fiet. Vnde scriptum est, Porrò tri- 1. Reg. 13.
umphator in Israël pœnitudine non flectetur: Neque enim homo est, vt agat pœnitentiam. Et Iaco- Iaco. 1.
bus, Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Quod ergo in Genesi ait, Pœ- Genes. 6.
nitet me fecisse hominem, metaphoricè dicitur. Sicut & illud, Tactus dolore cordis intrinsecus. Vel sic, Ibidem.
Sine pœnitentia enim hominis præcedente, sunt dona dei & vocatio ad fidem. Non enim propter meritum proprium quisquam ad fidem vocatur, gratiamque primam sortitur. ¶ Ponit præterea sanctus Apostolus conuenientiam quandam ad declarandum, ꝙ Iudæi tandem misericordiam consequẽtur. [*Sicut enim aliquando*] scilicet tempore idololatrię vestræ, [*Et vos*] gentiles [*Non credidistis deo*] sed idolis [*Nunc autem*] tempore euangelicæ prædicationis, [*Misericordiam*] id est gratiam dei [*Consecuti estis propter illorum*] videlicet Iudæorum [*incredulitatem*] id est occasione incredulitatis eorum. Qua illo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Actu.13. rum damnatio & excisio fuit occasionaliter vestra salus atque insertio, sicut ostensum est. [*Ita et isti*] Iudæi [*Nunc*] tempore gratiæ, [*Non crediderunt in vestram misericordiam*] id est non crediderunt quod veraciter misericordiam consecuti essetis. Vel non crediderunt, id est credendo non peruenerunt in vestram misericordiam, id est fidem & gratiam à deo vobis clementer exhibitam [*Vt et ipsi misericordiam consequantur*] hoc est, miseratio vobis impensu fiat eius miserationis acquirendæ occasio. Quoniam deus, qui nunc misertus est gentibus tandem dignum ducet misereri Iudæis, qui olim fuerunt populus peculiaris. Sic ergo de Iudæis & Gentibus factum est. [*Conclusit enim*] id est esse conuicit, seu concludi permisit [*Deus omnia*] id est genera hominum, scilicet Iudæos & Gentiles [*in incredulitate*] Vterque enim populus multoties idolis deseruiuit [*Vt omnium misereatur*] id est quosdam ex omnibus illis conuertat ac saluet. Hæc dictio, vt, tenetur hic consecutiue, non causaliter, quia non ideo permisit deus illos errare, vt misereretur eis. Sic enim nostra malitia esset directè causa glorificationis, seu manifestatio pietatis diuinæ, & ita placeret deo. Indirectè tamen est causa eius, vt dictum est, secundum quod bonus deus non permitteret mala, nisi bona elicerentur ex malo.

Deuter. 7. 14.28. Matth. 28. 1. Timo. 2.

¶Ex consideratione insuper mirabilium, quæ de prædestinatione ac reprobatione, & eorum quæ sequuntur ex illis inducta sunt, admirans Apostolus, stupens ac tremens exclamat, *O altitudo*] id est sublimis profunditas & profunda sublimitas [*Diuitiarum*] id est plenitudinis [*sapientiæ*] quantùm ad diuina & superiora, [*Et scientiæ*] quantùm ad humana ac inferiora [*Dei*] omnia cognoscentis. Cuius notitia quamuis in se vna & simplex consistat, multis tamen nominibus designatur secundum diuersitatem

Epistо

Psalm. 47. 146. Psalm. 118.

eorum quæ cognoscuntur. Quanta autem sit altitudo sapientiæ & scientiæ dei, ex scriptura aliquo modo innotescit. Ait enim Psalmista, magnus dominus noster, & sapientiæ eius non est numerus. Item Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est & non potero ad eam. Altitudo autem diuitiarum sapientiæ dei aliud non est, nisi sapientia dei altissima atque plenissima, [*Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius.*] Siue per iudicia dei intelligamus dispositiones rerum seu decreta dei de rebus, secundum quod dispositiones istæ sunt in mente diuina, siue effectus diuinæ iustitiæ, quos deus iudicãdo efficit in rebus: certum est, quòd iudicia ista omnem capacitatem mentis humanæ prorsus excedunt, quemadmodum sapientia, scientia, & iustitia vnde procedunt. Propter quod scriptũ est, Fortissimè, magne & potens, deus exercituum nomẽ tibi, magnus consilio, & incõprehensibilis cogitatu. Iob quoq; ait, Digne eũ

Hiere. 32. Iob. 37.

inuenire non possumus. Magnus fortitudine, & iudicio & iustitia, & enarrari non potest. Ideo timebunt eum viri, & non audebunt contemplari omnes, qui sibi videntur sapientes. [*Et quam inuestigabiles*] sunt [*Viæ eius*] id est processus seu executiones operum diuinorum, quia nec modum emanationis rerum à deo, nec gubernationis, nec modum beatificationis electorum intelligere possumus. Ideo Salomon di-

Eccles. 1. Sapien. 9. Esaiæ. 40. Eccles. 9. Sapien. 9. Iohelis, 1. Esaiæ. 40. 1. Corin. 11.

cit, Cuncta res difficiles, non potest homo eas explicare sermone. [*Quis enim cognouit sensum domini?*] id est dictamen intellectus diuini de rebus videlicet, quid deus de creaturis suis facere cogitauit, quid de singulis sentiat, quid de omnibus intra se iudicet? nescit quoque homo an amore dignus sit, an odio. Ideo in libro Sapientiæ legitur, Sensum tuum domine quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum tuum de cœlis? [*Aut quis consiliarius eius fuit?*] hoc est, quis dedit deo consilium de dispositionibus & productionibus rerum? Nullus planè, quia non indiget alicuius auxilio, aut doctrina. [*Aut quis prior dedit illi*] hoc est, quis aliquid perfectionis contulit deo, existens ante eũ, [*Et retribuetur ei*] à deo donum condignum? Nullus vtique, quia omnia alia habent à deo quicquid habẽt boni, & sunt. Hoc sumpsit Apostolus ex eo quod scriptũ est in Esaia, Quis adiuuit spiritum domini, aut quis cõsiliarius eius fuit & ostendit illi? Cum quo iniit consiliũ, & instruxit eum, &c. [*Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia*] De huius verbi intellectu multa dici possent, sed breuiter dico, quòd deus est causa rerum in triplici genere causandi. Est enim causa efficiens, causa formalis, formans seu exemplaris, & causa finalis. Dicitur, & causa efficiens ratione potentiæ, qua cuncta creauit: causa exemplaris, ratione sapiẽtię, qua viuersa disposuit & distinxit: causa finalis ratione bonitatis, qua omnia ad seipsum reducit, conseruat, & ad proprios fines inclinat. Quoniam ergo potentia attribuitur patri, sapientia filio, bonitas spiri-

Psalm. 32. Ioann. 1.

tui sancto, idcirco quod dicitur, ex ipso, propriè refertur ad patrem: quod verò adiicitur, per ipsum, refertur ad filium: (Omnia enim facta sunt per ipsum) & quod subditur, & ipso, refertur ad spiritũ sanctũ, cui ratione clementię cõpetit res conseruare, perficere, inclinare ad optima. Et ita in verbis apostoli notatur trinitas personarum, & distinctiua proprietas causalitatis earum. Veruntamen cũ vnaquæque diuina persona sit verus creator, perfecta causa omnium rerum, & vnicuiq; earũ conueniat potentia, sapiẽtia & bonitas: ideo de qualibet trium personarũ intelligi potest, quoniam ex ipsa, & per ipsam, & in ipsa sunt omnia. Nam & quælibet earum est omnium rerum causa efficiens creando: exemplaris, secundũ

1. Timo. 1.

æternam rationem idæam seu speciem producendo: finalis vniuersa propter debitum finẽ & maximè propter vltimum finem, agendo & conseruando. De hoc primo sententiarum aptior locus est. [*ipsi(deo vni ac trino) honor et gloria in sæcula sæculorum Amen.*] Nil iustius, nil que ad promerendũ efficaci⁹, quàm vt toto corde optemus deum ab hominibus honorificari & glorificari, totisque viribus faciamus hoc ipsum.

Epistо. Cap. x i i. [*Obsecro itaque vos fratres, et c.*] Artic. x v i i.

Matth. 18. 1. Corin. 7.

OSt reductionem Romanorum ad sanctam concordiam, iam instruuntur in moribus. [*Obsecro itaque*] per sacrum aliquod rogo [*vos fratres*] videlicet [*per misericordiam dei*] hoc est, per pietatem ac bonitatem diuinam, vt propter dignitatem ac reuerentiam eius acquiescatis petitioni meæ. Vel, per misericordiam dei, id est per effectum diuinæ pietatis, scilicet per gratiam dei, mihi & vobis impensam. Potius autem dicit obse-

A cro quàm iubeo. quia (vt Seneca ait (generosus est animus hominis, & facilius ducitur quàm trahitur. Vnde & Philomeni scribens Apostolus, Fiduciam (inquit) multã habens imperandi tibi, propter charitatem magis obsecro, [*Vt exhibeatis*] id est agatis & sponte offeratis domino [*Corpora vestra*] non solùm exteriora vestra, [*Hostiam viuentem*] id est viuificè mortificatam, & mortificè viuificatam: quatenus corpora vestra fiant hostiæ per carnalium desideriorum mortificationem seu extirpationem: iuxta illud, Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram. Et iterum. Quoniam propter te mortificamur tota die. Sint verò hostiæ viuentes per operationes virtuosas vitam æternam mercantes. [*Sanctam*] carnalibus sordibus expurgatam, [*Deo placentem,*] id est ad vltimam finem desque gloriam, ordinatam, [*Rationabile*] id est discretum ac moderatum sit [*Obsequium vestrum*] quod deo offertis in cornorum instrumentum esse non possit, & ne nimis delicatè tractetur, aut minus iusto affligatur. Cum enim corpus sit animæ instrumentum, regendum est secundum exigentiam vtilitatemque animæ, vt tantùm affligatur in parcimonia cibi, potus, somni, vestitus, & omnium exteriorum consolationum, quantùm anima ferre potest sine corporis defectione. Idcirco discretio summè necessaria est, quæ est mater & custos ac fotrix virtutũ. Propterea enim scriptum & iussum est, In omni oblatione offeres sal.

Philom. 6. Coll. 2. Psalm. 41.

B Et Christus, Habete (inquit) in vobis sal. Hinc etiam scriptum est per Hieremiã, Quia plus facit quàm potuit, idcirco periit. Corporalis igitur exercitatio moderanda est secundum quod expedit profectui animę in interioribus suis. [*Et nolite conformari*] affectu, actu, consensu, aut simili modo [*Huic sæculo*] id est mundanis & vanis hominibus. Amititia enim huius mundi, inimica est deo. Qui ergo voluerit amicus huius mundi fieri, inimicus dei constituetur. Ideo monet Ioannes, Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt [*Sed reformamini*] id est amissam dei similitudinem, rursus acquirite, [*In nouitate sensus vestri*] id est adipiscendo spiritualem atque internam mentis vestræ innouationem, Deformati enim sumus in primo parente perdendo originalem iustitiam, per quam deo assimilabamur, & incurrendo originale peccatum & vulnera animæ, quibus primo parente lapso conformamur. Iubemur ergo exuere veterem hominem cum actibus suis, & induere nouum qui secundum deum creatus est, vt renouetur sicut aquilæ iuuentus animæ nostræ, obtinendo quotidie virorem virtutum, & gratiarũ cœlestium recentem decorem, sicque redeamus ad pristinam baptismatis innocentiam, atque originalis iustitiæ conformitatem. Hoc est, quod in prima Canonica admonet beatissimus Petrus, Deponentes omnem malitiam, quasi modò geniti infantes rationabiles, lac concupiscite, vt in eo crescatis in salu-

Leuit. 2. Mac. 9. Hiere. 48. Iacob 1. 1. Ioan. 3. Genes. 3. Collo. 3. Psalm. 102.

C tem. Et Hieremias, Innoua dies nostros sicut à principio, Sic itaque reformari studete, [*Vt probetis*] id est qui deus velit, quid deo complaceat: cuius vtique voluntas [*Bona est*] quia non vult nisi bona, [*Et beneplacens*] electis fidelibus & amicis, qui sunt vnum cum deo per vnionem affectuum, [*Et perfecta*] id est sanctissima, & cunctis rebus prestantior.

1. Petri. 2. Thren. 5. Palm. 35. 1. Thes. 4. Mich. 6. Colla. 3.

¶Aduertendum autem quòd voluntas dei quandoque accipitur pro potentia siue actione volitiua existente in deo, qua vult, quæ semper implẽtur, De qua ait per Esaiam, Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Et Psalmista, Omnia quecunque voluit dominus, fecit. Hæc est voluntas bena-

Esaiæ. 49. Psalm. 134.

placiti, & secundum hanc acceptionem voluntatis diuinæ procedit expositio iam inducta. Secundò, voluntas dei dicitur id quod vult, vel signum voluntatis diuinæ. Sicque præceptum & consilium dicuntur voluntas dei quæ non semper impletur. Ideo petimus eam impleri, dicentes, Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra. Et de hac quacunque voluntate potest exponi litera hoc modo, Probetis per execution em, quæ sit voluntas dei, id est iussio, consultio, prohibitio voluntatis diuinę: quæ iussio, consultio, &c. est bona inquantùm concernit bona naturæ, & statum incipientiũ. Est & beneplacẽs deo ac bonis hominibus, prout respicit bona gratiæ. & statum proficientium. Est quoque perfecta secundũ quod respicit bona gloriæ quæ iubet finaliter appeti, & statum perfectorum. Qui autẽ sanctam atque internã vitam ducit, experimentaliter nosci & gustat quid placeat & quid displiceat deo. Dum enim remor-

Matth. 6. Esaiæ. 58.

sum non habet, sed deo solicitè deseruit, & delectatur in ipso, omne peccatum detestans, tunc spiritus

D sanctus perhibet ei testimonium quòd voluntas sua vnita & concors sit deo. Vnde ait Saluator, Si quis voluerit voluntatem dei facere, cognoscet de doctrina an ex deo sit. Deinceps iubet apostolus vt omne obsequium, & exercitium nostrum internum sit rationabile seu discretum. [*Dico enim (id est præcipio) per gratiam quæ data est mihi,*] hoc est Apostolica authoritate mihi gratiosè collata, [*omnibus qui sunt inter vos*] Iudæis & Gentibus ad idem conuersis, [*Non plus sapere quam oportet sapere*] id est non magis inuestigare, discutere, cõtemplari diuina mysteria, fideque arcana, quam oportet vel expedit, quam scriptura docet, quam intellectus vester capere valet. Propter quod Dionysius & Damascenus testantur. Non est audendum aliquid de supersubstantiali deitate asserere, præter ea quæ nobis in sacris eloquis tradita sunt. ¶Denique scrutator maiestatis opprimetur à gloria, tanquam temerarius & præsumptor. Ideirco legitur, Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi deus, illa cogita semper. Per hæc tamen & similia non prohibetur humilis perscrutatio, profunda & diligens inquisitio sacræ scripturæ in locis difficilibus, & his quæ huiusmodi loca concernunt: cum dicat Psalmista, Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea. Sed semper in tali studio nititendum est auxilio gratiæ dei. Propter quod ait idem Psalmographus, Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. [*Sed sapere ad sobrietatem (id est temperate) & vnicuique*] vestrum præcipio sapere, [*Sicut deus diuisit mensuram fidei,*] id est secundum modum, quem fides docet esse seruandum in hoc, vt scilicet vnusquisque secundum exigẽtiam sui officii occupet se in perscrutatione diuinorum. Vel, secũdum mensuram fidei, id est secundum qualitatem donorum quæ per fidem præstantur. Qui enim ma-

Dionysius Damasce. Prouer. 25. Eccles. 3. Ioann. 15. Psalm. 18. Ibidem. Tit. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iora dona sapientiæ & scientiæ receperunt, profundius inuestigare possunt diuina, quàm simplices: i-
Dionysius mò vt asserit Dionysius, quod vni cibus est, hoc alteri est venenum. ¶ Quòd autem diuersis diuersa
data sint dona mensuratè diuisa, diuersos actus habentia, ostendit per simile in corpore humano. [*Sicut enim in vno corpore (naturali, organico, animato) multa membra*] videlicet oculos, manus, pedes, [*Habemus, omnia autem membra non eundem actum habent., ita multi*] fideles [*vnum corpus (mysticum, charitate connexum) sumus in Christo*] capite nostro, à quo motum virtutum, & vitam gratiæ participamus,
Ephes.3. sicut à capite cætera membra motum & vitam naturalem recipiunt. [*Singuli autem (sumus) alter alterius membra,*] id est vnusquisque nostrûm est membrum alterius mysticum, puta per similitudinem spiritualem. Quoniam sicut vnum membrum seruit atque communicat alteri suam vtilitatem, vt oculus videt toti corpori, manus operantur pro substentatione totius corporis: sic vnus fidelium communi-
1.Petri.4. care debet alteri dona sibi cõcessa. Quemadmodum Petrus hortatur, Vnusquisque sicut accepit gra-
Matth.19. tiam in alterutrum illam administrantes. Gratiæ etenim gratis datæ. quannis aliquib⁹ spicialiter dentur,
Episto. ordinantur tamen ad commodum aliorum. Vnde de diuersitate donorum singulis concessorum subiungitur. [*Habentes (autem) donationes*] id est sic singuli sumus membra alterius, sed habemus donatio-
1. Corin.12 nes [*Secundum gratiam, quæ data est nobis differentes.*] Hoc est, dona dicta secundum gratiam maiorem, vel minorem nobis impensam. Vnusquisque enim suum donum habet à deo, alius quidem sic,
1.Corin.7. alius verò sic, secundum quod misericordia & gratia dei maior est in vno q̃ in alio. Cætera quippe dona supernaturalia siue gratuita, mensuram gratiæ habitualis & primæ, aliquo modo sequuntur.
¶ Deinde explicat dona ista diuersis diuersimode distributa, [*Siue prophetiam*] id est reuelationem secretorum, maximè futurorum humanam rationem transcendentium sumus habentes: & hoc [*Se-*
2.Petri.1. *cundum rationem*] id est secundum finem & exigentiam, [*Fidei*] catholicæ. Prophetia nanque ordinatur ad fidei roborationem, & propriè respicit in ea quæ pertinent ad salutem, quæ est finis, quem fides docet atque proponit. Ideo secundum fidei rationem prophetia confertur diuinitus, & sic habetur à nobis. [*Siue*] habentes, [*Ministerium*] ecclesiasticum, vt ordinati sumus membra aliorum [*in ministrando*] eis sacrmenta ecclesiæ, [*Siue qui docet*] id est gratiam instruendi habens, sit membrum alterius, [*in doctrinam*] id est in exhibitione doctrinæ. [*Qui exhortatur*] id est gratiam exhortationis sortitus, sit membrum aliorum, [*in exhortando*] eos ad meliora. [*Qui tribuit*] eleemosynam, tribuat [*in simplicitate*] id est, simplici intentione, videlicet ad gloriam dei, non propter laudem
Sapien. 6. humanam. [*Qui præest*] id est prælatus seu princeps, præsit subiectis, [*in solicitudine*] id est vigilanter
M.ch.6. & timoratè, perpendens illud Sapientis, Iudicium grauissimum in his qui præsunt, fiet. Si enim vnumquenque nostrûm, iuxta Michæam prophetam, oporteat solicitè ambulare cum deo suo: quan-
2.Corin.9. tò magis aliorum prælatum, quem vtique tantò solicitius conuersari oportet, quantò plurium animarum constitutus est custos? [*Qui miseretur*] hoc est, aliis condolet & succurrit, [*in hilaritate*] cor-
Iob.16. dis hoc faciat, ne suo mœrore miserum magis affligat. Vnde de quibusdam scriptum est, Consolato-
Psalm. 111. res onerosi vos omnes. Quo contra ait psalmista, Iucundus homo qui miseretur & commodat. Nec obest, quod infra dicit Apostolus, Flere cum flentibus. Quanuis enim qui miseretur aliis aliquo modo contristetur, & lugeat: totum tamen fieri debet, non in deiectione spiritus, sed in hilaritate: quia ad hoc niti debet, vt alterius miseriam releuet, eique animo læto subueniat. [*Dilectio*] dei &
Sapient. 6. proximi, sit [*sine simulatione*] id est non ficta, quemadmodum scriptum est, Non diligamus verbo,
1.Ioan.3. neque lingua, sed opere & veritate. Simulatores autem & callidi, prouocant iram dei. [*Simus quo-*
Iob. 6. *que odientes malum*] culpæ in nobisipsis & proximis. Naturam verò & gratiam diligamus in omnibus, [*Adhærentes bono*] id est virtutibus, seu virtuosis hominibus. Iuxta illud, Cum viro sancto as-
Eccles.37. siduus esto. Et iterum ait scriptura, Cum videris sensatum, statim euigila ad illum, [*Charitatem fra-*
Eccles.6. *ternitatis inuicem diligentes*] hoc est quod fratres se inuicem diligant. Ne sitis seminatores discordiæ,
1.Ioann.4. sed amantes communem charitatem in ommibus, [*Honore inuicem præuenientes*] ex humilitate. Qui-
1.Petri.4. libet enim potest considerare aliquid boni in alio, quod ipse non habet, vel ex alia rationabili causa potest alteri primo reuerentiam exhibere, vel intus in corde, vel foris. Exteriore autem honore inuicem præuenire, maximè pertinet ad æquales, & subditos, ac iuniores & hoc vtique multùm
1.Petri.2. nutrit charitatem fraternam. Propter quod Petrus, Omnes, inquit honorate. Et Christus in
Matth.22. Euangelio, Qui maior est vestrûm, sit vester minister. Denique scriptum est, Quantò maior es,
Eccles.3. humilia te in omnibus, & inuenies gratiam coram deo & hominibus. Aliqui verò sunt dura ceruice, qui nec honorantes se sciunt rehonorare, nec superioribus suis debitam reuerentiam exhibere. Ista honoratio proximi est actus duliæ, quæ est virtus, debitam creaturis reuerentiam afferens. [*Solicitudine non pigri*] ad habendam solicitudeum bonam, quæ est vigilantia cordis in bonis. Vel non pigri, ad executionem solicitam veræ & intimæ solicitudinis. Est autem quædam solicitudo vana at-
Prouer.11. que superflua, quæ versatur circa hæc temporalia: de qua Salomon ait, Expectatio solicitorum peri-
Philip.3. bit. Et Apostolus, Nihil, inquit, solliciti sitis, [*spiritu feruentes*] calore diuini amoris, ne charitas
Apoca. 3. refrigescat in nobis, & cuomat nos Christus, [*Domino seruientes*] seruitute latriæ, de qua scriptum
Deut.6. est, Dominum deum tuum timebis, & illi soli seruies. [*Spe gaudentes*] id est de certa expectatio-
Matth. 4. ne futuræ beatitudinis spiritualiter iucundantes in deo, qui vos ad æternam beatitudinem inuitauit.
Hierony. Propter quod gratiæ referendæ sunt ei indesinenter. Nihil enim Christiano felicius, cui promittuntur regna cœlorum. [*in tribulatione*] iustè vel iniustè illata, à mundo vel dæmone. estote
Matth. 5. [*Patientes*] repellendo à vobis passionem tristitiæ: quoniam scriptum est, Beati qui persequutio-
Iudich. 8. nem patiuntur propter iustitiam. Et alibi habetur, illi qui tentationes non susceperunt in tu-
2.Timo.3. more dei & patientia, exterminati sunt. Denique omnes qui volunt piè viuere in Christo, persecu-

A tionem patientur. Et per multas tribulationes oportet nos ingredi regnum cœlorum. Idcirco in tribu-
lationibus, tanquam in optima via peruenièdi ad deum, oportet nos cordialiter exultare. Ait enim Psal- Psalm.33.
misita, iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde. Et dominus, Cum ipso, inquit, sum in tribulatio- Psal. . 90.
ne, [*Orationi instantes, necessitatibus sanctorum*] id est penuriis seruorum Christi estote [*Communicantes*]
hoc est, communia facientes bona vestra supplendo eorum inopiam. Vnde ad Hebræos dicit Apostolus, Beneficentiæ. & communionis nolite obliuisci, [*Hospitalitatem sectantes*] peregrinos & pauperes re-
cipiendo gratis in propria domo. Iuxta illud, Egenos vagosque induc in domum tuam. Item & illud, Hebre. 13.
Hospitales inuicem sine murmuratione. Hinc alibi dicit apostolus, Hospitalitatem nolite obliuisci. Per Esaiæ.38.
hanc enim placuerunt quidam, videlicet Abraham & Loth, angelis hospitio receptis. Ioannes quoque in 1.Petri.4.
sua canonica de quodam peruerso conqueritur, Ipse non recipit fratres: & eos qui recipiunt, prohibet, Hebre. 13.
Ecce quantùm amanda, sectanda & continuanda est Christianis virtus hospitalitatis, quæ tot Apostolo- Genes. 18.
rum testimoniis comprobatur. Nam & Christus in die iudicij dicturus est reprobis, Hospes fui, & Genes. 19.
non collegistis me. Ideo ait beatus Iob, Foris non remansit peregrinus, ostium meum viatori patuit. [*Be-* Ioann.3.
nedicite] id est bona dicite & orate pro [*Persequentibus vos, benedicite*] eis. [*Et nolite maledicere*] eis. Re- Matth. 25.
petitio, confirmationis & magnæ seriositatis iudiciũ est. Hoc est quod ait Saluator, Orate p̃ persequẽ- Iob 31.
tibus & calumniantibus vos. Et, Benedicite maledicentibus vobis. Hoc faciendo, veraciter sequimur Matth. 5.
vestigia Christi. De quo Petrus affirmat, Cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non Lucæ.6.
B comminabatur Hortor insuper vos. [*Gaudere cum gaudentibus*] id est congratulari his, qui de bonis o- 1.Petri.2.
peribus gaudent in domino. Non autem debemus cum peruersis & vanè iucundis gaudere. De quibus
scriptum est, Mundus gaudebit, vos autem contristabimini. [*Flere cum flentibus*] condolendo affrictis. si- Ioann.16.
cut Iob ait, Flebam quondam super eo qui afflictus erat: & compatiebatur anima mea pauperi. Verun- Iob.30.
tamẽ non debemus cum omnibus flentibus æqualiter flere. Est enim fletus alius inordinatus, quo pro-
pter amissionem temporalium rerum quis superfluè luget. Sic flentibus conflere debemus, compatien-
do eorum errori, quatenus cessent sic flere. Alius est fletus ordinatus propter peccata, seu gloriæ dila-
tionem, Sic flenti conflere debemus, quatenus veniam consequatur, seu gloriam. Non autem vt fletus
talis statim tollatur ab eis, nisi fortè per accidens obesset spiritui, inducendo corporis debilitatem, aut a-
liud nocumentum. Imò simpliciter gaudendum est de bono fletu alterius. [*Idipsum inuicem sentientes,*]
id est conformantes vos mutuo in affectu & intellectu, vt sitis conformes in domino. [*Non alta sapien-*
tes] de vobismetipsis, id est non magna præsumentes de vobis: sicut ait Psalmista, Domine, non est ex-
altatum cor meum, neque ambulaui in magnis, [*Sed humilibus*] cogitationib⁹ estote [*Consentientes,*] vt par Psalm.130.
vos sapientes, aut cæteris magis sensatos. Imò si aliquid sapiẽtię vel sciẽtię in vobis est totum deo asseri Finis
bite, & nolite in vobisipsis inaniter exultare, & simplices spernere. Vnde Salomõ dicit, Vidistis hosem Episto.
C sapientem sibi videre, magis illo spem stultus habebit. Et iterum, Prudentiæ tuæ pone modum. Et rur- 1.Reg.15.
sus alibi habetur, Vę qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes, [*Nulli malum* Prouer.16.
pro malo reddentes.] Nam & Psalmista fatetur, Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab Prouer.26.
inimicis meis inanis. Sed nec hoc sufficit. quoniam Christus ait, Benefacite his qui oderunt vos. Et Pe- Prouer.25.
trus, Non reddentes malũ pro malo, sed econtrario benedicentes. In hoc enim vocati estis Hæc imple- Esaiæ.5.
ri non valent, nisi priuatus amor radicitus extinguatur, & amor diuinus mentem prorsus possideat. Psalm. 7.
[*Prouidentes,*] hoc est circunspectè seu prouidè disponentes ac operantes [*Bona, non tantum coram deo,*] Matth. 5.
videlicet in secreto, vel quantùm ad cordis intentionẽ, [*Sed etiam coram omnibus hominibus,*] ne quis scan- 1.Petri.3.
dalizetur in vobis, salua tamen veritate vitæ, iustitiæ & doctrinæ. Vnde alibi dicit Apostolus, Hone- 1.Thes. 4.
ste ambuletis ad eos qui foris sunt. Et saluator. Luceat luxvestra coram hominibus. Et, Videte ne scan- Matth. 5.
dalizetis vnum ex pusillis istis. [*Si fieri potest*] quod dicam, [*Quod ex vobis est,*] id est vestram possibi- Matth. 18.
litatem facite ad hoc. vt sitis [*Cum omnibus hominibus pacem,*] veram ac spiritualem [*Habentes,*] non car- Marc.9.
nalem & secularem, De qua ait saluator, Non veni pacem mittere. [*Non vosmetipsos defendentes charis-* Iob.22.
simi,] repercutiendo percutientem: cum dicat saluator, Si quis percusserit te in vnam maxillam, præbe Matth. 10.
ei & alteram, scilicet quantùm ad animi præparationem, [*Sed date locum iræ,*] id est vindictę seu iracun- Lucæ.11.
diæ cedite, ne repercutiendo alium magis prouocetis, vel propriam passionem exerceatis. [*Scriptum est* Matth.5.
D *enim*] in Deutero. [*Mihi vindictam*] committite, [*Et ego retribuam, dicit dominus,*] qui faciam iudicium Deute. 32.
omnibus iniuriam patientibus. Nostra translatio talis est, Mea est vltio, & ego retribuam eis, in tem- psalm. 10.
pore. [*Sed si esurierit inimicus tuus,*] qui te odit, [*Ciba illum*] pane spirituali ac corporali, si potes. [*Si si-* Matth.5.
ti, potum da illi,] & pari ratione, si veste eget, operi eum, [*Hoc enim faciens, carbones ignis*] id est mate-
riam dilectionis [*Congeres,*] id est congregabis, & pones [*Super caput,*] id est in mente [*ipsius*] Hoc enim
extinguere potest rancorem, & inaflammare amorem. Hoc idem Salomon dicit in prouerbus, Ex quo Prouer.25.
patet error Iudæorum, dicentium quòd secundum legis intentionem inimici sint odiendi non solùm Matth.5.
quantùm ad culpam, sed etiam quantùm ad naturam. Sic enim non esset eis benefaciendum, sed ma- Prouer.24
lum faciendum. Contra quod scriptum est, Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas. Sanctus etiam Iob Iob. 32.
ait, Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat, & exultaui, eò quòd inuenisset eum malum. Sed & 1.Reg. 15.
Samuel deplanxit Saulem hostem suum letalem vsque ad diem mortis suæ. [*Noli vinci*] per impatien- Hiere. 9.
tiam [*A malo, sed vince*] per fortitudinem animi [*in bono,*] .i. tua bonitate, [*Malum*] alterius, non apponen-
do malum malo, sed quò alter amplius malignatur, eò tu magis pium te præbeas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. XIII. [*Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit*] Artic. XVII.

Rom.13. 1.Petri.3. Actu.27. 1.Petri.2. 2.Mac.7. Esaiæ.14. Ioan.16. Sapient.9. Sapient.11. Sapien.8. 1.Reg.8. Luc.10. Exo.16. Osee.8. Matt.10. Esaiæ.45. Mach.5. 1.Petri.2. Coll.3. Sapien.6. Matth.22. Marc.12. Malach.1. Epist. Ioan.14. Exod.20. Deut.6. Exod.20. Deut.6. Matth.5. 1.Timo.1.

E RUdiuit Apostolus omnes fideles in moribus generaliter capitulo præcedenti, iam specialiter instruit subditos, dicens: [*Omnis anima,*] hoc est omnis homo existens sub alio. A parte enim significat totũ, sicut & in Actibus ait Lucas, Eramus autem vniuersæ animæ in naui, ducentæ septuagintasex, [*Potestatibus sublimioribus,*] id est in potestate constitutis, principibus secularibus, spiritualibusque prælatis. Non solùm bonis & modestis, sed etiam dyscolis, [*Subdita sit*] per obedientiam promptã ac humilem, dummodo nil præcipiant contra deum & iustitiam. Vnde tyrannis obediendum non erat in his, quibus impugnauerant fidẽ: & ministri, qui eis placebant martyres persequendo, grauiter peccauerunt: sicut & angeli inferiores consentientes Lucifero. [*Non est enim potestas nisi a deo*] omnipotente à quo processit, atque dependet omnis potestas creata ac limitata. Quanuis enim potestatis abusio seu nocendi voluntas sit ab animo creato, ipsa tamen potestas à deo profluxit. Propter quod dixit Christus Pilato, Non haberes potestatem aduersus me vllam, nisi tibi datum esset desuper, Et Sapiens dicit, Præbete aures, qui continetis multitudines, quoniam data est vobis potestas à deo & virtus ab altissimo. [*Quæ autem a deo sunt, ordinata sunt*] id est sapienter & rationabiliter instituta. Omnia nanque in mensura, numero, & pondere constituit deus. Denique, sapientia attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit vniuersa suauiter. Ad sapientem enim pertinet ordinare. [*Itaque qui resistit potestati*] per rebellionem, [*Dei ordinationi.*] id est rei à deo ordinatæ, seu iuri diuino, vel etiam deo, [*Resistit*] quantùm in se est. Vnde deus dixit ad Samuelẽ, Non te abiecerunt, sed me. Et Christus, Qui vos spernit, me spernit. Moses quoque ad filios Israël, Non contra nos, inquit, est murmur vestrum, sed contra deum.] *Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem* [æternam] [*Acquirunt*] peccando mortaliter. Interdum etiam incurrunt damnum temporale. Deinde ostendit cur superioribus obediendum sit, [*Nam principes non sunt timori boni operis,*] hoc est, sed timorem his qui bene agunt, [*Sed mali*], id est his qui agunt peruersè. Officium enim & intentio principis est, subditos iustè disponere, bonos ad meliora prouehere, impios verò restringere & punire. Hoc tamen verum est de his qui potestate sibi concessa bene vtuntur. Aliqui verò sunt principes mali, qui iustos opprimunt & impios fouent. De quibus per prophetam dominus profitetur, Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui, Sed nec hi inordinatè timendi sunt cum dicit saluator. Nolite timere eos, qui corpus occidunt, [*Vis autem nõ timere*] nec causam timendi habere, [*Potestatem?*] id est in potestate positum principem seu prælatum? [*Fac bonum*], id est iustitiam, [*Et habebis laudem ex illa*] potestate, id est à potestatem habente laudaberis, si bonus est. Si verò sit malus, habebis laudem ex eo occasionaliter, quoniam erit tibi causa maioris coronæ, laudis & gloriæ, [*Dei enim minister est*] prælatus seu princeps, etiam si ignoret. Nam diuinæ dispositioni aliquo modo subseruit, [*Tibi in bonum,*] id est ad tuam vtilitatem, quatenus retrahat te à malo, promoueatque ad bonum. [*Si autem male feceris, time*] potestatem tuæ peruersitatis vltricem, [*Non enim sine causa gladium portat*] potestas secularis portat gladium materialem, ecclesiastica spiritualem. Vtraque verò habet iudiciariam potestatem, quæ per gladium designatur, [*Dei enim minister est*] princeps, [*Vindex in iram,*] id est in punitionem, seu pœnam infligendam, [*Ei qui malum agit*] Hæc est ratio, qua gladium portat, vt vindicet mala, quatenus culpa ordinetur per pœnam. [*Ideoque necessitate,*] id est obligatione iuris, & propter vim coactiuam superioris, videlicet quia tenemini & potestis ad hoc compelli. [*Subditi estote*] superiori, [*Non solum propter iram,*] hoc est timore pœnę, [*Sed etiam propter conscientiam*] mundam habendam. i. amore iustitiæ, ne habeatis remorsum conscientiæ, si inuiti obedieritis. Vnde alio loco dicit Apostolus, Non ad oculum seruientes, sed sicut domino. [*Ideo enim*] scilicet ad profitendum vestrã subiectionem, [*Et tributa præstatis*] quod est signum subiectionis, [*Ministri enim dei sunt*] principes, cum sint executores iustitiæ diuinæ. Propter quod dicitur per sapientem, Cum essetis ministri regni eius, &c, [*In hoc ipsum seruientes,*] i. propter tributorum receptionem ministrantes vobis, defendendo rempublicam & pugnando pro vobis. [*Reddite ergo*] statim cum potestis, omnibus debita [*Cui*] debetis [*Tributum*] præstate [*Tributum,*] & [*Cui*] debetis [*Vectigal*] reddite [*Vectigal,*] Dicitur autem Tributum, quod soluit tota patria pro se domino suo Vectigal autem quod soluit singularis persona, vt cum negotiator soluit vecturas & pædagia rerum suarum. Vel, vectigal vocatur stipendium, quod datur dominis, quando per terras vehuntur, [*Cui timorem*] debetis, videlicet domino terreno, vt cœlesti exhibete [*Timorem cui*] debetis [*Honorem*] interiorem vel exteriorem, videlicet deo, parentibus, & virtuosis hominibus, date [*Honorem.*] Ait enim dominus per prophetam, Filius honorat patrem, & seruus timet dominum suum. Si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? & si dominus ego sum, vbi est timor meus? [*Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis*] quia dilectio, quotiscunque alteri impendatur, permanet iugiter in præcepto. Per dilectionem verò intelliguntur alij actus virtuosi, quos vnus tenetur alteri. [*Qui enim diligit proximum, legem impleuit*] Ratio quippe diligendi proximum, est deus. Ergo qui proximum diligit, deum diligit. Qui autem diligit deum, implet mandata decalogi scripta in prima tabula, quæ ordinantur ad charitatem fraternam. Ergo qui diligit proximum, implet mandata decalogi scripta in tabula secunda, quæ ordinantur ad charitatem fraternã. Et qui diligit proximum, legem impleuit, præsertim quoad præcepta moralia. Quod declarat apostolus, [*Non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces*] rem proximi tui. i. præceptum de vitandis, adulterio, homicidio, furto, falso testimonio, concupiscentia rei alienæ. [*Et si quod*] i. aliquod [*Aliud est mandatum*] inclusum vel reducendum ad ista [*In hoc verbo instauratur*]. i. cõprehẽditur, atque impletur,

videlicet [*Diliges proximum tuum sicut teipsum.*] Qui enim sic diligit proximum, sic facit ei quomodo vult sibimetipsi: cum diligere aliud nihil sit, nisi alicui bonum velle. Voluntas autem procedit in opus si potest: si tamen fuerit vera & perfecta voluntas. Ideo subditur. [*Dilectio proximi malum non operatur*] quia nec habens eam, peccat mortaliter, nec proximo nocet quandiu eam habuerit. [*Plenitudo ergo*] .i. consummatio perfecta, impletio ac finalis perfectio, [*Legis*] antiquę & nouæ [*Est dilectio*] dei & proximi quoniam omnium virtutum regina, origo, motrix ac finis, est charitas qua deus amatur & proximus. Omnia ergo præcepta disponuntur & referuntur ad plenam obseruationem præcepti charitatis. Propter quod alibi habetur, Finis præcepti est charitas de corde puro, & cõscientia bona, & fide non ficta, Hoc autẽ pensandum, quod licet sint duo præcepta charitatis, in quibus tota lex pendet & prophetæ, vnũ tamen frequẽter ponitur pro vtroque, quia nec deus sine proximo, nec proximus sine deo diligitur. Hinc enim saluator ait, Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Et iterum dicit. Mãdatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem. Ideo quoque scriptum est, Hæc est annũtiatio, quã audistis, ab initio, vt diligatis alterutrum. ¶ Deinceps declarat Apostolus, quod actibus charitatis maximè insistẽdum sit tempore euangelicæ legis, quæ est lex charitatis ac libertatis, quemadmodum vetus lex erat lex timoris ac seruitutis, prout prolixè manifestatum est supra. Ait ergo, [*Et hoc scientes tempus*] id est condi tionem & opportunitatem considerantes præsentis temporis, quod est tempus gratiæ, de quo scriptum est, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nũc dies salutis [*Quia hora est iam*]. i. tempore isto, imò omni momento [*Nos de somno surgere*]. i. de torpore & negligentia ad opera charitatis procedere, atque ad vigilantiam mentis ascendere: sicut alibi clamat Apostolus, Surge qui dormis, & exurge à mortuis. Otium autem, torpor & negligentia, somno comparantur, quoniam sicut somnus vitam naturæ abscondit: sic ista vitam gratiæ perimunt. Ad quod spiritualiter pertinet illud Ionæ, Quid tu sopore deprimeris? Surge & inuoca deum tuum. Denique non dormientibus, sed vigilantibus prouenit regnum dei. ¶ Subinde ponit rationem, cur tempus est à somno surgere. [*Nunc enim*] cum charitatem & gratiam dei habemus. [*Propior*] id est vicinior [*Est*] nobis [*Nostra salus*] id est vita æterna [*quam cum credimus*] hoc est quàm tunc cum solam fidem habuimus. Quoniam fides sine operibus nõ vnit nos deo, nec perducit ad vitam æternam. Vel, cum credidimus. i. quàm ante Christi aduentum, quia tunc omnes sancti descenderunt ad lymbum inferni. Nunc verò patefacta est nobis per Christum ianua felicitatis æternæ, cui tantò amplius approximamus, quantò eam ardentius desideramus. Ambulamus enim eam contemplando, amando, & bene agendo. [*Nox*]. i. tempus infidelitatis & vitiorum, vel tempus veteris testamenti, quod dicitur nox propter obscuritatem legalium figurarum, & prophetalium visionum, quæ omnia in noua lege reuelantur. Vnde dicitur ad Hebræos, Vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum. Hæc igitur nox [*Præcessit*] id est preterit & modo non est [*Dies autem*] id est charitas euangelicæ veritatis, splendor gratiæ, & tempus noui testamenti, seu beatitudo promissa. [*Appropinquauit*] quia iam presens est in re, vel in spe. Gratia nãque & veritas per Iesum Christum facta est. [*Abiiciamus ergo opera tenebrarum*] id est peccata, quæ ex tenebris ignorantiæ prodeunt, mentem deformant, & ad tenebras inferni pertrahunt. Omnis enim qui agit malè, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius [*Et induamur*] spiritualiter [*Arma lucis*] id est virtutes & dona spiritus sancti, quæ animam roborant & defendunt contra insidias demonum, & contra iacula seu prælia vitiorum. De quibus armis, dicit alio loco, Accipite armaturam dei, vt possitis resistere in die malo, induti loricam iustitiæ, sumentes scutum fidei, & galeam salutis. Hæc ergo agamus [*Sic, vt in die*]. i. quatenus tempore gratiæ scilicet tẽpore isto [*Honeste ambulemus*]. i. reuerenter coram deo, & exemplariter coram hominibus conuersemur, nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministeriũ nostrum. [*Non in commessationibus & ebrietatibus*] .i. frequentibus gulosis atque superfluis manducationibus & potationibus, fugiendo videlicet vitia gulæ, que valde inhonesta sunt. Propter quod ait saluator, Videte, ne grauentur corda vestra crapula vel ebrietate. Et Esaias, Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam & potandum vsque ad vesperum [*Non in cubilibus*]. i. voluptatibus carnis, quæ exercentur in cubiculis. Vnde scriptum est. Væ qui dormitis in lectis eburneis, & hasciuitis in stratis vestris [*Et impudicitiis*]. i. cæteris luxuriæ vitiis, quæ sunt maximè impudica, ac bestialia: iuxta illud, Fornicatio & ebrietas auferant cor [*Non in contentione. i. lite & emulatione*]. i. inuidia, Scriptum est enim, Vbi zelus & contentio ibi inconstantia, & omne opus prauum. Et alibi Apostolus, Cum sit inter vos zelus & cõtentio, nũnne carnales estis? [*Sed induimini dominum Iesum*] .i. brachiis sanctę dilectionis complectimini eum in cordibus vestris, dicentes cum sponsa, Tenui illum, nec dimittam. Vel, induimini dominum Iesum. i. formam conuersationis eius sequimini, vt ipse per charitatem commoretur in vobis, ornet ac vestiat vos. [*Et curam carnis*]. i. prouisionem victus & vestitus, quibus caro sustẽtatur [*Ne feceritis in desideriis*] superfluis. i. secundum concupiscentiam carnis, sed quãtum necessitas exigit, & ratio dictat. Quemadmodum alibi legitur, Habẽtes victum & quibus tegamur, his contenti simus. Vnde Salomon, Mendicitatem & diuitias non dederis mihi: tribue tãtum victui meo necessaria. Quid enim prodest morituram hanc carnem, cito futuram vermium escam, delicatè nutrire? & nobilem, immortalemque animam, summæ trinitatis imagine insignitam, negligere?

Ioan.1. Ioan.3. Ephesi.6. 2.Corin.6. Lucæ.21. Esaiæ.5. Amos.6. Osee.4. Iacob.3. 1.Corin.3. FINIS. Cant.8. 1.Timo.6. Prouer.30 1.Mach.1.

Cap. XIIII. [*Infirmum autem in fide assumite.*] Artic. XVIII.

Manifestauit Apostolus in superiori capitulo, quomodo inferiores ad superiores se debeant habere, iam docet quomodo superiores se habeant ad inferiores. Agnoscendum verò, quod in ecclesia Romanorum (cui scribit Apostolus) erant quidam ex Iudaismo conuersi, qui erant legis æmulatores, cærimonialia legis obseruanda putantes, propter q̃ inter cibos discernebant secundũ legis præcepta. Isti vocantur infirmi. i. imperfecti in fide catholica. Quia secundum fidei veritatem, cærimonialia legis obser-

Rom.13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uanda putantes, propter quod inter cibos discernebant secundum legis præcepta. Isti vocantur infirmi E
i. imperfecti in fide catholica. Quia secundum fidei veritatem, cærimonialia legis cessare cœperût post
Christi passionẽ, vt dictum est. Alij erant ex gentilitate conuersi, & isti non discernebant in cibis huma-
1. Timo. 4. no vsui deditis, prout ad Timotheum dicit Apostol⁹, Nihil reijciendũ, quod cum gratiarum actione sũ-
mitur, Ait ergo, [*infirmum autem*]. i. imperfectè edoctum [*in fide assumite*]. i. charitatiuè instruite, & no-
Lucæ. 19. lite ęgrum abiicere vos qui perfectiores estis in fide, exemplo Christi qui ait, Venit filius hominis quę-
rere, & saluum facere, quod perierat. Talem ergo assumite [*Non in disceptationibus cogitationum*] hoc est
non discutiendo seu iudicãdo secreta cordis eius, quæ soli deo sunt cognita. [*Alius enim*] ille scilicet qui
3. Reg. 8. nouit cessare legalia [*Credit*] id est fideliter nosci [*Manducare se*] licitè [*omnia*] cibaria, humanæ vitæ sus-
tentationi apta, ita vt præceptum legis de discretione ciborũ eum non obliget. [*Qui autem infirmus est*]
in fide, ita non putans, sed inter cibos discernens [*Holera manducet*] cuius esus semper licitus fuit, ad vi-
tandum conscientiæ scrupulum. ¶ Notandum autem quod legalia seu cærimonialia, quanuis statim
post Christi passionem mortua erant, non tamen mortifera. Nam à tempore passionis vsque ad euange
lij publicationem, poterant sine periculo obseruari, præcipuè à Iudæis conuersis, dummodo non pone-
Actu. 15. batur spes salutis in eis, sed firmiter credebatur, quod sine obseruatione eorum, sufficeret ad salutem fi-
des & gratia Christi. Sic nempe in actibus apostolorum leguntur apostoli ea seruasse. Idcirco Apos-
tolus dicit hunc infirmum in fide, non satis instructum de cessatione legalium, suo iudicio relinquendum
donec melius informetur. [*Is qui manducat*] indifferenter quemlibet cibum homini aptum, [*non mandu-*
1. Timo. 4. *cantem*] hoc modo, sed inter cibos discernentem [*Non spernat*] tanquam iniquum, cum legalia nondum F
essent mortifera [*Sed qui non manducat*] hoc est iste inter cibos discernens, & ab aliquibus abstinens [*man-*
Matth. 7. *ducantem*] indifferenter [*Non iudicet*] tanquam legis transgressorem, quia lex cessauit quantùm ad vim o-
bligatiuam. [*Deus enim illum*] manducantem [*Assumpsit*] ad fidem, sicut & non manducantem. De his ita-
que, quæ bono animo fieri possunt & malo, non iudicemus, sed potius in melius interpretemur.
¶ Præterea probat apostolus quam irrationabile sit, alium iudicare inordinatè [*Tu quis es*]. i. cuius vel
quantæ authoritatis [*Qui iudicas*] iudicio reprobationis. Iudicium eiñ approbationis nõ est ita illicitum
[*Alienum seruum?*]. i. proximum tuum, qui est seruus dei, & conseruus tuus, super quem iurisdictionem
non habes? [*Suo domino stat aut cadit*]. i. ad gloriam vel irreuerentiam dei bene agit aut malè, & ad eum
pertinet iudicare de hoc, non ad te [*Stabit autem*]. i. erectus erit corde ad deum, & bene aget. Hoc est ver
bum bonæ spei, tanquam diceret, Hoc piè præsumi potest, quod stabit etiam si iam iacere videatur. [*Po-*
Rom. 2. *tens est enim deus statuere*]. i. per gratiam à casu peccati erigere [*Illum*] Per hoc ergo quod ait Apostolus,
stabit autem, duo docentur. Primùm, vt dubia trahamus in m lius. Secundùm, vt nec impium simplici-
ter iudicemus, quia nescimus qualis futurus sit. De hac autem materia, scilicet quomodo iudicare sit li-
citum vel illicitum, plurima dicta sunt supra, quæ illic diffusè induxi, ne cogerer eadem sæpe repetere, G
sed semper ad illum locum lectorem remitterem.
Lucæ. 18. ¶ Adhuc ostendit Apostolus vitandum esse iudicium inordinatum. [*Nam alius iudicat diem*] certum pro
exercenda abstinentia eligendum, diem (inquam) interpositum [*Inter diem*] alium, quo putat non esse ab-
stinendum [*Alius iudicat omnem diem*] in abstinentia expendendum. Tanquam dicat, Vnus putat certis
diebus abstinendum, vt pharisæus qui ieiunabat bis in sabbato, seu in hebdomada. Alius iudicat singulis
Iudich. 8. diebus abstinendum, vt Iudich, quæ ieiunabat cunctis diebus, præter sabbata, neomænias & festa. Et san
Lucæ. 2. ctissima illa euangelica Anna de tribu Aser, quæ non discedebat de templo, die ac nocte seruiens domi-
no, in orationibus atque ieiuniis. ¶ Quoniam verò vtrunque horum bono animo fieri potest seu licitè,
ideo vnus alium iudicare non debet. Vnde subiungitur. [*Vnusquisque in suo sensu*]. i. in proprio intelle-
ctu, sententia, seu consilio, [*Abundet*] in bonum. i. quilibet relinquatur suo iudicio, in suo hoc permitta-
túrque agere, quod secundum suam conscientiam iudicat melius esse, dummodo tamen non exeat limi
tes rerum quæ licent. [*Qui sapit diem*]. i. certum diem, vel omnem diem discernit seu iudicat abstinen-
tiæ deputandum [*Domino sapit*] hoc est ad gloriam dei hoc agit intendens deo placere, [*Et qui manducat*]
quemlibet cibum sine discretione legis, vel, qui non ieiunat quotidie [*Domino manducat*] id est ad dei ho
Colos. 3. norem hoc facit, cuius dona manducat. [*Gratias enim agit deo*] omnium bonorum datori, pro beneficiis
suis. [*Et qui non manducat*] id est quencunque cibum, sed iuxta legis tenorem inter cibos discernit, vel H
omni die ieiunat [*Domino non manducat*] id est ad gloriam domini abstinet. [*Et gratias agit deo*] Et ita v-
Esaiæ. 14. terque bene facit pro tempore, sicut ostensum est. Sic ergo agere debemus, omnia referendo ad deum,
Hiere. 13. vt glorificetur ipse in omnibus. Cuius ratio subditur, [*Nemo enim*] nostrûm [*sibi viuit*] finaliter, sed
2. Petri. 1. ad deum propriè: quoniam vita naturæ & vita gratiæ quam habemus, ad gloriam & laudem dei est
ordinanda, tanquam ad vltimum finem. [*Et nemo nostrum sibi moritur*] id est ad propriam laudem, sed ad
gloriam dei, quatenus separatus corpore laudet atque glorificet deum in patria indesinenter. [*Siue enim*
1. Reg. 2. *viuimus domino*] id est ad gloriam domini [*Viuimus, siue morimur, domino morimur. Siue ergo viuimus, siue mo-*
Ruth. 2. *rimur, domini sumus*] id est non solùm iure creationis & gubernationis, sed per charitatem & cultum de-
uotissimum, ad dominum pertinemus. Beati qui ita coniuncti deo sunt, vt tota vita, mórsque ipsorum,
2. Timo. 4. deum honoret. Ipse enim ait, Qui glorificauerit me, glorificabo eum. Omnia ergo opera nostra interio-
ra & exteriora ad dei gloriam referamus, & propter deum omnia finaliter operemur. [*In hoc enim*] id
est propter hoc [*Christus mortuus & resurrexit, vt & viuorum et mortuorum dominetur.*] hoc est dominari
cognoscatur. Nam ante passionem erat vtique viuorum, mortuorúmque dominus, etiam secundum na-
turam assumptam vt verbo vnitam: quæ à primo instanti vnionis suæ cum verbo, prælata est omni crea
Ioab. 13. turæ, dominiúmq; vniuersale sortita. Propter quod ait saluator, Pater diligit filium, & omnia dedit in
Ioan. 17. manu eius. Et alibi, Dedisti ei potestatem omnis carnis. Veruntamẽ Christus dicitur passus, vt omnium

A dominetur, propter duo. Primò, quoniam sua passione meruit iudiciariam potestatem, & generalem do
minationem, non obstante quod ante habuerit ista. Non enim incõueniens est, idem alicui propter di-
uersas causas competere. Secundò, quia post passionem cœpit vbique manifestari atque cognosci domi
nium Christi. Propter quod ait, Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Potest etiã ita exponi, Matth. 28.
Vt & viuorum & mortuorum dominetur. i. spiritualiter viuos ac mortuos, scilicet iustos & impios, in Ioan. 12.
suo obsequio occupet. Vnde ipse loquitur, Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Cũ Matth. 7.
ergo Christus cõstitutus sit omnium iudex [*Tu autem*] iudicande [*Quid*] hoc est qua temeritate, quo fru Actu. 10.
ctu [*iudicas*] sententia diffinitiua [*Fratrem tuum? Aut tu quare spernis fratrem tuum?*] tanquam peccatorem
aut vilem? Vnde scriptum est, Væ qui spernis, nónne & ipse sperneris? Cum fatigatus desieris contemne Esaiæ. 33.
re, contemneris. Et alius propheta, Nunquid non pater vnus omnium nostrûm, nunquid non deus vnus Malac. 2.
creauit nos. Quare ergo despicit vnusquisque nostrûm fratrem suum? Male ergo agis ô homo, iudican-
do, spernendóque proximum. [*Omnes enim stabimus ante tribunal Christi*]. i. coram Christo, sedente in se-
de iudiciaria in die iudicij: tanquam iudicandi ab eo. Tribunal autem est sedes iudicis. Quod verò iam
dicitur, quod omnes stabimus ante tribunal Christi tanquam iudicandi, intelligẽdum est vel de iudicio
condemnationis vel remunerationis. Scriptura autem frequenter per iudicium, intelligit damnationis
iudicium: sicut ibi, Omnis qui credit in eum non iudicatur. Et, Si nosipsos iudicaremus, non vtique iudi 1. Timo. 2.
caremur. [*Scriptum est enim*] in Esaia, [*Viuo ego, dicit dominus*]. i. per meipsum, qui maiorem per quem iu Ioan. 3.
rem, non habeo [*quoniam mihi flectetur omne genu*] cœlestium, terrestrium, & infernorum. i. omnia mihi 1. Corin. 11
subiicientur, præsertim in die iudicij [*Et omnis lingua confitebitur domino*] hoc est omnis conscientia con Esaiæ. 45.
B fitebitur mihi tunc opera sua. Vel, omnis lingua, id est omne genus hominum cuiuscunq; loquelæ, con
fitebitur domino, confessione laudis diuinæ, vel proprię culpæ. Nostra translatio est talis, In memetipso Esaiæ. 45.
iuraui, egredietur de ore meo iustitiæ verbum, & non reuertetur, quia mihi curuabitur omne genu, &
iurabit omnis lingua. Quod licet ad literã dictum videatur de conuersione, adoratione, & genuflexione
omnium gentium in primo Christi aduentu, & tempore prædicationis euãgelicæ, Apostolus tamen spi-
ritu sancto copiosissimè adimpletus præsenti loco insinuat, hoc posse intelligi de subiectione & addu-
ctione omnium hominum in secundo Christi aduentu. [*Itaque vnusquisque nostrum pro se rationem red-*
det deo]. i. reddere cõpelletur seu exigetur. Multi tamen non poterunt reddere rationem deo de actibus Hebræ. 13.
suis, quia omnino irrationabiliter vixerunt. Aliqui etiam exigentur reddere rationem, vel quia nullam
culpam habebunt, & in hac vita satisfecerunt, vel quia infideles fuerũt, & iam iudicati sunt, qui in die iu
dicij non iudicabuntur iudicio discussionis. [*Non ergo amplius inuicem iudicemus*] iudicio vsurpato vel te Ioan. 3.
merario [*Sed hoc iudicate magis*] hoc est bonum & obseruandum esse discernite [*Ne ponatis offendiculum*]
. i. occasionem peccati, [*Fratri*]. i. proximo, viro vel fœminæ [*Vel scãdalum*] hoc est occasionem tristitiæ.
Communiter autem vnum pro alio sumitur. ¶ Aduertendum verò, q̃ duplex est scandalum, puta actiC
ruinæ: & de hoc scandalo non est dubium, quin sit semper vitandum. Scãdalum verò passiuum, est ma-
lum seu casus, quem alter incurrit ex dicto vel facto alterius. ¶ De hoc scandalo quæstio est, an sit semp Matth. 18.
vitandum. Pro quo sciendum quod scandalum passiuum est duplex. Vnum quod nascitur ex malitia Marc.
scandali, qui ex sua peruersitate nõ vult dicta sua seu facta alterius, quãuis bona, bene interpretari, quod Matth. 19.
appellatur scandalum pharisæorum. Alterum quod nascitur ex infirmitate vel ignorantia scandalizati, Lucæ. 21.
quod dicitur scandalum pusillorum. ¶ Præterea quædam sunt bona spiritualia, quædam temporalia, &
vtraque sunt duplicia. Nam spiritualium bonorum quædam sunt de necessitate salutis, vt obseruatio
præceptorum in omnibus, & consiliorũ in religiosis. Hæc ergo bona nullo modo omittenda sunt, pro-
pter quodcunque scandalum euitandum. Plus enim tenetur homo prouidere propriæ saluti q̃ alienæ.
Quædam verò non sunt de necessitate salutis, & hæc ad tempus occultanda vel deferenda sunt propter
scandalum pusillorum vitandum, videlicet donec ratio eis reddatur, & melius informentur. Si verò ra-
tione reddita non acquiescunt, nec cessant scandalizari, non erit scandalum tale amplius ex ignorantia
vel infirmitate, sed ex eorum malitia. Propter quod bona ista omittenda non sunt, propter scandalum
tale vitandum. Sicut nec Christus vitare curauit scandalũ pharisæorum. Similiter bonorum tempora- Matth. 15.
lium quædam aliquibus cõmittuntur conseruanda, vt bona ecclesiæ prælatis, bona reipublicæ rectori-
bus, & deposita certis personis. Et quia ad horum conseruationem homo tenetur, ideo propter nullius
D scandalum sunt deserenda. Vnde Beatus Thomas Cantuariẽsis repetiuit bona ecclesiæ cum ingenti scã-
dalo regis. Alia bona temporalia sunt nostra, & ista omittenda sunt, vel dando ea aliis, vel non repetẽdo
si alius ea habet, propter vitandum scandalum pusillorum: vel scandalum tale sedandum est bono mo-
do. Non autem propter scãdalum ex malitia nascens, dimittẽda sunt bona propria temporalia. Daretur
enim peruersis libertas, & magna occasio retinendi, aut rapiẽdi bona aliorum, quod maximè obesset eo-
rum saluti, [*scio*] per rationem [*Et confido in domino Iesu*] p gratiam eius [*Quia nihil commune*]. i. nullus ci Genes. 1.
bus humanæ vitæ aptus, immundus est [*Per ipsum*]. i. per creationem ipsi⁹. Omnia enim per ipsum facta, Psalm. 13.
sunt valde bona. Vel minus dicit, & maius significat, vt sit sensus, Nihil commune per ipsum. i. omnia
munda facta sunt per eius aduẽtum. Omnes videlicet cibi apti, in lege prohibiti. Christus enim absoluit Actu. 10.
à legali prohibitione ciborũ, iuxta illud, Quæ deus purificauit, tu commune ne dixeris [*Nisi ei qui existi-*
mat quid commune esse]. i. aliquem cibum esse immundum propter legis præceptum [*illi*] sic existimanti
[*Commune*]. i. immundum [*Est*] aliquid alimentorum secundum suam opinionem & conscientiam. Sicut
fricare barbam illicitum est ei, qui hoc putat illibitum, q̃ diu sic putat, quia cõtra cõscientiam faceret, si
fricaret, [*si enim propter cibum*]. i. ob hoc quod quẽlibet indiscretè manducas, vel ab aliquibus abstines
[*Frater*]. i. proximus [*tuus contristatur*] putãs te impiè agere, & nescies quid debeat securi⁹ facere, cũ tñ hci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tè possis alterum horum eligere, sicque fratris tui contristationem vitare [*Iam non secundum charitatem ambulas*]id est,non charitatiuè te habes, quia non vitas offensam fratris, sed eius saluti præponis cibum tuum. [*Noli cibo tuo*]id est vsu vel abstinentia cibi[*illum perdere*] hoc est ad mortale peccatum inducere[*Pro*]quo Christus[*Mortuus est,*]ne videaris precium mortis & sanguinis Christi paruipendere [*Non ergo blasphemetur*]id est contra dei honorem vituperetur[*Bonum nostrum*]hoc est fama nostra. Scriptum Prouer.22. est enim,Melius est nomen bonum,quàm diuitiæ multæ.Et alibi, Curam habe de bono nomine. Hoc Eccles. 41 enim magis proderit tibi, quàm mille thesauri. Porrò, vt ait Ambrosius, qui habet opera bona,si re- Ambrosi. prehendatur in re minima,bonum suum obfuscat,& incipit bonum eius blasphemari.Propterea virtuo Matth.5. so vitanda sunt minima.Ideo autem non debes cibo tuo proximum perdere. [*Non est enim regnum dei*] hoc est regnatio & inhabitatio dei in anima tua.[*Esca & potus*]id est victus exterior. Esca namque non 1.Corin. 8. commendat nos deo.Nec cibus damnatur,sed concupiscentia immoderata.Ideo subditur,[*Sed iustitia*] Matth.22. reddens deo quæ dei sunt,proximo quæ proximi sunt,& sibiipsi quæ expediunt, [*Et pax*] .i.vera tran- Lucæ.17. quillitas mentis,[*Et gaudium*]quod habetur[*in spiritu sancto*]id est per gratiam spiritus sancti ex contemplatione & dilectione diuinorum.Ista sunt regnum dei,quia per ista regnat deus in nobis. Quemadmo- Psalm.149 dum ait scriptura,Regnum dei intra vos est.Vel sic, Non est enim regnum dei causaliter esca & potus, id est per ista non acquiritur regnum cœlorum:sed iustitia & pax,& gaudium in spiritu sancto,sunt re F gnum dei.Quia per talia regnum cœlorum obtinetur.[*Qui enim in hoc*] regno dei,id est in iustitia,pace & gaudio spirituali[*Seruit Christo*]non scandalizans aliquem propter cibum,seu cibi delectationem,vel aliam irrationabilem causam[*Placet deo,*]quia beneplacitum est domino in populo suo. [*Et probatus,*] id est approbatus[*Est hominibus*]quia exemplaris est ipsis,& laudatur ab eis.[*Itaque quæ pacis sunt*]id est Matth.5. ea quæ pacem pariunt,fouent,conseruant[*Sectemur*]& operemur.Beati enim pacifici, quoniam filij dei 1.Corin.7. vocabuntur.In pace namque vocauit nos dominus:& non est deus dissensionis,sed pacis.Vnde per pro- 1.Corin.14 phetam dominus loquitur,Veritatem tantùm & pacem diligite[*Et quæ ædificationis sunt*]hoc est ad bo- Zacha.8. num prouocant,videlicet morum probitatem [*Inuicem custodiamus*] quatenus vnus non tantùm alium 1.Corin.8. non scandalizet,sed spiritualiter eum ædificet.[*Ideo Noli*]ô homo[*Propter escam*]id est amore cibi,[*De* Genes.3. *struere opus dei*]id est fratrem tuum spiritualiter occidere,seu fidem & gratiam eius extinguere. [*Omnia quidem*]cibaria[*Munda sunt*]& licita,inquantùm sunt creaturæ boni dei:[*Sed malum*]id est nociuum[*Est homini*]quæcunque cibaria sumere [*Qui per offendiculum manducat*] id est manducando fratrem suum scandalizat,& deum offendit,sicut malum erat primo parenti de fructu ligni vitæ comedere.Ne autem quis putet simpliciter vtile esse vel melius quolibet cibo & potu vti,eò quod omnia munda sint,adiecit [*Bonum est manducare carnem et non bibere vinum.*] Per hoc enim concupiscentia minoratur,corpus ca- G Matth.18. stigatur,& gratia obtinetur.[*Neque*]manducare & bibere id[*In quo frater tuus offenditur*]id est impedimentum seu obicem proficiendi in via dei incurrit. [*Aut scandalizatur*]id est cadit peccando, quod est maius & grauius quàm offendere.Potest enim quis pede in aliquid impingere,nec cadere, [*Aut infirmatur*]in fide,hæsitans quid sit tenendum,quod valde pœnale periculosumque est.

Actu.10. ¶ Deinde hortatur Apostolus ad hoc. [*Tu fidem quam habes penes temetipsum,*] hoc est intra te firmiter 2.Corin. 1. credis omnes cibos per Christum purificatos seu licitos factos.[*Habe coram deo*]id est,sufficiat tibi hanc fidem habere in cordis secreto deo spectante, nec fratri tuo aliter æstimanti eam ostendas, ne scandalizetur. [*Beatus*]est iam in spe bene agendo [*Qui non iudicat*] id est damnabilem facit [*Semetipsum*] alium scandalizando[*In eo quod probat*]id est faciendo quod licitum esse cognoscit in se, quanuis sit illicitum, 1.Corin.10 propter scandalum euitandum. Vel sic, Beatus qui non iudicat, id est non redarguit semetipsum in eo quod probat,hoc est approbat,id est qui nihil agit contra conscientiam suam.[*Qui autem discernit*]id est Titum.1. iudicat quosdam cibos vitandos,[*si manducauerit*]tales cibos[*Damnatus est*]causaliter.i. peccando mortaliter damnari promeruit,[*Quia*]manducat[*Non ex fide*]hoc est cõtra id quod secũdum fidem & conscientiam suam sentit agendum.[*Omne autem quod non est ex fide*].i.quod sit contra fidem & propter finem contrarium fini quem edocet fides[*peccatum est,*]quia inordinatum & contra legem diuinam.

¶ Circa hæc duo quæruntur.Primò,vtrum ratio seu conscientia errans,obliget. Secundò, an quælibet H actio infidelium sit peccatum.Et respondendum ad primum,quòd operatio recipit speciem à termino ad quem,rationem autem boni vel mali moralis sumit ab intentione agentis, seu formali ratione obiecti. Cum ergo ratio dicit aliquid bonum vel malum,quanuis ita non sit, tamen si voluntas fertur in id, quod ratio ei proponit sub ratione mali licet sit bonum,certum est, quod fertur in illud sub ratione mali,& ideo formaliter peccat.Quemadmodum putans falsum asserere,mentitur si verum dicat, eo quòd falsum dicere existimet.Simile est,si quis bonum agat putans illud esse malum,peccat enim. Ideo ratio seu errans conscientia obligat.Non est tamen homo perplexus.i. necessitate peccandi astrictus, quoniã potest errorem rationis abiicere. ¶ Ad secundum dicendum,quòd infidelitas, sicut & cætera peccata mortalia,aufert vitam gratiæ,non autem tollit bonum naturæ. Quanuis ergo infidelis non agat aliquid meritorie, potest tamen facere opus bonum in genere moris seu bonum morale,ad quod se ostendit na- Iacob. turalis potentia.Et in tali actu non peccat directè,& per se,vt si honoret parentes,vestiat nudum, cibet esurientem.Quicquid verò refert ad finem suæ perfidiæ, in eo peccat, quanuis sit bonum. Nam finis Matth.10. peruersus est.Quod ergo nunc ait Apostolus,Omne quod non est ex fide,peccatum est:ad quod glos- Hebræ.11. sa adiucit,omnis infidelium vita peccatum est, aceipiendum est secundum sensum prætactum. Et quia qui fidem non habet,protinus in diuersa peccata collabitur.

A Cap. xv. [*Debemus autem nos firmiores, &c.*] Artic. xix.

[*Debemus autem nos firmiores*]id est in virtutibus fortiores [*imbecillitates*]hoc est defectus & imperfectiones[*infirmorum sustinere*]id est æquanimiter ferre & sustentare atque erigere,vt sanentur.Sicut & alibi dicitur.Libenter sustertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes.Et iterum,Alter alterius onera portate.Nam & in corpore naturali,membra fortiora(vt nerui & ossa)sustinent teneriora. ¶ Sed quia ex hoc,quod aliquis sustinet imperfectionẽ alterius tanquã infirmiori,sprotinus insurgere solet inanis gloria,qua quis de sua pfectione stultissimè gloriatur, & alteri se præponit,ideo optimè iunxit apostolus,[*Et non nobis placere*]. i.nõ habere 1.Corin. 2. cõplacẽtiã in nobis ad nosipsos reflexã,nec gloriari in nobis,nec propriũ placitũ sequi:sed potiꝰ displicere nobis in nobis,cũ nihil ex nobisipsis habeamꝰ,nisi qd̃ merito inducere debet nobis displicentiã no 2.Petri.2. stri.Vnde de reprobis scriptũ est.Audaces sibi placẽtes.Si pensamus proprias imperfectiones & vitia, nõ placebimus nobismetipsis.Et quò nobisipsis magis placemus,eo amplius displicemus deo.[*Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum*].i.ad bonũ finẽ,seu tendendo in opus bonũ[*Ad ædificationem*]ipsiꝰ vt ex nobis sumat profectum.[*Etenim Christus*]secundum quod homo[*Non sibi*]in se[*Placuit*].i.in seipso gloriatus non est, quasi à seipso aliquid habens, nec proprium placitum: sed dei patris voluntatem quæsiuit.Ideo enim in Euangelio loquitur,Descendi non vt faciam voluntatem meam, sed eius qui mi Ioan.5. sit me.Et,Non potest filius à se facere quicquam.Et,Ego non quæro gloriam meã,sed quæ placita sunt Ioan.8. B patri,facio semper.Et,Non quod ego volo,sed quod tu.Et si Christus,qui non solum caruit omni culpa,sed insuper vt homo plenus fuit omni virtute & gratia,sibiipsi non placuit,cur nos miseri defectibus pleni,nobismetipsis placemus?[*Sed sicut scriptum est*]in psalmo qui ad literam de Christi passione scriptus est,[*Improperia*]id est detractiones,opprobria, iniuriæ [*improperantium tibi*]ô pater æterne, in me.Nam Iudæi improperando mihi improperauerunt & tibi.Qui enim nõ honorificat filium,non honorificat patrem,qui misit illum.Improperabant autem Iudæi patri & vnigenito filio eius,ac sancto spiritui, asserentes miracula Christi dæmonibus,eiusque vitã impiam esse dicẽtes.Dixerunt enim,Nunne benedicimus nos,quia Samaritanus es tu,& dæmonium habes? Et alibi, In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia.Hæc itaque improperia[*Ceciderunt super me*]hoc est in mea humanitate habuerunt effectum,& me hominẽ occiderunt.Tibi enim nocere non potuerunt. Et hoc ideo passus sum quoniam tuam in omnibus feci voluntatem,increpando vitia Iudæorũ. [*Quæcunque enim scripta sunt.*] Quasi dicat Apostolus,Meritò allegaui scripturam istam de Christo.Quæcunque enim scripta sunt,in libris diuinis, præsertim de Christo, & eius mysteriis:[*Ad nostram doctrinam*]id est informationem, Gregorius [*Scripta sunt.*]Nam Christi actio,nostra est instructio.[*Vt per patientiam*] in aduersis, quam verbis & exemplis docet scriptura,dicendo, In patientia vestra possidebitis animas vestras. Et Iacobus, Exemplum accipite longanimitatis & patientiæ,prophetas.Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. [*Et con-*
C *solationem scripturarum*]consolantium animas studiosas ac pias,quoniam multa iucunda & delectabilia continent.Vnde primo Machabæorum Ionathas & alij dicebant,Habemus solatio sanctos libros[*Spem habeamus*]id est certam fiduciam obtinendi gratiam in presenti,& gloriam in futuro.Omnis namque scriptura diuinitus inspirata,vtilis est ad docendum,& arguendum,ad erudiendum in iustitia,vt perfectus sit homo dei ad omne opus bonum.Porrò vt hanc gratiam consequamur,orat apostolus[*Deus autem patientiæ*]dator,conseruator & remunerator, de quo ait Psalmista, Nũnne deo subiecta erit anima mea? Ab ipso enim patientia mea.Et,Quoniam tu es patientia mea domine[*Et solatij*]id est consolationis infusor,qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.de quo in Tobiæ libro dicitur,Post tempestatem tranquillum facis:& post fletum exultationem infundis. [*Det vobis idipsum sapere in alterutrum*]hoc est idem sentire adinuicem[*secundum Iesum Christum*]id est secundum voluntatem & doctrinam saluatoris: non secundum sensum vestrum,vt litis conformes & eadem sentientes,iuxta illud, Viriliter agite,confortamini,idem sapite.Sic etiam multitudinis credentium erat cor vnum,& anima vna. Hanc identitatem non facit,nisi magna gratia dei,quæ humanarum opinionum, falsitatum, imaginationum & inflationum,diuersitatem nebulámque expellit,& corda diuersa in vno veritatis ac sanctitatis splendore recolligit.Vnde ait beatissimus Dionysius,quod sicut lumen naturæ,ratione suæ defectuositatis, est cau-
D sa diuersitatis in assertionibus hominum:sic lumen gratiæ à diuersitate in vnitatem reducit,& omnes idem asserere facit[*Vt vnanimes*]id est affectu & sensu conformes, [*Vno ore*] hoc est simili vocis laudatione [*Honorificetis deum, & patrem domini nostri Iesu Christi*] id est deum patrem,qui est deus Christi secundum naturam assumptam:& pater ipsius,secundum naturam diuinam. De quo ait ipse, Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum,deum meum & deum vestrum. [*Propter quod*] videlicet vt deum vnaniminter honorificetis.[*Suscipite inuicem*]id est vnus suscipiat alium omni charitate & pietate mutuò consulendo, condolendo, succurrendo, & cætera opera misericordiæ corporalia ac spiritualia impendendo.Vnde prima ad Thessalonicenses ipse ait,Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, susci-pite infirmos,patientes estote ad omnes[*Sicut & Christus suscepit vos*] sub alis suę protectionis,sanauitque vos.Qui apud Ioannem ait, Eum qui venit ad me non eiiciam foras. Et Esaias ait, Verè languores nostros ipse tulit, & peccata nostra ipse portauit. Denique, Suscepit Israël puerum suum, recordatus misericordiæ suæ. Et Dauid in Psalm. Misit, inquit, de cœlo, & accepit me, & assumpsit me de aquis multis. [*In honorem dei*] Hoc ad vtrunque refertur, quia & nos debemus suscipere inuicem, vt Christus suscepit nos ad honorem & gloriam dei. Quod autem Christus susceperit nos, ostendit Apostolus,primò de populo Iudæorum. [*Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis*] id est deo patri seruisse,secundum formam seruilem,in prædicatione,qua prædicauit Iudæis.Imò & Chri

Debemus autem nos firmiores, &c. — Artic. XIX.
Cap. XV. [Debemus autem nos firmiores, &c.] — Artic. XIX.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Actu.1. stus se seruum præbuit Iudæorum? iuxta illud, Ego in medio vestrûm sum, sicut qui ministrat. Et alibi, E
Lucæ.22. Filius enim hominis non venit ministrari, sed ministrare. Dicitur ergo Christ⁹ minister circũcisionis. i.
Matth.20. prædicator atque Apostolus Iudæorum, ad quos specialiter missum se perhibet, dicens, Non sum mis-
Matth.15. sus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël. Et hoc [*propter veritatem dei*]. i. quia deus ita prædixit, & vt
deus verus esse cognosceretur [*Ad confirmandas*]. i. approbandas & adimplendas [*Promißiones patrum*]. i.
Lucæ.2. promissiones diuinas, patriarchis, prophetisque factas de Christo. Vel sic, Dico Christum Iesum mini-
strum fuisse circuncisionis. i. circuncisioni subiectum, ipsam in se recipiendo, propter veritatem dei, qui
Galat.4. misit filium suum factum sub lege, ad confirmandas promissiones patrum, hoc est ad ostendendum,
Genes. 22. quòd deus daturus sit patribus bona promissa, quæ promisit Iudæis circuncisionem recipientibus. A-
brahæ enim promisit. In semine tuo benedicentur omnes gentes, Et ita susceptio Iudæorum quodam-
modo pertinet ad iustitiam, propter præcedentem promissionem. Suscepuo verò gentium ad misericor-
Psalm.17. diam maximè spectat. Propter quod subditur [*Gentes autem*]. i. gentiles conuersos, dico [*Super misericor-
dia*]. i. de pietate & gratia sibi impẽsa [*Honorare deum*]. i. gratias agere deo, eiq; seruire [*Sicut scriptum est*]
in Psalmo. [*Propter hoc confitebor tibi in gentibus*] Verbum est filij ad patrem dicentis, Propter hoc, quod
Actu.13. in Psalmo illo huic versiculo præmittitur, Deus qui das vindictas mihi, & subdis populos sub me, &c.
confitebor tibi deo patri, in gentibus, id est gentes faciam tibi confiteri confessione laudis tuæ & culpæ
suæ, cum per apostolos conuertero eos ad finem. [*Et nomini tuo cantabo*] per ora gentium conuersarum, F
& etiam per meipsum, secundum quod homo sum. Ex hoc sequi videtur, quod psalmus ille ad literam
Augustin. de Christo loquatur. Apostolus enim per verba psalmi huius probat gentes susceptas à Christo. Proba
tio verò non valet, nisi per sensum literalem, vt Augustinus testatur: Lira tamen exponit psalmum istũ
& verba hîc allegata ad literam de Dauid. Et vtique nisi psalmus esset excellenter notabilis tanquam
2.Reg.22. mysteriis Christi redundans, non toties inueniretur in sacra scriptura expressus. Nõ enim vt cæteri psal
Esaiæ.66. mi communiter habetur in libro psalmorum, sed etiam in secundo Regum. Ideo exposui psal-
Deuter.32. mum illum de Christo loco suo. [*Et iterum dicit*] de gentium susceptione seu conuersione in Esaia, vel
secundum Bedam, in Cantico Deuteronomij, tamen secundum aliam translationem. [*Lætamini gentes*]
Psalm. 116. id est gentiles conuersi [*Cum plebe eius*] id est Iudæis qui erant populus peculiaris. Nostra translatio talis
est, Laudate gentes populum eius. [*Et iterum*] dicit dominus per prophetam in Psalmo. [*Laudate omnes
gentes*] ad fidem vocatæ [*Dominum & magnificate*]. i. magnificè honorate, & verbis ac factis magnum es-
Esaiæ.13. se ostendite [*Eum omnes populi*] hoc est duodecim tribus Israël. [*Et rursus Esaias ait, Erit radix Ieſſe, &
qui exurget regere gentes in ipsum gentes sperabunt*] Nostra translatio habet sic. Radix Iesse, qui stat in si-
gnum populorum, ipsum gentes deprecabuntur. Est itaque sensus, Erit Radix Iesse. i. Christus de semi-
ne Iesse (seu Esai) patris Dauid descendens. Quanuis autem Christus de Iesse sit natus, & per hoc poste G
rior eo, secundum naturam humanam: est tamen radix illius, quia secundum diuinitatem est origo &
fundamentum ipsius Iesse, & qui (.s. Christus) exurget procedendo in actum. Vel, exurget à mortuis, re-
gere gentes, id est ecclesiam ex gentibus congregatam quam regit per seipsum, per angelorum custo-
diam, & per prælatos, in eum gentes sperabunt, tanquam in saluatorem. [*Deus autem spei*]. i. in quo spe-
Hebræ.1. ramus, & à quo spes vera infunditur [*Repleat vos*] in hac via inchoatiuè [*Omni gaudio*] [spirituali [*Et pace*]
Psalm. 100 hoc est interna tranquillitate, passionibus extirpatis [*in credendo*] per fidem formatam. Ista enim ex fide
Matth.18. formata procedunt. Orat ergo apostolus, vt diuina fideliter contemplando, impleamur omni gaudio
Iacob.2. spirituali ac pace, considerando videlicet bonitatem & beatitudinem dei, beneficia quoque ipsius exhi-
Gregorius bita & promissa [*vt abundetis in spe*] id est in actu spei, certius atque auidius expectando felicitatem futu
ram ex prælibatione eius in hac vita. Ex perceptione nempe præsentium munerum certa fit expectatio
Finis. futurorum [*et virtute*]. i. gratia [*spiritus sancti*] vel in virtute, hoc est efficacia bonæ operationis spirit⁹ san-
cti, id est quæ datur à spiritu sancto. [*Certus sum autem fratres mei et ego ipse de vobis*] vel per reuelatio-
Matth.7. nem diuinam, vel per operationem vestram quam percepi. Quemadmodum scriptum est, Ex fructibus
Matth.5. eorum cognoscetis eos [*Quoniam ipsi pleni estis*] secundum conditionem status vestri, & exigentiam hu-
ius viæ, vel quantùm requiritur ad salutem [*Dilectione*] dei & proximi. Non tamẽ simpliciter plenus est
2. Timo.3. aliquis viator dilectione diuina, cum nullus viator possit perfectè implere præceptum charitatis diui- H
næ. Et durante vita præsenti, quilibet potest in charitate proficere. Et est is [*Repleti omni scientia*] ad sa-
lutem necessaria, non autem absolutè omni scientia [*vt posſitis alterutrum monere*]. i. vos mutuò exhorta-
ri. Hoc dicit apostolus ne videatur eis scribere, quasi ignaris & imperfectis, & vt hac laude prouocet eos
ad meliora. Veruntamẽ quoniam à principio huius epistolæ declarauit discordiam, infirmitatem & im-
perfectionem Romanorum, mirum videtur, quomodo iam dicat eos dilectione & omni sciẽtia plenos.
Et respondendum, quod ista non sunt ad eosdem referenda. Nam quidam eorum valde perfecti erant,
de quibus iam loquitur: alij imperfecti fuerunt, quos superius increpauit & concordauit.
Hebræ.5. ¶ Deinde excusat se de præsumptione. [*Audacius autem scripsi vobis fratres*] id est quanuis ô Romani
Rom.7. ita perfecti sitis, vt dixi, tamen audacter ex magna fiducia scripsi vobis præsentem epistolam [*ex parte*]
Marci.4. id est aliquibus vestrûm, præcipuè. s. imperfectioribus, qui magis informatione hac indigẽt. Vel ex par-
Prouer. 9. te, id est non plenè, sed partim ac breuiter [*Tanquam in memoriam*]. i. ad actualem considerationem eo-
rum, quæ habitualiter scitis [*vos reducens*] & excitans. Scientibus enim legem loquor, vt dixi superius.
Scribo tamen vobis, vt actualiter memores sitis eorum, quæ scribo. Vnde Salomon, Da sapienti, inquit,
1.Corin. 7. occasionem, & addetur ei sapientia. Doce iustum, & festinabit accipere. ¶ Cur autem scripserit, subdit:
Matth. 28. [*Propter gratiam quæ data est mihi à deo*] id est propter apostolatum, vel sapientiam mihi diuinitus præ-
Actu.10. stitam, ad hoc [*vt sim minister Iesu Christi in gentibus*] id est Christo deseruiam, gentes instruendo, sicut ip
se mihi præcepit, sicque gratiam mihi collatam vobis communicem [*sanctificans*] id est sanctum osten-

A dens per diuina miracula [*Euangelium dei*] id est, euangelicam doctrinam quam prædico [*vt fiat oblatio*] Iohan.12.
id est, seruitus [*Gentium*] vel oblatio, quia gentes seipsas domino offerunt. Vel oblatio, qua ego eas offe
ro [*Accepta*] deo per deuotionem eorum [*Et sanctificata*] id est purgata à vitiis [*in spiritu sancto*] hoc est
virtute & gratia spiritus sancti. [*Habeo ergo gloriam*] id est, cum data sit mihi gratia tanta, ideo habeo
gloriam, hoc est gloriationem internam, non vanam, sed veram. [*In Christo Iesu*] id est, secundum
voluntatem ipsius [*ad deum*] id est ad sanctæ trinitatis honorem, Ex consideratione enim beneficio-
rum sibi collatorum lætabatur apostolus in deo, quod & nos imitari debemus. Vel habeo gloriam,
id est meritum gloria dignum, seu apostolicam authoritatem. [*non enim audeo aliquid eorum loqui quæ* 1.Tim.1.
per me non efficit Christus] id est, nihil præsumo dicere, nisi quod à Christo percepi. Nihil doceo alios
quod ipse non facio: nec maiora affirmo de me in verbo vel facto, quàm Christus operetur per me, vel
quæ ego efficio virtute Christi [*in obedientiam gentium*] id est, ad hoc vt gentes euangelio dei obediant.
Itaque non audeo aliquid loqui quod Christus non facit per me, [*Verbo*] prædicationis [*Et factis*] bonæ
conuersationis [*in virtute signorum*] id est minorum miraculorum, [*Et prodigiorum*] hoc est, miracu-
lorum maiorum factorum non arte magica, sed [*in virtute spiritus sancti*] Hoc dicit Apostolus cõtra pseu
doapostolos, & vt cæteris Apostolis qui cum Christo corporaliter sunt conuersati, probet se parem:
non ob propriam laudem, sed vt omnes suam doctrinam veram agnoscant, diligentiusque intendant ac
impleant. Intantùm ergo operatus est Christus per me [*ita vt ab Hierusalem*] vnde cœpit prædicatio A- Luc.24.
B postolorum [*Per circuitum*] id est diuersis locis & vrbibus [*vsque ad illyricum*] mare in fine Græciæ
situm. [*Repleuerim*] id est plenè dissẽminauerim [*euangelium Christi*] hoc est Euangelio Christi tot
gentes impleuerim, conuertendo ad euangelicam fidem. In quo admiranda potestas spiritus sancti ap-
paret, qui per vnum virum, sine humano præsidio, tantos populos ad tam supernaturalem, arduam &
incomprehensibilem legem conuertit. Agnoscatur ergo operata diuinitas, habeatúrque semper fides
certissima, tanquam à deo firmata ac infinita. [*Sic autem*] in illis locis [*euangelium hoc predicaui nõ vbi no
minatus est Christus*] id est, non illis gentibus, quibus ab aliis prædicatus fuerat Christus [*ne super a-
lienum fundamentum*] doctrinam ab aliis traditam [*ædificarem*] id est, verbum spiritualis ædificationis ad-
ucerem. Et in hoc prædicatio Apostoli comprobatur fuisse laboriosior & efficacior, quia materia
non fuit dispositа [*Sed sicut scriptum est*] in Esaia [*Quoniam quibus non est annunciatum de eo*] id est,
gentes, quibus non erat factus sermo de Christo per prophetas, sicut Iudæis [*videbunt*] Christum & o-
pera eius, oculo fidei, per prædicationem apostolicam [*et qui non audierunt*] prædicationem euangelij
prius ab aliis Apostolis [*intelligent*] euangelica documenta per prædicationem Pauli [*Propter quod*]
id est propter occupationem meam in prædicando his gentibus. [*et impediebar plurimum*] id est ve- Esa.12.
hementer & diu [*Venire ad vos*] Romanos [*et prohibitus sum*] id est impeditus, vel à spiritu sancto ve-
titus [*Vsque adhuc, nunc vero vlterius locum*] id est necessariam causam manendi, seu locum conue- 1.Thess.2.
nientem [*non habens in his regionibus*] Græciæ, vbi præcipuè prædicaui. Iam enim competenter in-
C structi, & reformati fuerunt, erantque per ciuitates & loca ordinati episcopi, presbyteri, atque diaco-
ni, qui sufficerent supplere vicem Apostoli [*Cupiditatem autem*] id est desiderium magnum [*Habens
veniendi ad vos ex multis iam præcedentibus annis*] Quoniam enim Roma erat caput mundi, sciebat Apo
stolus, quod conuersio Romanorum exemplaris & vtilis esset toti mundo, ideo penè à principio suæ
conuersionis optauit prædicare Romanis. Nam & ideo appellauit Cæsarem, quatenus occasionem ha
beret veniendi Romam [*Cum in Hispaniam proficisci cœpero*] vt in ea euangelizem. Optabat namque 1.Mac.8.
Apostolus, etiam in occidente prædicare Christum, sicut in orientalibus partibus fecerat [*spero quod
præteriens*] id est, per loca vestra velociter transiens, Hispaniam versus [*Videam vos*] id est, aliquan- Act.19.
to tempore apud vos ero. Non enim proposuit diu manere in vrbe, eò quòd Petrum sufficere sci- 21.28.
ret ad conuersionem Romæ, qui tunc cum suis discipulis Romæ sedit, & per loca Italiæ discipulos
suos misit [*et a vobis*] Romanis [*Deducar illuc*] id est ad Hispaniam. quæ tunc erat Romanis subie-
cta [*si nobis*] id est, præsentia vestra, [*Primum ex parte*] temporis, id est modico tempore [*Fruitus*]
id est delectabiliter vsus [*Fuero*] habendo aliquem fructum in vobis, & de vestro profectu lætando.
Frequenter sumit Apostolus, frui, communiter. Propriè autem, frui, est summo bono inhærere seu
D vltimo fini. [*nunc igitur proficiscar in Hierusalem ministrare sanctis*] id est, eleemosynas gentium defer-
re ecclesiæ Hierosolymitanorum, quibus præfuit Iacobus. Qui vt in omnibus credentibus essent for
ma Christianæ perfectionis, vendiderunt omnia sua, & in paupertate voluntaria Christo seruierunt.
Pro quorum sustentatione Apostoli erant soliciti. Petrus quoque & Iohannes commiserunt Paulo & Mat.13.
Barnabæ, vt gentes conuersas inducerent ad mittendum eleemosynas Hierosolymitis, quod & diligen- 2.Cor.9.
ter fecerunt. [*Probauerunt enim*] id est opere ostenderunt & sponte acquieuerunt [*Macedonia et A- Lucæ.19.
chaia*] id est fideles harum terrarum, quæ sunt partes Græciæ. Metropolis autem Macedoniæ est Phi
lippi, vnde dicuntur Philippenses, & Thessalonica. Metropolis verò Achaiæ, est Corinthus [*Collectio-
nem*] id est, eleemosynarum collationem ac dationem [*Aliquam facere in pauperes sanctorum*] id est, 1.Cor.9.
ad sustentationem sanctorum pauperum, [*Qui sunt in Hierusalem*] & erant ex Iudaismo conuersi [*Pla-
cuit enim eis*] collationem hanc facere [*et debitores sunt eorum*] hoc est sanctorum in Hierusalem [*nam
si spiritualium eorũ participes facti sunt Gentiles*] id est quoniã gentes conuersæ spiritualia bona, videlicet
fidem, instructionem & sacramenta Christi à Iudæis conuersis receperunt, mediatè vel immediatè
[*Debent*] id est, tenentur debito necessitatis vel debito honestatis, imò vtroque modo [*et in carnalibus
ministrare eis*] id est, necessariæ vitæ corporalis eis præbere. [*Hoc ergo cum consummauero*] hoc est e- 1.Cor.16.
leemosynas istas detulero in Hierusalem ad prædictos sanctos [*et assignauero eis fructum hunc*] hoc est
collationem gentium, eis missam [*Proficiscar Per vos in Hispaniam*] ¶ Quæritur, an Paulus prædica-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uit in Hiſpania. Dicunt quidam, quòd non, ſed propoſuit, non autem executus eſt, ſuperueniente impedimento. Vnde quod nunc dicit, proficiſcar in Hiſpaniam, intelligendum eſt conditionaliter ſcilicet ſi deus permiſerit, vel ita conceſſerit. Allegant autem pro ſe decretum quæſtione vndecima. Quis neſciat, vbi dicitur, quod de apoſtolis ſolus Petrus prædicauit in his prouinciis, ſcilicet. Italia, Gallia, Hiſpania, Africa & Sicilia. Iſidorus verò in libro de ortu & obitu ſanctorum dicit oppoſitum, aſſerens Paulum in Hiſpania prædicaſſe, Hieronymus quoque in libro de viris illuſtribus dicit, Paulus in prima ſatisfactione à Nerone dimiſſus, in partibus occidentis prædicauit. Ad decretum autem diuerſimodè reſpondetur. Lira verò reſpondet, quod decreti intentio eſt, quòd nemo prædicauit in prædictis prouinciis, niſi Petrus, vel alij de ordinatione ac miſsione ipſius. Sed huic non conſonat quod Paulus ſæpe teſtatur ſibi imminere prædicationis officium in omnibus gentibus, quantùm fieri potuit, ratione ſui apoſtolatus, imò authoritate ſibi commiſſa. Vnde non indiguit ex ordinatione Petri in Hiſpania prædicare, præſertim cum propoſuerit hoc facere antequam veniſſet Romam ad Petrum. Conſtat etiam ſanctum apoſtolum Iacobum in Hiſpania prædicaſſe. Nec poteſt negari, quin Paulus Romæ (quæ eſt caput Italiæ) prædicauit, & per conſequens in Italia. Scriptum eſt enim in Actibus, Manſit autem biennio toto in ſuo conductu, prædicans regnum dei, & docens quæ ſunt de domino Ieſu Chriſto, cum omni fiducia ſine prohibitione. Melius ergo dici poſſe opinor, quòd decretum ideo aſſerit ſolum Petrũ ex apoſtolis in his prædicaſſe prouinciis, quoniam alij apoſtoli, ſcilicet Paulus & Iacobus, non diu prædicauerunt in terris præfatis. [*Scio autem*] hoc eſt certè confido, vt per reuelationem agnoſco. [*Quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Chriſti*] id eſt in magna plenitudine gratiæ. [*Veniam*] ita, quod meus aduentus ſit vobis multùm proficuus, & mihi ipſi non parum meritorius. [*Obſecro igitur vos fratres*] hoc eſt per rem ſacram vos rogo, imò per ſanctum ſanctorum, videlicet [*Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, et per charitatem ſpiritus ſancti*] quam nobis infudit ſpiritus ſanctus [*Vt adiuuetis me in orationibus veſtris pro me*] fuſis [*Ad deum*] id eſt orando deum pro me, mihi ſubueniatis [*Vt liber ab infidelibus*] id eſt, obſtinatis Iudæis [*Qui ſunt in Iudæa*] ne rapiant quod offero ſanctis, [*Et obſequij mei oblatio*] id eſt repræſentatio eleemoſynarum, quas porto ſecundum miniſterium mihi iniunctum [*Accepta*] id eſt placens & grata [*Fiat in Hieruſalem*] ſanctis illic degentibus, quatenus affectum meum erga ipſos intelligant [*Vt veniam ad vos in gaudio*] ſpirituali, id eſt ſpiritualiter gaudens, negotiis meis ſalubriter expeditis [*Per voluntatem dei*] id eſt diuina voluntate annuente ac operante [*Vt refrigerer vobiſcum*] id eſt inſimul refrigerium ſpiritualis conſolationis habeamus, vobis ad concordiam reuocatis, & vnoquoque noſtrũ de profectu alterius gloriante. [*Deus autem pacis dator & amator, ſit cum omnibus vobis. Amen*] per gratioſam inhabitationem, Quamuis enim vbique ſit, tamen (vt Salomon ait) Longe eſt dominus ab impijs.

Iſidorus Hieronym.
Galat.1.
1.Tim.2.
Supra.1.
Act.13.
Act.28.
1.Cor.6.
Phil.1.
1.Cor.12.
Prou.15.

Cap. XVI. [*Commendo autem vobis.*] Artic.xx.

HVeuſque apoſtolus inſtruit Romanos moraliter verbis prædicationis: iam agit idẽ exemplo operis, proponens eis perſonas imitatione digniſsimas, [*Commendo autẽ*] id eſt, commendabilem dico, laudo, committo [*Vobis Phœbem ſororem noſtram*] ſpiritualem fide & religione [*Quæ eſt in miniſterio eccleſiæ quæ eſt Cenchris*] id eſt, miniſtrat eccleſiæ exiſtenti in loco, qui dicitur Cenchris. Cenchris autem eſt portus maris Corinthi, Phœbe verò mulier nobiliſsima erat atque ditiſsima, & de ſuis facultatibus eccleſiã illã iuuit [*Vt eam ſuſcipiatis in domino*] hoc eſt, ſecũdum voluntatem dei, & ſicut deus requirit, videlicet charitatiuè, reuerenter & piè [*Digne ſanctis. i. prout decet recipi ſanctos*] Et aſsiſtatis eis in quocunque negotio veſtri indiguerit. Venit enim hæc mulier Romam propter certa negotia ſua, & fortè in curia Cæſaris habuit aliqua expedire, ſicque indiguit auxilio Romanorum. Meruit etiam ipſa, vt ſibi ſubueniretur hoc modo. [*Etenim ipſa quoque aſtitit*]. i. ſubuenit [*Multis*] fidelibus [*Et mihiipſi*] In eccleſia autẽ Romanorũ erant quidam de familia imperatoris, iuxta illud, Salutant vos qui ſunt ex Cæſaris domo, & iſti præcipuè poterãt auxiliari fidelibus, [*Salutate Priſcam et aquilam*] virum Priſcæ, de quibus in actibus habetur, vbi etiam Priſca hæc appellatur Priſcilla, & erãt ambo valde eruditi in via domini. Nam & apollo plenius inſtruxerunt, venerunt q; Romã vt cõfirmarent Romanos. Quod ſecundũ gloſſam, intelligendũ eſt de omnibus, quos hîc ſalutat apoſtolus, ſcilicet quod venerunt Romã ad confirmandũ Romanos in fide & gratia [*adiutores meos in chriſto ieſu*] hoc eſt in prædicatione euangelij Chriſti [*qui pro anima mea*] id eſt defenſione vitæ meæ [*Ceruices ſuas ſuppoſuerunt*] id eſt, ſeipſos mortis periculo expoſuerunt. Debemus enim pro fratribus animas ponere. [*quibus non ſolus ego gratias ago*] pro beneficijs mihi impenſis, qui in Corintho in domo eorum manſi, & operabar cum eis manibus propriis [*Sed et cunctæ eccleſiæ gentium*] gratias agunt, quoniam mihi gentium apoſtolo taliter aſtiterunt. Salutate quoque [*et domeſticam eorum eccleſiam*] id eſt eorum familiam vel congregationem fidelium in domo eorum exiſtentem. [*Salutate ephenetum dilectum mihi*] id eſt familiarem [*qui eſt primitiuus aſiæ in Chriſto*] id eſt ex Aſia primò conuerſus, ac regeneratus in Chriſto, & ſic erat alijs exemplar credulitatis ſeu fidei, [*Saluate Mariam, quæ multum laborauit in vobis*] id eſt pro vobis concordandis. Nunciauit enim Apoſtolo diſcordiam Romanorum. [*Saluate andronicum et iuliam, cognatos et concaptiuos meos*] id eſt de tribu mea exiſtentes, & interdum capti fuerunt pro fide, & multa perpeſsi, vt ego [*qui ſunt nobiles*] nobilitate ſanctiſsimæ conuerſationis [*in apoſtolis*] Secundum Originem, hi duo viri erant de numero ſeptuaginta diſcipulorũ,

Phil.4.
Act.15.
Act.8.
1.Ioann.
Act.20.
Origenes.

quorum aliqui (vt Sileas) nominantur apoſtoli. Sed & iſti dicuntur nobiles in apoſtolis. i. inter apoſtolos, quia apoſtoli dicti ſunt ratione diſcipulatus, & validæ prædicationis [*Qui & ante me fuerunt in Chriſto*] per fidem [*Salutate Ampliatum dilectiſsimum mihi in domino. Salutate eos qui ſunt ex Narciſci domo*]. i. ad eius familiam pertinent. Narciſcus iſte (vt dicitur) presbyter fuit, & circumeundo confirmabat fideles. [*Saluate Rufum electum*] ad ſacerdotium [*& matrem eius*] carnalem [*et meam*] ſpiritualem. Propter præcipuam huius fœminæ ſanctitatem, nominat eam matrem. Cætera patent. [*Salutate inuicem in oſculo ſancto*] ſpirituali, charitatiuo, quod ſit veræ concordiæ, & internæ dilectionis indicium: non in oſculo carnali, impudico, adulatorio, ſimulatorio, aut proditorio. Abſalon oſculabatur populum adulatoriè, Ioab Amaſan ſimulatoriè, Iudas Chriſtum proditoriè. Erat quippe in primitiua eccleſia conſuetudo recipiendi ac ſalutandi fideles cum oſculo oris. Tunc enim arſit ſpiritualis dilectio, nec erat periculum de carnalitatis mixtura, vt modo. [*Rogo autem vos fratres, vt obſeruetis*] hoc eſt notetis & diſcernatis ab aliis [*eos qui diſſenſiones*]. i. diſcordias & contrarias opiniones circa fidei veritatem [*et offendicula*]. i. ſcanda la [*Præter*] i. contra [*Doctrinam*] euangelicam [*Quam vos didiciſtis*] à Chriſti diſcipulis [*Faciunt*] inducendo vos ad mutuam offenſionem ac diſenſionem [*Et declinate ab eis*] non ſolùm mente, ſed etiam corporali receſſu, ſi fieri poteſt, ne peruertamini cum peruerſis. [*Huiuſmodi enim*] peruerſi [*Chriſto domino*] noſtro [*Non ſeruiunt*] qui talia vitia ſuis ſeruis prohibuit [*Sed ſuo ventri*] quem quærunt implere, cum ſint guloſi. [*Et per dulces ſermones*] hoc eſt, verba compoſita atque placentia [*Et benedictiones*] id eſt, falſas laudationes [*Seducunt corda innocentium*] id eſt, inexpertorum & incircunſpectorum, qui in ſe boni ſunt ſine dolo & ſelle, putantque alios tales eſſe, quales ipſi ſunt, ideo citò credunt & falluntur. Vnde in prouerbiis ſcriptum eſt, Innocens credit omni verbo, aſtutus conſiderat greſſus ſuos. Debetis autem ô Romani ab his declinare. [*Veſtra enim obedientia*] qua veræ fidei & appſtolicæ traditioni paretis [*in omnem locum*] hoc eſt, per omnes eccleſias [*Diuulgata eſt.*] Quoniam enim Romani monarchiam tenebãt, quotidie erat confluxus extraneorum ad Romam, qui redeuntes ad ſua, diuulgabant facta Romanorum, & ita fideles venientes Romam, cum vidiſſent gratiam Romanorum, reuertentes nunciauerunt cæteris Chriſtianis fidem & opera eorum, ſicque alij animabantur, & confortabantur in fide. Propterea error Romanorum magis omnibus nocuiſset quam aliorum. [*Gaudeo igitur in vobis*] in conſideratione gratiæ vobis conceſſæ, & congratulor vobis [*Sed volo vos ſapientes eſſe in bono*] hoc eſt, in cognitione & operatione eorum, quæ bona ſunt, vt diſcernatis precioſum à vili, virtutem à vitio, verum à falſo [*Et ſimplices*] hoc eſt, ignaros & inexpertos [*In malo*] vt nec operando experiamini, nec approbando ſciatis, nec ſtudioſè diſcatis quæ mala ſunt. [*Deus autem pacis conteret*]. i. deiiciet [*Satanam*]. i. diabolum, de quo in Iob, Dixit dominus ad ſatan. Et in Zacharia, Increpet dominus in te ſatan [*Sub pedibus*] id eſt, affectibus [*Veſtris velociter*] de quibus pedibus in Canticis ſcribitur, Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? Et in pſalmo, Non veniat mihi pes ſuperbiæ: hoc eſt, dominus dabit vobis virtutem reſiſtendi diabolo, eumque vincendi, propter quod ait ſaluator, Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Itemque in pſalmo, Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis. [*Gratia dñi noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum. Salutat vos Timotheus adiutor meus*] in cultura vineæ Chriſti, Epheſiorum epiſcopus. Cum quo (ſecundum Hieronymum) miſit apoſtolus iſtam epiſtolam. Alij dicunt, quod prædicta Phœbe detulit eam. Et puto quod vtriſque commiſit hanc baiulationem, vt ſi quid vni in via occurreret impedimenti, alter negotium expediret [*Et Lucius.*] Quidam dicit, & Lucas, expoſitque de Luca euangeliſta: ſed nec textus correctus, nec gloſſa ſic habet [*Et Iaſon Soſipater*] qui ſunt *cognati mei*] ſecundum carnem. [*Saluto vos ego Tertius*] id eſt, taliter nominatus [*Qui ſcripſi epiſtolã*] hanc *In domino*] hoc eſt, ad dei honorem, tanquam notarius apoſtoli: de cuius licentia ego nominatus vos ſaluto, & nomen meum hic exprimo, ad perpetuam rei memoriam [*Saluat vos Caius hoſpes meus*] iam in Ciuitate corinthi, vnde mitto præſentem epiſtolam. Iſte Caius erat Corinthiorum epiſcopus, ad quem ſcribit Iohannes Apoſtolus tertiam ſuam canonicam, Laudans eum de virtute hoſpitalitatis: vnde & Paulus in domo eius manere ſolebat. *Et vniuerſa eccleſia*] Caij huius. [*Salutat vos Eraſtus archarius ciuitatis*] Athenienſium, ſecundum gloſſam. Dicitur autem Archarius, ab ἀρχὸς, quod eſt princeps, vel ab arca, quoniam præerat arcæ cuſtodiens eam, in qua ponebantur vectigalia & tributa [*Et quartus frater.*] Quartus proprium nomen eſt, ſicut & Tertius, erátque frater religione, non natione. [*Gratia domini noſtri Ieſu chriſti cum omnibus vobis, Amen.*] Ex ardenti amore reſumit apoſtolus quod prædixit de præſentia gratiæ Chriſti. [*Ei autem*] videlicet deo, trinitati [*Qui potens eſt vos confirmare*] in omni bono [*iuxta Euangelium meum*] id eſt, ſecundum prædicationem meam [*Et prædicationem Ieſu Chriſti*] à cuius prædicatione euangelium meum non diſſonat, prædicationem inquam Chriſti factam [*ſecundum reuelationem myſterij*] id eſt, in manifeſtatione diuini ſecreti de incarnatione Chriſti, & redemptione generis humani. Vel ſecundum quod reuelatum eſt mihi de iſto myſterio. Myſterij dico [*Temporibus æternis taciti.*] i. ab æterno in deo abſconditi. Tempora autem æterna apoſtolus dicit durationem præcedentem hunc mundum, quæ aliud mihi eſt niſi æternitas, quam exprimit apoſtolus per æterna tempora, quia non poteſt apprehendi à nobis, niſi per comparationem ad tempus infinitum. Vnde & ad Titum dicit, Ante tempora ſecularia [*Quod*] myſterium [*Nunc*] tempore nouæ legis in Chriſti aduentu [*Patefactum eſt*] mũdo [*Per ſcripturas prophetarum*] ab ipſo Chriſto declaratas. Qui (vt apud Lucam legitur) aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas. Et iterum promiſit apoſtolis, Cum venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Tunc nanque apparuerunt fontes aquarum, & reuelata ſunt fundamenta orbis terrarum. Quod totum factũ eſt [*ſecundum præceptum æterni dei*] Chriſtus enim ſecundum formam ſerui erat miniſter trinitatis in hac reuelatione. Propter quod ait, Sicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio. Et facta eſt reuelatio [*Ad obeditionem fidei in cunctis gentibus*] hoc eſt, vt omnes gentes obediant fidei

Act.15.
1.Reg.14.
2.Reg.20.
Marc.14.
Luc.22.
Philip.3.
Tit 3.
Pſalm. 17.
Prou.14.
2.Theſ.2.
1.Mac.8.
Philip.1.
Hiere. 15.
Iob.1.
Zach.3.
Cant.3.
Pſalm. 35.
Luc.æ. 10.
Pſalm.90.
1.Tim.3.
Hierony.
Aliàs, arca rius.
Phil.1.
Tit.1.
Luc.24.
Iohan.16.
Eſa.17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioann.14. Ephe.3. credēdo & operādo. Mysterii dico [*Cogniti*] plenariè atq; perfectè [*Soli sapienti deo*] id est deo trinitati, qui solus est sapiens per essentiam, cuius tanta est sapientia vt comparatione ipsius omnis sapientia creata pro nihilo reputetur, sicut in comparatione diuinæ puritatis, cæli dicuntur immundi, & comparatione aliorum solus dicitur esse. Patefacti autem [*Per Iesum Christum*] (vt dictum est) [*Cui*] sit [*Honor*] id est debita exhibitio reuerentiæ [*Et gloria*] id est clara cum laude notitia, vel vera lætitia: ita vt honor sit ei à nobis, gloria autem in se. Ipse enim est cum patre & spiritu sancto super omnia deus sublimis & bene dictus. [*Amen.*]

IN EPIS. .I. AD CORINTHIOS
PRAEFATIO.

Ioann.1. Ecc.12. Dionys. Heb.4. Hier.23. 2.Corin.4

VErba sapientum sunt quasi stimuli, & quasi claui in altum defixi. Quemadmodum iuxta documenta magni atque diuini Dionysij in cælesti Hierarchia, superiorum angelorum est inferiores purgare, illuminare & perficere: inferiorum vero angelorum est, à superioribus purgari, illuminari ac perfici. (Purgantur autem non vtique à culpa, cum non sit in eis aliqua macula, sed à dissimilitudine seu luminis minoratione) sic in Ecclesiastica Hierarchia doctorum ac prælatorum officium est, inferiores purgare, illuminare, perficere: inferiorum verò est à superioribus purgari, illuminari ac perfici. Purgantur verò homines non solum à dissimilitudine, sed etiam à peccatis: illuminantur autem, vt veritatem cognoscant, perficiuntur quoque, dum in die amore proficiunt. Cum ergo sapientes vitiosos, & negligentes efficaciter arguunt, verba eorum sunt quasi stimuli, quoniam corda dura pungunt, penetrant & impellunt. Propter quod per Hieremiam dominus loquitur, Nunquid non verba mea sunt quasi maleus conterens petram? Sermo quippe diuinus eradicat, abscindit & eucit de cordibus nostris spinas & tribulos vitiorum ac passionum, sicque circunscindit & polit animam nostram, vt capax sit illustrationis internæ, & perfectionis diuinę. Et quā tùm ad hoc, verba sapientum sunt quasi claui in altum defixi. Itaque verba sapientissimi nostri doctoris magistrique gentium diuinissimi & gloriosissimi Pauli, in ea quæ iam exponenda restat epistola, sunt quasi stimuli. Quia Corinthios de multis excessibus fortiter increpat, bonos verò commendat, & secundum diuersam dispositionem eorum, quibus scribit diuersimodè loquitur, nunc exhortando, nunc blādiendo, nunc collaudando, nunc arguendo. Porrò Corinthus est metropolis Achaiæ, quæ est pars Græciæ, vnde Corinthij dicuntur Achaici. Hi ab Apostolo instructi, & conuersi fuerunt, sed post eius recessum, variis modis subuersi sunt à philosophis & Iudæis. Quo cognito, apostolus existens in Epheso scribit eis presentem epistolam, mittens eam per Timotheum. In qua reuocat eos ad Euangelicæ fidei veritatem, & christianæ iustitiæ puritatem.

Cap. 1. Epist. .1. Ad corinth. Articu. 1.

Rom.1. Galat.1. Hiere.23. Osee.8. 1.Re.2. Roma.14.

MOre solito, iuxta consuetudinem scribendi epistolas seu literas missiuas, apostolus in huius epistolæ exordio nomen suum præmittit, & alterius secum scribentis, sicque procedit ad salutationem, narrationem & conclusionem, vt fieri solet. Et ait, [*Paulus vocatus*] id est, ex diuina prædestinatione assumptus & factus, vel à deo electus [*Apostolus Iesu Christi per voluntatem dei*] id est à voluntate diuina, tanquam à causa principali ac libera. Hoc dicit Apostolus, vt ostendat eos deo resistere, qui suo apostolatui contradicunt: & etiam, vt demonstret quòd ipse non iniecit se ipsum. nec sibi assumpsit honorem, vt illi de quibus dominus ait, Ego non mittebam eos & ipsi currebant. Et rursum, Principes extiterunt, & non cognoui. ¶Quæri potest, cur Paulus humillimus, in ista epistola, cum nomē suū cōmemorasset, statim adiecerit nomina eximiæ dignitatis, non solitæ humilitatis, dicens, Apostolus, non seruus Iesu Christi, & hoc per voluntatem dei, quasi impiū sit aliter opinari. Et respōdendum, quòd virtus discretionis id exigit in prælato, vt ita se habeat verbis & factis circa subiectos, sicvt eorum saluti expediens est. Oportet autem prælatum à subditis timeri, amari, ac honorari. Cum ergo subiecti ita se habent circa prælatū, nō est prælato necesse, vt verbis seu factis authoritatem suam ostendat. Cum verò contemnitur, ostēdere debet collatæ potestatis authoritatē, quatenus subditis timorem, reuerentiāq; nominis sui incutiat. Apostolus autem Corinthiis vsus fuit, quia (vt asserit glossa) contempto paulo Apostolo, de sapientibus huius seculi se iactitabāt, quorum vana eloquentia, sapientiáque terrena delectabantur. Idcirco Apostolus, vt eorum præsumptionem argueret, eos quoque ad suæ personæ reuerentiam inclinaret, cū dixisset Paulus, mox addidit Apostolus &c. quod totum factum est, non ad propriam laudem, sed propter illorum salutem. [*Et Sosthenes frater*] Hunc Sosthenem associat sibi Paulus, quia pro Corinthiorum correctione multū solicitus fuit, & eos (vt dicitur) apud apostolum accusauit. Vnde nunc dicitur, Sosthenes frater, ad insinuandum quod accusatio illa prodiit ex fraterna charitate, non aliunde. Itaque ego Paulus, & Sosthenes frater spiritualis, scribimus: solus tamen Paulus dictauit. Sosthenes verò consentiendo conscripsit. [*ecclesiæ dei*] id est, congregationi fidelium. [*Quæ est Corinthi*] id est, in ciuitate Corintho, vtpote [*Sanctificatis*] id est, à vitiis emendatis, in sacramento baptismi, ac pœnitentiæ. [*in Christo Iesu*] id est, in virtute & gratia Saluatoris. [*Vocatis sanctis*] id est, à deo ad sanctitatem adductis atque electis [*Cum omnibus qui inuocant*] id est ex intimo cordis affectu implorant.] *Nomen domini nostri Iesu, in omni loco ipso-*

rum] id est, vbicunque in prouincia Corinthiorum [*Et nostro*] hoc est, loco nobis primùm cōcesso. Hic enim locus Paulo commissus est, vt habitatores eius conuerteret. Et cum deus vbique sit, non solùm in templo materiali, sed vbique inuocandus est, quatenus veri adoratores adorēt eum in spiritu & veritate. Quia nec contēplatio, neque oratio exigit locum, aut loci determinationem ex necessitate, sed ex quadam decentia. vnde sicut contēplationi beatorum deputatur cœlum empyreum ex congruentia, sic ecclesia materialis deputatur orationi fideliū ex congruentia quadam. Sed sicut angelus vbicunque fuerit extra cœlum empyreum incessabiliter deum contemplatur: ita fidelis vbicunque fuerit, nomen Christi inuocare debet. Et sumitur hic nomen pro re nominata. ¶Deinde salutatio ponitur, [*Gratia*] gratum faciens (de qua in expositione primi capituli Epistolæ ad Romanos dictum est plenius) detur & semper insit [*Vobis*] Corinthiis [*et pax*] id est quies mentis à vitiorum inordinato impulsu [*A deo patre nostro*] per gratiam adoptionis, qui est pater Christi per realem relationem ac relatiuam proprietatem, & pater christi per æternam ac naturalem generationam [*Et à domino Iesu Christo*] filio patris, qui secundum diuinā naturam est vna & eadem causa efficiens gratiæ & pacis cum patre. Quæcunque enim facit pater, hæc & filius similiter facit. Secundum naturam verò assumptam, est causa gratiæ & cæterorum donorum gratuitorum instrumentalis ac meritoria. Patre autem & filio nominatis, datur intelligi spiritus sanctus qui est amor, nexus, & germen amborum. Totius superfelicissimæ trinitatis indiuisa est operatio foris transiens, sicut & trium personarum est vna natura, & vna potestas. Quoniam verò inter Corinthios erant aliqui boni laude digni, Apostolus primò agit de bonis, & pro beneficiis dei eis collatis gratias agit, & ait, [*Gratias ago*] verbis, factis, atque affectibus [*Deo meo*] qui licet sit omnium deus, tantò tamen specialius ac singularius est deus vniuscuiusque ipsum colentis, quantò ab eo deuotius colitur, ardentiusque amatur. Vnde & princeps theologorum Dionysius in libris suis, vix dicere audens deus meus, sic dicit, Deus, & si fas est dicere, meus. Propterea non quorumlibet, sed perfectorum feruenter amantium est dicere, Deus meus. Fortiter tamen perficientes, ex quadam humili confidentia dicere possunt, Deus meus, alij passim non dicant. Deus meus: nisi in persona Christi hominis, ecclesiæ seu perfectorum. Itaque gratias ago deo meo, à cuius amore nulla creatura me potest auellere, [*Semper*] id est, omni hora conuenienti ac debita, iuxta quem modum iubemur semper orare [*Pro vobis*] quorum imperfectum supplere desidero, eò quòd diligam vos tanquam meipsum [*In gratia dei quæ data est vobis*] id est, pro omnibus donis supernaturalibus, vobis diuinitus condonatis [*In Christo Iesu*] hoc est, per Christum mediatorem, seu merito eius, per quem omnia diuina nobis præstantur. [*Quia in omnibus*] [spiritualibus diuitiis [*Diuites facti estis in illo*] id est, per Christum abundatis in omni gratia dei, secundum conditionem & statum huius fragilis vitæ, videlicet, quia in his quæ ad salutem requiruntur, abundatis. Secundum quem sensum ait Psalmista, Nihil deest timentibus eum. Vel ideo dicuntur in omnibus diuites facti, quoniam spiritualia bona quæ nondum sortiti sunt in re, iam habent in spe. ¶Has autem diuitias explicat apostolus in speciali [*In omni verbo euangelicæ prædicationis.*] Hoc dicit Apostolus, vel quia donum linguarum receperunt, ita vt omnibus linguis loquerentur. In primitiua enim ecclesia, per impositionem manuum apostolorum, dabatur baptizatis donum linguarum. Vel, in omni verbo, id est, in omni modo docendi [*Et in omni scientia*] vera ad salutem necessaria, videlicet in intellectu scripturarum sanctarum [*Sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis*] id est, eo modo diuites facti estis in his sicut, id est, prout testimonium Christi confirmatum est in vobis, id est, promissio seu contestatio, quia Christus testatus est, se ditaturum suos fideles, in vobis impleta est. Ipse enim prædixit, Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Et alibi. Quicquid petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam [*Ita vt nihil vobis desit in vlla gratia*] necessaria ad salutem. Vel, quia omnia dona ad gratiam gratum facientem pertinentia, habetis, & alijs gratiis, scilicet gratis datis, notabiliter abundatis, Virtutes enim & dona spiritus sancti ita connexa sunt, vt habens vnum, cætera quoque aliqualiter habeat. Non tamen ita perfecti fuerunt quin potuerunt proficere, perfectioresque fieri: iuxta illud, Omnem qui fert fructum, purgabit eū pater, vt fructum plus afferat. Itaque nihil gratiæ deest vobis [*Expectantibus reuelationem*] id est, manifestam apparitionem [*Domini nostri Iesu Christi*] in die iudicij, quando (iuxta Esaiam prophetam) videbit omnis caro salutare dei nostri. De qua reuelatione scriptum est. Ecce venit cum nubibus, & videbit eū omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Vel reuelationem Christi, id est, claram visionem eius in patria, quæ visio est tota merces: de qua ait in Euangelio, Qui diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum [*Qui & confirmabit vos*] vt piè confido. Verbum est bonę spei, non absolutæ assertionis, nisi fortè ex reuelatione diuina [*Vsque in finem*] vitæ præsentis inclusiuè [*Sine crimine*] id est, mortali peccato, ita quod gratiam perseuerantiæ conferat vobis, ne peccetis mortaliter, sed in gratia decedatis: ad hoc, vt sine peccato appareatis [*In die aduentus domini Iesu Christi*] id est in die iudicij. Vel, aduentus Christi intelligitur spiritualis eius aduentus, quo quotidie venit per gratiam ad electos, prout ipse Christus profitetur, Ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus. Et alibi, Ego sto ad ostium & pulso. Vel visitatio eius, qua visitat vnumquenque in morte. Vnde ait. Vigilate, qua nescitis quia hora dominus vester venturus est. De hoc aduentu comminatur quodam loco cuique negligenti, Si non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur: & nescies quia hora veniam. Sed & Iacobus dicit, Patientes estote vsque ad aduentum domini, id est, vsque ad mortem. Vnde subiungitur ibidem, Ecce iudex ante ianuam assistit, Quandocunque autem confirmatur à deo Christus, spiritualiter venit ad nos. [*Fidelis deus*] non à fide, sed à fidelitate, quam conseruat ad suos, eum quibus fideliter agit, secundum quod charitas dictat. Vel, Fidelis deus, id est, verax in promissis,

Ioann.4. Roma.1. Psalm.2. Psalm.190 Ioann.5. 1.Ioann.5. Ioan.5. Epist. 1.Thess.2. Act.10. Dionys. Rom.18. Luc.18. Psalm.33. Act.5. Act.8. Act.19. Iohan.17. Ioann.15. Apo.22. Iohan.15. Esa.40. Apo.1. Iohan.14. 1.Iohan.3. Iohan.14. Apoc.2. Mat.24. Apoc.3. Iaco.5.

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iosue.1. Psal. 144. iuxta illud in Psalmo, Fidelis dominus in omnibus verbis suis [*Per quem (.i. a quo) vocati estis*] per inspirationem internam, ac prædicationem apostolicam [*In societatem*] id est ad communionem & participationem gratiæ, & gloriæ [*Filii eius domini nostri Iesu Christi*] De plenitudine siquidem eius accepimus omnes. Prædestinauit enim nos conformes fieri imaginis filii sui, vt alio loco dictum est. Ecce quanta gratia & beneuolentia dei sancti & benedicti, qui non solùm vocauit nos ad consortium apostolorũ & angelorum, sed vnigeniti filii sui. Quotquot enim receperunt eum, dedit eis potestatẽ filios dei fieri. Ideo scriptum est, Maxima & pretiosa nobis promissa donauit, vt per hęc efficiamini diuinæ cõsortes naturę. Et alibi, Societas nostra sit cũ patre & filio eius Iesu Christo. Ineffabilis prorsus nobilitas, societatẽ habere cũ deo, Et summa miseria, propter temporales delitias ac transitoria bona vilissima atque caduca, societatem hanc deiformem omittere. Non ergo negligamus grtiam dei, quæ data est nobis, sed carnem domemus, affectum purgemus, cœlestibus infatigabiliter intendamus. ¶ Hucusque laudauit Apostolus perfectos, iam alios hortatur ad perfectionem illorum. [*Obsecro autem*] .i. per rem sacrum, imò per sanctũ sanctorum rogo [*vos fratres*] videlicet [*per nomen domini nostri Iesu Christi vt idipsum*] id est vnum & idem secundum dei voluntatem [*Dicatis omnes*] sicut faciunt quos iam laudaui [*Et non sint in vobis schismata*] .i. diuisiones atque discordiæ. Scriptum enim est, Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Sed videtur contrarium his, quod dominus ait per alium prophetam, Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Et respondendũ, quod loquitur de spirituali cordis circuncisione, & apertione, qua cor antea durum aperitur verbo dei, & recipit illud. [*Sitis autem perfecti*] id est perfecti seu omnino concordes [*In eodem sensu*] id est in cognitione practica, vt idẽ agatis [*Et in eadem scientia*] id est in cognitione speculatiua, vt idem credatis ac sapiatis. Duę enim sunt partes legis diuinæ, videlicet testimonia & præcepta. Testimonia pertinẽt ad credenda, præcepta verò ad operanda. Vult ergo apostolus, vt in horum vtroq; cõformes sint. ¶ Hæc hortor & obsecro [*Significatum est enim mihi de vobis (o) fratres mei ab his qui sunt Cloes*] id est habitant in loco qui dicitur Cloes. Vel in domo relgiosæ fœminæ Cloes vocatę, quorum vnus fuerat Sostenes, iam prædictus. Secundum quosdam, Cloes est nomen loci prope Corinthum: secundum alios verò est nomen mulieris deuotæ, in cuius domo multi fideles manebant. Isti doluerunt de contentione ac schismate Corinthiorũ, Dixeruntque Paulo, quod subditur [*Quia contentiones inter vos sunt*] sicut subiungitur [*Hoc autem dico*] id est refero [*Quod vnusquisque vestrum dicit.*] Percepi enim verba vestra in propria forma, & ideo omnium vestrũm verba iam enarro. Alius enim è vobis dicit, [*Ego quidem sum Pauli*] id est ad Paulum pertineo tanquam filius & discipulus eius, quia ab eo baptizatus seu doctus sum. [*Ego autem sum Apollo*] id est discipulus eius. Iste est Apollo vir eloquens & potens in scripturis, sicut in actibus legitur, qui (vt dicitur) erat Corinthiorum episcopus, Alius dicit, [*Ego vero Cephæ*] id est ego ad Petrum pertineo. Alius dicit, [*Ego autem Christi*] sum tanquam eius seruus atque discipulus. Qui ita dixerunt non errauerunt vt alii. ¶ Contentio autem Corinthiorum fuit ex hoc, quòd putabant sacramentum baptismatis aliquid virtutis habere ex meritis ministri, & ita baptizatus ab vno pætulit se baptizato ab alio, prout vnus ministrorum excellentior extitit alio. Quilibet etiam nominauit se ab illo, à quo fuerat baptizatus, sicque vnus dicebat, ego sum Pauli. Hi errauerunt, qui baptismus non habet efficaciam, nisi merito Christi, tanquam à causa meritoria, qui tactu suæ mundissimæ carnis vim regeneratiuam contulit aquis. Vnde de latere Christi morientis dicuntur omnia sacramenta fluxisse, quoniam virtute passionis dominicæ operantur. Christus verò, vt deus, seu tota beatissima trinitas, est causa effectiua & principalis virtutis baptismi, quoniam solus deus intus baptizat peccata lauando seu abluendo, & gratiam infundendo, sine cuius infusione nemo iustificatur, neque peccatum dimittitur. Vnde quodam loco de Christo habetur. Super quem videris spiritum descendentem & manentẽ super eum, ipse est qui baptizat in spiritu sancto. Et alibi, Ipse baptizabit vos spiritu sancto & igni. Vnde vt legitur, advitandum prædictum Corinthiorum errorem, ecclesia Græcorum mutauit formam baptismi, dicendo, baptizo seruus Iesu Christi. ¶ Ad ostendendum ergo errorem Corinthiorum, quęrit apostolus [*Diuisus est Christus?*] id est nunquid Christus in corpore suo mystico huiusmodi diuisionem admittit & approbat, vt vnus dicatur Pauli, alius Cæphæ, & non potius omnes sint Christi, & ab ipso christiani vocentur? Quasi dicat, Non, Christus enim ait, Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnum, sicut & nos. Vel sic, Diuisus est Christus. i. nunquid Christus diuersimodè se habet ad suos ministros baptistas, aliter operando in baptismo vnius quàm alterius? [*Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis?*] id est cũ nec Paulus nec aliquis alius præter Christum pro vestra salute sit passus, nec in nomine Pauli vel alterius, sed in nomine Christi baptizati sitis, cõstat quod non plus valet baptismus ministratus ab vno ministro Christi q̃ alio. Quoniam virtus baptismi, est ab ipso q pro mundi salute occisus est, & in cuius nomine adminstratur: hic verò Christus est Quanuis autem Christus dixerit, Euntes docete omnes gentes baptizãtes eas in nomine patris, & filii, & spiritus sancti: Apostoli tamẽ in primitiua ecclesia ex familiari cõsilio seu instinctu spũs sancti, videlicet vt nomẽ Christi magis celebre fieret, quod à Iudęis iugiter blaphemabatur, baptizauerũt in noĩe Christi. Vnde Petrus differuit, Baptizetur, inquiẽs, vnusquisq; vestrũ in nomine Iesu Christi. Hoc tamẽ fecerũt, secũdũ quod in nomine Christi, tota supersancta trinitas intelligitur, videlicet pater, vngens, & spũs sanctus, qui est vnctio. [*Gratias ago deo meo quod neminem vestrum baptizaui nisi Crispum et Caium,*] Iste videtur esse Crispus archisynagogus, qui (vt in actibus legitur) credidit domino. Caius quoq; iste forsitã est, de quo ad Romanos dixit apostolus, Salutat vos Caius hospes meus: cui (vt ibidem dictũ est) Ioannes tertiam suam mtsit epistolam, eratque Corinthiorum episcopus. Itaque gratias ago, quod neminem vestrũm baptizaui, præter hos paucos, qui etiã non sunt de vestra cõtẽuone, cum sint viri perfecti. Non quia baptizare sit actus malus, sed [*Ne quis dicat quod in nomine meo baptizati sitis*] id est ne actus

Esaiæ.22. Iohel.2. Actu.18. Augustin. 1.Petri.2. Ioann.1. Matth. 3. Actu.11. Ioann.17. Roma.6. 2.Corin. 5. Actu.2. Actu.18. Roma.6. 3.Ioann.

Ioann.1. Roma.8. Ioann.1. 2.Petri.1. 1.Ioann. 1. 2.Par.26. 1.Timo.4.

A bonus à me factus, esset vobis occasio mali. Ex quo eluceſcit, quòd interdum ab aliquibus bonis operibus ex charitate cessandum sit, vt aliorum culpa seu scandalum deuitetur. [*Baptizaui autem & Stephanæ domum*] id est illius deuotæ matronæ familiam, fortè simul cum ea, quæ etiam non contendit vobiscum. [*Cæterum nescio, si quem alium vestrum baptizauerim,*] & quia apostolus bonæ memoriæ erat, probabile est, quòd non baptizauit, nisi prædictos tam paucos: cuius ratio subditur, [*Non enim misit me Christus baptizare*] id est principaliter ad baptizandum, cum hoc ab inferioribus & parum doctis fieri possit tam perfectẽ, sicut à perfectioribus: [*Sed euangelizare*] id est euangelium prædicare quod non potuit perfectè fieri, nisi à valde perfectis atque doctissimis. Non tamen est sic intelligendum quod nunc dixit apostolus, non misit me Christus baptizare, quasi ipse & alij apostoli nequaquam missi sint baptizare: cum dicat eis saluator, Docete omnes gentes, baptizantes eas. sed hoc ideo dicitur, quia apostoli non sunt principaliter missi ad baptizandum, videlicet ne baptizando retardarentur à prædicatione. Ideoque, quemadmodum Christus per seipsum docuit, & per discipulos baptizauit, vt patet apud Ioannem: sic & apostoli verbo prædicationis instabant, & per discipulos suos frequentius baptizabant necessitate aut magna ratione exigente baptizationis. Itaque misit me Christus euangelizare, [*Non in sapientia verbi*] id est non in sapientia naturali, seu philosophica, verbis ornata atque verbosa, quæ comparatione diuinæ sapientiæ potius est sapientia nominalis, quàm realis. [*Vt non euacuetur*] hoc est incredibilis aut inutilis
B reputetur, [*Crux Christi*] id est, fides passionis dominicæ. Naturali enim rationi visum est impossibile, incredibile atque inutile, vt deus pateretur. Ideo apostolus fidem crucis Christi non prædicauit in sapientia verbi. Vel sic, vt non euacuetur crux Christi, id est ne fides Christi videatur humanæ rationi inniti, & per consequens, facilè posse reprobari. Denique Christiana doctrina non indiget cultu, & pompa verborum, ne videatur ex humanæ subtilitatis calliditate procedere, non ex veritate. Ibi enim compositio sermonis exquiritur, vbi ipsa se veritas non commendat. [*Verbum enim*] id est fides & prædicatio, [*Crucis*] Christi [*Pereuntibus quidem*] id est mundi huius sapientibus & reprobis, [*Stultitia est*] id est stulta & irridenda videtur. Sicut de Græcis refert Dionysius, quod audita prædicatione fidei Christianæ, lato ore riserunt, [*His autem qui salui fiunt, id est nobis*] puta electis, [*Virtus dei est*] id est potens effectus diuinæ potentiæ, per quem obtinemus gratiam & gloriam, victoriam quoque contra insidias hostis: iuxta illud, Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra. Quis enim est qui vincit mundum, niti qui credit, quoniam Iesus est filius dei?

¶ Quod autem verbum crucis pereuntibus, scilicet prudentibus huius seculi stultitia sit, probat apostolus. [*scriptum est enim*] in Esaia [*Perdam*] id est damnabo ego dominus deus, [*sapientiam sapientium*] id est sapientiam eorum qui seipsos sapientes reputant in diuinis, videlicet in naturali notitia diuinorum, sicut philosophi, [*Et prudentiam prudentium*] id est falsam prudentiam impiorum, qui in rebus humanis astuti & callidi sunt, vt faciant mala, [*Reprobabo*] id est à prædicatoribus sanctis excludam, & eam in iudicio condemnabo, quia non fuit subiecta simplicitati fidei sanctæ. Hinc enim ait saluator, Confiteor ti
C bi pater domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Nostra translatio habet sic, Peribit sapientia à sapientibus, & intellectus prudentium abscondetur. [*Vbi sapiens*] huius mundi, quantùm ad diuina naturaliter nota? [*Vbi scriba?*] id est, doctor moralis in lege peritus? [*Vbi conquisitor huius seculi?*] id est inuestigator rerum mundanarum ac naturalium artium? Tanquam dicat, Ecce quàm subito omnes? isti perierunt, eo quòd veram ac christianam sapientiam non receperunt. Hæc verba ex Esaia sumpta sunt, sic dicente, Vbi est literatus? vbi verba legis ponderans? vbi doctor paruulorum? [*Nonne stultam fecit*] id est vanam & falsam ostendit [*Deus sapientiam huius mundi?*] asserendo quod illa negat, videlicet articulos fidei: & agendo quod illa impossibile reputat, vt pote opera supernaturalia ad fidei confirmationem, cum tamen naturalis sapientia dicat, ea non posse fieri, quæ naturalem entium cursum excedunt? [*Nam quia in dei sapientia*] id est secũdum deum, seu diuino iudicio, [*Non cognouit mundus*] id est homo quilibet mundum inhabitans [*Per sapientiam*] naturalem [*Deum, placuit deo per stultitiam prædicationis*] id est per prædicationem euãgelicam, quam mundus satuam reputauit. [*saluos facere credentes*] id est electos, conuertendo eos ad fidem &
D gratiam per apostolorum prædicationem. Mundus autem aliquo modo cognouit deum per sapientiam naturalem. Dictum est enim ad Romanos, Inuisibilia dei, per ea quæ facta sunt, à creatura mundi conspiciuntur: sempiterna quoque virtus eius & diuinitas. Nec dubium quin philosophi multa vera atque subtilia de diuinis conscripserint, sed quoniam ista cognitio dei erat sine fide & opere meritorio, informis fuit, & deo inaccepta. Idcirco non cognouit mundus deum per sapientiam humanam, in sapientia dei, id est secundum deum, seu acceptionem diuinam. Propter quod ait Ioannes, Qui dicit se nosse deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Et saluator ad impios, Nescio (inquit) vos, cognitionem qua dicitis mihi, domine domine, non approbo. Potest quoque per sapientiam dei intelligi æterna sapientia incarnata, in qua mundus deum non cognouit, quia nec eam cognouit. Propter quod filius ait, Pater iustè, mundus te non cognouit. Lux quippe in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Itaque non cognouit mundus per sapientiam deum cognitione formata ac salutari. Cuius signum vel ratio est. [*Quoniam et Iudæi signa petunt*] id est ea quæ ipsis dicuntur per signum aliquod diuinæ virtutis quærunt confirmari, vt sciant illud esse à deo per experientiam alicuius miraculi, quod sæpe illicitum est, & ad tentationem dei pertinet. Vnicuique enim sufficere debet assertio dei. Quoniam autem Iudæi primò legem receperunt in monte Sinai, cum ingenti gloria miraculorum diuinorum, assueti erant petere signum, cum aliquid magni dicebatur. Vnde & Christo dicebant, Quod signum ostendis nobis? Sic Abraham, Gedeon, Ezechias, & alij multi Iudæorum signa petierunt, sicut & Zacharias pater Ioannis, [*Et Græci*] præsertim philoso-

Actu.9. Matth. 10. Matth. 28. Ioan.4. Lucæ.14. Ioan.5. Roma.1. Dionysi⁹. 1.Ioan.3. Esaiç.29. Baruc.3. Matth. 11. Lucæ.10. Esaiæ. 29. 2.Thess.2. Esaiæ.53. Genes.17. Iudich.6. Leuit.26. Ioan.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

phi,& multi gentium[*Sapientiam*]naturalem [*quærunt*] id est per rationes naturales & demonstratiuas
volunt sibi probari,quod dicitur.Assueti sunt enim argumentationibus humanis insistere. Nullus ergo istorum per sapientiam suam deum nouit salubriter,quantùm ad ea quæ concernunt salutem. [*Nos autem*]apostoli[*Prædicamus Christum crucifixum,Iudæis quidem scandalum*]id est confusionem, & ignominiæ causam.Hoc enim ad maximam Iudæorum confusionem pertinet,quod apertè docemus eos Christum in lege promissum,dei vnigenitum filium occidisse,quod est eis æternæ ignominiæ causa. Vel dicitur Christus Iudæis scandalum, quoniam fuit eis, & adhuc est occasio ruendi in culpam & pœnam. Nam (vt Euangelistæ testantur) sæpe scandalizabantur in eo. Propter quod dixit, Beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me, [*Gentibus autem*] id est infidelibus [*Stultitiam*,] nam stultum putabant quod euangelizabatur de Christo, videlicet quòd deus æternus factus esset homo temporalis, quòd impassibilis esset mortuus, immensus in vtero clausus, immutabilis de nouo incarnatus, quòd virgo peperisset. Hæc omnia fabulosa putabant, quoniam non potuerunt videre, nec credere voluerunt, in vna persona duas perfectas esse naturas, diuinam atque humanam, saluis vtriusque naturalibus proprietatibus.[*Ipsis autem vocatis*]id est ad fidem gratiámque electis[*Iudæis atque Græcis*]id est gentilibus, ex quibus tanquam duobus parietibus, in Christo lapide angulari concurrentibus, constructa est sancta ecclesia. His ergo prædicamus [*Christum dei virtutem, & dei sapientiam*] id est & hoc eis affirmamus, quòd Christus sit virtus ac sapientia patris. Ipse enim est virtus & manus & brachium patris, per quem facta sunt omnia. De quo Esaias, Parauit (inquit) dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium. Præterea secundum vtranque naturam dicitur Christus virtus & sapientia patris. Secundum diuinam enim naturam est virtus patris,quia per ipsum omnia facta sunt:iuxta illud,Verbo domini cœli firmati sunt. Et quia potentia patris perfectè atque plenissimè relucet in filio, in hoc nanque quòd pater genuit filium sibi consubstantialem,coæternum & coæqualem, apparet infinita potentia patris. Dicitur quoque sapientia patris,cum sit verbum mentis paternæ. quoniam enim ab intellectu patris procedit,ea quæ ad intellectum pertinent, appropriata vel propria sunt filio, ideo dicitur veritas & sapientia patris.Et etiam,quia sapientia patris in ipso plenè relucet. Est enim filius perfecta expressio sapientiæ patris, conceptus & dictio intellectus paterni. Secundum humanam quoque naturam vocatur virtus & sapientia, propter patris maximam participationem atque præcipuam relucentiam diuinæ virtutis ac sapientiæ in ipso dei & hominum mediatore. Nam ipse secundum humanam naturam passus est,& toti mundo æternam vitam promeruit, & dæmonem strauit,infernum confregit, cœlos aperuit. Sapientia verò dei in Christi incarnatione, passione, & mundi saluatione ineffabiliter manifestatur, vt scilicet dei per incarnationem homo deificaretur, per illius humiliationem homo exaltaretur, per illius occisionem homo viuificaretur, per illius indebitas pœnas homo à debitis pœnis solueretur,per illius charitatem homo repararetur qui per diaboli inuidiam perditus fuit. Nec potuit peccati enormitas,diuinæ charitatis odor, diuinæ iustitiæ magnitudo, æternæ beatitudinis dignitas, infernalis pœnæ acerbitas, humanæ naturæ nobilitas, diuinæ pietatis immensitas, subtilius, euidentius, aut speciosius declarari, nisi vt ipsemet deus, dei vnigenitus filius hominem per suam incarnationem ac mortem redimeret. Longum esset hæc prosequi, ideo legentis contemplationi istorum pleniorem considerationem committo. Vt enim beatus Thomas in summa contra gentiles testatur, quantò homo deuotus ac pius incarnationem dei humilius & affectuosius pensat, tanto plures sibi rationes occurrunt huius supersanctissimæ incarnationis, quæ sapientibus & prudentibus in propriis oculis absconduntur. ¶ Postremò sciendum quod Christus secundum neutram naturam dicitur virtus & sapientia patris formaliter, quasi pater non esset potens & sapiens, nisi per filium, Imò pater in seipso potens & sapiens est, vel potius virtus & sapientia, sicut & spiritus sanctus. Quomodo enim generaret filium potentem ac sapientem, si ipse in seipso potens non esset ac sapiens? Quælibet ergo diuina persona cum sit absolutè perfecta, est virtus infinita, & scientia vera immensa, & omnes simul sunt vna virtus & vna sapientia absolutè accepta.

¶ Quod autem in Christo reluceat virtus & sapientia dei,declarat apostolus,[*Quia quod stultum est dei*] id est quod sapientibus seculi videtur insipienter dici de deo, videlicet incarnari,mori,& sepeliri, [*Sapientius est hominibus*] id est magis sapientiale, seu sapientialius factum est, quàm homo excogitare valeat, vel intelligere. [*Et quod infirmum est dei*] id est ad infirmitatem & imperfectionem dei spectare videtur puta laborare, fatigari, occidi [*Fortius est hominibus*] id est efficacius ad saluandum, quàm capere possit homo, omnémque humanam fortitudinem superat, quia cœlestia vincunt terrena. Efficacia nanque & meritum passionis, laboris, totiúsque conuersationis Christi, rationi vnitæ deitatis, quodammodo infinita consistunt. Hæc autem sic se habere, patet in prædicatoribus euangelicæ legis, & in conuersis per eos ad fidem. Ideo subditur. [*Videte*]id est diligenter perpendite, [*Vocationem vestram*] actiuam & passiuam, [*Fratres*] id est à quibus vocati estis ad fidem, & quales vos qui conuersi estis, sitis, [*Quia non multi sapientes secundum carnem*] hoc est secundum humanam sapientiam. [*Non multi potentes*] subiectorum multitudine, seu lata dominatione, [*Non multi nobiles*] carnis origine, quantùm ad proximos parentes, sunt [*inter vos*] Hoc intelligi potest tam de prædicatoribus, quàm de Corinthiis conuersis. Apostoli enim & alij primi discipuli, pro maiori parte illiterati simpliciter, pauperésque fuerunt. Tales enim elegit deus in prædicatores & apostolos, ne promulgatio fidei asscriberetur humanæ astutiæ atque potentiæ. Et ne attribueretur omnino simplicitati & ignorantiæ, voluit deus quosdam paucos habere prædicatores literatos, potentes ac nobiles, quales fuerunt, Paulus iste, Nathanaël, Manaham, Barnabas, &c. Et similiter illi qui primò conuersi fuerunt, pro magna parte simplices, ignobiles, & impotentes fuerunt, [*Sed quæ*

Iudith.6. 2.Reg.20. Lucæ.1. Matth.24. Ioan.6. Lucæ.7. Matth.11. Lucæ.2. Matth.2. Ephesi.2. Sapien.9. Esaiæ.12. Ioan.1. Psalm.32. Psalm. 106 Sapien.7. 1.Tim.2. Sapien.2. Matth.11. Lucæ.10. Sapien. 12. Sapien.7. 1.Petri.2. Actu.4. Actu.28.

stulta sunt mundi]id est illiteratos, quos mundus stultos putauit, [*Elegit deus*] scilicet apostolos & alios plures.[*Vt confundat sapientes*]seculi huius,hoc est eos verè insipientes ostendat, abscondendo eis diuina mysteria.Per apostolos quoque victa, in nihilúmque redacta est horum vana sapientia, sicut & prædixit, Ego dabo vobis os & sapientiam,cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri.[*Et infirma mundi*]id est homines impotentes,[*Elegit deus, vt confundat fortia*] id est potentes, dum isti impotentes per humilitatem saluantur: potentes verò cum sua præsumptione damnantur. [*Et ignobilia mundi & contemptibilia*] id est homines ignobiles à mundo contemptos, [*Elegit deus*]ab æterno,id est tales prædestinauit ad vitam,[*Et ea quæ non sunt*]id est, qui nihil reputabantur, [*Vt ea quæ sunt destrueret*]id est illos qui magni habentur in mundo,& aliquid esse se putant,humiliaret, præferendo eis abiectos & inopes, [*vt non glorietur omnis caro in conspectu eius*] id est ne aliquis homo glorietur inaniter in cõspectu diuino aliquid boni asscribendo sibimetipsi,quasi sua sapientia,potentia seu nobilitate saluatus sit.[*Ex ipso autem*]id est dono & gratia dei,[*vos estis*]per fidem & opera bona. [*in Christo Iesu*]capite nostro,[*Qui factus est nobis sapientia a deo*]id est datus & missus est nobis à patre, vt nos illuminaret.Ipse enim est lux illuminãs omnem hominem: de quo scriptum est, Tempus requirendi dominum cum venerit qui docebit nos iustitiam.Et alibi, Exultate in domino, quia dedit vobis doctorem iustitiæ.Ad Christum quoque pater ait per Esaiam, Dedi te in lucem gentium. Factus est nobis quoque Christus,[*Iustitia*]id est causa iustitiæ,satisfaciendo pro nobis per viam iustitiæ, & suo merito nos iustificans.Propter quod & dictum est Romanis,Sicut per vnius inobedientiam peccatores constituti sunt multi:ita per vnius obedientiam iusti constituentur multi.[*Et sanctificatio*]quoniam in baptismo mundauit nos ab omni inquinamento,deinde in pœnitentiæ sacramento.[*Et redemptio*] quia patiendo pro nobis,redemit nos.Totum igitur bonum dependet ac fluit à Christo,[*vt*] quemadmodum scriptum est per Hieremiam prophetam,[*Qui gloriatur,in domino glorietur*]non in seipso,nec in aliquo bono sibi concesso ibi sistendo,nec in rebus caducis vanè exultet,sed solùm in domino, laudando, regratiando,contemplando,diligendo,& bene viuendo.Sic enim in Hieremia legitur,Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua,& non glorietur diues in diuitiis suis: sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me.Sic gloriabatur virgo Christifera, Exultauit (inquiens) spiritus meus in deo salutari meo. Et Abacuc propheta, Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in deo salutari meo.

Lucæ.21. 1.Reg.2. Matth. 11. Lucæ.10. Ioan.1. Osee.10. Iohelis.2. Esaiæ. 49. Roma.3. Roma.5. Hebræ.13. Hierc.9. 2.Corin.10 Lucæ.1. Hie.9. Abacuc. 3.

Cap. 11. [*Et ego cum venissem ad vos fratres.*] Artic. 11.

DEscripto conuenienti modo prædicationis euangelicæ,nunc declarat Apostolus, se vsum fuisse hoc modo,& ait.[*Et ego cum venissem ad vos*]ô Corinthij[*Fratres*] mei,ad prædicandum vobis Euangelium Christi, [*veni*]id est vos accessi atque affatus sum,[*Non in sublimitate sermonis*]id est non verbis altis,difficilibus & ornatis,[*Aut sapientiæ*]id est non in altitudine naturalis philosophiæ, [*Annuncians vobis testimonium Christi*]id est ea quæ de Christo credenda sunt. De quibus habetur in psalmo, Testimonia tua credibilia facta sunt.[*Non enim iudicaui*].i.non æstimaui nec manifestaui[*Me scire,*]quantùm ad vsum scientiæ exteriorem, [*Aliquid inter vos*]minus capaces.[*Nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum*].i.nisi ea quæ ad humilitatem,imitationem,& passionem pertinent Christi,quia sublimia de diuinitate ipsius, & profunda eius mysteria vobis non prædicam.Per hoc reprehenduntur præsumptuosi & scioli, qui vbique optant suam scientiam demonstrari,& styli decorem,ac sententiarum profunditatem proponunt,vt docti putentur. [*Et ego in infirmitate*] .i. in infirmitatis similitudine, qua factus sum infirmis infirmus,proportionando fortitudinem perfectionis meæ capacitati eorum & conformando me vobis, quantùm fieri potuit, [*Et timore*] cordis,non propter mala mihi imminentia(non enim timui eos qui corpus occidunt, nec timui deum offendere mortaliter,sciens me confirmatum in bono)sed propter pericula imminentia vobis nondum perfectis.Timui enim ne à diabolo,mundo,& propriis concupiscentiis falleremini, [*Et tremore multo*] corporis,procedente ex timore mentis. Intantùm enim timui corde,vt passio timoris redundaret in membris,& faceret ea tremere.[*Fui apud vos, & sermo meus*] factus quibusdam seorsum, [*Et prædicatio mea*] omnibus vobis palam proposita,[*Non*]fuit[*in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis*].i.non in argumentatione dialectica verborum decorè ornata,seu persuasione humana,quasi per talia principalitervellem vos ad credendum inducere,seu fidem probare,[*Sed*]fuit[*In ostensione spiritus*].i.in manifestatione operum spiritus sancti,[*et*]declaratione,[*Virtutis*]miraculorũ.Hoc dicit,vel quia credentes per prædicationem ipsius receperunt spiritum sanctum in signo sensibili,sicut in primitiua ecclesia sæpe fiebat. Vel, quia spiritus sanctus per gratiam spiritualem atque miracula ostendit prædicationem Pauli esse salubrẽ, & fidem catholicam roborauit.Ideo subditur,[*vt fides vestra non sit in sapientia hominum*]. i. non innitatur humanę rationi,nec putetur ab hominibus excogitata & ficta.Errant ergo qui fidem naturalibus rationibus demonstrari posse affirmant,[*Sed in virtute dei*].i.diuina potestate stabiliatur per certa miracula,sicque æternæ veritati innitatur vt fundamento. [*Sapientiam autem*]id est cognitionem sublimem rerum diuinarum,profunda mysteria fidei, & ea quæ Christi diuinitatem concernunt,quam sapientiam inter vos loqui non possumus,propter imperfectionem & incapacitatem vestram [*Loquimur inter perfectos*]id est inter sapientes per modum collationis. Vel, inter perfectos seu capaces auditores per modum instructionis. Perfectorum nanque est solidus cibus, [*Sapientiam vero non huius seculi*] id est non secularem sapientiam humana ratione suffultam, [*Neque principum huius seculi*] id est nec

Actu.2. Actu.10. Actu.19. Hebræ.5. Iacob.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sapientiam fallacem à dæmonibus acquisitam,vel à philosophis seu terrenis principibus traditam, [*Loquimur qui*] principes, [*Destituuntur*] id est cum omni sua sapientia pereunt & damnantur: [*Sed loquimur*]id est prædicamus[*Dei sapientiam*]id est Christum,qui est virtus & sapientia patris,[*in mysterio*] id est in sacro secreto seu sacramento incarnationis, docendo hanc sapientiam ineffabiliter incarnatam: Baruc.3. 1.Corin.1. iuxta illud,Verbum caro factum est.Vel,in mysterio,id est explanando mysteria eius, quibus in veteri Ioan.1. test.præsignata est.Vel,loquimur eam in mysterio,id est sub quodam occulto velamine,nunc enim vi- 1.Corin. 13 demus per speculum in ænigmate,[*Quæ abscondita est*]id est ignota filiis huius seculi. Vel hoc ideo di- Esaiæ. 64. citur, quia perfectè comprehendi non potest. [*Quam prædestinauit*] id est ordinauit ac præparauit, [*Deus*]pater[*Ante secula*]id est ab æterno[*in gloriam nostram*]id est ad hoc vt per eam consequamur vitam glorioſam,beatitudinémque æternam. Ideo enim decreuit eam incarnari, vt glorificemur per ipsam.Vnde in Prouerbiis ait hæc sapientia,Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis, antequam terra fie- Prouerb. 8 ret.Disposuit eam pater,vt ipsa sit obiectum beatitudinis nostræ,& ita præparauit eam nobis,quibus & seipsum præparauit,vt eum feliciter possideamus.[*quam*]sapientiam æternam & incarnatam.[*Nemo(.i. nullus)principum huius seculi*].i.dæmonum,vel legisperitorum seu philosophorum,[*Cognouit*]cognitio- Ioan.1. ne certa ac stabili.Quomodo autem principes & dæmones cognouerunt Christum in mundo conuer- Ioan.17. santem,& quomodo non,in expositione epistolæ ad Ro.art.14. diligenter tractatum est, idcirco nunc prætermitto.Sed videtur, ꝙ istud non possit exponi de principibus seu legisperitis Iudæorum: de illis quippe scriptum est,Ex principibus multi crediderunt in eum.Et respondendū,ꝙ licet multi eorū crediderint,tamen comparatione incredulorum pauciſsimi erant. Potest etiam dici,ꝙ non permanserunt stabiles in credendo, maximè tempore passionis. [*Si enim cognouissent*]principes isti Christum cogni- Ioan.12. tione certa,[*Nunquam dominum gloriæ*].i.Christum,deum verum,& dominū maiestatis [*crucifixissent.*] Si enim dæmones cognouissent,certè nequaq̄ suggessissent ad mortem illius, à quo moriente nouerunt se vincendos ac spoliandos. Similiter si principes Iudæorum cognouissent, non procurassent à Pilato Ioan.12. morte Christi. ¶ Per hoc autē ꝙ Christus vocatur hic dominus gloriæ,manifestè probatur,ꝙ sit verus Esaiæ.42. deus,quoniā nulla creatura pura habet dominium glorię,sed solā participationem subiectam.Quod ve- Esaiæ. 64. rò ista sapientia nobis ab ęterno parata.sit abscondita & principibus huius mundi ignota,probat aposto lus authoritate scripturæ.[*Sed sicut scriptum est*]per prophetam,[*quod oculus*]corporalis,imò & spiritua lis,[*Non vidit*]id est perfectè non cognouit,[*Nec auris*]scilicet corporalis seu spiritualis,[*Audiuit*]ab ho mine puro[*Nec in cor hominis ascendit*]id est à corde humano cogitari seu concipi nequit, imò nec ab Matth. 15. effectu hominis capi potest, [*quæ præparauit deus his qui diligunt illum*]id est præmium illud æternum amatoribus dei paratum,videlicet sapientiam increatam, diuinitatis fruitionem, & cætera bona electis præstanda,quæ vtique omnem notitiam,& affectum hominis inæstimabiliter superant,nec aliquo modo sciuntur,nisi per reuelationem diuinam.Ideo subditur.[*nobis autem*] videlicet apostolis & prophetis,[*Reuelauit deus per spiritum suum*].i.per spiritum sanctum, qui corda nostra omni sapientia copiosè perfudit.¶Possit enim aliquis dicere Paulo,Si bona ista sunt inuisibilia,inaudibilia, & inexcogitabilia, 1.Corin. 13 quomodo tu nosti ea?Et respondet Apostolus ꝙ non per seipsum, neque perfectè per speciem nosci Esaiæ. 64. iam ea,sed per illuminationem spiritus sancti in fide,seu per speculum in ænigmate.Sciendum quoque ꝙ apostolus hoc loco magis allegat sensum,quàm verba Esaiæ.Sic enim ibi scriptum est,Oculus nonvi dit deus absque te,quæ præparasti expectantibus te.Nec potest dici ꝙ apostolus alleget scripturam hāc Hierony. secundum translationem septuaginta interpretum.Illa nanque non habet scripturam hanc, sicut Hiero nymus sæpe testatur.¶Quod autem spiritus potuit nobis ista reuelare,patet per hoc,[*spiritus enim om-* Roma.11. *nia scrutatur*,]id est spiritus sanctus vniuersā cognoscit,non solùm creata,sed [*etiam profunda*]id est diuina secreta seu incomprehensibilia[*Dei*]quæ soli deo sunt cognita,videlicet diuinam essentiam, diui- Hier.7. nam sapientiam,& quicquid in deo est. ¶Et hoc probat apostolus per simile. [*quis enim scit hominum quæ sunt hominis,nisi spiritus hominis qui in ipso est?*] id est sicut nemo scit affectus & cogitationes atque secreta alterius,nisi anima eius,non alter,nec anima alterius. [*ita et quæ dei sunt*]id est diuina secreta, & quæ in deo sunt,[*nemo*]id est nullus[*nouit,nisi spiritus dei*]id est spiritus sanctus, & cui ipse reuelat. Per hoc non excipitur filius à cognitione diuinorum, sed nec spiritus sanctus ab ista cognitione excipitur: cum filius ait,Nemo nouit filium,nisi pater:neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius Matth. 119 reuelare.Tanta quippe est diuinarum personarum connexio,vt vna expressa, alia detur intelligi, nisi in Lucæ.10. his quæ relatiuè dicuntur.¶Ex his verbis apostoli probatur,quòd spiritus sanctus sit verus deus dupli- citer.Primò,quoniam perfectè cognoscit diuina seu deum,quod vtique nulli creato intellectui conue- Roma.11. nit,imò in infinitum deficit à plena comprehensione dei. Secundò,quia apostolus ponit simile de spi ritu hominis,qui ideo nescit quæ hominis sunt,quoniam intimus & consubstantialis est homini. Er- go spiritus dei cognoscens quæ dei sunt,intimus & consubstantialis est deo,quod creaturæ non conue- nit.[*nos autem non spiritum huius mundi*]id est non animum secularem,non affectum inflantem,non spiri Ioan.14. tum phytonicum coniecturaliter diuinantem,[*Accipimus,sed spiritum qui ex deo est*] id est spiritum san Roma.5. ctum ex patre & filio,tanq̄ ex vno fonte procedentē, [*vt sciamus quæ a deo donata sunt nobis*]. i.beneficia diuina cognoscamus,& grati simus,gloriemūrq; in domino,nō in nobis.Vtile ergo est,vt homo diligen Hier.9. ter consideret gratiā & misericordiā dei sibi concessam, imò vniuersā beneficia dei, naturalia & super- naturalia,communia & specialia,exhibita & promissa,quatenus ex hoc in dei amore accēdatur,deo prō Matth.25. ptius famuletur,gratiásque agēdo mereatur,nō solū cōseruari in bono,sed quotidie donis amplioribus Lucæ.19. adimpleri.Habenti enim dabitur,ei verò qui nō habet(.i.ingrato)& quod videtur habere, auferetur ab Lucæ.1. eo.Vnde virgo deifera,hunc spiritū habens,agnouit quæ à deo donata fuerāt sibi,cum dixit,Beatam me Psalm.102. dicent omnes generationes.Quia fecit mihi magna qui potēs est,& sanctum nomen eius. Et Psal.Bene-

A dic anima mea domino,& noli obliuisci omnes retributiones eius,Itémque, Quid retribuam domino Psalm.155. pro omnibus quæ retribuit mihi? [*Quæ*]beneficia nobis à deo collata, [*Loquimur*] id est aliis enunciamus,[*Non indoctis humanæ sapientiæ verbis*]id est non stilo rhetorico atque pompatico, [*Sed in doctrina spiritus*]id est secundum doctrinam nobis à spiritu sancto infusam, loquendo humili, simplicique sermone& vera scientia,[*spiritualibus*]auditoribus,[*Spiritualia*]documenta.[*Comparentes*] id est proportionabiliter dantes seu proponentes,videlicet secundum capacitatem ipsorum. Inter tales enim sapientiam loquimur,quam inter imperfectos non loquimur,quoniam capere nequeunt. Vnde subiungitur. [*Animalis autem homo*]id est carnalis & vitiosus,cuius affectus & intellectus in sensibilibus detinentur, Ioan.8. [*Non percipit ea quæ sunt spiritus dei*]id est spiritualia bona.Sermo enim iustitiæ, mysticus intellectus, cætera quoque diuina ei non sapiunt,nec delectatur in eis,propter sui interioris gustus infectionem, Si Prouer.8. cut febricitans non gustat mellis dulcedinem propter exterioris sui gustus corruptionem. Imò etiam quamuis sit homo in gratia,tamen si nondum profecit in bonis,sed adhuc partim inclinatur ad ista ter rena, non sapit quæ dei sunt.Nam & Petro dixit saluator,Vade retro me Satana,non sapis quæ dei sunt sed quæ hominum.[*Stultitia enim est illi*]id est prædicta spiritualia & diuina videntur homini animali, Matth.16. stulta & vana,quemadmodum in Ecclesiastico dicitur,Execratio peccatori sapientia[*Et non potest intel* Eccles.1. *ligere*]per internum saporem ista diuina,quandiu permanet talis, [*Quia spiritualiter examinatur*] id est Psalm. 81. per spiritualem inquisitionem seu considerationem cognoscitur esse animalis,ideo scitur non posse in- Matth. 13. B telligere illa.Vel,spiritualiter examinatur,id est ideo non intelligit hæc, quia spiritualia non nisi spiri- Psalm.11. tualiter discutiuntur.[*spiritualis autem homo*]in quo est spiritus dei,[*iudicat*]id est bene discernit,[*Om-* Matth.16. *nia*]ad salutem pertinentia,vel de singulis talibus verum iudicium proferendo,inter bonum & malum, verum & falsum,veraciter distinguendo.Habet enim sanum intellectum, & purum affectum,ideo eius iudicium,nec errore decipitur, nec passione corrumpitur,[*Et ipse a nemine iudicatur*]id est alius carna lis potest eum reprehendere,vel de ipso rectè iudicare.Non enim intelligit opera eius.Nihilominus vi- demus quotidie spirituales homines à carnalibus iudicari & reprobari: sed hoc est iudicium vsurpato- rium & falsum.Interdum etiam carnales de spiritualibus iudicant,approbando vitam eorum,sed est iu dicium imperfectum,ex leuitate procedens.¶Sed aduertendum,quod sicut ex verbis principis theolo- gorum,de diuinis nominibus elicitur, dupliciter iudicat homo de aliqua re.Primò per solam cognitio- Dionysius nem informem & nudam,quemadmodum habens moralem scientiam iudicat de virtutibus quas non haber,& istud est imperfectum iudicium.Sic enim homo carnalis,tamen ingeniosus & eruditus, de re- bus spiritualibus iudicat,sermocinatur & dictat.Secundò,iudicat homo de rebus per connaturalitatem seu conformitatem seu affectus ad eas,vt castus de his,quæ castitatem respiciunt.Vnde de virtutib⁹ hoc modo iudicare non potest,niti virtuosus.Et ita de spiritualibus bonis & rebus diuinis ad fidem perti- Esaię 11. nentibus,iudicat homo per sapientiam,quæ est donum spiritus sancti,& consistit in sapido quodam gu stu spiritualium,de quibus iudicium profert,nec habetur sine gratia gratum faciēte.Propter quod scri- Sapien.1. C ptum est,In maleuolam animam non introibit sapientia.Ex quibus elucescit,ꝙ nō nisi spiritualis homo Hebrę.7. percipit,gustat,verēque iudicat ea quę dei sunt per donum sapientię, per quod etiam de aliis inferiori- bus rebus iudicat secundum rationes diuinas.Quōd autem carnalis homo non intelligat quæ dei sunt, probat apostolus authoritate scripturæ[*quis enim cognouit sensum domini*]hoc est iudicium seu censuram Roma.11. mentis diuinæ de rebus,[*Aut quis instruxit eum?*]null⁹ vtique.Hoc scriptum est in Esaia,& allegatum est Sapien.6. ab apostolo ad Romanos,Vbi plenius expositum est, Tantùm autem vult apostolus dicere,quòd de di uinis & spiritualibus rebus nullus veraciter iudicat,nec eas intelligit,nisi qui habet sensum domini.Ani malis verò homo,non habet sensum domini,sed spiritualis.Ideo subditur,[*Nos autem sensum Christi ha-* *bemus*]id est intellectum à Christo illuminatum,eiúsque sensui conformatum:deo cognoscimus, ap- probamus & sapimus ea quæ dei sunt,sicut & Christus.Habemus enim sensum domini, sicut eruditi 1.Iohan.5. discipuli habere dicuntur sensum sui magistri.

Cap. III. [*Et ego fratres non potui vobis loqui.*] Artic. III.

D Adhuc autem Apostolus clarius prosequitur imperfectionem Corinthiorum, & causam contentionis eorum aufert. Et ait, [*Et ego fratres non potui vobis loqui, quasi spiritualibus,sed quasi carnalibus*]alta mysteria fidei,& sublimia de diuinita- te Christi, perfecta quoque internæ perfectionis exercitia non potui vobis proponere,sed parua & rudia atque humilia de Christi humanitate vobis propo sui,non iudicans me aliquid scire inter vos,nisi Iesum Christum,& hunc crucifi- 1.Corin.2. xum.[*Tanquā paruulis*].i.imperfectis,[*in Christo lac*].i.facilem doctrinam instru- 1.Petri.2. ctionem,[*vobis potum dedi*].i.tali doctrina spiritualiter vos potaui, & animas ve- Hebræ.5. stras rigaui.[*Non escam*].i.solidum cibum,non profundā sapientiā,non sublimē vitę perfectionem vo- bis tradere potui.[*Nondū enim poteratis*]spiritualiter capere talia, [*sed nec nunc quidem potestis, adhuc e-* Iacob.3. *nim estis carnales*].i.carnalibus vitiis subiacentes.[*Cum enim sit inter vos zelus*].i.inuidia latens,[*Et conten tio*].i.lis verborum inde procedens,]*Nunne carnales estis?*]Pro eodem sumit apostolus carnalem & ani- malem,[*Et secundum hominem ambulatis?*].i.secundum humanam fragilitatem, imperfectionem& ignorā tiā viuitis & sentitis.[*Cum enim quis*]hoc est aliquis vestrūm,dicit,Ego quidē sum Pauli,alius autē, Ego Apollo.i.vnus dicit se baptizatū à Paulo,alius ab Apollo,& idcirco vnus se alteri præfert,[*Nunne homi-* *nes estis?*] .i.vitia hominibus consueta sectamini,& nō estis diuini, sed homines nudi, humanū sensum sequentes,nō spiritus sancti instinctum?Ex prædictis constat,ꝙ prædicator seu doctor moderari debet sensum,& stylum doctrinæ suæ,secundum audientium capacitatem.¶Sciendū quoq;,quòd nomine la ctis in scriptura interdum signatur carnalis voluptas:vt ibi,Quem docebit dominus scientiam,& quem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Esaiæ.28. intelligere faciet auditum? Et respondet, Ablactatos à lacte, auulsos ab vbere. Interdum per lac significa E
tur innocentia seu puritas vitæ, propter naturalem lactis nitorem & vtilitatem. Iuxta illud, Quasi modo
1.Petr.2. geniti infantes rationabiles lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem. Quandoque verò per lac im-
perfecta doctrina exprimitur, sicut hoc loco, & item apud Hebræos, Omnis qui lactis est particeps, ex-
Hebræ.5. pers est sermonis iustitiæ. ¶ Præterea in scriptura per hominem aliquando designatur quædã perfectio,
& maximè pietas seu discretio. Vnde quod discretum & pium est, dicimus esse humanum. Quod verò
Genesi.8. irrationabile & crudele, dicimus inhumanũ. Aliquando autẽ per hominẽ datur intelligi vitiositas quę-
dam, ad quam homines proni sunt. Inquantũ enim consideratur in homine pars intellectiua, designatur
per ipsum perfectio: inquãtùm autem notatur in eo sensualitas, quã maior pars hominum sequitur, signi
ficatur per eum vitiositas ista. Et ita nunc sumitur, cum ait Apostolus, nónne carnales estis, & secundum
hominem ambulatis? & nónne homines estis? ¶ Deinceps tollit Apostolus Corinthiorum errorem, di-
centium aliquid gratiæ inesse baptismo virtute ministri. [*Quid igitur est apollo?*] Episcopus vel baptista
vester. [*Quid vero paulus?*] id est quid de nobis sentire debetis? Et respondet, [*Ministri*] sunt [*Eius cui cre*
didistis] id est Christi cuius fidem recepistis, [*Et vnicuique*] eorum ac aliorum conuenit esse Christi mi-
Actu.8. nistrum. [*Sicut dominus dedit*] hoc est secundum quòd deus præstitit gradum officij & gratiæ donum.
[*ego plantaui*] id est primò fidei fundamenta annunciaui, & prædicando conuerti. [*Apollo rigauit*] id est
vos in fonte baptismatis lauit, & doctrinam vobis à me traditam sua prædicatione perfudit. Sed nec ego
Ioan.15. nec ipse gratiam contulit. [*Deus autem incrementũ dedit*] id est fructum, salutem & gratiam dedit, illumi- F
Matth.15. nando, purgando ac perficiendo interius. Propter quod scriptum est. Pater meus agricola est. Non est
Hier.2. autem sic intelligendum, quin etiam deus sit principalis plantator atque rigator. Ait nẽpe Saluator, Om
nis plantatio, quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Et rursus, Ego te plantaui vineam
electam. Sed hoc vult Apostolus dicere, quòd sua instrumentalis plantatio, instrumentalis rigatio Apol
linis & cæterorum, erat dispositio ad recipiendum salutem à deo. [*Itaque neque*] Paulus aut alius ei simi-
lis [*Qui plantat*] secundum modum prædictum. [*Neque*] Apollo vel similis [*Qui rigat*] vt dictum est. [*est*
aliquid] ex se, vel comparatione eius qui operatur interius. [*Sed qui incrementum dat deus*] id est is qui sa-
lutem & gratiam donat, reputandus est, & ab illo debet se quisque nominare, non à Paulo aut Apolli-
ne. [*Qui plantat autem et qui rigat*] extrinsecus operando. [*Vnum sunt*] id est eiusdem conditionis & de-
putationis. Vterque enim est seruus, nullus verò eorum est operator interior. Quauis autem hi vnum
sunt, non tamen æqualiter præmiabuntur. Subditur enim. [*Vnusquisque autem*] ministrorum dei [*Pro-*
priam] hoc est sibi congruam [*Mercedem*] in patria [*Accipiet*] à deo [*Secundum suum laborem*] exteriorem
vel interiorem, ad dei gloriam ordinatum, hoc est secundum exigentiam meriti sui laboris. Quomodo
autem hoc intelligi debeat, multa possent induci.
¶ Sed breuiter tangendo, sciendum, quòd merces seu præmium essentiale, debetur & respondet seruo- G
ri charitatis diuinæ. Quantò autem quis deum plus diligit, & à vitiis purior, atque in bonis magis habi-
tuatus est, tantò delectabilius facit opus dei atque seruentius, & per consequens minus laboriosè, præ-
sertim loquendo de corporali labore, & prout labor pœnam ac fatigationem includit. Quantò autem
delectabilius & seruentius operatur, tantò amplius promeretur. Potest ergo contingere (imò contingit
quotidie) vt homo perfectus qui minus laboriosè facit opus dei, plus mereatur, quàm homo imperfe-
Ioan.14. ctus, tamen gratiam habens, qui cum graui labore eadem facit, quæ perfectus. Dicendum ergo quòd ex-
teriori ac corporali labori respondet præmium accidentale, charitatis autem seruori præmium essen-
tiale. Quilibet ergo recipiet præmium accidentale secundum suum laborem corporalẽ: sed quantò hic
labor ex ampliori charitate procedit: tantò plus recipiet de præmio essentiali, quod est visio dei, quæ
est tota merces, & via æterna.
2.Corin.6. ¶ Quòd autem quilibet secundum suum laborem accipiet, patet. [*Dei enim sumus adiutores*] Hoc est, co
Ioan.3. operatores instrumentaliter operando, materiámque forinsecus præparando. Ait autem Dionysius,
Dionysius quod omnium diuinorum diuinissimum est dei cooperatorem existere in reductione rationalis na-
ræ ad suum principium. ¶ [*Dei agricultura*] id est ager à deo colendus [*estis*] per hoc, quod deus de cor-
dibus vestris vitiorum & passionum spinas extirpat, virtutum semina inserit, gratiæ fœcunditatem
largitur. Et ita dicitur homo agricultura dei, per similitudinem campi quem rusticus colit. Sicut e- H
nim ecclesia appellatur vinea domini, sic dicitur agricultura ipsius [*Dei ædificatio*] id est domus seu æ-
Esaiæ.5. dificium mysticum à deo per gratiam ædificatum [*estis*] Congregatio quippe fidelium dicitur domus
Matth.20. & templum seu tabernaculum dei. Primò, quoniam deus fidelis per charitatem consolidat, atque con-
Marc.12. nectit. Secundò, quia per gratiam mentes eorum inhabitat. [*Secundum gratiam dei, quæ data est mihi*]
Genesi.15. Hoc est secundum apostolatum, & sapientiam mihi à spiritu sancto infusam. [*Vt sapiens*] id est in di-
uinis eruditus atque discretus [*Architectus*] id est spiritualis huius ædificij principalis constructor, per
comparationem ad alios, qui vobis prædicauerunt, quamuis non sim inter Apostolos architectus (cum
mea reputatione sim minimus Apostolorum) & hoc ipsum quod meipsum architectum appello, non
iactanter dico, quia non mihi, sed gratiæ dei illud attribuo. [*Fundamentum*] id est, fundamentalem
1.Corin.15 doctrinam, initialem prædicationem, fidem seu Christum [*posuit*] in cordibus vestris instrumentalit-
ter & dispositiuè, quoniam primò vobis prædicaui, vósque conuerti ad fidem. [*Vnusquisque autem*]
Ephesi.2. vestrũm, [*Videat*] id est diligenter perpendat. [*Quomodo superædificet*] id est qualem structuram o-
perum huic fundamento fidei superponat, ne opera eius discordent à fide, ne deum quem ore confi-
tetur, factis neget, Vel sic, & melius, vt sequentia verba insinuant. Vnusquisque prædicatorum do-
Titum.1. centium vos, videat quomodo superædificet, id est, qualia documenta vobis proponat, ne sua do-
ctrina fundamento à me posito contradicat. [*Fundamentum enim aliud nemo potest ponere*] id est veraciter

A prædicare, aut salubriter collocare, [*Præter id quod positum est*] .i. euangelizatum est nobis, & con-
stitutum à patre, [*Quod est Christus Iesus*] qui est solus fundamentum vniuersale, principale prin- 2. Timo.2.
cipiũ vniuersæ ecclesiæ, quoniã ex se stabilitatem habet, & stabilit alios. De quo Petrus ait in Actibus, Actu.10.
Hic est omnium dominus, & non est in aliquo alio salus. Apostoli verò dicuntur fundamenta secun- Actu.4.
daria & particularia in Christo fundamento. Ipsi enim post Christum fundauerunt ecclesiam. Propter Apoc.21.
quod in Apocalypsi scribitur, quod murus ciuitatis habet fundamenta duodecim. Et Psalmista plurali- Psalm.86.
ter ait, Fundamenta eius in montibus sanctis, ¶ Porrò Christus secundũ diuinam naturam, & pater ac
spũs sanctus, sunt vnum fundamentũ electorum simpliciter primum, & fundans, non fundatũ. Chri- Ioan.8.
stus autẽ vt homo, verbo vnitus, vel potius vt humanitatẽ verbo vnitam habens, est fundamentũ imme
diatũ, & proximum post trinitatẽ, & tamen in deo fundatum, & toti ecclesiæ conferens stabilimentum.
Quemadmodũ enim caput Christi deus, sic & fundamentũ Christi deus. [*Si quis autem superædificat*] Epheſi. 4.
docendo vel operando, [*supra fundamentum hoc*] quod est Christus seu fides, [*Aurum*] .i. amorem vel cõ
templationem diuinorum, [*Argentum*]. i. dilectionẽ proximi seu speculationem intellectualium, atque
cœlestrum creaturarum, per quas deus euidentius, subtiliúsque cognoscitur, [*Lapides pretiosos*] .i. opera
virtuosa seu verba efficacia, [*Ligna. fœnum. stipulam*] .i. vnam doctrinam magis vel minus nociuã, non ta-
men hæreticam, nec mortaliter vitiosam. Vel, per lignum, fœnum, stipulam, intelliguntur peccata venia-
lia triplicem gradum habentia, vt per ligna designentur peccata venialia magis tenacia & mortalibus vi-
B ciniora, quæ ardebunt diutius, nisi modo purgentur, quemadmodum lignum diutius ardet q̃ fœnum aut
stipula. Per fœnũ verò signantur peccata venialia medio modo se habentia. Per stipulam peccata leuissi-
ma, quæ citius purgantur quàm prædicta, sicut & stipula citius consumitur quàm fœnum aut lignum.
¶ Denique venialia ista dicuntur ædificari supra fidei fundamentum, iuxta illud, Non enim procedunt
ex fide, nec innituntur ei, sed sunt simul cum ea. Non enim charitatem extingunt. Simili modo dicimus
aliquam ciuitatem suam supra mare. i. iuxta mare, secũdum quem sensum ait Psalmista, Qui fundauit ter
ram, super aquas. i. iuxta eas, [*Vniuscuiusque opus manifestum erit*] .i. in publicum deducetur & innotescet,
non solùm deo & propriæ conscientiæ, sed etiam aliis, quando dominus illuminabit abscondita tenebra
rum & manifestabit consilia cordium. Vnde ait saluator, Nihil opertum quod non reuelabitur. [*Dies e-* Pſalm. 115.
nim domini] .i. dies iudicij, vel potius domin⁹ in fide iudicij. (Dies nanque & tempus dicuntur facere ea 1.Corin.4.
quæ fiunt in die & tempore) [*Declarabit*] opera singulorum qualia sint, [*Quia in igne*] conflagrationis, Lucæ.12.
[*Reuelabitur*] .i. manifestabitur dies domini, vel dominus qui venturus est iudicare per ignem, cuius ma
iestatem ignis ipse ostẽdet. Vel reuelabitur opus cuiuslibet, sicut subiungitur, [*Et vnicuique opus quale sit,*
ignis probabit] i. ostender. Quod potest intelligi vel de igne purgatorij quantùm ad eos qui interim mo
riuntur, vel de igne conflagrationis præcedente iudicium, quo exuretur facies mundi: de quo in Psalmo,
Ignis ante ipsum præcedet. Vel de igne æterno, sequente iudicium. Ignis autem conflagrationis munda-
bit & emundabit eos qui superædificauerunt lignum, fœnum, stipulam. Qui verò superædificauerunt
C aurum, argentum, lapides pretiosos à quolibet igne hoc erunt securi. Ideo sequitur, [*si cuius*] .i. alicuius Pſalm. 49.
[*opus manserit*] .i. intactum & inconsumptum perseuerauerit ab igne tanquam non habens culpam ad-
mixtam. [*Quod superædificatum est*] .i. opus tale in fide fundatum, [*Mercedem accipiet*] plenam & indila-
tam. Nihil enim de operẽ suo amittet, & quod amauit inueniet. [*Si cuius opus arserit*] .i. ignis pœnam per
tulerit propter veniale admixtum, [*Detrimentum patietur*] .i. minus de gloria obtinebit, quantò opus suũ Pſalm. 96.
imperfectius ac cremabili⁹ fuerit, [*Ipse autem*] homo sola venialia habens, [*Saluus erit*] satisfactione com
pleta, [*Sic tamen quasi per ignem*] .i. ignis sustinendo ardorem, secundum culpæ suæ exigentiam. Eſaię. 40.
¶ Denique sicut exposita sunt hæc pro tempore iudicij vniuersalis, ita intelligi possunt de die particula-
ris iudicij, vt dies domini dicatur dies mortis, quo deus hominem visitat, tollens eum de vita præsenti. Il Pſalm. 65.
la itaque dies, seu dominus in die illa, declarat quale sit opus hominis, quem statim cum mortuus fuerit,
iudicat, quia in igne purgatorij reuelatur seu declaratur, quale sit opus hominis, & vniuscuiusque opus
quale sit, scilicet purum vel impurum, ignis purgatorij probabit: non q̃ omnes illum ignem sustinebũt,
quia nec de omnibus simpliciter est iam sermo, sed de his omnibus qui manent in fundamento, hoc est
in Christo per gratiam, & superædificant opera perfectionis, quæ non ardent, vel opera imperfecta quę
D ardent. Si cuius opus manserit immune ac liberum ab igne purgatorij, vt sunt opera significata per aurũ,
argentum, & lapides pretiosos, quod superædificatum est, hoc est opus hoc in Christo, seu in fide fun-
datum, mercedem accipiet & gloriam sempiternam sine mora, ita q̃ euolabit. Si cui⁹ opus arserit, in pur-
gatorio detrimentum patietur. pœnam luendo, gloriámque minorem habendo. Ipse autem saluus erit,
cum fuerint opera eius dignè cremata & expurgata: sic tamen quasi per ignem purgatorij, per quẽ tran
sibit ad gloriam, quoniam non discessit à fundamento, nec aliquid prætulit deo: sed vltimo fini magis
inhæsit, quàm alicui bono creato, quamuis à terrenis affectibus non fuerit satis mundatus.
¶ Deinceps ostendit apostolus, cur aliquis mereatur omnino perire, æternalitérque damnari. [*Nescitis*] Epheſi. 2.
imò scire debetis, [*Quia templum dei estis*] vos, in quo dominus habitat per charitatem & gratiam. Qui 1.Iohan.4.
enim manet in charitate, in deo manet, & deus in eo, [*Et spiritus dei*] videlicet spiritus sanctus, [*Habitat*
in vobis?] de quo spiritu dicit saluator, Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt ma-
neat vobiscum in æternum. Omnes autem fideles re & nomine sunt vnum templum dei, id est vna Ioan.14.
ecclesia propter mysticam vnitatem, seu vnam fidem, atque indiuiduam charitatem. Et vnusquisque 2.Corin.6
eorum est templum dei. Dicitur autem homo templum dei non solùm propter animam, in qua deus
per gratiam commoratur (nam anima iusti sedes est sapientiæ) sed etiam propter corpus rationi & deo Sapien.7.
subiectum in quo gratia mentis, & per consequens inhabitatio dei redundat. Dicit enim alio loco apo- Ephe. 4.5.
stolus, Nescitis, quia membra vestra templum sunt spiritus sancti? Et iterum, Glorificate & portate deũ 1.Corin.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matth. 18. in corpore vestro,[*si quis autem templum dei violauerit,*] hoc est credentes peruerterit, falsa docendo aut E
Psalm. 64. impiè operando,[*Disperdet,*]id est diuersimode perdet,[*illum deus*] damnando illum anima & corpore
in æternum. Sed & si quis materiale templum violauerit,erit sacrilegus. [*Templum enim dei*] viuum &
spirituale,[*Sanctum est*]formaliter,[*Quod estis vos*]qui in baptismo sanctificati estis, & per opera bona
Colos.2. exercitati.[*Nemo vos seducat*]laudando,blandiendo,simulando,ornatè loquendo, aut simili modo. [*Si*
Iob.40. *quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo,*] id est secularem sapientiam habere, se sapientem putare,
& ab aliis sapiens reputari,[*Stultus fiat*]mundo,id est talem sapientiam à se repellat,seipsum stultum re-
putet,saltem in se,quia ex seipso non habet nisi ignorantiæ tenebras:nec cupiat in mundo sapiens repu-
tari,sed amet nesciri,[*vt sit sapiens*]deo.i.vt veram sapientiam mereatur à deo acquirere. [*Sapientia enim*
Roma.8. *huius mundi,*]id est carnalis prudentia(de qua dictum est ad Romanos,Prudentia carnis,mors est) [*Stulti-*
Iob.5. *tia est apud deum,*]id est à deo stulta iudicatur. Imò & naturalis seu philosophica sapientia, quæ fide &
dono sapientiæ non ornatur. Stulta est coram deo.i.infructuosa & tumida. Quod authoritate scripturæ
probat Apostolus[*Scriptum est enim*]in libro Iob,[*Comprehendam,*]id est concludam & capiam [*Sapien-*
Esaiæ. 44. *tes*]mundi[*in astutia*].i.in apparente sapientia[*Eorum*]Nostra translatio habet sic, Qui apprehendit sa-
pientes in astutia eorum,& consilium prauorum dissipat. Cui consonat quod per Esaiam de domino
Psalm.93. dicitur,Conuertens sapientes retrorsum, & scientiam eorum stultam faciens. [*Et iterum*]scriptum est,
[*Dominus nouit cogitationes sapientium*]seculi huius[*quoniam vanæ sunt,*] Nostra litera talis est, Dominus
Hiere.9. scit cogitationes hominum,quoniam vanæ sunt[*Itaque nemo glorietur hominibus*]iactando se baptizatum F
2.Cor.10. seu doctum ab illo vel illo,sed in solo domino glorietur. [*Omnia enim vestra sunt*]. i.vestræ seruituti &
vtilitati parata & deputata, [*Siue Paulus, siue Apollo, siue Cæphas*].i.Petrus archiapostolus,[*Siue mundus*]
Deuter. 4. iste sensibilis scilicet corpora cœlestia elementa & mixta. De corporibus enim cœlestibus Moses in
Psalm.8. Deut. Solem,lunam & omnia astra cœli creauit dominus deus tuus in ministerium cunctis gentibus. Et
Genes.1. Psal. Omnia(inquit)subiecisti sub pedibus eius. Et in Genesi dominus loquitur, Faciamus hominem,&
Hebræ.1. præfit bestiis terræ,& piscibus maris,& auibus cœli vniuersæque creaturæ. Sed & angeli administrato-
rij spiritus sunt,[*siue vita*].i.operatio nostra vt vobis proficiat,[*siue mors*]corporalis vt pro vobis,si opus
fuerit,sustineatur.[*siue præsentia*]beneficia dei quę habetis in re,[*siue futura*] promissa quę habetis in spe.
Rom.14. [*Omnia enim*]hæc[*Vestra sunt*]aliquo modo vt dictum est,[*vos autem*] serui atque discipuli [*Christi*] &
Psalm.2. estis eius iure creationis, gubernationis ac liberationis.[*Christus autem dei*]Christus secundum diuinam
Ioan.1. naturam est dei patris tanquam vnicus & naturalis filius eius. Secundum humanitatem verò est dei,tan-
Philip.2. quam minister ipsius factus obediens vsque ad mortem. De quo deus ait per Esaiam, Ecce intelligit ser-
Esaiæ. 42. uus meus,& exaltabitur. Hinc etiam filius dicit ad patrem, Omnia mea tua sunt. Et, Ego non quæro glo
Ioan.17. riam meam.
Ioan.8.

Cap. IIII. [*sic nos existimet homo, vt ministros Christi.*] Artic. IIII. G

Epist. Ræterea docet Apostolus,quid debeant subditi de superioribus suis sentire,ne eos plus q̃
Galat.4. p decet,magnificent,nec eos contemnant, si fortè in aliquibus minus excellentes videntur.
[*sic nos*] Apostolos,& prædicatores,ac Christi vicarios [*Existimet homo*] quicunque fide-
lis[*Vt ministros Christi*]non vt principales,aut gratiæ collatores, [*Et(vt)dispensatores,*]hoc
est exhibitores seu distributores[*Misteriorum dei*].i.diuinorum sacramentorum. Vel,my-
2.Corin.2. steriorum dei.i.ecclesiasticorum officiorum.[*Hic iam quæritur*].i.à vobis Corinthiis interrogatur,atque
Lucæ.12. discutitur.[*Inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur*].i.quis dispensatorum istorum sit verus dispensa-
tor,cui possit dispensatio securè committi. Corinthij enim inter dispensatores hos discernebant, vnum
1.Thess.2. approbantes,alium reprobantes. Sed quia homines sancti tale iudicium non formidant nec reputant,
subditur.[*Mihi autem pro minimo est*].i.nihili pondero [*Vt a vobis*]adhuc carnalibus [*Iudicer*] iudicio re-
probationis,tanquam dispensator indignus,[*Aut ab humano die*]id est ab homine in hoc tempore pere-
grinante,[*sed neque meipsum iudico*]iudicio absoluto ac definitiuo,damnando videlicet meipsum. Debet
tamen homo iudicare seipsum iudicio discussionis & reprobationis opinatiuæ, æstimando se peccato-
1. Timo.1. rem vilem ac miserum[*Nihil enim mihi conscius sum*] .i. de nullo peccato remorsum conscientiæ habeo.
de præteritis enim satisfeci,& scio quia indulta sunt mihi. Nec obstat,quod alibi dicit, Venit Christ⁹ pec
Ioan.5. catores saluos facere,quorũ ego primus sum. Hoc enim dixit habendo respectum ad tempus præteritũ H
Matth.7. quo persequebatur ecclesiã.[*Qui autem iudicat me*].i.ad quem pertinet absolutè iudicare de secretis cor
dis mei[*Dominus est*]qui solus nouit corda humana,nam & pater omne iudicium dedit filio.[*Itaque nolite*
Matth. 10. *ante tempus*]extremi iudicii[*iudicare*]iudicio definitiuo de secretis & dubiis,maximè aliorum[*quous-*
Marc.4. *que veniat dominus*]ad iudicium,[*qui & illuminabit abscondita tenebrarum,*]hoc est peccata occulta faciet
Lucæ.18. manifesta,ponendo ea in lumine cognitionis. Sicut ait, Nihil occultum quod non sciatur, [*Et manifesta-*
Esaiæ.66. *bit consilia cordium*]an bona & iusta fuerint,an non. Prout per Esaiam protestatur. Ego autem opera eo-
Finis. rum & cogitationes eorum venio vt congregem,[*Et tunc laus*].i.sententia saluatiua & meritorum prote
statio[*Erit vnicuique*]bene agenti[*A deo*]id est Christo iudice:quasi dicat, Tunc nullus laudabitur, nisi
quem deus laudauerit, & omnem laude dignum deus laudabit.[*Hæc autem fratres transfiguraui in me &*
Apollo,]id est ista quæ scripsi de vestra gloriatione imani,qua quilibet gloriatur in eo qui sibi eloquen-
tior videtur & doctior,vel cui magis afflicitur,gratia exempli seu figuraliter dixi de me atque Apollo,
quòd tamen non gloriaremini in nobis, sed magis in pseudoapostolis,& mundi huius philosophiæ ma
gistris:quos nolui nominatim exprimere,ne maior dissensio fieret,sed loco illorum expressi me & Apol
lo,quatenus eisdem rationibus quibus probaui non esse gloriandum in Apollo & me, intelligatis non
esse gloriandum in his,in quibus gloriamini. Quod vtique feci,[*Propter vos*] id est ad vestri instructio-
nem,videlicet,[*Ne supra,*].i.vltra,[*quam scriptum est*] in Hieremia vbi iubemur in deo,non in hominib⁹

A gloriari,[*Vnus*]vestrûm[*Aduersus alterum infletur*]tumore superbiæ,[*Pro alio*] id est zelo baptistæ vel Hiere.9.
doctoris,ad quem inclinatur. Si enim apostolus illos pseudo nominasset,Corinthii superbissent contra 1.Cor.10.
seinuicem,vnoquoque eorum zelante pro suo doctore siue baptista. ¶ Non autem debes ô homo cõtra Sapien.4.
alium intumescere[*Quis enim te discernit*]id est quis te ab alio facit differre? Quis te ab alio distinguit ac
separat,dignitate & merito,vt contra eum insleris,& ei te præferas? ¶ Et quoniam posset quis allegare
suam perfectionem,dicendo,quodvirtuosior esset ac melior seu doctior alio,huic vanitati respondet a-
postolus,][*Quid autem*]boni in donis naturæ vel gratiæ,[*Habes quod non accepisti?*]à deo mediatè vel im
mediatè,à quo est omne donum optimum, & datum perfectum. [*Si autem accepisti*] hoc modo] *Quid* Iacobi.1.
gloriaris]in te vel creaturis,[*Quasi non acceperis?*]ista bona à deo. Itaque deo gratias age,& in ipso læta 1.Thess.5.
re,& quantò maior es,humiliate in omnibus,vt deo humilitatem iubenti tanto promptius pareas,quan Eccles.3.
tò plura bona ab eo receperis. Vnde ait Gregorius, Tantò esse humilior,atque ad seruiendum deo prõ- Matth.3.
ptior quisquis debet ex munere,quantò obligatiorem se conspicit in reddenda ratione. Quantò enim Grego.
quis maiora à deo suscipit dona,tantò amplius obligatur deo in omnibus obedire ex charitate syncera. Lucæ.12.
¶ Insuper amplius ironicè loquens. Corinthiorum præsumptionem redarguit dicens,[*Iam saturati estis*] Matth.5.
saturitate spirituali:de qua dicitur,Beati qui esuriunt iustitiam,quoniam saturabuntur. Itaque saturati Eccles.15.
estis cibo animæ scilicet pane vitæ,& aqua sapientiæ,[*Iam diuites facti estis*] id est diuinis charismatibus
B adimpleti,[*Sine nobis regnatis*]id est auxilio nostro non indigetis regẽdo vosipsos. Quod autem hocnõ
asserendo,sed increpando & condolendo dicatur,pandunt verba sequentia,[*Et vtinã regnetis veraciter,*
iuste regendovos inuicem,et vuiis preualendo,vt et nos regnaremus vobiscũ]id est consortes essemus atq; par
ticipes meriti vestri,atque tantæ perfectionis. Et hoc meritò dico. [*Puto enim*]ironicè autem loquitur,
[*Deus nos*]apostolos vniuersos,[*Nouissimos*]id est imos & vilissimos[*Ostendit*]cum tamẽ secundum ve Pſal.44.
ritatem simus à deo constituti principes mundi. Ostendit autem nos[*Tanquam morti destinatos*]id est ad
moriendum missos,quasi ad nihil vtiles simus,nisi vt occidamur,[*Quia spectaculũ*]id est obiectum,pre
cipuæ & cuiusdam admiratiuæ inspectionis,[*Facti sumus mundo*]id est hominibus impiis & mundanis,
[*Et angelis*]bonis ac malis[*Et hominibus*]rationabiliter ac piè viuentibus. Quemadmodũ enim ad specta Epist.
culum aliquod magna hominũ confluit multitudo: sic ad inspiciendũ personas & persecutiones aposto Hebræ.10.
lorũ,homines concurrerunt impii,vt irriderent:dæmones,vt fortitudinẽ mentis auferrent:angeli sancti
vt intus cõfortarent:homines pii,vt cõdolerẽt. Potest tamen legi assertiuè sine ironia:vt sit sensus, Puto
enim,id est agnosco,quod deus nos apostolos nouissimos id est infimos & abiectos ostendit.i.appare-
re fecit dando nobis præcepta spernendi mundũ & cuncta quæ mundi sunt,prædicãdi quoque crucẽ Heb.12.
Christi,& mundi contemptũ.[*Nos stulti propter Christum*]id est amore Christi,sicut agimus quod ãmũ
do stulti & insensati putamur,[*vos autem prudentes*]estis[*in Christo*]secundũ æstimationem vestram sũ
perbam[*Nos infirmi*]reputamur,& propriã infirmitatem agnoscimus,[*vos autem fortes*]id est virtuosi e- 2.Thes.2.
stis,vt opinamini, qui putatis vos non indigere nostro auxilio.[*vos nobiles, nos ignobiles.*]Totum i oni Roma.8.
C cè dicitur,vt cõfundantur & corrigantur carnales. Apostoli quippe carne & spiritu nobiliores erãt Co
rinthiis,quomã semen Abrahæ erant,& primitias spiritus sancti receperunt.[*vsque in hanc horam*]id est 2.Cor.7.
assiduè[*Et esurimus et sitimus et nudi sumus*]id est inopiam cibi,potus ac vestium patimur. Vnde alibi di Matth.5.
cit apostolus,In fame,& siti,& frigore,& nuditate. Tunc impletũ est verbũ Christi,quod dixit, Veniet Marci.8.
tẽpus,cum auferetur ab eis sponsus,& tunc ieiunabunt[*Et colaphis cædimur*]tanquam blasphemi,][*Et in-* Lucæ.5.
frabiles sumus]fugiendo de loco ad locum. Iuxta illud,Cum persecuti vos fuerint in vnam ciuitatẽ,fugi- Matt.10.
te in aliam,[*Et laboramus operantes manibus nostris*]pro victu atque vestitu,[*Maledicimur*]à peruersis [*et* Luc.6.
benedicimus] id est bona eis dicimus,prædicando ipsis verbũ salutis.[*Persecutionem patimur*]propter iu- Act.5.
stitiam,[*etsustinemus*]libenter amore Christi. Ibant enim apostoli gaudentes à conspectu cõcilii,quo- Rom.3.
niam digni habiti sunt,pro nomine Iesu contumeliam pati.[*Blasphemamur*]id est crimen blasphemięno Iohan.15.
bis imponitur,[*et obsecramus*]deum pro blasphemãtibus. [*Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus*]
id est reputamur à perfidis,quasi immunditiæ quædam,inficientes hunc mundum nostra doctrina. Id-
circo cum occidimur. putant mundũ purgari ab hominibus pestilentibus,ticque efficimur mundi pur-
gamenta,factique sumus,[*Omnium peripsema vsque adhuc*]id est velut superfluitas quædam generis hu-
D mani,ita vt apti non simus hominibus sociari,sed tolli. Peripsema autẽ vocatur purgamentum ferri vel
pomi seu alterius rei, illud videlicet quod aufertur à materia rei vt purgetur, sicut est limatura æris
aut ligni. [*Non vt confundam vos scribo hæc*] finaliter. Est autem confusio adducens peccatum,
& est confusio adducẽs gratiã & gloriã,vt dicitur in Ecclesiastico. De prima cõfusione loquitur modo
apostolus,Non enim intẽdebat eos finaliter cõfundere,sed corrigere,sicut subiungit,[*Sed vt filios meos*]
spirituales[*Charissimos.*]id est valde dilectos. Etsi non propter bonitatẽ & merita vestra,tamen propter Eccles.4.
bonitatẽ diuinã,[*Moneo,*]hoc est ad meliora exhortor. Meritò autẽ vocaui vos filios.[*Nam si decem mi-*
lia pædagogorum].i.quãtamcũnq; multitudinem erudientiũ vos,[*In Christo Iesu*].i.in fide & euangelio
saluatoris,[*Habeatis*]Dicitur autem pædagogus instructor pueri,[*sed non multos patres*]spirituales habe
tis ad hoc,hoc est genitores qui vos in Christo genuerunt,cõuertendo vos primò ab esse carnali & infi FINIS.
deli,ad esse spirituale atq; diuinũ. Talis autem pater ego fui.[*Nam in Christo Iesu*].i.in esse Christiformi Rom.12.
seu statu christiano,[*Per euangelium*].i.per euangelicæ sapientiæ prædicationem,[*Ego vos genui*]instru
mentaliter,scilicet ante alios pr ponendo vobis euãgeliũ Christi,& ad fidei susceptionẽ animas vestras
disponendo. Veruntamen vnus est pater noster in cœlo,quem solũ debemus patrẽ vocare,id est omnis Malac.2.
paternitatis efficientiam & gratiã ei præsertim adscribere.[*Rogo ergo vos fratres imitatores mei*]tanquam Roma.4.
boni discipuli,obedientésq; filij,quatenus sicut ego Christi vestigia sequor,ita & vos viã meã,ideſt vir- Ioann.13.
tutes sequamini.[*Ideo misi advos Timotheũ*]latorẽ huius epistolæ[*Qui est filius meus charissimus, & fidelis* Philip.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in domino, qui vos comonefaciet]id est admonendo vos instruat, [*Vias meas*]id est præcepta & documenta [*Quæ sunt in Christo Iesu,*]hoc est, secundum voluntatem & doctrinam ipsius: in nullo enim à Christo discordo, [*Sicut vbique in omni ecclesia docco. Tanquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam.*] ex vobis tumore superbiæ, gloriantes in eloquentia & doctrina philosophorum, & tam imperterritè sic inflantur, quasi non essem venturus ad vos. Solent autem discipuli à malis retrahi timore aduentus magistri. [*Veniam autem ad vos cito, si dominus voluerit*]cuius voluntas supponenda est semper. Iuxta illud, Iaco.4. Dicatis, si dominus voluerit, & si vixerimus faciemus hoc vel illud. [*Et cognoscam*]id est attendam & examinabo, [*Non sermonem*]rhetoricum [*Eorum qui inflati sunt, sed virtutem*] id est vitam virtuosam, an habeant, seu opera miraculorum. [*Non enim in sermone*]id est verbis pulchris [*Et regnum dei*]id est meritum attingendi, ac percipiendi regnum cœlorum, [*Sed in virtute*]bonæ conuersationis consistit. Ait enim Saluator, Non omnis qui dicit mihi domine, domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem patris mei. Et rursus, Qui audit verba hæc, & non facit ea, comparabitur viro stulto. Verba enim sine opere sunt folia sine fructu. Arbor autem quæ non facit fructum bonũ, excidetur, & in ignẽ mittetur. [*Quid vultis*]id est quod ex his duobus eligitis scilicet [*In virga*]id est rigore iustitiæ & occulto charitatis affectu, videlicet animo disciplinãdi. [*Veniam ad vos an in charitate*]aperta [*Et spiritu mansuetudinis* ?] id est animo mansueto & indulgenti? Quanuis hoc secundum sit præoptandum, potius tamen optandum esset primum, quàm carere boni patris aduentu, quanuis rigoroso. Meliora nẽpe sunt vulnera diligentis, quam oscula adulantis, vt ait scriptura. In præinductis omnibus consideratur discretio sancti Apostoli, qui verbis duris & increpatoriis, verba charitatiua atque suauia miscet, infundens vinum iustitiæ, & oleum pietatis, vt sanet animas vulneratas. Virtutes quoque suas tam diligenter describit non ob propriam laudem, sed vt imitentur semitas eius.

Ephes.4. Prou.10. Lucæ.10. Matth.7. Ibidem Matth.3.

Cap.v. [*Omnino auditur inter vos fornicatio.*] Artic.v.

ACcedit demum Apostolus ad particulariorem increpationem Corinthiorum, & ait,]*Omnino auditur inter vos fornicatio*]id est omnibus modis scitur, narratur atque percipitur à me, & ab aliis, ꝙ inter vos sit fornicatio, quæ est illicitus cõcubitus: [*Et talis,*]hoc est, tam infamis & nefaria fornicatio, [*Qualis nec inter Gẽtes*]incredulas auditur seu esse percipitur. [*Ita vt vxorem patris sui*]defuncti [*Aliquis*]vestrũm [*Habeat*]coniugem. Lira videtur hæc sic intelligere, quod mulier illa fuerit etiam mater istius: sed verius creditur ꝙ erat eius nouerca. Talis autẽ fornicatio est incœstus, pœna mortis prohibitus. Vnde in Leuitico. Qui dormierit cum nouerca sua, morte moriatur. Vnde & Ruben dicitur in Genesi, Nõ crescas quia ascendisti cubile patris tui. [*Et vos inflati estis.*]tumore elationis, id est ex superbia neglexistis tantũ scelus corrigere, scilicet propter mutuas vestras contentiones, quibus occupati omittitis opera charitatis, [*Et nõ magis luctũ*] id est compassionem & fletum [*Habuistis*]deplorando tam horrendũ piaculum proximi [*Vt tollatur de medio vestrum*]id est separetur à vobis per excõmunicationem, [*Qui hoc opus fecit*]cuius omnes participes quodammodo, sustinẽdo talem inter vos. [*ego quidem*]Paulus [*Absens*]à vobis iam [*Corpore præsens autem spiritu*]id est consideratione, & animi solicitudine. Sicut & Helisæus præsens erat, cum Giesi accepit munera Naaman Syri, [*Iam iudicaui tanquam præsens*]spiritu. Vel sic, acsi corporaliter præsens essem, [*eum qui sic operatus est*]id est fornicarium illum. Sic autem iudicaui eum. [*In nomine domini nostri Iesu Christi congregatis vobis et meo spiritu,*]hoc est, cum collecti fueritis publicè in nomine Christi & in meo spiritu, id est in vera concordia, habendo videlicet spiritum seu charitatis affectum adinuicem, sicut & ego ad vos habeo, [*Cum virtute domini nostri Iesu Christi.*]hoc est, potestate & authoritate Christi, qui cooperabitur vobis, [*Tradere huiusmodi Satanæ*]id est vt tradatur talis fornicator diabolo, per sententiam excommunicationis. Et hoc [*In interitum carnis.*]id est ad hoc, vt dæmon eum corporaliter affligat. In primitiua nanque ecclesia, ad fidei confirmationem, solebat excommunicationem sequi corporalis vexatio dæmonis, quousque peccator pœniteret: & si non pœnitebat, vexabatur quousque animam exhalaret. Hanc potestatem præsertim habebant Apostoli, vt sicut ab obsessis poterant dæmones eiicere, ita enormiter delinquentes poterant dæmoni tradere, corporaliter tribulandos. ¶Sed quia hanc corporis pœnam ordinauerunt ad animæ salutem, subditur, [*Vt spiritus saluus sit*]id est anima eius salua fiat, [*in die aduentus domini nostri Iesu Christi*] in die iudicii vniuersalis, seu particularis, vel in die mortis, quod redit in idem. Nam qualis quis moritur, talis deo in die iudicij præsentabitur. ¶Ex prædictis concludit apostolus, [*Non est bona gloriatio vestra*] ô Corinthii, qua vel de baptistis & ministris gloriando contenditis, mutuoque præfertis, & ex hoc fraternam correctionem negligitis. Vel, gloriatio. qua vos iustos iactatis bona non est, eò quòd tantum peccatum inter vos tolleretis. Qui enim non corrigit cum potest & debet, communicat delinquenti, & particeps est peccati. ¶Post hæc ostendit, quàm periculosum sit congregationi sustinere peruersum [*Nescitis quia modicum fermentum*] id est parua pars infectiua [*Totam massam corrumpit* ?]id est, vniuersam materiam inficit? sic vnum peccatum seu vnus pestilens & peruersus videlicet consensus huius peccati, & fornicator huiusmodi totam massam, id est vestram congregationem contaminat, inficit & seducit, nisi auferatur tale fermentum. [*expurgate ergo vetus fermentum,*] id est consensum peccati istius, & authorem peccati huius amouete à vestra communione, [*vt sitis noua conspersio,*]id est, gratia baptismatis & virtutum operibus innouati, [*Sicut estis azymi,*]id est, à peccati fermento alieni effecti in fonte baptismi. Azyma dicitur ab ἀ quod est siue, & ζύμη, quod est fermentum, quasi sine fermento. Conspersio autem & azyma idem sunt, vt pote farina per aquam glutinata sine fermento: sicque significant puritatem à corruptione peccati. Denique in fermento duo pensantur, videlicet sapor

Leuit.20. Gen.49. 4.Reg.3. Iaco.3. Augustin. Act.15. Epist. Ioann.13.

A virtualis, quo efficit panẽ saporosum, & ita per fermentum signatur doctrina euãgelica ibi, cũ dicitur, Si mile est regnum cælorũ fermẽto, quod acceptũ mulier abscondit in farinæ tribus satis, donec fermentatum est totũ. Secundò cõsideratur in fermẽto corruptio adipis, & ita significat culpã, quę alios inficiẽdo corrũpit, & ita nunc sumitur. Sitis itaq; nona conspersio. [*Etenim pascha nostrũ immolatus est Christus*].i. agnus paschalis pro nostra salute oblatus est Christus qui loquitur, Ego quasi agnus mãsuetus qui portatur ad victimã. De quo ait Ioannes, Ecce agnus dei, qui tollit peccata mundi. Itémq; alibi, Dignus est agn⁹ qui occisus est. Ipse enim verus est agn⁹, qui abstulit peccata mũdi, qui mortẽ nostrã suiipsius oblatione seu morte destruxit. Ipse quoq; est pascha nostrũ. i. transitus noster, præbẽdo nobis exemplũ trãsiundi de hac peregrinatione ad patriã. Propter quod ait, Ego sum via, veritas & vita. Pascha enim transitus dicitur. Huius agnę figura fuit agnus ille paschalis seu legalis, de quo in Exordio legitur. Vnde qđ ibi habetur, Os eius nõ confringetis, ab Euãgelista allegatur de christo. Similiter sicut per effusionẽ sangui nis agni illius liberabantur filij Israël ab angelo deuastante seu plaga AEgypti: sic nos per effusionem sanguinis Christi liberamur à potestate diaboli & à ruina peccati. Insuper sicut carnes agni illius manducabantur cũ azymis panibus. sic fideles viuere & Christi corpus comedere debẽt sine fermẽto peccati. Ideo subditur. [*itaque epulemur*]. i. in domino deliciemur ac nutriamur, Christi sacramẽtis vescamur, & ei incorporemur. [*Non in fermento veteri*].i. non in iniquitatibus nostris antiquis ac solitis, [*Neque in*

B *fermento malitiæ*].i. peccato ex deliberatione animi facto: iuxta illud, Dixit iniustus, vt delinquat in semet ipso, [*Et nequitiæ*].i. nõ in frandulenta, aliisque nociua cõuersatione: prout Petrus monet, Deponẽtes omnẽ malitiam & dolũ, & simulationes, & inuidias. [*Sed in azymis*].i. operibus [*Sinceritatis*].i. internæ puritatis, vt habeamus cor mũdum, [*Et veritatis*].i. iustitiæ, etiam quantùm ad proximos. Vel, in azymis veritatis. i. actibus sanctæ contemplationis & illuminatæ cognitionis. [*Scripsi vobis in epistola.*]Sciendum ꝙ apostolus ante missionẽ præsentis epistolæ, misit Corinthiis epistolam quandã, quæ nõ habetur, in qua iussit vt nõ miscerentur fornicariis, quod Corinthij non bene intellexerunt, putantes apostolũ loqui de spirituali fornicatione, quæ est idololatria. Ideo nunc exponit verba illic scripta, & ait. Scripsi vobis in epistola illa quam non habemus: [*Ne commisceamini fornicariis*]familiaritate, communione, aut cohabitatione, & [*Non vtique fornicariis huius mundi*].i. hoc scripsi, vt non misceamini fornicariis huius mundi. i. publicè criminosis, de quibus subiungitur, [*Aut auaris aut rapacibus*].i. violentis ablatoribus rei alienæ, [*Aut idolis seruientibus*].i. idololatris, qui tamen Christiani esse volunt. [*Alioquin debueratis de hoc mundo exisse*]id est si aliter intellexissem quàm sic, oporteret vos mũdum omnino exire, si velletis mihi acquiescere. Nam si de gentilibus loquutus fuissem, non possetis verba mea implere, nisi mundum exeundo, cum vbique demorentur gentiles. [*Nunc scripsi vobis*]in ista epistola clarius, [*Non commisceri*]prædictis criminosis christianis. De infidelibus nanque non loquor, quibus etiã quomodo verbum sãlutis an-

C nuntiaretur, si vitarentur? Ideo additur. [*Si is qui frater*]id est si Christianus [*Nominatur inter vos fornicator*].i. notorius fornicator fuerit & conuictus, [*Aut auarus*]aliena tenendo, [*Aut idolis seruiens, aut maledicus*]id est detractor vel blasphemus, [*Aut ebriosus, aut rapax*]vel simili crimine vitiatus, [*Cum huiusmodi nec cibum sumere,*]sed eum in omnibus euitare, vt erubescendo pœniteat. Vnde alibi dicit apostolus, Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè. Non ergo prohibet cum infidelibus atque gentilibus sumere cibum, præsertim cum aliàs asserat, Si quis vocat nos infidelium ad cęnam & vultis ire, omne quod vobis apponetur manducate. ¶Deinceps ostendit apostolus, quod de infidelibus non habet dare præceptum. [*Quid enim mihi de his que foris sunt*].i. quid spectat ad me de infidelibus, qui extra ecclesiam sunt, nomine, numero, & re [*Iudicare?*]id est dare sententiam vt vitentur? Imò potius debet se fidelis illis piè applicare, vt conuertantur. [*nunne de his qui intus sunt*]id est fidelibus qui intra ecclesiam sunt nomine vel meritò, [*vos iudicatis?*]& nõ de his qui foris sunt, quasi dicat, Si vos non iudicatis de his qui foris sunt, ita nec ego. Non enim authoritatem habeo super eos. [*nam eos qui foris sunt*].i. infideles [*Deus iudicabit*]iudicio damnationis, non discussionis seu disceptationis: sic enim iudicati iam sunt, iuxta illud, Qui non credit, iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti filij dei. [*Auferte malum*]id est prædictum fornicarium, qui habet vxorem patris sui, [*Ex vobis ipsis*].i. ex vestra societate. Qui enim tetigerit picem, inquinatur. Et in Deuteronomio dominus, Auferes (inquit) malum de medio tui, vt cæteri timorem habeant. Debemus etiam auferre cogitationes malas, & omne peccatum de cordibus nostris, prout

D per prophetam dominus iubet. Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis.

Hebræ.10. Ioan.3. Esaiæ.37. Eccles.13. Deuter.31. Psalm.118. Esaiæ.1.

Cap. vi. [*Audet aliquis vestrum habens negotium.*] Artic. vi.

R Euocatis Corinthiis ab errore circa matrimonium, iam reuocantur ab errore circa iudicium, in quo multis modis errauerunt, vt patebit. [*audet aliquis vestrum*] fidelis, ausu temerario, non metuens in hoc dei offensam, [*Habens negotium*].i. causam iudicialem [*aduersus alterum*]fidelem, [*iudicari apud iniquos*]id est pro habendo iudicio accedere iudices infideles, qui semper aduersantur fidelibus, [*Et non apud sanctos?*]id est iudices fideles nõ interpellatis? Quod erat multipliciter malum. Dabatur enim per hoc infidelibus occasio opprimendi pauperes Christianos, & aspernendi ecclesiam, quasi nõ habentem personas ad iudicandum actiuè idoneas. Dabatur quoque infirmis fidelibus occasio reputandi infideles, cum tamen dicat scriptura, Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus. Et occasio redeundi ad idololatriam. ¶Post hęc ostenditur quòd fideles digniores sunt iudicare, quàm perfidi. [*an nescitis, quoniam* (.i. quòd *sancti,*) videlicet perfecti, vt apostoli & apostolici viri, [*De hoc mundo*]id est homines habitantes in hoc mundo inferiori. [*Iudicabunt?*]per assessionem & approbationẽ: Assidebunt enim Christo, eiusque sententiam omnes electi approbabũt. Vnde ait saluator, Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes duodecim, iu-

Deuter.17. Psalm.14. 2.Thess.3. Matth.19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luc.22. dicantes duodecim tribus Israel. Et Sapiens, Iudicabunt iusti nationes, & dominabuntur populis [*et si* B
Sapien.3. *(id est, quia) in vobis*] id est, per sanctos, qui inter vos sunt, [*iudicabitur mundus.*] Est autem mundus
perditionis, id est collectio hominum reproborum. De quo mundo ait Christus apostolis, De mũdo nõ
estis, sed ego elegi vos de mundo, Et alibi, Non pro mundo rogo. Est etiam mundus saluationis, de quo
Ioann.15. dicitur, Sic deus dilexit mundum, id est collectionem hominum electorum, vt filium suum vnigenitum
Ioan.15. daret. Sancti ergo iudicabunt mundum perditionis, iudicio reprobationis. sicut & Christus. Mundum
Ioann.3. verò saluationis iudicabunt iudicio beatæ præmiationis. ¶ Si ergo iudicabitis mundum, hoc modo [*in-*
Iohan.8. *digni estis qui de minimis iudicetis?*] id est indigni non estis iudicare de paruis & secularibus causis, quod
patet per locum à maiori. Etiam [*Nescitis*] id est scire vos conuenit. [*Quoniam angelos iudicabimus*,]
Hoc communiter de angelis apostatis intelligi solet, de quibus scriptum est in Apoca. Draco pugnabat
Lucæ.10. & angeli eius, quos sancti cum Christo damnabunt. ¶ Sed quoniam dictum est, quòd omnes electi iu-
Apoc.12. dicabunt per approbationem sententiæ iudicis, possumus dicere, quòd homines electi iudicabunt etiam
angelos sanctos. Pro cuius pleniori intelligentia aduertendum, quòd meritum & demeritum præmij es-
sentialis seu pœne principalis, non cõuenit his qui sunt in termino, sed qui in via. Angeli autem boni &
mali à principio mundi in termino positi sunt, per inauertibilem conuersionem ad dominum, & incon-
uertibilem auersionem à deo, sicut Damascenus declarat. Ergo à principio mundi iudicati sunt, quan- F
Damasc. tùm ad remunerationem principalem, quæ est vel adoptio vel carentia visionis diuinæ essentię. Verun-
tamen sicut angeli boni in præmio accidentali proficiunt per hoc, quòd homines eorum ministerio sal
uantur: sic angeli mali pœnam accidentalem sibi accumulant, inducendo homines ad peccata. Propte-
rea angeli boni & mali in die iudicij iudicabuntur, quantùm ad præmium meriti accidentalis, illud ple
nè & vltimatè percipiendo. Et iudicabũt homines electi angelos sanctos iudicio approbationis, [*Quan*
to magis seculariaſ] id est multò amplius digni sumus iudicare causas terrenas, & res temporales. [*Secu-*
laria ergo iudicia] id est negotia mundana [*Si habueritis, contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite*
ad iudicandum.] Propter diligentem considerationem sequentium cogimur ista dupliciter explanare.
Primo ironicè id est cum ironia seu irrisione, non vtique passionata, sed charitatiua, iusta, qua ad corre
ctionem irrisi ordinantur: vt sit sensus, Contemptibiles qui sunt in ecclesia, id est viros improbos & cæ-
teris viliores, constituite ad iudicandum, id est tales facite iudices. Propter quod fratres coacti sunt inter
Amos.4. pellare iudices infideles. Simili sensu dicitur illud prophetæ. Immolate laudem de fermento [*Ad vere-*
cundiam vestram dico] id est ad vestram confusionem enarro vos ita fecisse. [*Sic non est*] id est, ex vestro
facto sequi videtur, quòd non est [*inter vos sapiens quisquam*] id est circunspectus quisquam & exper-
tus, [*Qui possit iudicare inter fratrem suum*] id est inter proximum & proximum fide germanum [*Sed fra-* G
ter cum fratre] id est vnus fidelium contra alium [*In iudicio contendit, & hoc apud infideles*] scilicet iudi-
ces. Secundo exponitur sine ironia, hoc modo, Secularia iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt
in ecclesia, id est minus deuotos, internos ac deiformes, constituite ad iudicandum, id est hortor
vt tales ordinetis iudices. Sæpe enim contingit, vt minus contemplatiui & spirituales sint magis acti-
ui, & in temporalibus aptiores. Ad verecundiam vestram dico. quòd non fecistis hoc modo. Dicit autẽ
Grego. beatus Gregorius, Terrenas causas examinent, qui rerum exteriorum sapientiam perceperunt: qui verò
Augustin. spiritualibus donis ditati sunt, terrenis non debent negotiis implicari. Augustinus quoq; Christum (ait)
2.Tim.2. testẽ inuoco, quia mallem quotidie aliquid manibus operari, quàm tumultuosissimas causarũ prolixita-
tes pati [*Iam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos*] id est hoc ipsum vestro pec
cato agitur, atque peccatum est, quòd inter vos negotia iudicio determinando habetis, inter quos quies
Augusti. & pax esse deberent. Vnde concludit Augustinus, Peccatum est, iudicium habere cõtra fratrem. Pro cu
ius sano intellectu habendo addit periphrastes. Perfectis licet repetere sua simpliciter, sed sine causa, si-
ne lite, sine iudicio: sed non conuenit eis inde mouere causam ante iudicem. Infirmis verò licet repetere
suã causam mouendo coram iudice, & iudicium habendo contra fratrem: sed non contentiosè vel frau-
dulenter, nec apud iudices infideles. Sed nec hoc videtur satis resolutum, Ecclesia enim non erat haben
do iudicia. Religiosis etiam licet sua repetere coram iudice: fideles quoque qui in terris sunt infideliũ,
cum fideles iudices habere non valent, ad infideles iudices recurrere possunt. Alij igitur dicunt quòd li H
ceat, non autem expediat secularia habere iudicia. Et quòd religiosi ac perfecti possunt repetere sua, tan
quam communia, non vt propria. Item, quòd fideles inter infideles habitantes. possunt coram iudice in-
fideli causam suam mouere, si fideles iudices non possint habere. [*Quare non magis iniuriam accipitis?*]
Hebræ.10. id est, cur non potius violentiam manifestam suffertis, quàm habeatis iudicia litigiosa? [*Quare non magis*
Matth.5. *fraudem*] id est occultam bonorum vestrorum ablationem, seu quamlibet machinationem dolosam [*Pa-*
Lucæ.6. *timini?*] Simile est quod ait saluator, Si quis voluerit iudicio tecum contendere, & tunicam tuam tolle-
re, dimitte ei & pallium. Rursusque ait. Qui abstulerit tua, noli repetere. Hoc dominus consulit ad vi-
tandum inquietudinem mentis. [*Sed vos iniuriam facitis*] aliis [*Et fraudatis*] id est, dolum eis infertis, [*Et*
Matth.7. *hoc fratribus*] id est fidelibus quibus hoc minus facere congruit, & in hoc pessimè facitis. Etenim [*An*
Matth.13. *nescitis*] quod vtique scire vos arbitror, [*Quia iniqui*] id est iniusti [*Regnum dei non possidebunt?*]
Sapiẽ.3. id est terram viuentium, seu vitam æternam non hæreditabunt? Iusti enim fulgebunt vt sol in regno
Apoc.52. patris eorum. Et in Apoc. dicitur de iniustis, Non intrabit in illam aliquid coinquinatum. [*nolite errare*]
recipiendo falsum pro vero, vel malum pro bono. [*neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque*
adulteri, neque molles] in seipsos insanientes, prouocando, vel exercendo libidinem, [*Neque masculo-*
rum concubitores, neque fures. neque auari, neque ebriosi, neque maledici] id est detractores, [*Neque*
rapaces regnum dei possidebunt. Et hæc aliquando fuistis] id est his vitijs subiacuistis, ante vestram con-
uersionem ad fidem Christi, [*Sed ablati estis*] à maculis peccatorum in baptismo, [*Sed sanctificati estis.*]

A splendorem gratiæ atque virtutum, pulchritudinemque recipiendo, [*Sed iustificati estis*] bene operan-
do, [*in nomine,*] id est virtute & inuocatione, vel ad honorem nominis [*Domini nostri Iesu Christi et in*
spiritu dei nostri,] id est operatione spiritus sancti. ¶ Quoniam verò præinducta verba de non repeten-
do sua obscura sunt, exponit modo Apostolus quomodo intelligi debeant. [*Omnia mihi licent*] id est per
mittitur mihi omnia mea iustè repetere tanquam licitum, [*Sed non omnia expedient*] .i. non semper expe
dit omnia repetere in foro iudiciali. Primò propter cõseruationem honoris: iuxta illud Prouerbiorum, Prouer. 26
Honor est homini, qui separat se à contentionibus. Secundò, quoniam est maioris boni impeditiuum.
Tertiò propter nimiam solicitudinem atque angustiam animæ. Quartò propter periculum iurgiorum:
iuxta illud Ecclesiastici, Ne contendas cum homine locuplete, ne fortè constituat tibi litem. [*Omnia mi-*
hi licent,] secundum sensum præiactum, cum non sit lege naturali vel scripta prohibitum, [*Sed ego sub*
nullius redigar potestate]. i. libertatem animæ meæ nolo amittere, subdẽdo me terrenarum rerum amori Eccles.8.
ac iudicis potestati. quod facerem si iudicio litigarem, fratrémq; offendere mallem, quàm perdere rem
tæ sustentatione, [*et venter indiget [esca.*] Ideo licet temporalia bona repetere, vt habeamus victum & Genesi.1.
quibus tegamur. Non tamen debemus importunè & nimis anxiè pro istis contendere, quoniam tempo- 2.Tim.6.
raliter transeunt, & venter & esca: propter quod sequitur, [*Deus autem et hunc*] ventrem [*et hanc*] escam
B [*Destruet,*] quia vtrunque naturaliter corruptibile est. Et quanuis venter maneat substantialiter post re- Matth.6.
surrectionem communem, non tamen secundum statum & pristinum actum. Ideo pro necessitatibus
ventris minor esse debet solicitudo. Præterea redit Apostolus ad id, vnde cœperat loqui, videlicet ad re
probanda luxuriæ vitia. [*Corpus autem*] vniuscuiusque fidelis [*Non fornicationi, sed domino*] deo subiicia- Philip.3.
tur & obsequatur, [*et dominus corpori*] principetur, & præmium tribuat. [*Deus vero*] pater seu trinitas
[*et dominum*] Iesum [*Suscitauit*] tertia die à mortuis, [*et nos suscitabit*] in die iudicij, [*Per virtutem suam*] om Lucæ.1.
nipotentem, cui non est impossibile omne verbum.
¶ Ratio autem cur corpus non fornicationi, sed domino reddendum est, redditur. [*Nescitis quia corpo-* Ephesi.2.
ra vestra membra sunt christi?] Ipse enim est caput nostrum, cui in baptismo incorporamur, & ipsa eccle-
sia est mysticum corpus Christi. Ideo quilibet verè Christianus est mysticum membrum eius. [*Tol-*
lens ergo,] id est assumens seu diuino cultui auferens [*membra christi,*] id est corpus meum & alterius,
quem ad voluptatem meo exemplo induco. [*Faciam*] de eis [*Membra meretricis?*] concubando cum ea, sic Matth. 19.
meretrici] carnali amore, & copula corporali, [*vnum corpus*] cum ea [*efficitur?*] per seminis communionẽ Genes.2.
seu affectuum transformationem. [*erunt enim*] inquit dominus in Genesi [*Duo,*] id est vir & mulier, [*in*
carne vna,] id est pro eadem carne reputabuntur propter mutuam vnionem, quanuis numeraliter atque
C realiter differant. Hoc ad literam de legitimè coniunctis prædictum est. Apostolus tamen allegat hic de Matth. 19.
illicitis copulis fornicantium, quoniam ratio identitatis partim eadem est. Nam cõcubitus licitus & for
nicatio conueniunt in esse naturæ, non autem in esse morali. [*Qui autem adhæret domino*] adhæsione amo
rosa & obedientiali, [*Vnus spiritus est*] id est diuino spiritu per charitatem vnitur, in deum transforma-
tur, esque indissolubiliter colligatur. Vnde aiebat saluator loquens ad patrem, Notum feci eis nomen Ioan.17.
tuum, vt dilectio tua in eis sit, & ego in eis. Amor nanq; est virtus vnitiua diuersos coniungẽs, quanuis es
sentialiter differant. [*Fugite fornicationem*] id est omnem illicitum concubitum. Quædam peccata in se
quandam pœnam & amaritudinem habent, vt ira, inuidia, & ista melius superantur luctando & resisten- Tobiæ.4.
do. Nam quanto diligentius & particularius considerantur, tantò plus displicent, sicque facilius repel- Zach.2.
luntur. Alia autem peccata quandam delectationem includunt, vt gula, luxuria, quæ melius vincuntur
fugiendo quàm colluctando. Quò enim particularius, diligentiúsque pensantur & reuoluuntur, eò ap-
petitus magis prouocatur. Vitanda ergo sunt fomenta, occasiones & causæ luxuriæ. 1.Petri.1.
¶ Ratio quoque fugiendi fornicationem subiungitur. [*Omne enim peccatum,*] præter fornicationem,
[*Quodcunque fecerit homo*] cogitando, loquendo vel operando, [*extra corpus est*] id est nõ ita nocet cor
pori, ipsum debilitando, contaminando, ac diuersis periculis exponendo, vt fornicatio. [*qui autem fornica-*
D *tur, in corpus suum peccat*] ipsum (vt dictum est) lædendo, polluendo & destruendo, præsertim si mul-
membra, sed omnia membra vestra, id est corpus totum, [*Templum est spiritus sancti,*] id est consecratum 1.Corin.6.
inhabitationi spiritus sancti in baptismo, vbi expulso diabolo, abrenuntiastis pompis eius, & deo dicati
estis. [*qui in vobis est*] per gratiam, primò atque directè in anima, secundario autem in corpore, [*quem*] spi
tum sanctum [*Habetis à deo*] patre, qui misit & dedit fidelibus spiritum sanctum. Imò & à filio, sed & spi Ioan.20.
ritus sanctus dat seipsum. Propter quod ait Christus, Cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis à Ioan.14.
patre, [*et non estis vestri?*] id est proprij iuris ac potestatis? Sed totum quod habetis & estis, tenemini deo, Ioan.16.
vt ad eius honorem & gloriam omnia ordinentur. Nam & de omnibus rationem reddemus, tanquam Rom.14.
de bonis mutuatis. Deo quippe debemus nosipsos, non solùm ratione creationis ac gubernationis, sed 2.Corin.5.
etiam ratione saluationis. Ideo sequitur. [*empti estis*] .i. à potestate & iure diaboli liberati, qui venundati Matth.12.
fuistis in iniquitatibus vestris, [*pretio magno,*] videlicet morte & sanguine Christi, de quo scriptum est Rom.14.
in Apoca. Redemisti nos deo in sanguine tuo. Hinc itaque dicit Anselmus, Certè domine quia me feci- Esaiæ.52.
sti, debeo me totum: quia redemisti me, debeo me totum: imò tantò debeo amori tuo plus quàm meip- Roma.7.
sum, quantò tu maior es me, pro quo dedisti teipsum, & cui promittis teipsum. [*Glorificate ergo,*] id est, Apoc.5.
bonis operibus honoratè, & glorioſum ostendite, [*& portate deum in corpore vestro,*] id est eius volun- Anselmus
tati corpora vestra subiicite, quæcunque aduersa æquanimiter tolerando. Itaque deum in corpore pro- 1.Petri.2.
prio portare, est iugum domini super se ferre, sicut monet saluator, Tollite iugum meum super vos. Et Matth.11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

alibi, Tollat crucem suam quotidie. Ideo denique inobedienti populo dominus loquitur per Hieremiã E
Mat.11. Matth.16. Hiere.2. A seculo confregisti iugum meum, rupisti vincula mea & dixisti, Non seruiam.

Cap. VII. [*De quibus autem scripsistis mihi.*] Artic. VII.

Hierony. Matt 19. Esa.56.

DE *quibus autem scripsistis mihi.*] Agit Apostolus hoc loco de matrimonio, Pseudo enim apostoli vt puriores cæteris viderentur, magisque eis crederetur, prædicauerunt nuptias esse vitandas. Quo audito, scripserunt Corinthij apostolo, quid tenendum esset de hoc. Quibus respondet. [*De quibus autem scripsistis mihi*] videlicet de nuptiis obseruandis vel fugiendis. Respondeo [*Bonum*] simpliciter id est perfectum [*Est homini*] nondũ conugato] *Mulierem non tangere*] i. penitus continere, & in castimonia domino ministrare. In carne enim sine carne viuere, non humana sed angelica vita est, De talibus ait saluator, Sunt eunuchi qui se castrauerũt propter regnum cœlorum: de quibus ait dominus per Esaiam, Dabo eis nomen melius à filiis & filiabus. [*Propter fornicationem autem*] vitandam [*Vnusquisque*] vir vxoratus [*vxorem suam*]. i. vnam ac propriã, non plures, nec concubinam [*Habeat*] i. retineat, non reiciens eam, quasi nuptiæ deo displiceant, [*Et vnaquæque*] mulier maritata [*Suum virum*] proprium [*Habeat*]. i. retineat. Vel si intelligatur de nondum coniunctis, sensus est, vt qui aliter continere non possunt, nubant. Multæ autem sunt causæ institutionis matrimonij. s. multiplicatio hominum, inimicorũ reconciliatio, integratio pacis, euitatio fornicationis, instructio & educatio prolis. [*Vxori vir debitum reddat, similiter autem vxor viro,*] exponendo se mutuæ voluntati, quantùm ad commixtionem carnalem. ¶ Cuius ratio subditur. [*Mulier potestatem*] plenam & liberã [*sui corporis non habet, sed vir*] quia non potest viro debitum denegare, potestque vir illud exigere. [*similiter autem et vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier.*] In lege enim debiti huius pares sunt, quan uis in aliis mulieres subditæ esse debeant suis maritis. [*Nolite fraudare*]. i. corporis visum subtrahere [*Nisi forte ex consensu*] communi, & hoc [*Ad tempus*] certum. Tempus enim amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus, [*vt vacetis,*] id est deuotè insistatis [*Orationi,*] quæ est accessus mentis in deũ

Ecclesi.3.

Propter quod indiget spirituali eleuatione, quæ per actũ carnalem maximè impeditur, etiam post actũ talem sensus manent ad tempus minus idonei ad spiritualia opera, [*Et iterum*] tempore orationis completo, [*Reuertamini in idipsum*]. i. ad pristinam debiti huius persolutionem, [*Ne tentet vos satanas,*]. i. ne diuturnior elongatio à cõcubitu fiat vobis occasio tẽtationis à dæmone, & incidatis in adulterij crimẽ [*Propter incontinentiã vestrã*]. i. eo quòd proni sitis ad vitia carnis [*Hoc autem,*] videlicet vt reuertamini in idipsum propter incontinentiã vestrã, ne in grauiora mala cadatis, *Dico secundum indulgentiam*]. i. secundũ permissionem seu concessionem. Matrimoniũ enim ordinatur etiam in remediũ culpæ. Hæc videtur in G

Auguſt.

tentio Augustini hoc loco, [*Non secundum imperium*]. i. non imperando hæc dico, non enim necessarium est ad salutem ita reuerti, Imò melius esset ex consensu abstinere. Incontinentiæ autem malum est, vt vir vxorẽ cognoscat vltra necessitatem procreandi liberos, reddendique debitum, nisi faciat hoc, ne conIunx in adulteriũ ruat seu peccet: quia hoc fit ad satisfaciendum concupiscentiæ, quod est veniale, quando concupiscentia sistit intra limites matrimoniales, videlicet quòd aliam nollet cognoscere. Si verò limites istos excedat, erit peccatum mortale: quando videlicet tanto impetu fertur, quod etiã, quanuis nõ esset sua, cognoscereret eã. ¶ Denique tria sunt bona matrimonii quibus excusatur, videlicet fides, quam mutuò coniuges seruant: proles, religiosè educando: & sacramentum, ne coniugium separetur. Cum igitur actus matrimonialis sit causa prolis generandæ, diuinoque cultui mancipandæ, est actus religionis, nec habet aliquam culpam: sed est meritorius, si fiat ex charitate: similiter si fiat causa reddendi debitum, tunc enim est actus iustitiæ. [*Volo autẽ omnes homines esse sicut meipsum*] i. quantũ in me est, mallẽ omnes simpliciter continere: omnes inquam determinatè, non singulos, Vel omnes, si conuenienter fieri posset sicut & ego contineo, qui etiam virgo sum, [*Sed vnusquisque*] electorũ fidelium [*Proprium donũ*] .i. gratiam sibi singulariter datum [*Habet ex deo.*] Vnde de quolibet sancto cantatur. Non est inuẽtus similis illi. [*Alius quidem sic, alius vero sic*] id est vnus habet gratiam secundũ hunc perfectionis gradum, alius secundũ alium gradum. Idcirco non possunt omnes ad æqualem perfectionem induci, sed vni conH

Eccl.44

fulendum est, vt in castitate permaneat, alij vt fidem coniugalem obseruet, quorum vtrunque dei est donum. Hinc etiam cum Christus de virginitate dissereret, dixit. Non omnes capiunt verbum hoc: Et, Qui potest capere, capiat. [*Dico autem nõ nuptis*]. i. virginibus & nondũ ligatis, [*Et viduis, bonum est illis*]. i. viduis & magis meritorium, [*Si sic permaneant sicut ego*]. i. omnino contineant. [*Quod si se non continent*] .i. concupiscentiam non refrenant, [*Nubant*] matrimonium contrahendo. [*Melius est enim nubere quam vri*]. i. igne libidinis æstuare, angi, & vinci, Et est cõparatio impropria: velut si dicatur, Melior est angelus quàm diabolus. Nubere enim in se bonum est & sine culpa. Vri verò simpliciter malum. ¶ Deinde agit de inseparabilitate matrimonij. [*His autem qui matrimonio iuncti sunt*]. i. legitimè coniugatis, quando vter

Matt.19. Ibidem

que fidelis est, [*Non ego præcipio,*] quasi author præcepti, [*Sed dominus*] per seipsum, [*vxorem a viro non*

Matt.15. Matth.5.

discedere] habitatione & toro, causa fornicationis excepta, quæ non exprimitur tanquam nouissima, quã solam Christus excepit. Quicunque (inquiens) vxorem dimiserit & aliam duxerit, excepta causa fornicationis, mœchatur. Cæteras quippe vniuersas molestias iubet Christus pro fide coniugij & castitate fortiter sustineri, secundum Augustinũ. Ait enim saluator. Quod deus coniunxit, homo nõ separet [*Quod*

Auguſt.

si discesserit] mulier à viro causa fornicationis ab ea inexcusabiliter commissæ, præcipit dominus [*Matnere innuptam*]. i. alteri non posse matrimonialiter copulari: iuxta illud, Qui dimissam duxerit, mœ-

Matth.19. Marci.10.

chatur. [*Aut viro juo reconciliari,*] quod fieri potest. Nam sicut vir potest in adulterio deprehensam

Matth.5.

apud se sub spe correctionis tenere: sic repulsam ad torum amicitiámque recipere. Quanuis autem ma-

A trimonium soluatur per fornicationem quantùm ad torum, non tamen quantùm ad vinculũ. Matrimonium enim sic definitur, Matrimonium est personarũ legitimarum coniunctio, indiuisam vitę cõsuetudinem retinens. Porrò personæ plenè legitimæ sunt, quas non impedit votum continentię, ordo, cognatio, dispar cultus, conditio vel frigiditas. Personę verò omnino illegitimæ sunt, quas impedit votum, ordo, cognatio, dispar cultus. Personæ verò nec plenè legitimæ, nec plenè illegitimæ sunt per conditionẽ & frigiditatem. Si ergo personæ sunt plenè legitimæ, separari nõ possunt post copulam carnalem, nisi de communi consensu, causa fornicationis excepta. Nam & lepra quanuis diuidat coniugatos quantùm ad Lucæ.8.

cohabitationem, non tamen simpliciter quantùm ad torum. [*Et vir vxorem non dimittat,*] nisi ob fornicationem, Nec semper ob fornicationem potest eam dimittere, vt si ipsemet eam prostituit, vel cũ alia fornicata fuerit, vel debitum reddere noluit, vel eam post adulterium manifestè deprehensam tenuerit, vel si mulier est violenter oppressa ab alio, sub specie proprij viri decepta, aut proprium virũ probabiliter mortuũ existimans, alteri est coniuncta. Supplendũ est hic de viro, quod de muliere prædictũ est, sci licet, si discesserit, nõ ducat aliam, vel recõcilietur vxori. ¶ Deinceps agitur de matrimonio eorũ quorũ est dispar cultus, vbi videlicet vnus est infidelis. [*Nam cæteris,*] quorum non est vterque fidelis, [*Ego dico*] non imperando, sed consulendo, [*Non dominus*] dicit hoc propriè seu immediatè, aut imperatiuè. [*Si quis frater*] id est, Christianus [*Vxorem habet infidelem,*] ita quòd eo ad fidem conuerso, illa in infidelitate

B permansit. In exordio nanque ecclesiæ multoties alter coniugum conuertebatur ad fidem, alio non credente. [*Et hæc*] vxor infidelis [*Consentit habitare cum illo*] sine iniuria seu blasphemia fidei, [*Non dimittat illam,*] hoc consulo. [*Et si qua mulier*] ad fidem conuersa, [*Habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa*] pacificè, [*Non dimittat virum.*] Huius consilij ratio subditur. Intelligenda tamen sunt hæc (vt alii qui tenent) de his qui in infidelitate contraxerunt, non de his qui in dispari cultu contrahunt: quia tunc non est matrimonium, sed separãdi sunt, quemadmodum & Esdras fecit. [*Sanctificatus est enim*] id est, ad fidem conuersus [*Vir infidelis per mulierem fidelem*]. i. ex admonitione & instructione, seu optima con- 1.Esd.10.

uersatione vxoris fidelis. [*Et sanctificata est mulier infidelis*]. s. conuersa [*Per virum fidelem.*] Hoc in primitiua ecclesia sæpius accidit, vt vnus coniugum conuerteret alium. Vnde ob hanc vtilitatem cõsulit Apostolus vt cohabitent, eò q̃ cohabitatio sit salutis occasio. Hinc etiã princeps apostolorum in sua canonica, Mulieres (inquit) subditæ sint viris suis, vt & si qui non credunt verbo, per mulierum conuersionem, sine verbo lucrifiant, considerantes in timore sanctam conuersationem earum. [*Alioquin*] .i. nisi secun- 1.Petri.3.

dum consilium meum feceritis, pariter habitando, [*Filij vestri*] & etiam filiæ, quæ nomine filiorũ dãtur intelligi, [*immundi essent*] .i. in infidelitate manerent. Si enim fidelis recedit, puer sequitur eum parentem qui manet in domo, & maiorem populi partem, & ita in primitiua ecclesia, dum pauci erant fideles infidelibus dominis subditi, puer sequebatur ritum parentis infidelis manentis in domo. Imò si sequutus

C fuisset fidelem parentem abeuntem, parens infidelis facilè recuperasset eum auxilio infidelium principum. [*Nunc autem sancti sunt*] .i. filij vestri cõuertuntur ad Christum, vobis simul manẽtibus. Poterat enim alter coniugum instruere filium. ¶ Præterea aduertendum, q̃ quia causa cohabitationis coniugum disparis cultus, erat spes conuersionis errantis, idcirco in primitiua ecclesia quando passim conuertebantur Iudæi atque gentiles. licuit Christianis manere cum vxore seu viro infideli siue gentili, siue Iudæa vel Iudæo. Procedente autem tempore obduratis Iudæis, non licuit fidelibus cohabitare coniugi infideli Iudæo. Nunc verò gentilibus quoque obstinatis, non licet alicui infideli cõiugi cohabitare. Et in hoc sensu loquuntur sacri canones, cohabitationem coniugum disparis cultus prohibentes. Apostolus verò loquitur pro tempore primitiuæ ecclesiæ. [*Quod si infidelis*] vir aut vxor [*Discedat*] à fideli ex odio fidei. [*Discedat,*] nil enim mali contingit Christiano, sed liberatus est, potestque cum alio contrahere. [*Non enim est seruituti subiectus frater aut soror in eiusmodi*] id est vir aut mulier fidelis non obligatur sequi infidelem discedentem, vel eũ repetere, aut à matrimonio fidelis abstinere. [*In pace autem vocauit nos deus*] .i. adhoc nos in domo sua, quæ est ecclesia, posuit, vt pacificè conuiuamus. Ideo non oportet eum infideli discedenti litigare. ¶ Deinceps persuadet Apostolus, vel quòd non oporteat discedentem sequi, vel quòd expediat habitare cum infideli pacificè se habenti. [*Vnde enim scis*] ô [*Mulier*] fidelis [*Si virum*] infidelem [*Saluum facis?*] conuertendo eum ad fidem. [*Aut vnde scis (o) vir*] fidelis [*Si mulierem*] infidelẽ [*Saluam facies?*] perducendo eam ad christum, [*Nisi vnicuique sicut deus diuisit?*] .i. hoc certò sciri non potest, D Ibidem

nisi per gratiam specialis reuelationis, quam deus vnicuique cui vult diuidit, dans vni gratiam ampliorẽ, alteri verò minorem. Vel sic, nisi vt vnicuique deus diuisit. i. nisi cognoscas hoc ex futuro euentu, expectando gratiã, quam de singulis tradit, vbi & quando, quantùm & quomodo sibi placuerit. Roma.12.

¶ Ex præinductis autem infert Apostolus commune documentum. [*Et vnumquemque sicut dominus vocauit ita ambulet*] .i. quilibet fidelium in ea vocatione & statu perseueret, & Christo deseruiat, in quo à Epheſi. 4. 2. Thess.1.

deo ad fidem vocatus est. s. vt qui in coniugio existens conuertitur, maneat in coniugio: qui autem non 2.Petri.1.

ligatus conuertitur seu vocatur, non contrahat, Hoc est consilium, non præceptum, estq; intelligendũ, quantùm ad ea quæ non repugnant fidei, bonisque moribus. Sunt autem conditiones & consuetudines Matth.19.

prauæ, in quibus non est ambulandũ. Nec idẽ est dicere, ambulare in statu, in quo, & à quo vocatus est homo. Nam in statu à quo quisquam vocatur, nõ est standũ nec ambulandũ, sed in statu in quo. Sicut enim coniunx, ita & latro vocatur, sed coniunx vocatur à coniugio, latro à latrocinio, quod fidei Christi repugnat, & ob id relinquendũ est, nõ autẽ coniugiũ. Per hæc quoq; non aufertur licẽtia tendẽdi ad status perfectiores. Hæc ergo doceo vos. [*Vt sicut in omnibus ecclesiis doceo*] .i. sicut & aliis omnibus prædico, vt sit distributio in genere. ¶ Hæc insuper per exempla declarat. [*Circumcisus*] .i. in ritu Iudaico seu Philip.3.

statu Iudaismi, [*Aliquis vocatus est*] .i. ad fidem Christi cõuersus est, [*Non adducat præputium*] .i. nõ compellatur ritum gentilẽ assumere seu gentiliter se habere, quantũ ad ea quæ nõ sunt de necessitate salutis. Galat.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In primitiua enim ecclesia Iudæi & Gentiles conuersi, in aliquibus obseruantiis differebãt magis quàm E
postea. [*In præputio*].i.in statu & ritu gentium [*Aliquis vocatus est, non circuncidatur,*] imò nec ad cæte-
Galat.5. ros ritus Iudaicos se transferre cogatur. Vnde & alibi dicitur, Si circuncidamini, Christus nihil vobis pro-
derit. Seruat ergo apostolus, quod congruere videt ecclesiis, tam gentilium quàm Iudæorum, nec aufert
consuetudinem, cuius obseruatio non obest saluti, vt asserit Augustinus. ¶ Horum autem rationẽ subiũ-
Augustin. git. [*Circumcisio*].i.ritus Iudaicus [*Nihil est*] sub ratione finis, quia nil proficit ad obtinendam salutem.
Legalia enim quantùm ad cærimonialia cessauerunt. Est tamen aliquid sub ratione formę. Simili modo,
[*Et præputium*].i. status seu ritus gentilis [*Nihil est*].i.non obest nec prodest saluti. Quod intelligendum
est quantùm ad ea quæ indifferentia sunt, non quantùm ad opera idololatriæ, [*Sed obseruatio mandato-*
Matth.22. *rum dei*] aliquid est, quoniã promeretur vitam ęternã: iuxta illud, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.
Matth.19. Item & illud, Qui seruat verbum Christi, verè in hoc charitas dei perfecta est. Cui consonat illud Sapiẽ
1.Ioan.2. tis, Custoditio legum, consummatio incorruptionis. ¶ Hinc concludit apostolus [*Vnusquisque*] in quavo
Sapient.6. catione vocatus est, in ea permaneat. Cuius intellectus patet ex prædictis. Intellectus tamen verbi hu-
Ephesi.4. ius diligenter pensandus est, quoniam multi malè intelligunt, & per consequens nec intelligunt (quia fal
Philip.3. sum nescitur) & impertinenter allegant hoc verbum, quasi non debeat homo æmulari charismata me-
1.Corin.12 liora. Verba sancti apostoli sicut in stylo simplicia sunt, ita in sensu profunda constituit, quia ex corde
Galat.6. doctissimo profluxerunt. His autem quæ nunc de circuncisione & præputio dicta sunt, consonat quod
ad Galatas scribitur, In Christo Iesu nec circuncisio aliquid valet, nec præputium, sed noua creatura. F
¶ Post introductionem exempli de ritu viuendi ponitur exemplum de statu seu officio conditionis [*Ser-*
2.Tim.9. *uus*].i.in seruitute hominũ existens [*Vocatus es*] ad fidem vel opera bona, [*Non sit tibi curæ*].i. nõ doleas
Matth.17. de seruitutis conditione, nec cupias eam effugere, [*Sed et si potes liber fieri*].i.à seruitute hac liberari [*Ma-*
gis vtere] seruitute.i.potiꝰ elige in seruitute manere, quoniã est tibi occasio humilitatis, vel ad verã atque
Ambrosi. in domino existentem libertatem pertinentis. Liberat nempe à seruitute peccati, & libertate peccandi.
Iacob.4. Vnde ait sanctus Ambrosius. Quantò quis propter deũ despectior est in hoc seculo, tantò sublimius ex
Gregorius altabitur in futuro, Gregorius quoq; ait, Tantò est homo pretiosior deo, quantò propter eum vilior est
1.Petri.1. mundo. Et Boëtius, Cum omnis (inquit) fortuna timenda sit, magis tamen prospera quàm aduersa.
Roma.1. ¶ Deinde ponitur ratio huius exempli. [*Qui enim in domino*].i.in fide, seu operè dei, [*Vocatus est*] exi-
stens [*seruus*].i. conditione seruili, loquendo de seruitute humana & corporali [*Libertus est domini*].i.de
seruitute peccati liberatus est à domino, estque seruus domini, & per consequens verè & spiritualiter li
ber. Quoniam deo seruire, regnare est. Sicut & beatissima Agatha dixit, Summa ingenuitas est seruitus
Ioan.8. Christi. Fecit enim liberum ab obligatione peccati, & seruitute diaboli. Ideo quoque Saluator testatur,
Si filius vos liberauit, verè liberi eritis. [*similiter qui vocatus est liber*].i.à prædicta seruitute humana im-
munis [*seruus est christi*] dum ei obedit. Vnde nec seruitus nec libertas repugnant obsequio Christi. Ser- G
uitus tamen, maioris boni occasio est. Non ergo despiciatur à libero. Hinc quoque in vitis patrum nar-
Apoc.14. ratur de quodam sancto patre, qui nequaquam acquieuit à seruitute dominorum suorum liberari [*Pre-*
tio] pretioso sanguine Christi [*Empti estis ab obligatione mortis æternæ*]. Idcirco tam liber quàm seruus,
Rom.8. serui sunt Christi. Emit etiam nos Saluator de manu dei patris, qui paratus erat proiicere nos in infernũ
vt essemus cohæredes consortésque sui. [*Nolite*] ergo [*Fieri serui hominum*] id est hominibus nolite vos fi
Deuter.6. naliter aut principaliter subdere, sed vicem reddite saluatori, & ei estote subiecti. Scriptum est enim,
Matth.4. Dominum deum tuum timebis, & illi soli seruies. Quod licet de seruitute latriæ accipi possit, tamen de
1.Thess.4. omni seruitute bona intelligi valet, eò quòd quicquid seruitutis impenditur homini propter deum, in
deo, & secundum deum impendendum sit illi.
Matth.24. ¶ Ex his aufert Apostolus, quod tamen prædictum est, quatenus repetitio sit confirmationis iudicium.
Epist. [*Vnus quisque in quo vocatus est frater*] id est quilibet frater fidelis, in quo statu ad deum conuersus est,
[*in hoc maneat apud deum*] id est in tali statu studeat deo dignè seruire.
Deuter.7. ¶ Expleto matrimonij documento, de virginitate agit Apostolus. [*De virginibus autem*] id est de virgini
Matth.25. tatis atque perpetuæ continentiæ obseruatione, [*Præceptum domini non habeo*] quoniam nec in veteri, ne
que in noua lege præcipitur. Imò in veteri lege maledicitur sterilis. In noua verò lege habetur, Qui po-
test capere, capiat. [*Consilium autem do*] de virginitate seruanda, quasi de perfectione maiori, quod vtiq; H
Lucæ.14. consilium Christus in Euangelio tradit, Si quis, inquiens, venit ad me, & non odit patrem, & matrem,
& vxorem, non potest meus esse discipulus, hoc est imitator perfectus. Potest tamen esse seruus. Itaque
consilium do, [*Tanquam misericordiam consequutus*] hoc est gratiam apostolatus adeptus [*A domino, vt*
Roma.1. *sim fidelis*] in officio mihi commisso, [*Existimo ergo*] hoc est cum sim Apostolus, cuius consilio est cre-
Lucæ.2. dendum, puto & consulendo affirmo [*Hoc*] videlicet in virginitate & iugi continentia permanere [*Bonũ*
esse propter necessitatem] hoc est ad vitandam occupationem coniugatis necessariam, quibus necesse est
Hebræ.5. solicitari circa temporalem prouisionem domus, & prolis atque familiæ. Infirmis & imperfectis infir-
mam & imperfectam rationem proponit. Poterat enim digniorem causam indicare, videlicet quòd sta-
Augustin. tus matrimonialis ratione solicitudinis sibi adiunctæ, plurimùm retrahat à puritate atque feruore, ac sta
bilitate contemplationis & dilectionis diuinæ. Et sicut Augustinus fatetur, virginitas superegreditur cõ
ditionem naturæ humanæ, per quam homines angelis assimilantur. Maior tamen est victoria virginum
quàm angelorum. Angeli enim sine carne viuunt, virgines verò in carne triumphant. Ideo subditur,
Lucæ.19. [*Quoniam bonum est homini sic esse*] hoc est in virginitate manere. Est enim bonum atque honestum,
propter vitæ veritatem. Delectabile, propter animi libertatem, Vtile, propter copiosam mercedem.
Matth.13. Virginibus quippe debetur aureola & fructus centesimus, vt patet ibi, Sequuntur & agnum quo-
Apoca.14. cunque ierit. [*Alligatus es vxori*] non solùm vinculo matrimoniali, sed etiam copula carnali, [*Noli*

A *quærere solutionem*] hoc est separationem à coniuge. Hoc dicit Apostolus consulendo infirmis, ne inci-
dant in culpã maiorem. Experti enim delectationem veneream, faciliter reuertuntur ad eam. Nihilomi-
nus licet & expedit quærere solutionem causã intrandi religionem, si insit animo firmum continendi
propositum, nec aliundè occurrat rationabile impedimentum, videlicet, negligentia prolis, vel pericu-
lum coniugis, aut simile aliquid, [*Solutus es ab vxore*] id est, si vxorem non habes. [*Noli quærere vxo-*
rem] si videris te posse continere. [*si autem accepisti vxorem*] bono sine atque legitimè [*Non peccasti*]
cum non sit illicitum. Imò & bene fecisti. [*Et si nupserit virgo*] votum virginitatis non habens, [*Non* 1.Tim.4.
peccauit. Tribulationem tamen carnis] hoc est corporalem afflictionem in prouisione temporalium re-
rum, & in variis curis seculi huius [*Habebunt huiusmodi*] id est vir & mulier, [*Ego autem vobis parco*]
hoc est, fortiores rationes continendi vobis non profero, cum sitis incapaces & infirmi. ¶ Deinceps
ostendit Apostolus coniugatis formam viuendi, & ad virginalem perfectionem, quantùm fieri potest.
appropinquandi, [*Hoc itaque dico fratres, Tempus*] peregrinationis nostræ seu vitæ præsentis [*Breue est*] 1.Par.29.
prout scriptura testatur, Dies nostri sicut vmbra super terram, & nulla est mora. Et Iacobus, Quæ Iaco.4.
est vita vestra? Vapor est ad modicum parens, deinceps exterminabitur. [*Reliquum est*] id est, hoc re-
stat, [*vt et qui habent vxores, sint tanquam non habentes*] id est, non nimis carnaliter afficiantur ad eas, Ad Tit.2.
nec actibus carnis totaliter immergantur: sed quantùm fieri potest, studeant spiritualibus occupari. in-
tentionemque finalem ad deum referre. [*Et qui flent*] id est tristantur, sint [*Tanquam non flentes*] id est cõ 2.Thes.2.
B sideratione breuitatis vitæ præsentis & spe consolationis æternę respirent, & omnem inordinatam ac se Matth.5.
cularem tristitiam procul abiiciant. [*Et qui gaudent*] quocunque modo, sint [*Tanquam non gaudentes*] id Ioann.16.
est in gaudio huius vitæ non quiescant, nec illud perfectum reputent, sed potius horam mortis, diem iu-
dicij, pœnas inferni, propria mala, totiusque mundi peccata pensantes ingemiscant, & omnem inanem Eccles.11.
exultationem contemnant. Vnde per Sapientem dicitur, In die malorum ne immemor sis bonorum, &
in die bonorum, ne immemor sis malorum. [*Et qui emunt*] sint [*Tanquam non possidentes*] id est tempora-
lia habeant non quasi semper mansura, sed citò auferenda, saltem in morte: nec inordinatè afficiantur ad
ea, pensantes quod ait scriptura, Homo cum dormierit, non sumet omnia. Et, Diuitiæ si affluant, nolite Psal.148.
cor apponere. [*Et qui vtuntur hoc mundo*] hoc est, diuitijs & cæteris rebus creatis, sint [*Tanquam non vtan-* Psalm.61.
tur] id est non finaliter inhæreant rebus creatis, nec per eas retardentur à deo, sed pro nihilo reputent cũ 1.Tim.6.
cta terrena, vt ad dei fruitionem pertingant. [*Præterit enim*] id est indesinenter cadit, senescit & variatur 2.Petr.3.
[*Figura huius mundi*] id est dispositio, pulchritudo, & status terrenarum ac temporalium rerum, quæ 1.Ioan.2.
sunt in transmutatione continua. Propter quod ait Ioannes, Et mundus transit, & concupiscentia eius.
Et in Ecclesiaste habetur, Vidi cuncta quæ fiunt sub sole, & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus.
Quidam exponunt de innouatione mundi circa iudicium, quando qualitas & modus existentiæ rerum Eccles.1.
mundanarum peribit, non ipsa substantia. [*Volo autem vos sine sollicitudine*] id est superflua cura circa res
sibilia [*Esse*] Hæc enim est solicitudo mala impediens libertatem mentis in deo. De qua dicitur in Pro- Prouer.11.
C uerbijs, Expectatio solicitorum peribit. Et Philippensibus dicitur, Nihil soliciti sitis. Est quoque soli- Philip.4.
citudo bona, quæ est vigilantia mentis circa diuina. De qua legitur apud Michęam, Indicabo tibi homo Mich.6.
quid sit bonum, vtique solicitum ambulare cum deo tuo. Et ad Ephesios, Soliciti seruare vnitatem spiri Ephes.4.
tus in vinculo pacis. De hac solicitudine subditur, [*Qui sine vxore est, solicitus est quæ sunt domini*] id est,
circa spiritualia, cura eius versatur, [*Quomodo*] scilicet [*Placeat deo*] id est, quatenus corde mundo & ani
mo diligenti domino obsequatur eique placeat. [*Qui autem cum vxore est, solicitus est quæ sunt mundi*]
id est circa tẽporalia solicitatur, [*Quomodo placeat vxori, et diuisus est*] id est animo vagus, & affectu par-
titus, partim quærens placere deo, partim vxori, & partim tẽporalia, partim spiritualia quærẽs. Hæc id-
circo dicit Apostolus, quoniam vxoratus minorem aptitudinem habet seruiendi deo quàm solutus, fæ-
pe tamen contingit, vt coniugati deuotiores fint, quàm soluti vel etiam religiosi. ¶ Simili sensu de
mulieribus subditur, [*Et mulier innupta*] id est vidua, [*Et virgo cogitat quæ dei sunt*] id est, diuina præcep-
ta reuoluit, in lege domini meditatur, & diuina recogitat, [*Vt sit sancta*] hoc est, impolluta, munda &
virtutibus perornata, [*Corpore et spiritu*] id est anima, quatenus nec corporalia nec spiritualia habeat
vitia, sed vtrunque diuinis obsequijs mancipet. [*Quæ autem nupta est cogitat ea quæ sunt mundi, quo-* Tob.3.
D *modo placeat viro*] vnde & ipsa diuisa est sicut maritus, quoniam nullus eorum toto corde intentus est Psalm.1.
illi vni quod necessarium est. Si tamen nihil diuinæ dilectioni præponant, viuũt in statu salutis, nec sunt FINIS.
simpliciter à deo diuisi, vt illi qui mortali vitio diuiduntur à deo. De quibus ait per Oseam, Diuisum est Lucæ.10.
cor eorum, nunc interibunt. [*Porro hoc*] pura non nubere, [*Ad vtilitatem vestram dico*] id est ad maio- Osee.10.
rem profectum vestrum consulo [*Non vt laqueum*] id est fornicationis occasionem [*Vobis injiciam*] id est
proponam. Si enim Apostolus iubet non nubere, daret imperfectis ad vitia carnis procliuibus occasio-
nem fornicandi, [*sed*] dico & consulo hoc [*Ad id*] id est propter id, [*Quod honestum est*] scilicet continen
tiam obseruandam [*Et quod facultatem præbeat*] id est hominem aptet [*sine impedimento*] id est sine distra
ctione, & molesta solicitudine, [*Dominũ obsecrandi*] id est deum per sacra inuocandi. Casta enim vita ef
ficit hominem aptum ad obsecrandum dominum mente pura & stabili. ¶ Insuper agit Apostolus de
custodibus virginum, quia in primitiua ecclesia erãt patres carnales & etiam spirituales vt episcopi, quo
rum custodiæ virgines committebantur [*si quis autem*] custos virginum [*Turpem se videri existimat*] id est
hoc putat, quod ipse aliis turpis videtur, seu malè gratiosus, & inhoneste se habens. Vel turpem se videri
existimat, id est intra se turpem suspitionem habet [*super virgine sua*] id est, de virgine suæ custodiæ de-
putata [*quod sit superadulta*] id circo, quòd virgo iam attigit annos pubertatis, seu nubiles, appareãtque
in ea probabilia signa quòd nubere cupiat, [*Et ita oportet fieri*] vt pote vt virgo contrahat, eò quòd con-
tinere non velit, [*quod vult*] virgo [*Faciat*] custos eius, tradens eam marito [*Non peccat*] custos [*si*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nubat virgo[*Nam qui statuit in corde suo firmus*]id est custos virginis,qui stabili proposito mentis,ordinauit virginem suam in virginitate seruare,[*Non habens necessitatem*]tradendi eam viro, cò quòd velit cõtinere,[*Potestatem autem habens suæ voluntatis*]id est de secura custodia virginis,ita quòd potest voluntatem suam implere,per hoc quòd virgo sibi consentit, [*Et hoc iudicauit in corde suo*]id est ex iudicio rationis dictauit [*Seruare virginem suam*]quam custodit in virginitate [*Bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit*]id est marito legitimo tradit[*Virginem suam,bene facit*]facit enim rem licitam. [*Et qui non iungit*]virginem viro,vinculo matrimoniali [*Melius facit*]Magis enim meritorium est,virginẽ in virginitate seruare,quàm maritari,cæteris paribus:quia ad maius bonum cooperatur virgini,qui seruat eam in virginitate,quàm qui copulat eam viro.[*Mulier alligata est*]viro,vinculo coniugali,quia non potest discedere,nec alteri nubere, [*Quamdo tempore vir eius viuit*]id est,toto tempore corporalis vitæ sui mariti. [*Quod si dormierit*]somno mortis,id est obierit[*Vir eius,liberata est*]à vinculo coniugali.Vnde infertur, quòd si vir eius refuscitaretur,non teneretur eum recipere.[*Cui vult nubat*] hoc est,virum sibi placentẽ recipiat,si continere non velit.[*Tantum in domino*]idest secundum voluntatem dei hoc fiat,videlicet secundum ordinationem ecclesiæ.Per hoc Apostolus innuit,quòd debent nuptiæ esse spontaneæ. Coactæ enim seu inuitæ,malum exitum consueuerunt sortiri. Propterea in Genesi de Rebecca inducitur. Gene.24. Vocemus puellam,& quæramus eius voluntatem.¶Postremò,Apostolus dat consilium cõtinentiæ vi- Matt.13. dualis.[*Beatior autem erit*]vidua in præsenti per gratiam,& in futuro per gloriam,[*Si sic*]id est in statuv duitatis,[*Permanserit secundum meum consilium*]id est secundum intentionem finalem mei consilij,vt pote propter hoc vt domino liberius vacet.Si autem vidua permanendo in delitiis vixerit, viuens mortua 1.Tim.5. est,& melius esset ei nubere,atque statum cõiugalem bene seruare,quam taliterviduam esse.¶Ne autem quis putet cõsilium Apostoli esse humanum & parum curandum, adiecit. [*Puto autẽ*]Sobriè loquitur, minusq; dicit,& maius significat:vt sit sensus,[*Puto*].i.certè scio.[*quod et ego spiritũ dei*] id est spiritum sanctum[*Habeam*]habendo dona ipsius,prout gradus apostolatus requirit,ideo consilium meũ (deo inspirante)conceptum est,& tutè creditur mihi.Romanis enim dixit supra,Nos ipsi primitias habentes. Rom.8.

Cap. VII. [*De his autem quæ idolis sacrificantur.*] Artic. VIII.

POstquam Corinthios instruxit Apostolus de virginitate,matrimonio & viduitate,nunc plenius instruit eos de idolothytis id est immolatitiis idolorũ, seu rebus quæ idolis immolantur.Et ait,[*De his autem quæ idolis sacrificantur*] id est de materus quas gẽtiles offerunt idolis suis,an liceat talibus vesci,vel nõ.[*Scimus*]ego & 1.Petr.4. vos,quid sit tenendum[*quoniam omnes*]nos[*scientiam habemus*]tantùm de creatore & creaturis,vt nõ dubitemus de isto negotio.Hoc dicit Apostolus de se,& per 1.Tim.4. sectioribus inter Corinthios.¶Deniq; quidam Corinthiorũ in sua scientia gloriantes manducabãt idolothyta indistinctè coram omnibus, etiam in idolio.Scié tes enim omnia creata mnnda esse,ex creatione in suo genere,nec aliquem cibum reiiciendum qui cum Act.2. gratiarum actione sumitur:nec carnes idolis immolatas aliquam consecrationem habere ex tali oblatione,vt opinabantur Gentiles,nec aliquem immunditiam contrahere,ita vt arbitrantur Iudæi, sed omnia munda esse mundis,comedebant idolothyta indifferenter:& ex hoc scandalizabantur infirmi,putantes eos talia edere sub idolorum veneratione.Hos ergo Apostolus increpat,innuens scientiam eorum fuisse non discretam,nec perfecta charitate formatam,sed vanam.Ideo subdit.[*Scientia inflat*]id est, si non sit charitati coniuncta,occasio est superbiendi.Omnia enim quæ ad excellentiam pertinent,vt sciẽtia,eloquentia pulchritudo,&c.si non charitate regantur,inducunt superbiam.Homines autẽ artes docti,sciẽ Eccles.1. tiæ nobilitatẽ scientes faciliter,intumescunt & indignantur,si aliquid fiat contra voluntatem ipsorũ.Vn Esaiæ.47. dè his in Ecclesiaste dicitur, In multa sciẽtia,multa est indignatio,Et in Esaia,Sapiẽtia tua & sciẽtia tua Ioan.3. decepit te.Si autem scientia perficiatur charitate,plurimùm prodest.Sicut ergo caro non prodest quicquam,ita scientia inflat.Hoc tamen est per accidens,non per se.[*Charitas vero ædificat*]id est, aliis exem 1.Cor.10. pla virtutum præbet:faciet enim hominem charitatiuè se habere ad proximum promouendo bonum 2.Cor.10. illius, & condescẽdẽdo defectibus eius,nec quærit quæ sua sunt,sed quæ aliorũ. [*Si quis autem se existimat scire aliquid*] quasi ex seipso, & gloriatur in se non in domino, [*Nondum cognouit, quemadmodum* 1.Timo.1. *oportet eum scire*] id est, imperfectam scientiam habet, nec scit quid sibi desit. Non enim humiliter Prou.26. sentit de semetipso, nec gratus est deo, nec exemplarem se exhibet proximo.Ideo in Prouerbiis Salo- Esaiæ.5. mon dicit,Vidisti hominem sapientem sibi videri, magis illo spem stultus habebit. Et dicit Esaias, Iaco.3. Væ qui sapientes estis in oculis vestris.Modus ergo sciendi discendus est, scilicet, vt scientia in humilitate fundetur,charitate perficiatur, bonis operibus comprobetur ac manifestetur, secundum quòd Ia 2.Tim.1. cobus dicit, Quis sapiens & disciplinatus inter vos?ostendat ex bona conuersatione operationem suam Exo.33. in mansuetudine sapientiæ.[*Si quis autem diligit deum, hic cognitus est ab eo*] cognitione approbationis. Matth.25. De qua deus ait ad Mosen, Teipsum noui ex nomine. Vnde reprobis loquitur, Nescio vos.Loquendo autem de scientia visionis, deus bonos & malos cognoscit. [*De esceis autem quæ idolis immolantur, scimus*] id est, scientiam veram habemus, sic quòd liceat eis vti, dummodo fieri valeat sine scandalo aliorum. non enim consecrationem vel abominationem consequuntur ex hoc quòd idolis immolantur. ¶Cuius rationem assignat Apostolus, [*quia idolum nihil est in mundo*] id est, idolum nihil Esaiæ.43. est, quantùm ad id quod esse putatur, quia nec aliquam diuinitatem sortitur, nec repræsentat aliquid Hier.10. quod veram deitatem participet. Tamen materia idoli aliquid est, scilicet aurum, argentum: æramentum,&c. Forma quoque artificialis inducta materiæ aliquid est, scilicet qualitas. ¶Porrò vt refert Augusti. Maximus Valerius, quidam gentilium coluerunt idola, tanquam animata & diuinitatem quandam habentia, Nam vt recitat Augustinus, Hermes dicebat, Sicut cœlestium deorum fictor est summus deus,sic deorum qui in templis coluntur,fictor est homo.Statuas,inquit, animatas dico, sensu & spiritu plenas,futurorum præscias,hominibus imbellicitatem,& sospitatem inducentes. Cum ergo secundum veritatem idola non sint animata,patet quod idolum nihil sit, quantùm ad id quod isti sensérunt de idolo.Alij verò coluerunt idola tanquam deorum imagines,sed quoniam non sunt dij qui per Hier.2. idola repræsentabantur,videlicet,Iupiter,Mercurius,Mars,Saturnus, Hercules,&c. & omnes dij gentium dæmonia,constat quòd idolum nihil sit,secundum id quòd isti de idolo putauerunt. Quod autẽ iste sit sensus Apostoli,sequentia verba testantur,[*Et quod nullus deus nisi vnus*]videlicet trinitas bene- Psal.95. dicta, quæ est vnus verus simplicissimus deus,qui in Deuteronomio dicit, Videte quòd ego sim solus & non sit alius deus præter me.De quo ait Psalmista, Quoniam quis deus præter dominum, aut quis deus præter deum nostrum?Quòd verò non sit nisi vnus deus,declarat Apostolus,[*Nam et si sunt*] id est quanuis sint aliqui[*Qui dicantur dij*]participatione diuinitatis, videlicet propter excellentiam Deut.25. gratiæ,& imitationem perfectionis diuinæ,[*Siue in cœlo*]sicut sunt angeli, & comprehensores vniuersi. Pfalm.17. Vnde dicitur in Psalmo,Deus deorũ dominus locutus est.Et,Non est similis tui in diis domine,[*Siue in terra*]vt homines virtuosi,præsertim viri heroici.Nam & Mosi locutus est dominus,Ecce constitui te deum Pharaonis,[*siquidem sunt dij multi,et domini multi*]participatione diuinitatis atque dominij dei al- Pfal.49. tissimi, non natura,sicut Apostoli.De quibus ait scriptura, Principes populorum congregati sunt cum B deo Abraham,quoniam dij fortes terræ vehementer eleuati sunt.Illud quoque,Ego dixi dij estis, Chri- Psal.85. stus in Euangelio exponẽs,disseruit,Illos deos dixit ad quos sermo dei factus est:quales fuerũt Prophe- Exod.7. tæ, [*Nobis tamen*]veri dei cultoribus,est[*Vnus deus*]verus scilicet[*Pater*]æternus[*Ex quo omnia*]profluxe runt[*Et nos in illo*]sumus per charitatem & gratiam sicut in vltimo fine,ac primo principio,[*Et*]est nobis[*Vnus dominus Iesus Christus,per quem omnia*]Omnia enim per ipsum facta sunt,& sine ipso factum est Pfal.46. nihil. Christus autem secundum diuinam naturam est dominus omnium per authoritatem tanquam Pfalm.8. creator.Secundum humanitatem quoque est dominus omnium per dominij participationem.Vnde & Ioann.10. ipse ait.Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, [*Et nos per ipsum,*] hoc est per Christum formati sumus in esse naturali,inquantum creator & deus est.Per ipsum quoque reformati sumus,& in es Ioan.1. se gratiæ constituti,inquantum est Saluator per humanitatem assumptam.Per hoc autem quod ait, Nobis vnus deus pater,& vnus dominus Iesus,non datur intelligi,quod pater non sit dominus, vel quod Matt.28. filius non sit deus,sed nec spiritus sanctus excluditur,quanuis non exprimatur.Christum autem nominat dominum,quia secundum vtramque naturam conuenit ei dominum,& ei specialiter subiecta sunt omnia.Imò ipse sua humiliatione ac passione meruit omnium dominus & iudex constitui secundum naturam assumptam,[*Sed non omnibus est scientia*]ista saluraris ac theologica,per quam de patre & filio cæterisque prædictis rectè sentitur[*Quidam autem eum conscientia vsque nunc idoli*]id est quidam omni- C no imperfecti vsque nunc, id est post conuersionem suam ad fidem,sicut & ante cum conscientia ido Pfalm.8. li.i.cum æstimatione qua putant idolum esse diuinum ac honorandum, [*Quasi idolothytũ manducat*]id Hebr.2. est materiã idolis immolatã,non solùm vt escam quandã,sed tanquam escam ex immolatione huiusmo Ioan.5. di consecratã,videlicet,in reuerentiam idoli,[*Et conscientia ipsorum*]sic manducantium[*Cum sit infirma*] Esaiæ.11. quia facilè scandalizãtur[*Polluitur*]accidẽter per illos,qui habent scientiã verã de deo & idolothytis,sed Hiere.3. inflantẽ,non charitate formatã. Infirmi namque videntes illos in idolio manducare idolothyta,æstimabant eos hoc agere in reuerentiam idolorũ,& ita fecerunt similiter.[*Esca autẽ*]sumpta vel non sumpta, seu ipsa corporalis comestio[*Nos non commendat*]id est gratos & placentes non efficit[*Deo*] inquantum esca seu comestio.Non enim regnũ dei est esca & potus,sed fides vera de edendo autvitando idolothyta,charitasque fraterna.[*Neque enim si non manducauerimus*]escam idolis immolatam[*Deficiemus*] id est à gratia excidemus,aut spiritualium donorum detrimentum patiemur.[*Neque si manducauerimus*] escã talem.[*Abundabimus*]gratia spirituali.Cùm ergo ô Corinthij doctiores,vestra comestio infirmos scan- Rom.14. dalizet,& vobis non profit,certum est quòd non secundum charitatem ambulatis,nec habetis ordinatam scientiam.[*Videte autem*]vos cæteris doctiores[*Ne forte hæc licentia vestra,*]qua licet vobis in certo casu idolothyta manducare,& item in casu vitare,[*Offendiculum fiat,*]id est scandalum generet [*Infir-* *mus*]si viderint vos vti incautè vestra licentia,[*Si enim quis,*]id est aliquis infirmorum in fide & gratia[*Vi-* D *derit eum qui habet scientiam*]id est eum qui scit quando vel quomodo liceat idolothytis vesci,[*In ido-* Rom.14. *lio recumbentem*]id est coram idolo idolothyta manducantem, [*Nunne conscientia illius, cum sit infirma*] id est prona ad malum [*Ædificabitur*] id est tuo exemplo inducetur, & animabitur [*Ad manducan-* Leuit.10. *dum idolothyta*]id est idolorum sacrificia.non eo animo quo tu,qui scis sacrificia talia, nec consecrata esse, neque immunda,nec in honore idolorum sumenda,sed ipse incipit edere sacrificia illa in reuerentia idoli,putans illic esse aliquid numinis,quoniam cernit fratrem suum peritum ibi comedere,nec horrere.[*Et*]ita[*Peribit*, hoc est damnationem incurret. [*Infirmus in tua scientia*]id est occasionæ tuæ scientiæ scilicet exemplo comestionis tuæ, quàm tu ex scientia tua facis, ô[*Frater*]perite, qui scis quo animo vescendum sit idolothyto, [*Propter quem*] infirmum saluandum,[*Christus mortuus est*] qui venit Rom.14. quærere, & saluum facere quod perierat. [*Sic autem peccantes in fratres.*]eos scandalizantes, & eorum Luc.19. saluti non prouidentes,[*Et percutientes*],hoc est lædentes & corrumpentes spiritualiter, [*Conscientiam* 1.Tim.3.6. *eorum infirmam*]ense exempli pestiferi [*In christum peccatis*]quoniam membra eius ei ausertis, regnum Christi minuitis, precium sanguinis eius paruipenditis, eiusque præceptis repugnatis. Ipse siqui- Matth,18. dem locutus est, Videte, ne contemnatis vnum ex his pusillis. Et rursum, Qui scandalizarit vnum ex Marc.6. his pusillis, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, &c. Quicunque ergo peccat in Ibidem. proximum,peccat in Christum,præsertim cum dicat,Quod vni ex meis feciſtis,mihi feciſtis.Et iterũ, Matth.25. Qui tetigerit vos,tanget pupillam oculi mei.[*Quapropter*]videlicet, quia in proximum peccans, pec- Zach.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cat in Christum,[*Si esca*]id est sumptio cibi prædicti,vel cuiuscunque alterius,quo licitè vesci, & non E
vesci possum[*Scandalizat fratrem meum*,]id est fidelem,[*Non manducabo carnem*]cuius esus fratrem scã-
dalizat,[*In æternum*,] id est toto tempore vitæ meæ,non quòd esca aut sumptio eius in se mala existat,
sed[*Ne fratrem meum scandalizem*.] in re quam sine peccato omittere possum. Vnde & alio loco dixit,
Rom.14. Noli cibo tuo perdere illum,pro quo Christus mortuus est.Quid autem pro vitando alterius scandalo
omittendum sit,& quid non dictum est ante.

Cap. IX. [*Non sum liber?*] Artic.IX.

1.Cor.2. FRequenter docet Apostolus abstinendum à licitis,ne scandalizentur pusilli. In
fine enim præcedentis capituli dixit se potius nunquam carnibus vesci, quàm fra
trem scandalizare. Ad hanc ergo perfectionem alios suo exemplo volens induce
re,ait,[*Non sum liber?*Interrogat,& interrogando affirmat,vt ostendat quàm irra
tionabile sit sentire oppositũ.Ait ergo.Non sum liber? id est imò liber sum, seu
potestatem liberam habens accipiendi stipendia vitæ,seu sumptus ab his quibus
Galat.2. euangelizo,quemadmodum alij Apostoli faciunt, sicut ego liber sum accipere,
nec tamen accipio,ne aliquem scandalizem,ita & vos abstinete à licitis,ne quem
piam scandalizetis.Et quoniam pseudo apostoli persuaserunt Corinthiis Paulum non esse Apostolum F
2.Cor.2. & ob id doctrinam eius esse spernendam,eò quòd cum Christo in carne conuersatus non fuit.Ideo sub
Act.9. dit Apostolus,[*Non sum Apostolus?*]id est,imò verè Apostolus sum,sicut probat apostolatus mei causa.
Ibidem. Nam[*Nonne dominum nostrum Iesum Christum vidi?*] oculo intellectuali,tempore raptus mei vsque ad ter
tium cœlum, quando vidi sanctam trinitatem per speciem,& Christũ in dextera patris.Vel in via, qua
iui Damascum.Et dicit Lira hoc scriptum non esse,quia dicitur in Actis,quòd audiuit vocem sibi dicẽ
Roma.1. tem.Diligentius tamen pensando hoc,vtique scriptum est.Legitur enim ibi,quòd Barnabas apprehen-
sum illum duxit ad Apostolos,& narrauit eis quomodo in via vidisset dominum. Nisi fortè dicatur, q
Philip.1. per viã intelligatur ibi etiam Damascus,vbi erat in raptu.¶Deinde ostẽdit idem ex sui apostolatus esse
ctu, [*Nonne opus meum*]id est spirituales filij mei,per gratiã apostolatus mei ad fidem conuersi,[*Vos estis
in domino?*id est adiutorio dei,vel ad gloriã eius.[*Et si alijs*,] quibus non prædicaui, vel Iudæis ad quos
missus non sum sic[*Non sum Apostolus*]quia officio apostolatus eis non ministraui,[*Sed tamen vobis sum*
Apostolus[*Nam signaculum*].i.euidens signum[*Apostolatus mei*,]id est Apostolicæ potestatis & gratiæ.
[*Vos estis in domino*]quia ex vestra conuersione,innotescit me esse efficacem apostolum. Nec enim mi-
nus habetis per me quàm alij per Apostolos alios.Idcirco[*Mea defensio*]id est ratio qua defendor, & cõ
probor esse Apostolus[*Apud eos qui me interrogant*,]hoc est,ex dubitatione inquirunt,an sim Aposto- G
Matth.10. lus,[*Hæc est*]quam assignaui,videlicet,quod vos estis signaculum apostolatus mei.¶Deinceps demon-
strat se liberũ esse ad sumendũ stipendia vitæ ab his,quibus euangelizauit.[*Nunquid non habemus potesta
tem*]liberam[*Manducandi & bibendi?*]id est victum sumendi ab aliis? [*Nunquid non habemus potestatem
sororem mulierem circumducendi*]id est matronam deuotam vnam,vel plures ducendi nobiscum circun-
quaque,vt nobis necessaria vitæ ministret?[*Sicut et cæteri Apostoli*]faciunt[*Et fratres domini*,]id est filij
Ioan.1. sororum matris eius,videlicet Ioannes,Iacobus,Iudas.[*Et Cephas*]Petrus archiapostolus,qui à Christo
Luc.8. dictus est Cæphas.Cæphas autem interpretatur caput.Non solùm autem Apostoli,sed & Christus cir-
cumduxit fœminas religiosas,quæ sibi de suis facultatibus ministrabant. Sequebãtur enim Christũ at-
que Apostolos desiderio andiendi verbum regni cœlestis,[*Aut solus ego et Barnabas*]quibus alij Aposto
Galat.2. li dederunt dexteras societatis,[*Non habemus potestatem hoc operandi?*]quod faciunt alij Apostoli? Om-
nia ista interrogat,& interrogando affirmat,quòd sic.¶Quod probat per similitudines quasdã humas
nas, iustas atque legales.[*Quis militat*,]id est rẽ publicam pugnãdo defendit,[*Suis stipendijs*,]id est pro-
priis sumptibus[*Vnquam?*]quasi dicat,nemo.Dantur enim militibus statuta stipendia à populo terræ,
Lucæ.3. quem defendunt.Vnde aiebat Ioannes Baptista militibus,Contenti estote stipendiis vestris.[*Quis plan
Esaiæ.5. tat vineam,et de fructu eius non edit?*] Semper enim ferè plantantes vineam comedunt vuam, bibuntque
vinum.[*Quis pascit gregem*]ouium[*Et de lacte eius non manducat?*[Hoc enim non solet accidere. [*Nun-
Ezec.34. quid secundum hominem hæc dico*,] id est nunquid per humanam consuetudinem tantùm hæc probo? H
[*An et lex(Mosi)hæc non dicit?*]vtique.[*Scriptum est enim in lege Mosi,Non alligabis*,]hoc est non claudes
[*os boui trituranti*,]id est pabulum vitæ non subtrahes ei.Et ne putemus hoc principaliter dictum de
Deut.25. bruto, subiecit Apostolus,[*Nunquid de bobus cura est deo?*]Tanquam dicat, nequaquam. Sed repugna
re videtur illud in Psalmo,Qui dat iumentis escam ipsorum.Et Iob,Quis præparat coruo escam,quan
Psal.146. do pulli eius clamant ad deum vagientes, eò quòd non habeant cibos?Sapiens quoque ait,Non est alius
Iob.38. deus quàm tu,cui cura est de omnibus. Et respondendum, quòd diuina prouidentia ad omnia etiam
Sapiẽ.12. minima se extendit, singulariter tamen respicit intellectuales creaturas ,secundum quòd sint felicita-
tis capaces,& talem singularem prouidentiam insinuat modo Apostolus nomine curæ,quod deus qua-
si solicitus est de hominum prouisione. Sicut testatur Psalmista, Dominus solicitus est mei. Et ali-
Psal.39. bi scriptum est, Omnem solicitudinem vestram proiicientes in eum ,quoniam ipsi cura est de vo-
1.Petri.5. bis. [*An non propter nos*,]id est ad nostram instructionem moralem [*Hæc dicit?*] scriptura præfata,
Matt.6. quasi dicat, imò. Vnde subiungitur,[*Nam propter nos vtique scripta sunt*,] hæc atque similia, Iuxta il-
Rom.15. lud,Quæcunque scripta sunt,ad nostram doctrinam scripta sunt, [*Quoniam debet in spe,qui arat, arare*]
id est,prædicator,prælatus seu doctor,qui est spiritualis arator,vomere verbi cœlestis aperiens, purgãs,
Esa.51. & fœcundans corda audientium,arare,id est,in agro dominico seu vinea domini,quæ est ecclesia, labo
rare,& corda audientium à vitiis expurgare debet in expectatione stipendij temporalis, vt detur sibi vi
1.Petr.5. ctus necessarius.Non tamen finaliter operari debet propter temporale stipendium,sed propter regnum

A cœlorum.Vel potius propter deum,id est solo dei intuitu ad eius honorem,ex syncero amore ad ipsũ,
[*Et qui triturat*,]id est minister verbi dei,qui more triturantis ex cordibus hominum vitia tanquam pa-
leas excutit, virtutes autem in corde relinquit,condit ac firmat,sicut grana conduntur in horreo. Debet Iaco.5.
hæc facere]*in spe fructus percipiendi*,]id est expectatione sustentaculi suæ vitæ,eo modo,vt de arãte ex-
positum est. Hoc tamen est permissio,non præceptum, alioquin Paulus peccasset qui ita non fecit.
¶Denique comparatio ista Apostoli partim sumpta videtur ex his,quæ in Esaia, de arante ac triturã-
te mystice describuntur.Erat etenim Apostolus in lege & prophetis eruditissimus,non solùm ex illu- Esa.28.
minatione diuina,sed etiam ex instructione humana,quia ad pedes Gamalielis didicit legem.¶Adhuc
autem probat Apostolus per rationes,quòd liceat prædicatoribus Christi recipere victum ab audito-
ribus.[*Si*]pro quia]*Nos vobis spiritualia seminauimus*,]id est sacras doctrinas & bona gratiæ communica- Act.22.
uimus,quas à spiritu sancto adepti sumus,[*Magnum est, si carnalia vestra metamus?*]id est, non est ma-
gnipendendum,si à vobis temporalia commoda(scilicet sustentacula vitæ)recipimus,cum non sit com Rom.15.
paratio spiritualiũ,temporaliumque bonorum in dignitate.Vnde & quidam philosophi non dignabã-
tur à suis discipulis aliquid temporale exigere,ne viderentur scientiam sensibilibus rebus comparare.
¶Deinde ponitur alia ratio,[*Si alij*,]id est alieni à Christo, videlicet pseudo apostoli, [*Potestatis ve-
stræ*,]id est rerum quæ in potestate vestra consistunt, [*Participes sunt*]vtendo eis sicut & vos,[*Qua-
B re non potius nos?*]participare poterimus bona vestra, qui vobis viam salutis ostendimus? [*Sed non vsi sumus hac potestate*,] id est non recepimus stipendia vitæ à vobis, sicut iustè potuimus. Quod tamen 1.Thess. 2.
non contingit ex hoc,quod non indiguimus,[*Sed omnia sustinemus*,]id est quemcunque manuum la- 2.Tim.2.
borem, & victus inopiam æquanimiter patimur, [*Ne quod offendiculum*,] id est ne aliquod impe-
dimentum, vel reprehensionis notam,[*Demus Euangelio Christi*,] id est euangelicæ prædicationi.Si e- Petr.51.
nim recepisset Apostolus aliquid à Corinthiis,forte æstimassent nonnulli, quòd propria lucra quæ-
reret, vel minus libenter audissent eum, vel exemplo eius alij accepissent plura à Corinthiis, & eos
grauassent,sicque retardata & minus accepta fuisset euangelicæ prædicationis doctrina.¶Rursus re-
dit Apostolus ad ostendendum, quòd liceat sibi de eorum sumptibus viuere quibus prædicauit, & Num.10.
ponit similitudines & exempla. [*Nescitis quoniam qui in sacrario*,]id est in templo Iudæorum[*Operan-
tur*] vt inferiores ministri, siue artifices, [*Quæ de sacrario sunt, edunt?*] id est bonis seu oblationibus
templi sustentantur,videlicet de denariis qui in gazophilacium reponuntur? Nescitis etiam,quoniam
[*Et qui altari deseruiunt*,] id est domino in altari, vt sacerdotes [*Cum altari participant?*] id est de o-
blatis in altari partem sortiuntur,& de quo sustentãtur?vt patet in Leuitico.[*Ita & dominus*,]id est chri
stus, [*Ordinauit his,qui Euangelium annuntiant,de euangelio viuere*,]id est necessaria vitæ ab his, qui- Leuit.6.
bus prædicant, sumere. Cum enim dixisset Saluator discipulis, Ecce ego mitto vos: adiecit, In ea-
dem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua.
[*Ego autem nullo horum*] id est nec authoritate, nec potestate, neque exemplo prædicto [*Vsus sum*]
C quia nihil recepi à vobis. [*Non autem scripsi hæc*,]id est non tot modis probaui, quòd liceat viuere de Matt.10.
stipendio aliorum,[*Vt ita fiant in me*,] id est,vt mihi dentur sumptus ab aliis, sicut prædictæ rationes Luc.10.
ostendunt licere. [*Bonum enim mihi est magis*,]id est, potius expedit [*Mori*] corporaliter [*Quam vt
gloriam meam*,] id est præmium mihi paratum de hoc quod euangelizo ,nihil recipiendo tempora- Col.3.
lis stipendii,ne quod offendiculum ponam Euangelio,[*Quis euacuet*,]id est, auferat à me, impedien-
do me ab opere supererogationis tam sincero & charitatiuo. Melius enim esset mori in corpore,quàm
detrimentum æternæ felicitatis incurrere.Melius etiam esset mori,quàm vnum veniale peccatum com
mittere. [*Nam si euangelizauero*]propter sumptus acquirendos finaliter. [*Non est mihi gloria*,] id est
merces apud deum in patria ,[*Necessitas enim mihi incumbit*,] id est indigentia vitæ præsentis & corpo- Matth.16.
ralis me coëgit euangelizare,vt habeam vnde sustenter. [*Væ enim mihi est*,]hoc est, periculum mor-
tis seu magna penuria, atque afflictio vitæ mihi instat in tali casu inopiæ, [*Si non euangelizauero*]quo-
niam aliunde victum non habeo. [*Si enim volens hoc ago*,]hoc est,si ex charitate & liberè euangelizo,
[*Mercedem habeo*,]id est vitam æternam coram deo promereor [*Si autem invitus*,]id est si propter
necessitatem indigentiæ, & commodum temporale, euangelium prædico. [*Dispensatio*] seruilis non 1.Petr.5.
D filialis,[*Mihi credita est*,] id est permissa est mihi, videlicet vt aliis verbum salutis annuntiem, & ego
fructum spiritualem non habeam, sicut seruus expendit bona domini sui sine proprio profectu &
commodo. Id quippe propter quod aliquid finaliter agitur magis diligitur, quia pro finali bono assu- 1.Petr.1.
mitur.Plus nanque amatur finis quàm medium, sicut in arte medicinæ magis diligitur sanitas quàm
potio,sectio,dieta,& alia quæ ordinantur ad sanitatem, Si ergo prædicator verbi cœlestis prædicet prin
cipaliter seu finaliter propter aliquid temporale,iam magis diligit illud, quàm vel deum vel proximo-
rum salutem, vel ipsum Euangelium. Idcirco apud deum mercedem non habet,sed dispensatio seruitu-
lis credita est ei.Si verò euangelizet propter deum finaliter, nec proximorum saluti præponat quod- Luc.10.
cunque temporale stipendium siue lucrum, sed illud recipiat tanquam instrumentum euangelizandi,
videlicet pro corporis sustẽtatione,vt possit prædicationi insistere(quod nõ potest sine corporis sui ne-
cessaria sustẽtatione,meretur vitam æternam,nec duos fines constituit,sed vnum quærit propter aliud,
scilicet stipendiũ vitę,vt actui virtuoso insistat,& totũ referat ad dei honorẽ.Veruntamẽ ad supereroga- Matt.6.
tionem spectat,vt etiã temporale omne stipendiũ omittatur ea ratione qua apostolus illud omisit. Vn-
de & aliqui prædictum locũ ita exponunt. Nam si euangelizauero propter sumptũ,quãuis nõ finaliter,
non est mihi gloria supererogationis,necessitas enim præcepti mihi incũbit vt euangelizẽ,sicut & cæte
ris apostolis.Væ enim mihi est,si nõ euãgelizauero,quoniã essem trangressor præcepti.Hãc expositio-
nem non satis intelligo:cõstat enim q; alii apostoli propter diuinũ præceptũ prædicauerunt,& sumptũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab alijs receperunt,non tamen supererogationis præmium perdiderunt. Nisi fortè dicatur, q̃ non tan- E
Matth.19. tùm meruerunt illi,quantũ Paulus Sed nec hoc videtur sufficere ad hoc,vt verba sequentia continuentur prædictis.¶ Præterea dicit Apostolus.[*Quæ est ergo merces mea*]id est cum prædicta ita se habeant, in quo consistit præmium meum,& quomodo promerebor mercedẽ apud deum,videlicet vitam æternam? Et respondet.[*vt Euangelium prædicans sine sumptu*]id est non intuitu temporalis stipendij [*Ponam euangelium*]id est euangelicam veritatem aliis prædicem,sed ad dei honorem,[*Vt non abutar*]non inordinato fine vtar[*Potestate mea,qua licet mihi stipendium vitæ recipere.*]Potestate inquam mihi concessa [*in Euangelio*]id est in prædicatione euangelicæ legis. Hac autem potestate abuterer, si aliquid importunè
Matth.25. exigerem,vel indiscretè reciperem.¶ Quod verò potestate mea abusus non sim, patet per hoc. [*Nam cum liber essem ex omnibus*]id est nulli obligatus propter merita eius, quia à nullo quicquam recepi,propter quod eis prædicarem,[*Omnium me seruum feci*] id est per spontaneam humilitatem subieci me deo & proximis,vt omnium vtilitatibus deseruirem,prædicando,orando,compatiendo, parcendo, & succurrendo,[*vt plus lucrifacerem*]id est ad veram salutem cooperando perducerem,creditaque talẽta fructuosè expenderem[*Et factus sum iudæis tanquam Iudæus*]id est ad Iudæos ita me habui, quantùm fieri
Act.22. potuit sine offensa dei,condescendendo eis in licitis,scilicet in obseruatione quorundam legalium, vt
Hierony. in discretione ciborum,in circumcisione Timothæi,ne scandalizarentur Iudæi,& purificatus ascenden
Augusti. do in templum(vt in Actibus legitur, quasi essem Iudæus, vt illi. Quomodo autem condescensio ista
Esaiæ.45. intelligi possit dupliciter,scilicet secundum simulatoriam dispensationem, secundum Hieronymum: F
vel secundum piam & veram compassionem secundum Augustinum,dicendum est in epistola ad Galat.art.2.¶ Hæc itaque feci,[*vt Iudæos lucrarer*]id est conuerterem,& pugnãdo ab ore hostis eriperem,
Ioan.4. [*His qui sub lege*]Mosi *sunt*]id est Samaritanis & Saducæis,qui solùm quinque libros Mosi receperunt
Ioan.8. factus sum[*quasi sub lege*]hac[*essem,*]approbando facta eorum,quantùm ad bona, & condescendendo
3.Reg.1. eis in licitis,[*Cum ipse non essem sub lege*]id est obligatus non essem legem Mosi obseruare,in cærimonialibus maximè,quæ cessauerunt,[*vt eos qui sub lege erant*]id est Samaritanos,qui non erant natione Iu-
Act.7. dæi,sed Persæ,& Sadducæos,qui ex origine Iudæi fuerunt,dicentes se esse de semine Sadoch pontificis tempore Salomonis,[*lucrifacerem,*]conuertendo eos ad Christum[*His qui sine lege*] diuina & scripta erant]gentilibus,factus sum[*Tanquam sine lege*]scripta[*essem*]manducando cum eis, quod Iudæi reputabant illicitum,& allegando eis dicta prophetarum.[*Cum sine lege dei non essem,*] quia & legem Mosi, quantùm ad moralia iussa seruaui,[*Sed in lege Christi essem,*]id est, nouæ & euangelicæ legi parerem, [*vt lucrifacerem eos, qui sine lege erant,*]id est gentiles saluarem, [*Factus sum infirmis*]in fide[*infirmus,*]id est
1.Cor.10. infirmo similis,abstinendo à licitis cibis,ne scandalizarentur,[*vt infirmos lucrifacerem.*]Similitudo nem
Osee.13. pe est causa amoris,idcirco conformando se aliis, quantùm fieri potuit, traxit corda eorum ad se: sicque conuertit eos facilius. Vnde infra ait, Ego per omnia omnibus placeo. Ideo addit nunc [*Omnibus*
Esaiæ.45. *omnia factus sum*] applicando me singulis, secundum capacitatem ipsorum, [*vt omnes facerem saluos*] G
Psal.147. instrumentaliter, operando ad conuersionem ipsorum. Solus autem deus principalis saluator est,iuxta illud propheticum, Ego dominus, & saluator non est præter me, [*Omnia autem facio propter euangelium*] Christi,vt citò vbique diuulgetur, currátque velociter sermo eius,[*vt particeps eius efficiar*]
Boetius. id est præmia in Euangelio promissa consequi merear, omniumque quos conuertero, gloriæ consors
Epist. existam. Ecce quomodo circumspectus & sanctus Apostolus omnibus cessit, nec tamen veræ religionis metas excessit: cessit enim vt prodesset. Quoniam ergo, secundum Boëtium, omnis alteritas discors est, similitudo verò optanda est, ideo viri spirituales omnibus conformare se debent,salua obseruantia suæ religionis ac vitæ. [*Nescitis quod hi qui in stadio currunt.*] In superioribus hortabatur Apostolus Corinthios ad perfectionem suipsius exemplo, dixitque se ab omnibus abstinere, quæ aliquo modo offendiculum præbent euangelicæ prædicationi, vel proximorum saluti, nunc ostendit id esse agendum,& hortatur ad hoc agonistarum exemplo. Et ait,Nescitis?id est,imò scire & considerare debetis.quod hi qui in stadio currunt,id est pedites currentes in spatio deputato ad cursum,vt agilitas cur
Galat.5. rentis probetur? Continet autem stadium.126. passus,& dicitur à stando,quoniam Hercules fertur instituisse,vt pedites tot passus percurrerent,& in fine spatij huius starent ac respirarent. Ponebatur quoq; in termino spatij huius præmium cursus,vt equus vel pannus purpureus,quod dabatur velociori cursori,Vnde subiungitur.[*Omnes quidem*]isti[*Currunt*]vt primò pertingant ad terminum spatij,& præmiũ H
Psalm.118. cursus obtineant,[*Sed vnus*]duntaxat,[*Accipit brauium*]id est præmium cursus,ille videlicet qui primò
Luc.9. attingit:alij victi,vacuique discedunt. Per quod ostenditur, quanta sit vtilitas fidei nostræ, in qua non vni,sed singulis promittitur brauium cursus,quod est beatitudo æterna. Hunc quippe fidei cursum non vanitas,sed veritas:non cupiditas facit,sed charitas, & quò quis velocius currit,eò cursus eius est aliis vtilior. Cursus enim iste est amor, qui nectit currentes, vt bonum vnius redundet in alium.
[*Sic currite*]id est reuerenter & fortiter opus dei implete,perseueranter atque ardenter deo seruite,vtcũ
Tobiæ.4. Psalmista dicatis, Viam mandatorum tuorum cucurri. Vt enim ait saluator, Nemo ponens manum suam ad aratrum & respiciens retro aptus est regno dei, [*vt comprehendatis,*]id est, vt præmium supernæ felicitatis mereamini adipisci. Quod autem ita currendum sit,manifestat apostolus per similitudinem agonizantium,id est certantium in exercitio. [*Omnis enim qui in agone contendit*], id est cum alio
Iob.7. certat,vt fortiatur victoriam,[*Ab omnibus se abstinet*] id est vniuersa agonizationis impedimenta vitat
Iob.5. & abiicit. Sic oportet nos facere. Vita enim præsens,agonizatio quædam est contra aduersarios nostræ salutis,sicut beatus Iob ait. Militia est vita hominis super terram. Et iterum,Homo nascitur ad laborem. Quicquid ergo nos impedit à statu salutis, abiiciamus. [*Et illi quidem*] agonizantes sic faciunt, [*Vt corruptibilem coronam*] id est temporalem mercedem, [*Accipiam, Nos autem*] ita agamus, vt

A [*In corruptam*]consequamur coronam,id est diuinæ essentiæ sempiternam fruitionem, de qua Psalmista,Posuisti(inquit)in capite eius coronam de lapide precioso. Et Petrus in prima sua canonica, Bene- Rom.13
dictus deus,qui regenerauit vos in hæreditatem incorruptibilem,& incontaminatam,& immarcessibi- Psal.20.
lem,conseruatam in cœlis.¶ Insuper Apostolus proponit se nobis in exemplum,dicendo[*Ego igitur*]id 1.Petri.1.
est,quia incorrupta corona seruatur.[*Sic curro,*]id est per viam mandatorum & semitam consiliorum,
ad deum fontem viuum festino,non importunis moribus corporis,sed feruidis sanctæ charitatis affecti- Psalm.118.
bus. De quo cursu scriptum est,Qui sperant in domino,mutabunt fortitudinẽ,assument pennas vt aquilæ,current & non deficient. Et rursus alibi, Trahe me post te,curremus in odorem vnguentorum tuo- Psalm.41.
rum.[*Non quasi in incertum*]id est non velut dubius de mercede,nec vt ignarus de fine, scio enim cui credidi,& certus sum,quia potens est depositum meum seruare. Sic quilibet nostrũm certus esse debet de Esaiæ.40.
præmio,certitudine cõditionali,videlicet si vsque in finem perseuerauerit. Vnde scriptum est,Quiescat Cantic.1.
vox tua à fletu,quoniã erit merces operi tuo. Certitudo autem præmij minuit vim flagelli. [*Sic pugno*] 2.Tim.1.
contra dæmones,mundum & carnem,[*Non quasi aerem verberans,*]id est, non incassum resilio, sed tan Matth.24.
go & vinco aduersarios istos,pugnans non verbis nudis,sed precibus affectuosis,& bonis operibus. Sic Hiere.3.
enim pugnauit propheta:qui ait:Persequar inimicos meos & comprehendam illos,& non conuertar do Gregor.
nec deficiant. [*Sed castigo,*]id est per abstinentiam,vigilias & cætera virtutum exercitia, affligo[*Corpus* Pfalm.17.
B *meum*]reprimendo motus illicitos.[*Et in seruitutem redigo,*]id est rationis imperio, cultuique diuino il-
lud subiucio[*Ne forte cum aliis prædicauerim,*]id est de bonis agendis,& vitiis declinandis,eos docuerim,
[*ipse reprobus efficiar,*]id est peruersus & damnationi obnoxius, quasi faciens quod prædico aliis,Cum
scriptum sit,Cæpit Iesus facere & docere. Qui etiam ait,Quid proficit homo si lucreturvniuersum mũ Act.1.
dum,seipsum autem perdat & detrimentum sui faciat? Alibi quoque dixit apostolus,Qui alium doces, Matth.16.
teipsum non doces? Hic redarguuntur inanes & miseri. Qui quod alios docent,non faciunt. Quod secũ Rom.2.
dum beatum Thomam super quartum Sententiarum,est mortale peccatum. Hoc enim est rebus seu fa- Thomas.
ctis propriis contradicere & veritati scripturæ,

Cap. x. [*Nolo enim vos ignorare fratres.*] Artic.x.

Ornatus est autem Apostolus,ad imitandam perfectionem in fine precedentis capituli,exẽ 1.Cor.9.
H plo currentium & agonizantium,ac suipsius. Hic ad idem inducit exemplo Iudæorum, ostendens quàm grauiter sint puniti ingrati ac reprobi. Primò autem recolit beneficia creatoris:& ait.[*Nolo enim,*]id est, ideo dixi præinducta,quoniam nolo[*vos ignorare*]ô[*Fratres*
C *quoniam patres nostri,*]id est,Iudæi ex Aegypto egressi cum Mose, qui erant carnales pa- Galat.3.
tres Apostolorum. Omnium quoque Christianorum spirituales quodammodo patres fuerunt, quoniã
nostræ fidei fundamenta iecerunt. Quod maximè verum est de sanctis patribus,qui inter eos extiterãt:
quorum fidem,mores & opera imitamur.[*omnes sub nube fuerunt*]ambulauerunt enim sub nube in die,
quoniam nubes obumbrauit & protexit eos contra solis ardorem. Præcesit tamen nubes eos, saltẽ pro
aliqua sui parte, vt viam monstraret,vt in Exodo legitur,[*Et omnes mare*]rubrum[*Transierunt*] in quo Exod.13.
submersi sunt AEgyptij. Aqua enim maris rubri diuisa stetit ex vtraque parte transeuntium,tanquam Esaiæ.4.
murus,donec filij Israel per medium sicci aluei pertransissent,quemadmodum in Exodo plenius scri- Exod.14.
bitur,[*Et omnes in Mose,*] id est per ministerium seu ductum Mosi, [*Baptizati* , id est spiritualiter
loti[*sunt*]à nebula ignorantiæ & peccatis, [*In nube, & in mari* ,]id est per mirabilia dei ostensa in nu
be prædicta & mari rubro. Cum enim filij Israël cernerent AEgyptios se insequentes, desperando &
diffidendo dixerunt ad Mosen,Forsitan non erant sepulchra in AEgypto, ideo eduxisti nos vt moreremur in solitudine. Sed cùm vidissent quòd nubes rediit, & stetit inter ipsos & AEgyptios, ita vt to- Exod.14.
D reptis,aquæ redirent opprimentes exercitum AEgyptiorum, interius baptizati sunt à prædictis pecca- Ibidem.
tis,iuxta illud,Timuit populus dominum,& crediderunt domino & Mosi seruo eius. Vel,baptizati sũt
figuraliter tantùm,id est signum baptismatis receperũt. Nubes quippe figurauit gratiam spiritus sancti, Exod.16.
mare verò significauit baptismum,[*et omnes eandem*]specie [*escam spiritualem,*] videlicet manna,[*man* Deut.8.
ducauerunt .]Hoc enim pane vsi sunt annis quadraginta. Quanuis verò manna fuerat esca corporea Ioan.6.
corporaliter alens, nunc tamen vocatur esca spiritualis. Primò, quoniam supernaturali potentia ge Psal.77.
nerabatur, videlicet diuina virtute,ministerio angelorum,in aëre. Propter quod dicitur panis angelo- Sapiẽ.16.
rum, & panis cœli, vt pote cœli aërei. Secundò,quoniam erat figura sacramenti altaris, quod spiri- Exod.17.
tualiter pascit, [*et omnes eundem potum spiritualem biberunt* ,]id est aquam de petra manantem, quæ erat Deut.8.
eadem specie in ore bibentium. Et dicitur potus spiritualis,quia diuina virtute profluxit de petra, sicut Psal.77.
nunc subditur.[*Bibebant autem de spirituali*]hac aqua. Vel,de spirituali petra,id est aquam fluentem de Num.20.
petra,quam Moses virga percussit,quæ spiritualis vocatur propter supernaturalem effectum,&quia figurauerat Christum:biberunt ergo de spirituali[*Consequente eos petra,*]id est,satisfaciendo eorum de- Exod.17.
siderio,aquam copiosam fundendo. Egressæ enim sunt de petra aquæ largissimæ,ita vt biberet populus
& iumenta,vt in Num. dicitur. Vel,consequente eos petra,quia(vt probabiliter dicitur) filij Israël tu- Num.20.
lerunt petram hanc secum. ¶ Sciendum quoque,quòd deus bis produxit filiis Israël aquam de petra Oreb,vt patet in Exodo. Secundò,de petra ad aquas contradictionis,vt in Num. habetur [*Petra autem erat Christus*] non essentialiter,sed figuratiuè, id est, Christum figurauit. Sicut de imagine alicuius Ioan.19.
sancti dicimus, quòd sit ille vel ille sanctus. Quemadmodum enim de petra illa fluxit aqua, qua pota- Ioan.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti sunt filij Israël in deserto: ita de latere Christi fluxit sanguis & aqua, quibus potantur corda fidelium in hoc seculo. De Christo quoque emanat aqua sapientiæ salutaris, & riui gratiæ multiformis. Quidam exponunt prædicta solum de bonis Iudæis, qui eandem escam spiritualem, eundemque potũ spiritualem sumpserunt nobiscum, videlicet corpus & sanguinem Christi, quæ spiritualiter intellexerunt præfigurari in cibo illo & potu, sicque spiritualiter comederunt, quod manducamus & nos: secundum quod dicit Augustinus. Crede & manducasti. Sed huic sensui non videntur consonare sequentia, subditur enim. [*Sed non in pluribus eorum beneplacitum est deo,*] id est multi patrum istorum domino displicuerũt. Non ergo de bonis duntaxat fit sermo. [*Nam prostrati,*] id est dira morte occisi [*Sunt in deserto.*] deo vlciscente peccata eorum, vt patet de Chore & Hon, Dathan & Abyron, & decem exploratoribus, multisque aliis. [*Hæc autem in figura facta sunt nostri,*] id est prostratio & reprobatio impiorum Iudæorum facta est, ad præsignandum quid nos passuri sumus, si deo ingrati fuerimus. Sicut autem in bonis, multo melius est figuratum quàm figura, vt regnum cœleste quàm terra promissionis: sic in malis multo deterius est figuratum quàm figura, vt gehenna quàm aliqua temporalis punitio. Si ergo tam gravis fuit punitio Iudæorum figuratiua nostræ punitionis: quàm acerbissima erit punitio nostra, si deum negligimus? Vnde Apostolus, Irritam quis faciens legem Mosi, sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur: quantò magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Hæc itaque in figura nostri facta, id est illata sunt illis, [*Vt non simus concupiscentes malorum,*] id est carnales & inordinatas concupiscentias fugiamus, secundum quòd per quendam præcipitur sapientem, Post concupiscentias tuas non eas, [*Sicut et illi*] ingrati [*Concupierunt*] in deserto, dicentes, Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Et alibi, Est ne deus in nobis, an non? De quibus ait Psalmist. Tentauerunt deum in cordibus suis, vt peterent escas animabus suis. [*Neque idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis*] facti sunt vitulum aureum adorantes, [*Quemadmodum scriptum est*] in Exodo, [*Sedit populus,*] id est pars populi [*Manducare et bibere,*] id est, ad vescendum coram simulacro ad eius honorem, [*Et surrexerunt ludere,*] id est choros ducere, & idolum adorare, dicentes, Isti sunt dij tui Israël. Quorum vtrunque puerile & stultum est. [*Neque fornicemur*] corporaliter, [*Sicut quidam ex ipsis fornicati sunt*] cum mulieribus Madianitis, [*Et ceciderunt.*] id est occisi sunt [*Vna die viginti tria millia.*] In Numer. dicitur vigintiquatuor millia, sed numerus minor non excludit maiorem. Occisi sunt autem fornicatores isti, ab aliis filiis Israel, Mose præcipiente, & ob hanc culpam iussi sunt principes suspendi. Phinees quoque perfodit Zambri ducem filiorum Simeonis, & Cosbi filiam nobilissimi principis Madianitarum in locis genitalibus, quo facto, cessauit plaga à populo: [*Neque tentemus Christum,*] quærendo experimentum sapientiæ vel potentiæ eius, [*Sicut quidam eorum tentauerunt*] Christum, secundum eius diuinitatem. Tentando enim deum, tentauerunt quamlibet diuinam personam. Vnde dominus dixit ad Mosen, Tentauerunt me iam per decem vices. Porrò persona Christi æterna est, imò Iesus Christus æternus est, cum sit verus deus, supponit enim diuinam personam. Ad quod insinuandum, Iudas ait in sua canonica, Iesus populum saluans de terra Aegypti. Secundò eos qui non crediderunt perdidit, [*Et a serpentibus perierunt.*] Misit enim in eos dominus ignitos serpentes, à quibus occisi sunt multi, donec erectus est serpens æneus, ad cuius aspectum sanabuntur, vt legitur in Num. [*Neque murmuraueritis*] contra superiores aut proximos vestros cum increpant vos, vel aliquid aduersitatis accidit vobis, [*Sicut quidam eorum murmurauerunt*] contra deum & Mosen, quemadmodum scriptũ est, Vociferans omnis turba fleuit, & murmurati sunt contra Mosen, dicentes, Vtinam pereamus, & non inducat nos dominus in terram hanc. Vnde saluator in euangelio loquens Iudæis. Murmuratores (inquit) filii murmuratorum, [*Et perierunt.*] id est in deserto occisi sunt. [*Ab exterminatore,*] id est angelo qui eos extra fines terræ promissionis percussit. Dixit enim dominus, Omnes qui murmurastis contra me, non intrabitis terram hanc, sed in deserto iacebunt cadauera vestra. Per angelos enim exercuit deus vltiones suas interdum. De hoc exterminatore angelo dominus ait, Ecce mitto angelum meum qui præcedat te, obserua eum, quia non dimittet cum' peccaueris. [*Hæc autem omnia,*] scilicet ista tormenta, [*in figura*] in typica significatione, [*Contingebant illis*] videlicet ad significandum, quòd talia vel maiora fient nobis, si peccauerimus sicut illi [*scripta sunt autem ad correctionem nostram*] quatenus exemplo damnationis illorum territi, emendemus vitam nostram. Felix enim quem faciunt aliena damna peritum. Propter quod ait scriptura, Pestilente flagellato stultus sapientior erit. Itaque scripta sunt propter nos, [*in quos fines seculorum,*] id est vltima tempora mundanarum generationum, durationum seu vicissitudinum, [*Deuenerunt*] Peruenit in nos vltima ætas mundi: de qua ait Ioannes, Filioli nouissima hora est. ¶ Præterea aduertendum, quod (iuxta doctrinam diuini ac magni Dionysij) status ecclesiæ medius est inter statum synagogæ & statum patriæ. Sicut ergo quæ geruntur in ecclesia, figura sunt eorum quæ aguntur in patria: sic ea quæ acciderunt in synagoga, figura erant eorum quæ fiunt in ecclesia. Imò status & populus Iudaicus, figura erant status & populi Christiani. Idcirco omnia in figura contingebant illis. [*itaque qui se existimat stare*] in deo per charitatem & opera virtuosa, [*videat ne cadat,*] id est solicitè caueat, ne peccando gratiam perdat. Nemo ergo securus sit, quia in medio laqueorum versamur. Dicit autem, existimat, quia homo ignorat an dignus sit amore, an odio. Propter quod Iob, Etiam si simplex (inquit) fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. [*Tentatio vos non apprehendat,*] id est in vobis non sit. [*Nisi humana*] quæ est de peccatis non nimis enormibus, non diabolica. Tentatio vos non apprehendat, id est non capiat, non vincat, non ad consensum inducat, iuxta quem sensum oramus Et ne nos inducas in tentationem. Nisi humana, id est leuis & transitoria scilicet inclinando ad venialia, sine quibus agi non potest hæc fragilis vita. Hoc dicitur non hortando, sed licentiam dando, vt ve-

Auguſt.
Num.16.
Deuter.11.
Num.16.
Hebræ.10.
Epiſt.
Eccl.18.
Num.11.
Exod.17.
Pſalm.77.
Exod.32.
Ibidem.
Num.25.
Ibidem.
Num.21.
Iudæ.
Num.21.
Num.14.
Matth.20.
Lucæ.5.
Num.14.
Exod.23.
Exod.33.
Prou.19.
1.Ioan.2.
Dionyſ.
Eccleſ.9.
Iob.9.
Matth.6.
1.Ioan.1.

A nialiter peccemus, sed non prohibendo quia vitari non potest. Nam licet possimus vitare singula venialia, non tamen omnia propter fomitis corruptionem & nimiam nostram fragilitatem. Tentationibus ergo mortiferis viriliter resistamus, quod vtiq; deo auxiliante valemus. Subditur enim, [*fidelis autem deus est*] [*Qui non patietur vos tentari*] id est impugnari à dæmone vel malis hominibus [*Supra id quod potestis*] id est vltra vires. Tunc enim non peccaremus si vinceremur, [*Sed faciet cum tentatione etiam prouentum*] .i. spiritualem profectum, dando gratiam resistendi [*vt possitis sustinere*] .i. per patientiam præualere. Tentatio ergo passiua non est in se mala vel fugienda nisi fortè imperfectis, cum sit virtutis exercitium, atque materia triumphandi. Nullus enim coronatur, nisi qui legitimè certauerit. Nam & Iacobus ait, Omne gaudium existimate fratres cum in diuersas tentationes incideritis. Propter quod ait & propheta regius, Proba me domine, & tenta me. Et Iudich, Qui tentationes non susceperunt in timore domini & in patientia, exterminati sunt. [*Propter quod*] id est propter rationes iam memoratas [*Charissimi mi fugite*] mente & corpore [*Ab idolorum cultura*] quæ ad diabolicam pertinet tentationem. [*Vt prudentibus*] id est rationem actuum humanorum scientibus [*Loquor.*] ¶ Post hæc ponit rationem fugiendi idololatriam, videlicet quoniam corpus & sanguinem Christi accipimus. [*Vosipsi iudicate*] .i. verum esse discernite, diligenter pensando [*quod dico*] videlicet. [*Calix benedictionis*] id est contentum in calice, vt pote sanguis Christi, per quem sanguinem benedicimur .i. dona gratiarum consequimur [*Cui*] calici seu sanguini [*Benedicimus*] id est quem consecramus, cum per prolationem sacrorum verborum à nobis conuertitur vinum in sanguinem Christi [*Nunne communicatio sanguinis Christi est?*] .i. nũnne veraciter est sanguis christi nobis communicatus seu datus, facténsque nos communionem habere cum Christo, incorporando nos ei, & faciendo nos participes meriti suæ effusionis: [*Et panis quem frangimus*] .i. corpus Christi consecratum ex pane, quem panem consecratum, cuius dimensiones seu species frangimus, porrigendo eum fidelibus [*Nunne participatio corporis Christi est?*] .i. nũnne vtique est corpus Christi verè acceptum à nobis, faciens nos vnum cum Christo? qui ait, Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. [*Quoniam vnus panis*] per proprietatem [*Et vnum corpus*] mysticum vnitate fidei, spei & charitatis: cuius corporis caput est Christus [*Multi sumus*] videlicet [*omnes qui de vno pane, & de vno calice participamus*] .i. de singulari & vero corpore & sanguine Christi reficimur, & sacramentum tantum dignè recipimus. Omnes enim mutamur in Christum, & per charitatem transformamur in ipsum. Dicimur autem secundum typicam rationem vnus panis, vnumque corpus. Quoniam sicut panis ex multis granis, & vnum corpus ex multis membris componitur: ita ecclesia ex multis personis fidelium, charitate veniente, efficitur. Quod autem fideles per sacram cõmunionem participes sint corporis & sanguinis Christi, ostendit apostolus per id quod fiebat in lege. [*Videte Israel secundum carnem*] .i. carnalem populum Iudæorum considerate pro tempore veteris testamenti. [*Nunne qui edunt hostias*] .i. sacerdotes & Leuitæ sacrificia templi manducantes [*Participes sunt altaris?*] .i. eorum qui in altari offerũtur? Sunt vtique. Ita qui sacramentum eucharistiæ sumunt, Christi participes efficiuntur, [*Quid ergo dico?*] .i. cum idolorum culturam, & esum sacrificiorum, quæ idolis offeruntur, prohibeo: quid dicere video? An hoc [*Quod idolis immolatum sit aliquid, aut quod idolum sit aliquid?*] Quasi dicat, Hoc non dico. Dixi enim supra quod idolum nihil sit. Nunc tamen prohibendo culturam idolorum videor dicere, quod idolum aliquid sit, quod tamen non dico, Quemadmodum ergo nihil est, quantùm ad id quod esse putatur, vt dictum est plenius: sic ei nihil offertur secundum veritatem. Quoniam idolum non est id, cui idololatræ sacrificare intendunt. Intendunt enim sacrificare rei viuenti, vel imagini rei diuinæ ac viuæ. Idolum autem non est animatum, nec imago rei diuinæ, sed miseræ, vel saltem rei non colendę. Ideo subditur. [*Sed quæ immolant gentes*] idololatræ [*Demoniis immolant*] qui morantur atque respondent in idolis, quibus & placet immolatio talis [*Et non deo*] vero, nec diis propter excellentiam gratiæ dictis. Vnde & scriptum est, Omnes dij gentium demonia. [*Nolo autem vos socios fieri demoniorum*] id est nolo vt idolis sacrificando, vel idolothyta manducando in veneratione idolorum, vel cum scandalo fratrum infirmorum communionem cum dæmonibus habeatis. Secundum Augustinum, ad hoc genus impiæ societatis pertinent consultationes & pacta quædam significationum cum dæmonibus fœderata, vt motus membrorum artium magicarum, aruspicum & augurum, atque ligaturæ & remedia quæ fiunt in præcantionibus in quibusdam notis, vel rebus suspendendis vel illigandis. [*Non potestis calicem domini bibere*] id est sanguinem Christi dignè accipere [*Et calicem demoniorum,*] id est libamina idolis immolata secundum modum expressum, [*Non potestis mensæ domini participes esse*] id est corpus domini salubriter sumere [*Et mensæ dæmoniorum*] esca idolis immolatas indiscretè edendo. Tantùm est dicere, Non potestis deo vni- ri & dæmoni. Quæ enim conuentio luci ad tenebras?

¶ Deinde apostolus in persona Corinthiorum loquens, vel se eis connumerans (quomodo Esdras & Daniel annumerant se iniustis Iudæis, cum orant pro illis) subiunxit. [*An æmulamur dominũ?*] id est hoc sequitur, quod deum ad iracundiam prouocamus, & eius gloriæ inuidemus: dum ad eius iniuriam idolothyta edimus, cum scandalo infirmorum, vel in reuerentia idolorum. Et mirum, quod hoc augere audeamus. Quia [*Nunquid fortiores illo sumus?*] vt possimus ei resistere vel nocere? Vel loquitur Apostolus in propria & aliorum prædicatorum persona, vt sit sensus, An æmulamur dominum, id est nũquid excessiuè & inordinatè pro deo afficimur, & eius honorem defendimus, prohibendo idololatriam quasi deo nociuam atque pœnalem? Quidam enim habent zelum dei, sed non secundum scientiam. Et probat quod non, quia non sumus fortiores deo, cum ipse omnipotens sit, potens suam vlcisci iniuriam. Idcirco non oportet nos inordinatè zelari pro eo, sed ordinato affectu hæc dicimus. [*Omnia mihi licent*] .i. omnes cibi esui apti licitè à me comedi possunt, quantùm est ex parte ciborum & euangelicæ legis, quæ cibos non discernit nec reprobat. [*Sed non omnia*] cibaria [*Expediunt*] saluti animæ meæ. Malum enim

1.Theſſ.2.
Iacobi.1.
Pſal.25.
Iudich.8.
Eſaiæ.1.
Ezechi.6.
2.Corin.6.
Leuitic.17.
2.Corin.5
1.Eſdræ.9.
Daniel.9.
Iob.36.
Roma.10.
Geneſ.17.
1.Petri.4.
1.Corin.6
2.Cor.6.
Pſalm.95.
Apoca.2.
Auguſtin.
Hebræ.13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rom.14. est homini qui per offendiculum comedit.[*Omnia mihi licent*]secundum sensum prętactum[*Sed non oēs* E
mnia ædificant]proximos.Manducatio nanque idolothytorum scandalizat infirmos. [*Nemo quod suum*
est quærat]id est priuatum bonum & proprium commodum tantùm [*Sed quod alterius*] id est bonum
commune,seu bonum diuinum finaliter. Ordinatio tamen charitatis requirit, vt vnusquisque sibiipsi
primò prouideat in necessariis,propriámq; in primis operetur salutem. Qui enim sibi nequam est, cui
Lucæ.10. Eccles.14 bonus erit?[*Omne enim quod in macello vænit*]id est venundatur[*Manducate*]si placet,& speciale nihil im
pediat.s.votum vel professio[*Nihil interrogantes*]de esca illa vęnali quomodo sit adducta, vel quo fine
venditur.Et hoc[*Propter conscientiam*]infirmi attantis,ne oriatur ei occasio scandali, si viderit te man-
Psalm.23. ducare,quod pro idololatria exercenda vęnale proponitur.[*Domini enim est terra & plenitudo eius*]id est
Actu.10. omnia illa quæ versantur in terra,dei sunt tanquam creatoris,ideo munda sunt & comedi possunt,si a-
pta sint complexioni humanæ.[*Si quis vocat vos infidelium ad cœnam*]seu prandium[*Et vultis ire,omne*]a-
limentum[*quod vobis apponitur*]ab infideli hospite[*Manducate*]si non sponte obligastis vos ad aliquam
abstinentiam specialem propter dei amorem[*Nihil interrogantes*]de qualitate cibi,an sit idolis immola-
Rom.14. tus an non[*Propter conscientiam*]infirmorum præseruandam à scandalo.[*Si quis autem dixerit, hoc immo-*
latum est idolis, nolite manducare propter illum qui indicauit] hoc esse idolothytum, ne arbitretur te illud
manducare sub idoli veneratione.Et si infidelis est,glorietur in sua superstitione,& confirmetur in suo F
errore,videns te libenter accipere sacrificia idolorum [*Et propter conscientiam*] custodiendam à vitio.
[*Cōscientiam autem dico non tuam*]ô frater docte,qui scis omnia mūda esse & licita[*Sed alterius*]puta in-
firmi,ne scandalizetur. Cauendus est itaque esus idolothyti ad vitandum malum infirmi. Cuius ratio
subditur.[*Vt quid enim libertas mea*]id est comestio seu potestas mea libera,quantùm ad vsum ciborum.
[*Iudicatur*]id est repræhenditur & pœna digna efficitur[*Ab aliena conscientia?*] id est à conscientia infir
mi,qui scandalizatur in mea libertate:& ita cum peccato facio, quod aliàs sine peccato licitè facerem.
Ne ergo damnabilis fiam,vitandum est idolothytum coram infirmo in fide. [*si ego cum gratia*]id est
gratias referens deo[*Percipio*]id est cibum recipio[*quid blasphemor?*] id est cur sic ago vt ab infirmis ac
1.Timo.4- imperitis dicar idololatriam colere,manducando idolothyta[*Pro eo quod gratias ago?*].i.cum ego nō co
Colos.3. medam illud in idolorum honorem,sed cum gratiarum actione.Ne ergo ita blasphemer,nō debeo idolothytis vesci coram imperitis.¶Ex his infert Apostolus saluberrimum documentum. [*siue ergo man-*
ducatis, siue bibitis,vel aliud quid facitis]in exercitatione corporali aut spirituali [*Omnia in gloriam dei fa-*
cite].i.ad dei honorem finaliter ordinate,ciúsque laudem & glorificationē semper intēdite,actu vel ha-
Prouer.16. bitu,vt videlicet posítis ei⁹ veneration,dilectioni,& cōtemplationi insistere.Ofa quippe propter seip-
Prouer. 8. sum operatus est dominus,& glorificantes se glorificat.Vnde sicut omnia bona fontaliter ab eo profluG
1.Reg.2. xerunt:ita ad eius honorem,laudem & gloriam sunt referenda.Propter quod ait propheta, Non nobis
Psalm. 113. domine non nobis,sed nomini tuo da gloriam. Hoc ergo est documentum quantùm ad deum. Quod
qui implet,in omni actu,imò & dormiendo meretur,saltem propter præcedētem spiritualem intentio-
Iacobi.3. nē.Dormit enim vt vigilare valeat in diuinis.[*Deinde ponitur documentum quantum ad proximos*] sine of-
fensione estote Iudæis in Iudaismo manentibus[*Et gentibus*]vt sic alliciantur ad fidem,nec detur eis oc-
casio blasphemandi[*et ecclesiæ dei*]maximè quantùm ad pusillos,vt neminem offendatis, dummodo lici
Galat.1. tè fieri possit[*sicut & ego per omnia*]id est in cunctis factis & verbis meis[*Omnibus placeo*] Huic videtur
Psalm.52. contrarium quod alibi dicit apostolus,Si hominibus placerem,Christi seruus non essem.Cui consonat
Genes.8. & illud in Psal.Deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent:confusi sunt, quoniam deus spreuit
1. Corin.1. eos.Et respondendum,quod istæ authoritates loquuntur de hominibus,quantùm ad communem & so
litam imperfectionem eorum, secūdum quem,sensus & cogitatio cordis humani proni sunt in malum.
Iuxta quem modum dictum est ante,Cum vnus dicit,ego quidem sum Pauli:alius, ego autem Apollo,
Roma.15. nónne homines estis?Nunc verò loquitur apostolus de hominibus secundum veram & plenā perfectio
nem ipsorum,inquantùm sunt rationales,rationis iudicium assequentes: vt sit sensus,Omnibus placeo,
id est cunctis hominibus rationabiliter agentibus,qui rectæ rationis sequuntur censuram.
¶Cur autem istis placeat subditur [*Non quærens quod mihi vtile est*] tantùm, vel non sub ea ratione qua
mihi vtile est,[*sed quod multis*]Quærebat enim Apostolus conuersionem, & spiritualem locupletatio- H
nem vniuersorum[*vt salui fiant*].i.sortiendo vitam æternam,quæ est beatitudo nostra atque saluatio.

Cap. xi. [*Imitatores mei estote.*] Artic. xi.

Rom.14. MOdo hortatus est Apostolus Corinthios, vt omnia sua ad dei gloriam ordinent
nullíque hominum offendiculū prębeant.Vt ergo hoc agant, proponit seipsum
2.Thess.3. eis in exemplum.De aliis quoque diuersis materiis,documētis & notabilibus tra-
ctat in pręsenti capitulo,sicut patebit.Ait enim,[*Imitatores mei estote*]credēdo,spe
rādo,amando & operando[*sicut et ego Christi*]imitator sum, eius testimoniis cre-
dendo,eius consiliis acquiescendo,eius præceptis obtemperando.[*Laudo aūt vos*
fratres]de hoc.s.[*quod per omnia*].i.perfectè & in omnibus[*Mei memores estis*]re-
colendo verba & opera mea.[*et sicut tradidi vobis præcepta mea*]ita[*tenetis*].i.im-
1.Corin. 1. pletis ea.Si hoc referatur ad perfectiores inter Corinthios, de quibus iā dixit Apostolus,Gras ago deo,
quia in oībus diuites facti estis in illo.Et iterum,Si mundus iudicabitur in vobis,&c.tūc intelligēdū est
assertiuè dictū.Si verò referatur ad infirmos & imperfectos,de quibus consequenter dicetur,intelligen-
dum erit ironicè.i.à sensu cōtrario.Et ita exponit glossator.Corinthij eīn obliti erant apostolicæ autho-
ritatis Pauli,nec eius prębepta seu monita seruauerūt,propter contentionem suā ad inuicem. Vnde nūc

A quasi nouiter proponit eis documenta & iussa,dicendo. [*Volo autem vos scire, quòd omnis viri caput est* Ephes. 5.
Christus]id est principium influxiuum & effectiuum, [*Caput autem*]id est principium, rector, & domi-
nus,[*Mulieris,est vir*]quia de costa viri fœmina facta est.Cui dicitur,Sub viri potestate eris,& ipse domi Genes.2.
nabitur tui,[*Caput vero*]id est fontale principium [*Christi*] est [*Deus*] Vt autem hæc plenius intelli- Genes.3.
gantur, perisandum est, quòd Christus secundum vtranque naturam caput est omnium electorum,
etiam angelorum. Quia vt deus, creator est omnium, & vnus cum patre dator omnis perfectio-
nis & gratiæ. Quæcunque enim facit pater, hæc & filius similiter facit. Sed vt homo,dicitur caput o- Ioan.5.
mnis viri,ad similitudinem capitis naturalis.Primò,ratione suę perfectionis.Sicut enim in capite vigent
omnes sensus,in membris verò reliquis non inuenitur nisi tactus:sic in Christo erat plenitudo omnium
gratiarum, in aliis verò est gratia particularis. Propter quod dicit Ioannes, Non ad mensuram dat
deus spiritum scilicet homini Christo. Secundò, ratione suæ excellentiæ, quia vt caput eminet mem- Ioan.1.
bris, sic Christus electis. Prælatus est enim angelis atque hominibus. Tertiò ratione suæ influen- Galat.4.
tiæ: quemadmodum enim caput influit membris vitam & motum naturalem, sic Christus influit no-
bis vitam & motum supernaturalem. Dicit enim Ioannes, De plenitudine eius accepimus omnes. Ioan.3.
Christus autem vt deus, influit authoritatiuè: sed vt homo, influit sicut instrumentum deitati hypo- Ioan.15.
statícæ copulatum in verbo. Quartò, ratione connaturalitatis. Sicut enim caput connaturale est Ephes. 45
B membris: sic Christus hominibus, quorum naturam assumpsit. Porrò per hoc quòd dicitur Chri-
stus caput viri, & vir caput mulieris, non est intelligendum, quòd Christus non sit caput mulieris(est
enim vtroque modo caput mulieris sicut & viri) sed hæc per quandam coaptationem & conueniēn-
tiam intelligenda sunt, quoniam magis conuenit vir cum Christo, quàm mulier. Deus autem pater
dicitur caput, id est generatiuum principium Christi, secundum eius diuitatem. Sed deus trinitas est Ioan.1.
caput,id est causa rector & dominus Christi,secundum assumptam humanitatem. Videtur tamen satis 1.Ioan.5.
impropriè pater dici caput Christi, secundum eius diuinitatem, cum non sit perfectior, dignior, vel
excellentior vnigenito filio suo. [*Omnis vir orans & prophetans*]id est scripturas diuinitus reuelatas a- Ibidem.
liis referans, [*Velato*] id est cooperto [*Capite,deturpat caput suum*] id est inconuenienter se habet circa
capitis dispositionem,talésque actus indecenter exercet. Intelligendum est de oratione & prophetа-
tione publica & solenni, non priuata atque secreta. Sicut cum aliquis orat in persona ecclesiæ, vel in
ecclesia scripturas solenniter recitat, vt legens euangelium siue epistolam. Velamen nanque est signum
subiectionis. Cum ergo vir non sit sub fœmina, sed immediatè sub deo, non debet capite velato actus
exercere prædictos. [*Omnis autem mulier orans*]deum [*Aut prophetans*]modo prædicto[*Non velato capi-* 33. q. 5. cap
te deturpat caput suum]id est inhonestè se habet. Quanuis aūt apostolus non permisit mulierem docere hęc imago
(quod hîc vocatur prophetare) videlicet publicè & solenniter coram omni multitudine, non tamen 1. Timo.2.
prohibuit mulieres docere in suis conuentibus. [*Vnum est enim*]id est tam indecens est mulierem orare 33.q.5.c.
aut prophetare capite non velato [*Ac si decaluetur*]id est si crines ei abscindantur omnino. [*Nam si non* Mulier.
C *velatur mulier*]id est si artificiale velamen ferre contemnit[*Et tondeatur*]id est in gyro radatur, & natu- Actu.18.
rale velamen abiiciat. Quasi dicat, Alterum fieri est necesse, videlicet vt si non velit velari, decaluetur 33.q.3.
aut tondeatur, quorum vtrunque mulieres abhorrent.Ratio autem velationis mulierum est, quia sub- Mulier.
iectæ sunt viris, & quia inter Christum & eas mediant viri. Veruntamen sanctimoniales tondentur, 33.q.5.c.
quoniam Christo immediatè desponsantur,atque à viri subiectione eripiuntur.[*Si*]pro quia[*Vero tur-* hęc imago
pe est mulieri]secundum communem legem[*Tonderi aut decaluari,velet caput suum*]in signum prædictæ
subiectionis ac mediationis.[*Vir quidem non debet velare caput suum*]dum orat aut prophetat modo prę-
dicto.Vel simpliciter non debet velare caput suum,velamine totum caput obuoluente. Quo antiqui-
tus vtebantur aliqui viri,quod est pene simile velamini mulierum.De tali enim velamine exponit glos- 33.q.5.c.
sa hūc locum[*quoniam imago & gloria est dei*]Imago dei attēditur in homine,vel quantùm ad essentialia hęc imago
atque interna hominis.s.penes vires naturales,quæ sunt memoria,intellectus,voluntas,quibus homo ca
pax est dei,& itavir & mulier simili modo dicuntur imago & gloria dei,vel potius ad imaginem dei for
mati.Perfectio quippe specifica consistit in indiuisibili,sicut & species numerorum.Secundò attēditur C. nec ille
imago dei in homine quantùm ad accidētalia,vt sicuti deus ponit res in esse naturali, ita homo ponit eas 33.q.3.
D in esse intelligibili.Et sicut deus est totus in toto vniuerso,& totus in qualibet parte eius: sic anima ho-
minis est tota in toto corpore hominis,& totus in qualibet parte ipsius. Et quantùm ad hoc vir,potius
appellatur, & est imago & gloria dei,quàm mulier. Primo, quoniam sicut ex vno deo omnia profluG- Genes.1.2
xerunt,ita ex vno viro nati sumus omnes homines.Item,Quia in viro magis viget ratio quàm in fœmi-
na,& quoniam præest mulieri.Sic autem videtur apostolus nūc loqui de imagine.Itaque vir imago imi
tatiua est dei,quia in eo relucet diuina perfectio per modum cuiusdam eminentiæ.Est quoq; gloria dei
hoc est,glorioſum plasma illius,& quia diuinam maiestatem clarius repræsentat. [*Mulier autem gloria* Genes.2.
est viri]hoc est honorificentia eius, quia de costa viri formata, & ei subiecta est. [*Non enim ex muliere*
formatus est vir]primus scilicet Adam[*Sed mulier*]videlicet Eua[*Ex viro*]formata est.Vnde Adam.Hæc Genes.1.
inquit,vocabaturvirago,quia de viro sumpta est.¶Adhuc autem probat apostolus,quod mulier sit glo
ria viri,quia propter virum producta est. [*Etenim non est creatus vir propter mulierem*]id est in subsi-
dium Euæ. Nam ante eam creatus est [*Sed mulier*]prima[*Propter virum*]protoplastum. i.in adiutorium Genes.2.
Adæ producta est.Iuxta illud,Faciamus ei adiutorium simile sibi. Sic ergo vir est quodammodo finis
mulieris & dignior ea,ita quod eius perfectio repræsentatur in fœmina, sicut perfectio dei repræsenta-
tur in viro.¶ Aduertendum est quoque quòd gloria distingui potest in gloriā glorificātem & glorifica Psalm.3.
tam.Loquendo ergo de gloria glorificante,deus est gloria viri, & etiam mulieris. Iuxta illud, Tu autem
domine susceptor meus es,gloria mea & exaltans caput meum.Sic quoque vir dici potest gloria mulie- 1.Petri.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris,potius ꝙ ecõtrario.Est enim rector atque perfectio eius. Propter quod ait Archiapostolus in prima E
sua can.Viri similiter cohabitantes secundũ scientiã,infirmiori vasculo muliebri impartientes honorẽ,
tanquam & cohæredibus gratiæ.¶Insuper ponit apostolus aliam rationẽ velationis mulierum.[*Ideo*]sci
Psal.90. licet,quia propter virum creata est [*Debet mulier velamen habere super caput suum, & propter angelos*]id
est propter reuerentiam angelorum (qui frequenter nobiscum sunt) in quorum conspectu velanda est
Psalm.137. mulier,sicut & coram deo,vt profiteatur vbique sui subiectionem.Possunt autem angeli hoc loco intel
Malac.2. ligi spiritus illi cœlestes,de quibus dicitur,In conspectu angelorum psallam tibi.Vel sacerdotes,qui an-
geli nominantur.Primò,propter ampliorem scientiam diuinorum. Secundò, propter annunciationem
mandatorum cœlestium. Tertiò,propter munditiam castitatis. Quartò, propter custodiam dominici
Dionysius gregis.Verior autem ratio est quæ ex verbis Dionysij sumitur. Infimum enim superioris ordinis,& su-
premum ordinis inferioris,magnã habet conuenientiam in natura & nomine. Vnde angeli primæ Hie-
rarchiæ à calore amoris nomen sortiti sunt,quoniam Cherubin nuncupãtur,eò quòd immediatè sequã
tur spiritum sanctum,qui est amor & ignis.Quoniam ergo angelus,stricte loquendo,proprium nomen
est spirituum infimi chori,sacerdotes qui supremi sunt in ecclesiastica hierarchia,angeli dicti sunt.Pro-
Actu.2. pter quod scriptum est,Labia sacerdotis custodiunt scientiam,& legem ex ore eius requirent,quia ange
Malac.2. lus domini exercituum est.Propter hos angelos etiam ideo velandæ sunt mulieres,ne ex earum aspectu
C. Nec il- prouocentur ad concupiscentiam vitiosam. ¶ Ne autem ex præinductis quis putet fœminam non esse
lud.33. q.5. viro æqualem,quantùm ad gratiæ & gloriæ consecutionem,adiecit apostolus[*Veruntamen neque vir sine* F
muliere,neque mulier sine viro]esse potest in successu generationis humanæ,hoc est, vterque sexus ad ge-
nerationem requiritur[*in domino*]id est secundum generationem diuinam, qua deus ex viro & fœmina
vniuersos producit,qui etiam virum & fœminam in statu innocentiæ copulauit. Vel hoc loco dicitur,
quoniam sexus vterque in deo est per gratiam vitæ,& gloriam patriæ.[*Nam sicut mulier de viro*]formata
Cant.2. est.s.Eua de latere Adæ[*ita et vir per mulierem*]id est cæteri viri generantur ex mulieribus.[*Omnia autem*
Roma.1. *ex deo*]mediatè vel immediatè prodierunt,quoniam ex ipso,per ipsum,& in ipso sunt omnia.
¶ Deinde probat Apostolus mulierem esse velandam tempore orationis, per dictamen naturalis ratio-
nis.[*vos ipsi iudicate*]id est discernite & pensate quod quæro[*Decet mulierem non velatam*]capite[*Orare*
dominum?]præsertim in publico.[*Nec ipsa natura docet vos*]id est naturalis ratio non approbat hoc.Vel,
natura,id est dispositio,lex seu proprietas rerum non testatur hoc condecens esse.Mulier enim natura-
C. Est or- liter verecunda est,& inclinationem naturalem habet ad comam nutriendam,scilicet vt naturali velami
do.33.q.5. ne operiatur.Ergo & artificiale velamen addendum est ei. [*Quod vir quidem si comam nutriat, ignominia*
Ezech.44 *est illi*]id est scandalosum est ei hoc facere.Secundum Ambrosium dicit hoc secundum legem,quæ pro
Ambrosi. hibet virum habere comam.Veruntamen Nazarei iubebantur esse comati seu comam nutrire, sed hoc
Num.6. erat propter mysterium,scilicet ad insinuandum,quod in veteri testamento omnia erant velata,quæ in G
Iudicũ.13. nouo testamento reuelantur,idcirco prohibitio comæ modo non obligat. In aliquibus tamen locis fi-
delium,ignominiosum est viro comam nutrire,quia per hoc reputarentur effœminati & molles. Apo-
stolus autem loquitur secundum congruentiam personarum,locorum ac temporum.[*Mulier vero si co-*
C. Est or- *mam nutriat, gloria est illi*]id est, laudabile[*quoniam capilli pro velamine dati sunt ei*] Mulieres enim natu-
do.33.q.5. raliter humidæ & dispositæ sunt ad capitis comam,magis quàm viri. Idcirco natura dedit eis capillos,
2.Thess.2. pro naturali velamine, maximè quoniam naturaliter competit mulieri esse pudoratam, & viro subie-
De cõ. di. ctam.[*si quis videtur contentiosus esse*]contradicendo nostræ doctrinæ.[*Nos talem consuetudinem non ha-*
2.c.nullus. *bemus*]videlicet,vt simus contentiosi.Vnde alibi dicit Apostolus,Noli verbis contendere.[*Neque eccle-*
Augustin. *sia dei*]habet consuetudinem contendendi. Vel sic, Nos talem consuetudinem non habemus, hoc est
Distin.1.c. ego & cæteri Apostoli, atque fideles ex Iudaismo conuersi, non habemus consuetudinem talem in o-
consuetu- rando vel prophetando, qualem iste contentiosus introducere nititur,scilicet, vt oremus aut prophe-
do. temus publicè atque solenniter capite cooperto, vel quod mulier non veletur, neque ecclesia dei ex
Gentibus congregata,& à nobis conuersa habet consuetudinem talem : idcirco ista responsio sufficere
debet contentioso. Vt enim Augustinus affirmat, in his in quibus sacra scriptura nil certum definit,
consuetudo populi dei,& instituta maiorum pro lege habenda sunt. [*Hoc autem præcipio*] obseruan
quod dixit de velatione capitis,vel quod dicam de celebratione dominicæ cœnæ. In quorum vtroque, H
peccauerunt Corinthij, ideo contra contentiosos vitur Apostolus apostolicæ authoritatis præcepto
[*Non laudans*]imò vituperans vos,[*Quia non in melius,sed in deterius conuenitis*] quia ad ecclesiam causa
communionis conuenitis non mordinatè,vt decet,sed infructuosè & vitiosè. Quod patet[*Primum qui-*
dem conuenientibus vobis in ecclesiam]dei[*Audio scissuras esse*]id est dissensiones inter vos pro spirituali-
bus donis. Per hoc insinuatur, quod primum vitium Corinthiorum,tempore conuentionis eorum in
Colloss.3. ecclesiam, erat dissensio, ex qua multa vitia nascebantur. Hæc autem congregatio fidelium corpo-
Ephes.4. ralis in domo dei, nil prodest sine vnione spirituali. Qua omnium voluntates per charitatem nectun-
Matth.18. tur, ita vt eadem velint & eadem nolint[*Et ex parte*]id est partim[*Credo*]sic esse. Non enim credo in
omnibus vobis regnare hæc vitia, sed in aliquibus vestrum. Nec mirum quod sic credo, [*Nam opor-*
tet hæreses esse] non necessitate absoluta, sed conditionali. Iuxta quem modum ait Saluator, Necesse
est vt veniant scandala. Vel oportet, id est vtile est non directè & per se, sed accidenter, quoniam
deus ex malo elicit multa bona.
¶ Vnde iam subditur,cur oporteat vel expediat hæreses esse,videlicet[*vt qui probati sunt*].i.eruditi,ac sta
biles in fide,seu approbati à deo[*Manifesti fiant in vobis*].i.agnoscantur verè fideles, dũ non cedunt erro
ribus,sed incõcussa mẽte perseuerãt in fide,sic quod discernantur ab aliis. ¶ Præterea,multiplex vtilitas
prouenit ecclesiæ,occasione hæreticorũ,videlicet diligentissima scripturarũ elucidatio, patientiq exer-

A citatio,perfectorum coronatio.Multa enim ad fidem spectantia dum ab hæreticis impugnabantur,con 44.distin
siderata sunt subtilius,intellecta perspicacius,prædicata instantius. Fides quoque diuersis ac nouis mi- quando.&
raculis est firmata.¶Deinde Apostolus increpat Corinthios de inordinata sumptione eucharistiæ, quã de cõs.dis.
quidam eorum sumpserunt inter prandia,quidam post prandium,arguentes ex hoc quòd Christus mã & c.liqui-
ducantibus discipulis,benedixit panem,cũmque tradidit illis,iam celebrato veteri pascha.[*Conuenientibus* do.44.dist.
ergo vobis in vnum]in ecclesiam,causa communionis[*Iam non est*]id est non contingit[*Dominicam cœ-* c.quãdo.2.
nam manducare]id est eucharistiam sumere,quæ in cœna nouissima fuerat instituta. Hoc dicit Apostolus,primò,quia non solùm conuenerunt causa communicandi, seu etiam epulandi. Secundò,quia non licuit eis tali modo communicare,quoniam sacramentum istud à ieiunis duntaxat sumendum est,exceptis infirmis.Ideo subditur[*Vnusquisque enim*]vestrùm scissuras habentium[*Suam cœnam*]id est propria cibaria[*Præsumit*]id est parat & secum fert ad ecclesiam[*Ad manducandum*]in ecclesia ante sumptionem sacramenti[*Et alius quidem*]ex vobis[*Esurit*]scilicet pauper qui sibi proprios cibos parare non potuit. cui etiam nihil affertis de vestris cibariis[*Alius autem ebrius est*]scilicet diues qui sibi delicata parauit.Et quia hæc epulatio derogauit honori ecclesiæ,quæ consecrata est deo ad cultum diuinum, non ad epulandum:idcirco increpat eos Apostolus de hoc quòd in ecclesia materiali sine necessitate vescebantur [*Nunquid domos non habetis ad manducandum et bibendum?*]Quasi dicat,imò habetis domos in quibus ta-
B lia fieri decet potius quàm in templo,quod est domus orationis.[*Aut ecclesiam dei contemnitis?*]Hoc est inhonoratis,faciendo in templo quod fieri debet in domo. Vel ecclesiam dei, id est congregationem pauperum fidelium contemnitis? Vnde subiungitur [*Et confunditis eos qui non habent?*]cibaria preciosa, vel sufficientia,scilicet pauperes.[*Quid dicam vobis?*]qui tam multùm erratis,vt vix inueniam quid vobis dici primùm oporteat?[*Laudo vos*]in quibusdam bonis quæ agitis,& quoniam fidẽ tenetis:[*in hoc*] Ioan.10.
quod sic facitis in ecclesia[*Non laudo*]vos.[*Ego enim accepi a domino*]id est ex diuina reuelatione didici Epist.
[*Quod tradidi vobis*]id est quod docui vos de fidei institutione,& cultu,seu modo sumptionis huius sa De cõ. di.
cramenti,quod etiam nunc resumo,& recito vobis, [*Quoniam dominus noster Iesus Christus in qua nocte* 2.c.hqd ô.
tradebatur]id est vespere noctis qua traditus est,captus, ligatus & multiformiter cruciatus [*Accepit pa-* Matt.26.
nem]triticeum & azimum(quo tunc vtebantur Iudæi in esu agni paschalis) [*Et gratias agens*] deo patri Marc.14.
[*Fregit*]panem iam consecratum,hoc est species vel dimensiones panis,non corpus consecratum,[*et de-* Luc.22.
dit]discipulis[*Accipite et manducate*]quod trado[*Hoc est corpus meum*]Hæc verba proferendo consecra Ioan.6.
uit saluator corpus suum. Sed an semel an bis protulit verba hæc,& quando prolulerit verba, quid o- Matt.29.
tiam demonstret pronomen hoc,& alia penè innumera circa hunc locum,possunt inquiri: quæ,quia su
per quartum sententiarum copiosè habentur,omitto.[*Quod pro vobis tradetur*]id est pro vestra redem
ptione morti exponetur,à patre,à meipso,à Iuda,à Iudæis,diuersimodè tamen,vt dictum est.[*Hoc faci-*
C *te*]id est consecrationem huius sacramenti continuatè.Quod pertinet ad sacerdotes duntaxat. Vel,hoc
facite.i.corpus meum accipite atque comedite[*in meam commemorationem*]id est ad memoriam actualẽ
eximiæ dilectionis,ac acerbissimæ passionis meæ imò & omnium beneficiorum meorum. Quod perti-
net ad omnes fideles.Hoc prædixisse videtur Psalmista cum ait,Memoriam fecit mirabilium suorũ mi
sericors & miserator dominus,escam dedit timentibus se.[*Similiter*]sicut de acceptatione panis iam di- Psal.110.
ctum est[*et calicem*] cum vino quod erat in calice. Christus accepit, & sanguinem suum consecrauit Matt.26.
[*Postquam cœnauit*]hoc est agno paschali comesto[*Dicens,Hic calix*]id est contentum in calice isto,vide- Marc.14.
licet sanguis meus,qui verbis consecrationis prolatis continetur in calice [*Nouum testamentum est*] id est Luc.22.
nouæ promissionis stabilimentum.In veteri enim testamento promittebantur bona temporalia & car-
nalia:In nouo autem cœlestia & æterna.Vel,nouum testamentum. i. nouæ ac euangelicæ doctrinæ seu
noui testamenti cõfirmatiuus[*in meo sanguine*].i.virtute & precio effusionis sanguinis mei. Per effusio- Ioan.6.
nem enim sanguinis Christi,prępparata sunt nobis bona cœlestia & horum bonorum promissio stabili-
tur in fide & merito sanguinis Christi.Ipsum quoque nouum testamentum in sanguine Christi ratifi-
catur.Iuxta illud ad Hebræos,Testamentum in mortuis confirmatum est.[*Hoc facite*].i. calicem istum
accipite,& potate[*Quotiescunque sumtis*]eum[*in meam commemorationem*]sicut dictum fuit de corpore. Heb.9.
D ¶Siendum verò,quod licet corpus & sanguis Christi dicantur pluraliter sacramenta,sicut cum orat ec-
clesia,Purificent nos domine sacramenta quæ sumpsimus. s. propter materialem diuersitatem specie- De cõ. di.
rum,sub quibus continentur, formaliter tamen sunt vnum sacramentum, loquendo de vnitate perfe- 2. in sacra-
cta & integrali.Nam ad eundem finem & actum completum ordinantur. s.ad spiritualem animæ refe- mento.
ctionem,in qua requiritur spiritualis cibus,& potus.Et quia hoc sacramentum cibus est animæ, cibum C. de scri-
verò oportet copulari cibando,ideirco Christus in sacramento essentialiter continetur.Sub speciebus ptura. de
autẽ panis est corpus Christi directè,vt cõuertionis. Sanguis verò anima & deitas sunt ibi ex concomi c.dist.2. c.
tantia naturali, eò quòd non sint separata ab inuicem. Simili modo sub specie vini est sanguis dire- iteratur.
ctè,corpus autem anima & diuinitas concomitanter. de cõ.di.2.
¶ Deinceps Apostolus quasi exponens verba Christi immediatè prædicta, subiecit [*Quotienscunque ce-* Ioan.5.
nim manducabitis panem hunc]hoc est corpus Christi,quod dicitur panis per proprietatem, quoniam a- De cõ. di.
lit.Vnde ait saluator,Ego sum panis viuus. Item,quia sub accidentalibus formis panis continetur[*et ca-* 2. c. itera-
licem].i.contentum in calice sanguinẽ Christi[*Bibetis, mortem domini*] id est Christi passionem[*Annun-* tur. de cõ.
ciabitis] prædicando, commemorando vel repræsentando [*Donec veniat*] iudicare viuos & mortuos, dist.2.cap.
& seculum per ignem in die nouissimo. Constat ergo, quod vsque ad finem mundi durabit celebra- iteratur.
tio huius sacramenti. [*Itaque quicunque*] celebrans, vel à sacerdote accipiens [*Manducauerit hunc* De c. d. 2.
panem] supersubstantialem, salutarem, cœlestem atque viuificum[*vel biberit calicem*]id est sanguinem c. Et sicta.
domini saluatoris[*indigne*]id est nõ in statu salutis & gratiæ,non reuerenter & deuotè,non secundum Matt.26.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C. reuer. de.c. dist.1. C. Si non aũt de cõ. distinc.2. C. Quia corpus de cõs. dist.2. C. Si non sunt, de cõ se.dist.2.

institutionem Christi,& ordinationẽ ecclesiæ.Requiritur enim in sumptione & celebratione huius sacramenti actualis deuotio, saltem pro aliqua parte temporis, quoniam Christus præcepit hæc fieri in commemorationem, id est in actualem memoriam suæ passionis & charitatis. Nec dubium, quin loquatur de memoria procedente ex charitate, quæ vtique memoria nõ est sine actuali deuotione[*Reus erit corporis & sanguinis domini*]id est sic confundetur, damnabitur & punietur, ac si Christum occidisset, eiusque sanguinem effudisset. Non tamen intelligẽdum est secundum omnimodam æqualitatem, sed secundum magnam similitudinem.¶Præterea aduertendum quod dignitas sumẽdi hoc sacramentum attendi potest dupliciter. Vno modo ex parte sumentis, & sic potest homo dignè accedere, quando videlicet non est sibi conscius, de pctõ mortali, ita vt de preteritis doleat,nec peccare mortaliter proponat,imò omne mortale firmiter vitare intendit, faciens quod in se est, & cum actuali deuotione mẽtem suã disponens.Secundò,ex parte sumpti,videlicet sacramenti quod sumitur, cuius tanta est dignitas propter vnitam diuinitatẽ,vt nullꝰ viator tãtæ valeat esse perfectionis, vt dignus sit ipsum accipere.Quatuor autem consideranda sunt in omni sacrificio,& maximè in celebratione sacramẽti altaris.Videlicet quis offert,vt homo propriam imperfectionem perpendat,confiteatur, & corrigat. Cui offert,vt.s.diuinæ maiestatis dignitas consideretur,& ita cum omni reuerentia accedatur.Quid offert,vt qualitas sacrificij ritè pensetur.Huius autem sacrificij tanta est dignitas,vt non solùm hominum, sed etiam angelorum lingua enarrando deficiat.Et propter quid offertur.Si hæc diligenter pensentur,inæstimabilis erit fructus sacrosanctæ communionis.imò experimentalis & omni admiratione dignissimus. [*Probet autem seipsum homo*]hoc est interiora sua studiosè scrutetur,discutiat, purget, disponat[*Et sic de pane illo edat*]id est taliter examinatus & præparatus corpus Christi manducet[*Et de calice*]sanguinem [*Bibat*]In primitiua nanque ecclesia dabatur hoc sacramentum sub vtraque specie. Sed postea ordinatum est,ne detur populo sub specie vini,propter periculum effusionis. [*Qui enim manducat*] corpus [*et bibit*]sanguinem Christi[*Indigne*]secũdum sensum expositum[*iudicium*]reprobationis.i.meritum æternæ damnationis[*Sibi manducat & bibit*]id est communicando acquirit,quia mortaliter peccat [*Non diiudicans*]id est non discernens[*Corpus*]& sanguinem[*Domini*]id est illud accipiens intimoratè & irreuerenter tanquam alium cibum.Ecce quàm terribiliter loquitur sanctus Apostolus, vt nos ab indigna cõmunione cohibeat.Christus verò non minus terribiliter intonat,vt nos ab abstinentia communionis reuocet:dicens,Nisi manducaueritis carnem filij hominis,& biberitis eius sanguinem, non habebitis vitã in vobis.Quid ergo inter has terribiles comminationes eligendum atque agendum est misero peccatori ? Si enim dixerimus, quia peccatum non habemus,nosipsos seducimus, præsertim cum iustus septies cadat in die,nisi vt seipsum cum omni humilitate disponat,pro viribus confitendo, satisfaciendo,vitam quotidie emendando,Christi beneficia recolendo, & in sola misericordia creatoris integra mente sperando?¶Denique quannis bonum sit,interim ab hoc sacramento abstinere ex timore & reuerentia,propter propriam imperfectionem,& periculi grauitatem,melius tamen est quotidie accedere ex feruenti amore & amicabili familiaritate atque fiducia. Actus enim charitatis dignior est actu timoris.Optimum verò est taliter viuere,vt dignus sit homo quotidie sumere,proficiendo in vera charitate, & per consequens in omni virtute,ac dono spiritus sancti. Hoc nanque est incessabiliter communicare,loquendo de spirituali communione,qua Paulus primus heremita quotidie communicauit, qui tamen intra centum circiter annos,hoc sacramentum sacramentaliter nunquam accepit.[*Ideo*] id est propter irreuerentem sacramenti sumptionem[*Sunt inter vos multi infirmi*]corporali languore[*Et imbecilles*]id est penè cõsumpti longua inualetudine[*Et dormiunt multi*]id est corporaliter moriuntur in pœnam huius culpæ.

Finis.

Ioan.6. 1.Ioan.1. Prouer.24 Lucæ.19.

Leuit.10. Num.15. Exod.32. Actu.5. 1.Corin.10

Quemadmodum enim in veteri testamento grauiter,etiam in præsenti punita sunt, qui statim post legislationem,legem scriptam transgressi sunt,(vt patet de duobus filiis Aaron, & homine colligente ligna in die sabbati, adoratotibus quoq; vituli aurei,qui omnes occisi sunt)ita in nouo testamento statim post euangelicæ legislationem & confirmationem dirè percussi sunt transgressoros euangelicæ legis, vt patet de Anania & Saphyra,& de excommunicatis quos dæmon in primitiua ecclesia corporaliter affligebat,vt dictum est supra.Simili modo communicantes indignè in primitiua ecclesia frequenter mox vltionem diuinam perpessi sunt,scilicet longam languoris molestiam, & interdum etiam corporalem interitum.Talia enim fiebant ad legis confirmationem,& aliorum terrorem. Facit autem deus tales vltiones interdum,vt agnoscatur diuina prouidentia & iustitia.Interdum verò,vt commendetur nobis diuina misericordia. ¶ Deinceps ostendit, quomodo possumus iram atque iudicium dei euadere[*Quod si nosipsos diiudicaremus*]id est nostra peccata considerauerimus, argueremus, & puniremus, dicentes, Tibi soli peccaui. Et illud beati Iob, Vias meas in conspectu dei arguam. [*Non vtique iudicaremur*]iudicio reprobationis. (De quibus dicitur in Ioanne, Qui credit in filium, non iudicatur)id est, non damnaremur:quia vt dicitur per Prophetã,non consurgat duplex tribulatio. Loco cuius alia translatio habet,Nõn iudicabit dominus bis in idipsum. Loquitur Apostolus in persona totius generis humani,cum ipse non esset in isto culpabilis.¶ Deinceps ponit vtilitatem diuinæ correctionis.[*Cum iudicamur autem a domino*] Hoc est, per nostros excæssus temporalibus pœnis addicimur, (sicut nunc dicum est de indignè communicantibus) [*Corripimur*]id est flagello paternæ correctionis percutimur. Iuxta illud Apocalypsis, Ego quos amo, arguo & castigo. Et Iob, Beatus homo qui corripitur à domino [*vt non cum hoc mundo damnemur*] id est ne cum mundanis & vanis hominibus super quos non est virga dei, æternaliter pereamus. Hoc est quod alibi scriptura loquitur, Etiam non multo tempore sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere,magni beneficij est indicium.[*Itaque fratres mei*]ne præinducta mala vobis contingant[*Cum conuenitis*] in ecclesiam materialem [*Ad manducandum*] panem cœlestem, videlicet corpus dominicum[*inuicem expectate*]vt non inchoetur celebratio diuinorum:nec fideles communicent,nisi cum omnes conuenerint.[*Si quis autem esurit*]non potens expectare tam diu[*Domi manducet*]cibum corporalem,non in Ecclesia,sicut hucusque fecistis.Nec tamen postmodum communicare præsumat eodem die,quoniam à ieiuno duntaxat sumendum est sacramentum.Hæc igitur facite[*Vt non in iudicium*]damnationis,[*Conueniatis*]hoc est ne conueniendo inordinatè incurratis non fructum sacræ communionis,sed iudicium perpetuæ mortis. [*Cætera autẽ*]quæ modo non scribo[*Cum venero disponam*]Ex hoc elicitur,quòd quædam obseruantur in ecclesia ex ordinatione apostolorum,quæ scripta non sunt,vt est adoratio crucis in die parasceues.Vnde generalis consuetudo ecclesiæ pro lege seruanda est.

C. sacramẽt. de cõsec. dist. 2. Et c. liquido. de cõ. dist.2. C.consuetudo.di.2.

Cap. XII. [*De spiritualibus autem,nolo vos ignorare.*] Artic. XII.

B

Epist: Pſal.113. Zach.8. Heb.1. Apoc.2. I.Ioan.4. Galat.5. Philip.2. Matt.7. Rom.13. Iacob.5. Dionysi⁹. Galat.3. Galat.3. Galat.3. Ioan.11.

Orrectis Corinthiorũ erroribus circa sacramenta,baptismi,matrimonij,& eucharistiæ:nũc instruuntur de donis & gratiis supernaturalibus spiritus sancti tam gratum facientibus quã gratis datis,& ait [*De spiritualibus autẽ*]id est diuinis charismatibus,donis,seu gratiis spiritus sancti[*Nolo vos ignorare*]id est ignaros esse,quid secundum catholicam fidem de illis sit tenendum,ô[*Fratres*] Deinde ostendit apostolus quales isti fuerũt antequã receperunt gratiam dei.[*Scitis autem*]memoriter tanquã experti[*Quoniam*].i.quòd[*Cum gentes essetis*]hoc est,in gentilitate conuersantes,gentiliterq; viuentes eratis[*Et simulachra muta*]id est idola insensata,de quibus scriptum est,Os habent & non loquentur[*Prout ducebamini*]suggerente diabolo, vel propria consuetudine,[*Euntes*]id est assiduè proficiscentes.[*Ideo notum vobis facio*]per præsentem scripturã [*Quod nemo in spiritu dei*]id est in spiritu sancto[*Loquens*]verbo cordis,verbo oris, vel verbo operis. De quo Zacharias propheta,Hæc sunt,inquit,verba quæ facietis,&c.[*Dicit*]aliquod horum trium verborũ [*Anathema Iesu*]id est blasphemiam vel quodcunq; mortale peccatum à deo separatiuũ, contra Christum. Hoc dicit Apostolus ad innuendum,ꝙ per gratiam dei vitatur mortale peccatum, & vt sciamus illum non operari aut loqui in spiritu sancto,videlicet secũdũ gratiã eius(quod idem est dicere) qui Christo iniuriã irrogat.Vnde in prima Iohãnis canonica habetur.In hoc cognoscitur spiritus dei. Omnis spũs qui confitetur Iesum Christum in carne venisse,ex deo est.Et omnis spiritus qui soluit Iesum Christũ, ex deo non est.[*Et nemo potest dicere,dominus Iesus*]id est Iesum Christũ cum debita attentione, & cordis affectu exprimere. Vel,eum veraciter dominum suum appellare[*Nisi in spiritu sancto*]hoc est,ex gratia gratificante.Talis enim prolatio Iesu,cum sit confessio oris & actio meritoria, procedit ex charitate & fide formata.Nec obstat quod air saluator.Non omnis qui dicit mihi,domine domine, intrabit in regnum cœlorũ.Talia enim atque similia intelliguntur de dictione informi ac nuda,cui nec charitas nec operatio correspondet.Apostolus autem vult dicere quòd non possumus aliquid meritoriè cogitare, loqui vel operari,nisi in spiritu sancto per gratiã gratificantem.Declarata necessitate & efficacia gratiæ,sequitur quoque gratiarum ostensio,agit Apostolus de gratiis in speciali.Denique triplex ponitur differentia hominum quantùm ad actus & habitus animæ rationalis,vt Thomas in secunda secundæ pulchrè deducit.Prima est,secundum diuersas gratias gratis datas.Nam alij datur gratia prophetiæ, alij gratia sanitatum,alij sermo sapientiæ,alij sermo scientiæ,sicut patebit.Secunda differentia est, secũdum diuersitatẽ officiorum ac statuum.Alij enim datum est ministerium apostolatus,alij ministeriũ sacerdotij.&c.Tertia est,secundũ diuersitatẽ vitæ & operationũ.Quidã enim sunt cõtẽplatiui,quidã actiui. ¶Gratia autẽ est duplex,videlicet gratũ faciens,& gratis data,quę differunt in hoc, quod per gratiã gratum faciẽtem cõuertitur rationalis creatura immediatè ad deũ conuersione charitatiua. Datur enim hæc gratia principaliter propter bonũ eius cui præstatur.Gratia verò gratis data est,per quã vnus cooperatur saluti alterius.Quæ enim à deo sunt,ordinata sunt.Ordo autẽ in hoc cõsistit,vt ait Theologus,vt vnus per aliũ reducatur ad deum.Idcirco gratia gratis data,datur principaliter propter bonum alterius,scilicet propter vtilitatem ecclesiæ.Sed ad hanc vtilitatem tria requiruntur.Primò,quædam facultas exercendi actum ecclesiæ vtilem,& ista habetur per gratiam gratis datam,vt est donum linguarum,gratia miraculorum:Secundò requiritur authoritas exercendi actum hniusmodi,vt apostolatus,vt sacerdotium.Tertiò quoque exigitur executio operum.¶Quantùm ergo ad primum istorum, dicit Apostolus. [*Diuisiones vero gratiarum*]gratis datarum(de quibus nunc agitur) id est, ipse gratiæ diuisæ sunt, cùm sint diuersæ ac plures, sicut dicetur. [*Idem autem spiritus*]est, scilicet spiritus sanctus, qui est omnium donorum istorum gratuitorum collator. Quantùm autem ad secundum, subiungitur, [*Et diuisiones ministrationum sunt*] id est, officia seu ministeria ecclesiasticarum personarum distincta & varia sunt. [*Idem autem dominus*] distributor istorum. [*Et diuisiones operationum sunt*] id est diuersæ sunt executiones officiorum iam prædictorum, & vnum opus maius & dignius est alio. Quidam per ministrationes intelligunt effectus gratiæ gratis datæ quantùm ad alios, prout vnus alteri subseruit. Per operationes verò,effectus gratiæ quò ad seipsum. Quamuis etiam tria nomina hîc expressa, videlicet spiritus, dominus, deus, vnicuique diuinæ personæ conueniant,propriè tamen per spiritum accipitur spiritus sanctus, per dominum filius, per deum pater. [*Idem vero est deus qui operatur*] mediatè vel immediatè [*Omnia in omnibus*] reddendo singula singulis,id est omnia quæ fiunt in quacunque re: quicquid enim est causa causæ, est causa causati:imò effectus causæ secundæ magis ascribendus est causæ primæ, quam causæ secundæ. Non autem operatur deus omnia in omnibus, tanquam sit forma & esse internũ omnũ rerum,vt multi putauerunt,sed sicut causa efficiens & finalis,cuius virtute & desiderio operatur omnis causa secunda. ¶Deinceps ponit Apostolus causam finalem infusionis gratuitorum donorum.[*Vnicuique autem*]id est omni cui datur,[*Datur manifestatio spiritus*]id est gratia gratis data,qua declaratur præsentia spũs sancti,nõ quòd talis gratia semper coniuncta sit charitati, ita vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Num.22. deus per eam habitet in homine, ſicut in electis habitare fertur per acceptionē ipſorum: imò gratia talis E
Math.7. ſæpe confertur malignis, vt patet de Iuda proditore & Balaam. Propter quòd ait Saluator, Multi dicent
2.Petr.1. mihi in die illo, Domine, domine, nūne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dęmonia eieci
Matth.25. mus, & virtutes multas fecimus? &c. Dicitur tamē gratia iſta manifeſtatio ſpiritus, quia frequētius ſignū
Luc.19. eſt diuinæ inhabitationis, & ſemper oſtēdit virtutē diuinā preſentialiter operantē per dona huiuſmodi.
1.Petr.4. Datur ergo hæc gratia [*Ad vtilitatem*].i. profectū eccleſiæ, ſicut oſtēſum eſt. Datur enim talentū diuini
beneficij vt exp endatur vtiliter, nō vt abſcōdatur ignauiter: ſecūdū quod ait ſaluator, Negotiamini dum
venio. Et Petr⁹ quoq; hortatur. Vnuſquiſq; ſicut accepit gratiā, in alterutrū illā adminiſtrantes. ¶ Dein-
de enumerantur gratię gratis datæ. [*Alij quidem datur per ſpiritū*].i. à ſpiritu ſancto [*Sermo ſapientiæ*] id eſt
ſapientia aliis ſermocinādi, videlicet cognitio diuinorum. [*Alij autem*] datur [*ſermo ſcientiæ*] id eſt ſcientia
Rom.1. rerū humanarū & creaturarū, per quas declarātur diuina, quoniā inuiſibilia dei per ea quæ facta ſunt,
cognoſcūtur [*ſecundum eundem ſpiritum*].i. ſecundū beneplacitū eiuſdē ſpiritus ſancti, & non ſecūdū vel
Luc.21. propter merita noſtra. ¶ Exprimit autē Apoſtolus hæc duo dona gratuita præmittēdo ſermonē, ppter
Eccl.41. duo. Primò ad inſinuandū quòd ordinātur ad inſtructionē aliorū. Secūdò ad iunuēdū quòd nō ſolūha
Eccl.20. bitualis cognitio, ſed etiā viſus ſeu ordinata expreſsio ſit à deo. Vnde dicit Saluator, Ego dabo vobis os
Eſaiæ.11. & ſapientiā, cui nō poterūt reſiſtere oēs aduerſarij veſtri. Et alibi habetur, Sapiētia abſcōdita, & theſau-
rus inuiſus, quę vtilitas in vtroq;? ¶ Sciēdū verò, ꝙ iſta ſapiētia & ſciētia realiter differunt à ſapientia & F
ſciētia quę ſunt de numero ſeptē donorū ſpūs ſancti. Illa enim haberi nō poſſunt ſine charitate & gra-
tia gratū faciēte: iſta verò, vt dictū eſt, poſſunt eſſe in impiis. [*Alteri*] datur [*Fides*] id eſt conſtantiſſima
certitudo de inuiſibilibus, quæ in ſacra ſcriptura præſupponuntur. Non ergo ſumitur fides hoc loco,
prout eſt virtus theologica. [*In eodem ſpiritu*] id eſt virtute ſpiritus ſancti. [*Alij*] datur [*Gratia ſanitatum*]
Ioſue.10. id eſt virtus curandi infirmos [*In vno ſpiritu*] id eſt in ſpiritu ſancto. Qui in ſeipſo vnus & ſimplex eſt,
quāuis in donis ſit multiplex. [*Alij*] datur [*Operatio virtutum*] id eſt magnorū miraculorū facultatē natu-
ræ omnino excedentiū, vt eſt ſtatio ſolis. [*Alij prophetia*] hoc eſt cognitio futurorum cōtingentium cer-
ta atque diuinitus inſpirata. [*Alij diſcretio ſpirituum*] hoc eſt diſcreta cognitio ſeu rectū iudicium de his
quæ in animo aliorū verſantur, vel ab eis proferuntur, vt ſciat homo quo ſpiritu vnūquodque dicatur.
1.Iohā.4. Poteſt quoq; intelligi de diſcretione ſpirituū bonorū inter malignos diſcernendi, ne fallatur quis à Sa-
tana, proponēte mala ſub ſpecie boni, vel in ſpecie angeli apparente. [*Alij*] dātur [*Genera linguarum*] id eſt
diuerſa idiomata, ſeu facultas vtēdi cōpluribus linguis. [*Alij*] datur [*Interpretatio ſermonum*] id eſt expoſi-
tio alienorū idiomatum, vel difficiliū ſenſuū, aut prophetaliū viſionū. Sanctus Thomas in prima ſecūdę
aſsignat ſufficientiā gratiarū iſtarū hoc modo, Gratia gratis data ordinatur ad hoc, vt vnus cooperetur
ſaluti alterius. Ad hanc verò cooperationē tria requiruntur. Primū eſt, diuinorū præclara quædā cogni
tio. Secundū eſt, eorundē firma probatio, nō vtiq; per naturalem rationē, ſed per diuina miracula. Ter-
tium eſt, eorum apta prolatio. Quantùm ad primū tria ſunt neceſsaria. Primò, vt aliorū inſtructor pri- G
ma principia ſacræ ſcripturę, puta articulos fidei, certiſsimè noſcat. Et quantū ad hoc ponitur fides, quę
iam ſumitur pro certitudine fidei. Secundū eſt, certa cognitio principalium cōcluſionum ex prędictis
principiis deductarum, & ita eſt ſapiētia. Tertium eſt, declaratio diuinorum & inuiſibilium credēdorū
per manifeſta exēpla, ſicq; ponitur ſermo ſciētiæ. Confirmatio autē ſeu probatio inuiſibiliū fidei, ſit per
ea quę diuinæ virtuti ſunt propria, & hoc dupliciter. Primò, vt ea fiāt quę diuinæ poteſtati ſunt ꝓpria,
vt ſunt diuina prodigia. Quę ſi pertineant ad corporis ſanitatē, erit gratia ſanitatum: ſi verò ordinentur
ad diuinę potētię manifeſtationē, erit operatio virtutum: ſi verò ea manifeſtet quæ diuinæ ſciētiæ pro
pria ſunt, ſic eſt prophetia, quantū ad cognitionē contingētium: vel diſcretio ſpirituum, quātum ad co-
gnitionē ſecretorū cordis. ¶ Ad conuenientē verò prolationē, primò requiritur facultas idiomatum, vt
poſsit homo loqui hominibus cuiuſcunq; idiomatis, & ſic eſt donū linguarum. Secundò exigitur intel
lectualis cognitio ad dicendū, quòd pertinet ad interpretationē ſermonum. [*Hæc omnia operatur*].i. cun
cta dona prędicta efficit in nobis [*Vnus atque idem ſpiritus*] ſanctus [*Diuidens*], i. menſuraliter diſtribuens
FINIS. [*ſingulis*] quibus iſta præſtantur [*Prout vult*] id eſt non ſecundum neceſsitatem naturæ, ſed ſecundum li
bertatem ſuæ voluntatis æternæ. Ex hoc patet, Spiritum ſanctum eſſe verum deum, aliter enim non o-
peraretur hæc prout vult. ¶ Horum exemplum ſubiungitur [*Sicut enim corpus*] humanum [*Vnum eſt*] con
iunctione membrorum & vnitate ſuæ formæ ſubſtantialis [*Et*] hoc corpus [*Membra habet multa*] videli-
Coloſſ.3. cet manus, pedes. &c. [*Omnia autem membra corporis cum ſint multa, vnum corpus ſunt, ita et Chriſtus*] in ſe
Epheſ.1. vnus eſt, habens membra diuerſa, ſcilicet vniuerſos fideles qui Chriſto vniuntur vt capiti, faciúntque
ſub eo vnum myſticū corpus, quod eſt eccleſia. Sicut ergo diuerſis mēbris, ita diuerſis fidelibus diuerſa
dona ſiue officia deputantur atque veniunt. Quomodo autē corpus Chriſti myſticū vnū ſit, ſubditur.
Math.28. [*Etenim in vno ſpiritu*].i. in ſpū ſancto, ſeu gratia ſpiritus ſancti [*Omnes nos in vnum corpus*] hoc eſt, ad hoc
Eph.4. vt ſimus vnū myſticum corpus, per fidē & charitatē cōiuncti [*Baptizati ſumus*] nō ſolū in nomine ſpūs
ſancti, ſed in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, vel certè in nomine Chriſti [*ſiue iudæi, ſiue gentiles,*
ſiue ſerui ſiue liberi] id eſt diuerſitas ritus aut conditionis vnitatem iſtam non impedit [*Et omnes in vno ſpi-*
ritu] ſancto [*Potati ſumus*] ſpirituali potatione, id eſt diuerſis chariſmatibus ſpiritus ſancti impleti. De qua
potatione dicit Saluator apud Ioannem, Qui biberit ex aqua quam ego dabo, non ſitiet in æternum,
Iohan.4. ſed aqua quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. ¶ Deinde Apoſtolus ſimiliter
dinem iſtam clarius explicans, ſubdit. [*Nam et corpus non eſt vnum membrum, ſed multa.*] Loquitur au-
Col.3. tem de corpore naturali organico, quod conſtat ex membris diſtinctis. [*Si dixerit pes, quoniam non*
ſum manus, non ſum de corpore, non ideo non eſt de corpore?] Hoc intelligi poteſt, vel de pede corporis
humani, qui non ideo eſſet pars corporis, quamuis diceret ſe non eſſe manum. Vel de pede eccle-

A ſiæ, hoc eſt homine habente gratiam inferiorem. Itaque ſi dixerit pes iſte, quoniam non ſum manus. i.
ex quo non ſum ita perfectus, vt is cui operatio virtutum collata eſt, idcirco non ſum de corpore myſti
co eccleſiæ, non ideo non eſt de corpore. hoc eſt, ex hoc nō ſequitur, quòd nō ſit aliquo modo de cor-
pore eccleſiæ: [*Et ſi dixerit auris, Quoniam non ſum oculus*] ideirco [*Non ſum de corpore, non ideo non eſt de*
corpore.] Poſſunt autem per aurem & oculū intelligi naturalis corporis membra, vel perſonæ eccleſia-
ſticæ, vt per aurem intelligatur qui habet gratuitum donū ſcientiæ: per oculos autem, qui habet gratiam
ſapientiæ, quorū inferior, quanuis diceret ſe non eſſe parē ſuperiori, ex hoc tamen nō ſequeretur, quod
nullo modo ad corpus eccleſiæ pertineret. [*ſi totum corpus*] eſſet [*Oculus, vbi*] eſſet [*Auditus?*] id eſt, auris. Rom.12.
[*Si totum*] corpus eſſet [*Auditus, vbi*] eſſet [*Odoratus?*] id eſt nares. Per hoc deſignantur, quòd ſi omnes fi-
deles eſſent vnius officij, non poſſet ſaluari diuerſitas officiorum, gratiarū & operationum, quæ ad eccle
ſiæ perfectionem requiritur perirétque decor eccleſiæ, qui in ordine diuerſorum cōſiſtit. [*Nunc autem*]
propter exercenda opera naturæ neceſsariò [*Poſuit*].i. ordinauit, formauit atque cōſtituit [*Deus*] per cau
las ſecundas [*Membra*] in corpore hominis. [*Vnumquodque eorum in corpore*] humano [*Sicut voluit*] qui o-
mnia operatur ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ. [*Quod ſi eſſent omnia*] ad corporis integritatem Epheſi.1.
B ſpectantia [*Vnum membrum: vbi*] eſſet] *Corpus?*] q.d. Non eſſet corpus organicum, ad cuius perfectionem
diuerſa membra concurrunt. [*Nunc autem*] ad vitandum inconueniens tale [*Multa quidem membra*] ſunt, Ibidem.
[*Vnum autem*] eſt [*Corpus*] reſultans ex diuerſitate membrorum: ſimili modo eſt in eccleſia. Sed quanuis
ſit tanta diuerſitas ordinis in naturalibus membris corporis, ac myſticis membris eccleſiæ, ſuperiora ta-
men indigent inferiorum auxilio, ſicut ſubiungitur, [*Non poteſt autem oculus dicere manui.*] Quāuis o-
culus loqui poſſet, non tamen veraciter diceret manui, quæ eſt organum organorum atque inferior ocu
lo [*Opera*] id eſt actione [*Tua non indigeo.*] quod enim oculus videt agendum, manus exequitur. [*aut ite-*
rum, caput] non poteſt dicere [*Pedibus*] qui viliores ſunt capite [*Non eſtis mihi neceſſarii.*] Pedes enim per- Galat.6.
ducunt caput ad neceſſaria alimenta. Sic in eccleſia, contemplatiui (qui deſignantur per oculum) indigēt
opera actiuorum: & prælati ſignificati per caput, indigent ſubditis, qui exprimuntur per pedes. Poteſt
enim humilis, poteſt & ſubditus, quod non poteſt ſublimis & rector. [*ſed multo magis quæ videntur mem*
bra corporis infirmiora eſſe] id eſt viliora, vt manus & pedes, quæ cunctis membris deſeruiunt. Vel inſir
miora, hoc eſt teneriora, vt oculus [*Neceſſariora ſunt*] ad vitæ ſuſtentationem. [*Et quæ putamus ignobilio-*
ra eſſe membra corporis] vt ſunt membra quæ generationi atque egeſtioni deſeruiunt [*His honorem abun-*
dantiorem circundamus] id eſt diligentius tegimus & veſtimus. Sic in eccleſia imperfectioribus maior cu
C ra & ſubuentio neceſſariæ ſunt, vt ſcilicet diligentius inſtruantur & ſpiritualibus donis perficiantur.
[*Honeſta autem noſtra*] hoc eſt membra corporis pulchriora, nullius operimenti & ornatus [*Egent*] vt o-
culi, genæ, facies [*Sed deus temperauit*] id eſt conuenienter proportionauit [*Corpus*] humanum. Cuius tem Deut.32.
perationis modus annectitur [*ei cui deerat honor*] id eſt membris vilioribus [*ampliorem tribuendo hono-* 2.Reg.13.
rem] id eſt ornatum veſtimentorum, quia indidit hominibus naturalem inſtinctum, ad hoc [*vt non ſit*
ſchiſma] id eſt diſproportio membrorum [*in corpore, ſed in idipſum*] hoc eſt propter bonum totius cor-
poris [*Pro inuicem ſolicita ſint membra*] id eſt ſibi inuicem prompte ſubſeruientia in rebus agendis, peri-
culiſque vitandis. Sicut pro defenſione oculorum manus ſe obiicit, & pro manuum defenſione, oculus
vndique conſpicit. [*et ſi quid*] moleſtiæ [*Patitur vnum membrum*] compatiantur omnia membra, ſuccur-
rendo læſioni membri infirmi: nam & dolor vnius membri redundat in aliud. [*Siue gloriatur*] id eſt in
aliquo delectatur [*vnum membrum, congaudeant omnia membra*] id eſt ſuo modo congratulentur atque re- Epheſi.5.
floreant. Quemadmodum ergo tanta eſt habitudo inter corporis membra, vt vnum alteri auxilietur, cō
doleat, congratuletur, ſic eſſe oportet inter fideles, ſi velint effici membra Chriſti. ¶ Vnde ad oſtenden Rom.15.
dum quòd iſta fideles concernant, ſubiungitur. [*Vos autem eſtis corpus Chriſti*] myſticum, charitatis & fi- Coloſſ.3.
dei nexu ad inuicem, & cum Chriſto vnitum. [*et*] eſtis [*Membra*] dependentia, quantùm ad eſſe ſpiritua- Epheſ.4.
les [*De membro*] id eſt Criſto principali capite noſtro. Vel de membro, id eſt perſona eccleſiaſtica, cuius
D prædicatione eſtis conuerſi. ¶ Deinde tractat apoſtolus de ordine prædictorum donorum, & diſtin- Pſalm.6.
ctione miniſtrationum. [*et quoſdam quidem*] id eſt paucos, reſpectu aliorum [*Poſuit deus*] per fidem & gra
tiam [*in eccleſia*] id eſt inter fideles [*Primum*] ordine dignitatis [*apoſtolos*] ſummos ac primos Chriſti vica
rios, principes populorum ac iudices. [*Secundo*] id eſt ſtatim poſt apoſtolicam dignitatem poſuit, [*Pro-*
phetas] noui teſtamenti, myſteria ſcripturarum ac futura pronunciantes, quales in actibus apoſtolorum
leguntur fuiſſe Agabus, Sileas, & alij plures. Ariopagitam quoque Dionyſium fuiſſe prophetam teſtā- Actu.11.
tur epiſtola eius ad euangeliſtam Ioannem. [*Tertio*] loco dignitatis, poſuit deus [*Doctores*] præcepta vitæ Actu.13.
prædicantes, & alios imbuentes. De quibus in actibus legitur, Erant autem in eccleſia, quæ erat Antio-
chiæ, prophetæ & doctores [*Deinde*] poſuit in eccleſia [*Virtutes*] id eſt operatores miraculorum in rebus
extra hominem. [*Exinde*] poſuit [*Gratias curationum*] hoc eſt ſanatores corporum humanorum ordine
ſupernaturali. Certum eſt autem, omnia iſta conuenire apoſtolis. Erant enim ſummi prophetæ, & pri-
mi doctores eccleſiæ ſignis præclari: ſed Apoſtolus ponit hic ordinem gratiarum & gradus miniſtro-
rum, digniora dignioribus tribuens. ¶ Præterea poſuit deus in eccleſia [*Opitulationes*] id eſt adiutores
ſuperiorum, ſicut archidiaconi opitulātur epiſcopis: [*Gubernationes.*] id eſt prælationes minorum per-
ſonarum, vt ſunt presbyteri: [*Genera linguarum*] id eſt loquentes linguis diuerſis ex gratia ſpeciali: [*In-*
terpretationes ſermonum] hoc eſt occultorum ſenſuum explanatores. ¶ Quod autem non omnia dona
data ſint ſingulis, ſed vni hoc, alij illud, declarat continuò [*Nunquid omnes*] homines [*apoſtoli?*] non vti-
que, ſed pauciſsimi. quantò enim perfectio maior, tantò eſt rarior. [*Nunquid omnes prophetæ nunquid om-*
nes doctores? nunquid omnes virtutes?] id eſt miracula operantes [*Nunquid omnes gratiam habent curationū?* Eſa.11.
nunquid omnes linguis] diuerſis [*Loquuntur? nunquid omnes interpretantur?*] exponendo obſcura. ¶ Ne au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem desiderium hominum principaliter feratur ad desiderandum dona ista gratuita, eo quòd ad hono- E
rificentiã quandam pertineant, monet Apostolus, vt dona gratum facientia, sicut sunt septem dona spi
ritus sancti, potius desideretur. [*Aemulamini autem*] hoc est, sectamini & optate [*Charismata meliora*] hoc
est salubriora dona spiritus sancti. [*Et adhuc*] vltra omnia prædicta [*excellentiorem*] viam ad patriam per-
1. Cor. 12. ducentem [*Vobis demonstro.*] In sequentis capituli exordio, scilicet charitatem.

Cap. XIII. [*Si linguis hominum loquar, &c.*] Artic. XIII.

Actu. 2. Epist. Abito tractatu de gratiis gratis datis, iam agitur de charitate, quæ secundum
quosdam realiter idem est cum gratia gratum faciente. Secũdum Thomam ve-
rò ab ea realiter differt. est tamen inseparabiliter ei vnita. ¶ Charitatis igitur di-
August. gnitatem insinuãs: ait, [*Si linguis hominum*] vniuersorum [*loquar*] sicut & loquor.
Apostolis nanque data est omnium linguarum notitia. Loquar quoque [*et*] spiri
tualibus linguis [*angelorum*] id est quãus sic loqui possem, sicut angeli sancti lo-
quuntur ad inuicem per intellectualem conuersionem vnius ad alium, vt cũ su-
periores illuminant inferiores, vel inferiores superioribus proprios manifestant F
conceptus. Quæ loquutio est per voluntariam determinationem ac intellectualem eorum conuersio-
nem ad inuicem: quod enim in corporalibus facit situs, hoc in spiritualibus efficit ordo, secundum Au-
gustinum. [*Charitatem autem*] dei & proximi [*non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens*]
id est inanem strepitum verborum emitto, qui alios docet atque delectat: mihi autem nõ prodest, quo-
niam spiritualiter mortuus sum. Aes quoque sonando, aliis aliquid significat, cymbalum quoque tin-
niendo audientes delectat. Patet ergo quod donum linguarum sine charitate nihil prosit, quantumcun
que sit sublime. [*Et si habuero prophetiam*] quæ est supernaturalis cognitio futurorum, [*et nouerim mysle*
Marc. 11. *ria omnia*] id est occulta sacramenta summæ trinitatis [*et omnem scientiam*] vtriusque testamenti [*et habue*
Matth. 7. *ro omnem*] hoc est perfectã [*fidem, itu vt montes*] orando, vel imperando [*transferam*] de locis suis. (De qua
fide in Euangelio loquitur Christus, Quicunque dixerit huic monti tollere & mittere in mare, & non
Rom. 5. hæsitauerit, het ei) [*charitatem autem non habeam, nihil sum*] quantùm ad esse spirituale, deiforme ac meri
torium. Charitas enim vita est animæ, ideo charitate ablata definit esse & viuere corã deo. [*et si distribue*
ro in cibos pauperum omnes facultates meas] id est omnia bona mea pauperibus nutriendis erogauero: [*et si*
tradidero corpus meum] tormentis pro obseruatione iustitiæ [*ita vt ardeam*] hoc est comburar: [*charitatem*
autem non habuero, nihil mihi prodest] ad promerendam vitam æternam. Charitas enim viuificat mẽtem,
iungitq; affectum cum deo, refereus cuncta ad vltimum finem. [*Charitas patiens est*] facit enim æquani- G
miter ferre aduersa amore dilecti [*benigna est*]. i. clemens, facilis ad donandum. Hi actus sunt à charitate
imperatiuè, ab habitu verò patientiæ & benignitatis procedunt elicitiuè. [*Charitas non æmulatur*]. i. non
inuidet prosperitati alterius. Porrò significationes huius verbi æmulor, continentur hoc versu, Aemu-
lor, inflatur, amat, inuidet ac imitatur. Charitas [*non agit perperam*]. i. peruersè, impediendo bonum alte-
Matth. 5. rius, [*non inflatur*] tumore superbiæ, [*non est ambitiosa*] optando prælationem [*non quærit quæ sua sunt*]
Iacobi 5. non est inordinatè in seipsam reflexa, ita vt solũ aut finaliter intendat & quærat proprium bonum, sed
potius quærit dei honorem finaliter: proximorum autem salutem quærit vt propriam. Vel, non quærit
quæ sua sunt, id est sua non repetit cum scandalo alterius: nõ enim amat pecunias, sed animarũ salutes.
Hebræ. 4. [*Non irritatur*]. i. nec verbis nec signis prouocatur ad iram. [*Non cogitat malum*]. i. nocumentum inferre
alicui. [*Non gaudet super iniquitate*]. i. de culpa alterius non lætatur, imò compatitur. [*congaudet autem ve*
ritati] vitæ, doctrinæ atque iustitiæ. i. bonis operibus, & rectæ doctrinæ. [*Omnia sustinet*]. i. aduersa fortis-
1. Ioan. 4. ter tolerat, & proximorum defectus piè sustinet. [*Omnia credit*] quæ diuinitus reuelantur. Nõ omnibus
Prouer. 14 cum non sit credendum omni spiritui: nec simpliciter omnia quæ dicuntur credit esse vera, quia hoc
esset incircunspectionis: secundum illud, Innocens credit omni verbo, Vbi innocentia pro defectu sen
Apoc. 2. sus accipitur. [*Omnia sperat*]. i. diuina promissa longanimiter expectat & quæ petit, confidit adipisci [*Om-*
Matth. 24. *nia sustinet*]. i. onera aliorum sustentat & portat. [*Charitas nunquam excidit*]. i. nunquam finitur, aut esse
definit. Quod intelligendum est, non quantũ ad subiectum charitatis: nã habens charitatem potest eam H
amittere. Iuxta illud, Habeo aduersum te, quòd charitatem tuam primã reliquisti. Et Christus in euan-
gelio, Refrigescit (inquit) charitas multorum. Sed intelligendum est, quantũ ad charitatis perfectionem
internã, quoniã ita perfecta est charitas, vt nec actus nec habitus charitatis repugnet statui beatorũ. Vn-
de cum præsenti vita nõ finiuntur, sed in futuro perficiuntur. Tunc enim charitatis præceptum perfe-
Rom. 8. ctè implebitur. Potest tamẽ intelligi de charitate perfectorum, qui ità in dilectione & gratia confirmati
sunt, vt cum Apostolo dicere queant, Quis nos separabit à charitate Christi? [*sine*] sint [*prophetiæ*] tamẽ
[*euacuabuntur*]. i. cessabunt cum vita præsenti. Prophetia enim est obscura cognitio, & concernit futu-
Luc. 3. ra: cognitio autẽ beatorum est clara, & omnia sunt eis quasi præsentia. [*Sive linguæ cessabunt*] esse in pa-
tria. Nõ quòd substantia linguæ aut vsus eius non erit, nec sancti in patria omnia corporis membra ha-
bebunt, & vocali laude atque corporea voce vtentur, prout probabilius dicitur. Intelligẽdum est ergo,
quòd donum linguarum cessabit, quia nõ dabitur in patria alicui vsus linguarũ diuersarum, ad hoc vt di-
uersis loquatur linguis diuersa, eo quòd nõ omnes linguas intelligãt. omnes enim omnes linguas cogno
scent. Et sicut probabiliter æstimant aliqui, sicut in primo statu generis humani erat populus vnus &
Genes. 11. lium vnum, vt patet in Genesi: sic in vltimo statu erit omnium electorum vnum idioma. Ad quod ap-
Zach. 14. plicari potest illud Zachariæ, In die illa erit dominus vnus, & nomẽ eius vnum. [*Sive scientia destruetur*]
non quantũ ad habitum, aut species intelligibiles: sed quantũ ad actum & modum agendi. i. quãtùm ad
discursum & reflexionẽ ad phãtasmata, quorũ vtrunq; imperfectionis est. Ideo subditur, [*ex parte enim*

A hoc est imperfectè [*Cognoscimus, et ex parte prophetamus.*] Vtraque enim cognitio valde incompleta est.
Nam sicut se habet oculus noctuæ ad lumen solis, sic intellectus noster se habet ad manifestissima na-
turæ, id est ad cognitionem substantiarum saparatarum, & maximè dei sublimis & benedicti, quæ tamẽ
ex sua natura sunt maximè cognoscibilia, cum sint maximè actualia atque formalia. [*Cum autem venerit*
quod perfectum] hoc est cum in patria fuerit nobis concessa visio dei per speciẽ, quæ est perfecta & pror
sus durissima [*Euacuabitur*] id est destruetur [*Quod ex parte est*] hoc est imperfectio cognoscendi, non
habitus cognoscitiuus, nec actio eius perfectionalis, sed rationatiuus quo proceditur à noto ad ignotum
per inquisitionem, quod non erit in patria. ¶ Sed circa hoc aliqui mouent, quòd etiam dilectio nostra Ezec. 27.
est imperfecta, & imperfectio nostra tolletur in patria. Ad quod respondendum, quòd imperfectio au-
feratur, directus tamen immediatus ac proprius actus charitatis non tollitur, sed perficitur in beatis.
¶ Deinde apostolus ponit declarationem istorum per exemplum status puerilis, qui cũ sit imperfectus,
euacuatur adueniente matura ætate. [*Cum essem paruulus*] ætate, sensu & quantitate. [*Loquebar vt par-*
uulus] verba imperfectè pronunciando [*Sapiebam vt paruulus*] circa veritatis notitiam sæpe errando [*Co*
gitabam] puerilia & iocosa. [*Vt paruulus*] facere solet [*Quando autem factus sum vir*] ætate & sensu [*Eua-*
cuaui quæ erant paruuli] id est puerilia dereliqui, & ad perfectionem me transtuli. [*Videmus*] oculo intel-
B lectuali, id est deum cognoscimus [*Nunc*] id est in præsenti exilio [*Per speculum*] id est per obscuras ima
gines, scilicet creatas essentias, quæ dei naturam imperfectè, imò obscurissimè repræsentant. Non enim
ostendunt quid deus sit, sed quid non sit. Nec ostendunt de deo quid est, sed quia est. Sic ergo videmus
per speculum [*in enigmate*] id est in vmbrosa similitudine, vt pote in formis intelligibilibus, & scriptura
rum figuris ac tropis, in quibus modicum quid diuinæ lucis resplendet. Omnis nanque creata essentia,
omnisque species intelligibilis intellectũ in hac vita perfectis, in infinitum occumbit, & deficit à perfe-
ctione diuinæ naturæ. Idcirco eam repræsentare nõ potest, nisi obscurè & circumuelatè. Propter quod
diuinissimus Dionysius asserit, Impossibile est aliter nobis lucere diuinum radiũ, nisi circumuelatũ va-
riis velaminibus sensibiliũ rerum. [*Nunc cognosco ex parte*] id est imperfectè. Vnde in Iob dicitur; Ecce
hæc ex parte dicta sunt viarũ eius. Et cum vix paruam stillam sermonũ eius audierimus, quis poterit to
nitruum magnitudinis eius intueri? [*Tunc autem*] cum ad patriam venero [*Cognoscam*] deum [*Sicut et co-* Dionysius
gnitus sum] ab eo. i. clarè atque per speciẽ, sicut in prima Iohannis canonica legitur, Cũ apparuerit, simi-
les ei erimus, quia videbimus eũ sicuti est. ¶ Sciẽdũ autẽ quod sicut hoc loco nõ dicit æqualitatem, sed Iob. 26.
similitudinẽ quandam, quæ consistit in hoc, quòd sicut deus gloriosus & sanctus videt seipsum per pro 1. Iohan. 3.
priã essentiã, ita q; in deo idem sunt, quod videtur, & quo videtur, seu obiectũ & species: sic nos videbi-
mus eũ per ipsius essentiã, tanquã per intelligibilẽ formã nostræ menti immediatè, nõ tamen inhæsiuè
vnitã, sicque deus erit nobis quod videbimus, & quo videbimus, seu obiectũ & species. Nulla nanq; for
ma creata tãtæ perfectionis est, vt per eã videri possit deus secundũ quòd in seipso subsistit, imò ab hu-
C iusmodi diuinæ essentiæ repræsentatione deficit infinitã. Vnde summi philosophi, tã Platonici quã Pe-
ripatetici dixerũt, primã causam nõ cognosci ab aliqua substãtia separata, nisi per negationẽ, & quia est,
ita quòd tantò verius, perfectiusq; cognosceretur deus ab eis, quantò clarius cernerẽt deum penitus in-
uisibilẽ, inenarrabilẽ & incõprehensibilẽ esse. Hoc ergo apostolus dicit, videre deũ facie ad faciẽ, cogno
scere eũ sicut cognoscit nos. Videre autẽ per speciẽ, tantũ est dicere, sicut videre per essentiã, ad quam
beatificã ac superdulcissimã visionẽ disponitur intellectus creatus in patria immediatè, per lumẽ glorię,
quod est gratia consummata ponẽs intellectũ in esse deiformi ac deificato. [*Nunc autem*] id est tempore Galat. 5.
viæ & peregrinationis istius [*Manent*] in corde fidelium [*Fides, spes, charitas, tria hæc*] id est hæ tres virtu-
tes theologicæ habentes deum pro immediato obiecto. [*Maior autem horum*] id est dignior fide & spe
[*Est charitas.*] Tamẽ virtutes theologicæ digniores sunt cæteris omnibus donis atque virtutibus.

Cap. XIIII. [*Sectamini charitatem.*] Artic. XIIII.

Acta determinatione, quòd charitas maior sit cæteris donis. & gratiis gratis datis, nunc hor
tatur Apostolus ad charitatis imitationem, & gratiarum gratis datarum ponit comparatio- 1. Cor. 13.
F nem & ait, [*Sectamini*] toto cordis affectu [*Charitatem*] dei & proximi, quæ vna est quantùm
ad habitum, & quod deus sit finis, & ratio diligendi proximum. Charitas ergo sectanda est,
D vt si non habeatur, studeamus eam acquirere: si verò habetur, enitamur in ea proficere, &
omnia nostra exercitia ad eius incrementum referre. Ait enim Saluator, In hoc cognoscent omnes, quia Mat. 22.
discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem [*Aemulamini*] id est concupiscite [*spiritualia*] do 1. Iohã. 4.
na, videlicet gratias gratis datas, vt alijs proficiatis. [*Magis autem*] optate [*Vt prophetetis*] quam vt linguis
loquamini, quoniam donum prophetiæ maius est dono linguarum. [*Qui enim loquitur lingua*] id est di- Iohan. 13.
uersis loquelis vtitur, sicut per donum linguarum accepit, loquens videlicet lingua ignota & peregrina.
Vel, qui loquitur lingua, id est idiomate proprio ac voce sine intellectu eorũ quæ dicit, proferens signa
quorũ signata ignorat [*Non hominibus loquitur*]. i. non ad instructionẽ eorum [*sed deo*]. i. ad laudẽ ipsius,
vel quia à deo intelligitur, cuius laudibus instat. [*Nemo enim audit*]. i. i dcirco non hominibus loquitur, Psal. 148.
nemo enim audit auditu cordis. i. nullus intelligit quid ille loquatur, quantùm est ex virtute loquutiõis
illius. Donum enim linguarum per se nõ instruit intellectũ. Sumitur nempe hoc loco, loqui linguis, pro
loquutione non perfectè intellecta, nec satis explanata: sicut purus grãmaticus physicam legere potest
in latino, sed non potest eam exponere: & aliquis simplex legit horas canonicas, quarum sensum nõ ca-
pit [*Spiritus autem*] prophetiæ, id est spiritus sanctus per prophetas [*Loquitur mysteria*] id est diuina secre- Psal. 67.
ta. Dat enim prophetis intellectum eorum, vt possint scripturarum sententias euidenter cognoscere,
& aliis prædicare, quod est ecclesiam ædificare. Propterea subditur. [*Nam qui prophetat*] id est scriptu-
ras exponit, & sensus latentes declarat [*Hominibus*] id est ad profectũ hominum [*Loquitur* (*scilicet ad ædi*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficationem]incipientium[*Et exhortationem*]proficiẽtium[*Et consolationem*]mœstorum, [*Qui loquitur lin* E
gua]secundum expositum[*semetipsum ædificat*]id est sibimet solùm proficit,seque in bono actu exer-
Ambros. cet,proferẽdo verba diuina,& deum orando,quamuis sensum non capiat.[*Qui autẽ prophetat,ecclesiam dei edificat*]sicut nunc dictum est.Prophetare autem (vt patuit,& vt ait Ambrosius)sumitur iam pro eo quòd est visiones diuinas sibi vel aliis factas,seu sacras scripturas diuinitus reuelatas, per intellectuale lumen menti communicatum, exponere. ¶Ne autem apostolus videatur donum linguarum omnino contemnere,addit.[*volo autem*]quantùm in me est[*vos omnes loqui linguis*]diuersis ex dono spiritus, scilicet cum sit quoddã donum [*Magis autem*] volo vos[*Prophetare.Nam maior*]spiritualiter,id est perfectior[*Est*]cæteris paribus[*Qui prophetat*]referãdo abdita scripturarum [*Quam qui loquitur linguis,nisi*
Thomas. *forte interpretur*]id est ea quæ loquitur clarè exponere possit:sic enim maior esset,quia sic haberetvtrũque donum,videlicet prophetiam & linguas. Nam interpretatio sermonum ad donum prophetiæ reducitur. ¶Denique sanctus Thomas in secunda secundæ ponit tres rationes, cur donum prophetiæ dignius est dono linguarum.Prima est, quoniam donum prophetiæ consistit in interiori illuminatione mentis: donum verò linguarum refertur ad diuersas voces proferendas,quæ sunt signa intelligibilis veritatis.Secunda,quoniam donum prophetiæ ordinatur ad notitiam rerum, donum verò linguarum ad notitiam vocum.Tertia,quia prophetiæ donum vtilius est,eò quòd valeat ad ædificationem ecclesiæ,sicut declarauit Apostolus. Vnde per suũpsius exemplum ostendit,quòd donum linguarum non
F prosit aliis per se,nisi adiuncta interpretatione sermonum,ait enim.[*Nunc autem*]ó[*Fratres,si venero ad vos linguis loquens*]id est diuersa idiomata proferens [*Quid vobis prodero*] ita loquendo [*Nisi vobis loquar aut in reuelatione*]id est exponendo reuelationem diuinitus factam,quæ est quum quædam mysteria per figuras ostenduntur, sicut in Apocali. [*Aut in scientia*]id est exponendo ea quæ ad scientiam spectant,& fidem illuminant[*Aut in prophetia*]id est exponendo dicta prophetica[*Aut in doctrina?*] morali,exponendo ea quæ morum informationem concernunt. ¶Præterea introducit exemplum Apostolus de rebus inanimatis,ad ostendendum quòd linguæ sine interpretatione inutiles sunt.[*Tamen quæ sine anima sunt*]id est inanimata[*vocem dantia*]id est sonantia,sumit enim sonum pro voce,nam vox propriè est animatorum[*Siue*]id est inanimatũ,sit[*Tibia, siue cithara,nisi distinctionem sonorum dederint*] id est distinctos sonos reddiderint [*Quomodo scietur*]id est discernitur [*quod canitur,aut quod citharizatur?*]quasi dicat.Quis poterit aliter iudicare modos & consonantias carminis?[*Etenim si incertam vocem*] id est indeterminatum sonum[*Dederit tuba*] qua clangitur tempore prælij [*quis parabit se ad bellum?*] nullus vtique.Institutus est enim certus modus clangendi tempore præparationis ad pugnam. ¶Deinde apostolus applicat similitudinem istam ad propositum. [*Ita et vos per linguam*] id est linguis loquẽ-
Hier.6. 48. do[*Nisi manifestum sermonem dederitis*]id est verba vestra planè atque faciliter exposueritis[*quomodo scietur*]hoc est ab auditoribus intelligetur[*Id quod dicitur?*]id est prædicatur à vobis?Non vtique intelligetur [*Eritis enim in aere loquentes*]id est inanem sonum verborũ in aëre formantes,& corporũ aures,non G
Iosue.6. animorum intelligentias percutientes.[*Tam multa*]idiomata scilicet [*Genera linguarum sunt in hoc mundo*]videlicet septuaginta duo[*Et nihil sine voce est*] id est vnaquæque plebs vtitur propria voce. Vel quælibet res habet vocem qua significatur.[*Si ergo nescierovirtutem*]id est significationem[*Vocis*]quam loquor vel audio [*Ero et cui loquor*] id est quem docere præsumo [*Barbarus*] id est non intelligibilis. Barbarum enim vocamus quod non intelligimus.[*Et qui loquitur mihi*] lingua extranea vel obscura,erit mihi [*Barbarus*] id est non intellectus. [*Sic et vos, quoniam æmulatores estis spirituum*] hoc est
Matt.25. appetitores spiritualium munerum spiritus sancti [*Ad ædificationem ecclesiæ,quærite vt abundetis*]id est
Marc.16. ad hoc laborate spiritualibus donis impleri, vt aliorum saluti cooperemini, quod est ædificare ecclesiam. [*Et ideo qui loquitur lingua*] id est loquendo vtitur dono linguarum [*Oret*] deum [*Vt interpretetur*] id est vt deus conferat sibi gratiam interpretationis sermonum, vt quæ loquitur planè intelligat,& aliis euidenter proponat. [*Nam si orem lingua*] id est verba orationis sine intellectu pronuncio
Rom.1. [*Spiritus meus*]id est voluntas[*Orat*]id est ad deum afficitur,quia ei per charitatem vnitur,& cupit adi-
1.Cor.6. pisci quod verba orationis significant,licet sensum in speciali,anima non cognoscat. Significatur verò
Matth.15. voluntas per spiritum,quoniam spiritus vim impulsiuam seu motiuam importat. Impulsio autem seu
1.Cor.6. motio respicit voluntatem,cuius est ferri atque impellere amantem in amatum [*Mens autem mea*]id est intellectus[*Sine fructu est*]hoc est sine contemplatione & delectatione, quæ consistunt in distincta & H
propria cognitione eorum quæ per orationem designantur.[*quid ergo*] est mihi agendum? [*Orabo spiritu*]id est affectu[*Orabo et mente*]id est orabo deum toto corde, ita vt diligenter attendam, atque ardenter optabo quod oro:Simili modo[*Psallam*] id est deum laudabo[*spiritu, psallam et mente,*] Ex his
Leuit.19. patet donum prophetiæ dignius esse dono linguarum, quia per donum prophetiæ, orat quis mente & spiritu, intelligit enim quæ dicit: sed per donum linguarum non orat homo nisi in spiritu. [*Caterum si benedixeris*]id est alij bona dixeris, seu benedictionem contuleris, sicut facit episcopus & sacerdos [*Spiritu*]hoc est,non verbis quæ ab aliis intelliguntur,sed solùm lingua[*qui supplet locum idiotæ*] id est, dato quòd nemo tunc adsit nisi illiteratus & rudis [*quomodo dicet Amen super benedictionem?* hoc est
Matth.5. quomodo tibi respondebit, & consensus ac desiderij verbum tuæ benedictioni adiiciet? Non potest hoc facere cum attentione. [*Quoniam quid dicas,nescit*] id est sensum tuæ benedictionis non percipit.[*Nam tu quidem bene gratias agis deo*]ipsum laudando in spiritu,id est cum affectu]*sed alter non ædificatur*]id est non proficit,non accenditur,nec instruitur in verbis tuis quæ non intelligit, eò quòd non loqueris interpretando seu exponendo sermonem.[*Gratias ago deo meo quod omnium vestrum lingua loquor.*] Data est enim apostolis per donum linguarum, vniuersarum linguarum scientia, quatenus
Act.2. Mat.16. vniuersis gentibus prædicarent [*Sed in ecclesia*] materiali, & inter fideles [*Volo*] potius [*quinque*]

A hoc est, pauca [*Verba loqui sensu meo*] id est cum intellectu perfecto, vt meipsum intelligam, & ab aliis intelligar, [*vt & alios instruam,*] sicut pertinet ad prædicatorem, [*Quam decem milia verborum,*] loqui, id est quantamcunque verborum multitudinem. Ponit enim determinatum pro indeterminato,quemadmodum in Daniele legitur, Milia milium ministrabant ei, &c. [*in lingua*] duntaxat, id est, sine intellectu, & aliorum instructione. [*Fratres(mei) nolite pueri effici sensibus*] id est,pueris nolite con formari, quantùm ad imperfectam eorum cognitionem, ne more puerorum erretis discernendo inter bonum & malum,verum & falsum. Scriptum est enim, Puer centum annorum maledicetur, [*Sed malitia paruuli estote,*] hoc est puerorum innocentiam sectemini, sicut & Christus monet, Nisi conuerDan.7. Hebræ.6. Esa.65. Matth.18. Psalm.18.
si fueritis,& efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Et Psalmista, Testimonium (inquit)domini fidele, sapientiam præstans paruulis. [*Sensibus autem*] id est interioribus actibus intellectus, [*Perfecti sitis,*] vt habeatis sensus exercitatos ad discretionem boni & mali. Quis autem sit sensus perfectus, innuitur per sapientem, qui dicit, Cogitare de sapientia, sensus est consummatus. [*in lege enim,*] prout lex omnes scripturas veteris testamenti includit. [*Scriptum est*] in Esaia. *Quoniam*
Sap.6. Esa.28. *in aliis linguis & aliis labiis*] id est, non solùm in Hebræo, sed in diuersis linguarum generibus, & insolito modo loquendi, [*Loquar*] per apostolos, [*Populo huic*] Iudæorum, [*Et nec sic*] id est non propter tam euidens signum, [*Exaudient me*] id est sermonibus meis acquiescent [*Dicit dominus.*] Hoc
B contigisse patet in actibus, vbi inducitur quemadmodum apostoli spiritu sancto recepto, loquebantur Iudæis variis linguis, Iudæi tamen pro maiori parte permanserunt increduli. Hoc allegat apostoActu.2. Marc.16. lus, vt ostendat Corinthiis, cur non debeant tam inhianter quærere donum linguarum, quod ipli ex quadam curiositate magis quærebant quàm gratiam prophetis, ob hoc quòd linguæ in signum sunt infidelibus, ipsi verò iam erant fideles. Vnde concludit, [*itaque linguæ in signum sunt non fidelibus, sed*
Heb.11. *infidelibus*] id est, non propter necessitatem vel conuersionem credentium, qui sciunt deum omnia posse, nec indigent tali miraculo. Infidelibus verò necessaria fuit nouitas huius miraculi, vt vel sic admonerentur conuerti ad dominum. [*Prophetiæ autem in signum sunt non infidelibus, sed fidelibus,*] quia non proponuntur infidelibus, ne margaritæ proiiciantur ante porcos,vel sanctum canibus detur. ¶Adhuc autem probat Apostolus,quòd donum linguarum non sit adeò appetendum,vt donum pro-
Matth.7. phetiæ. [*Si ergo vniuersa ecclesia,*] hoc est societas fidelium [*Conueniat in vnum.*] mente & corpore, [*Et omnes*] fideles, [*Linguis loquantur*] diuersis & inelucidatis, [*Intrent autem idiotæ aut infideles,*] & audiant
Act.2. vos sic loquentes [*Nunne dicent quod insanitis?*] tanquam obsessi vel arreptitij: cùm enim fuerit inter vos tantus tumultus & confusio linguarum, nec vnus intellexerit alium, videmini similes phreneticis illusis atque amentibus. [*Si autem omnes fideles prophetent*] id est abdita scripturarum expo*tem quis infidelis aut indoctus,conuincitur ab omnibus*]prophetantibus, quod sit in aliquo errore, [*Diiudica*
tur] id est damnabilis demonstratur [*Ab omnibus.*][*Occulta enim cordis eius*] videlicet peccata latenC tia, seu cogitationes iniustæ, [*Manifesta fiunt*] per prophetias illorum. [*Et ita cadens in faciem*] id est se peccatorem agnoscens, pœnitens & in terra prosternens se, [*Adorabit deum*] pro indulgentia & misericordia, [*Pronuntians quod vere deus in vobis sit*]per gratiam specialem.

¶ Deinde pandit Apostolus, quomodo vtendum sit donis linguarum ac prophetiæ, [*Quid ergo est fratres?*] id est cùm prædicta ita se habeant, quid est agendum? [*Cum conuenitis in ecclesiam vnusquisque vestrum*] id est aliquis de omni genere congregationis vestræ. Vel, vnusquisque vestrûm in se,vel in alio sibi per charitatem coniuncto, [*Psalmum habet*] id est laudem dei cum cantico, [*Doctri-*
Matth.9. *nam habet*] moralem, ad alios imbuendos,] *Apocalypsim(id est reuelationem) habet. Linguam habet*] id est donum linguarum, [*Interpretationem habet,*] hoc est, facultatem exponendi scripturas aut linguas. [*Omnia*] autem hæc [*ad ædificationem fiant ecclesiæ,*] id est ordinate & charitatiuè, secundum quòd congruit congregationi fidelium. [*Siue lingua quis loquitur*] id est, si aliquis loquendo vtitur dono linguarum, [*Secundum duos*] fiat talis loquutio, [*aut vt multum*] sit, fiat secundum [*Tres*] id est, non nisi duo,vel ad maius tres ita loquantur, ne tempus expendatur in tali occupatione minus fructuosa in se. Fiat quoque loquutio ista, [*Et per partes*] id est succesiuè, quantùm ad tempus, vt vnus loqua-
D tur post alium. Vel diuisim, quantùm ad partes populi. Vel intercisè, vt post vnam partem loquutionis, sequatur eius expositio, & post aliam partem similiter. Sicut fit quando prædicator prædicat hominibus ignotæ linguæ per interpretem. Ideo subditur, [*et vnus interpretetur*] id est, aliquis sit qui exponat populo quæ dicuntur. [*Si autem non fuerit*] præsens aliquis [*Interpres(id est expositor) taceat in*
Naum.2. *ecclesia,*] qui loquitur lingua,quia nullum ædificat,nisi ipsemet interpretetur, [*Sibi autem*] id est ad suam propriam vtilitatem, [*Loquatur*] orando [*& deo*] id est ad gloriam dei in secreto, vt nullum impediat. [*Prophetæ*] id est scripturarum expositores siue doctores, [*Duo vel tres dicant,*] id est in ecclesia prædicent ordinatè & sigillatim(tot enim sufficiunt) [*et cæteri diiudicent*] id est diligenter discernant, ne fortè aliquid sallitatis commisceatur. [*Quod si aliquid*] melius & ignotum ac necessariIob.6. um [*Reuelatum fuerit*] per spiritum sanctum, [*Sedenti*] id est alicui auditori, [*Prior*] prophetans [*Taceat*] dans locum, loquendi huic illuminato. [*Potestis enim omnes per singulos*] id est singillatim, scilicet vnus post alium, [*Prophetare*] id est scripturas sacras differere, eiusque mysteria declarare, [*Vt omnes discant,*]etiam superiores ab inferioribus,quia non omnia omnibus reuelantur, sed aliqua vni,aliqua alteri, [*et omnes exhortentur*] id est verbum exhortationis proponant, quilibet suo loco ac tempore, ne fiat turbatio. [*et spiritus prophetarum prophetis subiecti sunt.*] Hoc multi exponunt de spiritu sancto, qui pluraliter dicitur spiritus, propter diuersitatem donorum suorum. Vel propter pluralitatem prophetarum quos implet. Dicitur autem prophetis subiectus, quia non cogit eos tacere

Universidad de Deusto
Biblioteca

2.Par.36. vel loqui, Ideo vnus potest alteri cedere. Aptius verò videtur posse intelligi de spiritu rationali, creato videlicet. Vt spiritus, id est animæ, seu ratio & volũtas prophetarum dicuntur eis subiecta, quia prophetæ non sunt loquuti sicut amentes & insensati, vt voluerunt hæretici, sed sponte & liberè loquebantur, ita quòd sibiipsi poterant imperare & obedire. [*Non enim est dissensionis*] id est discordiæ [*Deus*] autor vel approbator, [*sed pacis.*] Ideo vult vt vnus alteri cedat, [*sicut in omnibus ecclesiis sanctorum docco*] per meipsum & discipulos meos, & per epistolas meas. E

Matth.7.

1.Timo.2.

¶Et quia iam dixit Apostolus, Potestis omnes prophetare, ne hoc de vtroque sexu intelligatur, subiecit. [*Mulieres in ecclesiis taceant*] id est nec prophetare, id est docere, nec loqui linguis præsumant. [*Non enim permittitur eis*] aliqua authoritate, [*Loqui*] in ecclesia, nisi secretè orando, [*Sed*] præcipitur eis [*subiectas esse viris, sicut & lex dicit*] in Genesi. Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. [*Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent,*] vt instruantur, non in ecclesia, [*Turpe est enim*] id est inhonestum ac indecens, [*Mulierem loqui in ecclesia.*] Primò, quoniam mulieribus conuenit verecundia ac subiectio: docere autem pertinet ad eminentiorem. Secundò, quoniam ratio naturaliter debilior est in fœmina, quàm in viro. Tertiò, ne ex sermocinatione mulieris concitetur libido virorum. Colloquium enim illius quasi ignis exardescit.

Genes.3.

Eccle.9. ¶Insuper increpantur Corinthiorum rebelles, qui in aliquibus præsumpserunt mutare ordinationes apostoli. Ne ergo & huic ordinationi de silentio mulierum resistere audeat, dicitur eis, [*An à vobis verbum dei processit?*] id est non vtique à vobis ortum sumpsit prædicatio euangelica, sed à nobis. Idcirco tenemini acquiescere nostris statutis. [*An in vos solos peruenit?*] hoc est, non vobis tantùm, sed aliis multis annunciata & infusa est Christi doctrina. Ideo conformetis vos aliis, & implete quod dico, [*si quis videtur propheta esse, aut spiritualis*] id est qui verè prophetat, exponẽdo scripturarum mysteria, vel prædicando futura, [*Cognoscat*] id est spiritualiter penset, [*Quæ scribo vobis, quoniam domini sunt mandata*] id est ex diuina inspiratione à me prolata, non ex proprio corde conficta. [*si quis autem ignorat*] ista quæ scire tenetur, [*ignorabitur*] id est à deo non cognoscetur notitia approbationis: sicut nec illi quibus dicitur, Nescio vos vnde sitis. [*Itaque fratres, æmulamini*] id est desiderate, [*Prophetare*] secundum sensum iam sæpe præhabitum, *Et loqui linguis*] id est vti dono linguarũ. [*Nolite prohibere*] eos qui possunt sic loqui, quamuis melius sit prophetare. [*Omnia autem*] quæ fiunt inter vos, *Honestè,*] hoc est virtuosè, [*Et secundum ordinem*] id est ordinatè, [*Fiant in vobis*] vt nihil reprehensibile in actibus vestris appareat, & cum debitis circunstantiis cuncta agantur. Optimum enim in rebus est ordo. Et peccatum non est nisi recessus ab ordine.

F

Luc.13.

Dionys.

Cap. xv. [*Notum autem vobis facio (fratres) Euangelium.*
Articulus xv. G

1. Tim. 4.

Ompleto tractatu de sacramentis & gratiis, nunc agit de resurrectione mortuorum. De qua primò rectè instructi fuerunt Corinthij ab ipso apostolo, postmodum verò cùm recessisset Apostolus, à peruersis infecta est fides illorũ de resurrectione futura. Itaque ait, [*Notum autem vobis facio fratres*] id est ad memoriam reuoco, clariúsque expono, [*Euangelium quod prædicaui vobis*] id est bonam annunciationem de Christo. quod euangelium, [*Et accepistis*] adhibendo fidem euangelicæ prædicationi, [*In quo & statis*] habendo intellectum erectum ad deum in veritate euangelicæ legis, voluntatem quoque à ruina peccati eleuatam, [*Per quod et saluamini*] credendo testimonijs euangelij, eiúsque obediendo præceptis. Et hoc vtique sic est, [*Qua ratione prædicauerim vobis, si retinetis*] id est si diligenter recolitis, [*Qua ratione*] hoc est, quo fine, qua spe seu quo argumento [*Prædicauerim vobis*] euangelium Christi. Prædicaui enim vobis ad hunc finem, id est propter hanc spem, vt consequamini vitam æternam. Argumentum quoque quo probaui resurrectionem futuram, fuit resurrectio Christi. Hæc autem retinetis, & per euangelium istud saluamini, [*Nisi*] id est si non [*Frustrà*] & inaniter [*Credidistis. Tradidi enim*] hoc est, prædicaui, [*Vobis in primis*] id est inter præcipua puncta, quæ docui, prædicaui (inquam) testimonium fidei, [*Quod & accepi*] id est per diuinam reuelationem cognoui (non excogitaui) [*Quoniam Christus mortuus*] id est occisus [*Est pro peccatis nostris*] tollendis [*Secundum scripturas*] Scriptum est enim in Threnis, Spiritus oris nostri Christus dominus, captus est in peccatis nostris. Et in Esaia, Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, &c. [*Et quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas.*] De sepultura quippe Esaias prædixit, Et erit sepulchrum eius gloriosum. Item, Dabit impios pro sepultura, & diuites pro morte sua. De resurrectione quoque ait Oseas, Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos. Et Sophonias, Expecta me, dicit dominus, in die resurrectionis meæ in futurum. [*Et quia visus est Cephæ*] id est Petro. Quamuis locus huius apparitionis ignoretur, creditur tamen facta, quando Petrus à monumento recessit in die resurrectionis, quando videlicet Maria Magdalena dixit se Christum vidisse. [*Et post hæc*] visus est [*vndecim*] Apostolis in conclaui Thoma præsente [*Deinde visus est plus quam quingentis fratribus*] id est discipulis, [*simul, ex quibus multi manent*] hoc est in corpore viuunt [*Vsque adhuc, quidam autem dormierunt*] somno beatæ mortis in domino. De hac visione nullus Euangelistarum scribit. [*Deinde visus est*] seorsum [*Iacobo*] minori, fratri domini, primo Hierosolymorum episcopo. De hac apparitione non loquitur euãgelium.

H

Thren.6.
Esa.35.
Esa.11.
Esa.53.
Osee 6.
Soph.3.
Ioan.26.
Apoc.14.

A [*Deinde visus est apostolis omnibus*] in die ascensionis. [*Nouissime autem omnium*] Prædictorum, videlicet post ascensionem & spiritus sancti missionem, [*Tanquam abortiuo, visus est mihi*] proficiscenti Damascum. Abortiuum autem vocatur proles quæ cum extra debitũ vel congruum tempus nascitur, vel cum violentia de ventre educitur, vel ad debitam quantitatem non peruenit. Ideo propter tria comparat se Apostolus abortiuo. Primò, quoniam alij Apostoli ante missionem paracleti fuit renati, ipse postea ab Ania. Secundò, quia cum quadam coactione conuersus est scilicet per terrorem & minas. Tertiò, quia aliis Apostolis minor fuit, consideratione vitæ præteritæ, quando persecutus est Christianos. Ideo subdit, [*Ego enim sum minimus Apostolorum.*] Non simpliciter, sed quantùm ad aliquid, vt potè quia vltimè ad apostolatum vocatus est. Hoc modo Iacobus Alphæi frater domini, dictus est minor, respectu Iacobi filij Zebedæi, non sanctitate aut dignitate, sed quia vocatione posterior. Iterum, minimus sum Apostolorum, ratione præteritorum malorum. [*Qui non sum dignus vocari Apostolus*] per respectum ad merita mea præcedentia, [*Quoniam persecutus sum ecclesiam dei*] viros ac mulieres ad iudicium pertrahens, quòd alij Apostoli nunquam fecerunt. [*Gratia autem dei*] gratum faciente, & gratis data. non propriis viribus aut meritis, [*Sum id quod sum*] in esse supernaturali & spirituali, per gratiam enim gratum facientem habeo esse deiforme, & deo acceptum quoad vltimum finem. Per gratiam verò gratis datam, sum Apostolus, propheta, doctor, interpres, signorum patrator, [*Et gratia eius in me vacua*] hoc est infructuosa. [*Non fuit*] sed abundantius illis omnibus laboraui, id est cunctis Apostolis, scilicet quolibet eorum seorsum, non plus omnibus simul acceptis. Nullus enim Apostolorum tanta spatia percurrisse, tot populis prædicasse, tot persecutiones legitur pertulisse vt Paulus, nec aliquis eorum sic propriis manibus victum quæsiuit, vt ipse.

Act.9.

Ibidem.

B

¶Sed ne ista videatur iactanter dixisse, subiecit. [*Non autem ego*] sic laboraui propria potestate, vel tanquam principalis causa operum bonorum, [*Sed gratia dei mecum*] scilicet cooperata & auxiliata est mihi, fuitque principalior causa bonorum, quàm ego seu mea natura. Gratia enim se habet ad liberum arbitrium, vt sessor ad equum. [*Siue enim ego, siue illi*] id est tam ego quàm & cæteri apostoli, [*Sic prædicauimus*] videlicet Christum resurrexisse, vel nos per eius gratiam operari [*Et sic credidistis*] sicut euangelizauimus vobis. ¶Præterea, ex resurrectione Christi capitis nostri, ostendit Apostolus generalem resurrectionem futuram. [*Si autem*] id est quia [*Christus prædicatur*] à viris Apostolis, [*Quoniam resurrexit a mortuis, quomodo quidam*] hæretici [*Dicunt in vob*] id est inter vos, [*Quoniam resurrectio mortuorum*] corporalis & vniuersalis, [*Non est?*] credendo videlicet futura. [*Si autem resurrectio mortuorum non est*] futura, sequitur quòd [*Neque CHRISTVS resurrexit*] Eadẽ quippe ratio est de capite, & de membris. [*Si autem Christus non resurrexit*] veraciter, sed phantastice, sicut dixerunt hæretici, scilicet Marciani & Marcionitæ, qui Christi incarnationem dixerunt fuisse phantasticam quos sequutus est immundissimus Manichæus, [*Inanis est*] ergo, id est infructuosa vana & falsa est, [*Prædicatio nostra*] quæ asserit Christum resurrexisse. Simili ratione, [*Inanis est & fides vestra*] catholica [*Inuenimur autem*] id est si ita est, vt dicunt hæretici, nos Apostoli esse probamus, [*Et*] sumus [*Falsi testes dei*] hoc est, mendaciter testantes de deo. [*Quoniam testimonium diximus aduersus deum*] id est contra veritatem & voluntatem, dei, videlicet, [*Quod suscitauerit Christum*] à morte [*Quem non suscitault*] id est quem sequitur non esse suscitatum à deo, [*Si mortui non resurgent, neque Christus resurrexit*] qui ad hoc incarnatus & passus est, ideoque surrexit, vt nos ad immortalem vitam educeret. [*Quod si Christus non resurrexit, vana est fides vestra*] quia non potest vos ad vltimũ finem, seu veram felicitatem perducere. [*Adhuc enim*] scilicet post baptismi, ac fidei receptionem, [*Estis in peccatis vestris*] præteritis, sicut & ante, secundum eos qui Christi resurrectionem non profitẽtur. Fides etenim vana, & baptismus falsum repræsentans, non tollunt peccata. Baptismus autem Christi sepulturam, ac resurrectionem repræsentat, vt dictum est ad Romanos. Si ergo Christus non resurrexit, fides vestra inanis est, & baptismus falsa significat, non ergo tolluntur vestra peccata per fidem atq; baptismum. [*Ergo et qui dormiunt in Christo*] id est in fide Christi defuncti sunt, [*Perierunt*] id est damna

1.Cor.11.

Rom.6.

C

Mat.22.
Marc.12.

D ti sunt, eò quòd in fide inani & pristinis vitijs sint defuncti. ¶Deinde ponit aliam rationem resurrectionis futuræ. [*Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus*] id est si solùm confidimus per Christum consequi bona in hac vita præsenti, & non potius vitam æternam in anima & corpore. [*Miserabiliores*] id est infeliciores, [*Sumus omnibus hominibus*] (non Christianis) qui in hac vita præsenti suis fruuntur delitijs. Nos verò nec in præsenti, nec in futuro gaudebimus, imò tantò miserabiliores essemus, quantò graviora plura propter fidem & Christum sustineremus. [*Nunc autem*] id est, ne prædicta inconuenientia contingant, veritas ita se habet, videlicet quod [*Christus resurrexit a mortuis*] qui est, [*Primitiæ*] id est primitiuus vel primus. [*Dormientiũ*] hoc est mortuorũ. Qui dormiẽtes, dicuntur qm̃ Christo iubente faciliter & integrè quasi de somno reducentur ad vitã. Horũ dicitur Christus primitiæ, quoniã primus tẽpore, & propria virtute surrexit. loquẽdo de dormiẽtibus in fine seculi suscitãdis. Aliqui tamẽ pauci ante Christũ surrexerunt, quorũ ipsemet tres suscitauit. Vnde de Christo legitur in Apocalypsi, *Qui est* testis fidelis, primogenitus mortuorũ [*quandoquidem per hominem*]. s. Adam primũ nostrum parentẽ, [*Mors*] natu-

Epist.

Matt.9.
Luc.7.
Ioan.11.
Apoc.1.
Gen.3.
Sap.11.
Ioan.5.

ræ & culpæ ingressa est genus humanum, propter originale peccatum illius. *Et per hominem* id est Christum, hoc est merito passionis eius erit, [*Resurrectio mortuorum*] qui immutabuntur. Potentior est enim Christus ad reparandum, quam Adam ad destruẽdum. [*Et sicut in Adam*] id est in præuaricatione Adæ, [*Omnes moriuntur*] incurrẽdo originale peccatũ, & moriendi necessitatem, eò q̃ peccatum illius traducatur in posteros. [*Ita et in Christo*] id est in virtute & merito Christi, [*Omnes viuificabuntur*] in resurrectione futura, & vitam gloriæ consequentur omnes electi, imò meritum Christi omnino in se sufficiens est

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt oēs ſimpliciter per ipſum beatā reſurrectionē ſortiātur. ¶Porrò,quòd impii reſurgent,non erit me- E
rito Chriſti,ſed diuina eius virtute. Apoſtolus autē nunc loqui videtur de omnibus electis, qui merito
Ioan.12. Chriſti beatā immortalitatē adipiſcētur,de quibus & Chriſtus dixit,Omnia trahā ad meipſum. Daniel
Dan.7. propheta quoque. Omnes(inquit)populi,tribus & linguæ ſeruient ei.[*Vnuſquiſque autem in ſuo ordine*]
id eſt in ſuo gradu & dignitate ſecundum exigentiam meritorū ſuorū reſurget,vt Apoſtolus in ordine
Apoſtolorum,Martyr in ordine martyrum. ¶Deinde exponit hūc ordinē [*Primitiæ Chriſtus*]hoc eſt o-
mnium reſurgentium in finali iudicio primus tēpore,& ſummus dignitate eſt Chriſtus, qui prior ſur-
rexit, vt fidē & ſpem faceret,formāq; præberet credētibus.[*Deinde*]in fine ſeculi ſuſcitabuntur,[*Hi qui*
ſunt Chriſti]hoc eſt ,fideles electi,vt pote[*qui in aduentu eius crediderūt*]id eſt in Chriſtum venturū ad
1.The.4. faciēdā vniuerſalē remunerationē. Iſti reſurgent Chriſto poſteriores tēpore,& inferiores dignitate. Re
ſurgent etiam ante eos qui non ſunt Chriſti,id eſt ante infideles & reprobos,nō ordine tēporis,ſed di-
Apo.10. gnitatis. Reſurrectio enim erit in momento.[*Deinde*]id eſt reſurrectione cōpleta,erit[*Finis*] huius mū-
di, quia tunc ſpecies generaliū eſſe ceſſabunt,& ſtatus mundi mutabitur. Erit quoq; tūc finis,id eſt con
ſummatio ſeu plena perfectio electorū,qui tunc in anima & corpore glorificabuntur, [*Cum*] Chriſtus
homo[*Tradiderit*]hoc eſt obtulerit,ſeu præſentauerit.[*Regnum,*]militantis eccleſię,id eſt electos fide-
les,in quibus Chriſtus interim regnat per fidē,regens eos per gratiā. Hoc regnum offeret & præſentabit F
Saluator,[*Deo et patri*]id eſt patri æterno,tanquā elegantiſſimā prædam de antiqui hoſtis manu excuſ-
ſam,atq; de vinculis mortis æternæ ſuo precioſiſſimo ſanguine liberatā. Dicitur autē Chriſtus hoc re-
gnū patri ſic præſentare,quia adducit electos ad ſummi cœli palatiū,in quo habitat de⁹ pater:ponetque
eos illic in conſpectu patris,nō vt pater incipiat eos inſpicere,ſed vt ipſi eum per ſpeciē contēplari inci
Pſal.41. piant. Iuxta quē modū ait Pſalmiſta,Quādo veniā & apparebo ante cōſpectū dei? Vel ſic, Cū Chriſtus
Pſalm.22. tradiderit,id eſt dederit regnū prædictū patri,videlicet vt pater in electis regnet, eosq; regat guberna-
tione cōpleta,puta per glorioſam fruitionē,& confirmationē eorū in bono,quos modo regit guberna-
tione incōpleta per gratiā viæ amiſsibilē,quæ tamen imperfectio eſt ex parte noſtri,qui ſępe peccamus
non rectè tendentes ad vltimū finē,Viatores enim reguntur à deo per hoc quod dirigantur in vltimū fi
nē,ſed hæc gubernatio non excludit omne malū. Cōprehenſores verò reguntur à deo per hoc,quòd in
ipſo vltimo fine immobiliter conſeruantur. Vt ergo pater hoc modo regnet in ipſis fidelibus, Chriſtus
Pſal.2. dat eos patri. ¶Deniq; dat eos patri,non quaſi nō ſint patris,imò à patre dati ſunt Chriſto, iuxta illud
Ioan.6. in Pſalmo,Poſtula à me,& dabo tibi gentes. Et alibi ipſe Chriſtus. Omne(inquit) quòd dat mihi pater,
Ioan.17. ad me veniet. Alibi quoq; apertius loquitur patri,Tui(inquiēs)erant,& tu mihi eos dediſti. Quomodo
Eccl.9. ergo dat Chriſtus eos patri,niſi ſecundū manifeſtationem? Nunc enim ignoratur,qui amore ſint digni:
Math.25. ſed tunc Chriſtus manifeſtabit qui ad patrē pertineant,dicens electis,Venite benedicti patris mei. Hoc G
1.Par.29. modo & nos damus aliqua deo,prout Dauid teſtatur,Tua domine ſunt omnia,& quæ de manu tua ac-
cipimus,dedimus tibi. Per hoc autē, quòd Chriſtus dicitur tradere regnū deo patri, non eſt intelligen-
dū quod tollat,vel adimat illud ſibi,aut ſancto ſpiritui. Vna nanq; diuina perſona expreſſa,ſingulæ dan
tur intelligi,vbi nō obuiat relatiua diſtinctio. Itaque finis erit. [*Cum euacuauerit*] id eſt ceſſare fecerit
Chriſtus,[*Omnem principatū,et poteſtatem et virtutē*]hoc eſt vniuerſos gradus prælationum,angelorum,
dæmonum et hominū,quia(vt dicit gloſſa)quamdiu durat hic mundus,angeli angelis,dæmones dæmo
nibus,& homines hominibus præſunt,ad vtilitatē vel deceptionē viuentium, ſed omnibus electis, iam
omnis ceſſabit prælatio,quoniā vltra nō erit neceſſaria. Ideò hanc prælationē dicitur Chriſtus euacua-
re,quia omnes ſuos exaltabit in regno,tantò vnūquēq; ſublimius,quantò iam amplius humiliatur. Vel,
Cū euacuauerit omnem principatū,hoc eſt manifeſtauerit nullā creaturarū habuiſſe aliquid horū niſi
Thomas à deo. ¶Sed cū ordo angelorū in prælatione cōſiſtat,& inter cæteros ordines hi tres cōputētur, videli-
cet principatus,poteſtates,virtutes. quæri poteſt,quomodo angelorū euacuētur prælatio, principatus,
poteſtas,& virtus. Et reſpondendum ſecundum Thomam in prima parte,quòd in ordinibus angelorū
duo penſantur,videlicet,diſtinctio ſeu gradus perfectionum ſecundum differentiam naturæ & gratiæ,
& quantùm ad hoc,ordines angelorum nunquam ceſſabunt,quia natura eorum non corrumpetur, nec
gratia auferetur. Secundò,conſideratur in ordinibus angelorum exequutio officiorum. Hæc autē exe- H
quutio poſt diem ceſſabit,ſecundum quòd ordinatur ad reductionem hominum ad ſuum principium
creatiuū. Manebit verò prout conſiſtit in conſequutione vltimi finis ſeu adoptione beatificæ fruitio-
nis:nā actiones hierarchiæ manebunt poſt diē iudicij in beatis:non propter nouam influentiā, ſed pro-
pter conſeruationem perfectionis influxæ. Sicut enim inferiores angeli à ſuperioribus illuſtrantur, ſic
inferiorum cognitio talis à ſuperiorū illuminatione dependet,nō ſolū quantū ad receptionē, ſed etiam
quantùm ad conſeruationem. Homines quoq; qui angelorum miniſterio ad beatitudinem perducun-
tur,aliquam illuminationem habebunt per angelorum officia. Hæc eſt reſponſio ſancti Thomæ,quæ li
cet probabilis ſit,authoritatē tamen non habet ſecundū aliquos,ſaltē in multis. ¶Porrò de dæmonibus
aliqui dicunt,quòd poſt diem iudicij non cruciabunt homines,ſed omnesſimul tā dæmones quā homi
Dionyſi⁹ nes reprobi,vno igne,non tamen æqualiter punientur. Quamuis autem communiter dicant expoſito-
res aliqui per principatus deſignari maiores:per poteſtates verò medios,& per virtutes inferiores, tam
in angelis quàm in hominibus,& ſuo modo in dæmonibus,ita quòd Apoſtolus enumerando incipiat à
ſuperioribus:documentis tamen diuini & magni Dionyſij potius conſonare videtur, vt dicamus op-
poſito modo,ita quòd enumeratio Apoſtoli incepit ab inferiori,videlicet à principatibus,per quos in-
telliguntur inferiores:per poteſtates, medij:per virtutes autem,ſuperiores. Dionyſius enim in libro de
principatu angelico ponit virtutes ante poteſtates & principatus, Nā principatus ponit in ſummo or-
dine infimæ hierarchię:poteſtates verò in infimo ordine ſecundæ hierarchiæ:virtutes autem in medio

A ordine huius hierarchiæ.[*Oportet autem*]vt implentur ſcripturæ,[*illum*]videlicet Chriſtum[*Regnare*]
iam per fidem in eccleſia militante. Iuxta illud, Dabit illi dominus deus ſedem Dauid patris eius,& re- Luc.1.
gnabit in domo Iacob in æternum,[*Donec ponat*]ipſe Chriſtus diuina ſua virtute[*omnes inimicos*].i.ad-
uerſarios ſuos incredulos & peruerſos, [*Sub pedibus eius*] id eſt ſub ſuæ poteſtatis plenaria ſubiectione,
quod erit in die iudicij,quando implebitur illud propheticum, Ad eum venient & confundentur om- Eſa. 43.
nes qui repugnant ei. Interim ergo durabit ſtatus eccleſiæ,& regimen Chriſti in ea. Hæc dictio,Donec,
ſumitur hic incluſiuè non excluſiuè. Non enim Chriſtus regnare ceſſabit, cū fuerint ſibi omnes ſubie-
cti:ſed ſi interim regnat,certius eſt quòd poſtmodum regnabit. Simili modo ſumitur in pſalmo, cū di-
citur, Deus ne derelinquas me,donec annunciem brachium tuum[*Nouiſſime autem*]quando videlicet in Pſalm.70.
die nouiſſimo mortale hoc induerit immortalitatem,[*inimica deſtruetur mors*].i. mors quam naturaliter
abhorremus,& quæ noſtræ vitæ aduerſatur. ¶Quod autem Chriſtus ponet inimicos omnes ſub pedi-
bus,hinc conſtat,[*omnia enim*]cæleſtia, terreſtria & infernalia. [*Subiecit*] pater [*ſub pedibus eius*] ſcilicet Pſalm.8.
Chriſti. Vnde ipſe ait,Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.[*Cum autem dicat*]ſcriptura[*Om-* Heb.2.
nia ſubiecta ſunt ei]ſcilicet à Chriſto patre,intelligendum eſt hoc, [*Sine dubio præter eum*].i.præter patrē, Mar.28.
[*Qui ſubiecit ei omnia*]ſcilicet Chriſto.[*Cum autem ſubiecta fuerint illi*].i.Chriſto,[*Omnia*]quando videli
cet omnes aduerſarij eius fuerint ei plenè ſubiecti, & cunctis fidelibus & infidelibus manifeſtatum fue Pſal. 148.
rit Chriſtum dominū eſſe vniuerſorum,quando peruerſi per experientiam ſuæ damnationis ſciēt Chri Deut.10.
B ſtum eſſe dominum omnium.] *Tunc ipſe filius ſubiectus erit ei*].i.patri,[*Qui ſibi*].i.filio, [*Subiecit omnia*]
creata. Erit autem Chriſtus ſecundum formam ſerui patri ſubiectus, nō quòd modo non ſit ſubiectus,
ſed quia tunc corpori ſuo myſtico manifeſtabitur, ſubditus patri coram vniuerſis electis, [*Vt ſit deus*]
pater,vel Chriſtus ſecundum diuinam naturam,[*Omnia*] cauſaliter,obiectiuè ſeu fruitiuè, [*in omnibus*]
comprehenſoribus. Quicquid enim amari poſsit vel appeti, habent in deo,& deus eſt cauſa totius bea-
titudinis electorum,qui nihil quærunt aut diligunt niſi deum,& alia in deo ,propter deum & ſecūdum
deum. Deus quippe eſt vnum illud,quod ſolū neceſſarium eſt,in quo eſt omniū bonorum ac pulchro- Luc.10.
rum ac deſiderabilium plenitudo immēſa,qui ſolus quietat rationalis creaturæ affectum. ¶Præterea re- Rom.5.
dit Apoſtolus ad probandum generalem reſurrectionem futuram. [*Alioquin*].i.ſi mortui non reſurgēt,
[*Quid facient qui baptizantur*]hoc eſt,lachrymis pœnitentiæ ſeu aquis afflictionum perfunduntur,[*Pro*
mortuis].i.pro remiſsione peccatorum mortuis impendenda, [*Si omnino mortui non reſurgunt?*] q.d.ina-
nis eſſet labor eorum,ſicut habetur de Iuda,Quòd niſi eos qui ceciderāt reſurrecturos ſperaret, ſuper- 2.Mac.12
fluum videretur & vanū orare pro mortuis. ¶Sed poſſet quis inſtare & dicere, quod licet corpora ſuſci
tanda non eſſent,animæ tamen præmio donarentur,ſicut & nunc ante reſurrectionē. Pium ergo & vti-
le eſſet pro defunctis, hoc modo baptizari ac deprecari propter animas liberādas de pœnis, quāuis cor-
pora nunquam reſurgerent. Et reſpondendum q⁹ tunc non eſſet tam vtile ſicuti modo.[*vt quid baptizan*
tur]viui,iuxta ſenſum prædictum[*Pro illis?*]defunctis? Eſt ergo baptiſmus afflictionis, de qua in Euan-
C gelio dicit Saluator,Ego baptiſmo habeo baptizari. Vel ſic,Quid facient qui baptizantur pro mortuis? Luc.12.
id eſt pro peccatis ſuis delendis, vel ſeipſis ſpiritualiter mortificandis, ad ſimilitudinem mortis domini
ſaluatoris? q.d. Inaniter baptizantur cū non ſint vitam habituri.[*Tu quid*].i.quo fructu,[*et nos*]apoſtoli,
prædicatores & martyres Chriſti[*Periclitamur*]id eſt pericula patimur,imo & mortificamur,vel ad ſup Rom.8.
plicia ducimur,[*Omni hora*]id eſt aſsiduè? [*Quotidie enim morior*].i. grauibus tribulationibus afficior,&
hoc verū eſſe iuro,[*Per gloriā veſtram fratres*].i.per beatitudinem vobis paratā in cælo. Vel,propter glo
riam veſtram.i.ad hoc vt vos gloriā mereamini ſempiternā. [*Quam habeo*] per certiſsimam expectatio-
nem, & propinquam potentiam. [*In Chriſto Ieſu domino noſtro*] id eſt virtute, gratia ac merito Chriſti,
vel per contemplationem ipſius.

Proſequutio huius cap. ab eo loco, [*Si ſecundum hominem ad beſtias pugnaui Epheſi.*] Artic. XVI.

D RVrſus oſtendit Apoſtolus reſurrectionem futuram, quoniam aliàs infructuoſa
fuiſſet diſputatio ſua contra infideles. Ait enim.[*Si ſecundum hominem*].i. ſecundū
rationis proceſſum,[*ad beſtias*].i.contra homines beſtiales,reſurrectionem negan
tes,[*Pugnaui*].i.acriter diſputaui.[*Epheſi*].i.in ciuitate epheſina, (Sumitur autem
ſi pro quia[*quid mihi prodeſt?*]diſputatio illa,[*Si mortui non reſurgunt?* Imò ſi mor
tui non reſurgunt, [*Manducemus et bibamus*] .i.gulæ & voluptatibus inſiſtamus,
[*Cras enim*]hoc eſt in breui,[*morſemur*] & nulla erit retributio alia. Hoc de Eſaiæ Eſa.22.
ſumptum eſt,quod illic dicitur in perſona deſperantium Iudæorum,& conuenit
in hos qui non putant vitam poſt hanc vitā,propter quod voluptatibus ſe exponunt vt pecora. In quo-
rum perſona dicit Sapiens, Vmbræ tranſitus eſt tempus noſtrum,& poſt hoc erimus tanquam nō fue- Sap. 2.
rimus. Venite ergo & fruamur bonis quæ ſunt. Sed ne talibus credamus,monet Apoſtolus,[*Nolite ſedu-*
ci].i.non permittatis vos ab aliquo decipi[*Corrumpunt enim mores bonos*]hoc eſt,actus morales ſeu habi Epheſi.5.
tus virtuoſos, [*colloquia mala*] maximè hæreticorum atque carnalium. [*Euigilate iuſtè*] à ſomno pigri-
tiæ & eſtote ſolliciti,[*et nolite peccare ignorantiam enim dei quidam habet*]hoc eſt, diuina ſcientia,puta noti
tia fidei diuinitus reuelata aliqui carent. Illi ſcilicet negant reſurrectionem futuram.[*ad reuerentiam*] id
eſt verecundiam,[*vobis loquor*]vt erubeſcatis de hoc quod inter vos eſt error de reſurrectione mortuo-
rum. Nam & error atque defectus inferiorum redundat,& cedit in confuſionem ſuperiorum. Vnde ve
recundum eſt iuſtis & doctis,præſertim prælatis,quòd inferiorum errores & vitia non extirpant.
¶Deinde oſtenditur reſurrectio mortuorum poſsibilis per exempla naturæ, ponítque verba perfido-
rum,ſubiungens:[*Sed dicit*]infideliter interrogando,[*aliquis*]ignorans deum.[*Quomodo*]id eſt quo or-
dine,qua virture,quo modo & ſpecie,[*Reſurgunt mortui, quali autem corpore venient?*] id eſt ſi reſurgēt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quale corpus habebunt,redeundo ad vitam corpoream,scilicet mortale an immortale?Huic respondet Apostolus,[*Insipiens*]qui diuinam virtutem & opera naturæ non pensas, [*Vt quod seminas, non viuificatur*]id est granum quod mittis in terram non vegetatur seu crescit.[*Nisi prius moriatur*]id est resoluatur & putrefiat.Vnde asserit Christus, Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet [*Et quod seminas, non corpus quod futurum est*] id est quod exurget de terra, [*Seminas*] id est non herbam, stipulam, paleam. vel tam multiplex granum, sicut de terra nascetur. [*Sed*] seminas [*Nudum*]id est purum ac solum [*Granum*] vtputa tritici,[*Aut alicuius cæterorum*] seminum.[*Deus autem dat*]per influentiam causarum secundarum,[*illi*]grano seminato,seu nascituro,[*corpus*]cum arista & palea,[*Sicut vult*]id est liberè instituit. Opus enim naturæ ac intelligentiæ est opus causæ primæ[*Et vnicuique seminum*]dat deus,[*Proprium corpus*]hoc est,corpus suæ speciei conueniens. Quemadmodum ergo nudum granum seminatur,desque nutu vestitum ac multiplicatum resurgit:sic mortuus diuina virtute poterit viuere,atque in corpore meliorato resurgere. ¶Deinde Apostolus manifestat differentiam corporum resurgentium,quantùm ad dignitatem & gloriam, secundum exigentiam meritorum. [*Non omnis caro eadem caro*]id est non omnia animalia habent corpus eiusdem rationis, dignitatis ac dispositionis, sed iuxta diuersitatem formarum substantialium requiritur diuersitas materiarum : forma namque est finis materiæ,sed iuxta diuersitatem finium,diuersificatur & media.Ideo subditur,[*sed alia,*] id est alterius dispositionis est,[*Caro hominum,alia pecorum,alia volucrum,alia autem piscium*]Sumitur verò caro hoc loco communiter,pro corpore animato,sensitiuo. Strictius verò eam sumendo dicuntur Carthusienses(quorum & ego vnus sum,vtinam dignè)non comedere carnes, [*Et*] quædam sunt [*corpora cælestia*]vt orbes ac sydera,[*Et*]sunt[*corpora terrestria*]vt saxa & arbores.

¶Subditur autem de differentia corporum, postquam dictum est de differētia carnium, quoniam corpus communius est quàm caro.[*sed alia quidem*]id est[*cælestium*]corporum[*gloria*] id est perfectio,ornatus seu pulchritudo.[*Alia autem terrestrium*]Nec solū hæc corpora inter se distant,sed corpora quoque cælestia inter se differunt,nam[*alia*]scilicet maior[*est claritas solis,alia claritas lunæ*]videlicet minor quàm illa,[*Et alia claritas stellarum*]Hoc videmus ad oculum.[*Stella enim*]alia[*differt in claritate*] quoniam maior est lux vnius quàm alterius.[*Sic & resurrectio mortuorum*]distincta erit, quantùm ad gloriam corporum suscitandorum,non quantùm ad veritatem naturæ eorum.Omnia erunt enim eiusdem naturæ seu speciei,sicuti & modo,sed dignitas præmiorum erit diuersa. ¶Porrò exemplum apostoli magis consonat opinioni dicentium materiam primam in omnibus corporibus esse eiusdem rationis , quàm eorum qui ponunt eam distingendam specificè. ¶Deinde ponuntur dotes corporum glorificādorum. [*Seminatur in corruptione*]id est corpus humanum concipitur,generatur, & more seminis sub terra humatur corruptibile seu corruptum, [*surget in incorruptione*] id est in resurrectione erit incorruptibile per dotem impassibilitatis. Simili modo iam.[*Seminatur in ignobilitate*]id est vile atque obscurum,[*surget in gloria*]id est resurgendo recipiet claritatem,vt sit glorioſum ac nobile,[*seminatur in infirmitate*]id est fragilitate & infirmitate ad motum habens.corpus enim quod corrumpitur,aggrauat animam,[*surget in virtute*]id est surgendo habebit facillimam mobilitatem iuxta animæ voluntarem,per dotem agilitatis.][*Seminatur corpus animale*]id est grossum &alimoniis indigens,atque corporibus aliorū animaliū simile. [*Surget spirituale*] corpus, id est subtile ac spiritui simile, quantùm ad aliquas proprietates, non tamen ita subtile vt exeat limites suæ naturæ. Erit enim palpabile atque visibile,carnem habens & ossa, sicut & Christus in semetipso ostendisse scribitur . Hæ ergo sunt quatuor dotes corporum beatorum, quæ erunt in corporibus quodammodo ex redundantia beatitudinis animæ ad corpus,sicut in epistola ad Dioscorum tangit Augustinus.Ex hoc enim quòd anima fruitiuè deo vnitur, quatuor bona consequitur,videlicet internæ lucis splendidissimam claritatem, & ex hoc redundat in corpus claritas gloriosa,tantò abundantior,quantò maior est gloria animæ.Fulgebunt enim iusti sicut sol. Secundò, consequitur anima omnium desideriorum suorum plenam quietationem.Ex quo redundat in corpus agilitas , seu mobilitatis velocitas . Iam enim corpus infirmum est, quoniam desiderio animæ satisfacere nequit in executione motus & operationis , tunc verò mouebitur iuxta desiderium ac imperium animæ, non tamen in instanti,Propterea scriptum est,Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. Tertiò, consequitur anima omnis mali remotionem , & ex hoc redundat in corpus impassibilitas . Quartò consequitur anima maximam deiformitatem . Iuxa illud Ioannis , Similes ei erimus,quia videbimus eum sicuti est.Et ex hoc redundat in corpus spiritualitas seu subtilitas.¶Denique sicut maior erit beatitudo animarum, quàm esset naturalis fœlicitas angelorum, sicut erit maior perfectio corporum glorificatorum,quàm sit perfectio cælestium corporū:ita quòd claritas,agilitas,impassibilitas,atque subtilitas maior seu dignior futura erit in illis,quàm in cęlestibus corporibus.In præsenti quoque vita habet corpus ab anima quatuor proportionabiliter prædicta, videlicet existentiam, pulchritudinem,conseruationem & motum.¶Quod autem corpus resurget spirituale.probat Apostolus, [*Si est*]id est quia iam est[*corpus animale*]secundum sensum prædictum,[*Est*]hoc est,aliquando erit in nobis,& iam in aliquibus est,[*Et*]corpus[*spirituale*] secundum intellectum expressum. corpus enim dicitur animale,ad differentiā corporis spiritualis. ¶Quod verò sit corpus animale, probat authoritate scripturæ.[*Sicut scriptum est*]in Geneſi, [*Factus est primus homo*]scilicet[*Adam, in animam viuentem*] hoc est,in sui formatione adeptus est animam dantem corpori vitam animalem,sustentatione ciborum indigentem:propter quam vitam corpus vocatum est animale,[*Nouissimus Adam*]id est Christus factus est [*in spiritum viuificantem*] i. in sua resurrectione recepit spiritum rationalem,seu animā dantem corpori suo vitā spiritualē, cibis & potibus non indigentē,sed insolubilē atque perpetuū. Christus enim posuit animā suam,& iterum sumpsit eam,sed non talem resumpsit,qualem posuit.Posuit nanque passibilem

Ioan. 12.

Sap. 9.

Luc. 14.

Augusſt.

Matth. 13.

Sap. 3.

1. Ioan. 3.

Geneſ. 2.

Rom. 5.

impassibilem verò recepit.Dicitur autem Christus Adam. Primò, quoniam de eadem materia habuit corpus.Secundò,quoniā sicut ex Adam omnes nascuntur,sic ex Christo renascuntur. Tertiò,nā sicut de latere Adæ formata est Eua,ita ex latere Christi formata est ecclesia.Dicitur quoque nouissimus Adam,quoniam nemo ei succedet,qui sit caput & author fidelium. [*Sed non prius quod spirituale*]hoc est nec Christus habuit,nec alij habēt,primò corpus spirituale,secūdum proprietatem vt dictum est , [*Sed quod animale*].i.primò oportet habere corpus animale,[*Deinde*]habetur corpus, [*Quod spirituale*]est. Christus equidem ante passionem habuit corpus animale.i. cibo vtēs ac dissolubile.Post resurrectionē verò habuit corpus spirituale.Ita erit & nobis:iam enim habemus corpora animalia . Post resurrectionem verò habebimus corpus spirituale.¶Sciendum,q̄ duplex est ordo, videlicet generationis & naturæ.Secundum ordinem generationis imperfectū præcedit perfectū,vt pueritia iuuentutē.Et hoc modo animale præcedit spūale.Secundum ordinē verò naturæ, perfectum præcedit imperfectum . Imperfecta enim à perfectis procedunt.¶Deinde ostendit Apostolus vnde simus animales,& vnde erimus spirituales.[*Primus homo*]. s. Adam, materialiter habens ordinem, [*De terra*] quia de limo terræ formatus fuit,[*Terrenus*].i.naturaliter animalis atque passibilis.Maximè tamen terrenus effectus est,transgrediendo diuinum præceptum:[*Secundus homo,*]hoc est Christus,Qui dicitur secundus homo,quoniam inter eum & Adam nullus est medius,qui sit caput & principium hominum sicut ipse.Hic ergo descendens, [*De cœlo*]& oriens ex alto est[*Cœlestis.*]Primò,quia de cœlis descendit,non diuinitatem amittendo vel locum mutando,aut corpus de cœlo secum portando,sed corpus humanum assumendo, atque in mundo visibiliter apparendo.Propter quod ipse ait,Nemo ascendit in cœlum , nisi qui descendit de cœlo. Et alibi,Exiui à patre,& veni in mundum. Secundò, quia cœlesti virtute conceptus ac natus . Tertiò, quia cœliformiter (id est absque macula)in terra conuersatus,[*Qualis terrenus*]id est qualis fuit Adam, [*Talis & terreni,*]hoc est tales modo nos sumus,quia animales,mortales & fragiles, imò originali peccato infecti.[*Et qualis cœlestis*]id est qualis in resurrectione factus est Christus,videlicet corpus glorificatum fortitus,[*Tales & cœlestes*]id est tales erunt electi in resurrectione futura,quando reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ,vt [*Ergo*] cœlestes efficiamur,studendum est nobis,vt[*Sicut portauimus imaginem terreni*]id est sicut assimilati sumus primo parenti, sequendo eius vestigia,inobediendo & originale peccatum ab ipso contrahendo.[*Sic portemus et imaginem cœlestis,*]hoc est Christo nos conformemus per charitatem,obedientiam, humilitatem & omnium tribulationum patientissimam sustinentiam.Non enim aliter possumus fieri cœlestes siue felices. Ideo subditur,[*Hoc autem dico fratres,quia caro et sanguis*]id est homines carnales affectibus vitiosis subiecti, seu opera carnis,[*Regnum dei possidere non possunt*]In cœlo enim non nubent,neque nubentur. [*Neque corruptio incorruptelam possidebit,*]hoc est qui seruit corruptioni peccati,non sortietur beatam immortalitatem:Peccatum enim mentem inficit,corrumpit & in nihilum redigit.Virtus verò consolidat animum & stabilit eum in deo.idcirco impassibilitatem,quæ est perfecta incorruptela,meretur & possidebit.

Vnde scriptum est,Incorruptio facit esse proximum deo.

¶Insuper manifestat Apostolus resurgendi modum ac ordinem[*Ecce*](Cum dicitur, Ecce,insinuatur notabile esse quod dicitur)[*Misterium*].i.occultum aliquid de materia futuræ resurrectionis , [*vobis dico*]videlicet,[*Omnes quidem*]generaliter,[*Resurgemus*]boni & mali in fine seculi,qui interim non surrexerunt resurrectione consummata,quomodo certum est resurrexisse virginem gloriosam.Nam & viui qui tunc inuenti fuerint,in igne conflagrationis morientur,vt soluant debitum carnis, protinúsque cū aliis surgent.Resurrectio nanque non conuenit,nisi ei quod cecidit,[*Sed nō omnes immutabimur,*hoc est non omnes in melius reformabimur, quoniam soli electi glorificabuntur, reprobi verò resurgent in peius:habebunt enim corpora ipso aspectu horribilissima.f.obscura,grauissima,grossa,& passibilia.Resurgemus autem[*in momento, in ictu oculi*]id est in breuissimo temporis spacio, hoc est quàm citò oculus aperitur,aut clauditur.Diuina enim virtus immensa est.Non tamen fiet repente , quia collectio cinerum fiet ab angelo,non sine motu locali. Surgemus quoque, [*In nouissima tuba*] Hæc tuba tripliciter intelligi potest.Primò per tubam intelligitur imperium dei,cuius nutu resurrectio fiet. Vnde ad Thessalonicenses ab ipso inducitur,Quoniā ipse dominus in iussu & in voce archangeli,& in tuba dei descē det de cœlo.Secundò,per tubam intelligitur vox Christi,qui ait, Veniet hora in qua oēs qui in monumentis sunt,audient vocem filij dei.Tertiò,per tubam accipi potest ad literam vox alicuius archangeli, cui cōmissa fuerit talis prolatio.Vnde in Euangelio dicitur,Media nocte clamor factus est,ecce sponsus venit,exite obuiam ei.[*Canet enim tuba*] quælibet iam præfata. i. terribiliter imperabit resurrectionem mortuorum.Et,vt dicit Hieronymus sic canet,q̄ totus mundus tinniet, [*Et mortui resurgent incorrupti*] id est cum corpore integro.Quia diuina virtus supplebit,quod aliquibus defuit,vt claudis, monstris & pueris.Omnes etiam surgent in perfecta ætate & conuenienti quantitate , [*Et nos electi*]immutabimur, id est immortalitatis gloriam consequemur.[*Oportet enim*]quatenus diuina impleatur promissio:& iusta fiat remuneratio,[*Mortale hoc*]corpus[*Induere immortalitatem*].i.perpetuam subsistentiam, [*Et oportet*]corruptibile hoc corpus[*Induere incorruptionem*]id est indissolubilitatem,vt resolui non possit.Hoc propriè refertur ad corpora electorum,quamuis & corpora reproborum futura sint immortalia & incorruptibilia,sed immortalitas illa erit tantis miseriis plena,vt potius esse videatur mors continua,quàm immortalitas vera.[*Cum autem mortale hoc*] corpus [*Induerit immortalitatem*] scilicet in die nouissimo, quando idem numero corpus resurget , prout apertissimè ait beatus Iob , Scio quòd redemptor meus viuit , & in nouissimo die de terra surrecturus sum , & rursum circundabor pelle mea,&c. [*Tunc fiet*] id est implebitur[*Sermo*]propheticus,[*qui scriptus est*]in Osea , secundum translationem. 70. interpretum,[*Absorpta*]id est victa est mors, siue diabolus [*in victoria*]id est per victoriosam passionem ac re-

Geneſ. 2.

Sapien. 6.

Epiſt.

Malac. 3.

Matth. 22.

Lucæ. 20.

Iob. 9.

Oſee. 13.

Universidad de Deusto Biblioteca

Osee.13. surrectionem Christi,qui mortem nostram moriendo destruxit,sicut & per Oseā loquitur, Ero mors E
tua ó mors,&c. Quod etiam iam allegatum est secundum translationem.70.interpretum. Abstulit enī
à nobis mortem culpæ atque gehennæ,& in fine seculi tribuet immortalitatem completam.¶ Præterea
Psalm. 88. apostolus de beneficio tanto exultans,& in persona feliciter resurgentium loquens ex propheta eodem,
adiecit.[*Vbi est ò mors victoria tua?*]qua omnes occidisti:sicut scriptum est, Quis est homo qui viuet &
non videbit mortem?[*Vbi est mors stimulus tuus?*]id est peccatum quod mortem induxit,sicut stimulus
læsionem infigit? Ideo subditur.[*Stimulus autem mortis*].i.mortem inducens[*Peccatum est*]actuale vel ori
ginale. Mors enim est pœna peccati,q.d. Ista victoria mortis,ac stimulus eius ab electis ablata sunt. Vn-
Esaiæ.25. de in Esaia legitur,Præcipitabit dominus mortem in sempiternum,& opprobrium populi sui auferet.
Psalm.113. Item in Psalm. Laqueus contritus est,& nos liberati sumus.¶ Ne autem putetur culpa per legem dele-
ta,subiungitur,[*Virtus vero*].i.incentinum seu augmentum[*Peccati*]est[*Lex*]Mosi, non directè,sed ex
Ouidius. occasione,ex humana peruersitate,quæ nititur (testante poëta) in vetitum semper, cupitque negatum.
De hoc autem in epistola ad Rom. plenissimè dictū est. [*Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam*]iam
in spe,& partim in re,postea autem dabit perfectè in re. Victoriam inquam peccati & mortis nō nostris
meritis,sed [*Per dominum nostrum Iesum Christū*].i.virtute ac merito Christi.¶ Postremò ponit Apostolus admonitionem saluberrimam & consolatoriam. [*Itaque*] cum omnia hæc ita se habeant, ô [*Fratres*
mei dilectissimi stabiles estote]in fide[*Et immobiles*]in charitate [*Abundantes in opere domini semper*]. i.actibus virtuosis incessanter intenti,[*Scientes quod labor vester*]ex charitate procedens,[*Non est inanis*].i.sine
Sapient.3. mercede[*in domino.*]Imò vt apud Sapien.legitur,bonorum gloriosus est fructus. Hoc totum breui ver
Psalmi.26. siculo comprehendit Psalmista,dicens,Expecta dominum,viriliter age,& confortetur cor tuum,& sustine dominum. Magna est itaq; perfectio,cordis stabilitas in domino,ne homo moueatur impetu pas-
sionum,delectationibus temporalium rerum:vel minis,aut huiusmodi aliquo peccato. Idcirco scriptū
Eccles.5. est. Non te ventiles in omnem ventum,sed esto firmus in via domini,& in veritate sensus tui. Et iterum
Eccle.27. scriptura dicit,Sapiens permanet vt sol,stultus autem mutatur vt luna.

Cap. XVI. [*De collectis autem quæ fiunt in sanctos.*] Artic. XVII.

Xpeditis determinationibus principalium materiarum,in quibus instruendi erāt
Corinthij,iam agit Apostolus de quibusdam ordinationibus particularibus. Primò de eleemosynis,quas gentiles conuersi faciebant Iudæis conuersis,qui in Hie
rusalem erant. Ait enim[*De collectis autem*].i.donis seu eleemosynis,[*quæ*]congre
Actu.2. gantur,&[*fiunt in sanctos*].i.in sustentationem sanctorum in Hierusalēm habitantium,qui omnia sua vendiderunt,& ante apostolorum pedes posuerunt, quibus
consumptis,& famæ orta in Iudæa,in magna penuria fuerunt,propter quod ordi
nauerunt apostoli vt cōuersi ex gentibus mitterent eis subsidia vitæ.[*Sicut ordinaui in ecclesiis Galatiæ*].i.congregationibus fidelium in Galatia(quæ est pars Græciæ)habitantiū. f.Gala-
tis.[*Ita et vos facite per vnam sabbati*].i.vna die septimanæ.[*Vnusquisque vestrum apud se reponat*].i.in pro
pria domo ponat in loco securo,ne fortè si alij commiserit, defraudetur. Ponat ergo apud se [*Recondens*]munus[*Quod ei bene placuerit*]id est tantùm quantùm libenter dat,ne grauetur,[*Vt non cum venero,*]id est apud vos fuero,[*Tunc collectæ fiant,*]id est eleemosynæ congregentur,quia tunc alia habebimus expedire:grauaret quoque vos si totum simul daretis.[*Cum autem præsens fuero apud vos,quos probaueritis*] i.approbaueritis,seu aptos iudicaueritis,per epistolas,hos mittam,id est istos destinabo cum
literis commendatoriis meis ac vestris,[*Perferre gratiam vestram,*]id est gratiosam eleemosinam[*In Hierusalem*]ad primitiuam ecclesiam sub Iacobo militantem.[*Quod si dignum fuerit*].i.rationabilis causa oc
currerit,[*Vt et ego eam*]in Hierusalem cum eleemosynis istis. [*Mecum ibunt*] quos probaueritis. [*Veniam autem ad vos,cum Macedoniam,*]quæ est pars Græciæ,[*Pertransiero*]visitando illic, & in locis vici-
nis discipulos.[*Nam Macedoniam*]prouinciam illam[*Pertransibo*]non diu ibi morando,cum non sit ne-
cesse.[*Apud vos autem forsitan*].f.li.deus præstiterit,[*Permanebo*]multis diebus,[*Vel etiā hyemabo,*] quia
multa sunt corrigenda in vobis,ideo diuturna medici spiritualis præsentia vobis necessaria est. [*Vt vos*
me ducatis quocunq; iero]cum à vobis recessero. Illa tamen non fuit principalis causa huius mansionis,
sed hoc dicit apostolus ad inflammandum charitatem eorum ad se,vel ad familiaritatem ostendendam
[*Nolo enim vos modo in transitu videre*]id est tempore modico. [*Permanebo autem Ephesi*] vnde & istam
epistolam vobis transmisi,[*Vsque pentecosten. Ostium enim mihi apertum est magnum et euidens*].i.vehemēs
ratio mihi occurrit illic manendi,eo quod corda multorum parata sint recipere verbum dei.[*Et aduersarij multi*]sunt ibi qui euangelio contradicunt,contra quos oportet me armare fideles, vel illis quoque
apertè resistere.[*Si autē venerit Timotheus*]ad vos [*Videte*] id est studete ad hoc [*Vt sine timore sit apud*
vos]id est securè,ita vt nullus ei molestus sit.[*Opus enī dñi operatur*] prædicando euangelium Christi,
1.Timo.4. [*Sicut et ego. Ne quis ergo illū spernat*]eo quòd iuuenis sit. Vnde alibi dicit, Nemo adolescentiam tuam
contemnat,[*Deducite autē illū in pace*]egrediendo & ambulando cum eo pacificè per aliquod spatium,
Actu.18. [*Vt veniat ad me*]Ephesum[*Expecto enim illū cū fratribus*]cum eo venturis. [*De apollo autē fratre*]qui e-
rat vir potens in scripturis & eloquens, quem apostolus ordinauit Corinthiis in episcopum,sicut & ip
si rogauerunt. [*Notū vobis facio quoniā multū rogauī cū*]non præcepi, [*Vt veniret ad vos cum fratribus*] secum agentibus. Recesserat quippe à Corinthiis propter dissensionem eorum quam sedare
non potuit, propter quod rediit Ephesum ad apostolum. [*Et vtique non fuit voluntas eius vt nunc ve-*
niret] ad vos, quandiu estis in ista discordia. [*Veniet autem quum ei vacuum*] id est opportunum,
[*Fuerit*] quando videlicet perceperit vos emendandos, [*vigilate,*] id est diligentes & solicīti
estote, ne torpor pigritiæ irruat super vos, [*state,*] id est firmiter perseuerate, [*in fide, viriliter agite*]

A Maledictus enim qui facit opus dei negligenter,[*Confortamini*]proficiendo semper in gratia dei,[*Et om* Hiere. 48.
nia vestra]opera,[*in charitate fiant*]id est charitatiuè atque cōcorditer: aliter enim non essent meritoria.
[*Obsecro autem vos fratres,nostis domum Stephanæ*].i.familiā illius matronæ.vnde supra dixi,Baptizaui au 1.Cor. 1.
tem & Stephanæ domum. Nostis etiam[*Et*]domum,[*Fortunati et Achaici*].i.horum virorum,qui mecū
fuerunt,cum vobis prædicaui,[*Quoniam sunt primitiæ Achaiæ*].i.primùm in Achaia crediderūt,[*Et in mi*
nisterium sanctorum ordinauerunt seipsos].i.sponte se obtulerunt ad ministrandum fidelibus. Hoc itaque
obsecro.[*Vt et vos subditi sitis*]per humilem obedientiam,[*Eiusmodi*].i.istis & talibus personis, [*Et omni*
cooperanti]mihi[*Et laboranti*]in vobis.i.ad vestram salutem.[*Gaudeo autem in præsentia. Stephanæ et For-*
tunati et Achaici].i.de hoc lætor,q̄ tales personæ vobiscum sunt[*Quoniam illud quod vobis deerat*] quan-
tùm ad salutarem doctrinam, [*Ipsi suppleuerunt*] docendo vos plenius. [*Refecerunt enim*].i.spiritualiter
nutrierunt seu impleuerunt, [*Et meum spiritum*].i.animam meā iucunditate,eo quòd instruant vos, [*Et*
vestrum]spiritum refecerūt veritatis notitia. Vel sic, Gaudeo autem in præsentia Stephanæ,&c.i.de hoc
q̄ venerunt ad me,quoniā illud quod vobis deerat.i.quod vos minus debito mihi feciſtis,ipsi suppleue
runt. Refecerunt enim.i.consolati sunt,vel pauerunt & meū spiritum & vestrū, quia mihi benefacien-
do,benefecerunt & vobis quibus apostolū seruauerunt.[*Cognoscite ergo*].i.diligenter attēdite & hono-
rate,[*Qui eiusmodi sunt*].i.tales personas.[*Salutant vos*].i.salutē vobis cupiūt atq; annuntiant,[*Omnes ec-*
B *clesiæ Asiæ*]minoris,cuius metropolis est Ephesus,vbi cōscripta est præsens epistola.[*Salutant vos in do*
mino multum].i.cū ingenti affectu,[*Priscilla*]mulier[*Et Aquila*]vir eius[*Cum domestica sua ecclesia*].i.cum
societate fideliū cōmorante in domo eorū,[*Apud quos et hospitor*] Horum duorum frequenter apostolus meminit, quia in primitiua ecclesia notabiles erant,& bene instructi in fide.[*salutant vos fratres om-*
nes]in Epheso existentes.[*salutate inuicem in osculo sancto*].i.in spirituali & puro etiā corporali, sicut in
primitiua ecclesia fuerat cōsuetudo.[*salutatio mea manu Pauli*].i.propria manu subscripta. Scripsit enim
apostolus propria manu in fine epistolarū suarū salutationē,ne deciperentur fideles,recipiēdo epistolas
pseudoapostolorū pro epistolis Pauli.[*si quis non amat dñm nostrum Iesum Christū, sit anathema*].i.separa-
tus à cōsortio fideliū,& condēnatus à deo,[*Maranatha*].i.in aduentu dñi,vel donec venerit dñs. Mara-
natha quippe interpretatur dominus venit. Dicitq; Lyra,q̄ sint duæ dictiōes. Augustinus verò,cui po- Augustin.
tius creditur,ait q̄ sit vnū nomen cōpositum ex græco & syro:& potius est syrum q̄ Hebreum. Hęc au
tem imprecatio mali non est intelligēda dicta de zelo vltionis seu inuidiæ,sed affectu iustitię,vel modo
prænuntiationis propheticæ.[*Gratia domini nostri Iesu Christi*] quæ est formale ac habituale principium
totius vitæ meritoriæ,sed[*et charitas mea*].i.talis dilectio,qualē ego habeo,sit[*Cum omnibus vobis in Chri*
sto Iesu].i.finaliter propter Christum.[*Amen*]Christus enim est finis noster,sicut in Apoc.testatur,Ego Apoca.1.
sum alpha & o,principium & finis. Cui semper sit omnis honor, virtus, beatitudo & gloria,quoniam 1.Tim. 1.
ipse cum patre & spiritu sancto est super omnia deus sublimis & benedictus. Amen.

C

IN SECVNDAM AD CORINTHIOS.

EPISTOLAM PROEMIVM.

AVdi fili disciplinam patris tui,vt addatur gratia capiti tuo. Cum prelatis ecclesiæ dicat saluator, Qui Prouer.1.
vos audit,me audit:& qui vos spernit,me spernit:constat quòd pari audientia accipienda sunt ver-
ba prælatorum & Christi. Quidam itaque Corinthiorum hoc attendentes expriori epistola Pauli cor- Luc.10.
recti fuerunt,obedientes præceptis apostoli,tanquam Christi. Quidam verò eorum in suo perstiterūt
errore præferentes Paulo pseudoapostolos. Propter hoc scribit Apostolus Corinthiis hanc secundam
epistolā,in qua se verū Christi probat Apostolum,atque fallaciam pseudoapostolorū,vanitatem ac fal-
sitatem demonstrat,errantes Corinthios reducit ad viam iustitiæ:bonos verò incitat ad meliora, præser
tim ad obseruationem patientiæ,proponens seipsum illis in exemplum. Non ergo cessandum est bono
prælato à spirituali cura infirmi subiecti,si statim non emendetur,sed continuanda est admonitio,increpatio,exercitatio,quandiu spes est de reparatione errantis.

D Cap. I. secundæ ad Corinthios epistolæ. Artic. I.

QVoniam Corinthiorum nonnulli minus dignè de Paulo senserunt, atque ob hoc
propriam salutē neglexerunt,paruipendentes verba Pauli,& pseudoapostolis cre
dentes,idcirco in exordio huius epistolæ,in qua more solito præmittitur saluta-
tio,cū dixisset,Paulus:statim adiecit,Apostolus Iesu Christi per voluntatem dei,
non vt seipsum magnificaret, sed vt illorum prouideret saluti. Potest enim, & dū
ratio postulat,debet prælatus authoritatem suam ostendere,ne sui cōtemptus im
pediat subditorum salutem.¶ Ponens ergo Apostolus personas scribentes seu sa
luntates ad gratiam apostolatus assumptus:non à seipso,vel ab hominibus intrusus inordinatè,[*et Timo-*
theus]Ephesiorum episcopus[*Frater*]noster spiritualis. Hunc sibi adiungit Apostolus,ne Corinthij ali-
quid sinistrum suspicentur de eo,quasi eos accusauerit apud apostolum ex rancore. Priorem enim epi
stolam tulit Corinthiis,rediēsq; nuntiauit apostolo facta & verba Corinthiorum. Quānis autem Apo
stolus solus istam epistolam dictauerit,vterque tamen mandat & mittit eam Corinthiis, ne forte quia
Paulus multa scribit ex Timothei relatu. Itaque Paulus & Timothæus mandant[*ecclesiæ dei,*]id est cō
gregationi fidelium,[*Quæ est Corinthi,*]id est in ciuitate sic dicta,metropolitanæ Achaiæ,[*Cum sanctis om*
nibus,]id est & sanctis omnibus,vtpote cunctis veraciter Christianis, qui vtique sancti & virtuosi sunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

[*Et quæ sunt,*]id est demorantur.[*In vniuersa Achaia,*]id est quocunque loco prouinciæ sic vocatæ, quæ erat pars Græciæ.[*Gratia,*]quæ est supernaturalis habitus,principium omnis meritoriæ operationis,essentiam animæ immediatè perficiens,[*vobis*]præstetur[*Et pax*].i.tranquillitas mentis, de qua angeli cecinerunt,Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis,[*A deo patre nostro*]per gratiam adoptionis, id est à tota superbenedicta trinitate,quæ est vnus deus creator & pater noster,cui quotidie dicimus,Pater noster qui es in cœlis,[*Et domino nostro Iesu Christo*].i. per Christū mediatorem dei ac hominum, per quē omnis gloria nobis cōfertur.Christus enim,vt deus,est idem collator principalis cū patre & spiritu sancto,sed secundum naturam assumptam est dator gratiæ mediatus ac instrumentalis,quia per ipsum tanquam per causam meritoriam ac mediatricem dantur nobis charismata spiritus sancti.

¶ Deinceps procedit Apostolus ad narrationem, captátque beneuolentiam Corinthiorum & à gratiarum actione incipiens,affatur perfectos [*Benedictus deus*].i.ab omnibus benedicatur & exaltetur, semperque sit benedictus deus,trinitas,[*Et pater domini nostri Iesu Christi*].i.persona patris æterni, qui est genitor Christi secundum eius diuinam naturam.Hunc patrem Apostolus specialiter exprimit exemplo Christi,qui per totum Euangelium omnia refert specialiter ad gloriam patris,quemadmodum ait, Honorifica patrem meum.Non quòd pater maior sit filio aut spiritu sancto, sed quia authoritas est in patre,atque fontalis origo,respectu filij & spiritus sancti,quorum vterque susceptt à patre quicquid habet & est.Vel sic,Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi,id est persona patris,qui est deus Christi secundum naturam humanam,& pater ipsius secundum naturam diuinam.Vnde in Euangelio Christus testatur,Ascendo ad patrem meum & patrem vestrū,deum meū & deū vestrum.Vel deus ratione essentiæ & emanationis ad extra:pater verò ratione proprietatis relatiuæ & emanationis ad intra. Porrò quod subditur,simili sensu accipi potest,tam de persona patris, quàm de tota trinitate,patre nostro ratione creationis,gubernationis & adoptionis,[*Pater misericordiarum*].i.causa paterna piorum affectuum ex diuina benignitate manantium.Vel,pater misericordiarum intransitiuè.i. pater multùm misericors seu misericordia plenus.Et dicitur pater misericordiarum, quamuis misericordia dei sit vna ac simplex propter diuersos effectus pietatis diuinæ.Vnde etiam ait Psalmista,Misericordias domini in æternum cantabo,[*Et deus totius cōsolationis*].i.dator atque benignus infusor omnis veræ,perfectæ ac spiritualis consolationis siue lætitiæ,[*Qui cōsolatur nos,in omni tribulatione nostra.*]qui propter iustitiam patimur à mundo,carne aut diabolo.Consolatur autem nos,vel à tribulationibus liberando, vel in tribulationibus patientiā dando,ita vt omne gaudiū æstimemus,cū in diuersas inciderimus tentationes. Vel in ipso corde copiosam exultationem cōcitando ex contēplatione diuinorū, sic vt tribulationis acerbitas vix sentiatur.tunc scriptum est in Iob,Ipse vulnerat & medetur,percutit & manus eius sanabunt.Et Abacuc propheta orat,Cum iratus fueris,misericordiæ recordaberis.[*vt possimus et ipsi cōsolari eos*]id est tam copiosè & ad hoc cōsolatur deus nos,apostolos,virósque pfectos,vt ex plenitudine, gustu,& experientia consolationis nobis infusæ,valeamus & nos consolari eos,[*Qui in omni pressura sunt*]in quacunq; afflictione,pponēdo nos eis in exemplū.Possimus,inquam,consolari eos. [*Per exhortationē,qua exhortamur et ipsi à deo*].i.admonēdo eos taliter per prædicationem vocalem, sicut admonemur à domino per inspiratione seu alloquutione internam,videlicet cōmemorando præmia sempiterna pro præsentibus, breuibúsq; tribulationib⁹ rependēda,proponendo etiā persequutiones, passiones Christi & aliorū electorū pro exēplo,quemadmodū retulit Iudich,Memores, inquiēs, esse debent, quomodo pater noster Abrahā tentatus est,& oēs qui placuerūt deo,p multas tribulatiōes transierunt fideles.Elucescit autem ex his,quia alios spūaliter cōsolari aptus nō est,qui diuinā consolationem expertus non est.Ideo pientē quendā dicitur,Vir in multis expertus cogitabit multa. Verūtamen aliqui ad deū conuersi tribulantur,tentātur & angustiātur:nullā tamen consolationē experiūtur,quibus cœlū est æneū, terráq; ferrea,qui cū beato Iob domino dicere possunt,Sto & nō respicit me,clamo & non exaudies me: mutatus es mihi in crudelē.Sed isti nō desperēt,nō frangātur,nec pusillanimes fiant,sed manū domini longanimiter præstolētur,sciētes quòd deus nō deserat sperātes in se,dicentésq; eū Iob. Etiā si occiderit me,in eū sperabo.Interim verò carnalē consolationē despiciāt,quatenus in dei contēplatione reflorescāt.Iuxta illud Psāl.Renuit consolari anima mea,memor fui dei,& delectatus sum. Denique quòd cōsolemur à deo,aliósq; consolari possimus,patet ex hoc. [*Quoniam sicut abundāt passiones Christi*]. i.persequutiones,quæ in Christo capite nostro præcesserūt,& propter eū fidelibus infliguntur, eius quoque amore æquanimiter tolerantur,[*In nobis*]famulis Christi:quibus ipse ait,Si me persequuti sunt, & vos persequentur,quia non est seruus maior domino suo,[*ita et per Christū*] i.per gratiā & misericordiam Christi,[*Abundat cōsolatio nostra*]Qui enim compatitur,& conglorificabitur.Propterea dicit Propheta,Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo,cōsolationes tuæ lætificauerūt animā meam. Alibi quoq; dicit scriptura,Qui derelictus est in ira dei omnipotentis,iterū in magna reconciliatione cum summa gloria exaltabitur.[*Siue autē tribulamur*]tribulatio ista accidit nobis pro vestra exhortatione & salute.i.vtilis est ad exhortandum vos salubriter,sciūcet vt vos exemplo nostri tribulationes sustineatis libenter,[*Siue cōsolamur*]à deo,hoc fit,[*Pro vestra consolatione*].i.vtile est ad consolandum vos, quoniam eadem merces nobis & vobis promittitur. [*Siue exhortamur*] id est diuinitus admonemur omnia fortiter perperti,hoc fit[*Pro vestra exhortatione et salute*]quia per hoc idonei efficimur, admonere vos ad vestram salutem, sicut & ipsi à deo monemur, [*Quia*]exhortatio[*operatur in vobis tolerantiam earundem passionum*]id est inducit & prouocat vos ad tolerandum pro Christo persequitiones & aduersitates, [*quas et nos patimur*, vt *et spes nostra*] id est fiducia qua speramus vos beatitudinem adepturos. [*Firma,*]id est constans & efficax, [*sit pro vobis,*] id est ad commodum vestrum. Dum enim prælati conspiciunt subditos suos in virtutibus agiles, securè & firmiter sperant bona æterna

eis fore parata.Vnde & Salomon,Filius sapiens lætificat patrem, [*Scientes*]certitudine reuelationis diuinæ & experientiæ, non ratiocinationis humanæ. De qua scientia ait Iob, Scio quòd redemptor meus viuit,& in nouissimo die de terra surrecturus sim[*Quoniam*]id est quòd[*Sicut socij*] participes & consortes estis,[*passionum*]id est tribulationum pro Christo,imitando eius vestigia:[*Sic eritis &*]socij,[*Consolationis*]diuinæ per gratiam Christi,in præsenti inchoatiuè & imperfectè, in futuro autem plenè ac iugiter.Si enim sustinemus,& conregnabimus. Ideo scriptum est, Communicantes Christi passionibus gaudete,vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis.

¶ Præterea narrat apostolus magnitudinem persequutionum suarum in speciali. Primò, vt alij exemplo sui ad patientiam animentur.Secundò,vt discipulis intinuet quanta pro eorum patiatur salute.Tertiò,vt nos aduertentes quàm modicum patiamur comparatione apostoli, ab inordinato mœrore cessemus.Itaque ait,[*Nolo enim vos ignorare fratres*]Rarò apostolus discipulos suos nominat filios, sæpe autem fratres.In quo percutitur quorundam superiorum superbia,qui nimiùm proni sunt vocare subditos suos filios,nō tam ex paterna dilectione,quàm ex quadam animositate.Idcirco ait scriptura, Rectorem te posuerunt,noli extolli:esto in illis quasi vnus ex ipsis.Nolo ergo vos ignorare[*De tribulatione nostra quæ facta est*]id est nobis illata est, [*in Asia*] id est in Epheso vrbe Asiæ, ab Alexandro argentario, qui fecit ædes Dianæ:de qua tribulatione multa scripta sunt in Actis.[*Quoniam supra modum*] solitum, [*Grauati sumus,& supra virtutem*]naturalem atque humanam,non tamen vltra virtutem nobis per gratiam communicatam:quia supra dictum est,Fidelis deus,qui non patietur vos tentari supra id quod potestis,[*ita vt tæderet nos etiam viuere*]secundum inferiorem partem animæ. s. secundum sensualitatem, vel sensitiuum appetitum,quemadmodum scriptum est de Christo,Cœpit Iesus pauere & tædere,non tamen secundum rationem fide & spe adornatam,quia hoc esset contra patientiæ perfectionem.

¶ Posset præterea scisciari quis hoc loco,an liceat homini mortem optare propter aduersitatum acerbitatem.Et primò apparet quòd sic,authoritate apostoli,loco præsenti.Secundò, quoniam Helias persequutionem Iezabel fugiens,dixit,Sufficit mihi domine,tolle animam meam.Tobias quoque excæcatus oravit,Præcipe domine in pace recipi spiritum meum.Simili modo Iob ait, Elegit suspendium anima mea,& mortem ossa mea. Et respondendum, quòd non licet propter persequutiones vitandas optare mortem absolutè,sicut terminum vitæ:licet tamen sub conditione,videlicet diuina voluntate supposita,& mortem cōsiderando tanquam ingressum vitæ futuræ:sic tamen,vt quauis persequutio sit occasio huius desiderij,charitas sit præcipiens atque eliciens actum hunc.[*Sed et ipsi*].i.ego,& adhærētes mihi,[*In nobis responsum mortis habuimus*].i.ex persequutionis illius cōsideratione animus noster nobis respondit,& certè putauimus,quòd mors nobis instaret,non enim arbitrabamur nos posse euadere.Quod ideo deus permisit,[*Vt non simus fidentes in nobis*]id est ne in propria potestate superemus: Maledictus enim(inquit Hieremias)qui confidit in homine,[*Sed in deo.*]Vnde per Esaiam quoq; dicitur, Quis ambulat in tenebris & nō est ei lumē?speret in nomine domini,& innitatur super deū suum.Et Hieremias iterum,Benedictus vir qui confidit in domino,[*Qui suscitat mortuos*]corporaliter animā iterum corpori vniendo,& spiritualiter charitatē & gratiam peccatoribus cōferendo.De talibus spiritualiter mortuis Christus in Euāgelio loquitur,Dimitte mortuos sepelire mortuos suos,[*qui de tantis periculis*] vitæ corporalis[*eripuit nos*]in Epheso,[*et eruit*]incessanter,cum tribulamur,[*in quem speramus*].i.de cuius bonitate cōfidimus,[*quoniam et adhuc eripiet*]in futuro à similibus periculis.Non q̄ Apostolus à tribulationibus erui concupiuit,quasi mortem pro Christo pati imparatus,sed quia in carne manere necessarium fuit propter discipulos.Eripiet ergo nos,[*Adiuuantibus et vobis in oratione*]fusa[*pro nobis*].i.vestra oratione nobis succurrente,& istam orationem nobis promerente seu impetrante ad hunc finem,[*Vt ex multarum personis fiat*]a.i.à personis diuersarum dispositionū,ætatum,virtutū,meritorum atque respectuum,s.à cūctis gradibus fidelium,qui sunt[*eius quæ in nobis est donationis*].i.gratiæ nobis diuinitus distributæ[*Participes per multos*].i.ab his diuersis,pluribúsque fidelibus[*gratiæ agantur*]deo[*pro nobis*].i. p̄ nostri ereptione,videlicet vt oēs fideles gratias referant deo pro cōseruatione vitæ meæ ad p̄fectum eorū.Et meritò hoc agere debent,dignúmq; est sic fieri.[*Nam gloria nostra*].i.causa atq; materia nostræ spiritualis exultationis in deo[*Hæc est,testimonium conscientiæ nostræ*].i.fiducialis testificatio conscientiæ p̄priæ,Secura enim mens,quasi iuge cōuiuium,Semper verò præsumit fœua cōscientia pturbata.Deinde ponit quid sibi perhibeat atq; testetur cōscientia sua,videlicet[*quod in simplicitate*]bona quæ duplici tatis plicam excludit,[*Et synceritate*].i.munda intentione ac pura veritate [*Dei,et non in sapientia carnali*] aut seculari,quæ docet sensibilia bona exquirere,de qua dicitur.Non est ista sapientia desursum,sed terrena,animalis & diabolica[*Sed in gratia dei*].i.secundum instinctum & opera gratiæ nobis à deo infusæ, [*Conuersati sumus in hoc mundo*]à tempore cōuersionis nostræ ad Christum, [*Abundantius autem*] .i.gratiosius cōuersati simus[*Ad vos*].i.vobiscum,à quib⁹ nihil recepimus.De hac laudabili simplicitate,qua homo corde,ore & opere vniformi modo se habet,omnem vitans simulationem hypocritarum, scriptum est in Prouer.Recti habitabunt in terra,& simplices permanebunt in ea,Et iterum,Cum simplicibus sermocinatio dei.Ad hanc simplicitatē hortatur Iacobus dicēs, Purificate corda duplices animo. Porrò q̄ ita habuerimus nos ad vos,patet[*Non enim alia*]oppositā[*Scribimus vobis*]in hac secunda epistola,[*Quam quæ legistis*]in prima epistola vobis à me missa,[*Et cognouistis*]ex lectione illius epistolæ, imò & per experiētiam operum meorum inter vos.[*Spero autem quòd vsque in finem*], i.perseueranter ac firmiter[*Cognoscetis*]non in simplicitate & syncēritate conuersari.[*sicut et cognouistis nos ex parte*] .i.quēadmodum partim iam rectitudinē nostrā cōsideraſtis,expertíq; estis[*Quia gloria vestra*].i.causa vestræ lætitiæ[*nos sumus*]Honestus enim & sapiēs pater lætificat filios bonos, qui vtiq; in gratia patris sui cordialiter iucundātur,[*sicut et vos*]estis gloria[*nostra.*]Nā filij⁹ sapiēs,gloria est patris,vt Salomō dicit, Ma

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Iohan.3. 1.Thes.3. ximè enim gaudent boni patres de filiorum suorum profectu: sicut Ioannes in sua ait canonica, Maiorê E
horum gratiam non habens, quàm vt audiam filios meos in veritate ambulare. Vnde alio loco dicit apo
stolus, Nunc viuimus, si vos statis in domino. Sic autem vnus nostrûm est gloria alterius, [*In die domini
nostri Iesu Christi*]. i. ad hoc vt in die iudicij simul glorificemur. Vel, quòd vnus sit gloria alterius, euiden
tius apparebit in die prædicto, quando omnia aperta erunt ac nuda, propter quòd tempus illud, dies vo
catur. [*Et hac confidentia,*] qua ita syncerè me circa vos habui, & quia vnus nostrûm alterius est gloria,
Hebr.4. [*Volui prius venire ad vos*] quàm ire in Macedoniam, sicut promisi me venturum ad vos, quamuis ita nõ
feci propter culpam vestram, scilicet propter vestram peruersitatem & litem, [*Vt secundũ gratiam*] id est
1.Cor.16. alium profectum [*Haberetis*] ex meo aduentu, qui infructuosus non est: hoc est, vt sicut in primo aduẽtu
meo ad vos, instrux vos circa credenda: sic modo docerem vos circa agenda [*Et per vos*] id est à vobis, &
vestro ductu [*Transire in Macedoniam*] prouinciam Græciæ, [*Et a Macedonia*] volui [*Venire ad vos*] vt
tertiam gratiam, id est perfectam informationem haberetis, [*Et a vobis deduci in Iudæam.*] vt sanctis, qui
ibi sunt, vestras eleemosynas ferrem. Sed quia Apostolus non venit sicut prædixit, quidam Corinthio
rum reprehenderunt ipsum de leuitate, falsitate & carnalitate, quasi propter corporale commodum ve
nire distulerit. Ideo de his malis se excusans, adiecit, [*Cum ergo hoc voluissem*] id est vos visitare optassem:
sicut iam dixi, [*Nunquid leuitate*] aut instabilitate [*Vsus sum?*] mutando propositum sine rationabili cau- F
sa? [*Aut quæ cogito*] facere, [*Secundum carnem cogito?*] id est nunquid carnali sensu vtor, dum vos visitare
propono, quòd tamen non facio, tanquam propter carnis commoditatem hoc differam. [*Vt sit apud me,
est, et non*] id est affirmatio & negatio de eodem, puta mendacium. Non vtique, quoniam nihil dixi inten
tione fallendi, & hoc ipsum quod dixi intelligendum erat nisi rationabile impedimentum occurreret.
Mendacium verò est falsa vocis significatio, cum intentione fallendi. [*Fidelis autem*] id est verus in pro
missis [*Deus*] est, idcirco non mittit nuntios falsos & infideles, cuius signum vel ratio est, [*Quia sermo no
ster qui fuit apud vos*] id est prædicatio nostra vobis proposita, [*Non est in illo, est et non*] id est affirmans &
negans aliquid de eodem secundum idem, sic enim mendax esset, [*Sed est in illo, est*] id est simpliciter affir
mauit esse in deo, vel in effectib⁹ eius quod in eis est, id est quòd eis veraciter cõpetit. [*Dei enim filius Chri
stus Iesus, qui in vobis per nos prædicatus est*] id est à nobis vobis euãgelizatus, videlicet [*Per me*] sicut per
principalem, [*Et Syluanum*] quem aliqui dicunt esse Sileam apostolũ, [*Et Timotheum*] cooperatores, ad
iutoresque meos, [*Non fuit in illo est, et non, est*] id est contradictionem includens, seu falsitatem, [*Sed in il
lo fuit*] id est sermo noster de Christo sic pronunciatus est, sicut verè in Christo impletum est. Verè
enim natus, passus ac resuscitatus est, sicut docuimus. [*Quotquot enim promissiones dei sunt*] id est vniuersę
Iohñ.11. promissiones patris factæ de Christo, [*In illo etiam*] est, id est in Christo verè implentur. Vnde Ioan. di-
Iohan.19. cit Gratia & veritas per Christum facta est. Et Christus in cruce dicebat, Consummatum est. [*Ideo dici- G
mus et per ipsum*] Christum [*Amen*] id est verum est [*Deo*] patri, quia per Christum fatemur verificata esse
Marc.8. patris promissa, [*Ad gloriam nostram*] id est ad nostram salutem, quæ consistit in hoc quòd diuinam ve-
Luc.12. ritatem agnoscimus atque fatemur: sicut ait saluator, Qui me confessus fuerit coram hominibus, confi-
Mat.10. tebor & ego eum coram patre meo, [*Qui autem confirmat nos vobiscum*] id est, nos & vos simul [*In Chri-
Ioan.3. sto*] id est in fide & dilectione Christi, [*Et qui vnxit nos*] interna & spirituali vnctione, videlicet perfusio
ne spiritus sancti, de qua & Apostolus Ioannes, Vos vnctionem habetis à sancto, & vnctio eius docet
vos de omnibus. Hæc vnctio primò confertur in baptismo. Qui ergo sic confirmauit & vnxit nos, est
Grego. [*Deus, et signauit nos*] id est in libro vitæ conscripsit, ab aliis discreuit, & ad se pertinere monstrauit, [*Et
dedit pignus spiritus*] id est arram spiritus sancti, videlicet dona diuina, quæ sunt pignus certificans nos de
inhabitatione spiritus sancti, & futura beatitudine nobis præstanda. (Ex perceptione quippe præsentiũ
munerum certa fit expectatio futurorum.) Itaque qui dedit pignus istud, [*In cordibus nostris*] in quibus
dona spiritus sancti recipiuntur, est deus. Ideo omne bonum ei ascribimus. ¶ Insuper pandit cur ad eos
1.Cor.4. non venerit. [*Ego autem testem inuoco deum*] id est per deum testor & iuro, & hoc [*In animam meam,*] id
est, contra bonum animæ meæ, si mentior. [*Quod parcens vobis*] id est vestræ infirmitati condescendẽs
ac prouidens, [*Non veni vltra*] id est, post primam vicem, vel à tempore vltimi recessus mei à vobis, [*Co-
rinthum*] videlicet ne cogerer vehementer & durè corripere vos, ideo malui vos scripto corrigere, vobisq;
1.Petri.5. aliquantùm correctis venire, [*Non quia dominamur fidei vestræ*] id est vobis fidelibus. Tanquam dicat, H
Matt.25. Non ideo assero me vobis peperciss̃e, quasi fides vestra nostro subiiciatur imperio, cum fides sit volun-
tatis, vel quasi vobis dominetur. Vnde Petrus, Pascite (inquit) qui in vobis est gregem, non vt dominan-
tes in cleris, sed forma gregis effecti. [*Sed adiutores*] id est cooperatores [*Sumus gaudij vestri*] spiritualis,
quod nunc habetis per fidem, & in futuro fortituri estis per speciem, hoc est inducimus vos per exhor-
tationem ad opera bona, ex quibus gloriamini in domino iam in isto exilio, & per quæ futuram felicita
tem meremini: de qua saluator, Intra (inquit) in gaudium domini tui. Adiutores, inquam, sumus gaudij
vestri, idcirco, [*Nam fide statis*] id est per fidem erecti estis ad deum in bonis operibus, ideo cooperamur
vobis, inducendo vos ad perseuerantiam atque profectum.

Cap. 11. [*Statui autem hoc. etc.*] Artic. 11.

Enique plenius referans apostolus, cur ad Corinthios vltra non venerit, ait, [*Statui autem
hoc apud me*] id est in animo meo firmiter ordinaui atque proposui [*Ne iterum in tristitia*] id
D est cum cordis dolore, [*Venirem ad vos*] dolendo propter vestram discordiam. Vel, in tri-
stitia, id est ne veniens vos tristes efficerem, corripiendo vos durè, doleo nanque de vestra
imperfectione. Quod patet per hoc. [*Si enim ego contristo vos*] redarguendo vestra peccata.
[*Et quis*] ex vobis, [*Est qui me lætificet*] id est tristitiam meã in lætitiam mutet? [*Nisi qui contristatur*] id est
ad bonam tristitiam, scilicet pœnitentiam salutarẽ mouetur, [*Ex me?*] id est ex mea increpatione? Quem

A admodum ergo de vestris culpis doleo, ita de pœnitẽtia vestra exulto. [*Et hoc ipsum*] videlicet quòd ne-
mo errantium in vobis me læsificat, nisi qui contristatur ex me, [*Scripsi vobis*] in ista epistola, [*vt non cum
venero*] ad vos [*tristitiam*] nouam [*super tristitiam*] ante conceptam [*Habeam*] id est ne vehementer doleam
inueniendo vos in dissensionibus constitutos, [*de quibus*] id est de quorum profectu atque salute, [*opor-
tuerat*] id est decens erat, [*me gaudere*] in domino, eo quòd fum [*confidens in omnibus vobis*] id est de ve-
stra correctione & obedientia præsumo & spero, [*quia meum gaudium*] spirituale, quo de vestri emenda
tione & gratia lætor, [*Omnium vestrum est*] id est in vos redundat, vobisque prodest atque commune est.
Sicut enim ego de vestri correctione glorior, sic & vos de eadem gloriari debetis. Habui autem magnã
tristitiam percepta vestra dissensione: cuius signum est, [*Nam ex multa tribulatione*] id est afflictione [*&
angustia*] id est pressura & solicitudine cordis, [*Scripsi vobis*] superiorem epistolam, [*Per multas lachry-
mas*] id est copiosè lugendo ob vestros errores. Et hoc feci, vel me hoc fecisse iam recito. [*Non*] finaliter
ad hoc, [*vt contristemini*] Tristitia non est finis vltimatè intentus, sed gloria, [*Sed vt sciatis*] per experien-
tiam curæ meæ ad vos, [*Quam charitatem*] id est quantam quamque specialem dilectionem, [*Habeam a-
bundantius*] id est multùm abundanter, [*in vobis*] id est ad vestras personas, hócque scientes, libentius ac-
quiescatis admonitionibus meis, certi quòd ex charitate procedant. Nihil enim ita prouocat dilectio-
B nem, sicut dum vnus sentit se amari ab alio. Hinc etiam constat, quòd bonum ac vtile sit alij manifesta-
re dilectionem quæ ad ipsum habetur, quia amanti facilius consentitur, per accidens tamen hoc malum
est. Primò, si habeat speciem adulationis. Secundò, si alter per hoc moueatur ad gloriam vanam.
¶ Deinde agit Apostolus de illo enormi & publico fornicatore, qui patris sui habebat vxorem, quem & 1. Cor.5.
Apostolus tradidit satanæ, sicut in prima epistola patuit. [*si quis autem*] id est aliquis vestrûm, [*Me contri
stauit*] maximè fornicator prædictus [*Non me contristauit*] tristitia immoderata actum rationis impedien
te, quæ in sapientem non cadit secundum philosophum. De qua ttistitia scriptum est, Non contrista- Prouer.12.
bit iustum quicquid ei acciderit. Itémque, Tristitiam longè expelle à te. multos enim occidit tristitia, & Eccle. 30.
non est vtilitas in ea. Itaque non me contristauit omnino, [*sed ex parte*] id est aliquo modo, & modera-
tè, prout charitas exigit tristari de peccato alterius. Vel, nũne contristauit, id est solũ, sed ex parte, id est
etiam aliqui aliorum me contristarunt, & hoc dico [*vt non onerem omnes vos*]. i. ne videar omnibus vo-
bis grauem culpam imponere, & increpationem inducere. [*Sufficit illi*]. i. satis grauis, & pro sufficienti
pœna reputanda est [*Qui eiusmodi est*] id est fornicatori præfato. [*Obiurgatio hæc*] id est increpatio & ex-
cõmunicatio [*Quæ fit*]. i. facta est illi, [*A pluribus*]. i. ab omnibus vobis quibus collectis obiurgatus fuit.
Magnum enim intra se fert tormentum, qui vitia sua cernit ab omnibus detestari. Et in tantũ sufficit ei
C obiurgatio ista, [*Ita vt econtrario*] scilicet pro excõmunicatione, [*Magis donetis*] ei, id est ignoscatis, [*& cõ
solemini*] eum verbis atque exemplis sacræ scripturæ ad diuinæ misericordiæ commendationẽ spectan- Ezech. 18.
tibus. vt est illud in Ezechiele, Nolo mortem peccatoris. Et illud Zachariæ, Cõuertimini ad me, & con- Zach.1.
uertar ad vos, dicit dominus, [*Ne forte abundantiori tristitia absorbeatur*] id est inordinato mœrore, & ex- Prouer.13.
cessiuo cordis dolore desperet & pereat, [*Qui eiusmodi est*] id est fornicator iam dictus. Quia vt Salomõ
ait, In mœrore animi deiicitur spiritus. [*Propter quod obsecro vos*] ex humilitate, qui possem præcipere
apostolica authoritate, [*Vt conformetis*] id est per opera charitatiua ac fortia ostendatis [*in illum*] pœnitẽ-
tem [*Charitatem*] fraternam, hortando, consolando, atque ad pristinam societatem & communionem ip
sum admittendo. [*Ideo enim & scripsi vobis, vt cognoscam*] id est videam, [*Experimentum vestrum*] id est fa
cta experimentalia per quæ experimentaliter constet, [*An in omnibus*] præceptis & admonitionibus, [*O-
bedientes fuis*] mihi, quatenus si ita non est, instruam vos plenius de obedientia generaliter obseruanda.
Viris quippe heroicis diuinis atque perfectis, quos certum est à spiritu sancto moueri, in omnibus obe
diendum videtur, etiam si supra vires & contra rationem naturalem videtur quod iubetur. Cur verò
donare & parcere debeant prædicto pœnitenti, quem Apostolus non exprimit nominatim, ne confun-
datur, subiungitur, [*Cui autem aliquid donastis*] id est ei cui vos ignouistis, [*Et ego donaui.*] Nam cùm illi
rogabant Apostolum pro indulgentia & reconciliatione alicuius iniusti, Apostolus consensit, ideo di-
gnum est, vt & ipsi quoque ignoscãt pro quo rogat apostolus, & vt donatio seu remissio apostoli agno
scatur rata & efficax. [*Nam & ego donaui*] id est ignoui & absolui pœnitẽtem, [*si quid donaui*] Hoc addit
Apostolus ad innuendum, quòd non passim aut indiscretè donauit, sicut & Timotheo transcripsit, Ma- 1.Timo.5.
nus citò nemini imposueris, [*Propter vos*] id est ad vestram instantiam, [*Hoc feci in persona Christi*] id est Matth.26.
D vice & loco Christi, cuius vicarij sumus, quibus & ipse suam potestatem commisit, & soluendi itemq; 18.
ligandi virtutem largitus est, [*vt non circumueniamur à satana,*] id est ne à diabolo decipiamur, habendo Ioan. 16.
nos nimiùm rigorosè, aut nimis remissè circa subiectos, quorum vtrunque prælato vitandum est. [*Non
enim ignoramus cogitationes eius*] In communi, id est machinamenta, astutias atque suggestiones, quibus
conatur fideles à medio virtutis retrahere. In speciali tamen nescit aliquis cogitationes dæmonum, sicut
nec hominũ, nisi ex speciali reuelatione. ¶ Præterea manifestat Apostolus, quòd occasione Corinthio-
rum impeditus sit Troade. [*Cum autem venissem Troadem propter euangelium Christi*] illic prædicandum,
[*Et ostium mihi apertum esset*] hoc est, corda hominum aperta & præparata recipere verbum dei, [*in domi
no*] id est in virtute & gratia dei. Vel, in domino, id est secundum placitum voluntatis diuinæ, [*Nõ habui
requiem spiritui meo*] hoc est, mente quietus non fui, nec desiderio meo satisfacere potui, [*Eo quòd nõ in-
uenerim*] ibi [*Titum fratrem meũ*] episcopum Cretensium, sicut condixeramus. Impeditus enim Titus &
retardatus mansit apud Corinthios. Vnde eo absente non potuit apostolus & aduersariis resistere, & fi-
deles satis instruere, [*sed valefaciens eis*] videlicet Troanis conuersis, profectus sum in Macedoniam, ad
quod forsitan illud pertinet Actuũ. Cùm autem pertransissent Misiam, descenderunt Troadem, & vi- Actu.16.
sio per noctem Paulo ostensa est, Vir Macedo quidam erat stans & deprecans eum, & dicens, Transiẽs

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Macedoniam, adiuua nos. ¶ Incipit insuper apostolus commẽdare seipsum, propter causas superius E
1. Cor. 9. assignatas. [*Deo autem gratias*] referimus, [*Qui semper triumphat*] triumphare [*Nos*] facit, [*in christo Iesu*] .i. in virtute & gratia Christi, [*Et odorem notitiæ suæ*] .i. dulcem ac odoriferam suæ majestatis sapiẽtiam .i. sacræ scripturæ doctrinam, quæ dulcis est, quia inflammat affectum. quod non facit naturalis sapiẽtia nisi debili modo, [*Manifestat per nos*] .i. per nostram prædicationem, [*In omni loco*] Quemadmodũ scriptum est, In omnem terram exiuit sonus eorum. [*Quia Christi bonus odor sumus*] .i. per nos, videlicet per
Psalm. 18. nostræ prædicationis instantiam, operationem miraculosam, & conuersationem exemplarẽ, Christi bo-
Rom. 8. nitas, veritas atque dulcedo aliis innotescit ac sapit. De tali odore in Canticis legitur, Curremus in odo-
Cantic. 1. rem vnguentorum tuorum. Itémque, Odor oris tui, sicut odor malorũ punicorum. Sic ergo sumus bo-
Cantic. 7. nus odor Christi, [*Deo*] .i. ad gloriã sanctæ & superbeatissimę trinitatis, cuius fides & gloria mundo per nos reuelatur, [*In eis qui salui fiunt, et in his qui pereunt*] sed differenter, [*Aliis quidem*] videlicet reprobis, sumus [*Odor mortis*] culpæ, [*In mortem*] pœnæ æternæ, per accidens tamẽ ratione peruersitatis eorum, quia ex nostra prædicatione & bonitate ad inuidiam incitantur, grauiúsque delinquunt, [*Aliis autem*] puta electis, sumus [*Odor vitæ gratiæ, tendentis in vitam*] gloriæ: quia ex nostra prædicatione diuino accenduntur amore, quo nihil est dulcius. [*Et ad hæc*] agenda, videlicet vt sit aliquis bonus odos Christi secundũ modum dictum [*Quis*] illorum pseudoapostolorũ. [*Tam idoneus?*] est sicut nos apostoli? Nemo vtique. F
[*Non enim sumus*] sicut plurimi falsi doctores [*Adulterantes verbum dei*] .i. peruersẽ interpretantes, & sine fructu debito facientes diuinam scripturam, [*Sed ex synceritate*] hoc est, pura intentione, & vero intellectu verba diuina prædicamus [*Sicut ex deo*] edocti, tanquam diuinitus informati, & loquentes [*Coram deo*] hoc est reuerẽter & sanctẽ, ac si deum cerneremus præsentem, cuius præsentiam oculo intellectua li attendimus [*in Christo*] id est secundum Christi voluntatem & institutionem [*Loquimur.*]

Caput 111. [*Incipimus, etc.*] Artic. 111.

Prouer. 27 Ioan. 8. MAnifestatum erat Apostolo, quòd aliqui Corinthiorum scandalizabantur in hoc quòd toties commendauit seipsum, quasi inaniter moueretur, propriam magis quám dei gloriam quærens, quod est contra Salomonis doctrinam, dicentis, Laudet te alienus & non os tuum: extraneus, & non labia tua. Vnde & Saluator, Si glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Ideo Apostolus in huius capitis exordio excludit malam suspicionem illorum, dicendo, [*Incipimus iterum*] in hac epistola, sicut in prima [*Commendare*] id est laudare [*Nosipsos?*] Videlicet propter gloriam nostram, & non potius propter gloriã dei, ad vestri instructionem vt agnita veritate nobis credatis, non pseudoapostolis? [*Aut nunquid egemus, sicut quidam*] fallaces atque hypocri- G
tæ [*Commendatitijs*] .i. laudatoris [*Epistolis*] mittendis [*Ad vos, aut ex vobis*] hoc est, à vobis ad alios transmittendis? quasi diceret, Nequaquã indigemus huiusmodi epistolis ex parte nostri, quem propria virtus satis commendat, tamen propter ignaros necessarium est, ne fallantur. Quod autem nõ indigemus commendatitiis literis, patet. [*Nam epistola nostra*] id est aliquid simile epistolæ nostræ, videlicet conuersi ac instituti à nobis, [*Vos estis*] quia in vobis nostra virtus & sapientia declarantur, quasi in libro. Epistola inquam, [*Scripta*] .i. vehementer impressa [*in cordibus nostris*] quoniam indesinenter memoriam, solicitudinémque pro vestra salute habemus, [*Quæ*] epistola [*Scitur, et legitur ab omnibus hominibus*] id est cunctis fidelibus constat vos esse conuersos, & institutos à nobis. Legunt quoque & discunt seu pensant in vobis, vel ex vestræ conuersationis intuitu quales nos simus, sicut ex cõsideratione discipuli innotescit prudentia perfectióque magistri [*Manifestati*] .i. per fidem & opera bona hoc aliis de vobis ostẽsum est,
Hiere. 36. [*Quoniam epistola estis Christi*] hoc est à Christo principaliter instituti & scripti, cuius etiã virtus & gra-
Luc. 11. tia in vobis repræsentatur, [*Ministrata*] .i. nostro ministerio ad fidem deducti, & Christo exhibiti estis.
Exod. 34. Epistola (inquã) scripta, [*Non atramento*] quomodo scripsit Baruch ex ore Hieremiæ: [*Sed spiritu dei vi-*
ui] .i. spiritu sancto, à quo instituti estis, & inter electos ascripti. Ipse enim est digitus dei, quo diuina in
Prouer. 7. nobis scribuntur, seu imprimũtur. De quo loquitur Christus, Si in digito dei eiicio dæmonia, &c. Scripti autẽ [*non in tabulis lapideis*] (quomodo scripta erat lex Moysi) hoc est nõ instituti in cordibus duris, nec huiusmodi cordibus impressi, [*Sed in tabulis cordis carnalibus*] .i. cordibus piis ac mollibus. Vel, in intellectu prudenti, voluntate benigna, memoria stabili. De quibus tabulis legitur in Prouerbiis, Serua mandata & legẽ, quasi pupillam oculi tui, & in tabulis cordis tui scribe ea. In talibus ergo tabulis fideles scripti dicuntur à spiritu sancto. Primò, quia per eius institutionẽ & gratiã corda habent huiusmodi lata. I. per charitatẽ: aperta, per obedientialem promptitudinem: plena, per mansuetudinẽ: mollia, per diuini verbi celerẽ receptionem & cõpunctionem. Vnde dominus per Ezechielẽ promittit, Auferã cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneũ, & spiritum nouũ ponã in medio vestri. Secũdò, quia
Exec. 36. piis fidelibúsque prælatis ac proximis impressit spiritus sanctus curã de salute aliorũ. ¶ Præterea, declarat Apostolus quòd non propriè cõmendet seipsum, sed deum, cũ omne bonum ei asscribat. [*Fiduciam autem talem*] hoc est, audaciã, sic loquendi de nostris præconiis, [*Habemus per Christum*] .i. à Christo per
Epist. gratiã eius [*Ad deum*] trinitatem, coram quo ista fiducialiter dicimus, [*non quod sufficientes simus cogitare*] & per cõsequẽs nec dicere, nec facere possumus [*aliquid*] meritoriũ à nobis) .i. ꝓpria potestate [*Quasi ex nobis*] .i. tanquã ex prima & principali virtute. licet enim nos simus causa operis boni per liberum arbitriũ (quia nec aliter mereremur) natura tamen nostra indiget gratia. nã liberũ arbitrium indiget non solũ habitu gratiæ supernaturalis, & diuinæ dilectionis: sed etiã actuali motione spũs sancti nos excitantis. In quo dãnatur error Pelagij, asserẽtis quòd inchoatio operũ meritoriorũ sit à nobis, consummatio vera à deo. Inchoatio enim in nobis, est cogitatio, in qua operatur deus secũdũ Apostolũ. Vnde alibi lo

A quitur, Deus operatur in nobis velle & perficere. Ideo subditur, [*Sed sufficientia nostra*] hoc est virtus & Philip. 2.
efficacia meritorię cogitandi, loquendi ac operandi, [*Ex deo est*] .i. ex motione & gratia dei, à quo est o- Iacobi 1.
mne donum optimũ & datum perfectum. Propter quod ait Saluator, Sine me nihil potestis facere. Et Ioan. 15.
per prophetã. Perditio tua Israël ex te, in me tantũmodo auxiliũ tuũ. [*Qui & idoneos nos fecit ministros*] Osee 13.
i. efficaces & dignos prædicatores [*Noui testamenti*] .i. euangelicæ legis, [*Non literæ*] .i. non instructione literali. [*Sed spiritu*] .i. illustratione spiritus sancti, à quo vitam & sapientiam nos ad tantũ officium dignificantem accepimus. Nouum quippe testamentũ non est datum apostolis per exteriorẽ scripturam, sed internã illustrationem. Ideo vocatur lex spũs. Lex autem Mosaica appellatur lex literæ, quia in libro ac Exod. 34.
tabulis scripta. Ad cuius distinctionis insinuationẽ dominus ait per Hieremiã, Ecce dies veniũt, & feriã Hiere. 13.
domui Israël & domui Iuda pactũ nouum, non tale quale pepigi cum patribus eorum, &c. Ratio autẽ
cur deus nos fecit idoneos nõ litera sed spiritu, est, [*Litera enim*] .i. lex scripta [*Occidit*] ex occasione, quia
non cõtulit gratiã, & auxit concupiscentiã, eo ꝙ homo nitatur in vetitum, auxit quoque generaliter cul-
pam, quoniã post veritatis notitiã, grauius est peccare ꝙ ante, [*Spũs autem*] sanctus, qui per apostolorum
ministrationẽ dabatur fidelibus, & nunc per sacramenta ecclesiæ datur hominibus, [*Viuificat*] vita gra- Act. 3. 5. 9.
tiæ corda credentiũ. Vel sic, Litera .i. sensus literalis, vel potius, qui literalis videtur, occidit, spiritus au- 8.
B tem .i. intellectus spiritualis ac mysticus viuificat. Proinde ostendit Apostolus dignitatẽ ministrorũ no-
ui testamenti cõparatione ministrorum vet. test. [*Quod si*] .i. quia [*ministratio mortis*] .i. exhibitio instrumentalis veteris legis per occasionem occidentis animã transgressoris (vt dictũ est sæpius) Virtus enim 1. Cor. 15.
peccati lex, & etiã mortem corporalẽ facilẽ inferentis, [*Literis*] visibilibus [*Deformata*] .i. scripta [*In lapi-* Exod. 34.
dibus] .i. in lapideis tabulis [*Fuit in gloria*] .i. gloriã habuit in suo ministro, seu mysteriali legislatore, [*Ita*
vt non possent filij Israel intendere] .i. visum figere, [*In faciem Moysi propter gloriam*] .i. claritatem [*Vultus*
eius.] In quo apparuerunt radij splendidi, angulariter ascendentes in similitudine cornuum repercutien
tes intuitum filiorum Israël. Vnde & facies eius dicitur fuisse cornuta, [*Quæ euacuatur*] .i. quæ claritas
Moysi vel quæ ministratio finitur & cessat. Citò enim defuit claritas illa. Vetus quoque lex cessauit, nouа lege promulgata, [*Quomodo non magis ministratio spiritus*] .i. euangelicæ legis, gratiam sancti spiritus ra
tione sacramentorum continentis. [*Erit in gloria?*] .i. dignitatem & gloriam habebit in suis ministris (pu
ta apostolis) in præsenti atque futuro, etiã ampliorem ꝙ ministratio mortis? q. d. imò habebit. Ideo sub-
ditur, [*Nam si ministratio damnationis*] .i. veteris legis, damnationem accidenter æternam augentis & infe Rom. 5.
rentis, quoniam peccatum prohibendo, nec tamen gratiam largiendo, auxit peccatum, sicq; dãnationis Rom. 6.
fecit obnoxiũ. Sicut enim occidit, ita & dãnauit. De cuius rei intellectu tractatum est plenius ad Roma- Rom. 7.
nos. Si ergo ministratio ista, [*Gloria est*] .i. honor & dignitas Moysi, [*Multo magis abundat ministerium iu-* Rom. 8.
C *stitiæ*] .i. ministratio nouæ legis veram perfectionẽ & gratiam iustè viuendi includentis, [*In gloria*] .i. eo
pioliorem gloriam habet annexam. Ecce quomodo sanctus Apostolus seipsum, & coapostolos suos
Moysi præfert, saltem quãtum ad gratias gratis datas. [*Nam necdum glorificatum est*] id est gloriosum re-
putandum non est, [*Quod claruit in hac parte*] id est lumẽ vultus Moysi, [*Propter excellentem gloriam*] .i.
propter vehementem excessum dignitatis & gloriæ ministris noui testamenti concessum, quæ tanta est
vt cõparatione eius, gloria vultus Mosi, quasi nihil sit. Vel sic, Nam nec glorificatum est .i. hominibus
perfectè reuelari non potuit quod claruit in hac parte, id est gloria ministris nouæ legis collata. Tanta
enim est gloria & dignitas apostolorum, vt viatores capere nequeant. ¶ Porrò quod subditur, vtrique
consonat expositioni. [*Si enim quod euacuatur*] id est vetus testamentum quod cessauit, [*Per gloriam est*]
id est per gloriæ claritatẽ Mosi præstitum, datum ac receptum est, [*Multo magis quod manet*] id est noua
lex, cui alia non succedet danda à deo, [*In gloria est*] id est dignitatem gloriosam habet annexam. [*Habentes igitur talem spem*] videlicet quod tanta nobis collata est gratia, & tanta gloria præparata, [*Multa fidu-*
cia vtimur] .i. cum ingenti confidentia nostrum officium exercemus certi de gloria remunerationis, &
non celamus mysteria scripturarum, seu mysticos sensus, [*Et non sicut Moses ponebat velamen*] id est pan Exod. 34.
num quendam seu operimentum, [*Super faciem suam*] cornutam, seu lucidam ex colloquio dei [*Vt non*
intenderent filij Israel in faciem eius] quia nec eam inspicere poterant præ splendore, nisi esset velo obduc-
ta. Per quod figurabatur, quod spiritualis & verus intellectus veteris testamenti tegebatur obscuritati-
bus figurarum legalium, [*Quod*] velamen, [*Euacuatur*] .i. per doctrinam apostolorum atque doctorũ au
fertur, dũ veteris testamenti scriptura verè elucidatur, [*Sed obtusi*] i. excæcati, [*sunt sensus eorum*] hoc est
D mentales oculi infidelium Iudæorum, iuxta illud, Obscurentur oculi eorum ne videant.] *Vsque in hodi-* Psal. 68.
ernum enim diem idipsum velamen] .i. figuralis obscuritas legis, [*In lectione veteris testamenti*] .i. dum legitur
scriptura veteris testamenti, [*Iudæis manet non reuelatum*] .i. occulta, seu non intellecta, quia nõ aliter in-
telligunt scripturas legis veteris modò quàm ante. Ideo velamen non est amotum à corde eorum, quã-
uis à re ipsa amotum sit. Vnde subditur, [*Quoniam in Christo euacuatur*] hoc est per fidem & doctrinam Matth. 27.
Christi amouetur, & veritas scripturarum ostenditur. In cuius figura, tempore dominicæ passionis ve- Marc. 15.
lum templi est scissum à summo vsque deorsum. Per Christi etenim passionem reuelãtur legis ac pro- Luc. 23.
phetarum sacramenta. Velamen itaque appellatur opertio prophetiæ quæ in Christo impletur, [*Sed vs-*
que in hodiernum diem] .i. tempus gratiæ [*Cum legitur Moses*] Pentatheucum, videlicet scriptura quinque
librorum Mosi, [*Velamen*] .i. cæcitas seu opertio ista, [*Est positum super eorum*] .i. infidelium Iudæorum,
[*Cum autem conuersi fuerint ad dominum*] recipiendo fidem catholicam, [*Auferetur velamen*] prædictum à
corde eorum, imò ista conuersio aliquid aliud non videtur, nisi velaminis huius ablatio: tunc enim illu
minabuntur corda ipsorũ, iuxta illud propheticũ, Post hæc reuertentur filij Israël, & quærent dominũ
deũ suum, & Dauid regem suum .i. Messiã, sicut Iudæi quoq; exponunt. ¶ Denique quod per spiritum Osee 3.
sanctũ auferatur velamen, declarat, [*Dominus autem spiritus est.*] Quãius hoc de deo trinitate verum sit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan. 4. 1.Cor.12. Ioan.3. iuxta illud, Spiritus est deus. iam tamen de spiritu sancto asseritur, qui cũ sit dominus, omnia agit quæ vult, & quomodo vult, sicut superius dictum est. Hæc omnia operatur vnus atque idẽ spiritus, diuidens singulis, prout vult. Illuminat ergo quos vult, & derelinquit quos vult: sicut legitur, Spiritus vbi vult spirat. [*Vbi autem*] est [*Spiritus domini*]. i. in mente quam per gratiam spiritus sanctus inhabitat, [*ibi libertas*] dilectionis, non coactio timoris, libera vocatio animi à iugo diaboli, & à seruitute peccati, ad contẽplandum, diligendumq; ac operandum ea quæ dei sunt. Insidelibus itaque inest velamen. [*Nos verò omnes*]. i. fideles, præsertim apostoli & viri perfecti [*Reuelata facie*] interiori, id est intellectu à prædicto velamine liberato [*Gloriam dei*] id est maiestatem diuinam, seu dominum gloriosum, vel filiũ dei patris, de quo Esa. 40. Esaias, Reuelabitur (inquit) gloria domini. Siquidem filius sapiens, gloria patris est. [*Speculantes*] nũc per Prouer.10 fidem, & per speculum in ænigmate [*In eandem imaginem*] id est diuinæ maiestatis seu filij dei quandam 1. Cor.13. deiformem assimilationem [*Transformamur,*] quia cognitio fit per assimilationem cognoscẽtis ad cognitum, secundum Boëtium. Ideo contemplator diuinorum diuinus seu deiformis efficitur. Transformamur autem, id est salubriter commutamur, [*A claritate*] luminis naturalis, [*in claritatem*] luminis gratiæ, & à claritate viæ seu gratiæ, in claritatẽ patriæ & gloriæ. Vel sic & melius, vt opinor. A claritate in claritatem, id est de gratia minori in gratiam ampliorem, proficiendo in bonis & proficiscendo de virtutibus in virtutes. Quantò enim diuinorum contemplationi magis insistimus, tantò exuberantiori lumine cælestis gratiæ perfundimur atque implemur: & tranformamur, id est à forma seu modo propriæ subsistentiæ transferimur ad diuinæ naturæ seu formæ modum ac imitationem. Imò vnum cũ deo per charitatem efficimur, angelicam & diuinam in hoc exilio conuersationem inchoãtes. Et omnia hæc nobis insunt & competunt non à nobis, sed [*Tanquam à domini spiritu*] id est virtute & gratia spiritus sancti: sicut alibi dictum est, Spiritus adiuuat infirmitatem nostram.

Caput IIII. [*Ideo habentes hanc administrationem.*] Artic. IIII.

1.Cor. 3. Ephes.4. Rom.8. LAudauit se sanctus Apostolus ad gloriam dei, & ad ædificationẽ audientium in præcedenti cap. ratione dignitatis ministerij sibi cõmissi, nunc idem facit ex debito vsu obsequij sui, ostendens se fructuosè & optimè vsum gratia sibi concessa. [*Ideo*]. i. quoniã tantã claritatem à spiritu sancto suscepimus [*Habentes hãc administrationem*] nouæ legis, videlicet apostolatũ, seu ministerium tantæ dignitatis [*iuxta quod misericordiam consequuti sumus*] hoc est secundũ mensurã diuinæ potentiæ nobis impensæ, [*Non deficimus,*] in aduersis, nec ab executione nostri cessamus officij, [*sed abdicamus*]. i. abiicimus [*occulta dedecoris*]. i. vitia latentia, quæ Iob 36. Prouer. 4. non decẽt, sed deformant & indecorant, [*Non ambulantes in astutia*]. i. nõ dolosè aut simulatoriè cõuersantes sicut hypocritæ. Simulatores nanque & callidi prouocant irã dei. Astutia autẽ quandoque in bono accipitur pro quadam circunspectione, sicut in Prouerbiis legitur, Astutus considerat gressus suos. Prouer.14 Nunc verò pro versutia sumitur. Vnde Salomon, Vir (inquit) versutus odiosus est, [*Neque adulterantes*] id est peruersè interpretantes, seu admiscentes falsitatibus, [*Verbum dei*] videlicet euangelium Christi, 1.Reg.16. [*Sed in manifestatione veritatis*] cõuersamur. i. ipsam veritatem publicè prædicamus, & clarè exponimus. [*Commendantes*]. i. commendabiles seu laude dignos facientes, [*Nosmetipsos*] rectè docẽdo & bene agendo, [*Ad omnem conscientiam hominum*] hoc est, testimonia conscientiarum, vel in conscientiis hominum, ita vt nemo bona conscientia vituperare nos poterit. Et hoc facimus [*Coram deo*]. i. diuinam præsentiam cogitando, nõsq; in dei cuncta cernentis cõspectu ponendo, cũ omni reuerentia atque custodia cordis. Ioan.14. [*Quod si etiam opertum est euangelium nostrum*] hoc est, si prædicatio nostra de Christo aliquibus abscon1. Timo. 1. diur, ita vt eã non audiant, vel auditam non capiant, [*in his qui pereunt*] hoc est in cordibus reproborum. Exod.7. [*Opertum est*]. i. occultatum est hoc modo, [*in quibus deus huius seculi*]. i. diabolus dominus impiorũ. De Exod.10. quo ait saluator, Venit ad me princeps huius mũdi, [*Excæcauit*] cooperatiuè seu suggestiuè [*Mentes infi*Exo.11.14. *delium*] Vel, deus huius seculi. i. deus verus omnium seculorum, hominumq; malorũ creator, & deus excæcauit mentes. i. intellectus infidelium permisiuè. Quemadmodum dicitur Pharaonis cor induratsse. Ioan. 14. Epist. Vnde & Christus in Euãgelio, In iudiciũ (inquit) ego in hunc mundum veni, vt qui nõ vident, videant: & qui vident, cæci fiant. [*Vt non fulgeat*] innotescat [*Eis illuminatio euangelij*]. i. euangelica doctrina [*Gloriæ*]. i. maiestatis [*Christi, qui est imago dei*]. i. à patre secundum rationem similitudinis genitus. Est enim à patre procedens, eique similis & æqualis per omnia. Propter quod ipse ait, Qui videt me, videt & patrem. ¶ Porrò quòd Christus sit imago dei hinc liquet. [*Non enim nosmetipsos prædicamus*] quasi in nobis salus vestra consistat, [*Sed iesum Christum dominum nostrum*] prædicamus esse omnium saluatorem, [*Nos autem seruos vestros*] esse prædicamus, hoc est, nobis seruientes in exhibitione spiritualium alimentorum, parantes vobis mensam domini, spiritualémque escam proponentes, [*Per iesum*]. i. ex commissio Genes.1. ne & per gratiam Christi qui nobis hoc iniunxit officium. [*Quoniam deus*] trinus, simplex atque omniEsa. 9. 60. potẽs. [*Qui dixit*]. i. interiori verbo fecit, [*De tenebris*], i. post tenebras. Vel, de tenebris. i. de materia obPsal. 96. 131 scura [*Lucem*] sensibilem [*splendescere*]. i. inchoatiuè oriri. Vnde dicitur in Genesi, In principio creauit deus cælum & terram, & tenebræ erant super faciẽ abyssi: dixitq; deus, Fiat lux, & facta est lux [*illuxit in cordibus nostris*]. i. lumen fidei, atque diuinæ sapientiæ, mentibus nostris infudit, [*Ad illuminationem scientiæ claritatis dei*]. i. ad hoc vt nos illuminemur ad cognoscendum claritatem. i. nobilitatem. seu excellẽtiam dei. Vel, ad illuminationem, &c. i. ad hoc vt alios doceamus de notitia claritatis dei. i. perfectionis diuinæ. Illuminationem (inquam) scientiæ tendentis, [*in faciem iesu Christi*]. i. dirigentis nos ad veram Christi notitiam, qua cũ cognoscimus esse deum & hominem. Facies autem notitiã significat, quia per faciem vnusquisque potissimũ cognoscitur. [*Habemus autem thesaurum istum*] hoc est, gratiam tantæ il-Prouer.21. luminationis. Vnde & Salomon, Thesaurus, inquit, desiderabilis in ore sapientis. Et rursus, Pretiosior

est sapientia cunctis opibus, & omnia quæ desiderãtur, huic non valent comparari, [*in vasis fictilibus*]. i. Prouer. 3. corporibus fragilibus, non quod corpus, quod est pars integralis hominis, sit huius thesauri subiectum immediatũ, sed anima. Quoniam tamen animæ subiectum est corpus, ideo nos in corpore peregrinantes, dicimur thesaurum istum habere in vasis fictilibus, [*Vt sublimitas*] id est altitudo nostræ perfectionis in vita, in signis, in documentis, [*fit virtutis dei*] id est deo asscribatur, non nostræ fragilitati. Ideo additur, [*Et non ex nobis*] id est non ex nostra naturali potestate orti putetur. [*In omnibus*] loco, causa & tempore, saltem in genere, [*Tribulationem patimur*] propter iustitiam [*Sed non angustiamur*] id est non opprimimur mente, quia de dei auxilio certi sumus. [*Aporiamur*] hoc est temporalibus bonis priuamur, & Matth. 5. pauperes sumus, [*Sed non destituimur*] id est non caremus spiritualibus, verisque diuitiis. Imò in his tanto magis abundamus, quantò in illis pauperiores propter Christũ sumus. Etenim beati pauperes, quo- Matt.13. niam ipsorum est regnum cælorum, [*Persequutionem*] id est de loco ad locum fugationem [*Patimur, sed*] Luc. 6. *non derelinquimur*] à deo [*Deiicimur*]. i. conculcamur: [*Sed non perimus*] quoniam liberamur semper à domino corporaliter aut spiritualiter & interim vtroque modo. [*Semper mortificationem Iesu*]. i. passionẽ Philip.1. dominicam, [*In corpore nostro circunferentes*] per cruciformem imitationem, & corporis quotidianã Galat.6. flagellationem. Vnde alibi dicit Apostolus, In omni fiducia magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mortem. Item, Ego stigmata domini Iesu in corpore meo porto, [*vt et vita Iesu*]. i. conuersatio quã habuit in hoc mundo [*In corporibus nostris manifestetur*]. i. Christi vestigia in agen- Philip.3. do sectemur, Vel vita Iesu, immortalis quam nunc habet, in corporibus nostris manifestetur in resurrectione futura, quando reformabit corpus humilitatis nostræ configuratũ corpori claritatis suæ. [*Semper enim*] id est in omni differentia temporis, in genere [*Nos*] Apostoli, & alij successores nostri, [*qui viuimus*] nunc in vita naturæ & gratiæ, [*In mortem tradimur*] hoc est periculis mortis afficimur, [*Propter Ie-* Ioan. 16. *sum*] id est eius amorem, & propter prædicationem euangelicæ veritatis. Sicut & Christus prædixit, Ve- Matth. 10. nit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se præstare deo. Et denuo, Eritis odio omnibus hominibus propter filium hominis, [*vt et vita Iesu*] quam habet iam immortalis, manifestetur in carne nostra mortali, hoc est gloria immortalitatis nostræ carnis præstetur, quãdo corruptibile hoc in- 1.Cor.15. duet incorruptionem, & mortale hoc immortalitatem. [*Ergo mors*] id est passio Christi, [*operatur in nobis*] id est fructuosa est nobis, excitando nos ad sui imitationem. [*vita autem*] naturæ seu culpę operatur, [*In vobis,*] qui Christi vestigia imitari negligitis. Vel vita gratiæ, scilicet fides & charitas operatur in vobis opera meritoria, quia per hoc quod nos taliter mortificamur, vos ad deum conuertimini, & viuitis coram illo. ¶ Deinceps ostendit eandem fuisse fidem in populo vtriusque testamenti, tractatque de di- Psal. 43. uersis effectibus, meritis & actibus fidei. [*Habentes autem*] nos noui testamẽti ministri, [*Eundem spiritum fidei*] hoc est spiritum sanctum fidei datorem quem habuerunt sancti antiqui. Vel per spiritũ fidei, intelligenda est ipsa fides, vel gratia seu motio fidei, quæ vna & eadem est, in his qui ante Christi aduentum fuerunt, & in posterioribus, quãuis sit modo magis explicita, [*Sicut scriptum est,*] in libro psalmorum à Dauid propheta. [*Credidi*] corde [*Propter quod locutus sum*] ore, verba fidelis confessionis. Con- Psal. 115. fessio nanque ista est actus fidei. Vnde alibi dictum est, Corde creditur ad iustitiam, ore autem confes- Rom.10. sio fit ad salutem, [*Et nos credimus*] ea quæ illi, [*Propter quod et loquimur*] fidem catholicam confitendo ac prædicando, [*scientes*] fide certissima, [*Quoniam*] deus pater seu trinitas. [*Qui suscitauit Iesum*] occisum Rom.8. à morte, [*Et nos*] electos, [*Cum Iesu*] hoc est sicut & Iesum, vel ad hoc vt simus cum Iesu in regno, [*suscitabit*] in die nouissimo, [*et constituet*] nos [*vobiscũ*] ad dexteram in patria, vbi agni ponentur. [*Omnia enim* Matt. 25. *propter vos*] id est vniuersa ministeria nostra ad vestram ordinãtur salutẽ, [*vt gratia*] dei [*abundans per multos*] id est ab vno transfusa seu ministrata in alium, secundum quod Petrus hortatur, Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes, [*in gratiarum actione abundet*] id est cum gra- 1.Petri 4. tiarum actione copiosè referatur & ordinetur, seu refluat ad suum principium scilicet deum. [*in glo-* Mat.10.24 *riam dei*] quatenus omnes deo gratias referant, & omne charisma gratiæ illi tribuant. [*Propter quod*] Genes.1. prosequendum. videlicet vt deo gratiæ referantur, [*Non deficimus*] in aduersis, nec fatigamur in opere bono, nec cessamus, quoniam sola perseuerantia coronatur. [*sed licet is qui foris est noster homo*] id est caro nostra mortalis, in qua est humana effigies, qua homines esse cognoscimur, [*Corrumpatur*] quotidie tendendo ad mortem, & sustinendo læsuras ac plagas, [*Tamen is qui intus est*] id est anima nostra in qua est summæ trinitatis imago, [*Renouatur*] recipiendo noua lumina gratiarum, reflorendo in dei cognitione, ascendendo in diuino amore, [*De die in diem*] id est assiduè, dũ spiritualiter crescimus atque proficimus. Hoc autem dicitur non quasi in nobis sint duo homines, sed propter distinctionem essentialium partium hominis. [*id enim quod in præsenti*] exilio seu tempore, [*Est momentaneum et leue tribula-* Rom.5. *tionis nostræ*] id est tribulatio ista leuis atque breuissima, [*Comparatione*] futuræ iucunditatis ac æternitatis, quam patimur iam [*supra modum*] id est vltra condignum & capacitatem nostri intellectus, [*In sublimitate*] id est in regno cælesti. Vel in liberalitate bonitatis diuinæ, [*Aeternum gloriæ pondus*] hoc est perpetuam fœlicitatis mensuram. De qua ait Saluator, Mensuram bonam & confertam & coagitatam dabunt in sinus vestros, [*Operatur*] id est meretur & efficit [*in nobis*] nunc per spem, postmodum verò Luc. 6. in re. [*Non contemplantibus nobis*] id est quia non principaliter aspicimus, nec finaliter intuemur, [*quæ videntur*] id est visibilia & terrena, [*Sed quæ non videntur*] id est bona super cælestia, quę oculus non vidit, nec auris audiuit. [*Quæ enim videntur*] id est à nobis oculo corporali, [*Temporalia sunt*] id est transitoria & caduca, [*Quæ autem non videntur*] hoc est spiritualia bona nobis præparata in regno [*Aeterna sunt*] Esa.64. essentialiter vel participatiuè. 1.Cor. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. v. [*Scimus enim quoniam si terrestris domus nostra dissoluatur.*] Artic. v. E

2.Cor.4. DIxit Apostolus in fine præcedẽtis cap. quòd leuis ac momẽtanea tribulatio præsentis exilij æternum gloriæ põdus operetur in nobis. Huius autẽ nunc assignat rationẽ [*Scimus enim*] per reuelationem diuinã [*Quoniam si terrestris domus nostra*] i. q; si caro nostra mortalis [*Huius habitationis*] .i. præsentis mansionis, qua anima degit, ac hospitatur in corpore [*Dissoluatur*] per mortẽ, vel pro Christo occidatur, [*Quod ædificationem.*] .i. habitaculũ [*Ex deo*] à diuina virtute [*Habemus*] in spe
2.Cor.15. & habebimus tandẽ in re, videlicet [*Domum non manufactam*] .i. carnem impassibilẽ, glorificatam, nõ humana potentia, sed diuina [*Aeternam in cælis*] hoc est, in cæ-
1.Petri 5. lo perpetuò duraturã: vel ab æterno prædestinatam. Sed quoniã hanc domũ non habebimus ante diem iudicij, Apostolus loqui videtur de eo quod statim post dissolutionem corporis, animæ perfectorum cõsequũtur. Ideo alij per domũ istã non manufactã intelligunt gloriã animæ, quæ dicitur domus pro-
Ioan. 14. pter excellentiã suam ad animæ capacitatẽ. Vnde testatur Christus, In domo patris mei mansiones multæ sunt. i. distincti gradus præmiorũ, Alij verò per domũ istam intelligunt cælum empyreũ, quod est locus atque palatiũ beatorum. Et dicitur non manufactũ, iuxta illud ad Hebræos, Nõ in manufacta sanHeb.9. cta Iesus introiit, sed in ipsum cælũ. [*Nam & in hoc ingemiscimus*] .i. desiderio huius domus, & gloriæ su-
Prouer.13. spiramus & flemus præ tedio dilationis. Spes enim quæ differtur, affligit animã, [*Habitationem nostrã quæ de cælo est*] .i. hanc domũ non manufactam, cælestẽ, vel cælesti virtute formatã, seu gloriæ cõsequutionem, [*Superindui*, hoc est, ea operiri, circũdari, siue ornari, [*Cupientes*] quod vtiq; desideriũ ortum habet à fide, nõ à lumine naturali. Sumus autẽ veraciter & efficaciter ista cupientes, [*Si tamen vestiti*] donis & gratiis spũs sancti [*Non nudi*] à bonis operibus, [*Inueniamur*] à deo cuncta spectãte. [*Nam & qui sumus in*
1.Reg.6. *hoc tabernaculo*] hoc est in hoc passibili corpore degimus, [*Ingemiscimus*] suspirãdo ad habitationẽ cæleSap. 7. stem, [*Grauati*] pondere atque miseriis corruptibilis carnis. Corpus nãque quod corrũpitur, aggrauat animã, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ. Ingemiscimus autẽ [*Eo quod nolumus expoliari*] hoc est à corporis vnione penitus atque finaliter separari, cũ naturale sit animæ corpus informare, & sancti in patria cupiũt corporibus glorificãdis cõiungi, [*Sed superuestiri,*] immortalitatẽ, & glorificationẽ corporis adipisci, [*vt absorbeatur quod mortale est*] .i. mortalitas, pœnalitas, & imperfectio auferãtur à corpore, [*A vita*] .i. ab impassibilitate, & gloria superueniente, prædictã imperfectionem excludente. [*Qui autem efficit nos in hoc ipsum*] hoc est qui prædictam voluntatem inspirat, vel ad huius desiderij
2.Cor.2. consummationẽ perducit, est [*Deus*] non causa naturalis [*Qui dedit nobis pignus spiritus,*] Hoc idem se-
Psalm. 26. cundo cap. huius epistolæ dictum est atque expositum. [*Audentes igitur semper,*] hoc est incessanter audemus ex magna in deum fiducia futuram habitationem appetere, atque in omnibus viriliter agere, [*Et scientes*] auxilium gratiæ nobis collatum. Causa autem audaciæ subditur, [*Quoniam dum sumus*] id est viuimus, [*In corpore*] isto mortali [*Peregrinamur a domino*] id est patria separamur, atque à deo distamus, G
1.Ioan. 3. cõuersando in valle lachrymarũ, in carcere mortis, in graui exilio. [*Per fidem enim ambulamus*] id est per
1. Cor. 13. obscuram notitiam ad patriam tendimus, [*Et non per speciem*] hoc est per propriam & adæquatam similitudinem, deum non cernimus. Non enim videmus eum sicut est, id est clarè, seu facie ad faciem, sed per formas creatas, quæ à repræsentatione perfecta ac faciali diuinæ essentiæ in infinitum deficiũt, sicut in præcedenti epistola pertractatum est planius. [*Audemus autem*] hoc est fiducialiter quærimus, nõ metu mortis retracti aut aliqua difficultate victi [*Et bonam voluntatem*] id est rationabile desiderium
Rom.8. [*Habemus magis peregrinari a corpore*] id est potius à corpore per mortem separari, [*Et præsentes esse ad*
Philip. 1. *dominum*] id est deo immediatè vniri, eúmque coram & per speciem intueri. Loquitur autem de præPsalm.15. sentia gloriæ, non de præsentia gratiæ tantùm. Vnde ait Psalmographus, Adimplebis me lætitia cum
Psalm. 41. vultu tuo. Item, Quando veniam & apparebo ante faciem dei? [*Et ideo*] scilicet, vt deo fœliciter vniamur. [*Contendimus*] id est forti conatu studemus, [*siue absentes*] hoc est à domino peregrinãtes, & in hac vita manentes, [*siue præsentes*] id est diuino iudicio præsentati, [*Placere illi*] id est ne separemur ab eius conspectu. Nam & in diuino iudicio fatagemus respondere pro nobis ad ea quæ contra nos proponent diaboli. Meritò autem contendimus deo placere. [*Omnes enim nos*] id est homines vniuersos, bonos ac malos [*Manifestari*] id est publicè repræsentari, seu apparere, [*Oportet*] vel in iudicio particulari statim post mortem, vel in iudicio vniuersali in die nouissimo, vel potius in vtroque [*Ante tribunal Christi*] id est coram iudice Christo seu ante districtam iudiciariam eius potestatẽ, [*Vt referat vnusquisque*] id est reportet, [*Propria corporis*] id est debitam mercedem, videlicet pœnam vel gloriam, pro actibus
Matth. 3. per corpus operatis, seu tempore corporalis vitæ exhibitis. [*Prout gessit, siue bonum*] gessit, [*siue malum.*]
Michæe 6. Sub peccato autem commissionis includitur peccatum omissionis, quia & arbor quæ non facit fructũ
Iob 31. bonum, in ignem mittetur, etiam si malum non gessit.] *scientes ergo timorem domini*] id est quàm timo-
Iob 23. ratè atque solicitè ambulandum sit coram deo sancto & metuẽdo, de quo ait beatus Iob, Semper quasi
Eccle.1. tumentes me fluctus timui deum. Et rursus, Considerans eum timore solicitor, [*Hominibus suademus*] id est consilia monitáque salutis proponimus, quatenus deum præ omnibus timeant, non seruili, sed filiali, aut saltem initiali timore. Timor enim dei expellit peccatum, [*Deo autem manifesti*] id est plenissimè cogniti, vel per approbationem noti [*sumus. spero autem & in conscientijs vestris manifestos nos esse*] id
Epist. est confido q; conscientiæ vestræ de nobis rectè veréque sentiant, quia sic viximus inter vos, vt nõ possitis rationabiliter cõtra nos moueri. [*Non iterum cõmendamus nos vobis.*] i. ad propriam laudem ista dicimus, sicut nec ante, [*sed occasionem*] .i. causam accidentalẽ atque materiam [*Damus vobis*] per commemorationẽ istorum, [*Gloriandi*] .i. spiritualiter exultandi [*Pro nobis*] .i. pro gratia nobis concessa, vel pro defensione nostra contra æmulos & detractores nostros, qui conãtur se nobis præferre, & vos à nobis

A auertere, [*vt habeatis*] rationabilem responsionem, & veram lætitiam [*Ad eos qui in facie,*] id est de apparente & simulata iustitia [*Gloriantur, & non in corde*] id est non ex conscientiæ puritate, neque de veris 1.Corin.1.
virtutibus. Quod autem non commendemus nosipsos inaniter, & quòd vos pro nobis gloriari possitis, 2.Corin.10
patet ex hoc. [*Siue enim mente excedimus*] contemplando diuina, & supergrediendo terrena, [*Deo*] id est
hoc gratiæ dei asscribimus, atque ad gloriam eius referimus [*Siue sobrij sumus*] instruendo vos in moralibus, & condescendendo infirmitatibus vestris, [*Vobis,*] id est ad vestram vtilitatem hoc facimus. Vel sic, Siue mente excedimus, id est laudando nosipsos, insensati esse videamur (quia stultorum est laudibus propriis inhærere) deo, id est ad gloriam dei hoc agimus, vt benedicatur deus in donis suis. Siue sobrij sumus, moderatè loquendo de perfectionibus nostris, sicut ad virtuosum, sapientémque pertinet, vt in his quæ propriam laudem concernunt, magis declinet ad minus quàm ad maius, vobis, id est pro
vestri informatione & commodo hoc facimus. [*Charitas enim Christi*] id est dilectio qua Christum proEphesi. 3.
ximúmque diligimus, [*vrget*] id est incitat & vehementer inclinat [*Nos*] ista efficere, quoniam Christi
gloriam & proximorum salutem tantò amplius zelamus, quantò in vera charitate perfectiores fuerimus
[*æstimantes*] .i. firmiter reputantes [*Hoc, quoniam si*] pro quia, [*Vnus,*] vtpote solus Christus [*Pro omnibus*]
hominibus liberandis [*Mortuus est, ergo omnes mortui sunt*] id est vitiis mortificati meritò passionis Chri-
sti, quantùm est ex parte ipsius saluatoris, qui moriendo omnia ad se traxit. Vel, omnes mortui sunt, Ioan.3.
id est mortem culpæ incurrerunt ex originali peccato, aliter non egerent saluatore, [*Et pro omnibus*
B *mortuus est Christus, vt & qui viuunt*] vita naturæ seu gratiæ, [*Iam non sibi viuant*] id est non propriæ voRoma. 14.
luntati deseruiant, videlicet ad honorem proprium vitam suam ordinent, [*Sed ei*] viuant, id est ad eius Galat.2.
honorem & gloriam omnia opera sua interiora, exterioráque referant. [*Qui pro ipsis mortuus est, et resur-* 1. Petri.2.
rexit,] videlicet Christi. Sic viuere Christo, est verè abnegare atque viuificè mortificare seipsum. [*Itaque*] id est quia pro omnibus mortuus est Christus, [*Nos*] apostoli & viri perfecti, [*Ex hoc*] id est post
hac [*Neminem nouimus*] notitia approbationis, id est nullum viatorem laudamus [*Secundum carnem*] id est 1.Ioan.2.
carnaliter, scilicet propter causas indignas. Vel, neminem nouimus secundum carnem, id est secundum ea quæ carnis conditionem respiciunt, talia enim non curamus, neque attendimus. [*Et si cognouimus secundum carnem Christum*] id est quamuis mysteria Christi carnaliter & superficialiter intellexerimus, & Christum non nisi secundum humanam naturam nouerimus sensu humano, [*Sed nunc iam*]
spiritu sancto recepto [*Non nouimus*] eum hoc modo, sed spiritualiter ac supernaturaliter, tanquam deũ
& hominem. [*Si qua ergo,*] id est quia aliqua [*In Christo*] est [*Noua creatura,*] id est aliquis in Christi baptismo renatus, [*Vetera transierunt*] id est pristina vitia ab illo remota sunt, pœnalitates quoque deletæ
sunt, modo in spe, tandem delendæ in re, [*Ecce facta sunt noua*] id est per infusionem spiritus sancti o-
mnia spiritualiter renouata sunt, corpus, anima, cogitatio, verbum & opera. Vnde in Apocalyp. dicitur, Apoc.21.
Dixit qui sedebat in throno, ecce noua facio omnia. [*Omnia autem ex deo*] patre vel sancta trinitate o-
riginaliter profluxerunt & condita sunt. [*Qui reconciliauit nos sibi*] id est peccata nostra nobis igno- Roma. 5.
C uit, [*Per Christum,*] id est incarnatione, passione seu meritò Christi hominis, imò Christus vt deus reconciliauit nos sibi per seipsum, vt hominem talem, [*Et dedit nobis ministerium reconciliationis*] id est of
ficium euangelicæ prædicationis, qua ista reconciliatio annunciatur hominibus, commisit nobis suis
vicariis. [*Quandoquidem deus*] pater, vel verbum increatum, imò & spiritus sanctus, hoc est deus tri-
nitas, [*Erat in Christo*] homine, [*Mundum,*] id est electos [*Reconcilians sibi,*] vt dictum est, [*Non repu-*
tans] id est non iustè vlciscens, nec in æternum reseruans [*Illis delicta ipsorum*] originalia aut actualia. Roma.3.
Christus nanque agnus dei omnia tulit peccata. [*Et posuit in nobis verbum reconciliationis,*] id est præ- Ioan.1.
dicationem pacificationis inter deum & homines factæ. [*Pro Christo*] id est pro Christi amore & gloria, [*Legatione*] id est missione [*Fungimur,*] quia à deo missi sumus annunciare Euangelium Christi,
[*Tanquam deo exhortante*] corda audientium [*per nos,*] id est per prædicationem nostram. Ipse enim
loquitur per nos. [*Obsecramus pro Christo*] id est vice, loco, vel amore Christi, [*Reconciliamini deo,*] Lucæ.21.
id est peccata vestra deflete, vitam corrigite, deo placere contendite, [*Eum qui non nouerat peccatum*] Roma. 15.
per approbationem vel experientiam scilicet Christum pater, [*pro nobis*] id est pro nostra redemptio- Roma.8.
ne [*Peccatum fecit*] id est hostiam pro peccato. Sumitur enim hic peccatum pro hostia peccati: sicut & Esaiæ.53.
D apud Oseam, vbi dicitur, Peccata populi mei comedent, Vel sic, Eum qui non nouerat peccatum, pro Osee.4.
nobis peccatum, id est culpam fecit. Peccatum enim (præcipuè originale) occasio fuit incarnationis, passionisque Christi, sicque quodam modo fecit eum hominem, [*vt nos efficeremur iustitia dei,*] id est, iusti 1.Corin. 1.
ficati à deo, [*in illo,*] id est meritò Christi.

Cap. VI. [*Adiuuantes autem exhortamur.*]
Articulus VI.

REcommendatis noui testamenti mysteriis, iam omnes ad perfectionem inuitantur, dicente apostolo. [*Adiuuantes autem*] verbo, operatione, oratione, vestram imbecillitatem: Vel, adiuuantes, id est Christo cooperantes in vestra conuersione,
[*Exhortamur, ne in vacuum*] id est sine fructu & perseuerantia [*Gratiam dei*] habi- Epist.
tualem & gratum facientem, [*Recipiatis*] in baptismo, vel pœnitentiæ sacramento. Gratiæ enim finis est adeptio gloriæ. Ideirco gratiam dei in vacuum recipit,
qui per eam bene viuendo æternam beatitudinem non acquirit. Melius est enim
viam iustitiæ ignorasse, quàm post agnitionem reuerti retrorsum. Simili modo, 2.Petri.2.
melius quodammodo est gratiam non recepisse, quàm receptam perdidisse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Esaiæ.48. ¶Quod autem deus paratus sit gratiam dare, probatur. [*Ait enī*] dominus per Esaiam. [*Tẽpore accepto*] E
id est tempore opportuno & congruo, maximè nouæ legis & gratiæ, [*Exaudiui te*] instanter orantem
Roma.7. pro quocunque negotio tibi salubri, omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti
Lucæ.11. aperietur, [*Et in die salutis*].i. tempore liberationis humanæ, factæ per Christum, [*Adiuui te*] dando tibi
Marc.11. supernaturale auxilium gratiæ atque virtutũ: sicut ait psalm. Auxilium meum à domino. Et, Nisi quia
Psalm. 120 dominus adiuuit me, paulò minus habitasset in inferno anima mea.¶ Denique præallegatam Esaiæ au-
Psalm.93. thoritatem quasi exponit, applicans eam ad tempus Christi. [*Ecce nunc tempus acceptabile,*].i. gratum &
Esaiæ. 49. aptum ad gratiam promerendam, quia nunc maximè operatur meritum passionis dominicæ, [*Ecce nunc*
dies salutis,] id est tempus saluationis à Christo exhibitæ. Vnde legitur in Actis, Omnes prophetæ à Sa-
Actu.3. muel & deinceps annunciauerunt dies istos. [*Nemini dantes vllam offensionem,*] id est aliquod scandalum
verbo aut facto nostro minus recto. Vnde alio loco dictum est, Hoc iudicate, ne ponatis fratribus of-
Roma. 14. fendiculum, hoc enim est charitatis [*Vt non vituperetur ministerium nostrum,*].i. obsequium quo Chri-
sto seruimus docendo & operando. Si autem reprehensibiliter egerimus, seruitium nostrum vitupe-
ratur à subditis, & scandalizantur, minúsque diligenter aduertunt ac implent quod eis proponitur. [*Sed*
in omnibus] obseruantiis mandatorum atque consiliorum, [*Exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros,*] id F
est prout decet veros famulos Christi, & primò [*In mutua patientia*] id est copiosa & prompta toleran-
tia aduersitatum, ne passio tristitiæ regnet in nobis. In patientia, inquam, seruanda, [*In tribulationibus,*] id
Lucę.21. est afflictionibus à quocunque inflictis, [*In necessitatibus,*] id est penuriis victus atque vestitus, [*In an-*
1.Timo.6. *gustiis,*] id est cordis pressuris, [*In plagis, in carceribus*] quibus læsi, captíque fuimus, ne liberi & incolu-
Actu.16. mes prædicemus vbique, [*In seditionibus*] contra nos motis, [*In laboribus*] manualibus pro alimonia cor-
1.Corin.3. poris, [*In vigiliis*] pro carne domanda, & gratia impetranda, [*In ieiuniis*] propter protractionem prædica-
2.Thess. 3. tionis & orationis, [*In castitate,*] mentis & corporis, [*In scientia,*] id est notitia eorum quæ ad salutem exi
guntur, [*in longanimitate,*] id est longa & certa expectatione futuræ beatitudinis, [*in suauitate,*].i. men-
tis dulcedine, & blanda quadam applicatione ad proximum, [*in spiritu sancto,*] id est in omni directio-
ne spiritus sancti, [*in charitate non ficta,*] id est non simulata aut falsa, qualem habent hypocritæ. Vnde
1.Ioan.3. dicit Ioan. Non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate, [*in verbo veritatis,*] id est prædica-
Ioan.14. tione Christi, qui est via, veritas & vita, seu euangelicæ theoricæ, [*in virtute dei,*] id est diuinæ potestati
semper innitendo, non propriis viribus. [*Per arma iustitiæ,*] id est virtutes seu opera virtuosa animam
munientia per modum armorum, [*A dextris,*] id est in prosperis, [*Et a sinistris*] id est aduersis, quatenus
nec in prosperis erigamur, nec aduersis deiiciamur: sed animo roborato in gratia, regia semper via
tendamus ad patriam electorum. Exhibeamus insuper nos dei ministros, [*Per gloriam et ignobilita-*
tem] id est honorationem & vilipensionem. Vt siue glorificemur ab hominibus, siue vilipendamur ab G
Galat.1. eis, in Christi seruitio firmiter stemus. [*Per infamiam*] quoque [*Et bonam famam,*] id est siue dissame-
mur, siue celebre nomen habeamus coram hominibus, in Christo stabiliter perseueremus, non cu-
rantes laudes aut vituperia hominum, [*Vt seductores*] reputati à multis errantibus, [*Et veraces*] sumus
Psalm.52. verbo ac rebus [*sicut qui ignoti*] quasi à deo reprobati, secundum opinionem illorum, [*et*] tamen [*Co-*
gniti] sumus deo per approbationem, [*Quasi morientes*] vitam naturalem perdendo. Quotidie enim pu-
tabant quidam aduersarij fidei, apostolos occidendos, [*et ecce viuimus*] deo nos conseruante in vita
naturæ & gratiæ, [*vt castigati,*] id est deo permittente flagellati pro culpis nostris, vel aliorum, vel pro-
pter exemplum atque coronam. Deus enim flagellat omnem filium quem recipit, vt Salomon lo-
Prouerb. 3 quitur, [*et non mortificati,*] id est non occisi. Sæpe enim à morte corporali diuina virtute erepti sunt.
Hebræ. 13. Vnde fertur in Psalmo, Castigans castigauit me dominus, & morti non tradidit me, [*Quasi tristes*]
Psalm. 117. propter aduersa, [*Semper autem gaudentes*] in domino, per veram patientiam & consolationem inter-
Actu.5. nam. Propter quod in actibus recolitur, Ibant apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam di-
gni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. [*Sicut egentes*] temporalibus bonis secundum veri-
tatem, vel spiritualibus donis secundum errantium suspitiones, [*Multos autem,*] id est omnes quos ad
Hebræ. 11. Christum conuertimus, sumus [*Locupletantes*] spiritualibus bonis [*Tanquam nihil habentes,*] quoniam o-
Matth. 19. mnia dereliquimus propter Christum, [*et omnia possidentes,*] quantùm ad necessitatem vel vtilitatem, ti
Psalm.33. mentibus quippe deum, nihil deest. Vnde dicit saluator, Primùm quærite regnum dei & iustitiam eius,
Matth.6. & hæc omnia adiicientur vobis. Christus quoque subiecit apostolis animata & inanimata, dæmones & H
Matth. 10. homines, quorum peccata soluere & non soluere potuerunt.
Marc.3. ¶ Deinde ostendit se ista loqui ex charitatis feruore. [*Os nostrum patet ad vos,*] id est ad vestram in-
Deuter.32. formationem apertum est, [*ò Corinthij,*] quoniam de ministerij mei dignitate, Euangelij veritate,
propriæ quoque personæ commendatione, iam loquutus sum vobis. [*Cor nostrum dilatatum est*] spiri-
tualiter, latitudine charitatis, id est affectus noster interior extendit mentem nostram ad vos. [*Non an-*
gustiamini in nobis,] id est ex parte nostri nolite angustias seu minorationes scientiæ atque virtutum in-
currere. Nos enim parati sumus omnia nostra vobis communicare, & cor vestrum dilatare ad dili-
gendum cœlestia. [*Angustiamini autem,*] id est constringimini ac minoramini [*in cordibus vestris*] du-
ris, quæ ob suam malitiam non dilatantur per copiosam spiritualium receptionem bonorum, hoc
Roma.8. est paruitatem & paupertatem vestræ scientiæ atque virtutis nolite ascribere nobis, sed propriis cor-
dibus incapacibus & indignis. [*Eandem autem remunerationem*].i. idem præmium [*Habentes*] vos
nunc in spe, habituri illud tandem in re: quod nos habemus, habituríque sumus, videlicet visio-
nem dei per speciem, quæ est tota merces, [*Tanquam filiis*] meis spiritualibus [*Dico, dilatamini et vos*]
corde, quemadmodum dilatatum est cor nr̃m. [*Nolite iugum dicere,*].i. societatem aut familiaritatem
habere [*cũ infidelibus*] & peruersis, Iugum enim à iungendo nomen sortitur. Sicut ergo dilectio est iu-

A gum Christi, per quod ei nectuntur, & ab eo dicuntur electi, sic iugum diaboli est peccatum. Idcirco Titum.3.
iniquis & perfidis iungi non debemus, id est communicare eorum peccatis, imò & occasiones huius
communionis vitare oportet. videlicet societatem & familiaritatẽ. Huius ratio subditur, [*Quæ enim par-*
ticipatio] id est mutua communio seu conuenientia [*Iustitiæ cum iniquitate?*] nulla vtique, cùm sint omni- Psalm.140
no contrariæ. Vos autem iusti estis per fidem formatam, illi verò iniqui, non ergo iungi debetis. [*Aut*
quæ societas luci ad tenebras?] nulla, videlicet naturalis ac fixa, sed lux tenebras pellit. Vos autem per dei Matth.3.
cognitionem lux estis, illi verò tenebris ignorantiæ pleni. [*Quæ autem conuentio Christi ad Belial?*] nulla
planè. Belial autem interpretatur apostata, quo significatur diabolus, sed his duobus dominis nemo po
test seruire. Vos igitur Christiani cum filiis Belial nolite coniungi. [*Aut quæ pars,*] id est communio [*Fi-*
deli cum infideli quis autem consensus templo dei,] id est personæ fideli, in qua per gratiam habitat deus.
[*Cum idolis?*] id est idololatris, qui idola sunt per similitudinem: iuxta illud in psalmo, Similes illis fiant Psalm.134.
qui faciunt ea. Non ergo debetis illis sociari. [*Vos enim,*] in quorum cordibus habitat deus, [*Estis tem-*
plum] animatum ac mysticum [*Dei viui, sicut dicit dominus*] per Mosen, Ezechielem atque Ioannem in Exod.29.
Apocalypsi. [*Quoniam inhabitabo in illis,*] id est intima mentis electorum inhabitabo per charitatem Leuitic. 26
& gratiam, [*Et inambulando,*] id est in corde eorum quasi in paradiso voluptatis conuersabor, quia deli- Ezech. 43.
tiæ meæ est esse cũ filiis hominum. Inambulabo autem, id est eos faciam ambulare de virtute in virtu- Apoc.21.
tem, & de via ad patriam, [*Et ero illorum deus,*] non solùm generaliter, sicut omnium deus sum, propter B Prouerb. 8
vniuersalem creationem ac prouidentiam, sed singulariter valde, dirigẽdo, protegendo, finalitérque sal- Psalm.83.
uando, [*Et ipsi erunt mihi*] id est ad honorem & gloriam nominis mei [*Populus*] colendo & diligendo me Actu.3.
super omnia. Sicut in prima sua epistola asserit Petrus, Vos genus electum, gens sancta, populus acqui- 1.Petri.2.
sitionis. Et Psalmista, Beneplacitum est domino in populo suo. Psalm. 149
¶ Ex dictis infert Apostolus admonitionem intentam. [*Propter quod,*] id est quia non est societas inter
prædicta, [*Exite*] spiritualiter, & si fieri potest & expedit, etiam corporaliter [*De medio eorum*] id
est de conuentu prauorum. Quid enim paleis ad triticum? Hoc est nolite cordis similitudine eis con Hiere.23.
iungi, sed fugite actus eorum, [*Et separamini ab eis,*] loco vel corde, [*Dicit dominus et immundum ne teti-*
geritis] id est peccato nolite consentire. Digni enim sunt morte, non solùm qui faciunt, sed etiam qui Roma. 1.
consenserint. [*Et ego recipiam vos,*] id est pie amplectar venientes ad me brachiis pietatis. De quibus per
prophetam loquor, Portaui vos in brachiis meis, [*Et ero vobis in patrem*] id est paternè vos fouebo ac di
ligam, [*et vos eritis mihi in filios,*] quantùm ad viros, [*et filias,*] quantùm ad fœminas, [*Dicit dominus*
deus omnipotens.] Porrò scriptura hîc allegata, quantùm ad sensum in diuersis sacræ paginæ locis ha- Osee.11.
betur. Pro eo enim quod hic dictum est, Inhabitabo in illis: scriptum est in Leuitico, Ponam taber-
naculum meum in medio vestri. Pro eo quod subditur, Et ambulabo, legitur in Deuteronomio,
Dominus deus tuus ambulat in medio castrorum. Totum tamen istud, & item quod subditur. Et e- Leuitic.26.
ro illorum deus, & ipsi erunt mihi populus, &c. in Leuitico includitur, Ei quoque quod subinfer- C Deuter.23.
tur, Exite de medio eorum, consonat quod Petrus disseruit, Separamini, inquiens, à generatione hac
praua. Sed & in Apocaly. ait scriptura, Ecce tabernaculum dei cum hominibus, & habitabit cum eis, Actu.2.
& ipsi populus eius erunt, & ipse deus cum eis erit illorum deus. Quæ vtique verba plena sunt omni Apoc.21.
dulcedine, charitate atque fiducia.

Cap. VII. [*Has igitur habentes promissiones.*] Artic. VII.

D EX præinductis in fine præcedentis capituli infert apostolus admonitionem salu
brem, & ait, [*Has igitur habẽtes promissiones.*] 6 [*Charissimi*] fratres immediatè ex- 2.Corin.6.
pressas, videlicet quòd deus habitabit & ambulabit in nobis, recipiétque nos, &
erit in nobis, [*Mundemus nos*] per veram confessionem (omnia enim in confes- 1.Petri.4.
sione lauantur) per contritionem, per dominicæ passionis memoriam, præser-
tim per diuini amoris accensionem, quoniam charitas operit multitudinem pec-
catorum, [*Ab omni inquinamento carnis et spiritus,*] id est ab vniuersis peccatis car
nalibus, vt sunt gula, luxuria: & spiritualibus, vt sunt inuidia, superbia, [*Perfi-* Galat.5.
cientes sanctificationem,] id est inchoatam in baptismo vel pœnitentia sanitatem ad perfectionem ducen
tes, perseuerando ac proficiendo in bonis vsque in finem. Et hoc [*In timore dei*] casto ac filiali, de quo
in Ecclesiastico dicitur, Qui sine timore est, iustificari non potest. Atque in psalmo, Timete domi- Eccles.1.
num omnes sancti eius. [*Capite nos,*] id est verba nostra sapienter pensate, & nosipsos in exemplum ac Psalm.33.
cipite, [*Neminem læsimus*] post nostram conuersionem, id est nullum ad peccatum induximus directè Finis.
verbo vel opere, [*Neminem corrupimus,*] per falsam doctrinam, [*Neminem circunuenimus,*] id est defrau-
dando decepimus, [*Non ad condemnationem vestram dico,*] id est non ideo ista commemoro, vt aggra-
uem vestra peccata, vósque reliquam vt pereatis. [*Prædiximus enim*] & supra iam scripsimus, [*quod*
in cordibus nostris estis] scripti per curam & charitatis affectum, ac iugem memoriam, [*Ad com-* Philipp. 1.
moriendum et conuiuendum,] id est in tantùm vos meo cordi impressi, vt pro vestra salute paratus 1. Corin.15
sim mori, aut manere in vita præsenti, vt instruam vos, [*Multa mihi fiducia est apud vos*] id est de
vestra charitate & pietate multùm confido & firmiter spero de felicitate vestra futura, [*Multa mi-*
hi gloriatio] inest spiritualis in domino, [*Pro vobis*] id est ex consideratione gratiæ vobis conces- Iacobi.1.
sæ, [*Repletus sum consolatione*] audita vestra emendatione [*Superabundo gaudio*] spirituali, propter Roma.5.
beneficia dei vobis collata, [*In omni tribulatione nostra*] quam ab aduersariis fidei patimur. [*Nam et cum* Apoca.1.
venissemus Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra,] id est nosipsi. Ponit enim partem pro toto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam supra dixit, Non habui requiem spiritui meo, [*Sed omnem*] id est multiplicem seu perfectam. [*Tribulationem*] videlicet exteriorem & interiorem [*Passi sumus. Foris pugnæ,*] id est impugnationes à peruersis ac perfidis. [*Intus,*] id est in corde, fuerunt. [*Timores*] paternæ solicitudinis pro ecclesijs dei, ne subuerterentur. [*Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos deus in aduentu Titi*] de cuius aduentu gauisi sumus, propter adiutorium quod nobis impēdit. [*Non solum autem in aduentu eius*] consolatus est nos deus, [*Sed etiam*] a deo principaliter consolati sumus, [*In consolatione,*] id est per consolationem, [*qua consolatus est nos*] Titus dei minister, [*In vobis,*] id est de vestra correctione, [*Referens nobis vestrum desiderium*] pro gratia acquirenda, vel pro mea præsentia, [*Vestrum fletum*] propter peccata præterita, [*Vestram æmulationem,*] id est bonum zelum. [*Pro me,*] id est pro nostra defensione contra detractores nostros & pseudoapostolos, quibus rationabiliter indignati estis, [*Ita vt magis gauderem*] de vestra prosperitate quàm dolui de mea aduersitate. Denique quòd consolatus sim, patet. [*Quoniam etsi contristaui vos in epistola*] superiori, in qua durè correpti estis, [*Non me pœnitet*] hoc fecisse [*Et si,*] id est licet [*Pœniteret*] me vos contristasse, considerando tristitiam sub ratione tristitiæ tantùm, secundum quem modum non habet rationem boni & appetibilis, tamen [*videns quod epistola illa, et si ad horam vos contristauit, nunc gaudeo*] de vestra contristatione pœnitentiali [*Non quia contristati estis*] in genere, seu qualitercunque (non enim omnis tristitia bona est) [*Sed quia contristati estis ad pœnitentiā*] salutarem ac sacramentalem, id est vestra contristatio bonum finem sortita est. Nam ad pœnitentiam vos induxit, quæ est dolor de malis præteritis. [*Contristati enim estis secundum deum*] id est secundum beneplacitum dei, dolentes de peccatis vestris, quòd complacet deo, qui ait per Ezechielem, Confundimini & erubescite super viis vestris. Et alibi, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum, [*vt in nullo*] id est nec blandis, nec in prosperis, [*Detrimentum*] salutis, [*Patiamini ex nobis*] id est ne nos aliquo modo simus vobis occasio detrimenti, sed totum quod pro vobis agimus, vestræ prosit saluti. [*Quæ enim secundum deum tristitia est*] id est tristitia ordinata de peccato commisso. [*Pœnitentiam*] id est cessationem à malo & satisfactionem tendentem, [*In salutem stabilem*] id est veram atque perpetuam beatitudinem promerentem, [*Operatur*] in genere causæ formalis. De hac bona tristitia scriptum est, Cor sapientum. vbi tristitia: & cor stultorum, vbi lætitia. Et iterum, Per tristitiam vultus, corrigitur animus delinquentis. De prædicta quoque stabili salute alibi dicitur, Israël saluatus est in domno salute æterna. [*Seculi autem tristitia*] id est dolor de amissione temporalium rerum, & manifestatione propriæ iniquitatis, [*Mortem*] culpæ [*Operatur*] id est ad peccandum inducit, imò & mortem naturæ conficit, quoniam nulla passio animæ adeò corruptiua atque contraria vitæ est, sicut tristitia, prout in prima secundæ Thomas pulchrè demonstrat. Propter quod Salomon loquitur, Spiritus tristis exsiccat ossa. In Ecclesiastico quoque legitur, Multos occidit tristitia.

¶ Insuper quòd tristitia ista secundum deum operatiua sit pœnitentiæ in salutem, ostendit Apostolus. [*Ecce enim hoc ipsum secundum deum contristari vos*] id est tristitia hæc domino placens, [*Quantum in vobis operatur solicitudinem*] placandi deum, & cauendi à peccatis, [*Sed defensionem*] id est resistentiam contra tentationes diaboli, & incentiua peccati (Pœnitens enim munit & armat se contra causas peccandi) [*Sed indignationem*] hoc est horrorem peccati, vel abominationem contra vosipsos, qui tam prauè egistis, [*Sed timorē,*] diuini iudicij, infernalis tormenti, similisque peccati (pœnitens nempe formidat incidere manus dei viuentis, & timet ne denuo peccet) [*Sed desideriū*] veniæ ac profectus, [*Sed æmulationem*] id est bonorum imitationem ac zelum. Vnde in Apocaplis. dicitur, [*Æmulare ergo, et pœnitentiā age. Vel, æmulationem*] id est zelum contra falsos, qui vos ad vitia induxerunt, [*Sed vindictā*] id est punitionem peccati. Qui enim veraciter pœnitet, peccata sua in seipso vlciscitur, infligendo sibi pœnam secundum culpæ mensuram. Nam & satisfactio est pars pœnitentiæ, sicut contritio atque confessio. [*In omnibus*] agendis [*Exhibuistis vos incontaminatos esse*] id est inculpabiles [*Negotio*] Christiano exercendo, id est ita vos reformastis, vt in omnibus Christianæ conuersationis officijs incontaminati sitis, saltem à mortali peccato. Potest quoque specialiter accipi de negocio quod eis commisit Apostolus circa punitionem eius, qui vxorem habuit sui patris: quod vtique negotium Corinthij fideliter expediuerunt. [*Igitur et si scripsi vobis*] in præcedenti epistola, hoc feci [*Non*] solùm [*Propter eū qui fecit iniuriam*] id est propter correctionem fornicatoris, qui rapuit patris sui vxorem, [*Nec*] solùm [*Propter eū qui passus est*] iniuriam, id est patrem cui ablata & rapta est vxor à proprio filio, [*Sed ad manifestandā solicitudinem nostrā, quā pro vobis,*] id est pro vestra salute. [*Habemus coram deo,*] id est deo spectante, nostrúmque affectum effundendo coram eo pro vobis cum humili prece. [*Ideo consolati sumus*] de vestri correctione. [*In consolatione autem nostra*] iam sæpe prædicta, id est vltra hanc consolationem [*Abundantius magis,*] id est abundantissimè, vel plus quàm ante doluimus. [*Gauisi sumus super (id est de) gaudio Titi.*] Ita vt gaudium eius esset obiectum atque materia gaudij nostri, [*Quia refectus est*] id est recreatus & confortatus [*spiritus eius*] paulò ante propter vestra peccata mœstus, [*Ab omnibus vobis*] de correctione, vel profectu, vel bono proposito cuiusliber vestrùm, qui enim nondum correcti sunt, se emendare decreuerunt, & ita spes bona lætificat Titum. [*Et si quid apud illum,*] id est quia de aliquo apud Titum [*De vobis gloriatus sum*] commendando vos, de vestra emendatione spem bonam ei præstando. [*Non sum confusus*] de hac gloriatione, cum non sim mendax inuentus, [*Sed sicut omnia*] ad vestram salutem pertinentia, [*Vobis in veritate loquuti sumus*] prædicatione vocali, vel per epistolas, [*Ita et gloriatio nostra, quæ fuit ad Titum*] de vobis, vt dictum est, [*Veritas facta est,*] id est ad effectum perducta. Vel, sic esse innotuit Tito, sicut ei prædixi, quoniam estis correcti & laude digni inuēti, [*Et viscera eius*] i. intima charitas ac desiderij Titi, [*Abūdantius*] nūc

[*Abundantius*] nunc quàm ante, quia nunc videt vestram obedientiam, [*In vobis sunt,*] id est, in vos tendunt, atque figuntur. Amor enim tendit in amatum, & quiescit in ipso. Titi inquam [*Reminiscentis omnīū vestrū obedientiā,*] Retulit enim Titus Apostolo cū ingēti lætitia obedientiam Corinthiorum, [*Quo modo cum timore*] cordis [*Et tremore*] corporis [*Excepistis eum*] cum debita reuerentia, sicut & vobis præcepi tales recipere tanquam meipsum, imò vt Christum. [*Gaudeo*] de hoc, & ab hoc, [*Quod in omnibus*] rebus [*Confido in vobis*] sperans vos semper ad obediendum paratos, sicut & nunc obedientiam vestram expertus sum. Vna equidem actio virtuosa præstat fiduciam de alia, atque maiori. Galat. 4.

Cap. VIII. [*Notam autem facimus vobis fratres gratiam dei.*] Articulus. VIII.

PRæterea admoner Apostolus Corinthios ad faciendam atque mittendam eleemosynam pauperibus qui erant in Hierusalem sub regimine Iacobi, proponsque Corinthiis exemplum Macedonum, dicens, [*Notam autem facimus vobis fratres gratiam dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniæ,*] id est insinuamus vobis virtutem misericordiæ, quam deus largitus est Macedonibus (qui sunt Græci) ad fidem conuersis. Ex qua virtute & gratia diuinitus inspirata, moti sunt eleemosinam dare Iudæis conuersis, in Hierusalem morantibus, qui, facta fame in Iudæa, magnam habuerunt inopiam. Hoc itaque notificamus vobis, [*Quòd in multo experimento tribulationis*] id est in magna tribulatione quam experti sunt. [*Abundantia gaudij ipsorū fuit,*] id est copiosa lætitia inerat eis, quia de tribulatione sua propter Christum illata, vehementer gauisi sunt. Sicut dicit saluator, Gaudete in illa hora, quia merces vestra copiosa est in cœlis. [*Et altissima,*] id est spōtanea, multúmque meritoria [*Paupertas eorū,*] puta Macedonum [*Abundauit,*] id est abundantem effectum habuit vel ostendit [*In diuitias simplicitatis,*] id est in spiritualem opulentiam puræ intentionis & bonæ conscientiæ [*Eorū,*] quia cum pauperes essent, tamen modica simplici animo tribuendo, spiritualiter ditiores effecti sunt. [*Quia secundum virtutem*] iustitiæ, id est verè ac iustè [*Testimonium illis reddo & supra virtutem,*] id est vltra suam possibilitatem [*Voluntarij fuerunt*] ad dandum. Nam cum modica possiderent, multa dare optabant: tantáque dederunt, vt etiam ipsi postmodum egerent. [*Cum multa exhortatione obsecrantes nos gratiam & cōmunicationem ministerij,*] id est vt consentiremus ipsis in hoc, quòd dare possent tantam eleemosynam, qua communicarent atque participes essent ministerij, id est obsequij pietatis, videlicet largitionis eleemosynarum [*quod fit in sanctos*] id est pauperes in Hierusalem commorantes. Qui sancti vocantur, quoniam omnibus suis venditis, precium ante apostolorum pedes posuerunt, egent, communitérque viuentes. Cum enim Macedones pauperes essent, non videntur eis consensisse Apostolus, vt darent tam multum, sed ipsi charitate feruente rogabant Apostolum, vt liceret eis tanta conferre. [*Et non sicut speraumus,*] id est non tam moderatè se habuerunt in dando sicut putauimus [*Sed semetipsos dederunt,*] id est obtulerunt [*Primum*] id est principaliter, & ante omnia, [*Deo*] seipsos, & omnia sua ad cultum & gloriam dei ordinantes, [*Deinde*] dederunt seipsos [*Nobis*] per finalem obedientiam, & charitatiuam subiectionem, & hoc [*Per voluntatem dei,*] id est causa dei seu propter diuinæ voluntatis beneplacitum & honorem. Quoniam deus requirit, vt prælatis vicariis suis obediatur sicut & sibi [*Ita vt rogaremus Titum, vt quemadmodum cœpit, ita et perficiat in vobis etiam gratiam istam,*] id est ad tantam perfectionem, támque liberalem eleemosynæ distributionem vos conetur inducere, instruendo, hortando, & alios in exemplum vobis imponendo, quemadmodum dudum iam facestis de præmio [*Et sermone,*] id est efficacia in loquendo, & scientia scripturarum [*Et omni similitudine*] in prouidendo vobis ac aliis, præsertim in spiritualibus bonis, & item in temporalibus, prout ratio exigit, [*Insuper et charitate vestra*] tendente [*In nos*] quoniam multum diligitis me tanquam magistrum veritatis, & patrem vestræ spiritualis regenerationis, sic cupio [*Vt et in hac gratia*] misericordiæ & liberalitatis [*Abundetis, Non quasi imperans dico,*] id est ad eleemosynam istam non obligo vos præcepto, ne efficiamini transgressores mandati, [*Sed per aliorum*] puta Macedonum [*Solicitudinem,*] id est imitatione dignam, [*Etiam vestræ charitatis ingenium bonum*] id est vestræ dilectionis indolem seu industriam [*Cōprobans*] siue experiens, an scilicet sic agatis, sicut confidimus.

¶ Porrò ad hanc perfectionem inuitat eos Apostolus exemplo Christi. [*Scitis enim*] per fidem [*Gratiā,*] id est in beneficia vel charitatē [*Domini nostri Iesu Christi*] ad nos. [*Quoniā propter nos egenus factus est*] in sua incarnatione & conuersatione in hoc mundo. Propter quod ait, Vulpes foueas habent & volucres cœli nidos: filius hominis non habet vbi caput reclinet. Natus quoque positus est in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio. Vnde scriptum est, Exulta filia Syon, ecce rex tuus venit tibi iustus, & saluator, ipse pauper & ascendens super asinam. Hanc paupertatem vehementissimè admiratus est Hieremias, clamans, Quare quasi colonus venturus es in terra, & quasi vir fortis declinans ad manendum? [*Cū dives esset,*] id est diuina natura habens omnium bonorum atque pulchrorum plenitudinem infinitam, simpliciterque perfectam, [*Vt illius inopia*] i. merito paupertatis Christi, [*vos diuites esseti*] id est spiritualium bonorum copiā consequeremini. Nam Christi incarnatio, nostra deificatio est: Christi cō uersatio, nostra est perfectio: Christi penuria, nostra est opulētia. [*Et consilium in hoc do.*] videlicet vt eleemosynam detis ex hac consideratione. [*Hoc enī vobis vtile est*] hoc est meritorium vitæ æternæ, [*qui non solū facere, sed et velle*] per charitatem [*Cœpistis ab anno priore*] i. præterito. [*Nunc vero et factio perficite*]

Universidad de Deusto
Biblioteca

id est operè implete, [*Vt quemadmodum promptus*] ad dandum [*Est animus*] id est amorosus impetus [*Voluntatis, ita sit et perficiendi*] animus promptus in vobis, [*Ex eo quod habetis*] id est ex facultatibus seu substantiis vestris, quatenus opere ostendatis & exequamini in effectu, quod diu inchoastis & proposuistis, [*Si enim voluntas prompta est*] dare eleemosynam, [*Secundum id quod habet, accepta est*] id est dãdo quod sibi in promptu est & superest, seu superfluit, grata & placens est deo. [*Non secundum quod non habet*] i. non exigitur vt vltra vires vel sibi necessaria tribuat. Vnde in Euangelio ait Saluator, Quod supereſt, date eleemosynã, & omnia munda sunt vobis. [*Non enim*] hæc dicimus, aut volumus, [*vt alijs*] scilicet pauperibus in Hierusalem, quibus succurritis, [*Sit remissio*] i. vacantia & ociosìtas, viuendo de vestris eleemosynis ociosè, [*vobis autem*] sit [*Tribulatio*] id est grauamẽ in dando vltra vires. [*Sed ex æqualitate*] cum discretione & debita proportione, [*in præsenti tempore*] velociter decurrente, [*vestra abundantia*] in temporalibus [*illorum inopiam*] in eisdem temporalibus, vt pote indigentiam victus atque vestitus [*Suppleat,*] vt & illorum abundantia, id est spiritualis opulentia in gratia & virtute [*vestræ inopiæ*] in eisdem spiritualibus bonis, seu meritis [*Sit supplementum*] hoc est quatenus ipsi dum de vestris eleemosynis sustentantur, orent pro vobis, & impetrent quod ipsi meritis vestris impetrare non potestis, [*vt fiat æqualitas*] id est commensuratio, seu proportio in datis & acceptis, dum pro temporalibus spiritualia rependuntur, secundum quandam decentiã æquitatis. Vel, fiat æqualitas remunerationis æternæ saltẽ in genere, ita vt omnes simul præmium essentiale (quod est dei fruitio) acquiratis, quod significatur per denarium diurnum, quem singuli operarij receperunt, [*Sicut scriptum est*] in figura huius æqualitatis de manna in Exodo, vbi sic legitur, Nec qui plus collegerat, habuit plus, nec qui minus collegerat, habuit minus. Quod nunc aliis verbis hîc dicitur. [*Qui multum habuit*] id est quam mensuram Gomor de manna collegit, [*Non abundauit*] id est non plus retinuit sibi quàm Gomor [*Et qui modicum*] collegit de manna, [*Non minorauit,*] id est minus non habuit quàm continet Gomor. Nec hoc miraculosè fiebat, sed cùm omnes collegissent, totum simul ponebatur, mensurabatúrque singulis de manna tantũ, quantùm continet Gomor. [*Gratias autem deo*] agimus [*Qui dedit eandem solicitudinem pro vobis*] id est, pro vestri informatione [*In corde Titi*] quam habeo ego pro vobis, [*Quoniam exhortationem quidem suscepit*] id est nostræ admonitioni, vt iret advos, tandem acquieuit, [*Sed cum solicitior esset*] pro vobis charitate vrgente [*Sua voluntate,*] id est proprio motu [*Profectus est ad vos*] non tantùm ob nostram exhortationem. [*Misimus autem cum illo fratrem*] id est Lucam Euangelistam [*Cuius laus est in Euangelio*] ab ipso glorioſissimè conscripto. [*Per omnes ecclesias*] quæ eius euangelio vtuntur, eiusque sapientiam laudant. [*Non solum autem*] Est laus eius in euangelio, [*Sed et ordinatus est ab ecclesijs*] Iudeæ [*Comes*] id est socius [*Peregrinationis nostræ*] qua tanquam peregrini ambulamus per mundum euangelizantes vbique. Comes (inquam) est nostræ peregrinationis. [*In hac gratia*] id est in prædicatione euangelica [*quæ ministratur,*] id est deo iubente annunciatur [*A nobis ad domini gloriam*] ad cuius gloriam ordinanda sunt omnia Ordinatus est etiam comes noſter, [Et] ad [*Destinatam voluntatem nostram*] id est ad complendum propositum nostræ voluntatis, est enim adiutor noſter idoneus. [*Deuitantes hoc ne quis nos vituperet*] id est occasionem habeat obloquendi nobis, [*In hac plenitudine*] prædicationis euangelicæ vel largitionis eleemosynæ, [*Quæ ministratur à nobis*] qui & aliis prædicamus, & eleemosynas gentium pauperibus in Iudæa mittimus vel portamus. Si enim Apostolus Titum & frãtrem cum illo non misisset Corinthiis pro collectione eleemosynarum, vel in suis prædicationibus immemor fuisset pauperum prædictorum, aliqui dicere potuissent, bene quidem prædicat, sed negotium sibi commissum de collectione eleemosynarum pro vsu pauperum negligit.

¶ Præterea quidam per fratrem istum cum Tito missum intelligunt Barnabam apostolum, cuius laus est in Euangelio, & prædicatur per omnes ecclesias, quem constat fuisse comitem Pauli in prædicando multis diebus.

¶ Itaque deuitamus vituperium istud [*Prouidimus enim bona*] id est prouidè facimus vt opera nostra bona sint, [*Non solum coram deo,*] id est diuino iudicio, [*sed etiam coram hominibus*] id est irreprehensibilia sint, ne alij scandalizentur aut detrahant. Duæ etenim res sunt, conscientia & fama. Conscientia prodest tibi. Fama proximo. Qui ergo conscientiæ suæ confidens, negligit famam, crudelis est. Debemus nanque exemplares esse inuicem, sicut monet saluator, dicens, Sic luceat lux vestra coram hominibus. [*Misimus autem cum illis*] videlicet cum Tito & Luca, seu Barnaba, [*Et fratrem nostrum*] Iste Apollo est Corinthiorum episcopus, de quo in epistola superiori dictum est, Ego plantaui, Apollo rigauit. Qui propter discordiam Corinthiorum discesit ab eis rediens ad Apostolum Ephesum, & rogatus à Paulo vt rediret Corinthum, non acquieuit, donec à Tito percepit emendationem Corinthiorum. Idcirco nunc ab apostolo mittitur, [*Quem probauimus*] id est experti sumus, [*In multis sæpe solicitum esse*] pro vestra salute, [*Nunc autem*] audita vestra emendatione, probauimus eum, [*Multo solicitiorem confidentia multa in vos*] id est ex magna fiducia vestræ reformationis, [*sue pro Tito*] id est solicitiorem eum inuenimus etiam propter ea quæ à Tito audiuit, qui multa ei bona narrauit de vobis [*Qui*] Titus [*Est socius meus*] in opere Christi, [*Et in vobis*] hoc est in vestri conuersione seu reformatione, [*Adiutor.*] deus, ¶ Porrò, epistola hęc intricata atque truncata est, ideo necesse est supplere, sequitur enim, [*siue fratres nostri apostoli ecclesiarum gloriæ Christi*] id est etiam alij quidam apostoli fratres nostri, fuerunt causa solicitudinis atque reuerſionis Apollo ad vos, quia ab illis rogatus fuit. Qui sunt apostoli ecclesiarum gloriæ Christi. i. principes & doctores congregationum fidelium, in quibus maiestas & gloria Christi relucet, quia glorificatur, honoratur, & sertur ab eis. [*Ostensionem ergo quæ est charitatis vestræ*] .i. signum vestræ dilectionis, seu charitatem vestram quam vt alijs ostendistis. Exhibitio etiam operis signum est dilectionis [*Et ostensionem gloriæ nostræ pro*

Luc.11. Iud.2. Lucæ.16. 1.Cor. 19. Matth.20. Exod.16. 1.Thess.2. Roma. 12. Ephesi. 3. Actu.1. Philipp. 3. Ioan.4. Gregorius

vobis] hoc est opus quo ostendistis glorificationem nostram de vestro profectu habitam esse veram [*in illos ostendite*] recipiendo, atque tractando eos cum debita reuerentia [*in facie ecclesiarum*] hoc est publicè in conspectu fidelium, vt ædificentur in vobis, sciántque vera esse, quæ de vobis patefecimus eis. Heb. 13. Matth. 5. 2.Petri 1.

Cap. IX. [*Nam de ministerio quod fit in sanctos.*] Artic. IX.

MAnifestat autem apostolus præsenti cap. modum faciendi eleemosynas præmemoratas, ostendénsque superiora cõuenienter esse inducta, subiungit, [*Nã de ministerio quod fit in sanctos*] .i. de erogatione eleemosynarum quę dantur pauperibus in Hierusalem consistentibus [*Ex abundantia*] .i. quasi superfluum [*Est mihi scribere vobis*] vltra quam scripsi. Cuius ratio subditur, [*Scio enim promptum animum vestrum*] ad dandum eas [*Pro quo de vobis glorior apud Macedones*] proponẽs vos eis in exemplum. [*Quoniam & Achaia*] prouincia Græciæ cuius Achaiæ ciuitas metropolitana est Corinthus [*Parata est*] ad eleemosynarum harum contributionem [*Ab anno præterito, et vestra æmulatio*] .i. amorosa zelatio pro pauperibus [*Prouocauit plurimos*] ad imitandum vos. Sicut in Prouerbiis dicitur. Ferrum ferro acuitur, & homo exacuit faciem proximi sui. [*Misimus autem fratres*] prædictos nuncios valde spectabiles, videlicet Titum, Lucam seu Barnabam, & Apollo ad vos [*Ne quod gloriamur de vobis*] .i. de vestra prõptitudine [*Euacuetur in hac parte*] id est sine fructu & opere sit. Misimus ergo fratres [*vt quemadmodũ dixi*] .i. vobis consului, & Macedonibus retuli [*Paratis sitis*] omnino ad dandum [*Ne cum venerint mecum macedones et inuenerint vos imparatos, erubescamus nos*] tanquam spe nostra frustrati, & quasi mendaces inuenti, [*Vt non dicamus vos*] .i. de vobis interim sileamus [*In hac substantia*] hoc est in ista eleemosynarum donatione, cũ tamen certũ sit imparationem hanc magis erubescibilem esse vobis, quàm nobis. [*Necessarium ergo existimaui rogare fratres*] præfatos [*vt præueniant*] id est ante me veniant [*Ad vos, et præparent repromissam benedictionem hanc*] id est sæpe promissam eleemosynarum collationem, [*Paratam esse*] id est collectam atq; seorsum repositam [*sic quasi benedictionem*] id est gratè, liberalitérque donatam, vt sit opus charitatis [*Non quasi auaritiam*] id est cupiditate extortam. [*Hoc autem dico*] id est ista admoneo: nam [*qui parce seminat*] id est secundum mensuram facultatum suarum modicam eleemosynam tribuit [*Parce et metet*] id est pariter retributionem accipiet. Si autem quis parum habeat, & de illo modicum largiatur, non parcè sed liberaliter seminat, sicut & Christus affirmat pauperem viduam duo minuta mittentem, plus omnibus præstitisse. Alij autem ex abundanti sibi miserunt, illa verò ex necessariis. Hinc quoque ad Galatas dicit Apostolus, Quę seminauerit homo hæc & metet. Et Ecclesiasticus, Mitte panem tuum super transeuntes aquas, quia post multa tempora inuenies eum. Deus autem potius pensat, ac præmiat affectum quàm opus. Ideo scriptum est in Hieremia & Osęa, Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas. Veruntamen seminatio & messis, quantùm ad aliquid cõtrario modo fiunt. Iuxta illud Psalmistę, Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Hoc tamen intelligi potest de opere pœnitentiali, quod lachrymosè agendum est, eleemosyna verò lætanter fieri debet. [*Et qui seminat in benedictionibus*] id est liberaliter & charitatiuè bona sua egenis communicat, [*De benedictionibus et metet*] id est propter opera sua gratiosè & abundãter, vel saltem animo prõpto collata, copiosam mercedem recipiet. Ideo ait Psalmista, Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eũ dominus. Quãuis autẽ vnusquisque in patria de suo præmio contentetur, & vltra condignum præmietur, dicitur tamen parcè metere, quia parcè seminat, respectiuè, non absolutè. Primò, quoniam comparatione aliorũ minus habet. Secundò, quoniam præmium correspondet merito. [*Vnusquisque*] [*det pauperi*] [*Prout destinauit in corde suo*] id est tantùm quantùm ratio sibi dictat, & ipse rationabiliter ordinauit, [*Non ex tristitia*] id est non ex tædio quod patitur propter instantiam postulantis. Nam vt Augustinus testatur, Qui dat vt careat tædio interpellantis, non vt reficiat viscera indigentis, & rem perdit & meritum, [*Aut ex necessitate*] id est coactione, sed iucundè ac sponte. [*Hilarem enim datorem*] id est eum qui animo affectuoso, corde fauorabili, lętáque mente donat donanda, [*Diligit deus*] id est approbat atque remunerat. Vnde in Ecclesiastico habetur, In omni dato hilarem fac vultũ tuum. Et in Paralipomenon libro Dauid ait, Ego, inquit, in simplicitate cordis mei lætus obtuli omnia hæc. [*Potens autem est deus*] cui nõ est impossibile, imo nec difficile omne verbum [*Omnem gratiam*] id est omnia dona spiritus sancti, omnem virtutem atque scientiam [*Abundare facere in vobis*] .i. in cordibus vestris abundanter infundere, [*Vt in omnibus*] spiritualibus ac temporalibus. Vel in omnibus ad salutem necessariis, [*Semper omnem sufficientiam habentes*] secundum conditionem & statum viatorum [*Abũdetis in omne opus bonum*] hoc est operis tribuit indigentibus, non totum simul indiscretè effudit, [*Dedit pauperibus*] eleemosynas corporales aut spirituales, Idcirco, [*Iustitia eius*] interior [*Manet in seculum seculi*] id est in via & in patria, quia æternam gloriam promeretur, & ipsa nunquam extinguitur, quãuis in patria non maneat eleemosynarum largitio. [*Qui autem administrat semen*] id est deus qui confert materiam eleemosynarum. [*Seminanti*] id est eleemosynas facienti. Deus enim omnium bonorum est dator, & quæ aliis damus de manu eius accepimus, [*Et panem*] id est victualium sufficientiam, [*Ad manducandũ præstabit*] eleemosynarum factoribus. Beati enim misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur, [*Et multiplicabit semen vestrũ*] id est bona vnde eleemosynæ fiunt. Tales enim personæ communiter plus abundant in temporalibus, quàm auari & immisericordes. Propter quod in Prouerbiis legitur, Miseriordia & veritas non te deserant, & inuenies gratiã coram deo & hominibus, [*et augebit incrementa frugum*] id est profectus ope-

Prouer.17. Epist. Luc.21. Galat.6. Eccle. 11. Hiere. 4. Osæe 10. Psal.125. Augusti. Eccles. 38. 1.Par. 29. Luc.1. Psal.111. Iacobi 1. Matth.5. Prouer.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Finis. rum seu meritorum [*iustitiæ vestræ*] id est quæ ex habituali & interiori vestra iustitia oriuntur, vt ambu E
Psalm. 83. letis de virtute in virtutem. Habenti enim dabitur, hoc est pio & grato: ei autem qui nō habet, & quod
Matth. 25. videtur habere, auferetur ab eo, [*vt in omnibus*] spiritualibus donis [*Locupletati abundetis*] id est corde
Luc. 19. crescatis, [*in omnem simplicitatem*] bonam, de qua dictum est sæpe, id est in perfectam conscientiæ puri-
tatem, & vitæ innocentiam [*Quæ*] simplicitas, [*Operatur per vos*] formaliter [*Gratiarum actionem deo*] id
est inducit vos ad hoc vt domino gratias referatis, eū in omnibus glorificādo simplici corde. Sic enim
Iob 1. Iob simplex erat qui tanta perpessus sapientissimè dixit, Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domi-
no placuit, ita factum est: sit nomen domini benedictum. Quod autem deo gratiæ referantur, hinc li-
quet, [*Quoniam ministerium huius officij*] id est communicatio seu administratio eleemosynarum istarū,
[*Non solum supplet ea quæ desunt sanctis*] id est non tantùm succurrit pauperibus in Hierusalem, quan-
Matth. 25. tùm ad vitæ corporalis sustentationem, [*sed etiam abundat per multos in gratiarum actione*] id est multos
inducit, & abundanter fructificat in eis ad agendas gratias, [*in domino*] id est ad gloriam dei, & secundū
voluntatē ipsius, qui multi, [*Per probationem ministerij huius*] id est per approbationē, & experientiā lar-
gitionis eleemosynarū vestrarum, sunt [*Glorificantes deum in obedientia confessionis vestræ*] id est pro o-
bedientia qua fidem vestram non solùm verbis, sed etiam rebus profitemini, succurrendo egenis, obe-
diendóque nobis. Confessionis inquam tendentis, [*in euangelium Christi*] vt præceptis atque consiliis F
euangelicis obtemperetis, glorificantes etiam deum, [*Et per simplicitatem cōmunicationis*] vestræ [*in illos*]
id est propter communicationem bonorum vestrorum simplici animo, scilicet solùm dei respectu fa-
ctam pauperibus in Iudæa, in omnes, id est cæteris quoque pauperibus piè exhibitam, Glorificātes in-
super deum, [*Et in ipsorum*] pauperum [*Obsecratione*] fusa [*Pro vobis*] Pauperum dico [*Desiderantium*] id
est ardenter amantium, vel videre, cupientium [*vos*] in præsenti, siue in patria, [*Propter eminentem gra-
tiam dei*] existētem [*in vobis*] id est propter magnam virtutum perfectionem vobis diuinitus præstitam.
[*Gratias autem deo super inenarrabili dono eius*] ist est de tam ineffabili pietate, & gratia vobis concessa, cu
ius gratiæ magnitudo explicari non potest, si consideretur humana ingratitudo, decliuitas atque fragi-
litas, diuina quoque celsitudo, misericordia & iustitia.

Cap. x. [*Ipse autem, &c.*] Artic. x.

1. Cor. 15. Hiere. 11. Acta exhortatione ad bonos, iā sermo dirigitur ad incorrectos, qui adhuc pseu-
doapostolis adhæserunt. quia multa vitia imposuerunt Apostolo. De quibus se
consequenter excusat, sicut patebit. Ait ergo, [*Ipse autem ego Paulus obsecro*] id G
est per sacra rogo [*vos*] scilicet [*Per mansuetudinem*] id est mititatem (quæ iram
refrenat). [*Et modestiam*] id est moderamen seu discretionem [*Christi*] Qui per
Hieremiam ait, Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam. Et iterū,
Discite à me quia mitis sum & humilis corde [*Qui in facie quidem*] id est in præ-
sentia vestra, siue exterius, [*Humilis*] sum [*inter vos*] existens, quasi blandiens vo-
bis sicut pseudoapostoli mihi imponūt. [*Absens autem*] à vobis [*Confido in vobis*] id est fiducialiter, auda
cter & durè redarguo vos, quia non timeo mihi mala inferri à vobis dum absens sum, quemadmodum
præsens. Imposuerunt autem apostolo, quod esset carnalis, quoniam morte carnalium, præsens existēs,
dulcis & blandus esset in verbis quasi timens periculum si durius ageret, absens verò rigidus foret.
[*Rogo autem vos*] ne sic sentiatis de me, [*Ne præsens*] id est apud vos existens, [*Audeam*] id est auda-
cter me habeam, incorrectos durissimè increpando, [*Per eam confidentiam*] id est fiduciam illam im-
perterritam, [*Qua existimor*] ab æmulis [*Audere*] id est audacter inuehere, [*In quosdam*] incorrectos à
pseudoapostolis deceptos cùm absens sum, [*Qui*] incorrecti, [*Arbitrantur nos tanquam secundum carnem*
Rom. 8. *ambulemus*] id est taliter conuersari, & in tēporalibus finem nos constituere existimant, qui vtique er-
Iob 7. rant. [*In carne enim ambulantes*] id est in hac corruptibili carne viuentes & peregrinantes. [*Non se-
cundum carnem militamus*] id est non carnaliter exercemur ad prælium, contra aduersarios humanæ
salutis. Militia quippe est vita hominis super terram, sed militia nostra spiritualis est, & triumphum
intendit [*Nam arma militiæ nostræ*] quibus prædicando & conuersando contra dæmones & peruersos
homines dimicamus, videlicet virtutes & dona spiritus sancti [*Non carnalia sunt*] nec humana virtute a- H
depta [*Sed potentia deo*] hoc est dei virtute efficacia [*Ad destructionem munitionum*] id est virium quibus
dæmones, & impij homines contra fidei veritatem armantur [*Consilia*] impiorum, [*Destruentes*] no-
stra prædicatione & miraculorum operatione, [*Et omnem altitudinem*] id est præsumptionem, ac pro-
funditatem mundanæ & naturalis sapientiæ [*Extollentem se aduersum scientiam dei*] id est theologicæ
Act. 17. veritati, seu fidei assertionibus contradicentem destruentes seu reprobātes. Hoc fecit Apostolus Athe
nis, disputando contra philosophos, [*Et in captiuitatem redigentes*] id est captiuantes, & nostræ doctri-
næ ac fidei iugo subdentes, [*Omnem intellectum*] id est mentem quorundam de omni genere hominum.
[*In obsequium Christi*] id est ad hoc vt Christo deseruiant, eiúsque authoritati potius quàm humanæ ra-
tioni adhereant. Cōuertit enim Apostolus quosdā doctos, & quosdam indoctos, sicq; de cæteris gene-
ribus hominū quosdam conuertit ad Christum, & sic quoque omniū intellectum subiecit fidei præ-
1. Cor. 5. ceptisque Christi, quatenus incōprehensibilia credant, & deo in cunctis obediant [*Et in promptu haben
tes*] id est expeditè potētes [*Vlcisci omnem inobedientiam*] tradendo excommunicatos & impios satanæ
in interitum carnis, vel christum inuocādo possimus de eis vltionem acquirere [*Cum impleta fuerit ve-
stra obedientia*] id est perfectam esse nouerimus vestram obedientiam, tunc enim & non ante, decet nos
contra rebelles insurgere, quoniam prius confirmandi sunt boni, quàm mali torquendi. Ad quod per-

A tinere potest illud Apocalypsis, Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus quoadusque signemus
seruos dei nostri in frontibus eorū. [*Quæ secundum faciem suam videre*]. i. si prædicta spiritualia, quibus Apoc. 7.
ostendit me esse verum Christi apostolum & falsis præferendum, non vobis efficiunt, quæ secundū fa
ciem sunt. i. manifestè apparent in illis, & in me, videte. i. pensate. [*Si quis*] illorum pseudoapostolorum
[*Confidit sibi*]. i. de propria perfectione præsumit [*Christi se esse*]. i. ad Christum per gratiam se pertine-
re, [*Hoc cogitet iterum apud se*]. i. diligenter cōsideret atque reuoluat ne se præferat nobis, [*Quia sicut ip
se Christi est*] id est secundum opinionem suam fallacem [*ita & nos*] Christi sumus fideles ministri se-
cundum veritatem.] *Nā et si amplius aliquid gloriatus fuero* in domino [*De potestate nostra*] quàm illi de
sua gloriari possunt. i. quāuis illis nōstram potestatem prætulero [*Quam dedit dominus nobis in ædificatio-
nem, et non in destructionem*]. i. ad hoc vt ea salubriter vtamur, nō impiè abutamur, videlicet vt vos verbis
atque exemplis ædificemus in vita spirituali, & non inficiamus, nec subuertamus quempiam vestrūm
[*Non erubescam*] quasi præsumptuosè hoc agens, quia sic est. Verūtamen ministri Christi potestate si-
bi concessa abuti possunt, & sæpius abutuntur (vt patet de malis sacerdotibus) sed non sine grandi pec-
cato. ¶ Denique ne isti erronei æstimarent apostolum non esse facturum, cū præsens adesset, quod ab-
sens minabatur, dicendo se potentem & promptum vlcisci omnem inobedientiam. Ne igitur ita senti-
B rent, adiunxit, [*Vt autem non existimer*] ab incorrectis & falsis [*Tanquam terrere vos per epistolas*] id est in
epistolis meis ad vos missis verba minatoria miscere, quæ non audebo præsens implere (nam hoc mihi
imponunt) [*Quoniam quidem epistolæ*] meæ [*inquiunt*] illi detractores [*Graues sunt et fortes*] id est minaces,
& intellectu difficiles atque verbosæ, [*Præsentia autem corporis infirma*] id est nos ipsi corporaliter præ-
sentes impotentes & timidi sumus, non audentes exercere rigorem, sed adulantes [*Et sermo*] noster [*Con
temptibilis*] id est non rhetoricus, nec humanis argumentis firmatus, sed simplex & nudus nil probans.
[*Hoc cogitet qui eiusmodi est*] id est qui talia nobis imponit, [*quia quales sumus verbo per epistolas*] id est in
epistolis, dum sumus, [*Absentes tales*] erimus [*Et in facto præsentes*] id est opere exequemur, quęcunque
minamur, & nos facturos prædicimus in epistolis vobis transmissis. [*Non enim audemus*] salua conscien-
tia. [*Nos inserere*]. i. connumerare [*Aut comparare*] id est verè pares asserere, [*Quibusdam qui semetipsos cō
mendant*] ob propriam laudem & aliorum deceptionem, videlicet ambitiosis & pseudoapostolis, qui
potestatem sibi vsurpant, & delinquentium vitia palpant. Si enim diceremus nos eis pares aut similes, 1. Thes. 2.
mentiremur [*Sed*] nos [*Ipsi in nobis*] id est in consideratione & examine mentis nostræ sumus [*Nosmetip
sos metientes*] seu mensurantes, id est nosipsos diligenter discutimus, gratiámque nobis collatam perpē Deut. 10.
dimus, ne præfixos nobis terminos transgrediamur, & plus iusto nosipsos iactemus, [*Et*] sumus [*compa- Prouer. 22.
rantes nosmetipsos nobis*] id est moderatè & sobriè de nobis sentimus, propriámque mensurā pensamus.
[*Nos autem non in immensum gloriamur*] id est vltra terminum nobis diuinitus præstitutum, nihil præsu
mimus, sed gloriamur, & gloriando exercemus nostræ prædicationis officium, [*Secundū mensuram regu
C læ*] id est secundum extensionem ordinationis diuinæ, quæ omnium rerum prima regula est. [*Quam*]
mensuram seu extensionem [*Mensus est nobis deus*] id est perambulandam præfixit sapientia dei, cuius
nutu missi sunt singuli apostolorum ad certas determinatasque gentes, de quarum conuersione gloria-
rentur in domino. Ideo subditur, [*Mensuram pertingendi vsque ad vos*] quia ex diuina reuelatione perre-
xit Apostolus Corinthum. [*Non enim quasi non pertingentes ad vos*] ad quorum conuersionem destina-
ti sumus, [*superextendamus nos*] id est vltra præscriptum à deo terminum non tendimus, [*Vsque ad vos Philip. 3.
enim peruenimus in Euangelio Christi*] id est prædicatione euangelica, Non tamen duntaxat vsque ad Co
rinthum venit, quippe qui ad Illyricum mare per circuitum euangelium Christi repleuit [*Nō in immen
sum*] id est sine debito moderamine [*Gloriantes in alienis laboribus*] id est in prædicatione & conuersione Rom. 15.
aliorum, quasi illos labores nobis attribuamus. Vel, de conuersis per alios principaliter gloriemur: sed
gloriamur de nostro labore in vestri cōuersione, [*Spem autem habentes crescentis fidei vestræ*] id est pro-
fectum sumus sperantes de fide vestra crescente & proficiente de vno virtuoso actu in alium. Quis au
tem sit iste profectus speratus qui dicitur spes, sumendo spem pro bono sperato, subiungitur, [*In vobis
magnificari*] id est in cordibus vestris tales esse, seu cognosci, quales veraciter sumus, ne post hac vili-
pendamur à vobis. Vel in vobis, id est per vos magnificari apud alios, quibus ex vestri conuersione ac
perfectione innotescit nos esse veros dei apostolos. Magnificari autem [*Secundū regulam nostram*] id est Rom. 1.
D secundum mēsuram, proportionem seu modum gratiæ nobis collatæ, ne quis nos altiores putet quàm
sumus [*In abundantia autem*] id est in copiosa ac feruida promptitudine animi parati sumus. [*Etiam in il-
la quæ vltra vos sunt*] loca [*Euangelizare*] id est gentibus valde distantibus prædicare. [*Non in aliena regu
la*] id est mensura seu plebe aliis commissa, videlicet [*In his quæ præparata sunt*] id est per prædicationem
aliorum ad fidem conuersa [*Gloriari*] inaniter. Nō enim in illis gloriabatur Apostolus (sicut nunc dictū
est) sed de his qui suæ sorti contigerant. Vnde Romanis dixit, Sic autem prædicaui euangelium hoc,
non vbi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum ædificarem. [*Qui autem gloriatur in Rom. 15.
domino*] scilicet secundum doctrinam & voluntatem domini [*Gloriatur*] omnia bona ad deum deferen Epist.
do finaliter. Vel, in domino, id est in contemplatione ac dilectione diuina, imò in omni actu virtuoso 1. Cor. 1.
lætandum est. Hoc modo gloriabatur virgo benedicta dicendo, Exultauit spiritus meus in deo saluta Hiere. 9.
ri meo. Et Abacuc, Ego, inquit, in domino gaudebo, & exultabo in deo Iesu meo. Debemus quoque Luc. 1.
gloriari in domino, congratulando totis præcordiis diuinæ beatitudini ac perfectioni. [*Non enim qui se- Abacuc 3.
ipsum commendat*] ob propriam laudem [*Ille probatus*] iustus vel approbatus [*est*] coram deo, & discretis
personis, sed reprobatus, quoniam Salomon ait, Laudet te alienus, & non os tuum. [*Sed*] probatus est Prouer. 17
[*Quem deus commendat*] id est laude dignum iudicat, seu commendabilem facit per virtutes & signa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. xi. [*Vtinam sustineretis modicum quid &c.*] Artic. xii.

1.Cor.10. COmpleta excusatione Apostoli, qua se excusauit de malis sibi à pseudoapostolis impositis, nunc inuehitur contra illos, & primò petit se patienter audiri à suis. [*vtinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ*].i. vtinam æquanimiter audiretis paululum verba mea, quibus laudo meipsum, quòd esse videtur insipiētis, & ab aliquibus fatuum reputatur: cùm dicat scriptura, Laudet te alienus, & non os tuum. ¶ Quocirca sciendum, quòd moralia eũ versentur circa particularia, mutabilia sunt, atque mutanda secundum diuersitatem locorum, causarum, temporũ & personarum. Idcirco de eis tam certæ regulæ dari non possint, quin sæpe patiantur instantiá propter rationabilem causam, quòd viri eruditi attendunt, non autem indocti. Vnde cùm aliquid fit à iusto vel sapiente quod contrariari videtur verbis regularum moralium, quãuis intentioni earum non repugnet, indiscreti ac stolidi iudicant illicitum. Quum ergo scriptura prohibeat laudare seipsum, insipientiæ est semper secundum opinionem stultorum, vt quisquã laudet seipsum. Ideo dicit Apostolus se optare vt sustineant modicum insipientiæ suæ secundum æstimationem indiscretorum, quod tamen secundũ veritatem, erat magnum quid sapientiæ. Salomonis enim verbum intelligendum est, quando occultatio propriæ laudis non vergit in præiudicium veritatis, nec in detrimentum salutis proximorũ, nec in honoris diuini dispendium, & ob has causas Paulus cõmendauit seipsum. Simili modo soluitur, quòd Apostolus in suis epistolis toties suos laudat discipulos, cùm tamen in Ecclesiastico scriptũ sit, Ante mortem ne laudes hominem quenquam. [*Sed & supportate me*].i. patienter auscultate quæ dico, & ferte me sicut decet prælatum supportari à subditis suis. Et meritò me supportare debetis. [*Æmulor enim vos*] hoc est ardenter diligo, non qualitercunque seu carnali affectione, sed [*Dei æmulatione*].i. syncerè ac deiforme amore, videlicet ad hunc finem, ad quem vos amat deus, vt cõsequamini vitam æternam. ¶ Denique æmulari, multis modis accipitur. Primò, pro indignatione. Iuxta illud Ezechielis, Erat idolum zeli ad prouocandum æmulationem. Secundò, pro rancore. Ad Romanos Paulus, Non in cõtentione & æmulatione. Tertiò, pro desiderio boni nondũ adepti, sicut dictum est suprà. Æmulamini charismata meliora. Quartò, pro dilectione, vt ibi, Fortis est vt mors dilectio: dura sicut infernus æmulatio. Quintò, pro inordinato amore. Vt est illud Apostoli, Æmulantur vos non bene. Sextò, pro imitatione. Iuxta illud, Bonũ in bono æmulamini semper. Quod autem æmuler vos, patet [*Despondi enim*] annulo fidei, id est spirituali matrimonio iunxi, [*Vos*] omnes fideles [*Vni viro*] videlicet Christo, [*Virginem castã exhibere Christo*].i. ad hoc vt exhibeam vos Christo sponsam ac virginem illibatam. Omnes enim fideles charitate cõnexi, sunt vna sponsa Christi, vnáq; virgo spiritualiter propter integrę fidei vnitatem. Carnis nanque virginitas est integritas corporis à contagione carnali. Virginitas cordis est incorrupta. Vnde apud Osęam dominus loquitur, Sponsabo te mihi in fide. Ideo singulariter dixit virginem, propter vnitatem catholicæ fidei, solidæ spei atque amoris diuini. Huius cõiunctionis internæ ac matrimonialis inter Christum & ecclesiam paranymphus erat Apostolus tanquam sponsi secretarius & amicus. ¶ Deinceps præmonet Apostolus Corinthios contra futura pericula, scilicet ne recidiuent, vel tentationibus imperentur. [*Timeo autem ne sicut serpens*] id est diabolus. De quo in Esaia legitur, Visitabit dominus super Leuiatam serpentem tortuosum. [*Euam*] in paradiso, [*Seduxit astutia*] hoc est calliditate [*sua*] dicens, Nequaquam moriemini, sed eritis sicut dij [*Ita corrumpantur sensus vestri*] id est intellectus vestri mendaciter informentur à pseudodoctoribus & pestiferis, [*Et excidãt a simplicitate*].i. à pura fide & simplici veritate, [*quæ est in Christo*] sicut in causa atque magistro. Vel, est in Christo, quoniam est secundum beneplacitum eius, & complacet ei. Timeo ergo ne decipiamini à falsis doctoribus, sed nõ debetis eos aduertere. [*Nam si is*] fallax, [*Qui venit*].i. vos accedit gratia informandi [*Aliũ Christum*].i. excellentiorem saluatorem, [*Prædicat vobis quem non prædicauimus.*] Quod esse non potest, cùm Christum dicamus deum verum, [*Aut aliũ spiritum*] meliorem, [*Accipitis*] per prædicationem falsam quem non accepistis ex prædicatione nostra, quod esse nõ potest, quia per nostram prædicationem vobis est datus spiritus sanctus verus deus, [*Aut aliud*].i. salubrius [*Euangelium recipitis*] ab illo fallaci [*Quod non recepistis*] quod esse non valet, [*Recte pateremini*] id est tunc meritò sustineretis doctrinam illorum fallacium. Sed ita non est. [*Existimo enim nihil me minus feciſſe*] docendo, miracula operando, gratiam spiritus sancti vobis impetrando, [*A magnis*] id est veris [*Apostolis*] Et per consequens præferendi mihi non sunt pseudoapostoli. [*Nam & si ego imperitus sum sermone*] id est ignarus humanæ eloquentiæ, præsertim in lingua peregrina, [*Sed non scientia*] imperitus sum, cùm sim in diuinis scripturis eruditus, non solùm humana instructione ad pedes Gamalielis, sed multò copiosius ex illuminatione diuina in raptu meo vsque ad tertium cælum. ¶ Sed videtur Apostolus agere contra id quod ipse alios docuit, dicens, Qui se existimat aliquid scire, nondum scit quemadmodum oporteat eum scire. Et Salomon ait, Vidisti hominem sapientem sibi videri, magis illo spem stultus habebit. Et respondendum, Quod hæc atque similia ideo dicuntur, quia non debet aliquis sapiens esse in oculis propriis asscribendo sibi quod habet, sed solũ in domino. [*In omnibus autem*] verbis & factis, [*Manifestatus sum vobis*] id est experimento didicistis qualis sim, & quantam à domino fortitus sim gratiam, in docendo, conuersando, & signa agendo. ¶ Deinde ostendit Apostolus quòd propter suam humilitatem non debeat vilipendi. [*Aut nunquid peccatũ feci meipsum humilians*] id est inferioribus me conformans, propriis manibus laborando, & non tanquam prælatus de bonis vestris viuendo [*Vt vos exaltamini?*] id est profectum sumatis in gratia ædificati meæ humilitatis ac agilitatis exemplo? Humiliaui autem me, [*Quoniam gratis*] id est sine acceptione temporalis commodi, [*Euangelium dei euangelizaui vobis. Alias autem ecclesias expoliaui*] id est à cæteris fidelium cœtibus multa accepi stipendio

Prouer.77

Eccles. 11.

Ezech.8. Rom.13. 1.Cor.11. Cantic.8. Galat.4. Ibidem. Finis.

Osęe 2.

Esa. 27. Genes.3.

Act.22. 2.Cor.12. 1.Cor.18. Prouer. 26

1.Cor.4.

vitæ, [*Ad ministerium vestrum*] id est ad hoc vt vobis liberius prædicare possem. [*Et cum essem apud vos et egerem*] victu [*Nulli*] vestrũm [*onerosus fui*] quid exigendo, vel recipiendo à vobis. [*Nam quod mihi deerat*] pro sustentatione vitæ, consumptis his quæ ab aliis ecclesiis cœpi [*Suppleuerunt*] id est mihi dederunt, [*Fratres qui venerunt*] ad me [*A Macedonia*] à quibus tanquam à bene correctis aliquid accepi, præsertim ne tristarentur, & fructu eleemosynæ priuarentur, si nihil ab eis sumpsissem, [*Et in omnibus*] diebus ac negotiis [*Sine onere me vobis seruaui*] à receptione stipendiorum vestrorum seu sumptuum abstinendo, [*Et seruabo*] in posterum. [*Est veritas Christi in me*] per veritatem Christi in me existentem hoc assero, [*Quoniam hæc gloria*] id est ista perfectio & bona gloriatio, scilicet quod prædicaui vobis sine grauamine vestro, [*Non infringetur*] id est non tolletur neque deficiet, [*In me, in regionibus*] hoc est ecclesiis, [*Achaiæ*] cuius metropolis est Corinthus. [*Quare*] id est cur hoc ago & agam? an ideo, [*Quia non diligo vos? deus scit*] quod non facio ideo. Vnde constat quòd interdum ad dilectionem pertineat aliquid ab alio capere. Ad odium verò, nil velle recipere. [*Quod autem facio & faciam*] seruando me vobis sine onere. Ideo facio, [*Vt amputem occasionem eorum qui volunt occasionem*] id est studium pseudoapostolorum impediam, qui quærunt occasionem aliquid acquirendi à vobis meo exemplo. Vnde si viderent me vestris stipendiis sustentari, ipsi audaciam sumerent multa exigendi à vobis. Amputo ergo occasionem eorum, [*Vt in quo gloriantur*] id est in apostolatu, de quo se inaniter iactant, [*Inueniantur sicut & nos*] id est similes nobis sint, nil accipiendo à vobis, sicut & nos nihil accipimus. Quod autem inaniter gloriantur de suo officio, patet. [*Nam eiusmodi pseudoapostoli sunt operarij subdoli*] id est fallaces ministri, [*Transfigurantes se*] sunt In Apostolos Christi] id est speciem religionis assumunt, sanctitatem simulant, & per exteriorem apparentiam ostentant se, ac si essent veri apostoli. [*Et non mirum*] est hoc [*Ipse enim satanas*] princeps illorũ [*Transfigurat se in angelum lucis*] id est in similitudine Christi angeli magni consilij, seu alterius cuiuscunque angeli spiritus, se ostendit, quantùm ad formam assumptam. Multa quoque vera & bona suggerit, quatenus credatur missus à deo, & fallat. Ideo per alium apostolum dicitur, Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex deo sunt. [*Non ergo est magnum*] id est multùm mirandum, [*si ministri eius*] id est homines seductores [*Transfigurentur*] id est sanctitatis speciem exterius induant [*Velut*] sint [*Ministri iustitiæ. Quorum*] ministrorum tam Christi quàm satanæ [*Finis*] id est retributio finalis [*Erit secundum opera ipsorum. Iterum dico*] quod dixi superius (scilicet, supportate me. Et, Vtinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ.) [*Ne quis me putet insipientem*] dum de spiritualibus gratiis mihi collatis glorior, cùm non inaniter glorier, sed in domino ad ædificationem proximorum, [*Alioquin*] id est si non sustinetis me in spiritualibus gloriantem [*Velut insipientem accipite me*] gloriantem in carnalibus, secundum modum dicendum. quæ gloriatio videtur magis insipiens, quàm illa quæ de spiritualibus est, quamuis nulla earum in me fuit vana ac stulta, sed propter efficacem causam assumpta. Sic ergo accipite me, [*Vt & ego modicum quid glorier*] secũdum carnem, seu de his quæ carnis generositatem concernunt, quæ gloriatio modica est. [*Quod loquor*] de nobilitate nostra secundum carnem, [*Non loquor*] id est loqui non videor [*secundum deum*] id est sapienter & iustè, quia speciem iustitiæ habet laudare seipsum, [*sed quasi in insipientia*] id est per modum vanitatis atque stultitiæ loquor secundum apparentiam superficialem, quando finis interior non pensatur [*In hac substantia*] id est existentia seu materia [*Gloriæ*] huius. Cur autem apostolus voluerit secundum carnem gloriari, subiecit, [*Quoniam multi*] falli atque pestiferi [*Gloriantur secundum carnem*] id est carnaliter, seu de his quæ carnis dignitatem respiciunt. Vt sunt nobilitas generis, conditionis libertas [*Et ego goriabor*] de iisdem, non tamen eodem fine quo illi. Sed ne à vobis æstimer illis inferior, sicque contempto me, propriæ salutis patiamini detrimentum. Gloriabor ego hoc modo, non obstante quod videatur inane & stultum. [*Libenter enim sufferetis insipientes, cum sitis ipsi sapientes*] Locus iste duplicitèr explanatur. Primò sic, Libenter, id est charitatiuè ac promptè sine omni murmuratione sufferetis insipientes, hoc est homines passionatos, vitiosos ac indoctos, æquanimiter patiendo importunitatem eorum in verbis & factis. Vnde Salomon loquitur, Ne respondeas stulto secundum stultitiam suam, ne efficiaris ei similis. Et iterum alius, Non litiges cum homine linguato, nec communices homini indocto. Hos ergo libenter suffertis. [*Cum sitis ipsi sapientes*] id est virtutibus eruditi secundũ Christi doctrinam. hoc enim ad veram sapientiam pertinet, vt insipientes tolerentur, nisi eorũ peruersitas noceat bonо communi, aut propter excessum intolerabilis fiat. Veruntamen quidam non ex charitate & humilitate, sed ex superbia & vanitate sufferunt insipientes, quia cũ aliquid ab eis patiuntur, mox reputant eos stultos ac miseros, & indignũ iudicant, vt se tam vilibus opponant, vel eos respiciãt, aut affentur. Hi insipientiores sunt his quos reputant insipientes. ¶ Porrò q̃ libenter sustineatis insipientes, hinc constat, [*sustinetis enim*] lætanter pro Christi amore, præmióque futuro [*Si quis vos in seruitutem redigit*] id est suo dominio subiicit, sicut frequenter in primitiua ecclesia infideles tyranni redegerunt fideles in seruos & famulos. Sustinetis insuper, [*si quis deuorat*].i. bona vestra consumit, [*si quis accipit*] id est vestra rapit, vel vosipsos comprehendit. Quemadmodum de quibusdam dominus apud prophetã protestatur, Comedunt carnem populi mei, & pellem desuper excoriauerunt, [*si quis extollitur*].i. vobis se præfert, vel superba verba contra vos profert, [*si quis in faciem vos cædit*] alapas dando, impletis enim illud in Euangelio, Si quis percusserit te in vnam maxillam, præbe ei & alteram. [*secundum ignobilitatem dico*] vos hæc sustinere. i. hæc tanta sustinetis tanquam ignobiliores iniuriatoribus vestris de carnis nobilitate lætantibus, [*quasi nos infirmi fuerimus in hac parte*].i. sic ista sustinetis ab illis, quasi nos illis ignobiliores essemus, quod ita non est, sicut patebit. ¶ Secundò (& magis quidem ad literam) exponitur sic, Libenter suffertis insipientes. i. pseudoapostolos inaniter se cõmendantes, quorũ verba & opera sufferetis, cũ sitis ipsi sapientes. Ironicè loquitur, vt confundantur ad pœnitentiam. stultè quippe egerũt, sustinendo

Heb. 10:

Esa. 9: 1.Ioan. 4:

Epist.

Prouer. 26 Eccles. 8.

Heb. 10.

Mich.3.

Matth.5. Luc. 6.

Galat.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nendo huiusmodi pestilentes. Sustinetis enim si quis pseudoapostolus vos in seruitutẽ redigit. i. à libertate ac dilectione euangelicæ legis, in obseruantias legis scriptæ vos transfert, prædicando oportere vtráque legẽ omnino seruare, vt fallaces, si quis illorũ falsorũ deuorat, si quis accipit vestra. Sicut de pha-
Matth. 12. risæis ait Saluator, quòd deuorabant domos viduarum sub obtentu prolixæ orationis, si quis illorũ ex-
Luc. 10. tollitur contra vos, iactans se natum de semine patriarcharum, & esse circunciſum, vos verò fuisse idolatras & incircunciſos iam esse. Quæ autẽ sequuntur, exponuntur, sicut iam patuit. ¶ Denique ℣ falsi isti nõ fuerint excellentiores Apostolo, etiã in carnalibus de quibus inaniter gloriabantur, ostenditur, [*In quo quis audet*] .i. in quo aliquis illorum pseudoapostolorũ se laudare præsumit, [*Audeo & ego*] me collaudare, non tamen eo fine quo illi, vt dictum est, [*Hebræi sunt*] lingua & natione [*Et ego*] similiter. [*Israëlitæ sunt*] id est de tribu Iacob, qui alio nomine appellatus est Israël, [*Et ego*] Israëlita sum. [*Semen*
Gene. 32. 35 *Abrahæ sunt*] id est carnales, non spirituales filij Abrahæ sunt, [*Et ego*] vtroq; modo Abrahę filius sum.
1. Cor. 4. [*Ministri Christi sunt*] secundum apparentem sanctitatem, & suam præsumptionem, non autem secundum veritatem [*Et ego*] verus Christi minister sum [*Vt minus sapiens*] id est per modum stultioris, [*Dico plus ego*]. i. perfectior sum ego Christi minister quàm illi: quod tamen dicere videtur ad insipientiam pertinere. Ideo dico hoc vt minus sapiens, quãuis secundum veritatem sapienter loquar, & salubriter agam, ita me commendando, sicut iam dictũ est sæpius. Sum ergo minister Christi plus illis. Primò [*In*
1. Cor. 15. *laboribus plurimis*] quia pro Christi amore & proximorum conuersione plus pseudoapostolis laboraui, imò & plus veris apostolis: iuxta illud, Plus omnibus laboraui, [*In carceribus abundantius*]. i. frequen-
Act. 9. tius & durius quàm illi fui incarceratus, [*In plagis*]. i. vulneribus flagellorũ mihi inflictis, [*supra modũ*] humanæ virtutis seu vltra mensuram aliorum, [*In mortibus*] id est grauissimis pœnis, seu mortis periculis fui [*Frequenter*] Plagas verò describit, adiungens, [*A Iudæis*] obstinatis ac perfidis [*Quinquies*]. i. quin-
Deut. 25. que vicibus [*Quadragenas*] plagas seu percusiones [*vna minus*] vna persecutione subtracta [*Accepi*]. i. trigintanouem. Erat nempe, deo iubente, præceptum per Mosen, vt si quis aliquid dignum plagis committeret, prosterneretur, & coram astantibus flagellaretur, ita vt pro mensura peccati esset & modus plagarum: sic tamen vt quadragenarium numerum non excederet, ne fœdè laceratus frater, ante aliorum cõspectum iaceret. Ne ergo Iudæi viderentur crudeles, dederunt apostolo non quadraginta, sed triginta-
nouem plagas [*Ter virgis cæsus sum*] à gentibus, sicut in actibus apostolorum partim describitur, [*semel*
Act. 19. *lapidatus sum*] Licaoniæ à Iudæis, quando me traxerunt extra ciuitatem, æstimantes me mortuum, prout
Act. 14. in actibus legitur, [*Ter naufragium feci*]. i. fustinui, [*Nocte ac die in profundo maris*]. i, in alto aquarũ mul-
Act. 27. tarum [*Fui*] tempestate detentus, [*In itineribus*] pro Christo fui [*sæpe*] in quibus tamen sunt multæ insidiæ. Multa enim spatia perambulauit Apostolus, disseminando verbum dei. Ostensus sum quoque seruus Christi præ cæteris, [*Periculis fluminum, periculis latronum*]. i. sustinendo pericula mortis in fluminibus, & à latronibus, [*Periculis ex genere, periculis in ciuitate, periculis in solitudine*] id est sustinendo pericula à Iudæis, de genere meo existentibus: pericula etiam ciuium contra me insurgentium, atque pericula à bestiis eremi quam perambulaui, [*Periculis in mari, periculis in falsis fratribus*] id est sufferẽdo discrimina mortis, non solùm ex parte maris, sicut prædixi, sed etiam ab his qui versantur & insidiantur in
Galat. 2. Hiere. 9. mari, vt sunt pyratæ, patiendo item pericula varia à simulatis fidelibus, puta hæreticis, hypocritis & do-
Philip. 4. losis. De qualibus in Hieremia dicitur, Sagitta vulnerans lingua eorum, & in ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occultè ponit ei insidias. Insuper fui plus cæteris seruus Christi, In labore manuum mearum, de propriis laboribus victum ac necessaria procurando, [*Et ærumna*] id est inopia seu languore, [*In vigilijs multis*] Paucissimo enim tempore dormiuit Apostolus, sed die ac nocte insistebat diuinis,
Coloss. 2. vltra omnem facultatem humanam, [*In fame et siti, in ieiunijs multis, in frigore et nuditate*] omnia enim incommoda ista, afflictionésque corporis patiebatur apostolus, non quòd penitus nudus incesserit (nisi fortè ab aliquibus spoliatus) sed quia vestimentorum penuriam passus sit, quia etsi aliquid boni habuisset, dedisset, illud egenis. Hæc itaque passus sum, [*Præter* (.i. vltra) *illa quæ extrinsecus sunt*] id est quæ ex parte aliorum me cruciant, [*Instantia mea quotidiana*] id est quæ mihi assiduè instant atque incurrũt ex consideratione proximorum, quibus compatior, & pro quibus solicitor. Ideo subditur, [*solicitudo omnium ecclesiarum*] quia ex feruida charitate de omnium salute solicitor, sicut de propria: solicitudo autẽ mentem affligit, [*Quis infirmatur*] in anima, titubando in fide, vel cæteris donis gratuitis, [*Et ego non infirmor?*] id est non affligor eius defectibus cordialiter compatiendo, sicut perfecta requirit dilectio? [*Quis scandalizatur*] id est ad ruinam peccati inducitur ex verbo vel facto alterius inordinato, [*Et ego non vror?*] .i. flamma charitatis accendor in compassione illius, & desiderando reparationem ipsius? [*Si gloriari oportet*]. i. quia necesse est me gloriari de bonis mihi concessis, ad vestri informationem ne me pseudoapostolis inferiorẽ putetis,] [*Quæ infirmitatis meæ sunt*]. i. de his quæ mihi conueniunt ex parte passibilitatis & humilitatis meæ, [*Gloriabor*] in domino, vtputa de tribulationibus quas pro Christo sustinui, non de nobilitate prosapiæ aut sublimitate potentiæ, de quibus pseudo illi apostoli se iactãt.
1. Cor. 3. ¶ Deinceps tangit apostolus quandam (quam passus est) specialem persequutionẽ, de qua gloriatur in
Rom. 9. domino, præmittítque iuramentum, vt firmius sibi credatur (loquebatur enim tardis ad credendum)
2. Cor. 11. [*Deus et pater domini nostri iesu Christi*] id est pater æternus, qui est deus Christi secundum naturam as-
1. Petri 1. sumptam & pater eius, secundum naturam diuinam, [*Scit*] quem nihil latet, [*Qui est benedictus in secula*] id est in sempiternum laudatus [*Quod non mentior*] in his quæ dixi & dicam. Videlicet [*Damasci præpositus gentis Arethæ regis*] id est præpositus ciuitatis Damascenæ, videlicet gentis Arethę regis, id est populi subiecti Arethę regi, sub quo iste præpositus rexit Damascum. Sumit autem Apostolus vrbẽ pro habitatoribus eius, puta Damascum pro gente in Damasco morante, ac subdita regi Arethę. Hic ergo præpositus [*Custodiebat ciuitatem Damascenorum*] id est ad instantiam & propter munera Iudæorum cu-

A stodiri fecit portas Damasci ne exirem, [*vt me comprehenderet*] in ciuitate latentem, [*Et per fenestram*] Actu. 16.
domus muro adhærẽtis, [*In sporta dimissus sum*] à discipulis [*Per murũ*] ciuitatis, [*Et sic effugi manus eius.*] 1. Reg. 9.
Hoc etiam modo Micol dimisit Dauid, & Raab nuntios Iosue. Patet ergo non esse cõtemnendum humanum auxilium, quandiu ordinatè & congruè haberi potest, quamuis semper in domino sit sperandum, præsertim cum & virtus humani auxilii à deo dependeat, Debet enim homo facere quod in se est, Iosue. 2.
nec ante recurrendum est ad solum dei suffragium, nisi cum deficit humanum. Imò non debet quis-
quam expectare diuinum auxilium, dum habet quid agat, ne deum tentare videatur. Sic Ezechias pius- 4. Reg. 19.
simus videns se regi Assyriorum prævalere non posse, totum se contulit ad rogandum dominum, vt
legitur in lib. Regũ. nihilominus fecit quod in se erat, imò quicquid sibi possibile fuit, obstruendo fon-
tes, faciendóque machinas. Vnde Deus qui Paulum vsque ad tertium cœlum rapuit, potorat eum aliter 2. Cori. 12.
liberare à prædicti manu præsidia, quàm per fenestram & sportam, sed sic eripuit, vt instruamur non
deserere humana præsidia, nec sine necessitate ad cælum dei conuocare auxilium. Hãc persecutionem
est in Damasco passus Paulus, statim post sui conuersionem, vt patet in actibus apostolorum.

B ¶ Cap. xii. [*Si gloriari oportet, non expedit.*] ¶ Articulus. xii.

Declarauit Apostolus excellentiam suam in superiori capi. per mala quæ pertulit, iam ostendit
eandem per specialia bona sibi concessa & ait, [*Si gloriari oportet*] [id est quia necesse est vt glo- 2. Cori. 11.
riando commendem meipsum ad dei amorem, vt reprimam gloriam illorum pseudodocto-
rum, & fideles ædificationem recipiant, [*Non expedit quidem*] seipsum laudando gloriari, secun- Prou. 27.
dum apparentiam & quorundam opinionem, vel secundum legem communem (sicut iam sæpius di-
ctum est) tamen propter rationabilem causam expediens est, [*Veniam autem*] id est describendo proce-
dam [*Ad visiones et reuelationes domini*]. i. diuina secreta quæ vidi mente ac intellexi. Visio autem & re-
uelatio sæpe pro eodem sumuntur. Interdum verò distinguntur, vt visio appelletur cum aliqua repræ-
sentantur visione corporali, vel imaginaria, quorum significatio ignoratur, quemadmodum Pharao vi- Gene. 41.
dit boues & spicas. Et Nabugodonosor statuam, significationes verò Danieli & Ioseph reuelatæ fue- Dan. 2.
runt. Porrò reuelatio dicitur, quando significatio ostensæ veritatis innotescit, instruente spiritu sancto
per seipsum vel angelum. Vnde cum reuelatione seu manifestatione diuinæ sint duo, videlicet signum
& signatum, visio refertur ad signum, reuelatio ad signatum. Visio itaque & reuelatio sic sumpta, inter-
dum separãtur, sicut in Pharaone & Ioseph, interdũ sunt simul, sicut in omnibus pene prophetis: intel-
ligentia enim opus est in visione [*Scio hominem in Christo*] per fidem & charitatem stabilitum, videlicet Dan. 10.
C meipsum. Consuetudo autem est viris sanctis, cum aliquid magnificum de seipsis conscribunt aut asse- Tob. 32.
runt, non exprimere proprium nomen, sed loqui de seipsis, velut de aliis. Scio itaque hominem [*Ante*
annos quatuordecim] qui lapsi sunt à tempore reuelationis vsq; ad horã enarrationis præsentis. Vnde te-
nendum videtur, ℣ raptus (de quo iam sermo est) fuit statim in ipsa conuersione Pauli, cũ triduo erat Actu. 9.
cæcus, non manducans neq; bibẽs, [*Siue in corpore siue extra corpus, nescio*]. i. an homo iste tempore hu-
ius reuelationis seu raptus, fuit viuens in corpore, anima existente in corpore per suam essentiã, an ani-
ma eius fuit realiter à corpore separata, & substantialiter in cælum tertium subleuata, ac denuo corpori
reunita, visione cessante, hoc nescio. [*Deus scit*] quomodo fuerat. Vel deus scit, ℣ veraciter dico me istud
nescire. Sciebat autẽ apostolus corpus suũ mãsisse in terra, sed de aĩa sua dubius fuit an erat in cælo so-
lùm per contemplationem, an per essentiam tanquam à corpore separata. Scio ergo [*Raptum*] in spiritu
supernaturaliter atque fortissimè, [*Huiusmodi vsque ad tertium cælum*]. i. cælum empyreum, quòd est lo-
cus beatorum. Et dicitur empyreum, quasi igneum, non à calore, sed splendore. Vocatúrque tertiũ, re-
spectu octauæ sphæræ, quæ dicitur firmamẽtũ, seu cælũ sydereũ, & cæli cristallini seu aquei, quod secũ
dum philosophos dicitur nona sphæra. ¶ Quidam exponunt hos cælos spiritualiter, vt per primũ cæ-
lum intelligatur visio corporalis diuinitus facta, quo vnus videt quod alius astãs videre non potest, quẽ
admodũ Balthasar vidit articulos manus in pariete scribentis, quæ visio dicitur cælũ, quia in ea vni ce- Dan. 5.
D latur, quod alteri reuelatur. Secũdũ autem cælũ est visio imaginaria; quando in summo vel extasi vidẽ-
tur imagines corporales, nõ corpora, sicut Petrus vigilãdo in extasi vidit vas quoddam. Et Pharao dor- Actu. 10.
miens vidit boues. Tertium cælũ est visio purè intellectualis, qua nec corpus, nec corporis spe cies cer- Gene. 41.
nitur, sed in contemplatione diuinorum anagogica, mens ipsa supernaturaliter figitur. Iuxta quem mo-
dum Paulus in raptu vidit deum. vidit enim diuinam essentiam clarè & immediatè, seu facie ad faciem, Augusti.
atq; per speciem sicut beati in patria, prout Augustinus testatur in libello de vidẽdo deum ad Paulinã Exod. 33.
Vnde certissimũ est ℣ Paulus tunc nõ vixit sicut homo, seu vita sensitiua, naturali atque humana, eo ℣.
dominus dicat ad Moysen, Non videbit me homo & viuet. Nã etsi anima eius manst in corpore, tamẽ
suspensa & abstracta erat ab omni actione interiorum, exteriorumque sensuum. ¶ Quidam insuper per
primum cælum, intelligunt infirmã hierachiam, in qua sunt angeli, archangeli & principatus. Per secun-
dum cælũ, mediã hierachiã, in qua potestates, virtutes & dominationes. Per tertium, summam, in qua
sunt throni, Cherubin & Seraphin. Dicunt ergo apostolum raptũ vsq; ad tertium cælũ. i. vsq; ad æqua
litatem cognitionis angelorum summę hierachię, ita vt tam clarè viderit deum quàm illi. ¶ Postremo
nonnulli per primum cælum intelligunt cognitionem cælestium orbium. Per secundum, cognitionẽ
cælestium animorum. Per tertum, notitiam diuinarum personarum, ad quarum cõtẽplationem raptus
est Paulus. nec dubium, quin alia quoque vidit in deo. [*Et scio huiusmodi hominem (siue in corpore, siue*
extra corpus, nescio, deus scit) quoniam raptus est in paradisum] id est in prædictum tertium cælum spiritua-
le seu corporale, quod dicitur pardisus ratione dulcedinis & tranquillitatis, quæ ibi sentitur. De
qua paradiso scriptum est in Apoca. Vincenti dabo edere de liguo vitæ, quod est in paradiso dei mei Apoc. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Loquitur autem Apostolus de paradiso terrestri,vt aliqui opinantur, dicētes apostolum bis raptū fuisse,semel in cælum tertium,& semel in paradisum,quando videlicet ingressus est templum dei, de quo
Actu.22. dicebat,Factum est(inquiens)reuertente me in Hierusalem,& orāte in templo,fieri me in excessu mē-
Ambrosi. tis.Et isti sequuntur Ambrosium,quorū positionem reprobant quidam per hoc, quòd visio ista secūda facta fuit diu post scripturam ac missionem præsentis epistolæ,vt pote instante captione & ductione apostoli ad Romanorum imperatorem.Hanc verò epistolā iam ante scripsit à Troade,vt dicit Hie-
Hierony. ronimus in præsentis epistolæ prologo.Sed ista reprobatio nō valet.Quāuis enim apostolus hāc secūdam visionem recitet in actis,vbi describitur eius captiuitas,ex qua romā delatus est,tamē intuenti diligenter textum prēallegari cap.constat, quòd apostolus visionem illam habuerit ītatim post primam, quando videlicet à Damasco reuersus,ingressus est templum.Quomodocunque autem dicatur, sequē
Actu.22. tia verba veritatem habēt,& magis conueniunt raptui eius in tertium cœlū,q̄ in paradisum,si distinctę visiones dicātur.Et licet distinctæ visiones essent, tamen per paradisum posset spiritualiter accipi suauissima quædā tranquillitas mentis.Subdit ergo,[*Et audiuit arcana verba*].i.deo in anima eius loquente per illuminationē internā,percepit atque cognouit quædā secreta de deo & creaturis,pręsertī de mysteriis Christi,de prædestinatione diuina,de angelorū ordinibus, multisque alijs quorū cognitio omnē naturalē cognitionē excedit.Denique cessante hoc raptu ad intellectū pertinēte, remānserūt in aīa Pauli
Sapient.9. quædā similitudines,per quas memor erat eorū quæ vidit in raptu.Nec oportet dicere, q̄ oīm memor mansit quę vidit in raptu,quia corpus quod corrūpitur,aggrauat animā:sed tanta mansit in eo illorum memoria siue scientia quanta necessaria fuit sibi ad īstructionē ecclesiæ, vel profectum animæ suæ, [*Quæ non licet homini loqui*].i.manifestari,cū nō sint capaces aut digni,nisi forte essent tales qualis Paulus,vt potius dici possent diį quàm homines.Vnde Tobiæ Raphaēl dixit,Sacramentū regis abscondere bonum est.Et Esaias,Secretum (ait)meum mihi,secretum meū mihi.Aliquibus tamen sanctissimis
Tob.12. diuinsimisque hominibus,vt Dionysio,creditur Paulus multa de his arcanis reuelasse. [*Pro huiusmodi*
Esai.24. *gloriabor*].i.pro tantis beneficijs mihi diuinitus distributis lætabor in domino,gratias referendo, [*Pro me autem*].i.de me ipso[*Nihil*]gloriabor, [*Nisi in infirmitatibus meis*].i.persecutionibus & calamitatibus atque languoribus,quæ pro Christo,vel propter ipsius amorem libenter sustineo, de quibus in domino gloriorīuxta illud Lætati sumus pro diebus quib⁹ nos humiliasti,annis quibus vidimus mala, [*Nā*
Psalm. 89. *et si voluero gloriari*]de reuelationibus seu infirmitatibus meis[*Non ero insipiens*] secundum veritatem quamuis quidam hoc putēt,non enim inaniter,sed in domino gloriabor,[*veritatem enim dicam*]laudādo & gloriando hoc modo.[*Parco autem*].i.moderatē & sobriē refero gratias mihi donatas, non omnes ex primēs,[*Ne quis me existimet supra id quod videt me*]id est nē aliquis homo putet me altioris naturę vel dignioris conditionis q̄ sum,vt puta angelum incarnatum , vel hominē impassibilē,cuius tamē oppositū videt[*Aut audit*]ab alijs[*Aliquid ex me*].i.de me videlicet q̄ sum homo passibilis sicut & cæteri.Vel, ex me.i.ex ore meo quo dico me similem aliis mortalem atque passibilem:ne ergo putet me aliquis esse altiorem q̄ talē,ideo parco.Vel sic,Parco aūt ne quis suspitiosus me existimet erigi per tumorē superbię, supra id quod videt me,aut audit aliquid ex me.i.vltra famā meritorū meorum . Post hæc ostēdit apostolus datum sibi esse remedium contra superbiā.Magna enim specialisque gratia solet esse elationis occasio,cætera enim vitia regnant in impiis,superbia verò de spirituali excellentia virtuosos fortius tāgere
Ephesi.6. solet.[*Et ne magnitudo reuelationum*] diuinarum[*Ex tollat me*]ex occasione. i. ad superbiendum inducat me[*Datus est mihi*]ā deo effectiué vel permissiuē [*Stimulus carnis mæ.*] Per hunc stimulum quidam intelligunt corporalem infirmitatem,ac pœnam quandā punctiuā,videlicet dolorem laterum,vel passionem iliacā,aut simile aliquid,Corporis autē infirmitas,mētis humilitatē cōseruat,quia per eā inducitur
Iob.1.2. homo ad propriæ fragilitatis ac imperfectionis considerationē. Subditur autem,[*Angelus Satanæ*].i.demon,à suo principe apostata missus ad affligendū me sicut afflixit Iob,scilicet[*Vt me colaphizet*].i actibus infirmitatis fatiget.Nō q̄ stimulus iste fuerit realiter angelus Satanæ,sed quia inferebatur & cōcitabatur ab eo.Alii per stimulū carnis intelligūt tētationē libidinis,seu cōcupiscētiā carnis,quā dicūt grauius incitasse apostolū post raptū q̄ ante.Et ne estimetur stimulatio ista fuisse à causa interiori(hoc est à carne)sed à diabolo,subditur angelus Satanæ,stimulum istum in me agitans indesessē, vt me colaphizet.i.confusibiliter tractet.Talis autem tentatio maximè reprimit motus spiritualis superbiæ,quoniā facit hominē experimento scire propriæ conditionis miserabilē inclinationem,& pronitatē in malū.Tētatio autem cui non consentitur,non est peccatum,sed materia exercendæ virtutis.Quod tamē intelligendū est de tentatione exteriori,illa videlicet quæ fit ab hoste,non à carne:quæ enim à carne est, siue interior,peccatū est veniale,licet ei denegetur cōsensus.Verūtamē secūdū doctores , motus primo primi,qui sunt ex causa purè naturali nequaq̄ volūtaria,nullo modo habēt rationē peccati [*Propter quod*] .i.propter stimuli huius inquietudinem siue molestiam, [*Ter rogaui dominum*] supplicatione præcipua ac solenni , [*vt discederet a me*] tribulatio stimuli huius , quæ videbatur mihi magis obesse quàm prodesse.[*Et dixit mihi*]dominus,per inspirationem internam siue per angelum , [*Sufficit tibi gratia mea*] id est excellētia spiritualis perfectionis quā tibi largitus sum, satis efficax est vt per eā omni tētationi prę-
ualeas,omnēq̄ languorē æquanimiter feras.[*Nam virtus*].i.actus virtuosus seu habitus virtutis[*In infirmitate perficitur*]dupliciter,scilicet materialiter,prout infirmitas est materia exercendæ virtutis , videlicet humilitatis & patientæ.Secundò,occasionaliter,quoniam propriæ infirmitatis experimentalis co-
Iacobi.1. gnitio efficit hominem ad vitia pręcauenda cautiorem , & ad diuinę misericordię implorationem ma-
Ioann . 15. gis diligentem ac humilem.Vel sic,virtus in infirmitate.i.per infirmitatem perficitur.quia cōtra eā pu-
Matth. 18. gnando,eāq̄ vincēdo augetur ac roboratur.Propter quod dicit scriptura, Probatio fidei patiētiā ope-
Marc.11. ratur,patientia aūt opus perfectū habet.Præterea cū dicat saluator, Quo dcūque petieritis patrē in no-

A mine meo ,dabit vobis,certum est Paulum istum non petiisse in nomine Iesu.i.secundum rationem ve- Lucæ.11.
ræ salutis.Homo enim comparatur ad deum,sicut ægrotus ad medicum. Quemadmodum ergo pius ac
sapiens medicus non semper exaudit precem ægroti ad votum,quāuis exaudiat eum ad commodū eius:
sic deus non semper exaudit electos & sanctos secundum votum ipsorum,quia quod postulant,nō sim
pliciter expedit eis , exaudit tamen eos quātùm ad aliquid melius. [*Libenter ergo gloriabor in infirmitatibus meis*].i.de hoc quod tribulationes istas sustineo, hoc enim ad perfectam obedientiam pertinet, quæ
delectabiliter agit.Sicut & Iacobus dicit,Omne gaudium existimate fratres , cum in diuersas tentationes incideritis.[*vt inhabitet in me virtus Christi*].i.gratia Christi perficiatur in me.Christus enim testatur,
In patientia vestra possidebitis animas vestras.[*Propter quod placeo mihi*]id est vehementer delector [*in infirmitatibus*]corporis, [*in contumelijs*]verborum ab alijs mihi illatis, [*in necessitatibus*] id est indigentius
victualium,[*in persecutionibus*]quibus de loco ad locum expellor,[*in angustijs*]animi pro Christo.In his Matth.5.
nanque gaudendum est,quæ homini prosunt ad promerendam vitam æternam,ad proficiendum in gratia,ad satisfaciendum pro culpa.ad imitandum vestigia Christi. Talia autem sunt ommnia præinducta,
ideo habenda in illis complacentia.Ad quam perfectionem non peruenit, nisi qui priuato exterminato
amore,in diuina profecerit charitate.In prædictis ergo placeo mihi.[*Cum enim infirmor*] id est affligor,
B vel corpore langueo,[*Tunc potens sum*]in anima,per gratiam ferendo aduersa.[*factus sum insipiens*]id est
similis stulto,laudando meipsum, cum hoc sit opus ignaui, [*Vos me coegistis*] id est ardens dilectio, qua
vestrā quæro salutē,compulit me ad hoc.[*Ego enim a vobis debui commendari*] tanquā magister,pater,at-
que apostolus vester,quod non feci stis,sed pseudoapostolis mihi detrahentibus,consensistis.Subditi ergo laudare debent bonos prælatos suos,[*Nihil enim minus feci*]prædicando ,miracula operando,& multipliciter laborando in ecclesia dei,præsertim in vobis,[*Ab his*].i. quàm his,[*Quisunt supra modum*]communem ,id est ,excellenter,]*Apostoli*]scilicet Petrus, Iacobus,& Ioannes.Vel sensus apostoli est, quod
ipse non minus fecit conuersis à se, quàm illi conuersis ab ipsis. [*Tamen et si nihil sum*]ex meipso,vel cōparatione illorum sublimium apostolorum,vt aliqui opinantur,[*Signa tamē apostolatus mei*]id est opera Galat.1.
supernaturalia ,per quæ probor verus dei apostolus,[*Facta sunt super vos*].i. in vobis[*in omni*].i. perfecta
[*Patientia*]quæ declarat veram esse doctrinam meam,quia doctrina viri per patientiam noscitur , [*in signis*].i. miraculis minoribus,vt sunt sanatio febris,illuminatio cæci, [*Et prodigijs*] .i. miraculis maioribus,vt sunt suscitatio mortui, cogni io secretorum cordis, & futurorum purè contingentium , [*Et virtutibus*]animæ vniuersis, vt sunt humilitas,claritas, &c. Vel, virtutibus .i. cæteris quibuscunque operibus diuina potestate peractis .Virtus enim vno modo est genus ad signum & prodigium.Nā omne mi- Roma.1.
raculum dicitur virtus, quia diuina virtute peragitur. [*Quid est enim quod minus habuistis*]à me[*Præ cæteris ecclesijs*].i.quàm aliæ ecclesiæ à suis apostolis,vel etiam à me,[*Nisi quod ego non grauaui vos?*] Ilipen-
C dia seu sumptus vitæ sumendo à vob.s.quod certum est non pertinere ad minorem beneficentiam, sed
maiorem.Vnde in hoc plus habuistis,quàm ecclesiæ aliæ . Vnde ironicè subdit.[*Donate mihi hanc iniu-* 1.Petri.3.
riam].i.si quid peccaui,non grauando vos,hoc mihi ignoscite.

Cap.VLT. [*Ecce tertio hoc.*] Artic.XIII.

Vidam incipiunt huius epistolæ capitulum vltimum hoc loco quo dicitur,Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos.Quidā verò infra,vbi scriptū est, Ecce tertio hoc venio ad vos,quæ fortè diuersitas contingit propter coincidentiā verborū istorum sed,modica vis est quo loco incipiatur.Ostendens ergo beneuolentiā Philip.2.
suam Apostolus ad Corinthios,ait,[*Ecce tertiò hoc*]tēpore.i.hac tertia vice [*Paratus sum*]voluntate[*venire ad vos*]Non q̄ ante bis venerit, sed semel & alia vice ve- 1.Pet.5.
nire proposuit,nō tamen venit.Nūc aūt tertiò paratum se dicit venire ad eos. [*Et nō ero grauis vobis*]vestra recipiendo. Quod ideo dico,ne me putetis primò calli- Roma.15.
dè nihil sumpsisse,vt modo abundantius capiam.[*Non enim quæro quæ vestra sunt*]id est tēporalia vestra, 2.Thes.3
[*sed vos*].i.salutem animarum vestrarum.[*Nō enim debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filijs.*]
Hoc de carnalibus parentibus verum est , quibus incumbit filios suos nutrire , eisque in temporalibus
D prouidere.In casu tamen iustum & condecens est,filios carnales parentibus thesaurizare,vel saltem necessaria ministrare.Spirituales verò filios dignū est necessaria vitæ spiritualibus patribus ministrare , dū modo filij tales habeant propria,monachi enim à patribus suis prouisionē accipiūt. Apostolus verò intantū se asserit nil velle accipere,vt legē patris carnalis, filiorúmq; eius ad spūalem referat patrē,ac filios spirituales,quod & suo modo verū est.Nam filij spirituales non debēt suis prælatis thesaurizare. i.diuitias congregare,quamuis debeant eis necessaria ministrare,sed parētes spirituales filijs spiritualibus thesaurizare debent, præsertim spirituales diuitias vitæ æternæ, imò & temporalia eis præbere, si eis adsit facultas,ipsiq; egeant,sicut & ego Paulus quodāmodo feci, alias ecclesias expoliando ad ministerū vestrum.Deniq; nō solū mea,sed & meipsum paratus sum vobis cōmunicare . [*Ego autem libentissime*] id est promptissima charitate,[*impendam*]vobis spiritualia bona quæ habeo, & tēporalia si quæ habuero. [*& superimpendar ipse*].i.vltra illa meipsum impendam. [*Pro animabus vestris*] id est pro salute earum, tanquam paratus mori pro vobis . Hinc alibi loquitur scriptura: In hoc cognouimus charitatem dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit , & nos debemus pro fratribus animas ponere , [*Licet plus vos diligens*] quàm alios quosdam . Vel , quam pseudo illi apostoli vos diligant, [*minus diligar*] 1.Ioann.4.
à vobis quàm falsi illi : vel , quam ab aliis : & sic estis charitati meæ pro parte ingrati . Dilectio enim Philip.2.
est primum & maximum donum gratuitum , in quo cætera dona seu beneficia conferuntur . [*Sed esto*]id est concedatur sic esse vt dixi , núneque resumo , videlicet, [*Non vos grauaui,*] vestra exigen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Proue. 26. do aut recipiendo, [*Sed*] dici posset [*Cum essem asturus*] id est nequiter callidus, [*Dolo vos cepi*] id est frau B
dulenter vestra obtinui, aliorum mediante auxilio. [*Nunquid per aliquem eorum, quos misi ad vos, circumuenit vos?*] id est decepi? non vtique. Nam [*Rogaui Titum*] ire ad suos [*Et misi cum illo fratrem*] cuius laus
2.Corin.8. est in Euangelio per omnes ecclesias, scilicet Lucam vel Barnabam. [*Nunquid Titus vos circumuenit? Nunne eodem spiritu*] id est ductu eiusdem spiritus sancti, vel pari voluntate, [*Ambulauimus?*] inter
vos? [*Nunne eisdem vestigiis?*] id est similibus actibus exterioribus? Qui vestigia appellantur, quia in eis
relucet ac repræsentatur bonitas & malitia voluntatis: iuxta illud, A fructibus eorum cognoscetis eos.
2.Petri.2. [*Olim putatis*] id est iamdudum, vel iamdiu existimatis falsa suspitione, [*Quod excusemus nos apud vos,*]
Matth. 7. tanquam in aliquo rei quantùm ad vos: quod ita non est [*Coram deo*] id est in diuinæ præsentiæ conspe
ctu nosipsos constituendo, [*In Christo*] id est secundum Christi voluntatem & sapientiam [*Loquamur*]
Omnia ista, [*Omnia autem*] ista [*Charissimi*] operamur & loquimur laudando nosipsos, & vituperando
Psalm. 33. pseudoapostolos, [*Propter vestram ædificationem*] vt agnita veritate declinetis à malo, & bona agatis,
[*Timeo enim ne forte cũ venero*] ad vos, [*Non quales volo*] vos esse, [*Iuuenã vos*] videlicet incorrectos at
que discordes, [*Et ego inueniar a vobis, qualem non vultis*] vt pote durus corruptor, tradensque eos Sa
tanæ in interitum carnis, qui se non correxerunt. Timeo itaque [*Ne forte contentiones*] id est lites ver-
1.Cori. 5. borum, [*Æmulationes*] id est inuidiæ, [*Animositates, dissentiones*] id est, discordiæ [*Detractiones, susur-* F
Roma.2. *rationes*] id est occulta semina discordiarum, [*Inflationes*] superiorum contra subditos, [*Seditiones*]
Ephes. 6. tumulrus ad pugnam, seu perturbationes [*Sunt inter vos*] Timeo itaque ista vitia inueniri in vobis. [*Ne iterum cum venero*] ad vos, [*Humiliet me deus*] id est contristet atque affligat, [*Apud vos*] quibus con
dolerem errantibus, [*Et lugeam multos ex his qui ante*] missionem primæ epistolæ [*Peccauerunt*] etiam
post baptismum, [*Et non egerunt pœnitentiam super immunditia,*] id est de vitio contra naturam, vel in
cæstu [*Et fornicatione*] simplici, quæ est soluti cum soluta, [*Et impudicitia*] id est virginum defloratio-
ne, [*Quam gesserunt.*] Et debetis districtionem meam timere. Nam [*Ecce tertio hoc*] quantùm ad cor
dis propositum, [*Venio*] id est breui veniam [*Ad vos*] semel enim venit, & secunda vice venire dispo
nit: quod non fecit propter discordiam Corinthiorum. Idcirco dicit se nunc tertiò aduenire, [*In ore*
duorum vel trium testium] approbatorum accusantium vel attestantium. [*Stabit omne verbum*] id est fir-
Deute.17. miter recipietur, credetur & determinabitur quicquid accusandum vel iudicandum occurrerit. Idem
Matth. 18. habetur in lege Mosaica. [*Prædixi enim*] vobis, [*Et prædico nunc vt præsens vobis*] id est tanta certitudi-
Ioann. 8. ne, ac si corpore præsens essem. Vel, vt præsens spiritu [*Et nunc absens*] corpore prædico [His, qui
Hebr. 10. *ante peccauerunt*] secundum sensum iam dictum, [*Et cæteris omnibus*] qui illis in peccato communica-
uerunt, vel postea scilicet post missionem primæ epistolæ, iniquè egerunt, [*Quoniam si venero iterum*
non parcam] eis. Sed duorum vel trium testium testimonio credens conuictos rigidè tractabo.
¶ Deinde ostendit apostolus omnia hæc verba & opera sua se exercere non propria potestate, sed chri G
sti authoritate. [*An experimentum eius quæritis*] id est vultsine propter incredulitatem vestram experi
ri iudiciariam potestatem ipsius, [*Qui in me loquitur*] id est cuius nutu & inspiratione hæc loquor, qui
est [*Christus?*] cuius authoritate facio vniuersa pro nostra salute? [*qui in vobis non infirmatur, sed potens*
est in vobis] id est potestatem suam in vobis ostendit, magnalia inter vos operando. [*Nam et si crucifi-*
xus est ex infirmitate] id est secundum naturam humanam passibilem, [*Sed viuit ex virtute dei*] id est di-
uina potestate surrexit, & immortaliter viuit. [*Nam et nos*] imitatores, Christi [*Sumus in illo*] id est ex-
emplo & amore Christi varias persequutiones, tribulationesque patimur, quoniam non est maior ser-
uus domino suo: [*Sed viuimus*] vita gratiæ [*Ex virtute dei*] gratiam infundentis. Viuimus autem [*In vo-*
Roman. 1. *bis*] id est in vestri conuersione, & sancta conuersione manifestatur vita gratiæ nobis concessa, quem-
Ioan. 13. admodum causa relucet in suo effectu. Quoniam ergo potestatem puniendi habeo, & veniens non par
cam. [*Vosmetipsos tentate*] id est interiora & exteriora vestra prudenter discutite, [*Si estis in fide*] catho-
Roma. 13. lica, in omnibus rectè credendo. Vel si estis in fide formata per opera bona. i. si fide & opere Christia-
ni estis, vos probate, id est examinate. Potest enim homo certò scire se habere fidem informem. Con-
Sapient. 8. iectiuè verò & probabiliter scire potest an sit in fide formata, id est, charitati coniuncta. Quoniam er-
go homo seipsum hoc modo cognoscere valet, subditur, [*An nõ cognoscitis vosmetipsos*] quantùm ad do
na, & gratias spiritus sancti, videlicet an pertineatis ad deum per fidem & gratiam, vt pote [*Quia (id est,* H
quod) Iesus Christus in vobis est?] habitando in cordibus vestris per fidem & charitatem? [*Nisi forte repro-*
bi sitis] id est imò cognoscitis vosmetipsos hoc modo, vel aliquando saltem cognoscetis, si non estis
præscити, atque damnandi. [*Spero autem quod cognoscetis*] de nobis per opera nostra virtuosa atque
miracula, [*Quia (id est, quod) nos non sumus reprobi*] sed electi. Vnaquæque enim arbor à fructu suo
2.Petri. 1. cognoscitur. [*Oramus autem deum, vt nihil mali*] mortalis peccati præcipuè, nec etiam venialis, quan-
Matth. 7. tùm possibile est [*Faciatis*] id est, vt detur vobis gratia immaculatæ vitæ, [*Non vt nos probati pareamus*]
id est virtutibus exercitati, & laude digni videamur hominibus, habendo discipulos tãtæ perfectionis.
Non enim quærimus gloriam nostram: sed dei honorem, vestramque salutem. Ideo subditur.
[*Sed vt vos quod bonum*] id est meritorium [*Est faciatis*] non solùm actu exteriori, sed etiam interio-
ri? [*Nos autem vt reprobi simus*] id est abiecti & impotentes esse putemur, non ostendentes authorita-
tem nostram in vestri correctione. [*Non enim possumus*] licitè agere [*Aliquid aduersus veritatem*] vi-
tæ, iustitiæ & doctrinæ [*Sed pro veritate*] tuenda possumus aliquid, imò qui hoc potest quod sibi
non expedit, quantò id amplius potest, tantò impotentior est, Aliqui tamen abutuntur potestate sibi
concessa, veritatem impugnant, & in quibusdam expugnant, sed tandem à veritate vincuntur. [*Gau-*
demus enim quando nos infirmi sumus] in corpore & afflicti, [*Vos autem potentes estis*] in anima, gra-
tia dei supernaturaliter confirmata. [*Hoc et oramus*] videlicet [*Vestram consummationem*] hoc

A est, perfectionis plenitudinem, deprecãtes dominum, vt omnium virtutum adicem attingatis adiutorio
gratiæ dei. [*Ideo hæc absens scribo*] vobis, præmonendo vos, quia monitio habet correctionem præcede-
re, [*Vt non præsens*] corpore apud vos [*Durius agam*] id est multùm durè vestra peccata vlciscar, [*Secun-*
dum potestatem] apostolicam & sacerdotalem, qua possunt excommunicare, soluere & ligare, [*Quam do-* Matth. 16:
minus dedit mihi in ædificationem] id est ad profectum fidelium, [*Et non in destructionem*] hoc est, non ad Psalm. 99.
hoc vt corda eorum subuertam, & potestate abutar. [*De cætero fratres gaudete*] in cultu diuino: iuxta il-
lud. Seruite domino in lætitia, [*Perfecti estote*] in virtute & gratia secundum conditionem præsentis fra-
gilis status, prout dicit Saluator, Estote & vos perfecti, sicut pater vester cælestis perfectus est, Ad hãc Matth. 5.
perfectionem exigitur indefessa custodia cordis. Nam sicut nauis in flumine posita, continuo descen-
dit per aquæ motum, nisi remigetur in contrarium: sic anima ex carnis corrupione & pronitate in ma
lum incessanter descendit à perfectione virtutis, nisi in contrarium renitatur. Ideo Salomon, Omni Prouer. 4.
(inquit) custodia custodi cor tuum, [*Exhortamini*] mutuò verbis ardentibus, [*Idem sapite*] id est in co- Roma. 12.
gnitione veritatis & gustu bonitatis conformes estote, [*Pacem*] internam, id est mentis tranquillitatẽ [*Ha-*
bete] & quantùm fieri potest cum omnibus hominibus, pacem, quæ ex charitate procedit habere sata-
gite, [*Et deus*] amator ac largitor [*Pacis*] spiritualis [*Et dilectionis*] synceræ [*Erit vobiscum*] hoc est in cor-
B dibus vestris per dona ista manebit. Quemadmodum policetur, Ad eum (inquiens) veniemus & man- Ioann. 14.
sionem apud eum faciemus. Et iterum Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur, [*Salutate inuicem in* Matth. 5.
osculo sancto, } id est charitatiuo & puro, quod est internæ vnionis (quam efficit charitas) signum. [*Sa-*
lutant vos] i. beatitudinem optant, & dicunt vobis [*Sancti omnes*] qui mecum sunt, quorum merita vo-
bis communicantur per desideria charitatiua, quæ habent de vestra salute. [*Gratia domini nostri Iesu chri-*
sti] gratificans atque deificans, quam ipse, vt deus, nobis infundit, [*Et charitas dei*] patris, [*Et communicatio*
sancti spiritus] hoc est, influxio septem donorum spiritus sancti [*Sit cum omnibus vobis Amen.*] Videtur
autem Apostolus gratiam appropriare filio, quia per eum reconciliati, gratiamque sortiti sumus. Cha- Ephe. 2.
ritatem verò patri, quia propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, filium suum misit, & con-
tulit nobis. Communicationem verò spiritui sancto, cui conuenit bonitas, ad quam spectat sui ipsius li-
beralis diffusio. In his insuper verbis superbenedicta trinitas, eiusque potentiæ vnitas commendatur, cũ
diuinæ personæ distinctis nominibus exprimuntur, & vni personæ ascribitur, quod certum est fieri ab
alia, imò à tribus simul. Quæ est super omnia deus sublimis & benedictus. Amen. 1.Ioann.3.

IN EPIST. PAVLI AD GALATAS
PROEMIVM.

C  sto firmus in via domini, & in veritate sensus tui. Perfectio creaturæ est, creato ri ordinatè assimilari. Incommutabili autem æternoque deo assimilatur anima Eccle. 5.
rationalis per stabilitatem, firmitatem seu fixionem suam in contemplatione ac
dilectione diuinorum. Idcirco scriptura instabiles multipliciter reprehendit, sta-
biles quoque in bono ediuerso commendat. Vnde in epistola nunc exponenda,
argũtur præcipuè ab Apostolo Galatæ de hoc quod ita instabiles erãt in euan-
gelica veritate, quam primò ab apostolo didicerũt, & post eius recessum à pseu- Prou. 11.
doapostolis multipliciter subuersi fuerunt, ita vt crederent euangelicam legem
sine cærimonialibus veteris testamenti, nequaquam sufficere ad salutem. ¶ Denique Galatæ Græci sunt. 2.Cori. 12.
Nam Galli olim quandam Græciæ ingredientes prouinciã, Græcis se miscuerũt, propter quod illa pro-
uincia primò dicta est Gallogræcia. Deinde Galata. Habitatores quoque ipsius primò vocati sunt Gal-
logræci, postea Galatæ, qui etiam tardi & obtusi fuerunt ingenij, cum tamen Græci semper fuerunt in-
genioси. His igitur scribit Apostolus ab Epheso, reuocans eos ad euãgelicæ veritatis integritatẽ, & chri-
stianæ fidei puritatem. Proceditque in epistola more solito salutationem præmittendo, deinde ad nar-
rationem veniendo.

D Cap. 1. [*Paulus Apostolus, non ab hominibus, neque per hominem.*]
¶ Articulus primus.

2.Corin.1.  oniam improbaturus esset apostolus in præsentis epistolæ processu detracto-
res sui pseudoapostolos, increpaturus Galatas, eò quòd contra suam doctrinam
pseudoapostolis credidissent, idcirco in exordio huius epistolæ personam suam
ipse magnificè laudat, sicut & id sæpius facit, nõ ex aliqua vanitate, neque ob pro
priam laudem, sed ex vera charitate ad filiorum suorum spiritualem ædificatio-
nem, sicut in expositione præcedentis epistolæ plenissimè patuit. Ait ergo [*Pau-*
lus] ordinatus seu factus & missus. [*Apostolus, non ab hominibus*] viatoribus, scili-
cet Anania, aut cæteris apostolis, [*Neque per hominem*] purum, qui fuerit media-
tor inter deum & Paulum, [*Sed per Iesum Christum, & deum patrem*]. i. à Christo dei filio, eius æterno pa-
tre, imò à tota sũ pfelicissima trinitate vno simplici deo, cui° sicut essentia vna est, sic opera indiuisa sũt. Actu. 9.
Verũtamẽ Paulus factus est apostolus per Christũ ministerialiter, mediatè & instrumẽtaliter, secũdum Ephe. 4.
quod Christus est homo, sic enim in via apparuit Paulo & Ananie in Damasco, Omnia quoq; gratiarũ
charismata per christũ hominẽ, & meritò eius cõferũtur hoibus, [*Qui*] deus pater [*Suscitauit eũ*] videlicet
Christũ [*A mortuis, et qui mecũ sunt*] in Epheso [*Fratres omnes*] mãdãt [*Ecclesiis*]. i. cõgregationib° fideliũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

[*Galatiæ*]prouinciæ sic vocatę.[*Gratia*]gratum faciens, quæ est habitus deiformis ac supernaturalis,a- B
Matth. 6. nimam ponens in esse diuino ac meritorio,[*Et pax*]id est ordinata tranquillitas vobis piè præstentur[*A*
1.Timo. 2. *deo patre nostro*].i. sancta trinitate,cui dicimus. Pater noster qui es in cælis,[*Et domino nostro Iesu Chri-*
sto]dei ac hominum mediatore,per quem,seu meritò cuius secundum quod homo est,munera gratia-
Ioann.5. rum nobis præstantur .Si autem per patrem nostrum,quis intelligere velit distinctam patris personam,
per dominum Christumdesignabitur persona filij secundum quod deus est,patri æqualis, & idem au-
thor pacis & gratię cum deo patre. Iuxta illud,Quæcunque facit pater hæc & filius similiter facit[*Qui*]
Matth. 20. Christus [*Dedit*].i.obtulit [*Semetipsum*]tempore passionis in patibulo crucis [*Pro peccatis nostris*].i.pro
Ioann . 10. remissione peccatorum nostrorum. Quemadmodum in Euangelio loquitur, Venit enim filius homi-
Esai.53. nis dare animam suam in redęptionem pro multis.Et rursus,Ego sum pastor bonus,& animã meam po
no pro ouibus meis. Hinc & Esaias,Ipse autẽ(inquit) vulneratus est propter iniquitates nostras,attri-
tus est propter scelera nostra.Sic autẽ obtulit christus seipsum pro nobis ex ardentissima charitate,qua
dei patris honorẽ,& nostram optabat salutem. Ex promptissima quoque obedientia,qua vt homo vo-
luntati patris in omnibus paruit.¶ Denique sicut pater dedit,seu tradidit Christum hominem pro no-
Philip.2. bis,sic etiam verbum seu Christus,vt deus,dedit seipsum,vt hominem,pro nobis.Quomodo autem pa
Roma.8. ter tradidit Christum pro nobis, dictum est plenius ad Romanos [*Et eriperet nos de præsenti seculo ne-* F
1.Ioann . 5. *quam*].i.de mũdo isto,qui totus in malo positus est scilicet de conuersatione seculari, & malis quæ fi-
Psalm. 63. unt in seculo de conuentu malignantium,de consortio reproborum . Vel de præsẽti seculo nequam,
1.Petri.1. id est de hoc sensibili inferioríque mũdo transferet ad patriam beatorum.Hinc ait scriptura,Non cor-
Psalm. 118. ruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione , sed precioso sanguine agni
Esaiæ.53. immaculati.Eramus quippe sumibus peccatorum constricti,& variis vitiis irretiti, sed Christi passione
ac merito absoluti edoctíque sumus. Propter quod Esais ait,Omnes nos quasi oues errauimus , vnus-
quisque in viam suam declinauit.Et dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrũ. Vere langue-
2.Corin. 1. res nostros ipse tulit,& peccata nostra ipse portauit ,[*Secundum voluntatem dei et patris nostri*] .i.prout
Matth. 26. deus pater noster Christo homini inspirauit,atque per eius sacratissimam passionem genus humanum
Ioann.8. reparare decreuit atque voluit. Ideo passione instante Christus dicebat , Pater si non potest hic calix
Esaiæ.53. transire,quin bibam illum ,fiat voluntas tua. Item & alibi testatur , Ego quæ placita sunt ei facio sem-
per.Hinc rursus prædixit propheta,Dominus voluit eum conterere in infirmitate[*Cui*]deo & patri no
Philip.2. stro,videlicet summæ trinitati[*Est gloria*].i. frequens fama cum laude,de hac redemptione. Vel Cui.i.
Esaiæ.53. Christo est gloria , Quoniam sua passione meruit præmium accidentale: sicut alibi Apostolus aperit,
Humiliauit semetipsum,factus obediens vsque ad mortem . Propter quod & deus exaltauit illum , &
dedit illi nomen quod est super omne nomen.Propterea quoque & propheta dixit,Si posuerit animã G
suam pro peccato, videbit semen longæuum , & voluntas domini in manu eius dirigetur, [*In secula se-*
culorum]id est in sempiternum[*Amen*]id est sic fiat,vel verum est ¶Deinde procedit apostolus ad nar
rationem,& primò de leuitate increpat Galatas.[*Miror*]quasi causam ignorans,& inopinatam rem au-
diens scilicet[*Quod sic*].i.hoc modo,seu vehementer[*Tam cito*]post meum recessum à vobis quos be-
ne instruxi,[*Transferimini*]id est auertimini[*Ab eo qui vos vocauit*]per inspirationem internam , & meã
Ioann.6. prædicationem[*In gratiã Christi*]id est ad fidem,& dona gratuita saluatoris,Id est à deo trinitate,qui est
Ibidem. prima principalisque causa conuersionis nostræ.Propter quod Christus ait,Nemo potest venire ad me
nisi pater meus traxerit eũ.Itẽ,Omnis (iquit)qui audiuit à patre & didicit,venit ad me,[*In aliud Euãge*
lium]id est in falsam annunciationem & vanam doctrinam à pseudoapostolis excogitatam,qui asserunt
legalia simul cum Euangelio Christi esse seruanda,quam annunciationem pseudoapostolorum vos æ-
1.Timo .6. stimatis fore euangelium,cum tamen non sit veraciter euangelium , quoniam euangelium est bona an-
nunciatio.Ideo subditur,[*Quod non est aliud*]Euangelium,cũ non sit euangelium,sed humana inuẽtio,
[*Nisi sunt aliqui*]falsi[*qui conturbant vos*].i.in dubitationem atque errorem corda vestra inducunt. Nisi
ergo hi essent,istud aliud Euangeliũ nec esset, nec aliud esset verè vel apparenter[*Et volunt conuertere*]
Leuit.26. .i. in aliud mutare[*Euangelium Christi*]scilicet in carnales ac cærimoniales obseruantias legis ,quasi sine
illis non sufficiat ad salutem lex noua. Vel sic Transferimini in aliud Euangelium,id est in doctrinam
legis Mosaicæ,quod non est aliud ab euangelio Christi,secundum intentionem finalem, & intelligen- H
tiam spiritualem,nisi sunt aliqui qui conturbant vos,id est prẽter hoc ℣ aliqui interpretantur peruersè
documenta legalia,admiscentes carnalia spiritualibus, & noua veteribus.Secundum externam ergo su-
perficiem & carnalem sensum differunt Euangelia ista.[*Sed licet nos*]Apostoli[*Aut angelus*]sanctus de
scendens[*De cælo euangelizet vobis ,præterquam quod euangelizamus vobis*] id est aliud prædicet nostræ
1.Ioann. 4. prædicationi contrarium, [*Anathema sit*] id est excommunicatus & maledictus habeatur talis assertor
[*Sicut prædixi*] iam immediatè. [*Et nunc iterum dico*]id est resumo , vt repetitio sit confirmationis indi-
cium. [*Si quis*] quicunque sit ille, [*vobis euangelizauerit præter id*].i.contrarium ei, [*quod accepistis*]ex
nostra prædicatione de Christo,[*Anathema sit*]hoc est,diuisus ab alijs,ne eos sua falsitate inficiat. [*Mo-*
do enim hominibus suadeo]hoc est,nunquid hæc dico & comprobare laboro ad complacendum homini-
bus, [*An deo*] id est an non ad dei honorem vt ei placeam ? [*An quæro hominibus placere*?] ob propri-
am laudem,& sicut finale bonum? Non vtique.Nam[*si adhuc hominibus placerem , Christi seruus non es-*
1.Cori . 10. *sem*] Videtur huic contrarium , quod alibi dixit Apostolus , Ego per omnia omnibus placeo . Et
Roman.15, rursus , Vnusquisque proximo suo placeat in bonum . Sed hæc difficultas sæpe soluta est . Nunc
enim Apostolus loquitur de homine , quantùm ad id quod communiter in hominibus dominatur
1.Corin. 1. quod est sensualitas & peccatum . Iuxta quem modum ad Corinthios ait . Cum sit inter vos ze-
lus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis ? Est igitur sensus , Si adhuc

A hominibus placerem,faciendo ea quæ placent carnalibus & iniustis,prout ipsi sunt,Christi seruus non
essem, quoniam eius vestigia non imitarer. Ipse enim ait , Quia de mundo non estis, sed elegi vos de Ioan.15.
mundo , propterea odit vos mundus . Simili quoque sensu dicit Psalmista, Quoniam deus dissipauit
ossa eorum,qui hominibus placent, confusi sunt quoniam deus spreuit eos.
¶ Interdum verò Apostolus loquitur de homine, quantùm ad id quod conuenit ei secundum partem Psal. 52.
sui superiorem,id est prout ratione ornatur , & sanctæ trinitatis imagine decoratur. Vt est illud, Si se-
cundum hominem ad bestias pugnaui, id est secundum rationis processum contra bestiales homines 1.Cor.15.
disputaui.Hoc modo de homine loquẽdo debemus velle placere hominibus ad ædificationem eorum
& gloriam dei. ¶ Deinceps ostendit Apostolus doctrinam euangelicam à se prædicatam, esse authen-
ticam,perfectam atque diuinam seu supernaturalem. [*Notum enim vobis facio,fratres,euangeliũ*] hoc est
de euangelio,[*Quod euangelizatum est a me,quia non est secundum hominem*].i. humanam,seu naturali ra- Epist.
tione inuentum,firmatum aut diuulgatum, [*Neque enim ego ab homine*]puro[*Accepi illud*] vt illud aliis
prædicarem.[*Neque didici*]illud ab homine puro, [*sed per reuelationem Iesu Christi*] id est secretam, in-
ternam, subitaneam & supernaturalem instructionem filij dei,tempore raptus mei in tertium cælum. Ephe. 3.
Quod patet, [*Audistis enim conuersionem meam*]quam habui,[*Aliquando*]scilicet antequam Christianus 2.Cor.12.
B fierem [*In Iudaismo*] id est lege & ritu Iudæorum, [*Quoniam supra modum*] id est multùm excessiuè &
plus aliis [*Persequebar ecclesiam dei*] primitiuam, maximè in Hierusalem, [*Et expugnabam illam*,]quos-
dam occidendo,quosdam incarcerando, aliísque modis torquendo fideles, [*Et proficiebam*] id est sor- Act. 7.
titer agebam [*In Iudaismo, supra multos coætaneos in genere meo*] id est præ multis adolescentibus mihi
in ætate comparibus, atque de meo genere natis, puta Iudæis. Vel, per genus suum intelligit tribum
Beniamin, [*Abundantius*]illis[*Æmulator*]amator & imitator,[*Existens paternarum traditionum*]id est or-
dinationum ac iussionum moralium,seu iudicialium à Moyse & prophetis datarum, vel ab aliis addi-
tarum. [*Cum autem placuit ei*] videlicet deo omnipotenti,quia omnia liberè agit [*Qui me segregauit ex*
vtero matris meæ] id est de ventre materno eduxit.Vel segregauit, id est ab aliorum (puta scribarum &
phariſæorum)grege separauit,& ex vtero matris meæ,id est de consortio seu medio synagogæ[*Vt re-*
uelaret] id est declararet [*Filium suum in me*] id est in corde meo, dans mihi notitiam veram de Christo, 1.Cor.1.
[*Vt euangelizarem illum in gentibus*] quia Gentilibus specialiter datus sum ac missus Apostolus [*Con-*
tinuo non acquieui carni & sanguini] id est concupiscentiis carnis,neque Iudæis mihi carne propinquis,
néque à Christo auertere desiderantibus. [*Neque veni Hierosolymam ad antecessores meos Apostolos*] id
est cæteros apostolos, qui ante me ad gratiam apostolatus promoti fuerunt (vnde patescit quod non
fuit ab eis instructus) [*Sed abij*] à Damasco [*In Arabiam*] causa prædicandi. vbi tunc nullus apostolo-
C rum prædicauit. ¶ Huic videtur dissonare,& etiam his quæ sequuntur, quod scriptum est in Actibus
apostolorum, vbi cùm dictum est, quòd discipuli dimiserunt eum nocte in sporta à Damasco , mox 2.Cor.11.
subditur , Cùm autem venisset in Hierusalem, tentauit se iungere discipulis, & omnes fugerunt , non
credentes quòd esset discipulus.Barnabas autem apprehensum illum duxit ad apostolos,& narrauit is- Act. 9.
lis,quomodo in via vidisset dominum,&c. Ad hoc quidam respondent,quòd Apostolus post sui con-
uersionem, non statim venit in Hierusalem, sed post longum tempus, fortè post tres annos. Scriptura
enim non seruat semper ordinem rerum gestarum. Alij dicunt, quòd licet venerit, non tamen reputa-
tur venisse, quia mox abiit. [*Et iterum*]ab Arabia [*Reuersus sum Damascum*] vbi primò disputaui, prę- 2. Cor.11.
dicaui , & Iudæos confudi. [*Deinde post annos tres*] A mei conuersione , cùm iam tribus circiter annis
prædicassem, [*veni Hierosolymam videre Petrum*] non propter informationem, sed dilectionem & re- Act.9.
uerentiam eius, [*Et mansi apud illum diebus quindecim. Alium autem apostolorum vidi neminem*] hac vice.
[*Nisi Iacobum fratrem domini*]id est Iacobum primum Hierosolymorum fidelium episcopum,qui pro-
pter singularem similitudinem suam cum Christo tam in corporis dispositione, quàm in animæ san-
ctitate,dictus est frater domini.[*Quæ autem scribo vobis ecce coram deo,quia non mentior*] Iurat Apos-
tolus propter tarditatem Galatarum ad credendum . Iuratio enim cum debitis facta circunstantiis suis,
est actus virtutis quæ dicitur latria,sicut frequenter ostensum est. Christus autem non absolutè prohi Rom. 9.
buit iurationem,sed iurationem incautam & non necessariam. [*Deinde*] videlicet postquam in Hieru-
D salem fui cum Petro [*Veni in partes Syriæ & Ciliciæ*] Vnde & natus eram, quia à Tharso Ciliciæ fui o-
riundus.Huic concordat illud Actuum, Disputabat cum Græcis (videlicet in Hierusalem) Illi autem Matth. 5.
quærebant interficere eum. Quod cùm cognouissent fratres, deduxerunt eum Cæsaream, & dimise- Act. 22.
runt Tharsum. [*Eram autem ignotus facie*] hoc est aspectu [*Ecclesiis Iudææ*] id est Iudæis conuersis, e- Act. 9.
ram tamen eis notus per famam, [*Quæ erant in Christo*] per fidem & charitatem coniunctæ[*Tantum au-*
tem auditũ habebant]id est hoc audiendo perceperunt de me, [*Quoniam*]Paulum iste[*Qui*] persequeba-
tur nos aliquando antequam conuersus erat ad Christum, [*Nunc euangelizat fidem quam aliquando ex-*
pugnabat]id est in cordibus Christianorum extinguere nitebatur[*Et in me clarificabant deum*] id est de 1.Cor.1.
gratia & beneficiis dei mihi concessis gratias domino retulerunt ex charitate fraterna , & deum in fa- Ephe.1.
mulo eius honorabant laudando potentiam atque clementiam eius,qui me tam potenter, misericordi Finis.
térque conuertit,& tantam gratiam contulit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caput 11. [*Deinde post annos quatuordecim, &c.*]
Articulus 11.

Act. 15. [*Deinde*] expleta prædicatione in Syria atq; Cilicia [*Post annos quatuordecim*] à Christi passione. In quibus includûtur tres anni prędicti à Pauli cõuersiõe, post quos prius venit Hierusalẽ [*Ascendi*] à terris humilioribus [*iterum Hierosolymam*] dum quæstio erat de legalium obseruatione, prout in Actibus plenius enarratur, [*Cũ Barnaba*] ex Iudæis conuerso [*Assumpto & Tito*] ex gentilitate conuerso, quatenus horum testimonio comprobarem falsam esse assertionem dicentium, me aliud Iudæis, aliud Græcis prædicare. [*Ascendi autem*] non meo decreto, sed [*secundum reuelationem*] Christi mihi ostensam, [*Et contuli cum illis*] Hierosolymitis [*Euangelium quod prædico in Gentibus*] id est de prædicatione & doctrina euangelica quam annuncio Gentibus, habui tractatum cum illis, generaliter tamen & quasi superficialiter, [*Seorsum autem*] id est in priuato ac separatim contuli particulariter & profundè [*Cum his qui videbantur*] veraciter [*Aliquid esse*] id est cæteris præstantiores ac doctiores. Per quos intelligit Petrum, Iacobum & Ioannem, sicut patebit post pauca. Ideo autem contuli, [*Ne forte inuacuum*] id est infructuosè, quantùm ad auditores, [*Currerem*] prædicando Euangelium dei, [*Aut cucurrissem*] inaniter. Prædicatio nempe Apostoli Pauli multis erat suspecta, quia cum Christo in carne conuersatus non fuit, nec cum cæteris Apostolis spiritum sanctum recepit, nec inter Apostolos fuerat diu conuersatus. Idcirco propter securos reddendos alios, necessarium sibi fuit Hierosolymam ire, & cum Apostolis loqui, vt eorum authoritate sua prędicatio roboraretur. Vnde quod ait, Ne fortè, &c. non sic est intelligendum, quasi Apostolus aliquo modo ambigeret de suæ prædicationis veritate, sed ad aliorum æstimationem refertur, quibus prædicatio Pauli non profuisset, nisi cum aliis contulisset Apostolis. ¶Ostenso quòd doctrina Pauli ab Apostolis commendata sit, ostenditur quòd facta eius laudata sint. [*Sed neque Titus qui mecum erat*] in Hierusalem. [*Cum esset Gentilis*] ex vtroque parente, nam Græcus erat, [*Compulsus est*] à veris Apostolis, [*Circuncidi*] quamuis aliqui ex Iudæis conuersi, præcipuè pharisæi niterentur ad hoc. Non enim idonea erant motiua eorum. Cur ergo vos Galatæ circuncisionem recipitis? [*sed propter subintroductos falsos fratres*] id est propter quosdam simulatores Iudæos, hæreticos, vel omnino in Iudaismo induratos, qui callidè inducti fuerũt ad nostram societatem sub specie religionis à pseudoapostolis, [*Qui*] fratres [*submiserunt*] nostrum conuentum [*Explorare*] id est obseruare & experiri [*Libertatem nostram*] id est exonerationem ab obseruantiis cęrimonialium legis [*Quam habemus in christo Iesu*] id est virtute & merito Christi, qui nos ab onere tanto absolut merito suæ dignissimæ passionis, in qua figuralia impleta sunt, & finem sumpserunt. Introierunt ergo non recta intentione, sed [*Vt nos in seruitutem*] legis, id est ad obseruantias legales [*Redigerent*] quod erat onus adeò graue, quòd neque nos, neque patres nostri ferre potuimus. Propter hos ergo restituimus, secundum quod subditur, [*Quibus neque ad horam*] id est nullo temporis spatio, [*Cessimus*] hac vice in Hierusalem, [*subiectioni*] id est ad hoc vt nos suæ voluntati, aut legalium obseruationi subiicerent, [*Vt veritas euangelij*] id est doctrina nouæ legis, quæ docet cessasse legalia, [*Permaneat apud vos*] id est in cordibus vestris firma & fixa constet. Aduersariis nanque veritatis & fidei resistendum est rationabiliter, dum fides, seu veritas periclitaretur: & talis resistentia non pertinet ad impatientiam, sed iustitiam. [*Ab his autem*] hoc est præ saltis fratribus istis, [*Qui videbantur esse aliquid*] id est maiorem sapientiam & authoritatem possidere, videlicet veri Apostoli, Petrus, Iacobus & Ioannes, [*Quales*] id est quàm illiterati, pauperes, abiecti & modici, [*Aliquando fuerint*] antequam à Christo vocati erant, imò vsque post eius resurrectionem. Petrum nanque & Ioannem piscatores fuisse certissimum est. Ideo [*Nihil mea interest*] id est ad me non pertinet de hoc magnam facere mentionem, ne videar eos contemnere, aut meipsum iactare, qui ante conuersionem mei doctus & diues, potens & nobilis eram, vtpote natus ciuis Romanus. Ideo etiam ad me non pertinet illud narrare, quia nec obest, nec prodest. Nam [*Deus personam hominis non accipit*] id est propter hæc naturaliter & accidentaliter exteriora, non præfert vnum alteri, sed propter dona diuina & merita. Vnde non obest illis quòd tales fuerunt, nec ideo sunt spernendi. Hinc etiam in Actibus Apostolorum astruit Petrus, In veritate (inquiens) comperi, quòd non est personarum acceptor deus. Nullum enim ad se redeuntem contemnit vel abiicit. Veruntamen ideo Paulus recitat ista, vt Galatæ sciãt eum non esse ignarum legalium, sed quantùm ad humanam pertinet institutionem, prædictis Apostolis fuisse eruditiorem. Vnde constat quòd ab eis edoctus non sit.

¶Deinceps demonstrato quòd nihil in sua doctrina correxerunt, nunc manifestat quòd nihil in ea supplecuerunt. [*Mihi autem qui videbantur esse aliquid*] .i. prædicti magni Apostoli, [*Nihil contulerunt*] de sapientia. Nam quicquid ab illis audiui, antè cognoui ex reuelatione diuina. [*sed econtra*] id est contra opinionem aduersariorum meorum, [*cum vidissent*] Apostoli isti [*Quod creditum est mihi euangelium præputij*] id est quòd mihi à Christo commissa esset prædicatio euangelica gentibus incircuncisis proponenda, [*sicut Petro*] creditum est Euangelium [*circuncisionis*] id est prædicatio Iudæis inferenda. Non quòd euangelia ista sint diuersa aut alia, sed vnum euangelium diuersè nominatur, propter diuersitatem hominum quibus impenditur. [*Qui enim operatus est Petro in apostolatum circuncisionis*] id est Christus qui Petro commisit officium apostolatus sui exercere in populum Iudæorum, eos docendo & conuertendo [*Operatus est & mihi inter gentes*] id est Gentilium Apostolum me constituit, & efficaciam inter eos mihi largitus est. Vnde dominus, Vas (inquam) electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus. Et alibi ad Paulum, Veni, quia ad gentes longè mittam te. Hæc

quoque non sunt intelligenda præcisè, sed appropriatè. Non enim sic dicitur Petrus Iudæis missus, quasi non sit missus ad gentes, imò per eum primò conuersi sunt Cornelius Centurio, & qui cum eo erant Gentiles. Nec sic Paulus dicitur missus ad Gentes, quasi non sit missus ad Iudęos: sed sicut in Actibus legitur, ipse & Barnabas longo tempore prædicauerunt solis Iudæis. Sed ideo ista dicuntur, quia præcipuè erat Petro commissa conuersio synagogæ. Paulo autem Gentilitatis conuersio. Iudæi quippe signa, Græci autem sapientiam quærunt. Petrus ergo qui in signis præfulsit, ad Iudæos conuidetur sapientia pauli, sapientiæ archiapostoli. [*Et cum cognouissent gratiam*] id est virtutem miraculorum, & sapientiæ affluentiam, prædicationisque præstantiam atque aptitudinem, [*Quæ data est mihi, Iacobus*] Alphæi, frater domini [*Et Cæphas*] hoc est Petrus [*Et Ioannes*] Euangelista [*Qui videbantur*] id est certò sciebantur & cernebantur [*Columnæ esse*] id est sua perfectione aliorum imbecillitatem sustentare, ecclesiam stabilire, & omnibus præfulgere, [*Dexteras dederunt mihi & Barnabæ societatis*] id est ad suam societatem nos receperunt atque in signum sodalitatis, & apostolicæ communionis dexteras suas nostris dextris inseruerunt, [*Vt nos in gentibus*] prædicaremus: [*Ipsi autem in circuncisionem*] id est inter Iudæos, [*Tantum*] id est hoc solùm adiecerunt [*Vt pauperum memores essemus*] qui omnia sua vendentes precium posuerunt ante Apostolos, & postea fame exorta in magna penuria fuerunt. Vnde Apostoli rogauerunt paulũ & Barnabã vt Gentes conuersas hortarentur ad succurrendum istis pauperibus. [*Quod etiam solicitus fui hoc ipsum facere*] id est hanc commissionem effectu commendare, inducendo Gentiles ad mittendum eleemosynas his egenis. Patet nanque in diuersis epistolis, quàm solicitus fuerit Paulus pro collectis.

¶Sed circa prædicta quæri potest, Cùm Iacobus fuerit primus fidelium Iudæorum episcopus, cur nõ potius ipse quàm Petrus dicitur ordinatus Iudæorum apostolus? Et respondendum, quòd licet primitiuam ecclesiam rexit in Hierusalem, non tamen sic perambulauit Iudæam euangelizando vt petrus. [*Cum autem venisset Cæphas*] id est Petrus, [*Antiochiam* [vrbem Gentilium [*in faciem*] id est manifestè [*Ei restiti*] quia in veritatis euangelicæ defensione par ei fui, [*Quia reprehensibilis erat*] incautè agendo. [*Prius enim quam venirent quidam*] ex Iudæis conuersi, missi [*A Iacobo*] Antiochiam, [*Cum gentibus*] conuersis [*Edebat*] non discernens inter cibos. [*Cum autem venissent*] prædicti fratres à Iacobo æmulatores legis, qui Christum & legem æquo iure venerabantur. [*Subtrahebat & segregebat se*] petrus à cibo & consortio gentium [*Timens*] offendere aut scandalizare [*Eos qui ex circuncisione erant*] id est ex populo Iudæorum, nisi se hoc modo subtraxisset, & fratribus à Iacobo missis adiunxisset, Gentibus derelictis. [*Et simulationi eius*] videlicet Petri, qua se simulauit seruare legalia, tanquam necessaria ad salutem, cũ tamen ita non seruaret ea. Simulauit enim se idem sentire cum fratribus à Iacobo missis, qui etiam errauerunt, putantes legalia de necessitate seruanda, sed Petrus conformauit se eis, vt eos paulatim corrigeret. [*Consenserunt Iudæi cæteri*] conuersi ad Christum Antiochiæ demorantes, vitando cibos & comestionem Gentilium, [*Ita vt Barnabas*] qui mecum erat ordinatus Gentium Apostolus, [*Duceretur ab eis*] hoc est à Petro, & Iudæis Antiochenis, [*In illam simulationem*] cuius exemplum vidit in Petro. Nam licet Antiocheni isti, & Barnabas tanquam viri perfecti bene sentirent de legalium cessatione, eadem tamen intentione se Gentibus subtraxerunt, & fratribus à Iacobo venientibus conformauerunt, qua & Petrus. Hæc autem indiscreta simulatio Gentes scandalizauit, iudaizaréque fecit, quoniam Gentes his visis arbitrabantur legalia necessariò seruanda. Ideo subdit, [*Sed cum vidissem*] ego Paulus [*Quod non recte ambularent*] hoc est non iustè nec verè conuersarentur, [*Ad veritatem Euangelij*] id est secundum euangelicæ veritatis tenorem. Nam propter scandalum euitandum omiserunt veritatem doctrinæ nouæ legis, secundum quam legalia cessarunt post Christi passionem, quantùm ad obligationem & meritum, [*Dixi Cæphæ*] tanquam principali [*coram omnibus*] quoniam manifestè fecit id pro quo corripi meruit, & vt eius correptione cæteri sanarentur, Gentes quoque veritatem cognoscerent. [*Si*] pro quia [*Tu*] petre [*cum Iudæus sis*] natione [*Gentiliter, et non Iudaice*] id est secundum ritum & vsum Gentium conuersaris, non Iudæorum [*Viuis*] non discernendo cibos, nec vitando Gentiles communiter, quamuis hac vice aliter agas, [*Quomodo*] id est qua ratione [*Gentes*] conuersas [*Cogis Iudaizare?*] id est legales cærimonias obseruare? Cogis (inquam) tuæ conuersationis exemplo, quamuis non cogas doctrinæ imperio.

¶Dicit sanctus Hieronymus, Hunc locum nobis obiecit porphyrius, arguens petrum de vitioso errore, & Paulum de procaci increpatione, imò nos omnes deuicti dogmatis mendacio, dum inter se principes ecclesiarum discordant. Vnde ad satisfaciendum Porphyrio, & ad excusandum Petrum à culpa, Paulum quoque à præsumptione Hieronymus dixit, quòd Petrus non verè neque ex animo post Christi passionem obseruauit legalia, sed solùm quadam pia simulatione ac dispensatione ad vitandum scandalum Iudæorum. Sicque in prædicta subtractione & iudaizatione petri erat simulatio in facto & apparentia. Et idem dicit Hieronymus de aliis Apostolis, qui post dominicam passionem legalia obseruasse leguntur. Asserit nanque beatus Hieronymus, quòd legalia statim post Christi passionem omnibus erant mortifera, quibus gratia noui testamenti fuerat publicata, si ea veraciter obseruarent, ad quod multas authoritates & rationes adducit.

¶Insuper dicit Hieronymus, q̃ Paulus non verè, sed dispensatoria simulatione reprehendit petrum: quia nec petrus verè reprehensibilis fuit (vt dicit) ita quòd paulus & petrus contradixerant sibi vt petrus se hoc modo à Gentibus subtraheret, & Iudæis misceret, atque ob id paulus eũ argueret, vt viden tes tantũ Apostolũ reprehendi, cognoscerent non esse obseruãda legalia, nec ea seruarent. ¶Porrò huic positioni Hieronymi, Augustinus contradicit, præsertim in tribus. Primò igitur ait, Quod petrus &

Universidad de Deusto
Biblioteca

alij Apostoli post Christi passionem interdum ex certa causa veraciter seruauerunt legalia, vt patet in Actibus Apostolorum. Vnde simulatio Petri (de qua nunc factus est sermo) non est intelligenda quantùm ad opus exterius, seu exteriorem experientiam: sed quantùm ad cordis intentionem, quoniam simulauit se consentire Iudæis, vt expositum est. Secundò dicit Augustinus, Quòd legalia ante Christi passionem viua atque salubria erant, post promulgationem verò euangelicæ legis fuerunt mortua atque mortifera obseruantibus ea. Sed tempore intermedio mortua erant, ita quòd nullum obligabant, nec aliquid profuerunt, non autem mortifera Iudæis conuersis, quia sine peccato poterant obseruare ad tempus, ex rationabili causa, ita tamen vt spem in eis non fugerent, quasi alicuius essent virtutis, vel sine eorum obseruatione non sufficeret gratia Christi ad veritatem salutis, sed à gentibus conuersis nullo modo erant seruanda. Lex quippe, vt ait Augustinus, non erat à Iudæis subitò abiicienda, sicut à Gentibus idololatria, ne videretur non fuisse diuina. Erátque mater synagoga cum honore ad tumulum deducenda, non subitò obruenda.

Act. 10.

1. Cor. 9.

Matth. 21.

¶Postremò, perhibet Augustinus Petrum à Paulo veraciter reprehensum, ita quòd Petrus venialiter peccauit, indiscretè seruando legalia vtram gentibus in scandalum earundem, cogens eas iudaizare. Quod probat Augustinus per hoc quòd Apostoli non debuerunt omittere veritatem doctrinæ, propter vitandum scandalum Iudæorum. Item, quoniam non est verisimile, quòd Paulus in epistola ad Galatas aliquid simulatoriè scriberet. Rursus, si Petrus verè reprehensibilis non fuit, Paulus nec verè, nec iustè scripsit, quòd in faciem restitit ei, quia reprehensibilis erat, & quòd non rectè ambulauit ad veritatem Euangelij. Si enim in diuinis scripturis inueniatur vnum mendacium, tota veritas eius nutabit. Hinc ergo Ecclesia magis consentit in hac parte dictis Augustini, quàm sancti Hieronymi. Ad blasphemias quoque Porphyrij facilè est respondere, videlicet quòd non derogat euangelicæ legis veritati, quòd eius ministri quandoque venialiter peccauerint, aut in aliquo modico (quòd fidem directè non respicit) errauerint: quia in his quæ fidem concernunt, summa concordia est. Increpatio etiam Pauli procax non fuit, sed ex iusta libertate processit, quam & Petrus humiliter pertulit: vt discat prælati non indignari, dum à subditis seu inferioribus iustè corripiuntur. Verumtamen beatus Hieronymus super Esaiam quodam loco positionem suam multùm seriosè, instanter & fortiter stabilire conatur. De hac verò materia in glossa plenius continetur.

1. Cor. 1.

¶Deinde ostendit Apostolus, quòd post Christi aduentum, & Euangelij prædicationem, carnales obseruantiæ legis cessauerint, eò quòd iustificatio sit ex fide, non autem ex lege. [*Nos*] apostoli [*Natura*] id est naturali origine [*Iudæi,*] sumus ex semine patriarcharum prodeuntes. [*Et non ex Gentibus*] sumus, id est de numero & sorte Gentilium [*Peccatores*] idololatræ vt illæ, quamuis non simus ab omni peccato immunes. Alibi tamen dicit Apostolus, Venit Iesus peccatores saluos facere, quorum ego primus sum: sed nunc dicit, Non ex Gentibus peccatores, quoniam vitia Gentilitatis non contraxerunt. [*Scientes autem*] ex reuelatione diuina, & scripturarum notitia, [*quod non iustificatur homo*] Iudæus aut quicunque alius coram deo, [*ex operibus legis*] duntaxat, id est per sola opera legis, præsertim cærimonialia, imò nec per opera legis moralia sine fide, charitate, & gratia Christi. Ideo subditur, [*Nisi per fidem Iesu Christi*] Fides enim est prima virtus, sine qua impossibile est deo placere, nec sine ea vnquam aliquis saluatus est. Sicut enim nos saluamur per fidem qua credimus Christum venisse, sic veteres saluabantur per fidem Christi venturi, imò illorum, & nostrorum vna est fides, quamuis sit modò magis expressa. Tres quippe virtutes theologicæ ad salutem requiruntur, & in omnibus electis fuerunt, sicut & gratia gratum faciens. Hinc ergo, [*Et nos*] Apostoli omnésque Christiani, [*In Christo credimus*] id est de Christo fidem ei placentem atque formatam habemus, [*Vt iustificemur ex fide, et non ex operibus legis*] fide secluſa. Opera autem legis propriè appellantur carnales obseruantiæ, sed facta cærimonialia, quia cum lege constituta terminata sunt. [*Propter quod*] sequitur, quòd [*Ex operibus legis*] secundum se sumptis [*Non iustificatur omnis caro*] id est nullus homo. Ponit enim partem pro toto, carnem, scilicet pro homine. [*Quod si*] nosipsi [*Quærentes*] id est cupientes [*iustificari in Christo*] hoc est in fide & merito Christi, [*Inuenti sumus et ipsi peccatores*] id est eo ipso quòd quærimus in Christo iustitiam adipisci, probati & declarati sumus esse peccatores. Aliter enim non quæreremus in alio iustificari, [*Nunquid Christus peccati minister est?*] id est nunquid Christus qui iusit nos lege relicta ad se consurgere, est peccati causa, seu ministrator? quod vtique sequeretur, si lex sine fide & gratia Christi posset saluare. [*Absit*] vt Christus dicatur peccati minister hoc iubendo, quia nec ego peccatui legem deserendo. [*Si enim quæ destruxi hæc iterum ædifico*] id est si opera legis quæ omisi ac reprobaui, rursus assumo & approbo, [*Præuaricatorem me constituo*] id est deum offendo, hoc faciendo. [*Ego enim per legem*] Euangelicam [*Legi*] Mosaicæ [*Mortuus sum*] id est ab eius obseruantia liberatus ac mortificatus, [*Vt deo viuam*] vita gratiæ in præsenti, & vita gloriæ in futuro, custodiens legem Christi in omnibus sine querela. Lex etenim Christi virtute sacramentorum suorum gratiam confert, sicque iustificat, non autem lex Moysi. Ea verò quæ hîc dicuntur de insufficientia legis scriptæ & efficacia legis nouæ, in epistola ad Romanos plenius subtiliúsque conscripta atque tractanda sunt. [*Christo confixus sum cruci*] id est clauis amoris, & piæ compassionis ac cruciformis imitationis simul cum Christo confixus sum cruci seu propriæ mortificationis labori, sequendo vestigia eius, prout ipse ait, Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Vnde alibi Apostolus, Qui enim sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Qui autem Christo crucifixo seipsum conformat, cruci eius affigitur, & ardor peccati virtute dominicæ crucis in ipso extinguitur, habétque carnes diuino timore confixas, ne membra sua ad vitia solita extendantur. [*Viuo autem iam non ego*] id est postquam

Ephes. 2. Rom. 3.

Heb. 2.

Heb. 7.

Matth. 5.

Rom. 8.

Philip. 3.

Rom. 6.

Luc. 9.

Galat. 5.

Christo confixus sum cruci, viuo, & non viuo. Viuo enim non solùm vita naturæ, sed gratiæ: non vita humana, sed diuina: non vita carnali, mundana & consueta, sed spirituali, cœliformi ac noua. Ideo subditur, [*viuit vero in me Christus*] id est non secundum meipsum viuo seu ago, sed secundum Christi inspirationem, voluntatem atque doctrinam. Christus ergo viuit in me, id est, regnat in anima mea & possidet me, facitque me in se viuere. Viuere autem est actum vitalem habere. Amor vero transponit & mutat amantem in amatum. Dum ergo homo in Christi amore succenditur, crescit, & perficitur, moritur in semetipso, quia non agit secundum propriam voluntatem, secundum naturalem inclinationē, secundum priuatum amorem, sed secundum diuinæ charitatis instinctum, & Christi iussionem atque consilium. [*Quod autem nūc viuo*] id est bene & meritoriè ago [*in carne*] hac fragili [*in fide viuo filij dei*] id est per virtutem fidei Christi ago, non propria potestate, aut legis subsidio. Iustus enim ex fide viuit: qui vero incredulus est, infideliter agit. [*Qui dilexit me*] sicuti ipse potestatur, Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Rursusque per prophetam, In charitate perpetua dilexi te. [*Et tradidit s. metipsum pro me*] prout dicit, Ego sum pastor bonus, & animam meam pono pro ouibus meis. Hinc propheta, Tradidit (inquit) in mortem animam suam. Ecce quàm affectuosissima, prorsusque dulcissima verba: quod etiam generaliter pro omnibus factum est, Apostolus propter ardentissimam ad Christum dilectionē, quasi pro se solo, vel singulariter factum æstimat. Nam vt ait Chrisostomus, Hic est affectus serui fidelis, vt quod pro omnibus communiter fecit & pertulit Christus, quasi pro se tantùm putet illum fecisse & pertulisse. Et vtique meritò hoc æstimare debemus, quoniam tanta est Christi misericordia, bonitas & dilectio ad vnumquenque nostrùm, vt mallet pro quolibet sigillatim ac singulariter omnia facere & sustinere, quæ pro omnibus simul fecit & passus est, quàm aliquem perire, quantùm est ex parte ipsius [*Non abiicio gratiam dei*] id est charitatem & beneficia diuina mihi per Christum collata, non spernо nec defero, legi finaliter inhærendo. [*Si enim per legem iustitia*] id est si virtute & actibus legis homo iustificatur, remissionem peccati & gratiæ infusionem adipiscendo, vt Iudæi confidunt, [*Ergo Christus gratis*] id est sine causa necessaria, & quasi superfluè [*Mortuus est*] cum non sit mortuus secundum scripturas, nisi propter hominis iustificationem: iuxta illud propheticum, Spiritu oris nostri Christus dominus, captus est in peccatis nostris.

Psalm. 118. Ephesi. 2. Abac. 2. Eccleſi. 21. Ioann. 15. Hier. 31. Ioann. 10. Esa. 53. Chrysost. Ephesi. 2. Thren. 4.

Cap. III. [*O insensati Galatæ.*]

Articulus III.

Stensa cessatione legalium ex perfectione euangelicæ legis, nunc idem ostēditur ex imperfectione legis Mosaicæ. [*O insensati*] id est stulti, insipientésque [*Galatæ*] Non incurrit Apostolus sententiā saluatoris dicētis, Qui dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis: quia non ex contemptu aut malignitate, sed zelo æquitatis, & animo corrigēdi insensatos eos appellat, Sic enim & Christus dixit discipulis, O stulti & tardi corde ad credendū, [*Qui tes vos fascinauit*] .i. more magorū lu dificauit atque decepit, vel more inficientium oculos falsitatis veneno immutauit & intoxicauit, [*Non obedire veritati?*] id est veræ prædicationi & iustis præceptis euangelicæ disciplinæ, per quam legalia excluduntur? [*Ante quorum oculos*] .i. in quorum notitia euidenti [*Christus Iesus proscriptus est*] .i. ad mortem damnatus, vel apertè descriptus. Hoc enim vobis certissimè constat q̄ Christus propter nostram salutem adiudicatus est morti, ipséque Christus vobis clarè notificatus, [*et in vobis*] est [*Crucifixus*] .i. crucifixio eius cordibus vestris innotuit. Vel in vobis crucifixus .i. vestri amore mortem crucis sustinuit. Vel in vobis crucifixus .i. vestra infidelitate & culpa rursus quodammodo crucifixus videtur, quia sic peccatis in eum, vti qui eum crucifixerunt. Vnde & alibi de quibusdam asseritur, Rursus crucifigentes in sibimetipsis filium dei, & ostentui habentes. ¶Sciendū q̄ fascinatio diuersis modis accipitur, videlicet pro magica ludificatione, pro inuidia, pro immutatione alterius, quam Auicenna dixit fieri posse sola imaginatione vnius in alium. Quod Egidius de Roma in libro contra errores philosophorum satis redarguit. Fit tamen interdum per quādam materialē effluxionem humorum nocentium, aerē inficientium, sicut quorūdam vrentes, infectíque oculi teneros lædunt pueros, intantùm vt escā euomant atque fastidiant. Propter quod pueri tales fascinari dicuntur. Pro inuidentia quoque sumi videtur, cum in libro Sapientiæ dicitur. Fascinatio malignitatis obscurat bona. Inuidus nanque non solū sibiipsi, sed etiam his nocet in quibus aliqua bona esse incipiunt. [*Hoc solum*] primò & præcipuè [*Volo a vobis discere*] .i. per modum discentis audire. Loquitur autem apostolus ironicè, & quærit hoc non per modum dubitantis, sed admirantis, vel potius ex obliquo apertissimum errorem ostendentis. [*ex operibus legis*] id est virtute & merito obseruantiarum legalium [*Spiritum*] sanctum [*Recepistis*] in signo visibili, sicut frequenter fiebat in primitiua ecclesia, quando baptizabantur fideles, & manus apostolorum eis imponebantur. Vel si Galatæ non receperunt spiritum sanctum in signo tali externo, tamen tam copiosam gratiam perceperunt, vt certissimè pateret eos recepisse spiritum sanctum, [*An ex auditu fidei?*] id est ex fide, quæ per auditum acquiritur dispositiuè, à deo autem efficiēter. Et quoniam certum est, quòd non receperunt spiritum ex operibus legis, quia gentiles erant legem non habentes, nec obseruantes, sed ex fide. Nam cum ad apostoli prædicationem crederent, & baptizarentur, descendit in eos spiritus sanctus, idcirco in obseruatione legalium non consistit salus ipsorum, aut aliorum gentilium. [*Sic stulti estis*] id est diuinorum cognitione priuati. [*vt cum spiritu*] sancto operante in vobis. [*Cœperitis*] spiritualiter viuere. Vel spiritu, id est à spirituali feruore & interna deuotione. [*Nunc carne consummini.*] id est in carnalibus obseruantiis legis, & exterioribus exercitiis perfectionem quæratis, imò carnales & frigidi efficiamini. Hoc modo multi à spiritu ordiūtur, & carnaliter ter-

Matth. 4. Lucæ. 24. Pſalm. 118. Ephesi. 2. Abac. 2. Eccleſi. 21. Ioann. 15. Hier. 31. Ioann. 10. Esa. 53. Sapient. 4. Actu. 10. Actu. 2, 5, 8. Hebr. 6. Roma. 1, 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

minant, procedentes ordine retrogrado. Conueniens etenim ordo est, à carnalibus ad spiritualia scandere, non à spiritualibus ad carnalia cadere, sicut his accidit. [*Tanta passi estis*] id est tam vehementer decepti fascinatíque estis à falsis. [*Sine causa*] id est irrationabiliter. [*si tamen sine causa*] quia fortasis propter peccata vestra meruistis sic ludificari. Vel deus propter aliquid melius illud permisit. Vel sic, Tanta passi estis, id est multa iam aduersa passi estis pro Christo sine causa, id est sine fructu & præmio. Nam legalia obseruando, & fallacibus credendo peccastis mortaliter, & omne meritum perdidistis, si tamen sine causa, id est non absolutè dico vos illa sine causa perpessos, quoniam pœnitere potestis, sicque reuiuiscent opera meritoria, quæ ante viua fuerunt. [*Qui ergo tribuit vobis spiritum*] sanctum, videlicet deus pater. [*Et operatur virtutes*] id est opera virtuosa seu signa [*in vobis*] Omnia enim opera nostra operatus est in nobis. [*Ex operibus legis*] hoc facit in vobis. [*An ex auditu fidei?*] Patet autem quòd non ex operibus legis (quæ nunquam perpetrastis) deus hoc faciat, sed ex auditu fidei, secundum sensum inductum. Et ad hoc allegat scripturam, & exemplum Abrahæ patriarchæ. [*Sicut Abraham credidit deo.*] Sicuti Genæseos testatur historia. Credidit enim in spem & contra spem, [*Et reputatum est ei*] secundum diuinæ pietatis acceptationem [*Ad iustitiam*] id est actu fidei suæ iustificatus est. [*Cognoscite ergo, quia qui ex fide sunt*] id est per fidem agunt, & verè fideles consistunt. [*Hi sunt*] spirituales [*Filii Abrahæ*] imitando fidem ac deuotionem ipsius. [*Prouidens autem*] id est prudenter pronuncians [*Scriptura*] seu deus in scripturis. [*Quia ex fide*] sine cærimonialibus legis [*iustificat gentes*] conuersas, [*Deus prænunciauit Abrahæ. quia benedicentur in te*] id est in fidei tuæ imitatione seu Christo ex te nascituro [*Omnes gentes*] id est aliqui de omni genere hominum. [*Igitur qui ex fide sunt*] id est qui per fidem in deo esse meritorium habent. [*Benedicentur*] id est diuinarum gratiarum collationem recipient [*Cum fideli Abraham*] id est sicut benedictus est Abraham merito fidei suæ. Quamuis & illud meritum fuerit dei donum, cuius est omne bonum.

¶ Quod autem ex operibus cærimonialibus legis nemo iustificetur, ostenditur, [*Quicunque enim ex operibus legis sunt*] id est virtute legalium se posse saluari confidunt. [*Sub maledicto sunt*] id est transgressionis periculo subiacent, quam euadere nequeunt, quoniam Christi gratiam non requirunt.

[*Scriptum est enim, Maledictus omnis*] vel simpliciter coram deo: vel reprehensione aliqua dignus est [*qui non permanserit*] per obedientiam. [*In omnibus*] mandatis. [*Quæ scripta sunt in libro legis*] Moysi, id est in Deuteronomio, vbi resumuntur sub compendio præcepta diuina in aliis Moysi libris præscripta. [*Vt facias ea*] id est opere impleat, quo ad præcepta affirmatiua. Hoc autem sine fide & gratia Christi non potuit adimpleri, ideo lex mortem atque damnationem ex occasione operabatur. Iussit enim, & tamen gratiam obediendi non contulit. [*Quoniam autem in lege*] scripta, id est virtute & cærimoniis legis, secluſa fide & gratia Christi, videlicet per solã legem, & actus eius exteriores [*Nemo iustificabitur apud deum*] qui cordis inspector est infallibilis. [*Manifestum est*] authoritate Abacuc prophetæ, qui ait, [*Quia iustus ex fide viuit.*] Sic enim scriptura dicit, Ecce qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso. Iustus autem in sua fide viuet. Christus quoque similia his loquitur sæpe: vt est illud, Qui credit in me habet vitam æternam. Et fides tua te saluum fecit, &c. [*Lex autem*] quantùm ad cærimonialia, de quibus iam agitur hîc. [*Non est ex fide*] id est non principaliter innititur fidei, quum non sit de incomprehensibilibus, quorum est fides. [*Sed qui fecerit ea*] id est cærimonialia iussa impleuerit, [*Viuet in illis*] id est corporalis mortis pœnas euadet, sed vitam gratiæ non consequetur, nisi opera illa operata ex interna charitate & fide ducant originem. Insuper manifestat Apostolus, quòd à Christo deriuetur ad nos iustificatio & benedictio. [*Christus nos redemit*] id est merito suæ dignissimæ passionis absoluit [*De maledicto legis*] id est de iugo, damnatione & pœna, quam lex transgressoribus infligebat. Absoluit enim nos (id est Iudæos) ab obligatione seu debito seruandi legem, & per consequens à maledicto sequenti. [*Factus pro nobis maledictum*] id est pro nostra salute maledictionem hominum passus. Quia & culpam ei asscripserunt, & pœnam tanquam impio inflixerunt, quod totum ipse propter nos pati dignatus est: sicut per Psalmistam testatur, Quæ non rapui, tûc exoluebam. Et, Tu scis improperium meum, & confusionem meam. Hinc quoque Esaias dicit, Cum sceleratis reputatus est. [*Quia scriptum est, Maledictus*] maledictione culpæ, & merito reprobatus [*Omnis*] homo [*qui pendet in ligno*] pro suis sceleribus. Sed hoc in Christo locum non habuit. Quomodo ergo Apostolus applicat authoritatem istam ad Christum nisi tantùm ad hoc quòd Christus, cum cæteris maledictis & impiis crucifixis reputatus est à reprobis, imò & assimilatus per pœnas? Propter quod ait per prophetam, Aestimatus sum cum descendentibus in lacum. Item, Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. Itaque Christus nos Iudæos redemit de maledicto legis, [*Vt in gentibus*] quæ non erant sub legis maledicto. [*Benedictio Abrahæ fieret*] id est gratia Abrahæ promissa diffunderetur. [*In Christo Iesu*] id est virtute ac merito Christi, seu per Christum, tanquam per mediatorem. [*Vt pollicitationem spiritus*] id est æternam fœlicitatem à spiritu sancto (qui nobis datus est in pignus & arram futuræ beatitudinis) repromissam. [*Accipiamus*] post præsentis peregrinationis auxilium [*Per fidem*] non per opera legis, quibus lex ab Euangelio distinguitur, puta per cærimonialia, seu iudicialia. de operibus autem moralibus non est sermo.

¶ Præterea probat Apostolus per humanæ consuetudinis obseruantiam, quòd iustitia & beatitudo, & spiritus sanctus debẽtur per fidem, non per opera legis. [*Fratres, secundum hominem dico*] id est per humanam consuetudinem probo quod dixi, [*Tamen hominis testamentum confirmatum nemo spernit*] id est quãuis in rebus humanis sit magna instabilitas, tamen hominis cuiuscunque testamentum, id est ordinationem de successione hæreditatis confirmatum testibus, signis seu morte testatoris. Testamen-

Esa.26.
Genes.15.
Rom.4.
Rom.1.
Gene.22.
Rom.4.
Gene.22.
Iacobi 1.
Deut.27.
Rom.4.
Abacuc 2.
Rom.1.
Heb.10.
Abac.2.
Ioan.6.
Luc.7.
Heb.10.
Psalm.68.
Ibidem.
Esa.53.
Deut.21.
Psalm. 87.
Psalm.21.
1.Tim.2.
Rom.5.
2. Cor.5.
Ephes.1.

tum enim in mortuis confirmatum, imò & immobilitatum est, nemo spernit, tãquam inualidum, [*Aut superordinat*] id est aliquid ei adiungit aut de rebus alio modo disponit, si tamen sit homo rationabiliter agens, fueritque testamentũ ritè peractum. Multo igitur fortius diuinæ dispositiones seu promissiones firmæ erunt & inuariabiles, de quibus subiungitur. [*Abrahæ dictæ*] id diuitus factæ [*sunt promissiones*] diuersæ, vel vna frequenter, vt patet in diuersis cap. libri Geneseos. Facta est enim ei promissio de possessione terræ sanctæ, per quam mysticè designatur possessio terræ viuentium, seu patriæ beatorum. De innumerabili quoque multiplicatione seminis sui, præsertim spiritualis, id est fidelium qui per fidem eius filii sunt. Et quòd in semine suo benedicerentur omnes gentes, [*Et semini eius*] id est Christo filio Abrahæ secundum naturam assumptam, factæ sunt promissiones, nõ quòd ad eum fiebant, sed quoniã pertinebant ad eum, tanquam implendæ per ipsum. Per Christum nãque data est benedictio omnibus gentibus, quæ erat principalis promissio Abrahæ facta. Ideo subditur. [*Non dicit*] scriptura Genesis [*In seminibus, quasi in multis*] id est promissionem factam semini Abrahæ scriptura non exprimit pluraliter, dicendo ad Abraham, In seminibus tuis benedicentur omnes gentes: quod faceret si de pluribus loquetur. [*Sed quasi in vno*] .i. singulariter nominat semen istud, dicendo, [*Et semini tuo qui est Christus*] id est in Christo ex te nato bendicentur omnes gentes. Sic enim ad Abraham dictum est, In semine tuo benedicentur omnes gentes. [*Hoc autem dico*] quod subditur. s. [*Testamentum cõfirmatum a deo*] .i. promissionem ad Abraham factam, per Christum implendam, videlicet de omniũ gentiũ benedictione in Christo, [*Quæ post quadringentos et tringinta annos facta est lex*] id est lex scripta, quæ facta est. i. Mosi data in monte Sinai post quadringentos & tringinta annos à tempore promissionis, quæ primò facta est Abrahæ venienti de terra Chaldæorum [*Non irritum facit*] .i. promissionem prædictam diuino iuramento formatam non falsificat, [*Ad euacuandam promissionem*] hanc suo effectu, videlicet impediendo implentionẽ ipsius, quod tamen faceret, si per legem daretur benedictio illa quę est hereditas sempiterna. Hæc enim promissio Abrahæ facta, & per semen eius (id est Christum) implenda, diu præcesit legis lationem. Si ergo bonum per eam promissum (puta benedictio hæc) daretur per legem, Primò sequeretur, quòd nõ esset ex promissione. Secũdò, quòd frustra fieret mentio de semine Abrahæ, qui est Christus. Tertiò, qꝙ Abraham, Isaac, Iacob & cæteri sancti qui ante legem fuerunt, diuina benedictione caruissent, neq; æternam hereditatem essent adepti. Vnde certissimè liquet, quòd à principio mundi per fidem Christi suturidabatur hominibus benedictio gratiæ & salutis. ¶ Sed quęri potest, quomodo ei quod nũc dicit Apostolus, legem datam post annos quadringẽtos & triginta à promissione Abrahæ facta, cõcordet quod idẽ dicit Apostolus in Actibus, Sorte distribuit eis terrã eorũ, quasi post quadringẽtos & quinquaginta annos. Lex enĩ data est primo anno egressionis ab Aegypto, distributio verò terrę facta est post quadraginta annos ab egressione prædicta: & ita secundum ratiocinationem hîc habitam, distributio terræ facta esset post annos quadringẽtos & septuaginta, vel circiter. ¶ Quæritur etiá, quomodo his cõcordet quod legitur in Exodo, Habitatio autem filiorum Israël qui manserunt in Aegypto, fuit quadringẽtorum tringinta annorum quibus expletis, eodẽ die egressi sunt. Si enim tandiu in Aegypto mãserunt, nõ poterunt anni, de quibus iam tractat Apostolus, cõputari à promissione Abrahæ facta, sed ab ingressu Iacob in Aegyptum. Et respondendum, quòd anni de quibus Moses in Exodo loquitur, secundum doctores, computantur à promissione primò facta Abrahæ vsque ad legislationem. Porrò ab exitu Abrahæ de Chaldæis cum primò facta est diuina promissio, vsque ad descensum Iacob in terra Aegypti, fluxerũt anni ducenti viginti. Deinde vsque ad mortẽ Ioseph ãni septuaginta vnus. Inde vsque ad egressum de Aegypto CXLIIII. qui simul iuncti, prædictũ numerum constituũt. Anni verò de quibus in actibus legitur computantur ab alio exordio, scilicet à natiuitate Isaac (secundũ Bedam) quando & dictum est Abrahæ, qꝙ semen suum accola esset in terra aliena annis quadringẽtis. Hæc secundũ alios dicta sunt, Non enim apposui cor meum hac vice ad considerandum tempora ista attentius. ¶ Quòd autem promissio euacueretur, si ex lege esset benedictio, pandit Apostolus. [*Nam si ex lege*] datur [*Hæreditas*] id est benedictio gratiæ seu vita, felicitasque ęterna, [*Iam non ex promissione*] daretur, sed ex alia causa, videlicet lege, & ita Abraham esset frustratus spe sua, quod dici non potest, sicut subiungitur, [*Abrahæ autem per repromissionem*] de Christo ei sæpius factam, seu per fidem Christi promissi [*Donauit deus*] hæreditariam benedictionem cælestem, de qua ad eum dicebat, Ego protector tuus, & merces tua magna nimis. Sed quia ex dictis sequi videtur, quòd lex omnino erat inutilis, quærit Apostolus, vt nostræ dubitationi respondeat. [*Quid igitur lex?*] .i. cur data est, & quæ eius vtilitas? Et respondet. Propter transgressiones. i. peccata hominum reprimenda ac punienda [*Posita est,*] quatenus homines saltem timore pœnarũ quæ determinantur in lege, retraherentur à vitiis, [*Donec veniret semen*] id est Christus per incarnationem mundum intraret [*Cui repromiserat*] id est de quo deus promisit, qꝙ ipsum implerẽtur promissiones diuinę. Sicut ad Abraham dixit, in semine tuo benedicentur omnes gentes. Lex inquam [*Ordinata*] .i. ordinatè collata à deo [*Per angelos*] Moysi. Vnde Stephanus dicebat Iudæis, Accepistis legem in dispositione angelorum [*in manu mediatoris*] .i. lex posita est in potestate Christi, ita vt ipse eã posset mutare, & ei finẽ imponere, nec esset necessario ei subiectus. Propter quod aiebat, Dominus est filius hominis etiã sabbati. Sic cõmuniter exponitur. Sed videtur hoc loco per mediatorẽ Moses posse intelligi, per cuius manũ. i. ministeriũ data est lex. Moses enĩ inter deũ & populũ Israël fuerat mediator, sicut & ipse interdũ testatur. Cõstat ergo qꝙ lex data sit Mosi, nõ solũ vnius ministerio angeli, sed multorũ, quãuis cõmuniter nõ fiat mẽtio in libris Mosi, nisi de angelo singulariter, qui etiam frequẽter dominus nominatur, cuius persona apparuit ac loquebatur. [*Deus autem vnius non est*] duntaxat, sed duorũ exterminorũ, inter quæ mediat, & ea cõnectit. [*Deus autem vnus est*] in essentia. Tanquam dicat, Licet Christus sit mediator dei & hominum, est tamen idem deus cum patre & spiritu sancto. [*Lex ergo aduersus promissa dei?*]

Heb.9.
Roma.4.
Epist.
Gene.15.
Gene.22.
Gene.15.
Gene.22.
Actu.7.
Exod.19.
20,34.
Gene.12.
Actu.7.
Actu.13.
Actu.7.
Gene.12.
Gene.12.
Actu.7.
Ioan.12.
Exod.20.
Exod.12.
Gene. 46.
Actu.7.
Gene.12.
Gene.15.
Gene.12.
Actu.7.
Ioan.12.
1.Timo.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

id est,cum lex propter transgressiones posita sit,nunquid ex hoc sequitur, legem esse contrariam promissioni diuinæ,ita vt irritam faciat eam,eò quòd ex ipsa lege detur hæreditas sempiterna,& non potius ex promissione diuina,sicut promissionis forma continuit?quòd si ita esset,lex promissionem excluderet.[*Absit*.]Vnde quòd non sit ita, subiungitur. [*Si enim data esset*] per Mosen [*Lex, quæ posset viuificare*] vitam gratiæ conferendo,[*Vere ex lege*,]id est obseruantia legis [*Esset iustitia*] infusa & meritoria quæ efficit dignum vita æterna,& non ex promissione.[*sed concluau*]id est esse ostendit,conuicit,& accidenter fecit[*Scriptura*]id est lex scripta[*Omnia*]genera hominum,seu omnes Iudæos[*sub peccato*]non solùm originali,sed etiam actuali.Per legem enim erat peccati cognitio directè, & item peccati augmẽtatio indirectè.Primò,quia in vetitum nitimur.Secundò,quia post prohibitionem peccare, grauius est quam ante.[*Vt promissio*]id est promissa beatitudo & gratia[*Ex fide Iesu Christi daretur credentibus.*]Per fidem enim Christi,salutem consequimur.¶Ostenso quòd lex retraxit à malo,iam declarat quod disponebat ad bonum.[*Prius autem quam veniret fides*] Christiana, id est antequam catholica fides publicata fuisset [*Sub lege custodiebamur,*] id est per legis obseruationem ab aduersariis nostræ salutis protegebamur, [*Conclusi,*]id est necessitate inducti,nos Iudæi, de quibus ista dicũtur,[*In eam fidem quæ reuelanda erat*] id est in fidem catholicam, in qua publicè credenda proponuntur, quæ in veteri testamento occultabantur.Non enim potuerunt Iudæi per legem saluari,nisi habendò fidem de Christi aduentu, ita vt ad fidem confugere cogerentur. [*Itaque lex pædagogus*] id est manuductor [*Noster*] scilicet Iudæorum [*Fuit in Christo*] id est secundum Christi voluntatem ac dispositionem, qui ita instituit vt Iudæi per legem quasi manuducerentur ac dirigerentur ad saluatorem & fidem explicitam. Vel, in Christo Iesu,in obseruationibus mandatorum à Christo datorum,sine quibus lex nullum ad vitam perduxit,[*Vt ex fide iustificemur*] credendo in Christum. Dicitur autem pædagogus propriè ductor puerorum, seu pueri. ἀπὸ τοῦ παιδὸς,quod est puer,& γογὸς, ductio.Quemadmodum ergo pædagogus puerum insolentem & imperfectum ad perfectionem perducit,vitia eius p pœnas & minas cõprimendo: sic lex populum Israël carnalem ac rudem præparauit ad Christum.Deinceps tangitur legis cessatio.[*At vbi*] id est quando seu postquam [*Venit fides*] catholica,id est eum promulgata est fides euangelica,[*Iam non sumus sub pædagogo*]id est ad legis custodiam non tenemur.[*Omnes enim filii dei estis*] adoptiui[*Per fidem*] formatam[*in Christo Iesu*] id est per fidem Christi, seu existentem in Christo sicut in obiecto.Vnde Ioannes Euangelista testatur. Quotquot receperunt eum,dedit eis potestatem filios dei fieri.[*Quicunque enim in Christo*]id est in nomine Christi,vel in forma à Christo præscripta:videlicet in nomine patris & filii & spiritus sancti[*Baptizati estis,Christum*]spiritualiter[*induistis*] id est gratia eius ornati,eiusque passioni ac morti conformati estis, habentes Christum in cordibus vestris morantem.De hac materia plenius dictum est supra ad Roma.[*Non est Iudæus neque Græcus,nõ est seruus neque liber,non est masculus neque fœmina*]id est diuersitas generis, conditionis & sexus nil facit quantùm ad fidei statum& dignitatem:non enim propter ista est alius melior alio,sed propter dona infusa & supernaturalia.[*Omnes enim vos*]baptizati,cuiuscunque sitis generis, conditionis aut sexus,[*Vnum estis*] per fidẽ & charitatem,& vnum mysticum corpus,[*In Christo Iesu.*]Secundum quod ipse orabat,Pater rogo vt omnes sint vnum sicut tu pater in me,& ego in te,vt sint vnum consummati in vnũ.[*Si autem vos Christi*]estis, id est per fidem & gratiam ad Christum pertinetis,[*Ergo semen Abrahæ estis,*] .i. spirituales filii eius,sectando ipsius vestigia [*Secundum promissionem*] Abrahæ factam,[*Hæredes*] vitæ æternæ,id est futuræ beatitudinis possessores eritis,sicut promissum est Abrahæ,si enim filii &hæredes.Eadem quoque ratione fideles vocari possunt filii Iacob, Isaac atque similium prophetarum & patriarcharum. De cessatione autem legis prefata dicit saluator,Lex & prophetæ vsque ad Ioannem Baptistam.

Roma. 6. Roma.7. Roma.3. Finis. Epist. Hebr.11. Proue. 19. Rom.10. Ioann.1. Matth.28. Roma.6. Actu.10. Ioann.17. Roma.4. Roma.8. Lucę. 16.

Epist. Cap.IIII [*Dico autem ,quanto tempore hæres paruulus est.*] Articl.iiij.

PRobata legis cessatione per exempla & rationes,nunc idem ostenditur per humanæ cõsuetudinis similitudinẽ.[*Dico autem*]quod subditur.s.[*Quanto tempore*].i. quãdiu[*Hæres paruus est*].i.infra annos discretionis,[*Nihil differt a seruo*]quãtum ad liberũ vsum hæreditatis sibi relictę,sed cogitur disciplinari rigore,nec aliquid facere,aut propria dispensare permittitur,nisi iuxta volũtatẽ eorũ quib⁹ à parẽtibus est cõmissus,[*Cũ sit dominus omniũ*].i.quãuis tota hæreditas ad eum pertineat, [*Sed sub tutoribus*].i.defensorib⁹,qui eũ ab aduersariis ꝓtegãt,[*Et actoribus*].i. cãsatoribus seu curatoribus,qui causas eius expediãt,eũque in morib⁹ instruãt, [*Est vsque ad præfinitũ*].i.determinatũ[*Temp⁹ a patre*]eius,videlicet vsq: ad annos discretionis,vel ampli⁹,ꝓut patri placuerit.Solebãt em antiquit⁹ patres morituri determinare,vt vsq; ad illudvel illud tẽp⁹filij sub tutorũ & actorũ dominio essent.[*Ita et nos*] Iudæi[*cum essemus paruuli*].i.virtutibus ꝑfecti,& in diuinorũ notitia modici,[*Sub elementis mundi hulus*].i.sub cærimonialibus legis preceptis [*Eramus seruientes*] domino deo,seruitute incõpleta & superficiali.Dicuntur autem præcepta cerimonialia elementa, quoniam erant quædam primordiales institutiones ad fidem atque iustitiã. Appellãtur quoq; elemẽta mũdi,quia terrena bona habebant in præmiũ secundũ legis promissã.Hæc autẽ legalia,sub quibus domino ministrabant Iudæi,eis erant tutores,id est cõtra dæmonũ insidias,defensores & actores,quoniã causam eorum corã deo agebant,qui per sacrificia placabatur.[*At vbi venit plenitudo temporis*] id est statim cum adimpletum est tempus diuinitus præordinatum,vt in eo filius dei fieret homo,[*Misit deus*]pater,paterna authoritate.i. in mundo visibiliter apparere,conuersarique voluit,[*Filium suum*]vnigenitum sibi consubstãtialem,coæternũ & coæqualem.Non itaque misit pater filium suum, quasi filius in sui missione

Gene.7. Gene.15.

locum mutauerit,cum sit immensus,& omnia implens, sicut & pater, sed & ideo missus dicitur, quoniam patre volente & operante carnem assumpsit,atque in mundo nouo modo apparuit,[*Factum*].i.genitum.secundum assumptam naturam,[*Ex muliere*] inuiolata virgine benedicta, de qua Hieremias vaticinabatur, Nouum creabit dominus super terram,mulier circundabit virum.Est autem Hebræi idiomatis consuetudo,vt quæcunque fœminei sexus persona, mulier nuncupetur, [*Factum sub lege*].i.legis præceptis sponte subiectum,in circumcisione,oblatione,& aliis multis, [*Vt eos qui sub lege erant*] .i.Iudæos legalibus mandatis astrictos[*Redimeret*] meritò suæ humilitatis ac passionis. Non solùm à morte peccati & gehennæ,sed etiam à legalium obseruatione,[*Vt adoptionem filiorum*].i.effectum adoptionis diuinæ,qua adoptantur homines à deo,videlicet gratiam gratificantem in præsenti,& gloriam consummantem in cælo [*Reciperemus,*]Christi enim descensio,nostri est sublimatio,& eius incarnatio, nostri vtique deificatio creditur.Hæc de visibili missione filii dei inducta sunt.Est autem & alia,videlicet inuisibilis missio filii dei,qua ad animas sanctas atque fideles increata dei sapientia mittitur:iuxta illud Sapientiæ,Mitte illam de cælis tuis,vt mecum sit,& mecum laboret.¶Porrò quid ex diuina adoptione sequatur in nobis,pandit Apostolus.[*Quoniam autem estis*] ô Galatæ, cæterique fideles [*Filij dei*]adoptiui ab æterno electi,idcirco in signum filiationis istius[*Misit deus*]pater[*Spiritum filij sui*]id est spiritum sanctum à patre,filioque manantem tanquam ex vno principio.& eosdem nectentem [*In corda nostra*].i. dona spiritus sancti vbique existentis, mentibus nostris infudit.Tunc enim spiritus sanctꝰ dari & mitti asseritur,cum dona eius gratifica conferuntur,sicut plenius dictum est supra.[*Clamantem*]id est nos fiducialiter clamare facentem ad deum omnipotentem & trinum.O[*Abba pater.*]Duo nomina ista idem significant.Abba autem est nomen Hebræum, quod nomine patris exponitur. Itaque spiritus sanctus probat nos esse filios dei.Nam vt probaremur adoptati à deo in filios,spiritum suum tribuit nobis in signum & arram,vt ostendat affectum patris in nos,detque fiduciam appellandi deum patrem.Ex his infert Apostolus.[*Itaque*],i. quoniam spiritus sanctus facit nos clamare,Abba pater,[*Iam*]tempore euangelicæ legis [*Non est*]aliquis verè credentium[*Seruus*]subiectus seruitio timoris.De quo seruo scriptũ est,Seruus non manet in domino in æternum.Et alibi, Iam non dicam vos seruos, sed amicos, [*Sed filius*] est.[*quod si filius*] dei adoptiuus est homo credens, sequitur quòd[*Et hæres*] vitæ æternæ erit [*Per deum*]id est deo,vel per misericordiam dei.Vnde dicitur,Filius manet in domo in æternũ [*Sed tunc quidem*].i.tempore gentilitatis vestræ[*Ignorantes deum*]verum[*Vis qui natura non sunt dij,*]sed vana hominũ æstimatione.i.qui veram deitatem nõ habent,[*Seruiebatis*]videlicet idolis & creaturis potius quàm creatori.¶Insuper increpat ingratitudinem Galatarum.[*Nunc autem cum*]per meam prædicationem,& spiritus sancti illustrationem [*Cognoueritis deum*]fide formata,quandiu stetistis in gratia [*Imo cogniti estis a deo*]per approbationem ad minus secundum præsentem iustitiam, quando in gratia statis, [*Quomodo conuertimini iterum*].i.à fidæ & cultu nouæ legis reditis [*Ad infirma & egena elementa?*].i. præcepta legis cærimonialia? Quæ dicuntur elementa,propter rationem prædictam.Dicuntur quoque infirma quoniam non sufficiunt ad salutem, Et egena,eo quòd gratiam non continebant,nec iustificabant.

¶Sed cum Galatæ ante sui conuersionem gentiles fuerint,nec vnquam seruauerint legem, quomodo dicit eis apostolus, Conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, [*Quibus denuo seruire vultis?*] Respondet Hieronymus,quia tempore nouæ legis obseruantia cærimonialium, idem, seu per peccatum est cum idololatria.[*Dies*]videlicet sabbata,dies azymorum & expiationum[*Obseruatis*] id est colitis atque attenditis, more ac ritu Iudæorum,[*Et menses*].i. neomenias,& mensem primum ac septimũ, [*Et tempora*]egressionis ex Aegipto [*Et annos*]id est annum septimum remissionis,& quinquagesimũ iubilæum.Quidã exponunt hæc de reditu ad idololatriam,& de superstitiosa obseruatione temporum elementorum,ac syderum:secundum quam aliqui dicunt,Tali tempore,die,seu anni initio nihil est inchoandum,agendum,seu patiendum.Sed non videtur pertinere ad præsens:non enim reprehenduntur Galatæ de reditu ad idololatriã,sed quod pseudoapostolis crediderunt,qui vtiq; non idololatriã,sed legalia docuerunt.[*Timeo vos*].i.de vobis,vt qui iam à deo deuiatis,[*Ne forte sine causa*]id est fructu & vtilitate[*Laborauerim in vobis*]prædicando,& alia bona ad vestri conuersionem spectantia operando, timeo namque ne penitus pereatis.[*Estote sicut ego*]legalia dimittendo,sicut ego ea dimisi, [*Quia et ego*] sum sine lege[*Sicut et vos*]sine ea fuistis,& nunc esse debetis.

¶Preterea sanctus Apostolus more sapientissimi medici post asperam correptionem,adiungit dulcẽ & consolatoriam admonitionem,pristina quoque Galatarum bona cõmendat,ne consideratione preteritorum malorum desperent.[*Fratres obsecro vos*].i.per sacra rogo, videlicet conuerti ad euangelicã veritatem. Et fiducialiter obsecro,nam [*Nihil me lesistis*] .i.in nullo me offendistis directè quo ad personam meam: quamuis vehementissimè doleam de hoc,quod deum offendistis,propriamque salutẽ negligutis[*Scitis autem quia per infirmitatem carnis*].i.cum magna corporis afflictione, & persequutione quã ab aliis passus fui antequam vobis prædicare incepi,[*Euangelizaui vobis*]fidẽ Christi[*tamprideni*] .i.dudum cum apud vos eram.[*Et tentationem vestram*]vobis à dæmone infusam[*in carne mea*].i.de afflictionibus corporis mei.Tentauit enim eos diabolus,ne personæ tam abiectæ, vt videbatur esse Apostolus, támque afflictæ fidem adhiberent.[*Non spreuistis,nec respuistis*]id est non inaduertenter eam admisistis, nec parui pendistis tentationem hanc dæmonis,sed dignè restitistis, [*sed sicut angelum dei excepistis me*] id est cum ingenti reuerentia personam meam tractastis, verba mea audistis, rationibus consensistis, imò [*sicut Christum Iesum*] ne suscepistis, id est tam charitatiuè ac honorificè,velut si Christus in propria persona visibiliter venisset ad vos,qui & ipse est magni consilii angelus. [*Vbi est ergo beatitudo vestra?*]id est cum olim tam virtuosè egeritis,vbi est nunc meritum vestrum? Tanquam dicat, Mirum est ꝑ à tanta perfectione sic subitò caditis,Quod autem tam reuerenter me suscepistis,iamque in spe beati

Actu.15. Hieron. Hieron. Actu.15. Esaiæ.9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuistis,hinc patet.[*Testimonium enim perhibeo vobis,quia si fieri potuisset,*] id est licuisset, oportuisset, vel E
mihi expediens fuisset[*Oculos vestros*] qui sunt membra charissima,[*Eruissetis & dedissetis mihi*] ex ani-
Esaiæ. 53. mæ charitate. Est autem consuetudo scripturæ, vt dicatur non posse fieri, quod non fit iustè. [*Ergo*] id
est cum hæc ita se habeãt, sequi videtur,quod[*inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis?*] id est ob hoc
quòd vos iustè atque veraciter increpo & informo? nam aliam causam inimicandi mihi nõ habetis,quia
in nullo offendi vos.[*Æmulantur*].i. diligunt [*Vos*] falsi[*Non bene*]id est non ordinatè, sed carnaliter &
Prouer. 2. peruersè,[*Sed excludere vos volunt*]à mea dilectione,ab euangelica veritate,à regno cælesti, [*Vt illos æ-*
mulemini]id est sectemini, & ametis præ nobis.[*Bonum autem*].i.actum virtuosum seu hominem bonum
[*Æmulamini*]& amate atque sectamini[*in bono*].i. bona intentione, & propter finem bonum, seu pro-
pter ipsum bonum honestum in se,non propter vtile aut delectabile, quoniã hæc est sola vera ac syn-
cera dilectio,quæ fundatur in bono honesto.Hoc autem facite[*Semper.*]Quia qui perseuerauerit vsque
Matth.10. Marc.24. in finem,saluus erit,[*Et non tantum cum præsens sum*] corporaliter[*Apud vos*,]ne videamini bona agere
Matth.6. potius mei timore siue intuitu,quàm diuino amore atque respectu. Decet enim subditos in absentia sui
prælati diligentius custodire ea quæ dei sunt,& honestatem concernunt quàm in eius præsentia, pro-
pter causam prædictam,& etiam quia tunc magis necessarium est,& est signum quòd homo diuino sti-
muletur amore. ¶ Deinde declarat graui conditione existentium sub lege, per humanæ consuetudinis
Actu.13. exemplum, nunc idem declarat per legis diuinam authoritatem.[*Filioli mei*]qui parui estis in perfectio- F
ne virtutũ.[*Quos iterum parturio*].i.cũ dolore & planctu spiritualiter regenero transferẽdo vos acnõ es-
se spirituali ad esse spirituale,per huius epistolæ documenta, [*Donec formetur*]id est,recipiatur de descri
batur,[*Christus in vobis*]id est in cordibus vestris per fidem puram, iugem memoriam, & dilectionem
firmatam.[*Vellem autem apud vos esse modo*]corporali præsentia,si negocia paterentur. [*Et mutare vocem*
meam].i.aliter vobis proprio ore loqui quàm scribo, increpando vos durius,quàm scribere volo,[*Quo-*
niam confundor].i.apud alios erubesco,[*In vobis*].i.de vestri seductione.
Actu.15. ¶ Deinceps ostendit cessationem legalium per mysticam expositionem scripturæ legalis.[*Dicite*] id re-
spondete[*Mihi qui sub lege vultis esse*]id est cerimonialibus legis iussionibus obedire,[*Legem non legistis?*]
id est an libros veteris testamenti legistis. Tanquam dicat,Vel non legistis,vel malè intellexistis. Ideo au
tem quæro an legem legistis,an spiritualiter intellexistis.[*Scriptum est enim*]in libro Geneseos[*Quoniam*
Epistо. Genes.21. *Abraham duos filios*]principales ac famosiores cæteris, vt puta Isaac & Ismaëlem [*Habuit*] Habuit quo-
Gene.25. que alios multos post obitum Saræ de Cethura.[*Vnum,*] videlicet Ismaëlem, habuit [*De ancilla*] Ae-
Gene.16. gyptiaca. Agar,quæ tamen vxor erat antequam Abraham eam cognouit, aliàs fuisset adulter.[*Et vnum*]
Genes. 18. scilicet Isaac, habuit [*De libera*] id est de Sara, quæ nunquam ancilla Abrahæ erat, quamuis eum ex
humilitate dominum appellauerit, quoniam illa fuit charitatis, non seruitutis obiectio. [*Sed qui de an-*
cilla]prodiit,id est Ismaël, [*Secundum carnem*,]id est naturalem carnis propagationem, fœcunditatem G
atque originem, sine miraculo [*Natus est.*] Poterat enim Abraham senex de iuuencula naturaliter ge-
nerare.[*Qui autem de libera*]genitus fuit,videlicet Isaac[*Per repromissionem*]id est, ex præuia ac repetita
dei promissione,& miraculosa operatione natus est. Nam Sara sterilis fuit & nonagenaria,muliebribus
Genes.21. carens. Vnde diuina virtute data est ei fœcunditas, sæpius etiam promissa fuit natiuitas Isaac. [*Quæ sunt*
per allegoriam] id est mysticam significationem [*Dicta,*].i.adhoc vt ex sensu literali, detur intelligi quid
sit credendum. Allegoria etenim istruit quid sit credendum,[*Hæc enim*]quæ de Sara & Agar,seu de li-
bera & ancilla, earumque filiis dicta sunt, [*Sunt*]per allegoricam significationem,id est designant[*Duo*
Exod 20. *testamenta. Vnum quidem*]id est vetus testamentum [*In monte Sinai*] datum, vt patet in Exodo. Vnde in
Deute.33. Deuteronomio legitur, Dominus de Sina venit. Sina autem & Sinai idem significant, [*In seruitutem ge*
nerans]id est vetus testamentum Iudæos seruituti legalium subdidit, eosque timore pœnarum, & pro-
pter temporalia promissa fecit deo seruire. [*Quæ*] seruitus legalis seu timorosa [*Est*] figuratiuè[*Agar,*]
hoc est,per Agar ancillam Abrahæ designatur.[*Sina enim mons est in Arabia*]minori situatus,qui(vt di-
citur (sua magnitudine diuersas tangit prouincias, & in sua extremitatè fertu terrę promissionis vici-
nus.[*Qui*] mons Sinai[*Coniunctus est*]non loco,sed allegorico intellectu, [*Ei quæ nunc est Hierusalem*]id
Deut.6. est terrenæ præsentique synagogæ,quæ tempore Pauli in Hierusalem fuit. Significat enim hanc plebem
eiusque seruitutem. Seruitus autem legis per mortem Syna signata,tunc viguit in Hierusalem,in qua le
Exod.21. galia & sacrificia seruabantur,[*Et seruit cum filiis suis*] id est in synagoga Iudæorum cum personis sibi H
subiectis seruit domino seruili timore, vt patuit.[*Illa autem quæ sursum est Hierusalem*]hoc est,ecclesia mi
litans,ex gentibus maximè congregata. Quæ dicitur sursum,quia per contemplationem & spem,atque
diuinum amorem.ad diuina erigitur,iamque per inchoationem angelicæ conuersationis in cælestibus
demoratur[*Libera est*]à seruitute peccati & conditione seruili,seu obseruantia legis,[*Quæ*]Ecclesia[*Est*
mater nostra]in baptismo enim ex ea & spiritu sancto renascimur.
¶ Denique quòd sit mater nostra ostendit authoritate prophetica.[*Scriptum est enim*]in Esaia,[*Lætare*]
Ephe.1. corde in domino, O [*Sterilis quæ non paris*] id est tu collectio gentium, quæ tempore testamenti ve-
Esaiæ.54. teris fueras infœcunda,& idololatriæ dedita.[*Erumpe et clama*]id est ex interioris lætitiæ magnitudine
in exteriorem exultationem,laudem vocalem,& gratiarum actionem prorumpe. Ex abundantia enim
Matth.12. cordis os loquitur. Propter quod ait Psalmista, Cor meum & caro mea exultauerunt in deum viuum,
Lucæ.6. [*Quia multifilii deserte*]hoc est, plures sunt filii ecclesiæ ex Gentibus adunatæ, quæ olim erat à deo re
Psalm.83. licta,[*Quam eius quæ habet virum*,]id est synagogæ quæ habuit sponsum cælestem,videlicet deum, cui
in legis susceptione fuerat desponsata. Certum est enim ecclesiam numero & merito excedere synago-
Ioann.3. gam.[*Nos autem*]Christifideles O[*Fratres secundum Isaac*]id est iuxta typum & similitudinem Isaac[*Pro*
missionis].i.cælestis benedictionis,& spiritualis generationis, [*Filii sumus*] quia ex aqua & spiritu san-

A cto renascimur, gratiámq; cælestis beatitudinis obtinemus. Sic ergo per Isaac designatur Ecclesia Chri-
sti.[*Sed quomodo tunc*]scilicet tempore Abrahæ,[*Qui secundum carnem natus fuerat*] hoc est naturali vir
tute,videlicet Ismaël[*Persequebatur eum qui secundum spiritum*].i.per repromissionem fuerat natus,vt pu- Genes. 21.
ta ipsum Isaac,vt in Genesi dicitur,Ismaël lusit cum Isaac. Quem ludum Hebræi intelligunt,quòd cõ-
pulerit Ismaël fratrem suum Isaac luteas adorare imagines. Alij verò exponunt quod sub specie ludi,in-
terim læserit eum,[*ita et nunc*].s.tempore Pauli Apostoli carnales Iudæi,pseudoapostoli,tyranni,atque
hæretici secundum carnem ex sanguinibus nati,persequuntur fideles ex deo natos,in quibus permanet
semen dei,hoc est verbum seu gratia Christi. Omnes enim qui volunt piè viuere in Christo,persequu 2.Timo.3.
tionem patiuntur. ¶ Contra verò hanc persequutionem iustorũ ab impiis ponit Apostolus consolatio- Genes. 21.
nem idoneam.[*Sed quid dicit scriptura?*]Et respondet,[*Eiice ancillam & filium eius. Non enim hæres erit fi-*
lius ancillæ cum filio liberæ] Hæc Saræ sunt verba ad Abraham, quę quum vidisset Ismaëlem cum Isaac
dolosè ludentem,irata dixit marito,Eiice.i.de domo nostra expelle ancillam hanc Agar,& Ismaëlem fi
lium eius. Non enim hæres erit Ismaël cum Isaac. Hoc sic factũ est ad literam. Per quod spiritualiter fi-
gurabatur,q̃ synagoga atque legalis obseruantia essent tẽpore euangelicæ legis à populo Christiano se-
parandæ conuersatione,loco,& merito,& postmodũ præmio. [*Itaque fratres,non sumus ancillæ*].i.vete-
B ris testamenti,synagogæ,seu legalis obseruantiæ[*Filij,sed liberæ*].i.militantis ecclesiæ & libertatis Chri- Actu.13.
stianæ,[*Qua libertate*].i.per cuius libertatis cõmunicationem,seu infusionem,[*Christus nos liberauit*]for Finis.
maliter,sicut per gratiam saluat. Liberauit(inquam)nos ab onere legis,à iugo peccati, & dæmonis domi Ioann.8.
nio. Vnde per Euangelistam Ioannem dominus dicit,Si filius vos liberauit,verè liberi eritis. Hæc ergo
libertas,secundum glossam,est peccatorũ remissio, & fidei per dilectionem operantis iustificatio. Vel Coloss.5.
sic,Sumus filij liberæ.i.ecclesiæ,libertate dilectionis,vt sponte,hilariter & charitatiuè:nõ seruiliter,for
midolosè & coactè obediamus ecclesiæ,& domino ministremus: qua libertate in anima Christi existẽ-
te liberauit nos Christus efficienter propria passione. Christus enim mera charitate, atque spontanea li
bertate ad charitatem pertinente pro nobis mori dignatus est. Iuxta illud Esaiæ, Oblatus est quia ipse Esaię.53.
voluit. Vnde & passione instante dixit ad Petrum,An putas quia non possum rogare patrem,& exhibe- Matth. 26.
bit mihi modo plus quàm duodecim legiones angelorum?

Cap. v. [*State,et no lite iterum iugo seruitutis contineri.*] Artic. v.

C [D]enique post strenuas increpationes annectit Apostolus exhortationẽ salubrem,
& sanũ consilium cõtra errores,propter quos Galatas increpauit,ait enim,[*State*] Galat. 4.
.i.cor rectũ & ad deum erectũ habete in fidei veritate[*Et nolite iterũ iugo seruitu-*
tis].i.onere legis in seruitutem redigentis,seu legalium iussione[*cõtineri*].i.cõclu Actu.15.
di seu cõprehendi,ita vt tanto vos iugo subdatis,de quo Petrus testabatur. Neque 1.Corin. 12
nos neque patres nostri illud portare potuimus.[*Ecce ego Paulus*]cui tanquã chri
sti Apostolo ad tertium cęlũ rapto,securè & absolutè credendum est,[*Dico vo-*
bis quoniã si circũcidamini]more Iudaico[*Christus vobis nihil proderit*]hoc est,ex fi
de,passione & merito Christi,nullum consequemini fructum propter vestrã peruersitatem. Quemad- Actu.12.
modũ medicus optimus nihil prodest rebelli infirmo.[*Testificor aũt*].i.firmiter assero[*Omni homini*]si-
ue Iudæo,siue Gentili[*circumcidenti se,*]quasi circumcisio necessaria sit ad salutem[*Quoniã debitor est vni*
uersæ legis faciendæ].i.circumcisionem accipiẽdo obligat se ad vniuersã quæ præcipiuntur in lege,videli- Ioan.14.
cet ad obseruantiã præceptorum moralium,cærimonialiũ aç iudicialiũ. Quemadmodũ enim baptismũ Iacobi.2.
suscipiens obligat se ad præcepta Euangelij,& circumcisionẽ accipiens, ad vniuersa legis mandata tene-
tur,ita vt tantũ teneatur ad alia,sicut ad circumcisionẽ,quãuis absolutè nec ad hãc,nec ad totam legẽ ob-
seruandam sit obligatus. Sed circumcisionem accipiendo,ostendit ipso factо quòd se ad omnia obliget.
[*Euacuati estis à Christo*].i.à participatione virtutum beneficiorũmq; Christi inanes effecti estis, legalia
recipiendo.[*Qui in lege iustificamini*].i.per obseruationem legis Mosaïcæ iustificari optatis aut creditis,
[*A gratia*].i.gratuita iustificatione per fidem Christi,imò ab ipso habitu gratiæ,[*excidistis*]peccando rã
grauiter. Quod autem hoc ita sit,patet ex contrario.[*Nos enim*]Apostoli,primitias spiritus habentes, &
D omnes veraciter Christiani[*Spiritu*].i.spiritus sancti instinctu,seu spirituali intellectu,[*Ex fide*]Christi Roma. 8.
[*Spem iustitiæ*].i.speratam iustitiam,seu plenum iustitiæ præmium.s.vitam æternam [*Expectamus*] quia Ephes.2.
per fidem & gratiam sine operibus legis saluari speramus. Sepe autem in scripturis sumitur spes, pro re Actu.15.
sperata,Meritò autem sic expectamus.[*Nam in Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet*]ad salutem,tem
pore Euangelij diuulgati,[*Neque præputium*].i.ritus gentilitatis. Vtrũque enim æqualiter reputatur in- Ephesi 2.
ane tempore nouæ legis,[*Sed fides quæ per dilectionem operatur,*]implendo diuina præcepta, aliquid va-
let,& sufficit ad salutem. ¶ porrò,fides sine charitate informis est, & sine operibus mortua est,si tamen Iaco.2
opportunitas operandi occurrat, Ad minus tamen in adultis exigitur actus interior charitatis & fidei ad Marci.3.
salutem, quoniam arbor quæ non facit fructum bonum excidetur.[*Currebatis bene*] O Galatæ.i.festi-
nanter,& recto itinere processistis de via ad patriam,de exilio isto ad paradisum cęlestem, de mediis
ad vltimum finem. Ita vt dicere potuissetis illud psalmistæ,Viam mandatorum tuorum cucurri. Hic au
tem cursus est feruens desiderium mentis ad deum,efficax quoq; executio cęlestiũ præceptorum [*Quis*
vos impediuit]ab isto cursu[*veritati non obedire?*].i.vt nostræ veræ prædicationi, euangelicæq; doctrinæ Psalm.118.
non obediatis?[*Nemini*]vos ab hac obedientia impedienti[*consensceritis. Persuasio enim*].i.topica argumẽ
tatio illorum qua vos ad legalia obseruanda nituntur inducere,[*Non est*] quãtum ad suam falsitatem ac
deformitatem,[*Ex eo qui vocat vos*].i. ex deo,qui vos per inspirationem internam,& nostram prædica- Matth. 12.
tionem vocat ad fidei synceritatem & vitam æternam. [*Modicum fermentum totam massam corrumpit.*] 1.Corin. 5.
Hoc ad literam ita est, quod in epistola ad Corinthios plenius est expositum. Quo significatur quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

pauci pestiferi, fallaces, & indurati totam fidelium congregationem inficiunt, ideo sunt vitandi. [*Ego autem confido in vobis*] id est de vobis, [*in domino*] id est quoniam ante virtutibus fuistis tam insignes, spero nunc quòd resipiscetis à vestro errore. Ita [*Quod nihil aliud sapietis*] perlecta hac epistola, nisi quod ego vos docui. [*Qui conturbat vos*] id est pacem & quietem mentis vestræ, quam in euangelica veritate habuistis, solicitat & subuertit, [*Portabit iudicium*] reprobationis, id est debitam pœnam sustinebit, nisi pœniteat, [*Quicunque sit ille*] siue sit magnus, siue mediocris. Deus enim nil mali impunitum relinquit. Iuxta illud Iob, Deus inultum abire non patitur. [*Ego autem fratres si circumcisionem adhuc prædico*] obseruandam, vt mihi à pseudoapostolis illis imponitur. Qui, vt facilius Galatas ad legalium observationes inducerent, asseruerunt Paulum apud alios adhuc circumcisionem prædicare. Si ergo hoc ago, [*Quid*] id est qua ratione, [*Adhuc persecutionem patior?*] à Iudæis. Tanquam dicat, nulla. Ob hoc quippe præcipuè indignabantur, & pœnas intulerunt Iudæi apostolo, quia cessationem circumcisionis ac sabbati docuit. Vnde si circumcisionem adhuc prædicasset in gentibus, cessassent Iudæi persequi ipsum [Ergo] Hoc est, si circumcisionem doceo obseruandam, [*Euacuatum*] id est ablatum [*Est scandalum crucis*] id est offendiculum passiuum seu scandalizatio Iudæorum qua irascuntur. Offendunt seu scandalizantur de hoc quod gloriam crucis prædicamus, asserentes ad salutem sufficere fidem & gratiam dominicæ passionis, magisque constare salutem in cruce, quàm in circumcisione. Si itaque Paulus circumcisionem docuisset, vt falsi illi dixerunt, non fuissent Iudæi sic concitati aduersus eum. Et quoniam Galatis innotuit Iudæos persequi Paulum, & scandalizari in prædicatione ipsius, idcirco per hæc innuit eis apostolus falsum esse quod sibi imponebatur à peruersis. [*Vtinam abscindantur*] id est à societate fidelium, & vestro conuentu penitus remoueantur, imò & desistant, quantùm ad culpam, [*Qui vos conturbant*] ingerendo auribus vestris falsam doctrinam, & inquietantes cor vestrum [*Vos enim in libertatem*] id est exonerationem à seruitute legalium. Vel, in libertatem, id est euangelicam legem, quæ à Iacobo vocatur lex perfectæ libertatis, quoniam à seruitute peccati ac dæmonum saluat. Vel in libertatem, charitatis. [*Vocati estis*] per gratiam Christi, qui nos à iugo legis absoluit, vt non timore, sed amore moueamur ad cultum diuinum. Veruntamen quoniam non est libertate hac abutendum, subiungitur, [*Tantum*] id est hoc solùm vos precor ac moneo, [*Ne libertatem*] vobis collatam, [*in occasionem carnis detis*] id est ad satisfaciendum carnalibus concupiscentis expendatis. Libertas nempè multis peccandi occasio est, quoniam pœnam non metuunt. Nam & hæretici quidam fuerunt, qui sibi per spiritus lebertatem omnia licere asseruerunt, qui vtique omnium vitiorum miserrimæ seruituti subiecti fuerunt, [*Sed per libertatem*] diuinam atque fraternam [*Seruite in inuicem*] hoc est ex dilectione interna, ac pura procedite ad charitatiua obsequia, mutuò succurrendo in spiritualibus ac tẽporalibus, prout perfecta charitas (quæ omnia facit communia) exigit. [*Omnis enim lex*] id est vniuersa legis præcepta [*in vno sermone impletur*] id est per obseruationem vnius præcepti custodiuntur. Dequo sermone præceptiuo subiungitur, [*Diliges proximum tuum sicut teipsum*] id est spiritualiter, & propter deum, in deo, & in ordine ad vitam æternam. Licet enim duo sint charitatis præcepta propter materialẽ distinctionem obiecta, (de quibus ait Saluator, In his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ) vna tamen est charitas, qua deus proximusque diligitur. Ideo hoc loco, & alibi sæpe vnum mandatum in alio includitur. Vnde cum in dilectione proximi dicitur lex impleri, in dilectione proximi conprehenditur dilectio dei.

¶ Porrò verbum hoc, Diliges proximum tuum sicut teipsum, in Leuitico habetur, [*Quod si inuicem mordetis*] verbis pungitiuis & pessimis, [*Et comederis*] .i. fraudatis & deuoratis temporalia vel spiritualia bona vestra mutuò corrumpendo, [*videte*] .i. attendite [*Nec ab inuicem consummamini*] .i. penitus pereatis in anima & corpore. Tanquam dicat, Nisi à morsu inuidiæ, & mutua corrosione ac nocumento abstinueritis, anima vestra & corpus, & omne esse spiruale atque gratificum perdet in seculo isto, pœnasque æternas sentiet in inferno. [*Dico autem*] .i. admoneo vos [*In Christo*] .i. secundum Christi doctrinam. [*Spiritu ambulate*] .i. secundum spiritus sancti instinctum agite. Vel per spiritum designatur ratio, cuius iudicium in omnibus sequi debemus: quoniam optimum hominis est esse secundum rationem, vt Dionysius protestatur, [*Et desideria carnis non perficietis*] .i. carnales concupiscentias non deducetis ad effectum neque præbebitis eis cõsensum, qui coram deo pro opere reputatur. [*Caro enim*] .i. appetitus sensitiuus, seu anima secundum carnem, vel ipse homo ex parte sensualitatis, [*Concupiscit aduersus spiritum*] id est ea desiderat quæ directè sunt rationi contraria, videlicet delectationes sensibiles. De quibus scriptum est, Post concupiscentias tuas non eas, & à voluptate tua auertere, [*Spiritus autem*] .i. appetitus intellectualis, seu ratio vel anima secundum partem sui superiorem, concupiscit [*Aduersus carnem*] .i. ea quæ carni & sensualitati laborem & tædium ingerunt, vt pote spiritualia bona, continentiam, sobrietatẽ diuinorum, frequentem ac stabilem vacationẽ, quibus caro castigatur, fatigatur & attenuatur. [*Hæc enim*] videlicet caro & spiritus, [*Sibi inuicem aduersantur*] appetendo contraria, vt dictum est, Caro quippe cupit bona delectabilia, & vtilia etiam inordinatè, seu vltra necessitatem. spiritus autem bona honesta per respectum ad deum, [*vt non quæcunque vultis*] secundum rationis iudicium [*Faciatis*] propter sensualitatis rebellionem. Quemadmodum alibi dicit Apostolus, Non quod volo bonum, hoc facio. Vel sic, sibi hæc aduersantur, vt non quæcunque vultis .i. non omnia ad quæ inclinationem habetis, faciatis. Sed per rationem vitia carnis refrenetis. Sicque dilectio illa, vt tenetur concomitanter, quia ex illa mutua aduersatione sequitur, vt non liceat nobis omnia operari quæ volumus. Hinc etiam testatur Petrus, Charissimi (inquiens) obsecro vos abstinere à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam. [*Quod si spiritu ducimini*] .i. à spiritu sancto [*Non estis sub lege*] .i. legalibus obseruantiis non subiicitis vosmetipsos. Tanquam dicat, In hoc constat vos esse deceptos quod legis iugo subditi estis. ¶ Sciendum autẽ quòd

Matth. 13. Iod. 24.
Actu. 13.
1. Corin. 1.
Epheſ. 2.
Eccle. 10.
Iaco. 1
Actu. 15.
2. Petri. 2.
Ioann. 13.
Leuit. 19.
Matth. 22.
Marci. 12.
Roma. 13.
Iacobi. 2.
Leuit. 19.
1. Timo. 6.
Epiſt. Dionyſij.
Geneſi. 8.
Eccle. 18.
Roma. 7.
Prouc. 27.
1. Petri. 2.

spiritus multis modis accipitur in scripturis. Primò, pro intellectuali & sperata substantia, sicq; deus, & angeli spiritus appellantur. Vnde & illud, Spiritus est deus. Et in Actibus, Sadducæi dicunt, nec spiritũ, nec resurrectionem esse. Vbi per spiritum angelus designatur. Secundò, pro substantia animæ, vt dũ Stephanus ait, Domine, accipe spiritum meum. Tertiò, pro superiori parte rationis, sicut hoc loco. Quartò, provirtute imaginatiua, vt ibi, Fui in spiritu dominica die, Quintò, pro subtili humore, per quem anima operationes vitales exercet in corpore. Sapiens, Spiritus diffundetur tanquam mollis aer. Sextò, pro aëre vel vento. De quo quidem exponũt illud Geneseos, Spiritus domini ferebatur super aquas. Item & illud, Spiritus vbi vult spirat. ¶ Deide de operibus carnis, quibus spiritus reluctatur, tractat Apostolus, Opera enim carnis propriè nominantur ad ea quæ caro inclinat. Vt sunt gula, & luxuria, germináque eorum. De quibus subditur, [*Manifesta autem*] .i. apertam malitiam habent, & naturali ratione opponuntur, [*Sunt opera carnis, Quæ sunt fornicatio*] .i. coitus soluti cum soluta, [*Immunditia*] .i. vitium contra naturam [*impudicitia*] quantùm ad gestus prouocantes libidinem. in aspectu, tactu, & osculis, [*Luxuria*] Quæ est nomen commune, quo cæteræ species luxuriæ iam expressæ designantur. [*Idolorum seruitus*] .i. idololatria, quæ interdum ex luxuria generatur, vt patet in Salomone, [*Veneficia*] id est sortilegia, [*inimicitiæ*] quæ ex carnali generantur amore, [*Contentiones*] verborum [*Aemulationes*] .i. inuidentiæ eorum qui idem appetunt, sed vnus per alium impeditur, sicut plures ad prælationem aspirant, [*Iræ*] id est appetitus vindictæ [*Rixæ*] .i. lites verbosæ, [*Dissensiones*] animorum, quantùm ad partialitates, [*Sectæ*] .i. separationes dissentientium iam firmatæ, [*inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes*] .i. assiduæ comestiones, [*Et his similia, quæ prædico vobis,*] vitanda. antequam morte præoccupemini, [*sicut prædixi. Quoniam qui talia agunt*] scilicet aliquod horum secundum suam perfectam rationem, [*Regnum dei non consequentur.*] Ex quo duo sequuntur Primùm, quod omnia hæc sint peccata mortalia. Alterum quod dãnati nunquam liberabuntur aut saluabuntur. ¶ Insuper enumerantur opera spiritus, id est quæ à spiritu sancto in nobis fiunt, & spiritui nostro rationali insunt atque conueniunt. Dicuntur autem hæc opera, fructus, ad similitudinem fructus materialis. Sic enim huiusmodi fructus ex terra aut arbore oritur, & cum quadam dulcedine degustatur: sic opera ista à spiritu sancto principaliter atque à nostro spiritu diuinitus confortato nascuntur, animámque delectant. Ait ergo, [*Fructus autem spiritus*] sancti. seu nostri, [*Est charitas*] id est actus dilectionis per modum ignis ad cælestia scandens ac eleuans. [*Gaudium*] hoc est diffusio animi in conceptione boni honesti. Quod alio loco vocatur gaudium in spiritu sancto, nec competit reprobis. Est tamen & aliud gaudium seculare, vanum, & falsum. De quo dicitur in Ioanne, Mundus gaudebit. Et apud Iob, Gaudium hypocritæ ad instar puncti, [*Pax*] .i. tranquillitas mentis seu quietatio eius in bono, [*Patientia*] in aduersis. .i. æquanimis perpessio contrariorum, [*Longanimitas*] spei, in præstolando bona diuinitus promissa, [*Bonitas*] .i. beneuolentia, [*Benignitas*] .i. beneuolentiæ executio, sed largitio facultatum, [*Mansuetudo*] .i. tractabilitas, iram répellens, [*Fides*] .i. fidei certitudo, siue fidelitas, [*Modestia*] .i. moderatio in verbis & actibus, [*Continentia*] id est refrenatio voluptatis laboriosa, [*Castitas*] id est repressio venereorum & concupiscentiæ sine impugnatione atque labore. Continentia enim & castitas quamuis circa idem versentur, nihilominus tamen distinguntur. Quoniam continens sustinet concupiscentias fortes, sed non vincitur. Castus verò nec sustinet eas, vnde nec superatur. ¶ Deinque horum duodecim fructuum spiritus (ad quos alij fructus reducuntur) distinctionem ac sufficientiam sanctus Thomas in prima secundæ ponit, hoc modo, Fructus distinguntur secundum varium processum spiritus sancti in nobis. Primò enim mens ordinatur in seipsa per amorem, qui est radix omniũ affectionum. Ideo primus fructus est charitas, sine qua nihil rationẽ fructus sortitur, & in qua spũs sanctus specialiter datur. Secundò ponitur gaudiũ, quod ex charitate producitur, quoniam amans habẽdo amatum in se gaudet de eius præsentia, quam efficit charitas. Iuxta illud Euãgelistæ, Qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Tertius fructus est pax, quæ est perfectio gaudij. Primò, propter quietem ab exteriori perturbatione Aliter nanque non esset gaudium perfectum. Secundò, propter interioris ac fluctuantis desiderij sedationem. Vnde per hæc tria bene se habet anima in bonis. In malis quoq; bene se habet dupliciter. Primò, ne ex imminenti malo turbetur, quod fit per patientiam, quę est quartus fructus. Secundò, ne ex dilatione boni sperati frãgatur, quod fit per longanimitatẽ, quæ est quintus fructus. Secundò, bene disponitur homo ad id quod est iuxta se. ad suum proximum. Primò, per volũtatem benefaciendi, quod pertinet ad bonitatẽ, quæ est sextus fructus. Secundò, per voluntatis istius executionem, quod fit per benignitatem, quę est septimus fructus. Tertiò, æquanimiter tolerãdo mala illata, quod fit per mansuetudinẽ, quę est fructus octauus. Quartò, ne proximis fraude aut dolo noceam⁹, quod fit per fidem pro fidelitate acceptam. Si verò fides sumatur pro certitudine fidei, quę est virt⁹ theologica, sic per eam bene disponitur homo ad id quod supra se est, hoc est ad deum, subdẽdo ei propriũ intellectum. Tertiò insuper rectè disponitur ad id quod infra se est. primò, quantùm ad verba & actus, quod est per modestiam, quę ponitur decimus fructus. Secundò, quãtùm ad interiorem passionem seu concupiscentiam. Et ita ponuntur alij duo fructus, videlicet continentia & castitas, quorum differentia posita est. Quoniam vero iuxta præhabita, fructus nominat operationem. Charitas, patientia, mãsuetudo, &c. prout fructus ponuntur, nõ accipiũtur pro ipsis habitibus, sed habituum actibus. Sciendũ quoque quod fructus vocãtur non solùm actus virtutum delectabiles,, sed etiam delectationes actibus virtuosis annexę. Idcirco prędicta omnia accipi possunt tam pro actibus virtuosis quàm pro delectationibus mundis. ¶ Iterũ aduertẽdum, quòd virtutes & dona conueniunt in hoc quod sunt habitus. Sed virtutes perficiũt potẽtias animæ. Dona verò perficiũt ipsas virtutes. Simili modo beatitudines & fructus conueniũt in hoc, quod sunt act⁹ virtutum seu donorum. Sed beatitudo superaddit ad rationem fructus excellẽtiam quãdam. Beatitudines nanque sunt actus præcipuarum virtutum. Propter quod potius at-

Ioan. 4.
Actu. 23.
Actu. 7.
Apoc. 1.
Sapien 3.
Geneſi. 1.
Ioan. 3.
Roma. 8.
Epheſ. 4.
3. Reg. 11.
Roma. 8.
1. Ioan. 5.
Roma. 14.
Ioan. 16.
Iob. 20.
Thomas.
1. Ioan. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tribuuntur donis quàm virtutibus. Omnes ergo beatitudines fructus dici possunt, non autem econtrario [*Aduersus huiusmodi*] fructus spiritus [*Non est lex*] prohibens eos, sed pro eis est lex. [*Qui autem sunt Christi*] per fidem & charitatem perfectam. i. imitatores crucifixi [*Carnem suam crucifixerunt*] id est spiritualiter mortificauerunt eam macerando, afligendo, domando [*Cum vitiis*] exterioribus [*Et concupiscentiis*] interioribus, tam vitia quàm concupiscentias persequendo & occidendo. ¶ Deinde Apostolus exhortationem conuertit ad Galatas [*Si (pro quia) spiritu*] id est rationis iudicio, vel spiritus sancti operatione, [*Viuimus*] intra nos vita gratiæ [*Et spiritu ambulemus*] id est rationis iudicium seu spiritus sancti instinctum sequamur in conuersatione exteriori & vita alij exemplari, vt luceat lux nostra coram hominibus, quatenus videntes opera vestra bona ædificentur, & deum glorificent. Veruntamen ne in hoc aliquo modo propriam gloriam intendamus, subiungitur, [*Non efficiamur inanis gloriæ cupidi*]. i. non appetamus ab hominibus æstimari aut honorari [*Inuicem prouocantes*] verbis vel signis [*Inuicem inuidentes.*] Inuidia enim quum directè aduersetur charitati, quæ est animę vita, maximè perhibetur mors esse animæ. Hinc est illud Ioānis, qui nō diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Propterea dicit Saluator, In hoc cognoscent oēs, quia discipuli mei estis, si dilectionē habueritis ad inuicē.

Finis. Epist. Matth.5. 1.Ioan.3. Ioan.13.

Cap. v 1. [*Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto.*] Artic. v 1.

HOrtatur demum Apostolus in huius capituli exordio prælatos & perfectiores, vt imperfectis & subditis piè condescendant atque subueniāt. Ait enim, [*Fratres et si præoccupatus*] i. quāuis præuētus seu cōprehēsus [*Fuerit homo*] ex subito motu passionis, infirmitate seu ignorātia, [*In aliquo delicto*] ex huiusmodi causā exorto, [*Vos qui spūales estis*] hoc est, virtutibus exercitati [*huiusmodi*] hominē [*instruite*] id est ad vitam veritatis inducite atque corrigite, [*In spiritu lenitatis*]. i. animo mansueto ac dulci, nō impetuoso, aut grauiter indignāti [*considerans teipsum*]. i. propriæ cōditionis fragilitatē attendēs [*ne et tu tēteris*]. i. simili modo delinquas. Hoc est, Estote aliis misericordes & compatientes, vt & vos misericordiā consequamini, si in culpā incideritis. Etenim beati misericordes, quoniam ipsi misericordiā cōsequentur. Et benefacit animæ suæ homo misericors. Propterea quoq; & alibi dicitur, Memēto iudicij mei: sic enim erit & tuū. Mihi heri, & tibi hodie. Mutat autē hoc loco Apostolus numerum, sicut frequēter fit in scripturis. [*Alter alterius onera portate*] i. defectus vestros, & infirmitates, atq; peccata mutuò patiēter sufferte, orādo p̄ alterutro, mutuò succurrēdo verbis ac rebus. Vnde & alibi ait, Supportātes inuicē in charitate. Hoc verbo redarguuntur cōplures, qui in aliorū defectibus mox inflāmantur. & ridigē quasi sub specie iustitiæ afficiūtur. Propria verò vitia nō corrigunt, neq; ab aliis durè increpari dignantur. [*Et sic adimpletis legem Christi*]. i. charitatis præceptum. De quo ait Christus, Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Hæc itaque agite, & nolite in delicto præoccupatum durè corripere, quamuis ex deliberatione seu certa malitia peccans sit durè corripiendus. [*Nam si quis existimat se aliquid esse*] à seipso, vel spiritualiter, seu comparatione sanctorum. [*Cum nihil sit*] à seipso, & quantùm ad esse gratificum, spirituale ac meritorium, seu cōparatione sanctorum. Nam & si aliquid esset per gratiam, tamen reputando se tumidē, perdit quod habuit. Iuxta quod dicitur, Sola superbia destruit omnia si comitetur. Hinc ait Psalmista, Substantia mea tanquam nihilum ante te. Item Ecclesiasticus, Quid superbis (inquit) terra & cinis? [*Ipse se seducit*] id est in falsitatem præcipitat, & damnationem incurrit. [*Opus autem suum probet vnusquisque*] id est totam vitam suam prudenter examinet, [*et sic in semetipso tantum gloriam habebit*] id est de propriis bonis, seu conscientiæ suæ testimonio exultabit si fuerit virtuosus. Non tamen sinaliter aut principaliter in se, sed in domino. Iuxta illud, Qui gloriatur, in domino glorietur. Vnde & dictum est, Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ, [*Et non in altero*] id est de factis & meritis aliorum non præsumet, neque aliorum laude & adulatione lætabitur. Quis enim scit quid agatur in homine, nisi spiritus hominis? [*Vnusquisque enim onus suum*] causam quam cum districto iudice habet expedire, seu conscientiæ suæ grauamen, vel vitiorum suorum vltionem, vel actionum suarum manipulum, [*Portabit.*] Opera enim illorum sequuntur illos. ¶ Porrò, prædicta iam verba Apostoli non secundum superficiem literalem, sed sapienter intelligenda sunt. Aliàs enim inuicem secum pugnarent. Dixi nanque, Alter alterius onera portate. Nunc verò adiunxit, Vnusquisque onus suum portabit. Quasi vnus non sit portaturus onus alterius. Item alibi dicit, Nemo glorietur in hominib⁹. Et, Qui gloriatur, in domino glorietur. Nunc autem testatus est, In semetipso tantùm gloriam habebit. Sed si sanè intelligantur, & modus, ac ordo, atque intentio, quibus introducuntur, pensentur, nulla erit discordia. [*Communicet autem*] id est se conformet, vel subueniat [*is qui catechizatur*] hoc est instruitur [*verbo*] sapientiæ salutaris [*ei qui se catechizat*] id est suo instructori [*in omnibus*] id est operibus, non autem in vitiis. Vel, in omnibus bonis, id est diuitiis seu facultatibus, vt ei in temporalibus administret, à quo spiritualia bona suscipit. [*Nolite errare*] à luce veritatis, & via iustitiæ, excusando vos à prædicta communicatione, vel aliorum præceptorum executione. [*Deus non irridetur*] id est non fallitur. Ideo scit, an excusatio sit condigna & verax. Quod autem deus non irridetur, hinc constat. [*Quæ autē seminauerit homo*] id est opera quæ in hac vita effecerit, quæ ad futura præmia comparantur, sicut semen ad fructum, [*Hæc et metet*] id est horum fructum, seu mercedem recipiet. Iuxta illud, Anima eius in vita ipsius benedicetur. Item & illud, Ecce venio citò, & merces mea mecum est, dare vnicuique iuxta opera sua, [*Quoniam qui seminat in carne*] id est carnaliter viuit, impetum passionum sequendo, [*De carne*] id est pro vitiis carnis [*Metet*] id est recipiet [*Corruptionem*] peccati ac mortis æternæ. [*Qui autem seminat in spiritu*] id est spiritualiter

Lucæ.6. Prouer. 11. Eccles.38. Ephes.4. Ioan.13. 1.Corin.4. Psalm.38. Eccles. 10 1.Corin. 11 2.Corin.10 2.Corin. 1. 1. Corin.2. Apoc.4. Roma. 4. 1.Corin.1. 1.Corin.9. 1.Corin.3. Psalm. 48. Apoc.22.

conuersatur, rationis sententiam, & charitatis instinctum semper sequendo. [*De spiritu*] id est pro operibus spiritualibus, vel de spiritu sancto, tanquam à remuneratore, [*Metet vitam æternam*] hoc est cęlestē beatitudinem consequetur in præmium. [*Bonum autem*]. i. opus virtutis, [*Facientes non deficiamus*]. i. nequaquā cessemus, nec tepescamus. Non enim coronatur, nisi qui legitime certauerit. Et qui perseuerauerit in finem, saluus erit. [*Tempore enim suo*]. i. hora diuinæ retributionis, videlicet cū ab omni culpa & pœna fuerimus absoluti, siue in hac vita, siue in purgatorio [*Metemus,*] id est æternam gloriam recipiemus [*Non deficientes*]. i. finem non habituri præmij tanti, nec plus appetituri, quàm dabitur, [*Ergo dum tempus*] promerendi [*Habemus*]. i. quandiu durat vita hæc præsens [*Operemur bonum ad omnes*] id est omnibus quantū possibile est, benefaciamus (sicut generalis exigit charitas) corporalia seu spiritualia bona nostra eis cōmunicando, [*Maxime autem*] operemur bonum [*Ad domesticos fidei*]. i. ecclesiæ filios veros Christianos, quibus alibi dicit Apostolus, Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici dei. Qui ergo nobis magis coniuncti sunt, his magis benefacere obligamur. Charitas nanque est ordinata. Propter quod rursus alibi ait Apostolus, Si quis (inquiens) suorum, & maximè domesticorum, curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. [*Videte qualibus literis scripsi vobis mea manu*]. i. considerate quali sermone ego præsentem epistolam dictaui, & manu propria scripsi, ne quis vos decipiat, dicendo epistolam hanc non esse missam à me, vel simili stylo vobis scribendo [*Quicūque enim volunt placere*] id est sibiipsis [*in carne*] vestra, id est præputij vestri circuncisione. Vel, qui volunt placere Iudæis incredulis in carne. i. in carnalibus obseruantiis, [*Hi cogunt*] id est vehementer & importunè quęrunt & excitant, [*Vos circuncidi*] id est in corpore [*Tantum*]. i. præsertim ad hoc [*Vt persecutionem crucis Christi*]. i. persecutionē pro fide & passione saluatoris, [*Non patiantur*] à Iudæis qui eos persequebantur, qui cessationem legalium docuerunt. Pseudo enim apostoli legalia simul cum Euangelio prædicauerunt, ne à Iudæis infidelibus paterentur molestias. [*Neque enim qui circunciduntur*] carnaliter [*Legem custodiunt*] spiritualiter, neque præceptis legis moralibus verè obtemperant, [*Sed volunt vos circuncidi, vt in carne vestra*] id est de vestra circuncisione carnali [*Glorientur*] inaniter, quasi voluntatis suę effectum in vobis adepti. [*Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi*] id est in contemplatione filij dei crucifixi, & beneficiorum ipsius, videlicet in cōsideratione passionis, charitatis & obedientiæ Christi. Per hoc tamen non excluditur gloriatio in diuinitate, & excellentia saluatoris, quoniā sit itaque à me gloriari in circūcisione, in cærimonialibus legis, in rebus caducis & vanis. Sed hęc sit gloriatio mea, in Christi passione occupari, eius beneficia meditari, ipsius vestigia sequi. [*Per quem*] Christum. i. per cuius gratiam passionem, & imitationem, [*Mihi mundus crucifixus est*] hoc est mortuus. Vt puta tam homines seculares, quàm cōcupiscentiæ atque diuitiæ seculi huius, ita vt talia mihi non sapiāt, non delectent, non vniant, nec me sibi cōiungant inordinato affectu [*Et ego mundo*] per Christum crucifixus, id est mortuus sum, ita vt mundo non placeam, non viuam, neque communicem. Iuxta illud, Quoniam propter te mortificamur tota die. ¶ Denique ideo absit mihi gloriari nisi in cruce Christi. [*In Christo enim Iesu neque circuncisio aliquid valet,*] ad veram salutē, [*Neque præputium*] id est ritus Gentilitatis, [*Sed noua creatura*] id est spiritualis regeneratio ex aqua & spiritu, seu vita recēs per gratię quotidianam innouationem. [*Et quicunque hanc regulam*] id est gloriationis huius rectitudinem atque mensuram, [*secuti fuerint, pax*] interna, id est tranquillitas cordis sit [*super illos & misericordia*] id est peccatorum remissio [*Et super Israel dei*] id est super electos Iudæos legalia successiuè deferentes, & fidem catholicam amplectentes, sit pax ista & misericordia. [*De cætero nemo mihi molestus sit*] docendo, aut mihi imponendo obseruationem legalium. Vel ad delectamenta præsentis vitæ me exhortando. [*Ego enim stigmata Iesu*] id est signa vulnerum, & similitudinem pœnarum Christi, [*In corpore meo porto*] baiulando crucem meam indesinenter, & Christum sequendo, eiúsque passioni me pro viribus cōformando. [*Gratia domini nostri Iesu Christi*] sit [*cum spiritu vestro*] id est in anima vestra. O [*Fratres, Amen.*] Hæc est gratia gratum faciens quæ à tota trinitate infunditur, quamuis interim etiam vnicuique diuinæ personæ attribuatur. Tota enim superbeatissima trinitas inseparabiliter operatur ad externa. Quæ est super omnia deus sublimis & benedictus, Amen.

A B C D

Finis. Ephes.2. 1.Tim.8. Colos.3. Act. 15. Rom.1. Psal.43. 1.Ioan. 3. Ioan.14. Matt.16. Luc. 9.

IN EPISTOLAM PAVLI AD EPHESIOS

PROEMIVM.

OMnis qui audit verba dei, & facit ea, assimilabitur viro sapienti qui ædificauit domū suam supra petram. Meritò diuina scriptura multipliciter eos cōmendat, qui in semittis mādatorum cælestium stabiliter atque ardenter persistunt, tētationibus efficaciter resistentes, cunctásque persecutiones pro amore iustitiæ sortiter sustinentes. Nō enim minoris laboris ac laudis est in bono cœpto perseuerare q̄ illud inchoare. De horum numero fuerūt Ephesij (ab Asia minori Asiani vocati) quibus iā nunc declarandum scribit epistolam. Scribit autē ex Roma in carcere positus per Tychinum diaconū. ¶ Porrò Ephesij non à Paulo cōuersi ad fidem, sed in bonis ab ipso confirmati fuerunt. Et quia in fide & in sanctis operibus permanserūt stabiliter, falsisq́; doctoribus spretis euangelicæ sapientiæ adhęserunt, ideo non increpatoriā, sed commendatoriam ac consolatoriam eis scribit epistolam, prouocans eos ad meliora, & ad gratias domino referendas eos inducens, præcipuè docens omnem virtutem perfectionémque nostram diuinæ pietati ac gratiæ asscribendam. Et in ipso epistolæ exordio solito more procedit.

Marc.7. Psal.118.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caput 1. [*Paulus apostolus christi Iesu per voluntatem dei.*] Artic. 1.

Rom. 1. Gálat. 1. 1.Cor.1.

PAulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem dei.] id est, à diuina voluntate ad apostolatū efficaciter promotus scribit [*sanctis omnibus.*]id est firmis & dignis Christi fidelibus[*Qui sunt Ephesi.*]id est in vrbe sic dicta commorātur,[Et]pro id est, [*Fidelibus*]qui sunt[*In Iesu Christo*]per fidem & charitatem, sicut membra in capite. Vel per sanctos,intelligit prælatos & perfectiores. Per fideles verò imperfectiores ac subditos.[*Gratia vobis*]detur,[*Et pax a deo patre nostro, & domino Iesu christo*]¶ Salutatione præmissa,à gratiarum actione orditur,& ait,[*Benedictus deus & pater domini nostri Iesu christi*] Omnia hæc prædicta verba in præcedētium exordiis epistolarū scripta atque expolita sunt. Idcirco hæc prętermitto,[*Qui*]deus & pater no

Epist. Psalm. 66. Galat. 1. Ephe. 1.

ster[*Benedixit nos*]id est benedictos & gratiosos nos fecit, dando nobis munera cælestium gratiarum. sicut subiungitur,[*In omni benedictione spirituali*]id est in omni dono gratiæ liberaliter dato, nostróque cordi infuso,ita vt benedictio ista sit causa formalis,per quā à deo effectiuè benedicti sumus. Frequen

1.Reg. 25.

ter autem accip tur in scripturis benedictio pro dono liberali. Sicut enim Abigail ait ad Dauid, Accipe benedictionem quam attulit famula tua. Benedixit itaque nos in omni benedictione,saltem in genere.

Philip. 3.

Et hoc[*In cælestibus*]bonis seu gratiis. Vel ad hoc,vt ad cælestia regna perueniamus. Vel omni benedictione habenda perfectè in cælestibus mansionibus, [*In Christo Iesu,*] hoc est merito Christi, siue per Christum,tanquam per mediatorem,[*Sicut elegit nos*].i. præ aliis multis seu reprobis ad æternam beatitudinem præordinauit,[*In ipso*].i.in Christo,seu per Christū. Ita vt pater & Christus(seu filius) imò & cum eis spiritus sanctus sint vnus elector,sicut vnus creator. Vnde Christus testatur, Ego scio quos

Ioan. 13. Ioan.15.

elegerim. Et rursus, Nō vos me elegistis,sed ego elegi vos. Elegit ergo nos in ipso, [*Ante mundi constitutionem*]hoc est ab æterno,quæ electio ex dilectione processit. Potest quoq; sic accipi,vt pariter dicatur nos elegisse in Christo ante mūdi constitutionē,quoniam ab æterno disposuit per Christi incarnationem ac passionē impendere nobis suæ æternæ electionis effectum.i. verā salutem [*Vt essemus sancti*].i. puri in anima,[*Et immaculati*]in opere[*In conspectu eius*]hoc est corā deo,videlicet verè, seu diuino iudicio, non tantū humano,[*In charitate,*]quæ est vita decorq; animæ.i.per actū charitatis interiorē,sine quo nihil est meritoriū. Vnde per charitatē efficimur sancti in affectu, & immaculati in effectu. [*Qui*]

Rom. 8.

pater[*Prædestinauit,*]hoc est ad vitam æternā in sua dispositione præmisit seu præordinauit,[*Nos in adoptionem filiorum*].i.ad hoc vt bona gratiæ quæ filiis adoptiuis præstantur,nobis donētur. Quod autē subiūgitur,[*Per Iesum Christum,*]referri potest vel ad verbum,prædestinauit,vel ad nomen filiorū,quia per filium dicimur prædestinati sicut electi. Per filium quoque adoptio filialis nobis confertur. Dedit

Ioan. 1.

enim nobis potestatē filios dei fieri. Sic autē prædestinauit nos [*In ipsum*].i.ad imitationē filiationis naturalis,quæ conuenit Christo,cuius similitudo est filiatio adoptiua. Vel,in ipsum,hoc est vt veniamus ad gloriā Christi,& eius efficiamur cohæredes. Prædestinauit insuper,[*Secundum propositum*].i.æternū

Rom.1. Iacobi 1.

decretum,[*Voluntatis suæ*]qua omnia liberrimè agit.i.secundum voluntatem suam diuinam,omnia iustè agentem ac proponētem,quæ vtique est prima causa prædestinationis.[*In laudem gloriæ gratiæ suæ*] id est vt laudemus magnificentiā gratiæ suæ gratum facientis, per quam adoptio filiorum dei nunc inchoatur,quæ in patria per lumen gloriæ consummatur,[*In qua*]gratia gratum faciente.i. per quam formaliter,[*Gratificauit,*]hoc est sibi acceptos ac gratos,[*Nos*]fecit[*in dilecto filio suo*].i.per Christum mediatorem dei & hominum. Scilicet merito Christi,& per omnia quæ Christus pro nostra salute assumpsit, fecit ac pertulit,[*In quo*]filio dei dilecto, [*Habemus redemptionem*]à iure & iugo diaboli, [*Per sanguinem eius,*] hoc est merito effusionis sui pretiosissimi sanguinis. Iuxta illud, Qui dilexit nos, & lauit nos à

1.Ioan.3. 1.Tim. 2.

peccatis nostris in sanguine suo. Idéo subditur, [*Remissionem peccatorum*] id est redemptio ista est vitiorum nostrorum solutio. Quæ facta est [*secundum diuitias*] hoc est plenitudinem [*Gratiæ eius,*] videlicet Christi,qui gratiosè & piè nos liberauit. Vnde per Euangelistam Ioannē dicitur, Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Et de plenitudine eius accepimus omnes gratiam pro gratia. [*Quæ*]

Apoc. 1.

gratia [*superabundauit in nobis*]apostolis, id est copiosissimè nobis infusa est, quippe qui primitias spiritus sancti accepimus, [*In omni sapientia*] id est diuinorum notitia: omni, quantum ad sacram spectat scripturam, quam plenè cognoscimus, [*Et prudentia*] id est temporalium & humanarum rerum agnitione. Hæc enim nobis per gratiam spiritus sancti collata sunt, [*Vt notum faceret nobis sacramentum*] id est secretum[*Voluntatis suæ*] seu voluntatem suam secretam, aliis occultatam,vel incarnationis Christi mysterium, seu diuinæ mentis consilium circa humani generis redemptionem, [*Secundum beneplacitum eius*]id est secundum quod sibi piè complacuit, [*Quod proposuit in eo,*] hoc est cuius placiti executionem constituit & impleuit in Christo. Quid autem & quando factum sit, hoc subditur, [*In dispensationem plenitudinis temporum*] id est adueniente tempore diuinitus præordinato & dispensato, vi-

Galat. 4.

delicet tempore gratiæ. De quo alibi dictum est, Ecce iam venit plenitudo temporis, [*Instaurare omnia in christo*] id est per Christi mysteria reformare, [*Quæ in cælis*] hoc est ordines angelorum supplendo ruinas eorum, [*Et quæ in terra sunt*]id est genus humanum, [*In ipso*]id est eos qui in Christo electi sunt

Colosſ.3.

soli effectum diuinæ liberationis finaliter sortiuntur[*In quo*] id est per quem Christum, [*Et nos*] apostoli,sicut & cæteri electi,[*sorte*] id est diuina electione [*Vocati sumus*] ad fidem & gratiam salutarem. Dicitur autem sors,diuina electio:quia vtrunque est dei,non hominis,& sicut electio non accipit personam, ita nec sors. Propter quod ait scriptura, Sortes mittuntur in sinum, & à domino temperan-

Prouer. 16

tur, [*Prædestinati*] id est ad æternam beatitudinem præordinati, [*Secundum propositum eius*] id est secundum æternam incommutabilis eius decreti dispositionem, [*Qui omnia operatur*] per seipsum

vel causas secundas, [*secundum consilium voluntatis suæ*] hoc est secundum certissimam rationem suæ voluntati consonam atque placentem. Nil enim operatur ad extra de necessitate aut casu, sed sapienter ac liberè vniuersa producit. iuxta illud, Omnia in sapientia fecisti. Et, Omnia quæcūque voluit dominus fecit,[*Vt simus in laudem gloriæ eius*]id est in nobis deus glorificetur, qui tantam gratiam nobis sine

Psalm.103. Psal.134.

meritis nostris ineffabili pietate largitus est, ex cuius beneficij consideratione nosipsi aliíque fideles in laudem & gloriam dei erumpere debemus: [*Nos qui ante speranimus in christo*] id est nos Apostoli, qui ante eos qui per nostram prædicationem conuersi sunt, Christo per fidem & spem inhæsimus [*in quo*] Christo,hoc est cuius ordinatione & adiutorio,[*Et vos*]Ephesij [*Cum audissetis*] non solùm auribus corporis, sed etiam cordis, [*Verbum veritatis*] scilicet, [*Euangelium salutis vestræ*] id est doctrinam Christi annunciantem hominum liberationem, in cuius doctrinæ obseruatione salus vestra consistit,[*In quo & credentes*]id est cui euangelio fidem adhibentes,[*signati estis*] id est inter electos computati,& à peruersis distincti,certus diuinæ prædestinationis indiciis,quorum vnum est illud, Qui ex deo

Ioan.8.

est,verba dei audit. Et, Beati qui audiunt verbum dei,& custodiunt illud,[*Spiritu promissionis sancto*]id

Luc. 11.

est virtute & operatione spiritus sancti electis promissa, iuxta illud in Luca, Ego mittam promissum

Luc. 24.

B patris mei in vos. Vel, Spiritus sanctus dicitur spiritus promissionis, quia promittit vitam æternam,

Rom. 8.

[*Qui*]spiritus sanctus[*Est pignus hæreditatis nostræ*]hoc est arra futuræ fœlicitatis. Quia per eius inhabitationem, inspirationem, consolationem,ac cætera dona certificamur de beatitudine subsequente. Ex perceptione quippe præsentium munerum,certa fit expectatio futurorum. Dicitur ergo spiritus sanctus pignus hæreditatis quam habituri sumus in patria, quia per modum pignoris interim nobis con-

Gregor.

fertur. Pignus enim est loco rei non habitæ,estque eiusdem valoris cum ea. Deus autem est nostra fœlicitas atque hæreditas obiectalis,quamuis fruitio dei sit hæreditas nostra, fœlicitásque formalis. Hanc

Ioan.17.

autem hæreditatem nondum habemus in re, sed spiritus sanctus quem interim habemus per suā gratiosam inhabitationem,est eiusdem valoris cum ea: imò ipse realiter idem cum ea est,sed diuerso habetur modo in via & in patria,ideo modò vocatur pignus,in patria autem vocatur hæreditas. Verùtamen (vt in glossa quoque Augustini testantur citata verba)conueniētius dicitur spiritus sanctus arra, quàm

Augusſt.

pignus,quoniam pignus aufertur cū promissum vel debitum soluitur. Arra verò cū sit pars prętij non aufertur,sed completur cū solutio agitur. Quoniam ergo in perceptione futuræ atque cælestis hæreditatis,spiritus sanctus nō aufertur electis,sed plenius datur,ideirco aptius nūcupatur arra quàm pignus. Nihilominus quoniam spiritus sanctus dicitur nobis dari per dona sua.i. propter hoc quod dona sua nobis præstantur,& aliqua dona sua propter imperfectionem inclusam nō manent in patria,vt fides & spes, ideo quantū ad hæc dona, spiritus sanctus ratione pignoris habet. Sic enim aufertur quantùm ad

C modum,venientibus dotibus quæ fidei & spei succedunt. Quantùm verò ad dona quę manēt & perfi

1.Cor.15.

ciuntur in patria,qualia sunt charitas,sapientia,timor filialis, spiritus sanctus propriè dictus est arra [*in redemptionem acquisitionis*]hoc est in liberationem saluificam, per quam adipiscimur vitā æternam, videlicet vt iugo peccati,dęmonúmque pèr gratiam spiritus sancti erepti,salutem acquiramus perpetuā.

1.Petri 2.

De qua ait Petrus, Vos genus electum,genus sanctum,populus acquisitionis, [*in laudem gloriæ eius*] id est ad præconium diuinæ beatitudinis ac maiestatis,puta ad hoc,vt diuinæ naturæ beatitudinem ac maiestatem grata mente laudemus. Omnia enim propter seipsum operatus est dominus. Denique litera ista quantùm ad tenorem verborum nonnihil truncata est, vnde supplere oportet. Vt cum dicitur, In

Prouer. 16

quo & credentes,fiat puncti distinctio,sicq; facilè elicitur sensus perfectus. ¶ Et quia bonus prælatus, imò & quilibet proximus de salute alterius ex vera charitate lętari, & domino gratias agere debet,subiecit Apostolus, [*Propterea & ego audiens*]à narrantibus, vel etiam ab interna loquutione spiritus sancti,[*Fidem vestram quæ est in christo Iesu*]puram,sanctam,christianam atque catholicam, [*Et dilectionem*]

Ioan.13.

habitualem & actualem,quam ostenditis, [*in omnes sanctos*] hoc est in vniuersos veraciter christianos, quibus in spiritualibus ac temporalibus beneficitis,prout casus occurrit,facultásque suppetit,[*Nō cesso*] congruentibus horis, [*Gratias agens deo pro vobis*] id est propter beneficia vobis impensa, [*Memoriam vestri faciens*] id est vestri recordans, [*In orationibus meis*] quibus pro vestro profectu oro, [*Vt*

Rom.1.

D *deus domini nostri Iesu christi*] id est verus deus, qui est deus Christi,prout homo. Sic enim quælibet diuina persona, totáque simul superbeatissima trinitas deus est Christi. Qui deus est, [*Pater gloriæ*] id est fons & origo omnis sanctæ lætitiæ. Vel, pater gloriæ, id est maiestatis altissimæ, [*Det vobis spiritum*] hoc est donum, [*Sapientiæ*] quæ est vnum ad summum septem donorum spiritus sancti. Vel,

Heb.1. Esa. 11.

spiritum sapientiæ, id est spiritum sanctum datorem sapientiæ habitualis. [*Et reuelationis*] actualis, id est illuminationis ex habitu sapientiæ & motione spiritus sancti procedentis. Non enim sufficit nobis gratia aut sapientia habitualis, sed requiritur insuper actualis motio spiritus sancti excitantis habitum ipsum in actum, cuius motione efficitur anima citò capax per habitualia septem dona spiritus sancti, quemadmodum capax est motionis propriæ rationis per habitus virtutum. Det itaque vobis spiritum sapientiæ,[*In agnitione eius*]id est ad contemplandum deum,quod est, [*Illuminatos habere oculos cordis vestri*]id est habere intellectum speculatiuum ac practicum diuinitus illustratum,[*Vt sciatis*] & sciendo iustè viuatis. Sciatis, inquam, [*Quæ sit spes vocationis vestræ*] hoc est bonum speratum siue fœli-

Rom. 8.

citas ad quam diuinitus inuitamur, [*Et quæ diuitiæ*]id est spirituales opulentiæ seu plenitudines copiosæ[*Gloriæ hæreditatis eius*].i.glorioſę fœlicitatis dei,quā exhibet, [*In sanctis,*] in patria. Beatitudo enim est status omniū bonorum aggreatione perfectus, iuxta Boëtium. Vnde quāuis beatitudo dei in seipso

1.Cor.4.

sit simplicissima,beatitudo quoque quam electis infundit,secundū essentiam simplex sit,scilicet visio dei,quæ est tota merces:dicimus tamen secundum nostræ intelligentiæ modū, quòd in deo sit omniū

Boëtius.

bonorū copiosissima opulentia atq; ditissima plenitudo. Beatitudini autem creatæ quæ cōmunicatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

beatis,multa iunguntur perficientia eã,videlicet dilectio,delectatio,&c. quæ dicũtur diuitiæ glorioſæ E
hæreditatis ſeu beatitudinis nobis promiſſæ. Orat ergo Apoſtolus vt beatitudinis huius diuitias magis
perfectè cognoſcant. Sciatis præterea [*Et quæ ſit ſupereminens magnitudo,*] hoc eſt incomparabilis ſublimitas,ſummáque gratia,[*virtutis eius in nos*].i.diuinæ poteſtatis gratiã tantam cordibus noſtris infun-
Rom.8. dentis,[*Qui credidimus*] in Chriſtum, atque primitias ſpiritus ſancti recipimus, [*Secundum operationem*
Philip.3. *potentiæ virtutis eius*]hoc eſt ſecundum efficaciam eius diuinæ potentiæ, quæ virtus vocatur, cũ ſit poteſtas conſummata atque perfecta. Realiter tamen idem ſunt, præſertim in deo, potentia actiua & virtus,quamuis potentia ſecundum quoſdam,dicat potentiam abſolutè: virtus autem complementum po
tentiæ,[*Quam*]virtutem[*Operatus*].i.operando monſtrauit.[*In chriſto,*]mortuo ac ſepulto, [*ſuſcitans il*
Rom.4. *lum a mortuis*]tertio die,[*Et conſtituens*]hoc eſt firmiter ponens eum[*Ad dexteram ſuam*] id eſt in potio-
1.Cor.6. tioribus bonis ſuis,videlicet in ſummo honore,dignitate & gloria, [*In cæleſtibus*] id eſt in cælo empy-
Galat.1. reo,[*Supra omnem principatum,*]id eſt angelos de ſummo,ſeu tertio choro infimæ Hierarchiæ,[*Et poteſtatem,*]hoc eſt angelos de infimo choro ſecundæ hierarchiæ,[*Et virtutem*]id eſt angelos de medio cho
Coloſſ.2. ro eiuſdem hierarchiæ, [*Et dominationem*] id eſt angelos de ſummo ordine hierarchiæ ſecundæ. In hac
1.Theſſ.1. authoritate fundat ſe beatiſſimus theologorum princeps Dionyſius,ponens principatus in infima hie-
Dionyſius rarchia. Conſtituit quoque eum in die aſcenſionis, quo ad naturam aſſumptam, [*Et*] ſupra[*Omne no-*
men]id eſt vltra omne ens nominatum aut nominabile, [*Quod nominatur*] id eſt exprimitur, ſcitur vel F
eſſe perhibetur [*Non ſolum in hoc ſeculo*] variabili, [*Sed etiam in futuro*]id eſt in patria nominabitur aut
ſcietur,id eſt vltra omnem creaturam terreſtrem & cæleſtem, corporalem ac ſpiritualem, ſublimauit
Pſal.8. Chriſtum,quo ad humanitatem aſſumptam: imò ſola humanitas Chriſti propter vnionem ſuam per-
Heb.2. ſonalem cum verbo,præſtantior eſt toto vniuerſo ſimul accepto. [*Et omnia ſubiecit ſub pedibus eius*] id
Matth. 28. eſt vniuerſa creata Chriſti poteſtati ac imperio,imò & inferiori eius naturæ(quæ nomine pedum intel
Coloſſ.2. ligi poteſt)deus pater pleniſsimè ſubdidit. Vnde ipſe ait,Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in ter
ra,[*Et ipſum*]Chriſtum,deus pater[*Dedit*]id eſt conſtituit[*caput*]id eſt principalem, [*Super omnem ec-*
cleſiam]militantem ac triumphantem,[*Quæ eſt corpus ipſius*] Chriſti myſticum, quoniam vnitur ei,vt
capiti,per communionem naturæ, participationémque gratiæ. Eſt quoque eccleſia [*Pleniudo eius*] vi-
delicet Chriſti,vel quia ab ipſo donis gratiæ adimpletur, vel quia facit ad hoc vt Chriſtus omnia mem
bra ſua myſtica habere dicatur. [*Qui*] exiſtens ſecundum diuinitatis naturam, [*Omnia in omnibus*]non
eſſentialiter aut formaliter,ſed cauſaliter ac ſupereminenter,vt dictum eſt plenius, [*Adimpletur*] quan-
tùm ad myſticum corpus ſuum,quamuis in ſeipſo non perficiatur nec creſcat.

¶ Aduertendum præterea,quòd Chriſtus dicitur caput eccleſiæ,ad ſimilitudinem capitis naturalis. Si-
cut enim in capite naturali ſunt tria, videlicet ordo, quoniam caput eſt prima atque ſuperior pars ho- G
minis. Perfectio, quia in capite vigent omnes ſenſus. Virtus, quoniam motus & gubernatio omnium
membrorum dependent à vi ſenſitiua ac motiua,quæ dominatur in capite. Sic Chriſtus prior & altior
eſt aliis propter gratiæ ſuæ eminentiam,& in ipſo ſunt omnes ſenſus ſpirituales. Ipſe quoque in omni-
bus influere poteſt ſpiritualem ſenſum & gratiæ motum. Eſt autem Chriſtus,ſecundum vtranque ſuã
naturam,caput totius eccleſiæ,ſed ſecundum diuinam naturam influit authoritatiuè, eſtque caput iure
1.Cor.11. creationis atque excellentiſsimæ gubernationis. Secundum humanitatem verò influit inſtrumẽtaliter:
Heb.1.2. ſecundum quam etiam deus eſt caput Chriſti. Nec hominum tantùm,ſed & angelorum quoque Chri
ſtus,vt homo,caput cenſetur. Quemadmodum enim angelorum & hominum vnus eſt vltimus finis
atque fœlicitas,ſcilicet viſio dei per ſpeciẽ, ſic vna eſt eorum eccleſia. Multitudo nanque electorum
actibus,officiiſque diſtincta,myſticum Chriſti corpus vocatur. Quoniam igitur Chriſtus,etiam vt ho
mo,propinquitatem ſuam ad verbum,influentiam habet in ſummos ordines angelorum, & cæteros v-
Dionyſius niuerſos,eos purgando, illuminando, & perficiendo (ſecundum magni Dionyſij documenta) conſtat
quòd ſit eorum caput Chriſtus. Iam enim inductum eſt,quòd deus conſtituit eum ſuper omnem prin
Coloſſ.2. cipatum & poteſtatem,&c. Alibi quoque ab eodem Apoſtolo de ipſo aſſeritur, quòd eſt caput omnis
principatus & poteſtatis. ¶ Poſtremò ſciendum,quòd Chriſtus eſt caput omnium, non æqualiter, ſed
ordine quodam. Primò enim & principaliter eſt caput beatorum qui ei vniuntur per gloriam fruitio-
nis. Secundò eorum qui vniuntur ei per charitatem viæ. Tertiò autem illorum qui ſola fide ei iungun- H
tur. Quartò verò qui vniuntur ei per potentiam ad actum reducendã. Quintò(& maximè impropriè)
eorum qui vniuntur ei per potentiam nunquam ad actum reducendam. Damnatorum verò Chriſtus
caput non eſt;ſed exiſtentium in purgatorio caput veraciter appellatur.

Cap. 11. [*Et vos cum eſſetis mortui in delictis & peccatis*] Artic. 11.

INtendens autem Apoſtolus Epheſios ad gratiarum actionem inducere, & gratiam dei commendare,commemorat quales,id eſt quàm vitioſi ac miſeri, ex ſemetipſis fuerunt,& quales per miſericordiam & gratiam Chriſti effecti ſint. [*Et vos*]Epheſij[*Cum eſſetis mortui*]ſpiritu,[*in delictis*]omiſsionis,[*Et peccatis*]cõ
Matth.8. miſsionis. De ſic mortuis ait in Euangelio dominus, Dimitte mortuos ſepelire
Luc. 9. mortuos ſuos,[*in quibus*] vitijs, [*Aliquando*] ſcilicet dum nondum credidiſtis in
Hiere.2. Chriſtum, [*Ambulaſtis*] iniuſtè viuendo,[*ſecundum ſeculum*].i. conuerſationem
1.Ioan.5. ſeu vitia, [*Mundi huius*] qui totus in maligno poſitus eſt.i.hominum mundano-
rum. Nec ſolùm ſecundum ſeculum,ſed &[*ſecundum principem poteſtatis aeris huius*]hoc eſt ſecundum
ſuggeſtiones diaboli,qui poteſtatem ſuam exercet,& habitat in aëre caliginoſo, qui pinceps hominum

A impiorum eſt, [*Spiritus*] malignus, [*Qui nunc operatur in filios diffidentiæ,*] id eſt deſperantes, incredulos & induratos ſeducit ac poſsidet. Sequuntur enim pene in omnibus diabolicum inſtinctum,[*In quibus*] delictis atque peccatis (quantùm ad genus eorum [*Et nos omnes*] Iudæi, ſicut & Gentes,[*Aliquando conuerſati ſumus*] antequam gratiam Chriſti ſuſciperemus, [*In deſideriis carnis noſtræ*] id eſt
Roma.8. carnalibus concupiſcentiis conſentiendo, [*Facientes*] id eſt actu implentes, [*Voluntatem carnis & cogitationum*] id eſt inclinationes ſenſualitatis, & cogitationum prauarum,ſeu ea in quibus caro delectatur. vel cogitatio inaniter occupatur & gloriatur. [*Et eramus natura*] hoc eſt naturali propagatione ab
Adam traducta: ſecundum illud, Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, [*Filii iræ,*] id eſt digni
Pſalm. 50. vindicta & pœna, propter originale peccatum, cui debebatur pœna damni, non pœna ſenſus, in po-
Roma.5. ſteris, [*Sicut et cæteri*] impii ſunt. [*Deus autem qui dives*] id eſt copioſus. [*Eſt in miſericordia*] Nam
in ſeipſo immenſam habet clementiam, & effectus diuinæ pietatis ineffabiles ſunt. Iuxta illud. Miſerationes eius ſuper omnia opera eius[*Propter nimiam charitatem ſuam,*] hoc eſt vehementem dilectio-
Pſal. 144. nem, [*Qua dilexit nos*] De qua dilectione legitur apud Ioannem, Sic deus dilexit mundum,vt filium
ſuum vnigenitum daret, [*Cum eſſemus mortui peccato*] originali ac perſonali ſeu actuali, [*Conuiuificauit nos chriſto,*] id eſt ſimul cum Chriſto, imò & per Chriſti incarnationem ac paſsionem viuificauit
Ioann.3 nos liberando à morte culpæ, & influendo vitam gratiæ, daturus demum vitam gloriæ,[*Cuius gratia,*]
B id eſt gratuita pietate, dono ac merito, [*Eſtis*] ſaluati non propris meritis. [*Et conreſuſcitauit,*] id eſt
cum Chriſto & per Chriſti reſuſcitationem reſuſcitauit nos à morte, nunc in ſpe, quod in die iudicii
Roma.8. fiet in re. Capitis enim præceſsio, ſpes membrorum eſt,[*Et conſedere fecit in cæleſtibus, in chriſto*
ieſu,] id eſt per fidem, gratiam & meritum Chriſti iam præparauit nobis locum beatæ quietis in cæleſtibus manſionibus: nunc enim conſedere nos fecit in ſpe. Vnde & Chriſtus ait, Ego diſpono
vobis locum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam,& ſedeatis ſuper thronos. Et rurſus alibi, Qui
Lucæ.22. vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo, [*Vt oſtenderet in ſeculis ſuperuenientibus*] hoc eſt in futu-
Apoca.3. ris generationibus vel in die iudicii, [*Abundantes diuitias gratiæ ſuæ,*] id eſt copioſa munera cæleſti-
pſal.144. um gratiarum, ſeu gratiæ habitualis, ex qua omnia alia dona gratifica aliquo modo dependent. Hæ
Ioann.10. autem diuitiæ non ſunt niſi ſublimia dona ſpiritus ſancti nobis collata, [*In bonitate*] dei extenta,
[*Super nos,*] id eſt ex diuina pietate nos miſericorditer aſpiciente, [*In chriſto ieſu,*] hoc eſt per Chriſtum, & eius ſacra myſteria. [*Gratia enim,*] id eſt gratuita dei pietate, qui omnes homines vult ſaluos
fieri. Vel, gratia habituali omne meritum veſtrum præueniente. Vel gratia, id eſt gratioſo merito
Chriſti, [*Eſtis ſaluati*] à poteſtate diaboli, & ſeruitute peccati, cæteriſque animarum periculis(quan-
1.Cori. 15. tùm eſt ex parte dei ſaluantis)[*Per fidem*] Sine qua impoſsibile eſt deo placere, & ſine qua nulla actio
C meritoria eſt, per quam etiam meritum Chriſti nobis applicatur. [*Et hoc non ex vobis,*] id eſt non
1.Timo. 2. propria virtute eſtis ſaluati. [*Dei enim donum eſt*] ſaluatio veſtri, ſeu fides. Et hoc, [*Non ex opera-*
ribus,] id eſt non veſtris meritis ſaluationem aut fidem meruiſtis, ſed deus miſericorditer vos preue-
Heb 12.11. nit,[*Vt ne quis glorietur,*] id eſt ne aliquis ſe propriis viribus iactet ſaluatum, ſicque in ſeipſo, non in
domino glorietur. Et meritò nemo in ſe gloriari debet.[*Ipſius enim*] dei[*Sumus factura,*] id eſt crea-
Hier. 9. ti à deo, quantùm ad eſſe naturale, [*Creati*] (quantùm ad eſſe gratiæ) creati ac regenerati,[*In chri-*
1. Cori. 4, *ſto ieſu,*] id eſt in ſacramentis & fide Chriſti. Sacramenta enim Chriſti gratiam conferunt, & ſpi-
Pſalm. 91. ritualiter creant. De qua creatione ait Pſalmiſta, Cor mundum crea in me deus. Creati inquam,
Pſalm. 50. [*In operibus bonis,*] id eſt per opera bona,virtuoſa ac meritoria ad perfectam regenerationem, & ſpiritualem exiſtentiam ducti. Quamuis enim per fidem & gratiam renaſcamur & iuſtificemur,oportet tamen vt tempore opportuno fides per dilectionem operetur, quoniam fides ſine operibus mortua eſt, [*Quæ*] opera bona, [*Præparauit deus,*] id eſt in ſua prædeſtinatione nobis dare diſpoſuit.
Omnia enim opera noſtra operatur in nobis [*Vt in illis ambulemus,*] id eſt conuerſemur, procedendo de via ad patriam per ſemitam mandatorum. [*Propter quod*] hoc eſt quoniam tantam miſericor-
Galat.5. diam conſecuti eſtis, idcirco vt gratiores ſitis domino deo, [*Memores eſtote,*] quòd aliquando ante-
Iacobi.2. quam conuerteremini ad Chriſtum, [*Vos gentes eratis,*] id eſt gentiliter & infideliter conuerſantes,
Eſaiæ.26. [*In carne,*] id eſt in peccatis carnalibus. Sic etiam accipitur caro ad Romanos, vbi dicitur, Vos
Pſalm.118. D autem in carne non eſtis, [*Qui dicebamini præputium,*] id eſt immundi & incircunciſi vocabamini,
tanquam habentes præputium, [*Ab ea quæ dicitur circunciſio,*] id eſt à populo Iudæorum circunciſio.
Vel diſtincti à populo iſto. Circunciſio enim eſt ſignum diſtinguens Iudæos à gentibus [*In carne*
Roma.8. *manufacta,*] id eſt circunciſio iſta in membro corporis, miniſterio manuum fiebat, [*Qui eritis in tem-*
Coloſſ. 2. *pore illo ſine chriſto*] id eſt ſine fide, charitate & gratia Chriſti, quamuis ſine Chriſto, prout deus eſt,
nihil poſsit in momento ſubſiſtere, [*Alienati a conuerſatione iſrael,*] id eſt à cultu diuino, qui tunc
Hier.23. in ſolo Iſraëlitico populo viguit, [*Et hoſpites teſtamentorum,*] id eſt extranei à veteri teſtamento.
Quod pluraliter teſtamenta vocatur propter diuerſitatem promiſſorum ſuorum, [*Spem promiſſionis*]
Deuter.7. id eſt æternæ fœlicitatis nobis promiſſæ, [*Non habentes, & ſine deo*] vero, id eſt ſine gratia atque no-
titia dei [*In hoc mundo. Nunc autem,*] id eſt hoc tempore veſtræ conuerſionis, ſeu euangelicæ legis,
[*In chriſto ieſu*] hoc eſt per dominum ſaluatorem. [*Vos qui aliquando eratis longe*] à deo, non loco,
Eſaiæ.59. ſed diſſimilitudine, quam efficit culpa. Iuxta illud prophetæ, Iniquitates veſtræ diuiſionem inter
deum veſtrum & vos, Et Peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis, [*Facti eſtis prope,*] hoc
eſt deo per charitatem vniti eſtis. [*In ſanguine eius,*] id eſt per precioſi ſanguinis Chriſti effuſionem.
Hiere. 31. [*Ipſe enim*] Chriſtus [*Eſt pax noſtra*] effectiuè, non formaliter, id eſt pacificator noſter. Nam pa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cem fecit inter deum & homines. Homines quoque per diuersas leges diuisos pacificauit, imò homines & angelos optimè pacificasse cognoscitur, [*Qui fecit vtraque*] id est duos populos scilicet Iudæos & gentiles, [*Vnum*] in fide ac dilectione. Hinc est quod ait ipse, Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos. Christus quippe est lapis angularis, in quo duo populi concurrerunt & adunati sunt. Ita vt ex Iudæis Gentibusque conuersis constet vna ecclesia. Propter quod aiebat propheta, Consilium pacis erit inter duos illos. [*Et medium parietem maceriæ*] id est obstaculum accedendi ad deum, [*soluens,*] id est per suam passionem & gratiam auferens. Abstulit enim à Iudæis obseruantiam legalium, à gentibus autem idololatriam, & pro omnibus satisfecit. De tali pariete ait Psalmista. In deo meo transgrediar murum. Dicitur autem hic paries maceriæ propter suam infirmitatem. Maceria nanque est congeries lapidum sine cæmento. Vocaturque medius, quoniam diuisit populos istos ab inuicem, & à deo. Non enim sibi concordabant inuicem, neque cum deo, stante pariete isto: sed erant omnes quasi oues errantes, vnusquisque in viam suam declinauit. Gratia verò dei parietem istum destruxit facilè, consumendo peccata, & vnitatem charitatis præstando, [*inimicitias*] Iudæorum & Gentium in alterutrum, & in deum, [*in carne sua,*] id est per corporis sui mysteria, scilicet passionem & mortem [*Soluens*] ipse est enim agnus qui abstulit peccata mundi. Quibus ablatis amicitia redit, & habitare facit vnius moris in domo. Insuper Christus est, [*Legem mandatorum,*] hoc est legem Mosaicam, plenam mandatis triplicibus, scilicet moralibus, iudicialibus & cærimonialibus [*Decretis,*] hoc est euangelicis præceptis, [*Euacuans,*] id est cessare faciens, quantùm ad cærimonialia. De quibus decretis legem euacuantibus dicit Saluator, In his duobus præceptis tota lex pendet & prophetę. Fertur autem Rabbi Mosen dicere Tot esse mandata in lege, quot sunt ossa in humano corpore, hoc est sexcenta & tredecim, [*vt duos*] populos, à se olim side & cultu diuisos (puta Iudæos & Gentes) [*condat*] hoc est constituat [*in semetipso*] tanquam in saluatore ac capite, iungens eos sibi per fidem & charitatem, [*in vno nouo homine,*] hoc est in semetipso deo humanato, nouo ordine genito, & omnia innouante, [*Faciens pacem*] inter populos istos adinuicem, & quo ad deum & angelos, [*Et reconciliet ambos deo in vno corpore*] id est in proprii corporis passione. Vel in vno corpore, hoc est ad hoc vt sint vnum mysticum corpus ecclesiæ, quod est ipsa ecclesia, quę est mysticum corpus Christi, [*Per crucem*] id est crucis passionem, [*interficiens,*] hoc est penitus tollens seu auferens, quantùm in se est, [*inimicitias*] id est peccata quæ inimicitiam induxerunt. Odio enim sunt deo impius & impietas eius [*insemetipso,*] hoc est propria morte ac merito. Iuxta illud Esaiæ vaticinium, Pro nobis volens vulneratus est. Item & illud Petri, Ipse peccata nostra tulit in corpore suo super lignum. [*Et veniens Christus*] id est in natura assumpta nouus apparens in terris, & cum hominibus conuersatus ac ambulans, [*Euangelizauit*] hoc est dandam prædicauit & per Apostolos datam annunciauit, [*Pacem*] prædictam [*Vobis*] gentibus, [*Qui longe fuistis,*] hoc est multùm à deo auersi. Vnde in Euangelio, Alias (inquit) oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere. Et rursus, Multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cælorum. Euangelizauit [*Et pacem his qui prope,*] hoc est Iudæis vnum verum deum colentibus. De quibus ipse ait, Non sum missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israël. Hoc verbum Apostoli sumptum videtur ex eo quod per Esaiam dominus protestatur, Creaui fructum labiorum eius, pacem ei qui longe, & pacem ei qui prope, [*Quoniam per ipsum*] Christum tanquam per optimum mediatorem, reconciliatorem & aduocatum [*Habemus accessum,* hoc est causam atque fiduciam accedendi corde syncero, [*Ambo,*] id est nos Iudæi & gentes, [*In vno spiritu*] id est instinctu & operatione eiusdem spiritus sancti. Vel, in vno spiritu, id est pari affectu seu anima vna per charitatem. Sicut multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna, [*Ad patrem*] æternum, eum laudando, & operibus venerando. Vnde dicit alibi Apostolus, Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur. [Ergo,] id est quoniam per Christum reconciliati, & prope facti estis, habentes per ipsum accessum ad patrem: sicut & ipse ait, Nemo venit ad patrem, nisi per me, [*iam*] tempore gratiæ & nouæ legis, cum estis ad Christum conuersi, [*Non estis hospites,*] id est aduenitii, & citò abeuntes à deo & ecclesia [*Et aduenæ*] id est à deo & electis extranei. Per fidem enim & charitatem, & cætera dona spiritus sancti firmiter stabiliti estis in deo, atque in ecclesiastica vnitate. Ideo subditur, [*Sed estis ciues sanctorum,*] id est de numero electorum, tanquam eiusdem iuris ac dignitatis cum illis in domo militantis ecclesiæ, [*Et domestici dei,*] id est deo familiariter copulati, & in domo eius (scilicet ecclesia) recepti, semperque mansuri, [*Superædificati,*] id est mente fortiter innixi, radicati atque fundati siue instructi, [*super fundamentum apostolorum et prophetarum,*] id est super Christum, qui est primum fundamentum, in quo apostoli & prophetæ fuerunt per fidem & gratiam singularem. Potest quoque per fundamentum intelligi sacra scriptura noui ac veteris testamenti, in qua fidelium corda fideliter constabiliuntur Aedificati itaque estis hoc modo [*ipso summo angulari lapide*] existente, [*Christo Iesu*] id est ita vt christus in ædificio isto ecclesiæ spiritualis sit lapis summus & angularis. Lapis quidem, quoniam firmiter sustinet & conseruat credentes in se. Summus, quoniam perficit eos. Angularis, quia in ipso, sicut in capite vniuntur duo populi, Iudæi videlicet & gentiles ad construendam vnam ecclesiam, quemadmodum duo parietes in lapide materiali in augulo posito concurrunt atque cohærent. De hoc lapide ait Psalmista, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Quod christus de se prędictũ testatur, dicens Iudęis, Nunquid legistis? Lapidē quē reproba-

Ioan.17. Psalm.117. Zach.6. Psalm.17. Esaiæ.53. Ioann.1. Psalm.67. Matth.22. Rabbi Moses, Roma.12. Sapien.14. Esaiæ.53. 1.Petri.4. Baruc.3. Esaiæ.33. Ioan.10. Matth.8. Matth.15. Esaiæ.57. 1.Timo.2. 1.Ioan.1. Actu.4. Hiere.4. Ioann.14. Epist. 1.Corin.3. Dani.12. Psalm.117. Matth.21.

uerunt ædificantes &c. [*In quo*] Christo, id est in cuius doctrina, fide & gratia, [*Omnis ædificatio*] id est domus, videlicet fidelis quilibet, seu multitudo fidelium, [*constructa*] id est spiritualiter erecta & confirmata, [*crescit*] id est proficiendo procedit de bono in melius, [*In templum sanctum*] id est ad hoc vt sit templum purum à vitiis, in quo deus per gratiam habitare dignetur iuxta illud, Templum dei sanctum est, quod estis vos, [*In domino*] id est adiutorio dei, vel secundum voluntatem ipsius. [*In quo*] domino, id est cuius subsidio, [*Et vos coædificamini*] id est simul cum aliis fidelibus ædificamini, intus in anima, virtutibus, donis atque scientiis [*In habitaculum dei*] id est vt sitis templum inhabitationis diuinę, [*In spiritu sancto*] .i. virtute spiritus sancti, qui huius ædificationis artifex est, & sine quo nullum acceptum est opus. ¶ Quæritur circa prædicta, quomodo ei (quod dictum est, Iam non estis hospites & aduenæ) consonet, quod de sanctis scriptum est alibi, Confitentes quia peregrini & hospites sunt super terram. Item quod ait Petrus, Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos. Et illud denique Dauiticum, Ne sileas, quoniam aduena ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei. Et respondendum, quòd sancti peregrini & aduenæ quantùm ad seculum istud, in quo peregrinantur à domino, sunt suspirantes ad patriã supercelestẽ. Mundus enim carcer est atque exilium electorũ. Non autem sunt hospites, peregrini aut aduenæ quo ad regnum & domum, seu ciuitatem militantis ecclesię, imò & triumphantis ecclesiæ ciues & domestici sunt in spe.

1.Corin.3. Hebr.11. 1.Petri.2. Psalm.38.

Cap.III. [*Huius rei gratia ego Paulus vinctus Iesu christi.*] Arti.iij.

RAns præterea sanctus Apostolus pro Ephesiis, ait, [*Huius rei gratia*] id est pro hac causa mihi grata, & vobis gratiosa, videlicet vt ædificemini in habitaculum dei in spiritu sancto, secundum intellectum iam expressum, [*Ego Paulus vinctus Iesu Christi*] id est propter Christum Romæ incarceratus, & vinculis strictus, [*pro vobis gentibus*] id est ob hoc quod vobis gentibus euangelizo. Et hoc vobis constare potest sic esse, [*Si tamen audistis dispensationem gratiæ dei quæ data est mihi*] id est gratiam mihi ex diuina dispensatione seu dispositione collatam, videlicet apostolatum, & cætera dona gratis data atque gratificа, mihi impensa, [*in vobis*] id est ad vestram salutem & instructionem, [*Quoniam secundum reuelationem*] id est ex supernaturali & clara illuminatione Christi, [*Notum mihi factum est sacramentum*] id est humanæ redemptionis mysterium seu occultum dei consilium ad saluationẽ hominum, [*Sicut supra*] videlicet in præcedenti capitulo, [*Scripsi in breui*] sermone, dicendo de Christo. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, [*Prout potestis legentes*] verba illa, [*Intelligere prudentiam*] id est sapientiam, [*Meam in mysterio Christi*] cognoscendam, id est in descriptione, prædicatione, seu cognitione huius diuini secreti, seu summæ mentis consilii, vt puta quòd gentes per Christum saluandæ sint, [*Quod*] mysterium [*Aliis*] id est præteritis, [*Generationibus non est agnitum*] hoc est, reuelatum, scilicet [*Filiis hominum*] qui fuerunt, [*Sicut nunc*] id est tam plene tã vulgatè, & tã perfectè quàm modo. [*Reuelatum autem sanctis apostolis ejus et prophetis*] noui testamenti, quorum multi nominantur in Actibus Apostolorum. Nam & omnes apostoli fuerunt prophetæ. His ergo reuelatum est, [*Inspiritu*] id est per spiritum sanctum. Vel, in spiritu, id est spirituali mentis excessu seu eleuatione ad percipiendam reuelationem diuinam, [*esse gentes*] id est electos gentiles, [*Cohæredes*] quo ad felicitatem futuram, [*Et corporales*] hoc est, ad idem mysticum corpus pertinentes, [*Et comparticipes promissionis*] id est, consortes cælestium promissonum cum nobis Apostolis, cæterisque electis Iudæis. Ita vt eadem sit beatitudo omnium nostrùm in patria, & nunc vnum corpus sumus Christi. Quod totum factum est, [*In Christo Iesu*] id est virtute & gratia, seu per incarnationem, passionem & merita Christi. Item [*Per euangelium*] hoc est euangelicæ legis prædicationem, per quam gentes ad fidem conuersæ sunt, & Christi gratiam susceperunt, [*Cuius*] euangelii, [*Factus sum ego minister*] id est obsequiosus annunciator, [*Secundum donum gratiæ dei quæ data est mihi*] hoc est, secundum apostolatum & sapientiam mihi diuinitus distribu tã, [*Secundum operationem virtutis eius*] id est secundum influxum diuinæ potentiæ ad tantam me gratiam promouentis. [*Mihi enim*] Paulo. [*Omnium sanctorum minimo*] non simpliciter, sed secundum aliquam considerationem, videlicet quantùm ad id quod sum ex meipso, & quod feci aduersus ecclesiam. Etenim secundum diuersas considerationes suiipsius, potest homo diuerso de sese iudicare modo sine mendacio. Sicque maior ac perfectior potest se verè humiliare sub inferioribus. Nunquam enim debet aliquis propter humilitatem à veritate recedere, [*Data est gratia hæc*] id est authoritas & sapientia, [*in gentibus euangelizare*] hoc est, gentibus prædicare, [*inuestigabiles diuitias*] id est imperscrutabilia & copiosissima dona & beneficia, [*Christi*] hominibus præstita vel promissa, [*Et illuminare*] instrumentaliter, id est prædicando docere, [*Omnes*] gentes. i. quasdam de omni genere gentium, [*Quæ sit dispensatio*] id est executio, seu dispensatiua adimpletio, [*Sacramenti absconditi a seculis in deo*] id est humanæ redemptionis secreto consilio factæ, seu incarnationis filii dei. Quod sacramentum absconditum seu celatum fuit in deo, id est diuinæ mentis notitia à seculis, id est ab omnium generationum exordiis, vt pote ab origine mundi, ita vt nulli creaturæ angelicæ vel humanæ, fuerit plenè manifestatum. [*Qui*] deus [*Omnia creauit, vt innotescat principatibus et potestatibus in cælestibus per ecclesiam multiformis sapientia dei secundum præfinitionem seculorum, quam fecit deus in christo Iesu domino nostro*] In horum expositione verborum maximam difficultatem habentium, sanctus Hieronimus & sanctus Augu

Infra.4. 2.Corin.1. Supra.2. Matth.11. Lucę.10. Actu.13. 2.Petri.1. Ioann.1. 1.Cori.15. 1.Corin.1. Sup.ca.2. Rom.2. Hierony.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stimus nonnihil dissonare videtur. Secundum Hieronimum enim exponitur sic, Mihi data est gratia, E
euangelizare in gentibus inuestigabiles diuitias Christi, vt innotescat, id est ita vt notificetur principibus & potestatibus, id est angelorum ordinibus, qui sunt in cælestibus mansionibus per ecclesiam, hoc est per apostolorum in ecclesia prædicationem, seu ex prædicatione Apostolorum ecclesiis facta, multiformis sapientia dei, id est diuinæ mentis sapientialis dispositio de humani generis liberatione. Quę vtique cognitio, vel sapientia dei, quamuis insęvna & simplicissima sit, tamen propter diuersa quę includit, concernit & efficit, multiformis vocatur. Est enim de omnibus mysteriis Christi. Quod autem subiungitur, secundum præfinitionem seculorum &c. referri potest ad verbũ innotescat, eritq; Matth. 16.
sensus. Vt innotescat principibus & potestatibus per apostolorum prædicationem multiformis sapientia dei, secundum præfinitionem seculorum, id est secũdum prędicationem dominicam ab exordio temporum præconceptam, quam præordinationem fecit, id est effectui mancipiauit, in Christo Iesu domino nostro, hoc est per Christi prædicationem inchoatiuè, & per missionem ac illuminationẽ qua ipse apostolos docuit, & ad prędicationem emisit. Secundò, refertur ad nomen multiformis. Tanquam dicat, Multiformis sapientia dei, non in se multiformis. sed simplex. Multiformis verò, secundum præ-
finitionem sæculorum, id est secundum ordinationem eorum quæ in sæculo fiunt. Vel secundum hæc Ioann. 1.
ipsa ex diuina præordinatione procedentia: quam præfinitionem fecit, id est impleuit, vel implere dis- Ioan. 15.
posuit deus pater, in Christo Iesu domino nostro, id est per vnigenitum filium suum, per quem facta Augustin. F
sunt omnia. Qui testatur, Pater meus vsque modo operatur, & ego operor.

¶Secundo exponitur iuxta Augustinum, hoc modo, Data est mihi gratia illuminare omnes, quę sit dispẽsatio sacramenti à sæculis in deo absconditi, vt innotescat, id est sic tamen vt innotuerit principibus & potestatibus, id est angelis vniuersis: per ecclesiam, hoc est in ecclesia, multiformis sapientia dei. Po-
nit ergo Augustinus super Genesim, quòd omnes angeli à principio sęculi prœcognouerunt mysteriũ S. Thomas
regni cælestis, id est vnigeniti filii dei incarnationem. Quod etiam Thomas in prima parte affirmat, ra- Hiere. 1.
tionem adiiciens. Quoniam incarnatio verbi est finis ad quam omnia angelorum ministeria ordinãtur.
Omnes autem sunt aliquo modo administratorii spiritus. Omnes ergo sacramentum hoc cognouerũt,
quantùm ad substantiam eius in generali, non autem quantùm ad singulas circunstantias, seu par- Hierony.
ticulares conditiones ipsius. Et quantùm ad hoc, profecerunt in cognitione multiformis sapientiæ dei, Esaiæ. 63.
mysteriorumq; Christi, tempore Ascensionis & prædicationis Apostolorum. Porro beatus Hiero-
nymus videtur sentire oppositum hoc loco, & Esaiæ exponens illud, Quis est iste qui venit de Edom.
Ait itaque, quòd angeli mysterium incarnationis, passionis Christi ignorauerunt donec impleretur. A
Christo quoque ascendente illud addiscerent, atque ex prædicatione Apostolorum in eius agnitione
proficerent. Veruntamen si dicta Hieronymi diligenter inspiciantur, non videntur prædictis penitus G
dissonare. Nam asserit quòd angelicæ dignitates non ad purum intellexerunt præmemoratum mys-
terium, donec completa est passio Christi, & Apostolorum prædicatio in gentes promulgata. Certum est
Dionysi.
autem dici non posse, quòd angeli absolutè nescierunt mysteria Christi, donec rebus essent expleta.
Propheticæ autem reuelationes (secundum Dionysium) angelorum ministerio fiunt, quod ergo de
Christo prœcognouerunt prophetæ, angeli prius, certiusq; nouerunt. De hac verò materia plenius
Esaię. 63.
dixi in Esaia, exponendo caput illud, cuius exordium est, Quis est iste qui venit de Edom? videtur quo-
que expositio glorioſi Hieronymi hoc loco magis concordare literæ, quà expositio Augustini, vt con-
Ioann. 11.
stat inspicienti. [*In quo*] Christo, id est cuius gratia & meritò, [*Habemus fiduciam*] futuræ felicitatis, [*Et accessum*] ad deum, [*in confidentia*] hoc est, confidendo de bonitate dei, meritis Christi, & actibus pro-
Epist.
priis, [*Per fidem eius*] quia in fide Christi omnia bona nostra fundantur. Vnde & confidentia ista ex fide procedit. ¶Deinde admonet Ephesios ad patientiam atque constantiam. [*Propter quod obsecro*] hoc est, per sacra vos rogo, [*Ne deficiatis*] hoc est, ne frangamini per impatientiam, pusillanimitatem, aut tædium animi, nec à fide, bonoque opere desistatis, [*In tribulationibus meis*] id est ex consideratione
persequutionum, & aduersitatum quas patior, [*Pro vobis*] hoc est ad vestri ędificationem ac proba-
tionem, [*Quæ*] constantia, scilicet non deficere. [*Est gloria vestra*] id est gloriosum meritum vestrum.
Solent autem pusilli scandalizari, frangi, deficere, dum conspiciunt iustos ab impiis opprimi aut occi-
Abac. 1.
di. In quorum persona scriptum est ab Abacuc, Quare domine non respicis contemplatores, & ta- Actu. 14. H
ces conculcante impio iustiorem se? Propter hoc lacerata est lex. Exercitati autem in via & lege di-
Roma. 8.
uina, qui sciunt quòd per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælestẽ, & quod pœnæ
Matth. 5.
iustorum in hac vita non sunt nisi medicinæ atque remedia, non mouentur ex hoc: quin potius dicunt illud Saluatoris, Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. [*Huius rei gratia*] pura ne deficiatis à bono propter aduersa. [*Flecto genua mea*] id est corpus in oratione humiliando ad insinuandam vel exercitandam cordis mei humiliationem, [*Ad patrem domini nostri Iesu christi, ex quo omnis paternitas in cælis, et in terra nominatur*] id est de cuius ve-
risima paternitate deriuatur, & nomen paternitatis sortitur omnis paternitas angelorum & homi-
1. Corin. 4.
num. Ita quòd paternitas primò & propriè conuenit deo patri qui genuit filium, non solùm in natura similem, sed etiam sibi consustantialem. Cæteris verò conuenit paternitas per quandam imitationem paternitatis diuinæ, [*Vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ*] id est secundum plenitudinem suæ per-
fectionis increatæ & opulentissimæ, [*Virtutem*] id est cordis constantiam, [*Corroborari*] hoc est confirmemini, [*Per spiritum eius*] id est per inspirationem & opem spiritus sancti, [*in interio-
ri homini*] hoc est, in anima. Quod est [*Habitare Christum per fidem*] formatam, [*In cordibus
vestris*] id est mansionem quietam, ac iugem præsidentiam habere in interioribus vestris. Sitis quoque [*in charitate*] dei ac proximi, [*Radicati*] hoc est radicitus fixi, seu firmiter inhærentes, quemad-

A modum radix terræ fortiter ineſt, [*Et fundati*] id est, per firmas rationes diuini amoris stabiliti, videlicet
ex consideratione diuinę bonitatis in se, & charitatis eius super nos, ex consideratione etiam benefício- 1. Cori. 9.
rum, promissionumq; Christi, [*Vt possitis comprehendere*] id est syncerè cognoscere, [*Cum omnibus san
ctis*] hoc est, sicut sancti in via deo reuelante cognoscunt. [*Quæ sit latitudo*] spiritualis charitatis, [*Et lon-
gitudo, et sublimitas, et profundum*] eius. Hæ dimensiones attribuntur charitati, per similitudinem corpo-
ralium dimensionum. Vnde latitudo charitatis est, quod ad omnes extenditur, etiam inimicos. Longi-
tudo eius est, quod tendit in longum atque futurum, videlicet vsque in vltimum finem, seu vitam æter- Augusti.
nam, nec frangitur propter dilationem. Vnde secundum Augustinum, Longitudo est perseuerandi lõ-
ganimitas. Sublimitas verò charitatis est, quòd immediatè vnit nos deo, imò in deum transformat, eique
inseparabiliter colligat, quod maximè in patria adimplebitur. Profundum autem charitatis est conde- Iacob. 1.
scensus ad proximum. Vel humiliationis declinitas ex consideratione terribilium iudiciorum dei. Sapient. 8.
¶Possunt quoque hæc quatuor metaphoricè ad diuinam referri naturam. Vt latitudo pertineat ad di-
uinæ naturæ communicabilitatem, qua deus dat omnibus affluenter, nec aliquid expers est à diuinę bo
nitatis participatione. Longitudo verò pertineat ad æternitatem, qua attingit à fine vsque ad finẽ, imò
vniuersa præcedit, & omnia sequitur. Vel ad longanimem expectationem, qua impiorum præstola-
tur emendationem. Sublimitas autem ad maiestatis diuinę incircunscriptibilem excellentiã. Vel ad pro-
B missorum superuaturalem dignitatem. Profundum quoque ad incomprehẽsibilia diuinæ naturę, eiusq; Psalm. 35.
iudiciorum. De quibus dicit scriptura, Iudicia tua abyssus multa. Item alibi, Excelsior cęlo est. Et quid Iob. 11.
facies? Profundior inferno, Et vnde cognoscẽs? Longior terra mensura eius, & latior mari. Possitis [*Scire
etiam*] scientia practica, hoc est sciendo imitari, & iustè agere, [*Supereminentem scientiæ charitatem Chri-
sti*] id est dilectionem illam præcipuam, qua Christus secundum suam scientiam nos dilexit. Dilectio
enim ex cognitione procedit. Vel sic, Possitis scire charitatem Christi supereminentem scientiæ, id est Eccle. 24.
nostram notitiam sua magnitudine excedentem, [*Vt impleamini*] id est diuinarum gratiarum recipien-
do influxum; tẽdatis ac perducamini, [*In omnem plenitudinem dei*] id est ad omnia dona perfecta quę cõ-
feruntur à deo. Quatenus nunc obtineatis plenitudinem meritorum: postmodum verò plenitudinem 1. Timo. 1.
præmiorum, [*Et autem*] scilicet deo omnipotenti, [*Qui potens est omnia*] sibi placentia, & nobis sa- Finis.
lubria, [*Facere*] .i. implere [*Superabundanter quam petimus aut intelligimus*] id est copiosius quàm ora- Damasce.
re aut nosse valeamus, qui tamen plus intelligimus, quàm orare præsumamus, [*Secundum virtutem*]
id est omnipotentiam suam, [*Quæ operatur in vobis*] vt causa prima ac principalis, nobisque virtutem
& gratiam operandi largitur, [*Ipsi*] sit [*Gloria*] id est clara cum laude notitia, [*in ecclesia*] id est in cordi-
bus fidelium, qui deum glorificant, [*Et in Christo Iesu*] id est propter ea quæ nobis per Christum dona-
uit. Gloria inquam duratura, [*in omnes generationes*] id est per vniuersa generationum interualla, seu tẽ-
C pora [*seculi*] id est præsentis vitæ contentiuæ, [*Seculorum*] id est includentis in secula vniuersa, id est sin-
gulas mundi ætates.
¶Porrò, secundum Damascenum, Seculum multa significat. Primò, vnius cuiusque rei vitam. Secundò,
tempus mille annorum. Tertiò, totam vitam seu durationem (vt ita loquar) præsentem. Quartò, vitam
futuram in patria post resurrectionem nouissimam. Quintò, mensuram æternorum. Sextò, mensuram
perpetuorum. Septimò, singulas septem mundi ætates.

Cap. IIII [*Obsecro itaque vos ego vinctus in domino.*] Artic. iiij.

Epist. Ephesi. 3.
DOcuit sanctus Apostolus omnia bona nostra diuinæ pietati ac gratiæ esse ascri-
benda, induxit quoque Ephesios ad gratiarũ actionem, & fudit pro is præcem
deuotã. Iam in moralibus instruit eos dicendo. [*Obsecro itaque vos ego vinctus*]. i.
Romę incarceratus atque ligatus, [*In dño*] hoc est, propter deũ & fidei prędicatio
nẽ, [*Vt digne ambuletis*] quotidie in virtutibus proficiendo. Dignè, inquã, [*Voca-
tione qua vocati estis*] ad christianã religionẽ atque euangelicam legẽ me foris per
prędicationẽ meã vocãte, deo autẽ interius operante, & per inspirationẽ internã
vocãte, hoc est sic viuite vt cõuenit Christianis, & sicut lex iubet quã assumpsi- Matth. 11.
D stis, [*cum omni humilitate*] interiori & exteriori in verbis & factis, ita vt latentem superbiã & manifestam Tobiæ. 4.
præsumptionem ac promptam abiiciatis, [*Et mansuetudine*]. i. mittitate iram refrenante. Hoc & christus
admonet, Discite, inquiens, à me: quia mittis & humilis corde. Vnde & tobias præcepit filio suo, Super- Eccle. 10.
biam nunquam in tuo sensu, aut in verbo tuo dominari permittas. In ipsa enim sumpsit initium omnis Eccles. 3.
perditio. Et in Ecclesiastico scriptum est, Odibilis coram deo & hominibus est superbia. De commen-
datione verò mansuetudinis scriptum est, Fili, in mansuetudine opera tua perfice, & super hominum
gloriam diligeris, [*cum patientia*] quæ passionem tristitiæ aufert, id est cum equanimi tolerantia aduer- Hebre. 10.
sorum [*Supportantes inuicem*] mutuos defectus atque labores, compatiendo peccantibus, & laboranti- 1. Cori. 12.
bus succurrendo: sicut alibi dictum est, Alter alterius onera portate, [*In charitate*] id est syncero affectu Gala. 6.
non simulatione, aut pro commodo temporali, [*Solicti seruare*] id est studiosi ac diligentes ad conser-
uandum, [*Vnitatem spiritus*] id est spiritualem vnionem & conformitatem animorum, vt sit nobis ani- Ioann. 17.
ma vna per charitatis affectum. vel vnitatẽ spiritus .i. vnitatem ecclesiæ quam fecit spiritus sanctus, [*in
vinculo pacis*] hoc est, in pace seu tranquillitate animi, quę est spirituale, vinculũ vnitatis prædictę, quo-
niã nutrit eam atque cõseruat. [*Vnum corpus*] Christi mysticum estis, [*Et vnus spiritus*] cum deo ei fide-
liter adhærendo. Vel vnus spiritus cum spiritu Christi per charitatẽ, eadem volendo ac nolendo cũ eo Roma. 12.
quẽadmodũ per Hieremiã dominus loquitur, Dabo eis cor vnum, & animam vnam, [*Sicut vocati estis* Hiere. 32.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Petri.5. *in vnam spem*] id est ad eandem beatitudinem sperandam.[*Vocationis vestræ*] id est ad quam vestra vocatio ordinatur.Meritò insuper obseruanda est vnitas ista interna ac spiritualis. Nam[*Vnus dominus*]scilicet deus trinitas .De quo in libro Hester quidem aiebat,Domine rex omnipotens in ditione tua cuncta sunt posita.[*Vna fides*]in specie ex parte obiecti , quod est veritas prima, sed ex parte subiectorum fides numeraliter diuersificatur. Quamuis enim multa sint credenda ,& multi articuli fidei , vna tamē est formalis,& propria ratio obiectalis,propter quam omnibus creditur,& cui fides innititur,scilicet veritas increata.[*Vnum baptisma*]in specie ,quia materia vna est,vt pote aqua;& forma baptismi eadem est. Vel dicitur baptisma vnum,ex parte interioris Baptistæ,videlicet Christi,qui solus lauat & mundat interius.Vel ideo vnum vocatur, quia iterari non potest , estque eiusdem valoris à quocunque ministretur, quoniam non consistit in merito dantis,sed in virtute dominicæ passionis. [*Vnus deus et pater omnium*]hoc est, deus trinitas . Qui deus dicitur propter creationem : pater , propter benignam gubernationem.[*Qui*]est[*Super omnes*]id est incomparabili dignitate cunctis præstantior . [*Et per omnia*]spiritualiter extentus siue diffusus , cunctaque penetrans & includens. Propter quod ipse per Hieremiam contestatur.Nunquid non cælum & terram ego impleo? [*Et in omnibus nobis*] credentibus atque electis est per fidem , charitatem & gratiam . Sed ne ex hoc quod dixit , nos esse vnum corpus , vnumque spiritum,æstimetur in omnibus esse per gratiā ,subditur,[*Vnicuique autem nostrum data est gratia*] gratū faciens, vel gratis data, seu vtraque simul . [*Secundum mensuram donationis Christi*] hoc est,iuxta quantitatem mensuratam à Christo :vel secundum quod Christus dator mensurat , qui dat singulis secundum propriam capacitatem siue virtutem. [*Propter quod dicit*] Psalmista , [*Ascendens*] Christus[*in altum*]id est in cælum empyreum in die ascensionis .[*Captiuum duxit captiuitatem*] hoc est,à diabolo captos eripuit, cœpit,& secum deduxit,videlicet sanctos de lymbo, omnesque omnino purgatos.[*Dedit dona hominibus*] maximè in die sancto penthecostes, quando discipulis mittens spiritum sanctum , impleuit corda eorum diuersis charismatibus spiritus sancti ,vt patet in Actibus. Allegat autem Apostolus potius sensum quàm verba Psalmistæ .Sic enim continet nostra translatio,Ascendisti in altum,cœpisti captiuitatem,accepisti dona in hominibus.[*Quod autem*]Christus[*Ascendit,quid est*]hoc est,quomodo verum est[*Nisi quia & descendit primum*]id est ante,videlicet in die resurrectionis seu mortis suę. [*In inferiores partes terræ?*]id ad lymbum patrum,qui est secus infernum situm in medium terræ. Inde enim captiuam duxit captiuitatem.

¶Porrò Christus in puncto mortis suæ descendit in lymbum ,quantùm ad animam. In die verò resurrectionis rediit illuc cum corpore & anima secundum quosdam. Vel sic,Descendit primùm in inferiores partes terræ,hoc est ,ad hunc mundum inferiorem ,humanam naturam assumendo, atque in mundo visibiliter operando.Vnde ipse ait,Nemo ascendit in cælum,nisi qui descendit de cælo.[*Qui descendit*] modis præfatis,[*Ipse est et qui ascendit*]in die Ascensionis secundum corpus & animam,[*Super omnes cælos*]materiales & habitationes eorum. Ascendit autem loco & dignitate,vel potius dignitatis suæ manifestatione super omnes creaturas corporales ac spirituales.Sūt autem septem cæli planetarum:octauum cælum est firmamentum quod appellatur sydereum . Estque partim diaphonum , & partim lucidum. Nonum est cælum cristallinum,seu aqueum, omnino diaphonum,quod philosophi nominant nonam sphærā.Vltra q̄ aliqui ponunt decimam spæram seu decimum cælum, quod nominant primum mobile.Vltra hos cælos ,est cælum empyreum maximè vniforme ac simplex atque immobile,quod est māsio beatorum.

¶Denique præter hos cælos superiores,& secundum substantiam prorsus incorruptibiles sunt cæli elementares,videlicet cælum aëreum,æthereum,olympium,& igneum.Sic ergo ascendit[*Vt adimpleret omnia*] quæ in lege , prophetis ac psalmis de ipso prænunciata fuerunt. Vnde in cruce dicebat, Consummatum est.Vel,impleret omnia genera hominum,id est quosdam de vniuersis generibus hominum donis & gratiis spiritus sancti.De quibus omnibus dixit apud Ioannē, Omnia traham ad meipsum.Quomodo autem & quibus gradibus hoc fecerit: subditur,[*Et ipse*]Christus[*Dedit*] hoc est gratis constituit , [*Quosdam quidem Apostolos*] de quibus in Luca habetur, Hos duodecim elegit , quos & Apostolos nominauit . [*Quosdam autem prophetas*] id est futurorum prænunciatores , vt erant Agabus & Dionysius, qui Ioanni Euangelistæ prophetauit de sua reductione à Pathmo . Secundum Ambrosium per prophetas potius intelliguntur scripturarum expositores,quoniam in nouo testamento scripturarum explanatores appellantur prophetæ . [*Alios vero Euangelistas*] vel quia Euangelium conscripserunt , vt Lucas & Marcus : vel quia euangelium prædicauerūt , vt septem diaconi & successores eorum . Euangelistæ namque vocantur , qui quamuis sacerdotes non sint , tamen euangelizare ex officio possunt [*Alios autem*] dedit [*Pastores et doctores*] puta episcopos , qui verbo & opere gregem suum pascere habent . De quibus dominus loquitur per Hieremiam , Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina . Loquitur autem Apostolus de distinctione istorum formaliter . Materialiter nanque frequenter coincidunt , eò quòd eidem personæ diuersæ gratiæ conferantur.Nam ipsi Apostoli vtique & prophetæ & Euangelistæ, pastores atque doctores fuerunt.nos itaque dedit deus.[*Ad consummationem sanctorum*]id est vt fœliciter finiantur seu consumētur.qui nunc sancti & perfecti consistunt , qui & à prædictis diriguntur [*In opus ministerii*] id est operosum obsequium, puta ad hoc vt singuli sua officia ordinatè & expeditè valeant exequi. [*In ædificationem corporis Christi*]id est propter ædificationem spiritualem ecclesię,& vt infideles per fidem ei incorporentur,quæ est mysticum corpus Christi. ¶ Porrò prælatio ordinationis prædictæ durabit,[*Donec occurramus omnes*]hoc est,in die iudicii nobis inuicē & Christo obuiemus,iuxta illud in Euangelio, Ecce sponsus venit,surgite obuiam ei.Et alibi,Simul rapiemur cum illis in nubibus obuiā Christo,[*in*

Ephes. Hester. 13. Roma.3. Hier.23. Finis. Epist. Ioann.1 Psalm.67. Actu.2. Zach.9. Ioann.3. Marc.16. Actu.1. Lucæ.24. Ioan.19. Ioan.10. Lucæ.6. Actu.11. Ambrosi⁹. Actu.6 Luc.1. Marc.1. Hier.3. Hebr.6. Matth.25. 1.Thes.4.

vnitatem fidei] hoc est idem credentes quantùm ad electos fideles, qui nondum deum per speciem videre meruerunt,[*Et agnitionis*] id est cōtemplationis,[*Filij dei*]Hoc refertur ad beatos qui ante finitum iudicium deo perfruūtur.Vel sic,Occurramus omnes,qui iam sumus & viuimus,in vnitate fidei,id est in vna fide catholica, & agnitione fideli Christi filij dei, [*in virum perfectum*] hoc est in statu perfecto, habentes videlicet perfectionem virtutum, & fortitudinem animorum, sicque appareat nos esse viros non ratione sexus,sed perfectionis. Non ergo ideo ait,in virum perfectum, quasi post resurrectionem defecturus sit sexus muliebris, sed quia electi fœliciter immutabuntur [*in mensuram ætatis plenitudinis christi*]hoc est in ea ætate occurremus & resurgemus,qua Christus consummatus atque occisus est,scilicet in anno trigesimotertio.Nō ait in mensuram corporis vel staturæ, quoniam vnusquisque proprij corporis mensuram recipiet,quam vel in iuuētute habuit, licet senuerit, vel fuerat habiturus nisi prius obiisset.Non autem satis est dicere secundum Augustinum, quòd in resurrectione detur corpori magnitudo quam non habuit, nec naturaliter habuisset , vel quòd corpora maiora ad dominici corporis quantitatem redigantur:sic enim multū periret de illis:cùm tamen ne vnus quidem periturus sit capillus eorum.Hæc verò tam prȩclara largitus siue daturus est deus beneficia nobis.[*Vt iam*]post receptionem baptismi,& conuersionem nostram,[*Non simus paruuli*]id est discretione ac sensibus minorati seu modici, [*Fluctuantes*]id est instabiles,[*Et circunferamur*]id est vndique à deo & rectitudine sanctæ conuersationis abstrahamur ac euagemur,[*Omni vento doctrinæ*]id est inani;verbosa,& turbulenta instructione hominum peruersorū,ne deputemur cum illis,de quibus dicit Psalmista, In circuitu impij ambulant.Et,Deus meus pone illos vt rotam,& sicut stipulam ante faciem venti , quæ circunferentia seu vana instructio sit,[*in nequitia hominum*] id est à nequam hominibus, [*in astutia*] hoc est cum fraude & simulatione , [*Ad circūuentionem erroris*].i. ad hoc vt alios fallant mittendo eos in diuersos errores sub prætextu iustitiæ & specie veritatis.[*Veritatem autem iustitiæ*]hoc est opera iusta[*Facientes*] Vel veritatem doctrinæ facientes, id est actibus virtuosis exequentes[*in charitate*] hoc est ex charitatis impulsu atque imperio non fictè, coactè aut formidolosè, [*Crescamus*] in gratia gratificante, [*in illo per omnia*] virtutum exercitia,[*Qui est caput*]nostrum,videlicet[*Christus*]id est auxilio Christi,secūdum eius consilia ad gloriam eius.[*Ex quo*]id est cuius virtute & operatione,[*Totum corpus*]mysticū, quod est vniuersa ecclesia, [*Compactum*]hoc est per fidem & opera firmiter iunctum,[*Et connexum*] coagulo charitatis,[*Per omnem iunctur am submin istrationis*] id est per singula membra,siue suppposita mysticum corpus integrantia,& sibi inuicem charitatiuè ministrantia. [*secundum operationem*]id est realem & actualem subuentionem seu seruitutem [*in mensuram vniuscuiusque membri*] id est iuxta facultatem,proportionem,seu modum cuilibet personæ ecclesiasticæ conuenientem, videlicet secūdum quod gratia dei in ea maior aut minor est. Hoc itaque corpus ita compactum, [*Augmentum corporis facit*] hoc est seipsum auget ac perficit numero & merito Christi virtutum, [*In ædificationem sui*]hoc est vt plures conuertantur ad fidem, corrigantur in moribus vel perficiamur virtutibus, [*In charitate*] in qua tota spiritualis fundatur & consummatur constructio . Si ergo in corpus ecclesiæ iunctum est , vt singula membra eius si inuicem per dilectionem cohæreant atque ministrent. ¶Deinde instruuntur Ephesij in moribus,primóque admonentur declinare à malo.[*Hoc igitur*]id est quoniam tanta vobis collata est gratia.[*Dico & testificor in domino*]id est deo testante, vel sub testimonio domini iubeo, deum testem adhibendo,[*Vt iam*]tempore gratiæ,[*Non ambuletis sicut et gentes ambulant*] id est non viuatis sicut Gentiles,[*In vanitate sensus sui*]hoc est diuersis erroribus humana vanitate conceptis.[*Tenebris*] id est perfidia, variisque falsitatibus. [*Obscuratum habentes intellectum , alienati a via dei*] id est à fide & lege diuina, [*Per ignorantiam quæ est in illis*] quæ est priuatio veritatis , idcirco alienat & separat intellectum à via dei, quæ pulchra est atque pacifica, [*Propter cæcitatem*] id est habitudinem & duritiam [*cordis ipsorum*] per quam prædicationi veritatis claudunt oculos mentis. In maleuolam enim animam non introibit sapientia. [*Qui desperantes*]hoc est futuræ remunerationis fiduciam non habentes , [*Semetipsos tradiderunt impudicitiæ*] id est turpitudini, luxuriæ , procedentes ex concupiscentia, [*in operationem immunditiæ omnis*] id est in opera totius fœditatis, nullum genus carnaliū voluptatum omittentes, [*In auaritiam*] id est ex peccato luxuriæ etiam in auaritiam lapsi desiderantes temporalia, sine quorum vsu,libidini vacare non possunt. De talibus scriptum per Sapientem , Dixerunt impij apud se . Non est qui agnitus sit, reuersus ab inferis, quia ex nihilo nati sumus , & post hæc erimus tanquam non fuerimus . Venite ergo & fruamur bonis quæ sunt,& vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Nullum pratum sit,quod non pertranseat luxuria nostra. [*Vos autem non ita*] scilicet vt impudicè viuatis, & vitiis Gentilitatis vacetis, [*Didicistis Christum*] hoc est Christi doctrinam, quæ docet oppositum, [*Si tamen illum*] id est Christi documenta, [*Audistis*]auribus mentis,id est intellexistis,[*Et in Christo*] hoc est secundum eius vitam, mores & theoriam , [*Edocti estis*] à spiritu sancto per Christi ministros, [*Sicut est veritas in Iesu*] id est si sic informati estis vt dici possitis edocti in Christo, hoc est si verè sapientes estis,vitam & mores conformando scientiæ exemplo Christi, qui cœpit facere & docere . Vnde subiungit quid sit in Christo edoctum esse, [*Deponere vos secundum pristinam conuersationem*] id est per abnegationem præcedentium vitiorum, [*Veterem hominem*] hoc est vosipsos relinquere,quantùm ad id quo primo parenti præuaricatori similes estis per inobedientiæ eius imitationem. Hinc enim dicit saluator, Qui vult venire post me,abneget semetipsum . Et Salomon loquitur, Verte impios , & non erunt, [*Qui*] vetus homo, [*corrumpitur*] id est spiritualiter annichilatur omne esse gratiæ gratificantis perdendo, [*Secundum desideria erroris*] hoc est consentiendo desideriis prauis,vel ea mancipando effectui.Quæ dicuntur desideria erroris,quia ex errore seu defectu cognitionis aliquo modo procedunt.(Omnis enim peccans, est ignorans secundum philosophum) & ad errorem pecca-

Galat.4. Finis. Augustī. Luc.21. Pſalm.11. Pſal.82. 1.Petri 2. 1.Cor.11. 1. Cor.3. Rom.1. Prouer.3. Sap.1. Heb. 18. Heb.13. Sap. 2. Act. 1. Luc. 9. Prouer.12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti actualis deducunt. Per veterem autem hominem designatur quilibet nostrûm per comparationẽ ad E
pristina vitia, quibus anima vetusta efficitur. ¶ Deinde Apostolus exhortatur Ephesios ad operationẽ
boni, [*Renouamini autem spiritu*] id est affectu, [*Mentis*] id est animæ [*Vestræ*] Vel spiritu mentis vestræ, id
Rom.13. est spiritu qui est mens vestra. Quid autem sit taliter renouari, additur, [*Et induite nouum hominem*]. i. si-
militudinẽ Christi vel cuiuscunque hominis spiritualis in Christo renati ac renouati assumite, eius se-
quendo vestigia, sicut superius dictum est, Induimini dominum Iesum, hoc est esse virtutum & gratiæ
adipisci curate, vt quotidie in charitate & gratia proficientes, indesinenter recentes & vigorosi, imò in-
dies magis recentiores fiatis. [*Qui*] nouus homo, [*secundum deum*]. i. à deo seu operatione diuina, vel se-
cundum beneplacitum dei, [*Creatus*] id est formatus seu reformatus, [*Est in iustitia & sanctitate veritatis*]
Ioan.14. id est puritate vera non simulata. Hãs enim virtutes Christus, secundum quòd homo, accepit: quando
in vtero virginis creata est anima eius, & corpori suo vnita. Alij verò in baptismo, & pœnitentia eas re-
cipiunt. [*Propter quod deponentes mendacium*] Quod veritati & per consequens deo, qui veritas est, ad-
uersatur. Deponentes (inquam) omne mendacium. s. officiosum, iocosum, & maximè pernicioſum: de
Sap.1. quo in libro Sapientiæ habetur, Os quod mentitur occidit animam. Et in Psalmo, Perdes omnes qui lo
Psalm.5. quuntur mẽdacium, [*Loquimini veritatem*] id est verum sermonem. Vnusquisque cũ proximo suo, hoc
Malac.2. est quolibet homine, qui secundum naturam tibi frater & proximus est. Nam & pater vnus omnium
Rom.12. nostrũ, & deus vnus creauit nos, [*Quoniam sumus inuicem membra*] id est per modum membrorum vni- F
ti, ad idem corpus ecclesiæ pertinentes, atque ad mutuam subuentionem obligati. Hinc per prophetam
dicitur, Veritatem tantũ & pacem diligite, [*Irascimini & nolite peccare*] Hoc ex psalmo quodam acce-
Zacha.8. ptum est. Potẽstq; satis multipliciter explanari, prout ira diuersis modis accipitur. Si enim sumatur pro
Psal.4. motu primũ primo, id est purè naturali, sic nõ est peccatum, & ita permissiuè dicitur Irascimini. Ad-
ditur tamen, Et nolite peccare, quoniã ira talis facillimè redditur vitiosa. Secundò accipitur ira pro mo
tu subito ex humana infirmitate & pœna peccati prodeunte, qui est veniale peccatum. Procedit enim
ex aliqua apprehensione, nec rationis iudicium præstolatur. Et ita quòd dicitur, Irascimini, non est
exhortatio irascendi, sed consilium atque remedium iram vincendi. Nam sequitur, & nolite peccare.
Tanquã dicat, Si motio talis orta in vobis fuerit, non ei cõsentiat ratio, sed reprimat eam. Tertiò, sumi-
1.Reg.19. tur ira pro motu quodam rationem sequente, quo cõtra propria vel aliena peccata mouemur, appeten
Gregor. do vindictam secundum rationis dictamen. Et hæc est ira per zelum quæ est laudabilis, faciens actũ ra-
tionis efficacius fieri, quam virtuosi frequenter sponte assumunt. De qua dicit Gregorius, Tunc robu-
Ibidem. stius ratio cõtra peccata erigitur, dũ ira subita rationi famulatur. De hac itaque ira admonendo iã dici-
tur Irascimini. s. cõtra vestra & aliorũ peccata. Verũtamen quoniam ira hæc magno moderamine eget,
ne excessiuè accẽdatur vel maiorẽ expetat vltionem quàm culpa meretur, ideo subditur, Et nolite pec G
care, hoc est ne permittatis irę cõmotionem sic crescere vt ratio cõturbetur, vel iustita omittatur. Pro-
pter quod ait Gregorius, Cauendum summoperè est, ne ira, quæ vt instrumentum veritatis assumitur,
rationi dominetur, ne vt domina prę eat, sed velut ancilla ad obsequium parata, à rationis tergo nunquã
recedat. Si ergo vindicta quæratur propter correctionẽ culpæ & obseruationem iustitiæ, erit ira per ze
lum, aliàs esset ira per vitium. ¶ Denique ira dupliciter metas rationis excedit. Primò nimiũ ferueſcen-
do, quando videlicet ipsa cõmotio in se excessiua consistit, rationis actum impediendo. Secundò ma-
Iob 5. iorem vindictã quàm oportet expetendo, quod est grauius primo: est enim contra charitatem atque iu
stitiam. Vnde ex suo genere est mortale [*Sol*] iste vitibilis [*Non occidat*] ad occasum tenendo, [*super ira-
cundiam vestram*] hoc est ira vestra durante. Tanquam dicat, Si motus iræ exurgat, non maneat. Vel sol
iustitiæ, id est Christus aut certè sol intelligentiæ, hoc est iudicium rationis non occidat super iracun-
diam vestram, id est à vobis non elongetur, nec separetur propter iracundiæ vestræ excessum. [*Nolite
Iacobi 4. locum*] hoc est ingressum ad possidendum animam vestram, [*Dare diabolo*] admittendo suggestiones e-
Matt.12. ius nefarias, vel redeundo ad pristinas iniquitates. Vnde scriptum est, Resistite diabolo, & fugiet à vo-
bis. Aliter vobis continget quòd Christus in Euangelio loquitur, Cũ immundus spiritus exierit ab ho
mine, perambulat arentia loca, quærens requiẽ, & non inuenit. Tunc dicit, Reuertar in domum meam
vnde exiui. Et cũ venerit, reperit eam vacantem, & scopis purgatam atque ornatam. Tunc abit, & adiun
git sibi septem alios spiritus sceleratiores se, & ingressus inhabitat illic, & fiunt postrema hominis illius H
2. Thess.3. peiora prioribus, [*Qui furabatur*] ante conuersionem seu pœnitentiam, [*Iam non furetur*] aliena tollẽdo,
quòd ex suo genere est mortale, quoniam contrarium est iustitiæ. Interdum tamen est veniale, pro-
pter paruitatem nocumenti, vel actus imperfectionẽ, [*Magis autem laboret operando in manibus suæ quod
Act.20. bonum est*] id est licita opera exteriora atque mechanica pro pretio faciat, [*Vt habeat aliquod temporale
bonum, Vnde tribuat necessitatem patienti*] hoc est egenis eleemosynam conferat de labore manuum sua-
Matt.12. rum. Hinc in Actibus idem iste ait Apostolus, Omnia ostendi vobis, quia sic laborantes oportet susci-
1. Cor.15. pere infirmos, meminisse verbi domini Iesu, quia beatius est magis dare quàm accipere. [*Omnis sermo
malus ex ore vestro non procedat*] quamuis animo fuerit præconceptus, sed reprimatur, præsertim cùm
de omni verbo otioso reddenda sit ratio in die iudicij. Corrumpunt nanque mores bonos colloquia
Eccle. 14. praua. Propter quod in Ecclesiastico scribitur, Beatus vir qui nõ est lapsus in verbo ex ore suo, [*sed qui
bonus est ad ædificationem fidei*] hoc est sermo vtilis ad ædificandum fidem in alio proferatur à vobis, nõ
qualitercunque, sed cũ debitis circunstantiis, scilicet [*Vt det gratiam audientibus*] id est proficiat eorum
saluti, ficque per occasionem præstet seu augeat gratiam dei in eis. [*Et nolite contristare spiritum sanctum
dei*] hoc est non ita per inobedientiã vestram offendatis spiritum sanctũ, vt per modũ contristati se ha
beat, vel alios bonos propter vestrã peruersitatem ad contristandum seu condolendum inducat. Quã-
tus enim spũs sanctus sit verus & incõmutabilis deus, ei tamè asscribitur quòd ipse in hominibus ope-

A ratur, iuxtà quem sensum fertur pro nobis orare gemitibus inenarrabilibus. Per modũ quoque contri- Rom. 8.
stati se habet, dum à nostris cordibus per peccata fugatur: iuxta illud Sapientiæ, Spiritus sanctus disci- Sap.1.
plinæ effugit fictum, q̃ auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu. Penes hũc sensum & in E- Esa. 63.
saia scribitur, Afflixerunt spiritum sancti eius. Translatio septuaginta interpretũ habet, Afflixerunt spi Act. 1.
ritum sanctum eius, [*In quo signati*]. i. cuius virtute & gratia à reprobis separati, distinctique estis [*In die
redemptionis*]. i. conuersionis, vel baptismatis vestri. Vel, in die redẽptionis. i. dominicæ passionis, quia Esa. 5.
tunc facta est signatio ista quantũ ad meritum eius ex parte Christi, qui tunc omnibus sufficienter, ele Rom. 9.
ctis verò efficiẽter promeruit gratiam veræ salutis. [*Omnis amaritudo*] cordis, sermonis & operis, [*Et ira*]
per vitium, [*Et indignatio*] procedens ex ira atque superbia, [*Et clamor*]. i. sermo impetuosus, vel irratio-
nabilis eleuatio vocis, [*Et blasphemia*] contra deum & sanctos [*Tollatur a vobis*] vel per anticipationem,
vel per correctionẽ, gratia dei vestris studiis ac precibus auxiliante. Nõ est enim volẽtis neque curren- Iacobi 2.
tis, sed dei miserentis, [*Cum omni malitia*]. i. cũ cæteris vitiis, vt habeatis cor mundũ. Nam si quis totã le- Ambros.
gem impleuerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. Nẽpe (vt ait Ambrosius) in seruo dei
omnia debent bona videri, ne puritas eius ex aliqua parte maculetur. Hæc ergo vitãda sunt vitia. Vnde Deut.29.
de amaritudinis euitatione scriptũ est. Non sit inter vos radix germinãs fel & amaritudinẽ. Et alibi ite- Eccle.21.
B rum, Nõ est sensus vbi abundat amaritudo. De ira verò scriptũ est apud Ecclesiastẽ, ne ſis velox ad ira- Eccle.7.
scendũ, quoniam ira in sinu stulti requiescit. Cui cõsonat illud Iob, Virũ stultum interficit iracundia. Iob 5.
Et alibi legitur, Ira non habet misericordiã, nec erũpens furor. Spiritũ autẽ ad irascendum facilẽ, quis Prouer. 27
poterit sustinere? De indignatione quoque Salomon ait, Qui ad indignationẽ facilis est, erit ad peccata Prouer. 29
procliuior. [*Estote autem inuicem benigni*] mutuò subueniendo [*Misericordes*] cordialiter cõpatiendo. Bea Matt. 5.
ti enim misericordes, quoniã ipsi misericordiã consequẽtur. Et in Prouerb. scribitur, Per misericordiã Prouer.15.
& fidem purgantur peccata, [*Donantes inuicem*] id est mutuas offensas penitus remittẽtes, [*sicut & deus*] Matt.11.
patervel trinitas [*In christo*] id est merito Christi [*Donauit nobis*]. i. piè indulsit. Propterea ipse ait Salua-
tor, Si non dimiseritis, nec pater vester qui in cælis est dimittet vobis peccata vestra.

Cap. v. [*Estote ergo imitatores dei.*] Artic. v.

C Prosequitur demũ Apostolus in præcedenti cap. cœptã institutionem moralẽ: Epist.
& ait [*Estote ergo*]. i. quoniam deus in Christo nobis donauit, idcirco estote [*imi
tatores dei*]. i. diuinæ pietati cõformate vosipsos, offensoribus vestris parcendo,
benefaciẽdo, omnẽsque diligendo, [*Sicut filij*] mei spirituales, vel filij dei adopti
ui, [*Charissimi*]. i. valde dilecti, pro quibus pater vnigenitũ suum misit & dedit,
filius mortem sustinuit, spiritus sanctus seipsum copiosissimè infudit. Hoc est Matth. 5.
quod in Euangelio docet, præcipitq; Saluator, Diligite inimicos vestros, & be- Luc. 6.
nefacite his qui oderunt vos, vt sitis filij patris vestri qui in cælis est, qui solem
suum oriri facit super bonos & malos. A similari autem creatori, est summa perfectio creaturæ, si tamẽ Ioan. 15.
assimilatio fuerit ordinata, non vsurpata [*Et ambulate in dilectione*] dei ac proximi, charitatiuè viuendo:
iuxta illud, Hoc est præceptũ meum, vt diligatis inuicem, sicut & dilexi vos. Vnde iam subditur, [*sicut
& Christus dilexit nos*]. i. taliter vtputa purè ac spiritualiter, quãuis non æqualiter [*& tradidit semetipsum
pro nobis oblationem*] pacificã, [*Et hostiam*] pro peccato in ara crucis, [*Deo*] patri vel trinitati. i. ad gloriam
eius, & vt ei pro nobis satisfaceret [*In odorem suauitatis*] id est in suauem odorem, videlicet in holocau-
stum acceptissimũ atq; gratissimum deo. Maximè enim placuit deo oblatio Christi ex parte patientis,
non ex parte inferentis. Nã ex parte patiẽtis, mors illa erat pissima, & ex summa charitate assumpta: sed
ex parte inferẽtis, crudelissima erat, sacrilega & displicẽtissima deo. [*Fornicatio autem*] simplex, [*Et omnis Heb.13.
immunditia*]. i. alia quælibet luxuriæ species, [*Aut auaritia*]. i. inordinatus tẽporalium appetitus. [*Nec no-
minetur*]. i. non solũ non sit, sed nec exprimatur [*In vobis*]. i. à vobis, seu inter vos [*sicut decet sanctos*] esse
sine taliũ nominatione, [*Aut turpitudo*]. i. indecẽtia in osculis & amplexibus, [*Aut stultiloquium*] sicut est
D adulatio, [*Aut scurrilitas*]. i. iocularitas risum concitans, [*Quæ ad rem non pertinet*] id est saluti non profi-
cit. Horum nullũ nominetur aut sit in vobis, [*sed magis gratiarum actio*] à vobis domino persoluatur.
Per hoc docet Apostolus, quàm longè debeant esse magna peccata ab his qui studẽt perfectioni. [*Hoc 1.Ioan. 3.
enim scitote intelligentes*] id est sacram scripturam sapienter pensantes, [*Quod omnis fornicator*]. i. eum so
luta coeubans, [*Aut immundus*]. i. aliud aliquod luxuriæ genus exercens, vt est stuprum, incæstus, a-
dulterium, [*Aut auarus, quod est idolorum seruitus*]. i. cuius iniquitas idololatriæ comparatur, eò quòd si- Eccle.10.
cut idololatra idola colit magis quàm deum verum: ita auarus potius adhæret argento & auro q̃ deo,
magisq; confidit in eis quàm in domino. Propter quod in Ecclesiastico legitur, Auaro nihil est sceles-
tius, & nihil iniquius q̃ amare pecuniam, [*Non habet hæreditatem*]. i. beatam possessionem seu paratam
fœlicitatem [*In regno dei et christi*] quod est vnum regnũ, quia nec modò pertinet ad filios ecclesiæ mi-
litantis per gratiam gratificantẽ, nec postmodũ pertinebit ad ciues ecclesiæ triumphantis per gloriam. Apoc. 21.
Nõ enim intrabit in illã aliquid coinquinatũ, nisi qui scripti fuerint in libro vitæ & agni. Et Esaias ait, Esa.26.
Tollatur impius, ne videat gloriam dei. [*Nemo vos seducat inanibus verbis*]. i. coloratis sermonibus, appa
rentibus argumentis, friuolis promissionibus, prouidentiam dei negando, vel impunitatem ex diuina
misericordia promittendo, seu longam vitam spondendo. [*Propter hæc enim*]. i. propter horum inaniũ
verborum prolationem, seductionem seu crudelitatem [*Venit ira*] id est vltio [*Dei in filios diffidentiæ*] id Sap. 1.
est in homines desperantes de vita futura seu præmiatione diuina. [*Nolite ergo effici participes eorum*]
sic diffidentium. i. nec effectu, nec opere, neque auxilio cõformemini eis. Digni quippe sunt morte, nõ Rom. 1.

Universidad de Deusto Biblioteca

Eccle.3. solũ qui faciunt,ſed etiam qui conſentiunt. Nam & qui tetigerit picem, inquinatur ab ea. [*Erratis enim aliquando*]dum mundo & concupiſcentiis inhæſiſtis. [*Tenebræ*] id eſt tanta vitiorum caligine, cordis cæcitate, & ignorãtiæ tenebris inuoluti:vt non ſolũ tenebroſi,ſed etiam tenebræ fuiſſe dicamini,[*Nũc autem*]quando ad deum conuerſi eſtis,facti eſtis[*Lux*]id eſt ſpiritualiter illuminati [*In domino*].i.in ve
Philip.2. ritate & gratia dei.Idcirco[*Vt filij lucis ambulate*].i.purè,honeſtè ac religiosè conuerſemini,ſicut ad fi
Ioan.8. lios lucis pertinet.i,ad filios dei,qui eſt lux æterna & increata.iuxta illud Ioãnis,Erat lux vera. Vel per
lucem intelligitur ſplendor ſeu claritas gratiæ, cuius filij ſunt omnes qui gratiam habent. Vnde ait ſal-
Ioan.12. uator, Dum lucem habetis,credite in lucem,vt filij lucis ſitis. Meritò autem ſic debetis ambulare.[*Fructus enim lucis*] .i.operatio gratiæ , vel opus placitum luci æternæ [*Eſt*]viuere[*In omni bonitate*].i.interna virtute ac pietate,quo ad ſeipſum,[*Et iuſtitia*].i.in iuſta actione,quantùm ad proximum[*Et veritate*] quantùm ad deum ei veraciter miniſtrando,[*Probantes*]id eſt prudenter inueſtigantes, vel rationabiliter diſcernentes,[*Quid ſit beneplacitũ deo*]vt illud ſemper agatis,& quæ diſplicent deo,vitetis. Vnde a-
Finis. Galat.6. pud Hieremiam dominus proteſtatur,Si ſeparaueris pretioſum à vili,quaſi os meum eris.[*Et nolite com*
Hiere.15. *municare*]conſentiendo vel cooperando [*Operibus infructuoſis*].i. vacuis à fructu ſpirituali [*Tenebrarũ*] id eſt malorum habituum ſeu hominum mentibus obſcuratorum, [*Magis autem redarguite*]. i.iterũ at-
Auguſt. que iterum corripite , ſi ſit ſpes de emendatione, & maximè ſi ad veſtram pertineãt curam qui peccãt. F
Omnes tamen ad correctionem fraternam iure charitatis aliquo modo tenentur.His ergo duobus mo
dis ſecundum Auguſtinum,non te maculat malus, ſi non conſentis,& ſi redarguis. Quoniam enim pa
Matth.18. rum eſt non conſentire,iungit Apoſtolus quod maius eſt, magis autem redarguite . Propter quod ait
ſaluator, Si peccauerit in te frater tuus.i.te ſciente, vade & corrige eum inter te & ipſum ſolum, &c.
Deinceps oſtendit quare non debeamus communicare operibus impiorum. [*Quæ enim in occulto*]id eſt
Prouer.18. in locis abſconditis[*Fiunt ab eis*]prædictis excæcatis hominibus, humanum potius quàm diuinum con
ſpectum timentibus [*Turpe eſt dicere:*] quantò magis facere? [*Omnia autem quæ arguuntur*] id eſt opera
quæ reprehenduntur[*A lumine manifeſtantur*].i. per veram loquutionem, ſplẽdidámque doctrinam in-
crepantis,innoteſcunt eſſe digna reprobatione,nec vltra valent latere,quemadmodum ad Timotheum
2.Tim.3. ipſe ait,Inſipientia illorum omnibus manifeſta erit.[*Omne enim quod manifeſtatur*] hoc modo per incre
pationem vel humilem peccantis confeſsiouem,[*Lumen eſt*]id eſt clarum,certum ac notum.Vel,lumẽ
Ioan.3. eſt,id eſt ſpirituali luce perfunditur,dum in publicum ducitur.His conſonat verbum Chriſti, Omnis
qui malè agit,odit lucem & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius: Qui autem facit verita-
tem,venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius,quia in deo ſunt facta. [*Propter quod*] videlicet quo-
niam lumen eſt quod manifeſtatur[*Dicit*]ſpiritus ſanctus per me.[*Surge*]à vitiis per pœnitentiam[*Qui dormis*]id eſt in ignauia tua quieſcis, [*Et exurge*] per opera pœnitentialia [*A mortuis*] id eſt de ſocietate G
impœnitentium ſpiritualiter mortuorum,[*Et illuminabit te*]id eſt radium ſapientiæ & lumen diſcretio-
Eſa.58. nis tribuet tibi[*chriſtus*]iuxta illud Eſaiæ, Requiem dabit tibi dominus ſemper, & implebit ſplendo-
Mich.8. ribus animam tuam,ſi glorificaueris dominum,dum non facis vias tuas. Vnde Michæas ait, Cùm ſede-
Epiſt. ro in tenebris,dominus lux mea eſt, & deducet me dominus in lucem, & videbo iuſtitiam eius. [*Vide-*
Matth.7 *te itaque fratres*]id eſt oculo intellectuali penſate, [*Quomodo caute ambuletis*] id eſt vigilanter & cuſto-
Prouer. 4. ditè viuatis,occaſiones peccati vitãdo,atque in arcta via,quæ ducit ad vitam,cum omni circunſpectio-
Prouer.23. ne progrediendo:vt impleatis quod à Sapiente dicitur, Omni cuſtodia cuſtodi cor tuum. Et quod rur
1.Cor.10. ſus idem ait,In timore domini eſto tota die,& habebis ſpem in nouiſsimo, [*Non quaſi inſipientes*].i.ſola
temporalia atque præſentia bona ſeu mala conſiderantes,[*Sed vt ſapientes*] in cognitione diuinorum.i.
diſcreti ac prouidi,cælestibus bonis ſemper intenti,[*Redimentes*]id eſt ab infructuoſis occupationibus
expedientes, [*Tempus*] vitæ præſentis , id eſt certas horas ad vacandum deo aptantes. Vel, redimentes
tempus,id eſt tempora,quæ infructuosè expendiſtis reparantes per infructuoſiſsimam occupationem
temporis præſentis atque reſtantis, quatenus priores negligentias & impietates recõpenſetis per arden
tiſsimam conuerſationẽ temporis nõdum lapſi quo eſtis victuri,ne inter impios numeremini, de qui-
Pſal.54. bus canit Pſalmographus, Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos,[*Quoniã dies mali ſunt*]
id eſt aduerſitatibus,periculis atque malitiis pleni.Non quòd dies in ſe mali ſunt,ſed quia hęc mala in-
1.Mac.12. ſunt hominibus in diebus ſeculi huius viuentibus. Scriptura enim tempori ea aſſcribit quæ fiũt in tem H
Matth.6. pore,quemadmodum 1.Machabæorum inducitur,Videſ Ionathas quia tempus eum iuuat.Hinc enim
Geneſ.47. ſaluator,Sufficit(inquit)diei malitia ſua.Et in Geneſi Iacob aſſeruit,Dies peregrinationis meæ mali &
parui,[*Propterea fieri imprudentes*]ſola ſenſibilia & temporalia ponderando, [*ſed intelligentes quæ ſit voluntas dei*]id eſt hoc diligentiſsimè inquiratis,quid placeat deo,vt illud ſemper agatis. [*Et nolite inebriari vino in quo eſt luxuria*]cauſaliter,quia calorem auget, atque libidinem concitat. Venter enim vino æ-
Hieron. ſtuans,citò ſpumat in libidinem,iuxta Hieronymum.Vnde Sapiens dicit, Luxurioſa res vinum,& tu-
Prouer. 20 multuoſa ebrietas:his qui delectatur,non erit ſapiens.Rurſúſque ſcriptura,Quàm ſufficiens eſt homi-
Eccle. 31. ni erudito vinum exiguum, [*Sed implemini ſpiritu ſancto*] id eſt ita viuatis & corda veſtra ſic occupetis,
vt in gratia ſpiritus ſancti proficiatis quotidie.Deus enim vnicuique influit,ſecundum quòd ſe diſpo-
nit aut capax efficitur,[*Loquentes vobiſmetipſis*] id eſt mutuò exhortantes voſipſos[*In pſalmis*] ad bene
Pſal. 64. operandum hortantibus,[*Et hymnis*]ad dei laudem ſpectantibus, [*Et canticis ſpiritualibus*]quę de gaudiis futuris commemorant, [*Cantantes & pſallentes in cordibus veſtris*] id eſt ſilenter in anima . Vel in
cordibus veſtris,id eſt cum cordiali intentione & ex mentali affectu,[*Domino*]deo altiſsimo,quem de-
cet hymnus, laus, honor & gloria, [*Gratiat agentes ſemper*] id eſt qualibet hora conuenienti ac debita
Rom.5. [*Pro omnibus*]beneficiis dei. Vel,pro omnibus hominibus beneficia diuina ſortitis,omniũ ſaluti cõgra
tulãdo[*in nomine*]nominato[*Domini noſtri Ieſu chriſti*]id eſt in ipſo Chriſto,videlicet ad laudem & glo

A riam eius.Vel certè per eũ,[*Deo & patri*].i.patri æterno,qui eſt deus ratione creationis, patérque Chri
ſti naturalis & pater noſter adoptiuus,[*Subiecti inuicem*]ex debito obedientiæ vel ex condecentia humi Finis.
litatis & charitatis[*in timore dei*]caſto ac filiali.Prælati enim per humilitatem & charitatem ſubdunt ſe
inferioribus, ſubditi verò ex debito obedientiæ ſubiiciuntur prælatis. Cæteri omnes cõmuniter ſe in-
uicem honorare,præferréque habent:iuxta illud quod alibi dictum eſt, Honore inuicem præuenien-
tes.Propter quod Chriſtus teſtatur,Qui maior eſt veſtrũm,ſit veſter miniſter.Et iterũ legitur,Quan-
tò maior es,humilia te in omnibus. Præterea generalibus exhortationibus poſitis,deſcendit Apoſtolus Rom.12.
ad particulares perſonas,dicendo, [*Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint*] in licitis & honeſtis [*Sicut domino*] id Matth. 20.
eſt ſicut domino ſubditur ſeruus,[*Quoniam vir caput*] id eſt ſuperior[*Eſt mulieris*] id eſt perfectior at- Eccle.3.
que diſcretior ea communiter.Et dominus prætulit virum fœminæ, dicens ad eam,Sub viri poteſtate 1. Cor.11.
eris,& ipſe dominabitur tui.[*ſicut et chriſtus caput*]id eſt rector ac princeps[*Eſt eccleſiæ.Ipſe*] Chriſtus Coloſſ.3.
exiſtens [*Saluator corporis eius*] id eſt eccleſiæ, quæ eſt myſticum corpus Chriſti. [*ſed ſicut eccleſia*] id Gene.3.
eſt fidelium ſancta collectio[*subiecta eſt Chriſto*]fide & opere,[*ita et mulieres viris ſuis,in omnibus*]bonis
ſint ſubditæ. ¶Sciendum tamen quòd ſubiectio mulieris ſub viro non eſt in omnibus ſimilis ſubie- Matth. 19.
ctioni ancillæ aut ſerui,cùm ipſa ſit ſocia viri , & vna caro cum eo, facta non capite aut pedibus, ſed de Geneſ.2.
B latere viri,quaſi ſimilis ei,& iuxta latus eius ponenda.[*Viri,diligite vxores veſtras*] non carnali & fœdo, 1.Petri 3.
ſed ordinato ac ſpirituali amore, [*Sicut et chriſtus dilexit eccleſiam, et ſeipſum tradidit*] in mortem [*Pro ea*]id eſt pro eius ſalute,[*Vt illam ſanctificaret*]id eſt virtutibus adornaret,[*Mundans eam*] primò,id eſt
à vitiis purgans[*Lauacro aquæ*]id eſt intinctione ſeu lotione in aqua baptiſmatis. Lauacro,inquam,ſan
ctо[*in verbo vitæ*]id eſt ſub debita forma verborũ,quibus hoc ſacramentũ ex Chriſti inſtitutione per-
ficitur. Accedit quippe verbum ad elementum: & ſit ſacramentum,in quo verbum eſt formale ac prin
cipale,elementum verò eſt materiale,[*Vt exhiberet*]id eſt repræſentaret vel faceret[*Ipſe*]Chriſtus ſpõ-
ſus cæleſtis[*ſibi*]id eſt ad ſuum honorem,ſecundum quòd deus eſt,in preſenti ſeculo inchoatiuè,in fu
turo autem completiuè[*Gloriosam eccleſiam*]id eſt claritate ſcientiæ atque virtutũ ſplendoribus reſul-
gentem,[*Non habentem maculam*] id eſt peccatum mortale apertum, [*Aut rugam*] id eſt peccatum mor-
tale occultum,ſed mundam ac ſimplicem[*Aut aliud huiuſmodi*]criminale habentem,[*Sed vt ſit ſancta*]in Gene.2.
interioribus [*Et immaculata*]in exterioribus.[*ita viri debent diligere vxores ſuas vt corpora ſua*] quia ſunt
vna caro. Si autem ſumatur corpus pro parte hominis materiali, ſic viri magis tenentur diligere vxo-
res ſuas,quàm corpora propria.Si verò ſumatur corpus pro toto compoſito,minus diligendæ ſunt vxo
res. Ideo ſimilitudo eſt quantùm ad aliquid,non abſolutè in omnibus. Porrò de hac Chriſti glorioſa Apoc.21.
C & illibata eccleſia ſcriptum eſt in Apocalypſi. Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem deſcendentem de Apoc.19.
cælo à deo paratam quaſi ſponſam ornatam viro ſuo.Et rurſus,Quia venerunt nuptiæ agni,& vxor e- Apoc.12.
ius præparauit ſe. Itémque,Signum magnum apparuit in cælo,mulier amicta ſole,& luna ſub pedibus Eſa.60.
eius,in capite eius coronæ ſtellarum duodecim.De qua etiam intelligendum eſt illud Eſaiæ, Surge, il-
luminare Hieruſalem,quia venit lumen tuum,& gloria domini ſuper te orta eſt.[*Qui ſuam vxorem di-* Gene. 2.
ligit,ſeipſum diligit] tanta eſt vnitas vtriuſque. Sunt nanque duo in carne vna. Meritò itaque debet ho-
mo vxorem ſuam diligere. [*Nemo enim*] id eſt nullus rationabiliter & humanè ſe habens. [*Vnquam car*
nem ſuam odio habuit.]Vel ſimpliciter.Nemo vnquam carnem ſuam odio habuit,quia vel dilectione na
turali,vel amore carnali,vel charitate infuſa ad eam afficitur.Nam & qui ſeipſos occidunt,carnem ſu-
am amaſſe probantur , quam ideo perimunt , vt breui tormento longa euadant præſentis vitæ ſuppli-
cia.[*ſed nutrit*]victu [*Et fouet eam*] veſtitu [*ſicut et chriſtus eccleſiam*] nutrit ſacramento altaris & fouet 1.Tim.6.
eam veſtimento ſaluris,[*Quia membra ſumus*]nos Chriſtiani [*corporis eius*]id eſt eccleſiæ quæ eſt myſti
cum corpus Chriſti : Sumus itaque membra [*De carne eius et oſsibus eius*] id eſt eiuſdem naturæ exi- Matt.26.
ſtentes,cum Chriſto homine.Vel hoc ideo dicitur,quia fidelium qui à Chriſto inſtituti ſunt quidam, Marc.14.
puta infirmi,dicuntur de carne Chriſti quæ ante paſsionem erat infirma, quoniam indigent à fortibus
ſuſtentari,quemadmodum caro ſuſtentatur ab oſsibus.Alij ſcilicet fortes ac perfecti,dicuntur de oſsi-
bus Chriſti propter conſtantiam, & dominicæ paſsionis ac patientiæ imitationem [*Propter hoc*] id eſt
ad deſignandum dilectionem ac vnitatem Chriſti atque eccleſiæ,ſcriptum eſt in Geneſi,[*Relinquet ho*
D *mo*]id eſt maritus [*Patrem ſuum et matrem ſuam*]id eſt carnales parentes,quantùm ad cohabitationem lo Geneſ.2.
calem, [*Et adhærebit vxori ſuæ*] habitando, conueſcendo, & dormiendo cum ea [*Et erunt duo*] ſuppo Matth. 19.
ſita, ſcilicet maritus & coniunx, [*In carne vna*] id eſt in vno carnali commercio per ſeminis propaga- 1. Cor.7.
tionem . Vel dicuntur duo in carne vna, quoniam nullus eorum propriæ carnis habet poteſtatem , & Matth. 19.
propter communionem præcipuam vna caro reputantur . Vnde dicit Saluator , Itaque iam non ſunt
duo, ſed vna caro. Deinde ponit Apoſtolus myſticum ſenſum ſcripturæ de matrimonio allegatæ. [*Sa*
cramentum hoc] id eſt ſacrum ſignum iſtud in coniugium pronunciatum [*Magnum eſt*] id eſt magnæ
rei ſignificatiuum [*Ego autem dico*] id eſt ſignum iſtud expono , impletúmque aſſero [*in chriſto et in*
eccleſia]id eſt in ſpirituali diſpenſatione inter Chriſtum & eccleſiam facta, quando videlicet verbũ ca
ro factum eſt,& noſtram naturam aſſumẽs,oſtendit quantũ dilexit nos,cum quibus idem fieri voluit. Ioan. 1.
Matrimonium ergo ſeu coniugium, magnum eſt ſacramentum, propter ſignificationem coniunctio- Ibidem.
nis Chriſti & eccleſiæ , in qua etiam Chriſtus quodammodo patrem reliquiſſe videtur, non ſimpliciter,cùm æternaliter ſit in ſinu,imò in corde patris,ſed ſecundum apparentiam quandam rationẽ incar- Ioan.10.
nationis.Sic enim de nouo apparuit mundo ad coniungendum ſibi eccleſiam tanquam ſponſam. Pro- Pſal. 18.
pter quod ait,Exiui à patre,& veni in mundum.Et Pſalmiſta,Ipſe(inquit)tanquam ſponſus procedens
de thalamo ſuo.A ſummo cęlo egreſsio eius.Matrem quoq; ſuã.i.ſynagogam Chriſtus reliquit,& ad-
hæſit vxori ſuæ.i.Gẽtilitati conuerſæ,quã ipſe ſpiritualiter viſitat & fœcundat.[*Veruntamen*].i.quam-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uis prædicta de coniugio, mysticè intelligantur de Christo, nihilominus [*Et vos singuli*] hoc est vnusquisque vestram coniugem habens, [*Suam vxorem sicut seipsum diligat. Vxor autem timeat virum*] id est in reuerentia habeat eum, & casto timore formidet, ne eum offendat. E

Cap. VI. [*Filii obedite parentibus vestris.*] Artic. VI.

Coloss.3. POst informationem conuersationis habendæ inter virum & coniugem, ponitur informatio conuersationis debitæ inter parentes & filios. [*Filii obedite parentibus vestris*] carnalibus [*in domino*] id est secundum voluntatem diuinam, videlicet in licitis & honestis, atque ex animo, scilicet promptè, reuerenter & amorosè. [*Hoc enim iustum est*] iure naturali, diuino & humano, imò magistris,

Malac.1. diis & parentibus, non potest reddi æquiualens, iuxta philosophum. [*Honora patrem tuum & matrem*] tuam. Vnde apud Malachiam habetur, Filius honorat patrem suum, & seruus timet dominum suum.

Eccle.30. Honorare ergo debemus parentes, reuerentiam impendendo: & necessaria, si indigeant, ministrando. sunt enim principium nostrum. Propter quod in Ecclesiastico legitur, Quàm malæ famæ est qui re-

Exod. 20. linquit patrem: & maledictus à deo qui exasperat matrẽ. [*Quod est mandatum*] diuinum in Exodo scriptum, [*Primum in promissione*] id est primum cui mercedis additur promissio. Decalogus autem præceptorum ad duo præcepta pertinet charitatis. Tria enim in prima tabula scripta, respiciunt præceptum F
charitatis dei. Alia septem in secunda tabula scripta, concernunt præceptũ charitatis proximi. Inter quę præceptum de honoratione parentum præcedit, cui annectitur merces quæ subditur, [*Vt bene sit tibi*] in spiritualibus ac temporalibus, [*Vt sis longæuus super terram*]. i. æternaliter habites in terra viuentium. Ad literã tamen hoc dictũ videtur de prolongatione vitæ præsentis in terra peregrinationis istius, seu in terra promissionis, quantũ ad populum Israël prro tẽpore illo. Hoc enim meretur præter præmium

Coloss.3. spirituale obseruatio huius mandati secundum cõmunem iustitiæ legem, quãuis interdum ex diuinæ dispensationis moderamine, aliter accidat. [*Et patres*] carnales, [*Nolite ad iracundiam prouocare filios vestros*] aut filias nimis rigorosè & asperè procedendo cum illis, [*Sed educate illos*]. i. fouete & necessaria prouidete non solũ carnaliter, sed [*in disciplina*] morali [*Et correptione domini*] id est iusta correctione:

Prouer.13. quemadmodum scriptum est, Qui parcit virgæ, odit filium suum: qui autem diligit illum, instanter e-

Prouer.22. rudit. Rursũsque Salomõ, Stultitia (inquit) colligata in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eã. Hinc

Eccle. 30. etiam in Eccles. legitur, Qui diligit filium suum assiduat illi flagella. Certum est autem hæc quoque ad spirituales patres ac filios pertinere. Patet verò ex his, quòd parẽtes tenentur filiis in tribus, quę sunt necessariorum prouisio, instructio & correctio. ¶ Deinceps introducitur exhortatio conuersatio-

Rom.6. nis inter seruum & dominum. [*Serui obedite dominis carnalibus*] id est temporalibus, & sensualitatem se- G
ctantibus. Et per consequens multò plus obediendum est dominis spiritualibus & honestis, [*cum timore*] animæ [*Et tremore*] corporis, [*in simplicitate cordis vestri*] id est sine simulatione, [*sicut Christo*] ser-

Psal.2. uiendum est: iuxta illud Psalm. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Seruitus enim hæc propter peccatum, ex diuina ordinatione inflicta est in pœnam peccati, idcirco patienter ferenda

Coloss.2. est tanquam purgatorium vitiorum, exercitiúmque virtutum. [*Non ad oculum seruientes*] id est solũ in præsentia hominum, [*Quasi hominibus placentes*]. i. humanum fauorem duntaxat optantes, [*Sed vt serui*

1.Petri 2. *christi, facientes voluntatem dei*] id est diuinis mandatis obtemperantes, [*Ex animo*] id est prompto affectu, sic titis [*Cum bona voluntate*] videlicet conformando vestrum affectum dispositioni diuinæ, [*seruientes*] dominis carnalibus [*sicut domino*] deo altissimo, [*Et non*] sicut [*Hominibus*] tantùm, id est cum reuerentia & tremore ac cordis simplicitate [*Scientes quoniam vnusquisque quod fecerit bonum. hoc recipiet*

Galat.3. *a domino*] id est pro illo præmiũ iustum habebit à deo, qui nullum bonum deserit irremuneratum, [*siue*] sit [*seruus, siue liber.*] Seruitutis enim conditio seu libertas non tollunt præmiationem diuinæ iusti-

Eccle.33. tiæ, [*Et vos domini eadem facite illis*] id est tam benigni estote seruis vestris, quàm fideles fuerint vobis: iuxta illud Ecclesiastici, Seruus fidelis sit tibi quasi anima tua, & quasi fratrem tracta illum. [*Remittentes minas*] id est pœnas comminatas non inferentes, si tamen serui pœniteant, vel rarò seu parum offen

Eccle. 7. derint. Vnde iterum in Ecclesiast. scribitur: Ne lædas seruum in veritate operantem. Porrò si ser-

Eccle.33. ui rebelles aut duri consistant, agendum est quòd rursus in Ecclesiastico fertur, Cibaria & virga & o- H

Ibidem. nus asino, panis & disciplina & opus seruo. Itémque, Seruum inclinent operationes assiduæ, [*scientes*]

Matth.7. vos domini, [*Quia illorum*] seruorum [*Et vester dominus est in cælis, et personarum acceptio non est apud*

Tob. 4. *deum.*] Idcirco timete, quoniam eadem mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis. Qualem ergo

Epist. vultis vobis esse cælestem dominũ, iudicémque æternum, tales exhibete vosipsos seruis ac subditis ve-

1Petri 5. stris. ¶ Post specialia iussa & certarum exhortationem personarum redit Apostolus ad institutionem communem cunctorum fidelium. [*De cætero*] id est insuper & tempore adhuc restante, [*Fratres, con-*

fortamini in domino] id est spirituale robur à deo adipisci studete, & contra impugnationes mundi, carnis atque diaboli roboretur cor vestrum in domino, id est gratia eius, & in certa fiducia diuini auxilij, [*Et in potentia virtutis eius*] id est in potenti potestate dei, innitendo semper diuinæ potentiæ, non pro-

Iosue 11. priis viribus. Vel in potentia virtutis eius, id est in efficaci fortitudine à deo infusa, quæ animum robo-

Prouer.17. rat in aduersis. Ad hanc confortationem monet dominus vnumquenque nostrũm in lib. Iosue, Con-

fortãre & esto robustus valde, Noli metuere, quoniam tecum est dominus deus tuus. Sic autem confortãtur, qui toto corde sperãt in domino: iuxta illud Sapientis, Turris fortissima nomẽ domini, ad ipsum

currit iustus & exaltabitur. [*Induite vos armaturam dei*]. i. virtutibus interiora vestra vestite, videlicet in-

2.Cor.11. tellectũ prudẽtia, voluntatẽ iustitia, sensitiuum appetitũ cæteris virtutibus moralibus. Hæc enim sunt arma spũalia à deo fabricata ac data, quibus anima contra omnia nocumenta munitur, [*Vt possitis stare*]

A ineſt, fortiter dimicare ac prævalere, [*Aduersus insidias*]. i. occultas machinationes [*Diaboli*] qui se frequenter transfigurat in angelum lucis, sub specie boni multa mala proponens. Denique (vt Leo papa te Leo papa.
statur) omnium dissutit mores, ventilat curas, scrutatur affectus, & vbi quęrat causas nocendi vbi quenquam viderit studiosius occupari. [*Quoniã non est nobis colluctatio*] principalis aut sola [*Aduersus carnem & sanguinem*]. i. homines carnales ac fragiles, seu vitia carnis. Vnde dominus in Genesi ait, Non perma- Genesi.6.
nebit spiritus meus in homine in æternum quia caro est. Et in Euangelio, Caro & sanguis non reuela- Matth. 16.
uit tibi. Veruntamen graue bellum habemus contra carnem & sanguinem. i. mundum & concupiscentias carnis. Bellum verò quod contra hostes inuisibiles habemus, periculosissimum est atque grauissimum. De quibus subiungitur, [*sed aduersus principes et potestates*] id est angelos apostatas seu dæmones, qui erant ante lapsum suum de ordinibus principatuum & potestatum. De omnibus enim angelorum ordinibus quidam cecidisse creduntur, qui omnes iam per principatus & potestates designantur, ita quòd nomine principatuum designantur dæmones inferiores: nomine antẽ potestatum superiores, qui bus inferiores obediunt, homines impugnãdo. Est enim in dęmonib⁹ prælatio quędam eo quod omnes concordes sunt in desiderio nocendi hominibus, [*Aduersus mundi rectores*]. i. cõtra prædictos inuisibiles hostes hominum secularium directores ac principes. Homines enim iniqui dæmonum voluntati obediunt, & ab ipsis captiui tenentur, ac vndiq; circunseruntur sicut serui à dominis. Et ne quis per mundũ
B putaret significari machinam mundialem, quasi diabolus creator & rector esset mundi sensibilis, sicut 2.Timo.2.
Manichæi dixerunt, ob id seipsum exponens Apostolus, subdidit, [*Tenebrarũ harũ*]. i. hominum obtenebratorum. Vnde paulò ante inductum est, Fuistis aliquando tenebræ. Hoc modo mundus frequenter accipitur in scripturis, sicut cum dicitur, Mundus eum non cognouit. Et, Mundus in maligno positus Sapien.5.
est. Et, Non estis de mundo, [*Contra spiritualia nequitiæ*] id est agmina dæmonum nequitiis plena, habi- Ioann. 1.
tantia [*In cæleſtibus*] id est in aëre caliginoso, in quo dæmones complures vsque ad diem iudicij volitãt. 1.Ioan.5.
Aër autem sæpius cælum vocatur. Hinc nanque dicuntur volucres cæli, qui asseruntur volare in cælo Ioan.15.
id est in aëre. Vnde & dæmones significantur per volucres cæli, vbi ait saluator, Semen cecidit Psalm.8.
secus viam, & volucres cæli comederunt illud. [*Propterea*] id est quia tam arduum prælium imminet Matth. 13.
vobis, [*Accipite armaturã dei*] id est virtutes & opera virtuosa, quibus dæmones repelluntur. De quibus Lucæ.8.
armis Iob ait, Iustitia indutus sum, & vestiui me ea sicut vestimento, & diademate iudicio meo, [*Vt pos*
sitis resistere] diabolo, qui tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, [*In die malo*] id est tem- Iob.19.
pore tentationis & aduersitatis. [*Et in omnibus*] prosperis & aduersis [*Perfecti state*] ruinam vitando pec- 1.Petri. 5.
cati, ita vt nec prospera vos extollant, neque aduersa deiiciant: sed regia semper via incedatis vtentes vtraque manu pro dextera quatenus omnia cooperentur vobis in bonum. [*State ergo*] in virtutibus fixi,
C [*Succincti*] cingulo castitatis [*Lumbos vestros*] in quibus viget luxuria. i. carnis concupiscentias refrenate, continenter viuendo, prout monet Saluator, Sint lumbi vestri præcincti. Hos lumbos præcinxit Iob, Iudich. 3.
Pepigi, inquiens, fœdus cum oculis meis, ne cogitarem quidem de virgine. Sic autem accingite lum- Roma. 8.
bos [*In veritate*] id est veraciter coram deo, non simulatoriè coram hominibus, sicut hypocritæ, [*Et in-* Lucæ.12.
duti loricam iustitiæ] id est virtute iustitiæ interiora vestra munite, sicut lorica corpus tegitur ac muni- Iob.31.
tur. Vnde apud Esaiam dicitur, Indumento iustitiæ circundedit me dominus, [*Et calceati pedes*] id est pedes corporales & etiam spirituales, id est animi vestri affectiones habete munitos & expeditos. [*In* Esaiæ.61.
præparatione Euangelij pacis] id est ad hoc vt sitis parati annunciare vel adimplere euangelicam doctrinam, in qua pacificatio nostra cum deo describitur, & per cuius obseruantiam veram pacem sortimur, iuxta illud in Psalm. Pax multa diligentibus legem tuam, [*In omnibus*] spiritualibus pugnis seu tentamẽtis, [*sumentes scutum fidei*]. i. ipsam fidem pro scuto arripite, virtutem & actum fidei opponentes fugge- Psalm. 118.
stionibus dæmonis, puta futura tormenta inferni, sempiterna gaudia cæli, metuendum iudicium dei, quæ omnia cadunt sub fide. Per quorum vtique considerationem omnia tentamenta vincuntur. Ideo subditur, [*In quo*] [*scuto*] [*Possitis omnia tela nequissimi ignea*]. i impugnationes acres ac feruidas pessimi tentatoris [*Extinguere*]. i. reprimere. Propter quod Petrus ait, Aduersarius vester diabolus circumit, quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. [*Et galeam salutis assumite*]. i. per spem futuræ fœlicitatis seu charitatem mentt vestræ superponitæ, vt contra præsentium bonorum blandimenta, spe futurorum
D atque diuino amore armemini, [*Et gladiũ spiritus*]. i. à spiritu sancto datum spiritui vestro, [*Quod est ver-* 1.petri.5.
bũ dei]. i. sermo sacræ scripturæ, qui penetrat intima animæ, & vitia resecat, atque à mundo animam diuidit, sicut materialis gladius penetrat corpus. De hoc gladio spirituali dicit Saluator, Non veni pacem Finis.
mittere, sed gladium. Et Psalmista, Accingere gladio tuo super fœmur tuum potentissime. Sed quia hęc Hebræ.4.
omnia ex diuino auxilio manant, atque per gratiam conferuntur deuotè orantibus, ideo subditur, [*per* Matth. 10.
omnem orationem]. i. prædicta implete, deum inuocando per omnem. i. perfectam orationem. Est autem Psalm. 44.
oratio, simplex petitio: obsecratio verò est petitio cum adiuratione seu commemoratione rei sacræ, si- Eccles. 18.
cut cum dicimus, Per incarnationem tuam libera nos domine. De qua nunc sequitur. [*Et obsecrationem*] quæ etiam propriè est respectu difficilium [*Orantes omni tempore*] id est singulis horis depuratis & de- Lucæ.18.
bitis vel congruis ad orandum, quemadmodum in Ecclesiastico habetur, Non impediaris semper ora- Ioann.4.
re. Vnde & Saluator, Oportet (inquit) semper orare, & non deficere, [*In spiritu*] id est cum deuotionis affectu, seu attentione mentali. Spiritus enim est deus, & eos qui adorant, in spiritu & veritate oportet a-
dorare. [*In ipso vigilantes*] id est soliciti atque feruentes [*In omni instantia*]. i. conanime quo actibus virtuosis insistitur, [*Et obsecratione*] fusã [*Pro omnibus sanctis*] viatoribus, vt perseuerent, proficiántque in bonis, [*Et pro me, vt detur mihi sermo in apertione oris mei*] id est quatenus spiritus sanctus mentem illuminet, ita vt mox dum os meum ad loquendum aperio, infundatur mihi à deo, quid loqui expediat, sicut & deus promisit in psalm. Dilata os tuum, & implebo illud. Et item in Euangelio, Ego dabo vobis

Universidad de Deusto
Biblioteca

psalm.80. Lucę. 12. os & sapientiam.[*Cum fiducia*].i.securè ac liberè [*Notum facere mysterium Euangelij*].i. sacrum secretum euangelicæ legis,videlicet Christi incarnationem & cætera eius mysteria. Ponitur enim singulare pro plurali[*Pro quo*]Euangelio prædicando[*Legatione fungor*]id est à Christo destinatus sum nunc Romæ existens[*In catena*] id est in vinculis[*ita*]legatione fungor & vinculis stringor,[*Vt*]nihilominus [*in ipso*]id est per gratiam Christi [*Audeam*] fiducialiter [*Prout oportet me*] id est sicut commissum est mihi [*Loqui euangelica mysteria,prædicando.*]

Actu.28. ¶ Deinceps ostendit Apostolus dilectionem suam ad Ephesios,insinuando eis statum suum, quemadmodum pertinet ad familiares amicos,[*Vt autem & vos sciatis quæ circa me sunt*].i.quæ mihi contingũt. [*Quid agam*]in tot persequutionibus,[*Omnia*] hæc [*Nota vobis faciet*].i. ore tenus referabit[*Tychicus*] diaconus lator præsentis epistolæ,[*Charissimus frater*] noster spiritualis, [*Et fidelis minister in domino*].i. secundum voluntatem & gratiam dei.Vel,in domino,id est in his quæ dei sunt,[*Quem misi ad vos in hoc ipsum*] id est propter hanc causam,[*Vt cognoscatis*]ex eius veridica relatione, [*Quæ circa nos sunt*]id est prospera & aduersa quæ accidunt nobis,[*Et consoletur corda vestra*]de mei captione & catenatione dolentia.Porrò vt finis epistolæ concordet principio,addit.[*Pax*]sit[*Fratribus*]. i.fidelibus. Quo nomine sorores quoque intelligũtur,[*Et charitas cum fide*]id est charitas & fides detur vobis[*A deo patre nostro*] .i.patre æterno,[*Et domino Iesu Christo*]filio patris,quibus expresis intelligitur spiritus sanctus.[*Gratia*] dei,gratificans & finalis,sit[*cum omnibus qui diligunt dñm nostrum Iesum Christum.*] Quod verò subiungitur,[*In incorruptione,referri potest ad nomen gratiæ.*]Erítque sensus,Gratia sit cum eis in scorruptione.i.in vita æterna.Vel ad verbũ,diligunt,vt sit sensus.Qui diligunt Christũ in incorruptione.i.in cordis ac fidei integritate,seu inconcussa mentis constantia.Sic enim amandus est deus sublimis & bñdictus.Amen.

Rom.2. Actu.13.

IN EPISTOLAM AD PHILIPPENSES
PROEMIVM.

prouer.10. Iob.10.  Vasi tempestas transiens,non erit impius.Iustus autem quasi fundamentum æternum.In hoc ab impio iustus distinguitur,quoniam iustus stabili fundamento inititur, vtpote rectæ rationi atque diuinæ veritati, ideo non commouetur neque turbatur:iuxta illud Iob,Si iniquitatem quæ est in manu tua obtuleris,eris stabilis.Impius autem in nullo stabili radicatur.Sequitur enim rationẽ errantem, voluntatem peruersam,sensualitatem corruptam.Porrò euangelica doctrina tendit ad hoc,vt homo stabiliatur directè ac immediatè in deo,quod primò & maximè fit per actus virtutum theologicarum,deinde per septẽ dona spiritus sancti.Quoniam ergo nec minoris præconij est in assumpta perfectione fortiter perdurare, nec tentationibus cedere,quàm viam virtutum assumere,intrare, siue incipere, ideo viri sancti & iusti prælati eos præsertim commendant ac diligunt,qui animo inconcusso persistunt in semine mandatorum cælestium, neque tepescunt in actibus consiliorum,inter quos Philippenses, quibus nunc exponenda epistola scribitur, extiterunt.¶ Denique Philippenses sunt Macedones,qui verbum veritatis ab Apostolo audierunt & acceperunt,& in eo stabiles permanserunt,non recipientes falsos Apostolos. Hos laudat Apostolus scribens eis à Roma de carcere per Epaphroditum,cum quo philippenses aliquid suæ substantiæ transmiserunt Apostolo. Armat itaque & præmunit philippenses Apostolus in præsenti epistola contra duplex bellum, videlicet persecutorum & fallacium prædicatorum.præcedit autem Apostolus more consueto, salutationem præmittendo, deinde gratias agendo, postea pro eis orando, cósque ad perfectionem hortando,sicut patebit.

psalm.118.

Cap. 1. [*Paulus et Timotheus serui Iesu Christi.*] Articu. 1.

Infra. ca.2.  Ersonas salutantes tangit Apostolus in exordio huius epistolæ:dicens, [*Paulus et Timotheus serui Iesu Christi*]non seruitute timorosa & purè seruili,sed amorosa ac libera.Non addit paulus hoc loco nomen gloriæ suæ ac summæ dignitatis, dicendo,paulus Apostolus &c.quoniam philippenses nihil indignum de ipso senserũt Coniungit quoque Apostolus sibi Timotheum,quamuis ipse solus epistolam dictauerit,quia missurus erat eum ad Philippenses.Vnde vt reuerentius eum susciperent,diligentiúsq; audirent,exprimit eũ in forma salutationis.Hi ergo mandãt, [*Omnibus sanctis*].i.verè fidelibus,[*In Christo Iesu*].i.per fidem, charitatem,& gratiam Christi,[*Qui sunt*]hoc est commorantur[*Philippis*]id est,in vrbe Macedoniæ quę est pars Græciæ, quam vrbem construxit philippus pater Alexandri magni putatiuus,vocans eam ex nomine suo,philippus,[*Cum episcopis et diaconis*]id est etiam episcopis atque diaconis mandant.Hi enim tanquam principales post generalem omnium designationem exprimuntur.¶porrò (vt Haymo asserit) per episcopos intelliguntur presbyteri.Non enim in vna vrbe plures episcopi præsidebãt, nec ab episcopis ad diaconos descẽderetpr,ętermisis presbyteris,nisi per episcopos intelligeret sacerdotes. Vnde dici solet, quòd in primitiua ecclesia episcopi non distinguebantur à sacerdotibus. Episcopus nanque dicitur, quasi supra intentus, ab ἐπί. quod est supra & σκοπὸς, intentio. sed hoc episcopis conuenit atque presbyteris. Vnde hoc loco per episcopos presbyteri,& summus eorum, videlicet pontifex philippensium, intelliguntur, [*Gratia*]gratificans detur & sit [*vobis et pax*] interior,quæ est tranquillitas mentis atque exterior quæ est quies ab extrínseco impugnante, [*A deo patre nostro*] id est persona patris æterni-

Haymo.

A [*Et domino Iesu Christo*]Quibus expresis intelligitur spiritus sanctus amor & nexus amborum.qui omnes sunt vna fontalis & effectiua origo totius bonitatis creatæ. [*Gratias ago deo meo*] id est superbeatissimæ trinitati, simplicissimo deo,qui est omnium deus generaliter & deus meus specialiter, propter specialem pietatem, gratiam & prouidentiam eius in me, & item propter singularem dilectionem & cultum,quibus ei soli principaliter finaliterque inhæreo. Hoc dicere non competit nisi perfectis.Propter quod diuinus & magnus Dionysius hoc dicere vix præsumens interdum sic ait, Deus(& si fas est dicere) meus[*In omni memoria vestri semper*] id est toties quoties vestri memor sum, [*In cunctis orationibus meis*] fusis[*Pro omnibus vobis*]Dum enim memor sum vestri, occurrit mihi consideratio gratiæ existentis in vobis. De qua grates refero,& oro vt gratia ampliori mereamini adimpleri,[*Cum gaudio*] spirituali [*Deprecationem faciens*] id est deum pro vobis orans. Gaudio (inquam) concepto seu habito [*Super communicatione vestra*] id est de beneficio vobis concesso, videlicet mihi communicastis seu conformati estis fide, charitate .& opere, [*In Euangelio Christi*]id est in prædicatione,exhortatione, seu obseruatione euangelicæ legis, [*A primo die*] conuersionis vestræ [*Vsque nunc, confidens hoc ipsum*]id est ex confidcratione gratiæ vobis hucusq; concessæ confido de gratia pleniori videlicet[*Quia*] id est quod [*Qui cœpit in vobis opus bonum*] id est deus per gratiam gratum facientem, & spiritus sancti motionem actualem inchoauit in vobis opus meritorium, [*Perficiet*] illud in vobis, [*Vsque in diem*

Iacob.1 Ioann.1. Dionysi. Hiere.17. Ioan.15.

B *Iesu Christi*] inclusiuè,id est vsque in diem mortis vestræ, qua à Christo visitabimini, & particulare iudicium sustinebitis. Adeo enim est inchoatio, continuatio & consummatio operis boni, [*sicut est mihi iustũ hoc sentire pro omnibus vobis*]id est tã ex parte diuinę bonitatis q̃ ex parte vestrę stabilitatis iustum est vt ita confidam de, & pro vobis, videlicet quod deus perficiet in vobis opus bonum à se inchoatum, [*Eo quod habeam vos in corde*] id est cordiali affectu hoc optem & sperem : quod subditur, [*Et in vinculis meis, et in defensione, et confirmatione Euangelij, socios gaudij mei omnes vos esse*] id est vt tam in præsenti quàm in futuro sitis participes consolationis meæ internæ quam habeo in vinculis meis, quibus propter Euangelij prædicationem ligatus sum. Et in defensione euangelij, qua euangelicam veritatem defendo contra aduersarios eius:& confirmatione Euangelij qua illud confirmo, instanter & imperterritè prædicando,miracula faciendo,scripturarum testimonia allegando, irreprehensibiliter conuersando. Quam etiam consolationem multò copiosius habebo, in patria pro vinculis atque laboribus istis.Vel, ideo hæc dicit Apostolus, quoniam Philippenses socij fuerunt gaudij eius in vinculis &c. ita quod ipsi quoque pro Christo vincula pertulerunt, & euangelium defenderunt atque constanter prædicauerunt siue professi sunt.[*Testis enim mihi est deus, quomodo*] id est quàm affectuosè, spiritualiter, & syncerè, [*Cuptam omnes vos*] id est omnium vestrùm salutem & communionem

1.Corin.1.

C cum gaudio meo desiderem. Et hoc [*In visceribus Iesu Christi*]id est Christi amore, non humano affectu. Vel, quomodo cupiam vos esse in visceribus Iesu Christi, id est Christo intimè vniri, atque ab eo cordialiter diligi. [*Et hoc oro*]deum [*Vt charitas vestra*]vobis à deo infusa qua deum proximumque meritoriè diligitis, [*Magis ac magis abundet*] id est incessanter proficiat, [*In scientia*] id est discretione vt omnia discretè agatis, sitque rationabile obsequium vestrum. Vel in scientia, id est quatenus diligendo mereamini illuminari à deo in cognitione diuinorum ac aliorum. Vel,in sciẽtia illa quæ est vnũ de septem donis spiritus sancti, de qua ait scriptura, Dedit illi scientiam sanctorum, Per quam habet homo rectum iudicium de rebus creatis, videlicet,quod eis non sit finaliter inhærendum,eo quod ex se vanæ sint atque caducæ,[*Et in omni sensu*].i. intellectuali notitia vel potius experimentali gustu eorum, quæ ad salutem exiguntur[*Vt probetis*] id est approbando sequamini [*Potiora*] id est opera perfectiora,indies magis proficiendo, [*Vt sitis syncери*] id est mundi corde.Beati enim mundo corde,quoniam ipsi deum videbunt.Vnde in Prouerbiis habetur,Qui diligit cordis munditiam, habebit amicum regem, [*Et sine offensa*] id est sine opere malo, præsertim mortali, & ne perseueretis in aliquo vitio, quatenus nec deum,nec proximum offendatis, quantùm fieri potest, [*In diem Christi*] id est perseueranter vsque ad mortem,[*Repleti fructu*] .i. actu & delectatione, [*Iustitia*] quæ est præclarissima virtus, & nec lucifer, nec hesperus est ita admirabilis, teste Philosopho,Repleti(inquam)non propriis viribus, sed [*Per Iesum christum*] id est ex virtute & merito Christi [*In gloriam et laudem dei*] id est propter hoc vt deus glorificetur atque laudetur à vobis,aliquisque electis in præsenti & in futuro.

Roma.5. Roma.12. Efaię.11. Sapien.10. 2.Cori.11. Matth.5. Prouer.22. Aristote.

D ¶ Deinceps Apostolus efficit Philippẽses benevolos,statum suum eis insinuans tanquam familiaribus & amicis præcipuis. [*Scire autem vos volo fratres, quia quæ circa me sunt*] id est tribulationes, incarcerationes, & vincula quæ mihi acciderunt, [*Magis ad profectum*] id est publicationem, confirmationem, ac venerationem [*Euangelij venerunt*] quàm ad detrimentum ipsius, & hoc contra intentionem persecutorum meorum, qui ideo me vinxerunt, vt Euangelium offuscaretur,[*Ita vt vincula mea manifesta fuerunt*] id est captiuitas mea & fructus vinculorum meorum diuulgaretur, [*In Christo*] id est secundum voluntatem ac dispositionem Christi. Vel ad gloriam eius,[*In omni prætorio*]iudicum,quo maiores conueniunt, non solùm Romæ, sed in prætoriis quoque vrbium aliarum,[*Et in cæteris omnibus*]locis iudicialibus quo minores concurrunt.Vt enim Haymo dicit,cum Apostolus retrusus esset in carcerem in domo Imperatoris, multa fecit prodigia,& in carcere vinctus, & aliis aduentantibus constantissimè prædicauit,sicque conuertit quàm plurimos,ita vt & de palatio Imperatoris, faceret ecclesiam redemptoris. Cum verò in prætorium duceretur efficacissimè,& cum summa securitate respondet. Quoniam ergo Roma caput extitit mundi, fideles qui Romam confluxerunt & exierunt, vbique retulerunt signa,fructum atque constantiam Pauli. Quo audito complures animati fuerunt ad euangelizandum,sicut adiungitur, [*Vt plures e fratribus in domino confidentes*]non in se ipsis[*Vinculis meis*]hoc est occasione seu mtuitu vinculorum meorum,hoc est exemplo meo.[*Abundantius*]quàm ante[*Audent*

Haymo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sine timore] eorum qui corpus occidunt, [*Verbum dei loqui*]id est Christi euangelium prædicare: dicen E
Matth.10. Lucæ.12. tes Si magister noster in vinculis, in carcere, in prætorio, prædicat sine pauore, cur nos liberè euntes, à prædicatione cessamus? [*Quidam quidem*]).i. nonnulli à prædictis diuersi, [*Et propter inuidiam et contentionem*]id est ex inuidia, qua inuident gloriæ apostolatus mei, eumque habere contendunt. [*Quidam autem et propter bonam voluntatem*] id est recta intentione & ex dilectione dei ac proximi, [*Christum prædicant*] vt proximi consequantur salutem, & Christi honor augeatur: [*Quidam autem*]boni [*Ex charitate*]speciali ad me hoc faciunt, vicem meam supplentes, [*Scientes*]hoc scilicet [*Quoniam*]id est quòd
1Timo.1. [*In defensione euangelij*]id est in defendendam euangelicæ veritatis prædicationem [*Positus sum*] in gradu & gratia apostolatus à deo. Vel in, id est pro defensione euangelij positus sum in carcere, [*Quidam autem ex contentione Christum annunciant*]id est qui mecum contenderunt, atque à me confutati, & prædicationis officio indigni iudicati sunt, [*Non syncere*]id est non pura hoc agunt intentione [*Existimantes pressuram se suscitare*]id est tribulationis augmentum procurare [*Vinculis meis*]id est mihi vincto concitando alios contra me, quasi contra principalem doctorem huius legis, videlicet vt si quis velit eos
2.Cori.1. affligere, propter prædicationē euangelij concitent eum aduersum me, velut contra præcipuā causam prædicationis huiusmodi. Vel, existimantes pressuram à se suscitare vinculis meis. i. me victum cōtristare ac tribulare, eò q prædicent non obstante q ego reprobauerim eos. [*Quid enim*].i. quid interest, F
vel quid mihi curandum est de tanta diuersitate prædicantium? [*Dum omnimodo*] .i. omnibus modis, [*Siue per occasionem*].i. incidentaliter. s. ex inuidia seu contentione, [*Siue per veritatem*].i. ex vera & recta intētione, [*Christus annuncietur.* *Et in hoc gaudeo*]q sic est, [*Sed et gaudebo*]inde de cætero. Et gaudeo
in via, & gaudebo in patria. [*Scio enim quia hoc*] videlicet q Christus omnimodo annunciatur occa-
Roma.8. Hebre.1. sione mei, [*Mihi proueniet in salutem*]æternam, hoc est causa maioris gloriæ erit mihi in patria, nō duntaxat meritis meis sed & [*Per vestram orationem*]fusam pro me, [*Et subministrationem*]id est sustentationem & opem, [*Spiritus Iesu Christi*]id est spiritus sancti à Christo procedentis, qui spiritus adiuuat no-
Psalm. 60. stram infirmitatem, nosque in bono ne ruamus, subsentat, sicut columna fulcit structuram. Si autem submministratio videatur non competere sancto spiritui, poterit per spiritū Christi intelligi spiritus angelicus missus à Christo, qui vtique nostrę cooperatur saluti cū simus eius custodiæ deputati. Sic autē
Roma.5. Psalm.24. proueniet mihi] *Secundum expectationem*]actualem. [*Et spem meam*]habitualem. i. quemadmodum spero, vel tam copiosè sicut confido, [*Quia in nullo*]loco tempore, seu euentu, [*Confundar*] ita sperando
Eccles.3. Spes enim non confundit. Iuxta illud in Psalm. Vniuersi qui sustinent te non confundētur. In Eccle-
1.Corin.6. siastico quoque. Scitote quia nullus sperauit in domino, & confusus est, [*Sed in omni fiducia*]hoc est cū ingenti confidentia cordis mei in deo, [*Sicut semper*] ab exordio conuersionis meæ magnificatus est, G
ita [*Et nunc*]vltra, quàm diu subsisto in carne, [*Magnificabitur*] id est honorabitur [*Christus in corpore meo*]id est in actionib⁹ & passionib⁹ corporis mei, [*Siue per vitam siue per mortem*]id est in vita ac morte.
Quia si vixero, honorabo Christum prædicando, si occidar aut moriar exemplum deserendo [*Mihi enim viuere*] in corpore isto [*Christus est*] finaliter & meritoriæ, id est ad Christum ordino vitam
Ioann.4. meam, eique vniri viuendo promereor. Ipse quoque est vita viuificans me effectiuè, conseruando &
Deute.10. dando vitam naturæ ac gratiæ. Vnde in Euangelio, Ego (inquit) sum via, veritas & vita. Et in Deuteronomio aiebat Moyses, Ipse est vita tua & longitudo dierum tuorum, [*Et mori*]est mihi [*Lucrum*]
id est æternæ vitæ meritorium seu beatitudinis ostium. [*Quod si viuere in carne*] .i. in corpore isto manere ac prædicare, [*Hic mihi fructus operis est*]id est tam pretiosus & vtilis fructus est conuersationis in
Roma.6. carne, vt dixi, videlicet quod semper magnificabitur Christus in corpore meo, & mihi viuere christus sit. Si (inquam) hoc sic est imò, quia sic est, [*Et quid eligam*] tanquam vtilius, scilicet viuere an mori [*Ignoro*]aliàs tamen indubitanter eligerem mori, vt possem esse cum Christo, [*Coartor enim e duobus*]
id est duo coartant me scilicet desiderium dissoluendi, & necessitas in carne manendi. Inter hæc duo angustor, & ex cōsideratione ipsorū quasi in arcto cōstituor, vtrunque desideras, cū tamen simul haberi non queant, & quid electurus sim nescions. Deinde tangit hæc duo, [*Desiderium habens dissolui*]à corpore [*Et esse cum Christo*]principaliter per gloriam fruitionis, [*Multo enim magis*] hoc est melius quàm
detineri in hac carne mortali. [*Permanere autem in carne*] hoc est me diutius viuere in seculo isto.
[*Necessarium*] id est multùm expediens est [*Propter vos*] id est ad vestram pleniorem institutionem, H
confirmationem, atque salutem. [*Et hoc confidens*] scilicet. quod necessarium est me in carne manere propter vos, confidens sic esse, [*Scio*]ex reuelatione diuina seu magna fiducia, [*Quia manebo et permanebo*]in vita præsenti [*Omnibus vobis ad profectum vestrum*]spiritualem, [*Et gaudium fidei*]id est propter consolationem vestram, procedentem ex fide, [*Vt gratulatio vestra*]id est interna exultatio [*Abundet in Christo Iesu*]tanquam in obiecto & causa. Vel, in consideratione beneficiorum ipsius [*In me*]per me, videlicet per liberationem mei de carcere, & prolongationem vitæ meæ ad vestrum profectum [*Per meū*
Ephes.4. *aduentum iterum ad vos*]quia tunc coram referam ipse vobis plenius, quæ iam breuiter scribo. [*Tantum digne Euangelio christi conuersamini*].i. hoc solùm admoneo, vt tam sanctè ac religiosè viuatis euangelica
doctrina cui credidistis, quatenus, sicut alibi dictum est, dignè ambuletis vocatione qua vocati estis,
Actu.4. [*Vt siue cum venero et videro vos, siue absens*]existens à vobis [*Audiam de vobis*]à veridicis quod sequitur [*Quia statis*]corde erecto per fidem & charitatem. [*In vno spiritu vnanimes*] id est in spiritu sancto concordes. Vel, in vno spiritu creato, habentes cor vnum, & animam vnam per charitatem, [*Collaborantes fidei Euangelij*]id est simul conātes implere fidei documēta, [*Et in nullo*]euentu [*Terreamini ab aduersariis*]id est inuisibilibus, seu visibilibus hostibus, [*Quæ*]perterritio seu molestia hostium. [*Est illis causa perditionis*]id est meritum condemnationis, cùm sit mortale peccatum [*Vobis autem*]est causa [*Salutis*]

A quoniam eam patienter ferendo meremini vitam æternam. Hinc quoque Saluator ait, Nolite timere eos
qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Et rursus alibi, Nolite timere pusillus grex, Matth.10.
quia cōplacuit patri dare vobis regnum. Hoc est, quod per Esaiam inducitur, Nolite timere opprobria Lucę.12.
hominum & blasphemias eorum. Quis tu vt timeas ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœ Esaiæ.51.
num arescit? [*Et hoc à deo*]id est non terreri, & æquanimiter pati dei donum est per gratiam eius vobis
collatum. [*Quia vobis*]gratiosè [*Donatum est à deo*]trino ac vno [*Pro Christo*] hoc est propter meritum
Christi, [*Non solum vt in eum credatis*].i. non sola fides eiusque actus interior. [*Sed vt etiam pro illo patiamini*]hoc est virtus patientię, & ipsa sustinentia seu perpessio aduersitatum vobis à deo concessa sunt, ita
vt hæc inter munera dei sint cōputanda. Vobis (inquam) data sunt hæc qui estis [*idem certamen*]hoc est
similem pugnā [*Habentes*]contra aduersarios fidei, [*Quale et vidistis in me*]quādo in Philippis cæsus sum,
nudus atque incarceratus, eò quòd spiritū malignum de muliere Phitonissa excluserim, vt in Actis legi Actu.16.
tur, [*Et nunc*]cū Romæ ligatus sum [*Audistis de me.*] ¶ Porrò de prædicto desiderio dissolutionis à cor-
pore, quod non solùm Apostolo, sed viris perfectis inest, & conuenit, dicta sunt multa ad Romanos, su Rom.7.
per illud, Infœlix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? quæ illic requirantur.

B Cap. 11. [*Si qua ergo consolatio in christo.*] Artic. 11.

DEnique in moralibus instruens Apostolus Philippēses, adiecit, [*Si qua ergo*]id est philip.1.
cum ita sit sicut iam dixi in fine præcedentis capituli, Si igitur qua. i. aliqua [*Consolatio*]est mihi à vobis [*in christo*].i. secundū voluntatem & gratiam christi. Vel, 2.Corin.1.
in christo. i. in cultu ipsius, [*si quod*]. i. aliquod [*Solatium charitatis*] ex vera dilectione procedens, est inter me & vos, [*Si qua societas spiritus*]. i. aliqua vnio mentis inter vos est, [*Si que viscera miserationis*] vobis insunt. i. si internæ pietatis affectibus mouemini, [*implete*]. i. perficite [*Gaudium meum*] quod de vestri conuersione & profectu concepi, festinantes ad veram perfectionem, [*Vt idem sapiatis*]
in omnibus, quæ ad salutem requiruntur, id est eadem intellectualiter sentiatis in his quæ fidem con- Rom.13.
cernunt, [*Eandem*]hoc est parem, [*Charitatem habentes*]id est charitatem infusam spiritualem ac generalem [*Vnanimes*]in affectu ac moribus [*Idipsum sentientes*]hoc est intellectualiter concordantes, seu mala
vestra mutuò supportantes. [*Nihil*]in vobis fiat [*Per contentionem.*] Vbi enim zelus & contentio, ibi in- Iacob.3.
constantia, & omne opus prauum, iuxta beati Iacobi sententiam [*Neque inanem gloriam*] hoc est ex glo-
ria vana, seu propter famam, honorem, aut gloriam secularem, sicut alibi dictum est. Non efficiamini Galat.7.
C inanis gloriæ cupidi. Hæc vitia in ambitiosis regnare, & ex superbia nasci solent. Ioann.5.
¶ Porrò quàm graue peccatum sit gloria vana, patet per id quod ait Saluator, Quomodo potestis credere qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à solo deo est, non quæritis? [*sed in humilitate superiores sibi ad inuicem arbitrantes*]id est ex humilitate vnusquisque putet se alio viliorem, propria po- Rom.12.
tius quàm aliena peccata pensando, vel se secundum quod in se & ex se est, considerando. Quamuis e-
nim vnus sit alio. absolutè loquendo, melior atque superior, vnusquisque tamen veraciter potest se sub
alio humiliare, atque indigniorem iudicare, secundum aliquam considerationem sui atque alterius. I-
deo subditur, [*Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed quæ aliorum*]. i. vnusquisque vestrūm, si conten
tionem vanāmque gloriam vitare desiderat, & alios arbitrari meliores seipso, non proprias virtutes &
excellentias solùm pensет, nec propria commoda tantùm requirat, sed bona consideret, commodáque
requirat aliorum. Charitas enim non quærit quæ sua sunt. Potest tamen & debet homo interim pensā- 1.Corin.13.
re dona sibi diuinitus præstita, vt gratus sit deo. Iuxta illud, Nos non spiritum huius mundi accepi- 1.Cori.13.
mus, sed spiritum qui ex deo est, vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis. Vnde & virgo deifera profi- Lucæ.1.
tetur, Quia fecit mihi magna qui potens est.
¶ Insuper hortatur Apostolus ad harum imitationem virtutum, exemplo Christi. [*Hoc enim sentite in* Epist.
vobis]illud in cordibus vestris versetur, hócque sentiat anima vestra in se, [*Quod et in Christo Iesu*]fuit
id est quod Christus, vt homo, intra se sensit, quatenus sicut Christus quæsiuit, non quæ sua erant, sed Ioann.8.
quæ aliorum. Et sicut intra se humillimus ac patientissimus fuit, secundum quod ipse ait discipulis, Lucę.12.
D Ego in medio vestrūm sum, sicut qui ministrat: ita & vos aliorum commoda requiratis, atque in cor- Eccles.19
dibus vestris verè patientes & humiles sitis, non simulatoriè, sicut hypocritæ. Est enim qui nequiter
se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. [*Qui*]Christus [*Cum in forma dei esset*] id est veram deita- Ioann.10.
tem haberet, seu vnius cum patre essentiæ esset, secundum quod ait, Ego & pater vnum sumus, [*Non*
rapinam arbitratus est esse se æqualem deo]id est sentiendo ac asserendo, se esse æqualem deo, non vsurpa- Esaiæ.14.
uit neque asscripsit sibiipsi quod suum non erat, quia verè sic fuit, sicut arbitratus est. Ideo non commi-
sit rapinam vocando se verum deum, quia nil à se alienum sibiipsi asscripsit, quemadmodum Lucifer, di Ioann.16.
cens, similis ero altissimo, conatus est facere rapinam. Christo igitur non rapina, sed natura est esse deo Ioann.10.
æqualem, coæternum & consubstantialem. Propter quod ipse ait, Omnia quæcunque habet pater, mea
sunt. Et alibi, Pater quod dedit mihi, maius omnibus est. Hoc est diuina essentia, quam totam pa-
ter transfudit in filium, [*Sed semetipsum exinaniuit*]id est vehementer se humiliauit, [*Formam serui accipiens*]id est naturam humanam atque seruilem in vnitate personali assumens, ita quod natura assum-
pta vnita est verbo immediatè atque in ipso suppositа, seu esse personali verbi immediatè coniuncta, si-
cut caro coniungitur animæ [*In similitudinem hominum factus*]id est cæteris hominibus assimilatus seu si-
milis factus, assumendo indetrahibiles defectus, videlicet pœnalitates, non vitia. Fuit enim mortalis
atque passibilis. Vnde ad Hebræos dicit Apostolus, Debuit per omnia fratribus assimilari, [*Et habitu*] Hebræ.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

id est conuersationis suæ habitudine [*Inuentus est*].i. verè innotuit, [*Vt homo*] Bibit enim, comedit, sedit, dormiuit vt cæteri. Per quæ patuit quod verè fuerit homo. Propterea scriptum est per Prophetam Baruch, Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Et per Esaiam, Butyrum & mel co medet. Vel sic, habitu. i. in natura humana per modum habitus seu vestimenti assumpta, inuentus est vt Ioann.1. homo, nõ apparenter, sed realiter: sicut Ioannes testatur, Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre. ¶ Denique natura humana se habet ad verbum, sicut vestis ad hominem. Nam sicut vestis indui tur atque exuitur sine mutatione substãtialis esse hominis vestiti, ita quod homo est, homo & subsistit, & siue induatur, siue nõ: sic verbum humanam naturam assumpsit sine omni mutatione sui esse diuini, Matth.11. posset; esse sine humana natura, sine qua nos esse non possumus. [*Humiliauit seipsum*] non solùm in in- Leo papa carnatione, sed in tota conuersatione sua in seculo isto à principio vsque ad finẽ, prout Leo papa testa- tur, Tota Christianæ sapientiæ disciplina, non in abundantia verbi, non in astutia disputãdi, neq; in ap- petitu laudis & gloriæ, sed in vera & voluntaria humilitate consistit: quam dominus Iesus ab vtero ma- tris vsque ad supplicium crucis pro omni fortitudine, & elegit, & docuit. Rursusque, Tota (inquit) vi- ctoria saluatoris, quæ & diabolum superauit & mundum, humilitate est concepta, humilitate confecta, [*Factus obediens*] patri [*Vsque ad mortem*] non qualemcunque, sed turpissimam, horribilissimam ac ama- Matth. 27. rissimã, sicut subiungitur, [*Mortem autem crucis*] Mors enim crucifixorũ grauissima est, quia in locis ner- Psalm.21. uosis transfiguntur. Christus autẽ inter latrones suspensus est, & toto corpore, violentissima expãsione F Ioann.14. distẽtus in tantùm vt dicat, Dinumerauerunt omnia ossa mea. De obedientia hac ait Saluator, Sicut man Anselmus datũ dedit mihi pater, sic facio. Obediuit autem patri vsque ad mortem inclusiuè, non quod pater exe- git ab eo mortem, tanquam aliquod debitum (secundum Anselmum) cum mors sit pœna culpæ, quę & in Christo non fuit, sed quia patre iubente iustitiam obseruauit verbo & opere increpando Iudæos, ex quo orta est Iudæorum inuidia contra Christum, ex qua insuper inuidia secuta est Christi occisio. Itẽ per hoc patri vsq; ad mortem crucis obediuit, quoniam sicut pater decreuit mundum per Christi pas- sionem redimere, sic Christus prõptissimè executus est. Propter quod ait ipse, Opus cõsummaui quod dedisti mihi vt facerem. Et alibi, Pater, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Ioan.17. [*Propter quod*].i. merito passionis & obedientiæ huius, [*Et deus*] pater seu trinitas [*Exaltauit illum*] id est Matth. 26. Christum sublimauit variis multisque modis, videlicet in resurrectione, dando ei corpus glorificatum, quale ante passionem non habuit. In ascensione constituendo eum ad dexteram suam, vbi ante secun- Ephesi.1. dum humanam naturam non sedit. In prædicatione quoque euangelij per totum mundum, per quam Christus in cordibus hominum fidem recipientium exaltatus est. Sic quoque secundum naturam diui- nam exaltatus est, quantùm ad manifestationem hominibus factam, Per miracula etiam deus exaltauit Christum, prout in Actis Petrus dixit nato claudo sanato, Deus patrum nostrorum glorificauit filium Actu.3. suum Iesum. Pro hac exaltatione Christus orauit passione instante, Pater (inquiens) venit hora clarifica Ioann.16. filium tuum. Omnia autem quæ ad glorificationem corporis Christi & accidentale præmium eius per- tinent, ipse sua humilitate, obedientia & passione promeruit, quãuis etiam ex aliis causis hæc sibi debe- rentur, videlicet quia à primo instanti incarnationis, glorioſus & fœlix fuit in anima, quæ beatitudo re- dundasset in corpus, nisi diuina dispensatione dilatum fuisset. Et item, qua secundum corpus & animã vnitus erat verbo, hypostatica vnione, ratione cuius debebatur ei exaltatio vltra omnem creaturam. Ita- que deus exaltauit Christum propter passionem & obedientiam, [*Et donauit illi nomen quod est super o- mne nomen*].i. nomen dei Christo imposuit. Per gratiam quippe vnionis, datum est Christo homini esse & dici verum deum, quod vtique est nomen superexaltatum & infinitæ dignitatis vocabulum. Hoc au- Actu.4. tem nomen datum est Christo à principio suæ incarnationis, sed post resurrectionem dicitur datum, quia tunc manifestabatur datum fuisse. Iuxta quem sensum ait dominus post resurrectionem, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Quæ vtique potestas data fuerat ei ab incarnationis exordio, Matth.28. [*Vt in nomine Iesu*].i. ad reuerentiam Christi tanto nomine sublimati [*Omne genu flectatur*] id est omnis potestas inclinetur ac subiiciatur [*Cælestium*] id est angelorum, [*Terrestrium*] hominum, [*Et infernorum*] id est dæmonum. Christus enim cælum impleuit, mundum redemit, infernum spoliauit. [*Et omnis lin- Esaiæ.55. gua*] corporalis & spiritualis hominum, spiritualis quoque lingua angelorum ac dæmonum [*confitea- Iacobi.2. tur*] (ponte vel coactè. Nam & dæmones credunt & contremiscunt [*Quia dominus Iesus Christus in gloria* H Finis. *est*] id est beatitudine [*Dei patris*] Secundum deitatem enim Christi, vna est gloria patris & filij, quæ est diuina essentia. Secundum humanitatem verò Christus dicitur in gloria patris, id est in potioribus bo- Marci.16. nis eius. Iuxta illud, Dominus Iesus assumptus est in cælum, & sedet ad dexteram dei. [*Itaque charissi- mi mei sicut semper*] à vestræ conuersionis exordio aptis temporibus, [*Obedistis*] deo & mihi, sic hortor vos nunc obedire [*Non vt in præsentia mea tantum*] hoc est quatenus non solùm me præsente & inspi- ciente, bona agatis, [*Sed multo magis nunc in absentia mea, cum metu*] filiali, quantùm ad perfectos, [*Et timore*] initiali quantùm ad proficientes, [*Et tremore*] corporis, ex interiore timore progenito, [*Vestram salutem*] hoc est opus virtuosum, [*Operamini*] Vel vestram salutem operamini, hoc est æternam beatitudinem bonis operibus procurate, Cum ingenti ergo timore seruiendum est deo su- blimi & benedicto: prout ait Psalmista, Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Vn- Psalm. 2. de alibi scriptum est, Dominum exercituum glorificate. Ipse pauor vester, & ipse terror vester. Esaiæ.8. Et Hieremias ait, Magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine. Quis non timebit te ô rex Hier.10. gentium? Ideo denique tam timoratè operari debetis vestram salutem. [*Deus est enim qui operatur in vobis*] per gratiam & internum instinctum, [*Et velle*] bonum meritorium [*Et perficere*] id est exequi & implere opus bonum quod vultis, [*Pro bona voluntate*] id est ex sua voluntate benigna, non propter merita vestra. Non enim sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis. De hoc in episto-

A Iam ad Romanos inducta sunt multa. [*Omnia autem*] opera vestra [*Facite sine murmurationibus*] contra 1.Cor.3. deum & proximum, [*Et hæsitationibus*] id est dubitationibus de diuina exauditione ac ope prout ait scri Rom.9. ptura, Postulet in fide nil hæsitans. Qui autem hæsitat, similis est fluctui maris. Non ergo existimet ho Iacobi 1. mo ille q̃ aliquid aceipiat à domino. Certum est enim quòd ex parte pietatis diuinæ, non erit exaudi- tionis defectus, & quantũ ad hoc certi esse debemus de exauditione & ope dei dum ei placuerit, sed ex parte nostræ indignitatis & culpæ potest esse defectus, [*Vt sitis sine querela*] ita vt nec vos de aliis con- Luc. 11. queramini, nec ipsi iustam querelam contra vos habeant. [*Et simplices*] hoc est synceri & recti, non do- Eccle.2. losi, bilingues ac dupices animo [*Filij dei*] per gratiam adoptionis & opera imitationis. Cũ talibus sim- Prouer.3. plicibus sermocinatur deus. ¶ Porrò vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis [*Sine repre-* Iaco. 1. *hensione*] id est sine vitio reprehensionem promerente conuersantes, [*In medio nationis pranæ & peruer- sæ*] id est hominum impiorum, quorum interiora peruersa sunt, & exteriora opera praua, [*Inter quos lu- cetis*] scientia, virtutibus & exẽplis, [*sicut luminaria in mundo*] conuersantia inter illuminatores. Vel, sicut luminaria cæli, videlicet planetæ ac sydera fulgent in mũdo isto sensibili, [*Verbum vitæ*].i. sacram scri- pturam euangelicámque doctrinam [*continentes*] memoriter ac efficienter: iuxta illud, In corde meo Psal. 118. abscondi eloquia tua. vt non peccem tibi [*Ad gloriam meam*] id est ad beatitudinis meæ augmentum B quod habebo [*In die Christi*] id est cùm Christus iustam mercedem mihi tribuerit, scilicet in die par- ticularis ac vniuersalis iudicij. Opera enim meritoria subditorum ac discipulorum cedunt ad gloriam prælatorum & magistrorum bonorum, [*Quia non in vacuum cucurri*] id est non infructuosè inter vos vixi, docendo & bene agendo, [*Neque in vacuum laboraui*] orando pro vobis continuè, & indesinenter insistendo vestræ conuersioni. Multos enim ex vobis conuerti, & copiosam mercedem repositam ha- beo. Ad hanc exemplarem & irreprehensibilem conuersationem hortatur nos & archiapostolus, Con- 2.Tim.4. uersationem (inquiens) vestram inter gentes habentes bonam, vt in eo q̃ detractant de vobis tanquam 1.Petri 2. de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent deum in die visitationis. [*Sed & si immolor*] id est pro fide atque iustitia grauiter punior, vel occidor (quod est deo offerri) [*supra sacrifi- cium & obsequium fidei vestræ*] id est vltra oblationem vestram, & opera fidei vestræ quæ iam oblata sunt deo à vobis & à me, [*Gaudeo*] in me, [*Et gratulor in omnibus vobis*] id est de vestri conuersione: ni- hilominus glorior, quamuis propter eam martyrium paterer, [*Idipsum*] id est propter eandem cau- Matt.5. sam, videlicet si pro fide patimini [*Et vos gaudete*] certi de vestra mercede, [*Et congratulamini mihi*] de vestri conuersione & passione gaudenti, qui in fide vos docui, propter persecutionem nolite dolere neque tristari aduersus me, quasi qui ad tantam calamitatem vos induxi, conuertendo vos ad eam fi- dẽ pro qua tanta patimini. [*Spero autem in domino Iesu*] sine cuius dispositione & causalitate nil age- C re volo aut valeo. [*Timotheum me citò mittere ad vos, vt & ego bono animo sim, cognitis quæ circa vos sunt*] id est cùm statum vestrum percepero à Timotheo à vobis ad me redeunte. De vestro autem statu mul tùm solicitor, ideo cupio scire quæ circa vos sunt, id est cuncta quæ vobis contingunt. Ideo quoque mittam ad vos Timotheum. [*Neminem enim habeo tam vnanimem*] id est desiderio mentis meæ ita con- formem in his quæ vestram concernunt salutem. Vnde subiungitur, [*Qui syncera affectione*] id est pu ra ac spirituali dilectione. [*Pro vobis sollicitus sit. Omnes enim*] mecum existentes hac vice, id est tam mul ti eorum vt alij comparatione eorum pene nulli videantur. Tales autem locutiones hyperbolicæ sunt, in quibus dicitur aliquid per excessum. Omnes ergo [*quæ sua sunt*] id est propria lucra, [*quærunt*] po- Hiere.6. tius quàm proximorum salutem, [*Non quæ Iesu christi*] id est dei honorem & gloriam non requi- runt principaliter atque finaliter. Multi enim mercenarij erant cum Paulo hoc tempore. [*Experi- mentum autem eius cognoscite*].i. per experientiam vitæ & prædicationis probate verum esse quòd de laudibus Timothei disserui, quòd veraciter dixi, vósque experiri poteritis [*Quoniam sicut patri filius*] seruit, sic [*Mecum seruiuit*] deo [*in euangelio*] id est in prædicatione, defensione, & confirmatione, cæte- risque actibus euangelicæ legis. [*Hunc igitur*] tam idoneum nuncium, [*spero me mittere ad vos mox cum videro quæ circa me sunt*] id est cùm expertus fuerim, seu alio modo cognouerim quem exitum sortien- tur ea quæ mihi iam acciderunt. Interim nempe carere non possum præsentia Timothei. [*Confido au- tem in domino, quoniam et ipse veniam ad vos cito*] quia de carcere isto liberari, in Græciámque reuerti D confido. [*Necessarium autem*] id est vestræ saluti multùm expediẽs [*Existimaui Epaphroditum*] diaconum præsentis epistolæ portitorem, [*Fratrem*] religione [*Et cooperatorem*] in Euangelij prædicatione, ac ob- Infrà c. 4. seruatione, [*Et cõmilitonem meum*] in persecutione & luctatione pro fide, [*Vestrum autem Apostolum*] id est instructorem præcipuum, [*Et ministrum necessitatis meæ*] id est seruitorem meum præbentem mihi necessaria in hac mei incarceratione, quoniam munera vestra detulit mihi, quibus eo ministrante su- stentatus sum, [*Mittere ad vos*] cum hac epistola ante missionem Timothei. Et meritò, [*Quoniam quidem omnes vos desiderabat*] videre & consolari, [*Et mœstus erat, propterea*] id est de hoc, [*Quod audieratis illum infirmatum*] sicut & fuit. Doluit autem quòd ipsi perceperunt, scíens eos sibi compati, & de eius mor- te angustiari. Vnde eorum compassioni & curæ condoluit. [*Nam & infirmatus est vsque ad mortem*] ex- clusiuè [*Sed deus misertus est eius*] ipsum clementer sanando. Vnde patet vitam animæ in corpore non penitus esse innaturalem, & velut in carcere, vt quidam dixerunt, [*Non solum autem eius*] misertus est deus, [*Verũctiam et mei*] misertus est liberando me ab interiori dolore. [*Ne tristitiam*] de morte Epaphro diti [*Super tristitiam,*] de vestri desolatione [*Haberem*] Quamuis enim tristitia hæc in se bona non fuis- set, eò quòd inordinata tristitia in Apostolo locum non habuit. Iuxta illud Sapientiæ, Non contrista- Prouer. 12. bit iustum quicquid ei acciderit: Deus tamen conuertit eam in melius, sicut Saluator promisit, Tristi- Ioan.16. tia vestra vertetur in gaudium. [*Festinantius ergo*] id est multùm festinanter [*Misi illum*] ad vos [*Vt*

Universidad de Deusto
Biblioteca

viſo eo]ſano ac læto,[*uerum gaudeatis*] gratias domino referentes de ſanatione ac reditu tam dilecti doctoris,& patris atque Apoſtoli veſtri,[Et *ego ſine triſtitia ſim*]cùm ſciero vos conſolatos, quorum deſolationi condolui.[*Excipite itaque illum cum omni gaudio*]ſpirituali,deum laudando, [Et *ciuſmodi*]hoc eſt virum talem ac tantum[*cum honore habetote*]id eſt reuerenter tractate.Qui enim bene præſunt,duplici honore condigni ſunt, [*Quoniam propter opus chriſti*] id eſt ad faciendum ea quæ dei ſunt [*Vſque ad mortem acceſſit*]id eſt mortis periculo ſe expoſuit,[*Tradens animam ſuam*] id eſt vitam ſuam morti exponens propter iuſtitiam,[*Vt impleret id quod ex vobis deerat*] id eſt actualem adminiſtrationem ſubſtãtiæ mihi à vobis tranſmiſſæ,quam nullus veſtrûm coram mihi diſtribuit,ipſe impenderet [*Erga meum obſequium,*]mihi perſonaliter miniſtrando.

1.Tim. 6.

E

Cap. III. [*De cætero fratres mei gaudete in domino.*] Artic. III.

PRæterea monet ac munit Apoſtolus Philippenſes contra pſeudoapoſtolorum ſallacias,qui eos ad legalium obſeruantiam nitebantur inducere: [*De cætero*]id eſt poſt exhortationes præhabitas hortor reliquo tempore,ô [*Fratres mei,gaudete in domino*] non in cærimonialibus legis.[*Eadem vobis ſcribere*] In præſenti epiſtola quæ præſens dixeram vobis,videlicet non eſſe gaudendum, niſi in fide & gratia dei,atque legalia omitti debere,[*Mihi quidem*]vos amanti,[Non]eſt[*Pigrum*].i.moleſtũ aut tardũ. Feruido enim amatori delectabile eſt operari quicquid dilecto ſalubre eſt,[*Vobis autem neceſſarium*] eſt hæc ſcribi propter imminentia mala ſallacũ.[*Videte canes*] id eſt pſeudohæreticos, more canum rabido ore contra veritatem latrãtes,[*Videte malos operarios*]id eſt peſtiferos aliorum corruptores, [*Videte conciſionem*] id eſt illos à Chriſto exciſos,qui alios quoque à Chriſto diuidere ſatagunt.Hos ergo attendite & cauete.[*Nos enim*] Chriſti fideles[*ſumus circunciſio*]id eſt verè ac ſpiritualiter circunciſi à vitiis,[*Qui ſpiritu dei*]id eſt ſpiritu ſancto mouente, [Deo] trinitati [*ſeruimus*] ſeruitute latriæ, quæ ſoli deo debetur, [Et *gloriamur in Chriſto Ieſu*].i. in virtute gratia ac merito Chriſti, [Et *non in carne fiduciam habentes*] .i.non in carnalibus obſeruantiis legis ſpẽ ſalutis cõſtituentes, [*Quanquam et ego habeã confidentiam in carne*].i. confidẽtiam talem haberem ſi eſſet habenda.Vel habeo eam nõ ita vt in carnalibus ſiſtam,ſed ea ad Chriſti honorem omittam,ſicque præmium conſequar de hoc,q̃ aliquando legalia obſeruaui quando meritoriè ſeruabantur.[*Si quis alius*]deceptor [*Videtur confidere in carne*] id eſt carnali cuſtodia legis & Iſraeliticæ ſtirpis dignitate,[*Ego magis*]confidere poſſum,ſecundum ſenſum prætactum,videlicet cũ ſim[*Circunciſus octauo die*]vt lex Moyſi iubet,natus[*Ex genere Iſrael*]id eſt genere Iacob[*De tribu Bẽiamin*]filij Iacob[*Hebræus*]natione[Ex *Hebræis*]parentibus ortus,non proſelytus,[*ſecundũ legem*]id eſt religioſam legis obſeruantiam[*Phariſæus*].i.vnus de præcipuis inter Iudæos. Phariſæi enim dicebantur quaſi contemptibili plebi non admixti, ſed à communibus ſeparati. Sicut egregij quaſi à grege diuiſi dicuntur. Eratq; ſecta phariſæorum conformior legi quàm Sadduceorum,qui nec ſpiritum,nec reſurrectionem ponebant.Et Eſſæorum,qui auſterrimæ vitæ fuerunt, ſed idiotæ, [*ſecundũ æmulationem*] id eſt inordinatum affectum,videlicet ſecundum zelum non adiunctum ſcientiæ.[*Perſequens eccleſiam dei*] primitiuam,vt patet in Actibus Apoſtolorum,[*ſecundum iuſtitiam quæ in lege eſt conuerſatus ſine querela*].i.ſine reprehenſione cuſtodiendo mandata legalia. [*ſed quæ mihi fuerunt lucra*] id eſt quæ commoda mihi erant tempore Iudaiſmi, videlicet cærimonialia legis, [Hæc] poſt conuerſionem meam [*Arbitratus ſum. propter chriſtum*]id eſt propter Chriſti amorem , doctrinam ac iuſsionem, [*Detrimenta*] id eſt nociua Non enim ſeruanda ſunt cærimonialia legis poſt diuulgationem euangelicæ veritatis, præſertim vt ſalus aliqua in illis eſſe credatur. Erant enim figuratiua Chriſti, vnde veritate impleta ceſſare debuerant. [*Veruntamen exiſtimo omnia*]temporalia & caduca [*Detrimentum eſſe*] id eſt deſerenda,[*Propter eminentem*] id eſt ſupernaturalem & præcellentem [*Scientiam domini noſtri Ieſu chriſti*] id eſt quam Chriſtus nobis infundit per ſpiritus ſancti illuſtrationem. Quod intelligi poteſt de ſcientia illa quæ eſt vnum ſeptem donorum ſpiritus ſancti . Vel de cognitione Chriſti beatifica, quæ datur electis in patria. Vel de quotidiana illuſtratione æternæ ſapientiæ,quæ in animas ſanctas ſe transfert, riuos ac radios veræ ſapientiæ ſtudioſis ac piis cordibus liberaliter influens.Ob hanc ſcientiam adipiſcendam, ſobriè viuere, cunctáque ſenſibilia aſpernari debemus,[*Propter quem*] Chriſtum,id eſt ob cuius amorem ac gloriam obtinendam, [*Omnia*]iam præfata [*Detrimentum feci*] id eſt contemnenda monſtraui,contempſi ac deſpici feci,[Et *arbitror*]ea[*vt ſtercora*] id eſt pro nihilo reputaui, [*Vt chriſtum lucrifaciam*]id eſt eum pro præmio adipiſcar.Simile eſt quòd à Sapiente dicitur, Diuitias nihil eſſe dixi in comparatione illius [Et *inueniar in illo*] id eſt Chriſto incorporer, eiúſque membrum ſim, [*Non habens meam iuſtitiam que ex lege eſt*] id eſt iuſtitiam quæ conſiſtit in literali obſeruatione cærimonialium legis,quæ(tempore nouæ legis)non eſt vera iuſtitia,[*Sed illam*]iuſtitiam[*Quæ ex fide eſt Ieſu Chriſti*]id eſt quantùm ad actum ſuum ex fide procedit , & in ea fundatur, non in operibus legis, [*Quæ*] iuſtitia [*Ex deo eſt*] per creationem.Hæc enim eſt iuſtitia infuſa quantùm ad habitum,ſimúlque cum fide infunditur,quamnis ſecundum ordinem naturæ eam præſupponat,quoniam fides baſis ſeu fundamentum eſt vniuerſarum virtutum . Ideo ſubditur, [*Iuſtitia in fide*] id eſt iuſtitia iſta in fide conſiſtit , quæ fides vtilis eſt [*Ad cognoſcendum illum*]videlicet Chriſtum in præſenti per donum ſapientiæ,in patria autem per ſpeciem. ad cognoſcendum etiam[Et *virtutem reſurrectionis eius*]id eſt poteſtatem reſurrectionis Chriſti, cuius reſurrectionis tanta eſt virtus , vt ſit cauſa exemplaris reſurrectionis omnium electorum. Valet etiam fides, [Et] ad cognoſcendum [*societatem iltius*] id eſt vt ſciamus quomodo crucem noſtram poſt Chriſtum

Galat.5.

Leuit.12.

Act.24.

Act.8.
1.Cor.15.
Act.22.

Eſa.11.

Sap.7.

Tit.3.

Sap.7.

Rom. 8.

F

G

H

A portemus, eiusq̃ paſsionibus communicemus ac ſociemur. Inueniar ergo in Chriſto [*conſiguratus morti eius*] id eſt Chriſto compaſſus vel propter illum occiſus, aut propter iuſtitiam tribulatus. Vel per opera pœnitentiæ quotidie mortificatus [*Si quo modo*] , i .ad hoc vt aliquo modo, licet difficili[*Occurram*]in die iudicij chriſto & ſanctis pertingendo[*Ad reſurrectionem quæ eſt ex mortuis*] .i. ad reſurrectionem beatam,qua electi fœliciter immutabuntur . Omnes nanque reſurgemus,ſed non omnes immutabimur . Per reſurrectionem ergo ex mortuis, hoc loco intelligitur reſurrectio glorioſa qua electi à reprobis diſcernẽtur,& ex eorũ loco qui terra eſt,in aëra erigentur.Rapientur nãque in nubibus obuiam Chriſto in aëra: ſicut alibi dicit Apoſtolus,[*Non quod iam acceperim*]id eſt non ideo dixi tanta de mea perfectione,qua omnia propter chriſtum vt ſtercora reputo, quaſi iam plenam perfectionem adeptus ſim,vel futuram fœlicitatem nũc actualiter habeam.Ideo ſubditur,[*Aut iam perfectus ſim*] intantum vt vltra proficere nequeam.Aliquo tamẽ modo perfectus fuit Apoſtolus,quia poſt pauca adiecit.Quicunque ergo perfecti ſumus[*Sequor autem*].i.ad perfectionem tendo affectibus cordis & bonis operibus potius quã greſsibus corporis, [*Si quo modo*].i.vt tandem aliquando[*Comprehendam*]chriſtum comprehenſione beatificæ viſionis, de qua ipſe ait, Manifeſtabo ei meipſum videlicet ſecundum diuinam naturã[*In quo*].i.eo modo cognitionis ſeu tali claritate notitiæ[Et *cõprehenſus ſum*] .i.perfectè cognitus à chriſto Ieſu.Vnde alibi dicit Apoſtolus, Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate,tunc autem facie ad faciem.Et nunc,inquit,cognoſco ex parte,tũc autẽ cognoſcã ſicut & cognitus ſum.Nulla tamẽ creatura pura poteſt deum cõprehendere plenè & abſolutè, ſed cõprehenſio ſumitur tunc pro clara notitia alicuius ſecundũ ſuã eſſentiã,ſicque beati in patria cõprehẽſores vocãtur. Propter quod ait Ioan.Similes ei erimus,quia videbimus eum ſicuti eſt [*Fratres,ego me nõ arbitror comprehendiſſe*]arcẽ virtutũ,perfectionisq̃; apicem,præſertim cum dicat Saluator, Cũ feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis,dicite, Serui inutiles ſumus,quod debuimus facere,fecimus.Et iterũ alibi, Omnẽ qui fert fructũ purgabit pater,vt fructũ plus afferat.Nõdũ igitur cõprehẽdit,ſed proficit. Hęc dicit de ſe ipſo apoſtolus,ne aliquis noſtrũ quãtũcũq; laudetur,vana elatione infletur,ſed conetur ꝓficere exemplo tãti apoſtoli,nec vnquã dicere audeat,ſufficit mihi,cũ non ꝓficere ſit deficere. Nemo etiã erubeſcat imperfectũ ſuũ fateri,cũ audiat apoſtolum iſta dicentẽ.Et quaſi ſciſcitaremur.quid ergo facis ô Paule,& quid nobis agendũ tuo exẽplo demõſtras?Subiecit[*Vnum autem*]dico agendũ,illudque facio, puta[*Quæ quidem retro ſunt, obliuiſcens*].i.præcedẽtia merita mea paruipẽdens nec pẽſans,ſed memorię dei cõmendans,[*Ad cavero quæ ſunt priora*].i.ad opera perfectiora atque futura quę nondum attigi,ſed oculis meis propoſui,[*Extendens meipſum*] .i.vires meas applicans per inceſſantem profectum. Vel ſic, Quę retro ſunt.i.terrena ſenſibilia præſertim carnalia,obliuiſcens ac deſerens.Iuxta illud, Obliuiſcere populũ tuum,& domũ patris tui:ad ea verò quę ſunt priora.i.ad obtinenda,amãda & contẽplãda bona cæleſtia ac diuina,extendens meipſum ardenti affectu & digno effectu,[*Ad deſtinatũ*].i.finale bonum à me intentũ,atque à deo mihi paratũ,[*Proſequor*].i.perfectè ſequor,vt ipſum acquiram,ſicut & ſcriptũ eſt, Inquire pacem & perſequere eam.De quo deſtinato adiicitur,[*Ad brauiũ ſuperne vocationis dei*] .i. præmiũ vitæ cæleſtis á deo propoſitũ ac promiſſum,[*In chriſto Ieſu*] in quo & per quẽ vocati ſumus ad brauium iſtud,per cuius etiam gratiam illud acquirimus.Brauium autẽ eſt quoddã præmiũ victoribus datũ.Debemus autẽ ſemper ad hoc brauiũ tẽdere,ita vt omne quod agimus vel patimur,ad ęternę adoptionẽ beatitudinis ordinemus.[*Quicunque ergo perfecti ſumus*] .i.ſecundũ exigẽtiã & poſsibilitatẽ huius fragilis vitæ ad charitatis atque virtutũſynceritatẽ venerimus paſsionibus reformatis & inimicis vere dilectis,prout Saluator hortatur,Eſtote perfecti ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt,[*Hoc ſentiamus*]quod ego iam dixi,videlicet q̃ nondũ apprehendimus perfectionẽ cõpletam,eãque adipiſci conemur .[Et *ſi quid aliter ſapitis*].i.ſi ſic ſapiendũ ſeu ſentiendũ eſſe nõ æſtimatis,vt dixi, nolentes vos penitus humiliare,[Et *hoc vobis deus reuelabit*]eſſe erroneũ,vel nunc per diuinæ illuſtrationis gratiam, vel in futuro per pœnarum experientiã.Vel ſic,Si quid aliter ſapitis.i.ſi alios modos proficiendi noueritis,& hoc vobis deus reuelabit.i.hanc notitiã deus dabit,eamque perficiet.[*Veruntamen ad quod peruenimus*].i.gradũ perfectionis,quẽ bene viuendo attigimus,ſtemus & proficiamus[*Vt idem ſapiamus*]in his quę ad ſalutẽ exiguntur, & fidẽ cõcernũt,[*Vt in eandem permaneamus regulã*] .i. in pari rectitudine vitæ,ſeu in eadem lege & gratia nos regulante.[*Imitatores mei eſtote*] In ſuperioribus apoſtolus propoſuit ſe in exemplum,nunc admonet ad ſe imitandũ dicendo,Imitatores mei eſtote,ô [*Fratres*].i.cõformate vos mihi in prænductis virtutibus,atque in omni opere virtuoſo,[Et *obſeruate*].i. ſolerter attendite & ſequi curatẽ[*Eos qui ita ambulant ſicut habetis formam noſtram*].i.virtuoſos qui raliter conuerſantur,ſicut ego vobis verbo & opere manifeſtaui eſſe viuendum. Alios autem cauete. A fructibus enim eorum cognoſcetis,an iuxta formam vitæ noſtræ cõuerſentur,& imitatione ſint condigni. [*Multi enim ambulant*]per vitiorum abrupta , & vias peruerſas:de quibus Salomom , Via,inquit,impiorũ tenebroſa,neſciunt vbi corruunt.Qui & in die iudicij dicent illud Sap.Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis,&ambulauim⁹ vias difficiles.De quibus ait Chriſtus,Lata & ſpatioſa eſt via quę ducit ad mortẽ, & multi vadunt per eam,[*Quos ſæpe dicebam vobis*]dum eram vobiſcum,[*Nunc et flens*]ex compaſsione eorum & dolore,quia tot fallunt[*Dico*].i.nomino eos[*inimicos crucis Chriſti*] . i. Chriſti crucifixi, quoniam contra eius doctrinam & iuſſa legalia prędicant,&vitijs ſubiacent.[*Quorum finis*].i.mors erit[*Interitus*]id eſt ingreſſus ſeu via æternæ damnationis,quam ſtatim cum moriuntur,incurrunt[*Quorum deus venter eſt*].i.delectationibus gulæ ita infiſtunt,quaſi in repletione ventris ſalus cõſiſteret.Vnde vẽtrẽ pl⁹ ſuũ colũt quã deũ. Quod autẽ quis maximè colit,hoc deus eius aſſeritur.De quibus Iudas in ſua teſtatur canonica,Hi ſunt in epulis conuiuentes ſine timore,ſemetipſos paſcẽtes,quibus procella tenebrarũ cõſeruata eſt vſque in æternũ,[Et *gloria*]horũ vana,qua in vitiis iſtis, vel in cærimonialibus

Lucæ.9.
Roma.6.

1.Cori. 15.

1.Theſſ. 4.

Ioan. 14.

1.Corin.13.

1.Ioan.3.

Lucæ.17.
Ioan.15.

Pſal.44.

Pſalm.33.

2.Corin.13.

Matth.5.

Epiſt.

Matth. 7.

Prouer. 4.
Sapient.5.

Iudas apoſtolus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

legis exultant, erit [*In confusione ipsorum*].i. cõfusibilis erit eis & inhonesta coram diuino iudicio. Vnde E
Osee.4 per prophetam dominus protestatur, Gloriam eorum in ignominiã commutabo, [*Qui terrena sapiunt*] .i.in carnalibus potius quàm in spiritualibus delectantur. [*Nostra autem conuersatio in cælis est*] per con-
templationem & desiderium bonorum cælestium. Nunc enim nostra conuersatio in cælis est per spem,
Augusti. ingem intentionem, & ratione obiecti seu termini motus, quod est in cælo, videlicet deus & æterna fe-
Matth.6. licitas. Anima nãque (secundum Augustinum) verius est vbi amat quàm vbi animat. Denique vbi the-
Lucæ.10. saurus tuus, ibi & cor tuũ. Eorũ itaq; cõuersatio est in cælis, qui omnia temporalia atq; carnalia trãsce-
dẽtes, cęliformẽ & angelicã vitã ducũt in terra, illi vni quod solũ necessarium est, tota mẽte intẽti, [*Vnde*
etiam saluatorem expectamus] cũ magna securitate, videlicet [*Dominũ nostrũ Iesũ Christum*] venturũ ad vni-
uersale iudiciũ, Qui enim in cælis conuersationẽ iã habet, q̃uis adhuc viatores sint, securè pręstolantur
christi aduentũ, [*Qui reformabit*].i. adpristinã formã reducet ac susc itabit in die iudicij, [*corpus humilita-*
Genesi.3. *tis nostræ*].i. corpus istud passibile, in quo deiectionem tribulationẽq̃ue patimur, quod etiam nobis oc-
casio est ad humiliandum nosipsos, pensantes q̃ puluis sumus, Sic autẽ reformabit illud, q̃ erit [*Configu-*
ratum corpori claritatis suæ].i. simile erit corpori Christi glorificato. In tali etenim corpore sancti resur-
gent. Sic igitur faciet Christus. [*Secundum operationem*].i. virtutem operatiuam, [*Qua potest etiam subijce-*
re sibi omnia].i. de singulis ordinare & facere quod sibi placuerit, hoc est secundum diuinam potentiam,
per quam reformatio ista complebitur. Subest enim deo, cum posse voluerit, vt dicit Sapiens. F
Sapient.12.

¶Cap.IIII. [*Itaque fratres mei charissimi et desideratissimi.*] Artic.iiij.

Dinceps post exhortationes præhabitas consolatur apostolus Philippenses. [*Itaque*].i. quoniã tan
tam beatitudinem expectamus, & sortituri sumus ô [*Fratres mei charissimi*] secundum appetitum
superiorem, seu intellectualem. i. valde dilecti quo ad futuram felicitatem in patria, [*Et desiderat is-*
simi] secũdũ appetitũ inferiorẽ ac sensituũ, ordinatũ & rationi subiectum. i. valde à me desiderati,
quo ad mutuum conspectum in hac vita. Propono enim venire ad vos, [*Gaudium meum*] materialiter .i.
1.Cori.10. de quorum profectu & gratia gaudeo, [*Et corona mea*] .i. augmentum gloriæ meæ in patria, quoniã om-
nium meritorum vestrorum sum particeps, tãquam institutor vester ac doctor, [*Sic state in domino cha-*
rissimi].i. cõstantes atque immobiles estote in deo, adhærẽdo iustitiæ sicut & ego, vt dicere valeatis illud
Iob, Iustificationẽ quã cœpi tenere, non deseram [*Euodiam rogo et synthicen deprecor idipsum sapere*].i. idẽ
sentire cum aliis sanctis [*in domino*.] Has duas deuotas matronas exprimit nominatim, quia spectabilis e-
Iob.27. rant vitæ, & fidelibus necessaria ministrauerũt. [*Etiam rogo et te Germane compar*] id est adiutor & socius
meus. Est autem Germanus nomem proprium viri, qui inter Philippenses egregius fuit. [*Adiuua illas*].i.
præfatas fœminas consorta in bono, [*Quæ mecum laborauerũt in euangelio*].i. prædicationẽ euãgelicæ ve-
ritatis, nõ vtique prædicando, quoniã mulierem docere non permitto, sed mihi euangelizanti necessaria G
1Timo.2. ministrando [*cũ Clemente*].i. etiam Clementi [*Et ceteris adiutoribus meis*] collaborauerunt ministrando
necessaria eis sicut & mihi, [*Quorum nomina*] scripta [*Sunt in libro vitæ*] id est qui ad æternam beatitu-
dinem præordinati sunt, vt confido, vel vt ex diuina reuelatione certò scio. Porrò secundum Thomam
Finis. in prima parte, liber vitę in deo metaphoricè dicitur. Quemadmodum enim homo eos cõscribit qui ad
se specialiter pertinẽt, sic dicitur deus scripsisse electos qui ad eum finaliter spectant. Vnde ipsa electo-
rum cõscriptio in mẽte diuina seu firma eorũ notitia in intellectu diuino liber vitæ vocatur. Qui aliud
prorsus nõ est nisi prędestinatio dei. Cũ autem dicitur liber vitæ, intelligẽdũ est de vita gloriæ. De hoc
libro ait Saluator, Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in libro vitæ. Quod verò prædicti scripti
Lucæ.10. fuerint in libro vitæ, Paulus certò scire non potuit, nisi per reuelationem diuinam, ¶Præterea admonet
Apostolus Philippen. ad spiritualem ac iugẽ letitiam. [*Gaudete in domino semper*].i. in deo tanquã in ob-
iecto, videlicet in contemplatione & dilectione dei, beneficiorumq̃ue eius, imò in omni eo, quod domi-
Epist. no placeat, spiritualiter exultate, diuinæ perfectioni, maiestati ac beatitudini cordialiter cõgaudendo, de
beneficiis quoq; eius nobis collatis siue promissis lętãdo, & in omni actu virtuoso, quo deus honoratur
& colitur delectando. Signũ nãque virtutis est delectatio operis, secundũ philosophũ. Semper autẽ gau-
dendũ est hoc modo, actu, vel habitu, seu debitis horis, vel in prosperis & aduersis: sicut alibi dicit apo-
2.Corin.6. stolus, Quasi tristes, semper autem gaudẽtes. Sed gaudium istud durãtẽ præsentis peregrinationis exilio
non excludit admixtionẽ omnis tristitiæ. Hoc gaudiũ fuit in virgine glorioſa, quę cecinit, Exultauit spi H
ritus meus in deo salutari meo. Non ergo in creaturis gaudẽdũ est, nisi per reuelationẽ ad deũ, inquantũ
earum vsus, amor, possessio, vel notitia manuducit ad deum [*iterum dico*] ad excitandum vestræ deuotio
nis affectum, & meæ exhortationis veritatem confirmandam, [*Gaudete in domino,*] modo præfato, seruie-
ntes ei hilariter, imò cum iubilo cordis. [*Modestia vestra*] in verbis & factis, id est conuersationis ve-
Lucæ.1. stræ moderatio, discretio, ordinatusq̃ue modus, [*Nota sit omnibus hominibus*] id est talis ac tanta sit, vt om
Matth.5. nibus innotescat per visum vel famam ad gloriam creatoris. & proximorum ædificationem, sicuti in e-
Prouer.8. uangelio dominus loquitur, Sic luceat lux vestra coram hominibus &c. [*Dominus prope est*] id est, pa-
Apoc.3. ratus ad succurrẽdum, imò per pietatem & gratiam suam in vobis habitat. Vnde & ipse testatur, Delitię
Actu.17. meę est esse cum filiis hominũ. Et rursus, Ego sto ad ostiũ & pulso, Si quis aperuerit mihi ianuã, intrabo
Psal.144. & cœnabo cũ eo. In omnibus quoque est deus per essentiæ præsentiã atque potẽtiã. In ipso etiam viui-
Psalm.90. mus, mouemur & sumus. Denique, prope est deus orantibus & afflictis, iuxta illud, Prope est dominus
1.Ioan.4. omnibus inuocãtibus eũ. Et, Cum ipso sum in tribulatione, Intus est diligentibus. sicut ait Ioãnes, Qui
Prouer.15. manet in charitate, in deo manet & deus in eo: qui longè est ab impijs, prout in Prouerb. legitur. Propter
Hiere.15. quod per Hieremiã dicit. Nõ est anima mea ad populum istum. [*Nihil sollicita fuis*].i. cum dominus pro
pe sit, de nulla re angustiari seu inordinatam curam habere debetis: sed primò quærite regnum dei, &

A omnia necessaria adiicientur vobis. Vnde & Petrus, Omnem, inquit, solicitudinem vestram, proiicien- Matth.6.
tes in deum, quoniam ipsi cura est de vobis. Et Christus, Nolite soliciti esse in crastinũ. Omnia hæc de 1.Petri 5.
inordinata atque superflua cura, quę ad diffidentiam quodã modo pertinet, asseruntur. De qua Salomõ Matth. 6.
dicit, Spes solicitorũ peribit. Verũtamen (sicut frequenter præhabitũ est) est quædã solicitudo spiritua
lis ac ordinata, quæ est diligens animi vigilantia circa bona honesta aut necessaria, quã sępe cõmendat, Prouer.1.
præcipsteq; scriptura, vt est illud, Custodi temetipsum, & animam tuam solicita: Item, Soliciti seruate
vnitatẽ spiritus in vinculo pacis, [*sed in omni oratione et obsecratione cum gratiarum actione petitiones ve-* Deut.4.
stræ innotescant apud deum] Hic ponuntur quatuor partes orationis vel species, quarum distinctio est. Ephe.4.
Oratio enim est simplex precatio, quæ est de facilioribus impetrandis. Obsecratio est inuocatio dei cũ
cõmemoratione sacrorum seu diuinorũ, quorum virtute aut merito aliquid impetrare optamus: sicut
cũ dicimus, Per passionem tuam, vel propter bonitatem tuam exaudi nos, Estq̃ue obsecratio pro diffi-
cilioribus obtinendis, vt est iustificatio impij. Petitio verò est inuocatio dei pro bonis gratiæ, quæ ordi
nantur ad bona gloriæ. Alibi quoque ponit Apostolus aliud genus orationis, quod dicitur postulatio, 1.Tim. 2.
quæ est pro bonis patriæ. Sæpius tamen vnum istorum pro alio sumitur. Hortatur ergo Apostolus vt
petitiones nostræ factæ in omnia. i. quacunque oratione & obsecratione & gratiarũ actione ex tanta pu
B ritate, attentione, & feruore mentis procedant, quatenus apud deũ innotescant. i. à deo attendantur &
per acceptationẽ noscãtur, atque ab angelis sanctis ei præsentẽtur, quẽadmodum in Actis Angelus ait Act.10.
Cornelio, Orationes tuæ & eleemosynæ ascenderunt in memoriam in conspectu dei. Et in Paralypo- 2.Par.33.
menõ lib. scriptum est, q̃ Esaias & Ezechias vociferati sunt vsque in cælum contra Sennacherib, perue
nitque oratio eorũ ad habitaculum sanctum dei. [*Et pax dei*] increata, immensa, ęterna. i. deus pacificus,
[*Quæ*] pax [*exuperat omnem sensum*] id est omnem intellectum, creatum, angelicum & humanum, om-
nẽmque gustum & experientiam eius in infinitum excedit, [*Custodiat*] effectiuè, [*Corda vestra*] id est vo
luntates ab omni praua affectione, [*Et intelligentias vestras*] id est intellectum speculatiuum & practicũ,
omnium vestrũ ab omni errore, [*in christo Iesu*].i. per gratiã & meritũ Christi. Vel, in Christo Iesu. i. vt
iugiter maneatis in ipso. Vel sic, Pax dei, creata, videlicet tranquillitas mentis à deo infusa quæ exupe- Finis.
rat omnem sensum quo ad fontalem plenitudinem seu plenã perfectionem. Vel, exuperat omnem sen-
sum viatorum secũdum quod in patria habetur ac degustatur, custodiat formaliter, corda vestra & in-
telligentias à perturbatione & inquietudine, pax ista in vobis permaneat, & vitia sibi proposita ab in-
terioribus vestris excludat. [*De cætero fratres quæcunque sunt vera*] veritate doctrinæ, vitæ aut iustitiæ,
[*Quæcunque pudica*] id est verba & facta casta, lasciuiam excludentia, [*Quæcunque*] sunt [*iusta*] quo ad
C proximum, [*Quæcunque sancta*] quantùm ad cultum diuinum. [*Quæcunque amabilia*] id est quæ indu-
cunt ad mutuam amicitiam, [*Quæcunque bonæ famæ*] id est quæ bonam famam pariunt & conseruant,
[*si qua virtus*] id est quia est aliqua virtus moralis intellectualis, & theologicalis vobis necessaria, [*si quæ*
laus disciplinæ].i. quia est aliqua disciplina morum laudabilis, scilicet compositio morum ac sensuum
exteriorum, [*Hæc cogitate*] assiduè non solũ vt sciatis, sed vt ea agendo seu obtinendo virtuosi saluſque
sitis, [*Quæ et didicistis*] ex mea prædicatione, [*Et accepistis*] per cognitionem intellectiuam, [*Et audistis*]
id est ab aliis percepistis ea esse, [*In me, et vidistis*] per experientiam hoc verum esse. [*Hæc*] opera virtuo-
sa, [*Agite, et deus*] dator, amator & conseruator, [*Pacis*] internæ, [*Erit vobiscum*] quotidie per gratiam
ampliorem. ¶Insuper cõgratulatur Apostolus liberalitati Philippensium, non principaliter ob pro-
prium emolumentum, sed propter illorũ charitatem ac meritum. [*Gauisus sum autem in domino vehemen-*
ter, quoniam tandem aliquando] id est post tempora lõga, [*Refloruistis*] id est more arboris iterum florui-
stis seu fructuosè viguistis & cõualuistis, [*Pro me sentire*] & meæ inopiæ compati atque succurrere, [*si-*
cut et] ante [*sentiebatis*] pro me. [*Occupati autem eratis*] negotiis aliis, idcirco excusabiles estis de tanta di-
lationis & refloritionis istius. [*Non quasi propter penuriam dico*] id est non ex necessitudine paupertatis
meæ hæc assero, vt sustentetur à vobis. [*Ego enim didici*] per gratiam dei & consuetudinẽ exercitij mei
[*in quibus sum sufficiens esse*] id est quid mihi sufficiat. Natura quippe paucis, minimisque contenta est.
[*Scio et humiliari*] id est actum humilitatis, tribulationis, seu paupertatis promptè & discretè exequi,
[*Scio et abundare*] id est in abundantia temporalium nõ excedere. [*Vbique et in omnibus*] exercitiis virtu-
D tum [*instructus*] id est bene instructus [*sum*] sciens videlicet [*Et satiari*] sine immoderantia, [*Et esurire*] si- Rom.12.
ne impatientia, [*Et abundare*] non tamen cor rebus caducis apponere, [*Et penuriam pati*] in victu ac
vestibus sine tristitia. [*Omnia*] hæc [*Possum*] nõ propriis viribus, sed [*In eo qui me confortat*] id est per
adiutorium Christi. [*Verumtamen bene feci stis*] id est quamuis donis vestris possem carere, tamen bene
& charitatiuè egistis, [*communicantes*] id est eleemosynam vestram impartientes, [*Tribulationi meæ*] id
est mihi incarcerato atque afflicto. ¶Prœterea præfert Apostolus Philippẽses aliis quantùm ad aliquid,
quatenus laudibus suis auditis prouocentur ad meliora. Virtus enim laudata augetur in bonis. [*Scitis* 1.Cor.9.
autem et vos Philippenses, quod in principio euangelij] id est illo tempore prædicationis meæ euangelicæ,
[*Quãdo profectus sum.*].i. recessi, [*A Macedonia*] verbo prædicationis illic disseminato, [*Nulla mihi eccle-*
sia cõmunicauit] id est temporalia dedit, [*in ratione dati et accepti*] id est in rationabili recompensatione Rom.15.
temporalium pro exhibitione spiritualium quæ vobis communicaui. Rationis enim censura hoc di-
ctat, vt spiritualia bona præstanti seu dispensanti, temporalia ministrentur [*Nisi vos soli*] in quo decla-
rauit gratitudo ac liberalitas vestra, [*Quia et Thessalonicã*] id est ad vrbem sic dictam. [*Semel et bis*] id
est tribus vicibus, vel semel & iterum, [*In vsum*] id est ad vtendum, [*Mihi misistis*] temporalia vestra, vt
necessaria vitæ ex eis acciperem, [*Non quia quæro datũ*] id est non ideo vos commendo, quia munera Matth.15.
vestra requiro, [*Sed requiro fructũ abundantẽ*] id est meritum copiosum, [*in ratione vestra*] iam dicta, vi-
delicet in rationabili recompẽsatione, quia mihi temporalia pro spiritualibus cõmunicatis. Habeo aũ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem omnia]quæ misistis [*Et abundo*]in eis,ita vt aliis indigentibus ea cõmunicem. [*Repletus sum*]gaudio E
mentis & copia rerum,[*Acceptis ab Epaphrodito*] his[*Quæ misistis*] mihi [*Odorem suauitatis*] id est quæ
sic placent deo,vt odor suauissimus.Eleemosyna nanque est hostia deo gratissima.Ideo sequitur, [*Ho-*
Heb.13. *stiam acceptam,deo placentem*]Vnde ad Hebræos ait, Beneficentiæ & cõmunionis nolite obliuisci. Ta-
Rom.1. libus enim hostiis placatur deus.[*Deus autem meus impleat*] id est exaudiat & operi mãcipet, [*Omne de-*
Rom.10. *siderium vestrum*]rationabile & syncerum,[*secundum diuitias suas in gloria*]id est piè, gratioseˊ ac copioseˊ,
2.Cor.8. secũdum quòd ipse in seˊ diues est,in gloria,id est in beatitudine sua. Vel,impleat desiderium vestrum
Eph.2. in gloria,dando videlicet vobis gloriam sempiternam. [*In christo Iesu*] id est per dominum saluatorem
& per gratiam,seu meritum eius.]*Deo autem*]per creationem, [*Et patri nostro*] per gubernationem, vi-
delicet summæ ac incommutabili trinitati , sit [*Gloria in secula seculorum. Amen. Salutate*] id est salutem
optate ac dicite,[*Omnes sanctos*]ad vestram societatem spectantes,[*In christo Iesu*]id est secundum Chri
sti doctrinam.vel vt in Christo permaneant.[*Salutant vos qui mecum sunt fratres*] id est cooperatores ac
socij mei.[*Salutant vos omnes sancti*]in vrbe morantes,]*Maxime autem qui de domo Cæsaris sunt*]id est mi
nistri Neronis quos conuerti,qui & specialem dilectionẽ ad vos gerunt,[*Gratia domini nostri Iesu christi*] sit [*Cum spiritu vestro*] hoc est in anima vestra perficiendo eius essentiam [*Amen*] id est sic fiat atque
præstetur vobis à deo sublimi & benedicto. F

IN EPISTOLAM AD COLOSSENSES

PROEMIVM.

Prouer. 8. QVi corripit hominẽ,postea gratiã inueniet apud eum,magis eũ ille qui per blandi
Eccle.19. menta decipit.Quẽadmodum inuidus correctionẽ eius nõ optat,quem odit,sed
naturæ eius cupit malum simpliciter:sic verus dilector,eius quẽ diligit vitia dissi
mulare non valet,sed corripit,si tamen habeatur correctionis fiducia.Hinc itaq;
sanctus Apostolus diuini amoris calore,atq; fraternæ salutis zelo repletus, filios
suos & filiorum suorum filios ad veritatis lineã reuocare nititur incessanter. Vn
de in præsenti epistola Colossensibus destinatur,& vacillantes cõfirmat.Deniq;
Colossenses ab vrbe Colossis nomine sic vocati , sicut Asiani, quos ipse Paulus
non accesit,neque instruxit,sed eius discipuli Archippus Colossensium episcopus,& Epaphras ex Co
losis oriundus.Prædicante ergo Archippo,& Epaphra(quem Paulus edocuit)superueniẽte,atque Ar
Act. 15. chippi prædicationem confirmante,aduenerunt pseudoapostoli afferentes legalia simul cum Euange-
lio obseruanda.Dubitantibus ergo Colossensibus vtri partium potius esset credendum, Apostolus tan G
quam mediator idoneus,scribit quid oporteat fieri. Scribit autem ab Epheso per Tychicum diaconũ,
Onesimum acolytum . Modus procedendi huius epistolæ similis est aliarum epistolarum processui.
Nam salutationem præmittit.De profectu & gratia Colossensium grates domino refert, ad perfectio-
ra hortatur,atque pro eis suppliciter deprecatur.

Cap. 1. [*Paulus apostolus Iesu christi,per voluntatem dei.*] Artic. 1.

Matth. 5. PAulus *Apostolus Iesu Christi per voluntatem dei*].i. diuina volũtate constitutus Apo
stolus.[*Et Timotheus frater*] quem propter suam authoritatẽ connectit sibi Apo
Ioan. 5. stolus.Erat enim Ephesiorum episcopus.Hi itaque scribũt[*His qui sunt Colossis*]
hoc est in ciuitate sic dicta, [*sanctis et fidelibus fratribus*].i. veraciter Christianis,
qui implere conantur illud Saluatoris , Estote perfecti , sicut pater vester cæle-
stis perfectus est, [*in christo Iesu*].i.in doctrina & fide Christi. Illas enim seruan
do & operando sancti & fideles fuerunt. [*Gratia*] gratum faciens [*vobis et pax*]
hoc est tranquillitas mentis præstetur & conseruetur [*A deo patre nostro*] id est
in cælis patre æterno , [*Et*] à [*Domino Iesu christo*] qui secundum diuinam naturam est causa gratiæ
effectiua ac principalis:quæcunque enim facit pater, hæc & filius similiter facit. Secundum humanam
verò naturam est causa gratiæ meritoria,instrumentalis ac mediata . [*Gratias agimus deo et patri domini* H
nostri Iesu Christi].i. patri æterno,qui est deus Christi,vt homo est:pater verò secundum diuinam natu
ram quam habet à patre,[*Semper*]id est congruis horis, [*Pro vobis orantes,audientes fidem vestram*]fun-
datam ac fixam [*in Christo Iesu, et dilectionem*] id est habitum, actum interiorem, & opera charitatiua,
[*Quam habetis*]extentam, [*in omnes sanctos*].i.vniuersos veraciter Christianos,quibus pro loco & tem-
pore, secundum vestram possibilitatem, beneficitis , spiritualia vel corporalia beneficia impendendo,
[*Propter spem*]id est beatitudinẽ seperatã,[*Quæ reposita*].i.parata[*Est vobis in cælis, quam audistis*].i.quæ
Marc.16. vobis prædicata est,[*in verbo veritatis*].i.in vero sermone[*Euangelij quod peruenit ad vos*].i.vobis annun
Psal.18. ciatum est,[*sicut et in vniuerso mundo est*].i.cunctis gẽtibus euangelizatũ est, sicut & vobis, sic tamen vt
sit distributio,nõ pro singulis generũ,sed pro generibus singulorum. Vnde & Apostolis aiebat Salua-
tor,Eũtes in mundũ vniuersum,prædicate euangeliũ omni creaturæ.Et Psalm.In omnẽ(inquit) terrã
Act.2. exiuit sonus eorum,[*Vt fructificat,et crescit*].i.euangelij doctrina in credentibus est causa fructificatio-
nis & spiritualis incremẽti,videlicet bonorum operum,& quotidiani profectus in gratia. Crescit quo-
que per hoc quod pluribus annunciatur à quibus & deuotè recipitur, [*Sicut in vobis*] fructificauit &
creuit.[*Ex ea die qua audistis et cognouistis gratiam dei*].i.beneficia gratiæ vobis à Christo exhibita, [*in*
veritate]hoc est veraciter.Vel,in veritate,euãgelicæ legis,[*sicut didicistis ab Ephrata*]cõfirmãte prædica-
tionẽ Archippi. [*Charissimo conseruo nostro,qui est fidelis pro vobis*] id est pro vestra salute procuranda.

A [*Minister Iesu Christi,*]eius doctrinam vobis annunciando,ipsumq; pro vobis iugiter exorando, [*Qui e-*
tiam manifestauit,]hoc est clarè retulit, [*Nobis dilectionem vestram*] existentem [*in spiritu,*] quia à spiritu
sancto infunditur,conseruatur,& secundum eum operatur.Est quoque in spiritu vestro.i.in superiori
parte animæ vestræ,vt in subiecto.[*Ideo & nos ex qua die audiuimus tanta*]bona de vobis,[*Non cessamus*]
opportuno tempore,[*Orantes*]cordiali affectu,[*Et postulantes*]prece vocali, [*Vt impleamini agnitione vo*
luntatis eius].i.diuinitus copiosè illustremini ad cognoscendum quid velit deus, vt sciatis & attendatis
eius mandata atque consilia.Quid verò sit ita impleri,& quomodo fiat,subiungitur,[*in omni sapientia*] Sapien 9.
sacræ scripturæ,id est quam scriptura diuinitus inspirata proponit ac docet,[*Et intellectu spirituali*].i.in- 2.Timo. 3.
terna vera,seu mystica intelligentia scripturarum, quatenus literam occidentem spiritualiter intelliga- 2.Corin.6.
tis,spiritus quippe viuificat,[*Vt ambuletis*]in semitis præceptorum,[*Digne deo*].i.tam reuerenter, sanctè
& perfectè,quàm decet tanto principi deseruire,atque vt eum pro præmio mereamini possidere. Ma- Ioann.3.
ledictus enim qui facit opus dei negligenter.[*Per omnia*].i.in interioribus & exterioribus,[*Placentes*]do Hier.48.
mino deo.Nam si quis totam legem impleuerit,offendat autem in vno,factus est omnium reus. Cui & Iacobi.2.
illud quoque consonat Sapientiæ , Qui in vno peccauerit , multa bona perdet , [*In omni opere bono* Eccles. 9.
fructificantes]proficiendo in mente, [*Et crescentes in scientia dei*].i.in notitia diuinorum . De qua ait per
prophetam,Scientiam dei volui magis quàm holocausta.Itidem & Sapiens,Vani sunt,inquit,omnes ho Osee.6.
B mines,quibus non subest scientia dei. Denique hæc est vita æterna,vt cognoscamus deum verum. Sapien.13.
¶Possunt quoque per prædictam sapientiam,intellectus atq; scientiam, intelligi tria dona spiritus san- Ioann.17.
cti.De quibus apud Esaiam legitur,Requiescit super eum spiritus sapientiæ & intellectus, &c. Sicque Esaiæ. 11.
sapientia appellatur habitualis notitia supernaturalis , à spiritu sancto infusa,ac saporosa, per quam ani-
ma sortitur rectum iudicium de diuinis,habendo connaturalitatem quandam cum eis per gustum ac di
lectionem.Intellectus verò est donum spiritus sancti , per quod anima ea quæ fidei sunt penetrat,clarè
cognoscit,& firmiter eis inhæret,cernendo aliquam rationem,propter quam assentiendum est articulis
seu testimoniis fidei.Porrò,scientia est donum quo anima rectè iudicat de rebus creatis . Hæc autem,
prout dona,non inueniuntur nisi in habentibus charitatem & gratiam , sicut nec cætera dona spiritus
sancti. Et iuxta hunc modum litera sic exponetur.In omni. i. perfecta sapientia, quæ est præstantissi- Sapien.1.
mum donum spiritus sancti:& intellectu spirituali,id est dono intellectus à spiritu sancto infuso.[*In*
omni virtute]theologica,intellectuali ac morali,[*Confirmati*]Optimum enim est,gratia stabiliri cor,[*Se-* Hebr.13.
cundum potentiam claritatis eius].i.secundum quod deus idoneus est ad cõfortandum vos per claritatem
gratiæ suæ,[*in omni patientia*]in aduersis seruata,[*Et longanimitate*]æquanimiter præstolando diuina pro
missa,[*Cum gaudio*]mentis,ex actu virtuoso manante , [*Gratias agentes deo patri qui dignos vos fecit*] per
merita Christi,gratiam baptismi & cætera opera meritoria,quæ ipse in nobis producit[*in partem*]id est
C ad habendam participationem,[*Sortis sanctorum*].i.hæreditatis electorum, videlicet vitæ æternæ, quæ
habetur,[*In lumine*]id est per lumen gloriæ,vel in claritate visionis diuinæ.De qua sorte ait Psalm.Do- Psalm.15.
minus pars hæreditatis meæ.Qui etiam de lumine isto testatur,In lumine tuo,inquiens, videbimus lu- Psalm.35.
men.Hæc autem hæreditas dicta est sors,quia diuinæ voluntatis electione,non humana prouisione di-
stribuitur,quemadmodum sortes dicuntur temperari atque disponi à deo. [*Qui eruit nos*]per incarna-
tionem,conuersationem ac passionem vnigeniti filij sui, [*De potestate tenebrarum*] .i.à dominio dæmo-
num,à iugo peccati,& tenebris ignorantiæ, [*Et transtulit in regnum*] .i.in societatem ecclesiæ militantis,
seu numerum electorum.Quæ ecclesia dicitur regnum Christi,qui in corde fidelium regnat per fidem
& gratiam.De quo regno aiebat angelus,Regnabit in domo Iacob in æternum.Et Esaias,Super solium Luce.1.
Dauid,& super regnum eius sedebit.Nunc quoque translati sumus in regnum cælorum in spe, transfe- Esaiæ.9.
rendi illuc tandem in re.Transtulit itaque nos deus pater in regnum , [*filij dilectionis suæ*] id est filij sui
dilecti,de quo ait,Hic est filius meus dilectus,ipsum audite.Ex hoc eluceseit,quòd dilectio in diuinis, Marci.9.
non solùm notionaliter seu relatiuè,sed etiam absolutè dicatur . Aliàs filius dei à spiritu sancto dicere-
tur procedere . De prædicta autem ereptione & translatione generis humani, pater ait per prophetam
ad filium , Dedi te in fœdus populi,in lucem gentium,vt educeres de conclusione vinctum, de domo Esaiæ.42.
carceris sedentes in tenebris[*in quo*]Christo.i.per cuius sanguinis pretium,mortisque meritum, [*Habe*
D *mus redemptionem,*] à iure & dominatione diaboli , [*Et remissionem peccatorum*] prout testatur sanctus
Ioannes in Apocal. Qui dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.[*Qui est imago dei*]pa Apoca.1.
tris[*inuisibilis*]visione corporali ac intellectuali,id est omnino incomprehensibilis cõprehensione per-
fecta,sicut & pater . Nemo enim nouit filium nisi pater, nec patrem quis nouit nisi filius. In patria ta- Matth.11.
men videtur per speciem, sed non perfectè ac plenè comprehenditur . Dicitur autem Christus imago
patris perfecta,non imitatiua:naturalis,non artificialis:plena,non participatiua. i. per omnia similis pa- Ioan.14.
tri.Propter quod ipse ait,Qui videt me,videt & patrem.Ad rationem autem imaginis duo requirũtur,
videlicet similitudo in specie,vel saltem in signo speciei.Quod maximè est figura in rebus corporeis &
processio . Oportet enim vt imago alicuius sit ab eo cuius est imago, filius autem in diuinis generatur
à patre , in nullo distans ab eo.
¶Dupliciter quoque dicitur esse imago alicuius in alio.Primò sicut in re eiusdem naturæ, saltem secun
dum speciem,sicut imago regis est in filio eius. Et ita filius dei vocatur imago patris.Secundò tanquam
in re alterius generis,sicut imago Herculis est in lapide,& imago Imperatoris in nummo.Sicque voca-
tur homo imago dei,qui potius dicendus est factus ad imaginem dei, quàm eius imago , [*Primogenitus* Matth.22.
omnis creaturæ]id est ante omnia creata æternaliter genitus , quemadmodum per quendam Sapientem
testatur,Ego ex ore altissimi prodiui primogenita ante omnem creaturam , [*Quia in ipso*]id est per ip Eccles.24
sum.[*Condita sunt vniuersa*]omnia enim per ipsum facta sunt,ait Euangelista . Vel, in ipso:tanquam in Ioann.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

exẽplari principio condita.hoc est creatori disposita sunt vniuersa.Filius quippe est ars rationibus ple- E
na,omnisque creaturæ exemplar.Propter quod omnia in ipso exemplariter præexistunt, æternalitérque à patre præordinata atque præuisa sunt. Comparantur nanque creaturæ ad ipsum, sicut artificiata
Sapien.7. ad artificem:iuxta illud sapientiæ,Omnium est enim artifex,omnem habens scientiam. Omnia ergo in ipso sunt condita,[*In cælis et in terra*]videlicet,[*Visibilia*]vt corpora cælestia,elementa passiua & mixta,
[*Et inuisibilia*]De quibus adiectum est,[*siue throni*].i. angeli de infimo choro primæ & summæ hierarchiæ angelicæ.Qui throni,id est sedes vocantur, quoniam propter magnam suam propinquitatem ad deum,ipse in eis sedere,quiescere,præsidere,& per eos sua iudicia exercere asseritur,[*Siue dominationes,*
Ephesi.1. *siue principatus, siue potestates*]Hos tres ordines angelorum nominauit apostolus ad Ephesios,de quibus
Gregorius ibi satis dictum videtur. Et quia hoc loco præponit apostolus principatus potestatibus, Gregorius &
Bernard. Bernardus opinati sunt principatus ad secundam, potestates verò ad infimam pertinere hierarchiam.
[*Omnia per ipsum*] sicut per causam efficientem, [*Et in ipso*] tanquam in exemplari principio, [*Creata*
sunt]iuxta intellectum iam dictum.[*Et ipse*]vnigenitus dei,[*Est ante omnes,*]id est persistente æternitatis
Apoca.22. æuo,atque incomparabili dignitate. Propter quod in Apocal. testatur, Ego sum alpha & o, primus
Ioann.1. & nouissimus,principium & finis,[*Et omnia in ipso constant*]id est idealiter & causaliter in eo sunt. Iuxta illud, Quod factum est,in ipso vita erat. Vel, in ipso constant,id est ipsius diuina potestate subsistunt
Hebræ.1. sustentantur,fulciuntur,iunctáque permanent.Prout Hebræis loquitur apostolus,Portans omnia ver- F
Ephes.1. bo virtutis suę.[*Et ipse*][Christus[*Est caput corporis ecclesiæ*].i.corporis mystici,quod est ecclesia.Quomodo autem intelligendũ sit hoc difficile, tractatum atq; expositũ est.[*Qui est principium*]omnium re-
Ioan.8. rum,id est creator vniuersorum.Vnde cum ei dixissent Iudæi,Tu qui es?Respondit,Principium,& qui loquor vobis,[*Primogenitus ex mortuis*]id est inter mortuos primus ad immortalem vitam resurgens.
Nam qui ante eum suscitati fuerunt,rursus defuncti sunt.Ideo enim ait scriptura, Qui est testis fidelis,
Apoca.1. primogenitus mortuorum.Vel,Primogenitus ex mortuis. i. inter mortuos suscitatos primus dignitate.
[*Vt sit in omnibus*]angelis & hominibus.Vel,in omnibus.i.præteritis,præsentibus ac futuris generationibus,[*Primatum tenens*].i.vniuersorum princeps & caput existens, sicut per quendam Sapientem asserit,
In omni gente,& in omni populo primatum tenui. Habet enim in vestimento, & in fœmore tuo scri-
Eccles.24 ptum,Rex regum,& dominus dominantium. Et hoc meritò, [*Quia in ipso*] Christo,prout est homo,
Apoca.19. [*Complacuit*]deo trinitati, [*Omnem plenitudinem*].i.plenam perfectionem scientiæ ac virtutum [*Inhabitare*].i.stabiliter permanere.Non enim ad mensuram dat deus spiritũ homini Christo. Et vidimus gloriam eius,gloriam quasi vnigeniti à patre,plenum gratiæ & veritatis.Vel,omnem plenitudinem diuini-
Ioan.3. tatis.i.veram atq; perfectam diuinitatem,quemadmodum alio loco affirmat apostolus,In ipso,inquiẽs,
Ioan.1. inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.Placuit quoque deo,[*Et per eum*].i.per Christi vene G
Infra.ca.2. randa mysteria,[*Reconciliare sibi*]ipsi[*Omnia*]genera hominum,[*In ipsum*].i.ad hoc vt finaliter ad deum conuertantur,sicut ad beatitudinis fontem,ac vltimum finem.Vnde alibi dictum est, Deus erat in Chri
2.Corin. 5. sto,mundum reconcilians sibi.Et in Esaia,Disciplina pacis nostræ super eũ,& liuore eius sanati sumus.
Esaiæ.53. [*Pacificans*]Christus,vel trinitas per Christum,videlicet,[*Per sanguinem crucis eius*].i.pretiosissimo sanguine Christi effuso.[*Siue quæ in cælis sunt,siue quæ in terris*].i.cælestia & terrestria,vtputa viatores,& cõprehensores de terra saluatos.Vel hoc ideo dicitur, quoniam angelos concordauit hominibus. Ipse siquidem est pax nostra,qui fecit vtraque vnum.Propter quod à propheta vocatur pater futuri seculi,& princeps pacis.Et rursus per alium de Christo prædictum est,Loquetur pacem gentibus.[*Et vos*]ô Co-
Ephesi.2. lossenses,[*Cum essetis aliquando*]scilicet tempore gentilitatis vestræ,[*Alienati a deo*]per idololatriam,[*Et*
Esaiæ.9. *inimici sensu*].i.intellectu,videlicet malè sentiendo de deo,per varios errores falsitatum fluctuando. Vel
Zachar. 9. sensu.i.sensualiter(.i.iuxta sensuum ductum)cõuersando,[*In operibus malis*].i.vitiis carnis. [*Nunc autem*
tempore gratiæ,Christus recõciliauit]vos deo,[*in corpore carnis eius*].i.per ea quæ pertulit in corpore suo,
quod erat caro mortalis.Ideo subditur,[*Per mortem*].i.per eius beatissimã passionem,qua viuificatus est
mundus[*Exhibere*].i.ad hoc vt ipse exhibeat,quãtùm in se est.Vel certè vt ipsi exhibeatis, [*Vos sanctos*]
Roma. 8. in anima,[*Et immaculatos*]à vitiis cunctis,[*Et irreprehensibiles coram ipso*].i.purè & reuerenter viuendo
in conspectu diuino.Quemadmodum ait Psalmista,Seruaui mandata tua & testimonia tua,quia omnes
Psalm. 138. vię meæ in conspectu tuo. Tales autem eritis coram deo,Christo vos præsentante patri æterno,vel per H
propriorum operum ac meritorum vestrorum exhibitionem,quæ requiruntur ad obtinendum salutẽ.
Augustin. Qui enim creauit te sine te,(.i.sine tua cooperatione)non iustificabit te sine te, [*Si tamen permanetis in fide fundati*]firmiter,integréque credendo, [*Et stabiles*]in ea per opera bona, [*Et immobiles a spe euangelij*
quod audistis,]hoc est ab expectatione futuræ beatitudinis promisse in euangelio,[*Quod prædicatum est*]
in auribus vestris,per nos apostolos,aliósque discipulos, [*in vniuersa creatura quæ sub cælo est*].i.cunctis
hominibus in terra degentibus. De quibus aiebat.Prędicate euangelium omni creaturæ ,[*Cuius factus*
Marci.16. *sum*]deo authore,[*Ego Paulus minister*].i.prędicator,[*Qui nunc*]in Epheso incarceratus, [*Gaudeo in pas-*
1.Corin.4. *sionibus*].i.in tribulationibus,quas patior,[*Pro vobis*].i.pro vestri confirmatione, [*Et adimpleo ea quæ de-*
sunt passionum Christi in carne mea]Non est per hoc intelligendũ,q̃ pœnæ quas Christus pro nobis sustinuit incompletę vel insufficiẽtes fuerint ad mundi saluationẽ,ita vt Paulus,aut quisquã sanctorũ eas cõ
pleuerit.Est igitur sensus,Et adimpleo.i.longas & duras psequutiones referẽdo,perficio ea quę desunt
.i.merita imperfecta,passionũ Christi.i.propriarũ afflictionũ,quas in carne mea sustineo.Quæ propter
Actu.9. veritatẽ Christi,& membrorũ eius dicũtur passiones Christi,iuxta quod ipse dicebat,Saule Saule,quid
Zacha.2. me persequeris? Iuxta quẽ modum ait rursus per Prophetã deus,Qui tetigerit vos,tãget pupillam oculi
mei.Hęc ergo sustineo siue adimpleo,[*Pro corpore eius*].i.pro mystico corpore Christi,[*quod est eccle-*
sia]videlicet vt fideles erudiam atq; ædificem,eósq; merito & numero augeã.Considerandum est enim

A quòd meritum passionis dominicæ,& aliorum sanctorũ, imò & cætera opera supererogationis ipsorũ, sunt velut res publica,ac thesaurus ecclesię, de quo tam largæ indulgentiæ fiunt his qui per charitatem coniuncti & incorporati sunt Christo ac sanctis. Hic autem thesaurus vsq; in finem mundi perficitur, ponentibus singulis quibúsque sanctorum partes suas in eo.Sicque Apostolus adimpleuit ea quæ deerant passionum suarũ,quoniam addidit quotidie aliquid huic thesauro.vel sic(quod redit tamen in idẽ) Adimpleo ea quæ de sunt passionũ Christi.i.passionum quas Christi amore, exemplo,iussione seu ordinatione sustineo.De quibus in Actis dicebat saluator,Ego ostendam illi quãta oporteat eum pro no- Actu.9.
mine meo pati,[*Cuius*]Christi vel ecclesiæ[*Factus sum ego minister*]prædicando,& sacramenta erogando, Ephesi.4.
[*secundum dispensationem dei*]id est diuinam ordinationem seu apostolarum mihi diuinitus dispensatum.
[*Quæ*]dispensatio[*Data est mihi in vobis*].i. ad hoc vt vobis euangelicam veritatem annunciem, [*Vt impleam*].i.prædicando ad effectum perducam,[*Verbum dei*].i.diuinam promissionem, qua deus patriarchis,vatibúsque promisit euangelium dei esse gentibus annunciandum,& eas fore saluandas per fidẽ & gratiam dei.Quemadmodum per Esaiam loquitur,Mittam ex eis qui saluati fuerint ad Gentes in mare, Esaiæ.66.
in Africam & Lydiam,tenentes sagittam,in Italiam & Græciam ad insulas longè, & annunciabunt gloriam meam Gentibus.Et quia dispositio, promissio seu verbum illud multùm mirabile fuit,atque occultum,ideo subditur,[*Mysterium*]hoc est sacrum secretum,videlicet verbum prętactum,[*Quod absconditum fuit*].i.hominibus ignotum,[*A seculis*].i.à principio seculorum,[*Et a generationibus*] præcedentib⁹,
B non enim nisi paucis innotuit,& hoc incompletè. De pleniori autem intellectu huius scripturæ multa
sunt ad Ephesios dicta.vbi quoque legitur Mysterium Christi,quod aliis generationibus non est agni- Ephesi.3.
tum filiis hominum,sed nunc reuelatum est sanctis Apostolis,&c.Vnde iam subditur, [*Nunc autem*]vi- Ephesi.6.
delicet tempore gratiæ,[*Manifestatum est*]mysterium illud per Christi prædicationem,& spiritus sancti illustrationem,[*Sanctis eius*].i.Apostolis,& cæteris primitiuæ ecclesiæ filiis,per quorum prędicationem manifestatum est cæteris populis,[*Quibus voluit deus notas facere diuitias gloriæ*].i.abundantię gloriam,[*Sacramenti huius*].i.prædicti mysterij prædicati[*in Gentibus*].i.inter Gentes.In quo mysterio plurima spiritualia contenta sunt dona,quæ appellantur diuitię gloriæ,vtputa fides,indulgentia, reconciliatio, iustitia,dona spiritus sancti,beatitudo futura,[*Quod*]sacramentum,[*Est Christus*]materialiter.i.Christus materia seu obiectum est sacramẽti istius,quia de ipso tractat & loquitur,qui est,[*In vobis spes gloriæ*].i.cau 1.Corin.10
sa & ratio sperandi glorificationem beatam,[*Quem nos annunciamus*].i.Gentibus prędicamus.[*Corripientes omnem hominem*]prędestentem & futurum,ad quem scripta nostra peruenerint.i. quosdam de omni genere hominum.Vel,omnem hominem,veritati fidei repugnantem,[*Et docentes omnem hominem*].i.quosdam de omnibus,[*in omni sapientia*]scripturarũ sanctarum ad salutem necessaria,[*Vt exhibeamus omnem*
hominem perfectum in christo Iesu].i.fide,charitate & obsequio Christi,secundum exigentiam status prę-
C sentis.In quo nullus est perfectus simpliciter,vel ita vt vltra proficere aut perfici nequeat,sed sic,vt sine
mortali viuat peccato,& passiones habeat reformatas,atque in virtutibus stabiliatur, [*in quo*]Christo.i. cuius amore. Vel,in quo negotio consummando, videlicet vt exhibeam omnem hominem in Christo perfectum [*vt laboro*] die ac nocte [*certando*]contra inuisibiles ac visibiles hostes, [*secundum operationem*].i.conformationem & influentiam,[*Eius*]videlicet Christi,[*Quam operatur in me*]dando mihi auxilium gratiæ suæ ad efficaciter operandum. Vel, secundum operationem eius in me, hoc est secundum operationem à me procedentem, quæ potius asscribenda est Christo,quàm mihi.Iuxta illud prophe- Esaiæ.26.
ticum, Omnia opera nostra operatus es in nobis, quam operatur Christus in me, [*in virtute*]id est potenter seu propria sua diuinaque potestate.

Cap. 11. [*Volo enim vos scire, qualem solicitudinem habeam pro vobis.*] Artic. 11.

D  Oeptam in precedenti capitulo exhortationẽ de vitádis cerimonialibus legis,pro
sequitur Apostolus in isto capitulo,admonens Colossenses,vt falsos ac simulatos Coloss.1.
vitent doctores.Et vt sibi acquiescant facilius,manifestat quantùm de corũ salute
solicitetur, [*Volo enim vos scire*]vt amanti credatis, [*Qualem solicitudinem habeam* Rom.12.
pro vobis,& pro his qui sunt Laodiceæ] (quæ est ciuitas Asiæ). i. pro vestra,Laodicensiumque salute,ne ab impostoribus fallamini,à quibus præuenti iam estis [*Et*
quicunque non viderunt faciem meam in carne].i.pro cęteris vniuersis fidelibus,quibus ipse in propria persona non prædicaui, neque apparui, [*Vt consolentur corda*
ipsorum].i.ob hoc solicitus sum, quatenus corda ipsorum consolationem recipiant ex allocutione mea per epistolas,quæ consolata non sunt ex præsentia & immediata prædicatione mea. Et sitis[*Instructi*]id est prudenterexercitati.[*In charitate*]hoc est in actibus dilectionis dei & proximi.Vel,instructi in charitate.i.de charitate Christi ad nos,vt sciatis & consideretis,quantùm Christus dilexerit nos,qui ait, Maiorem hac dilectionẽ nemo habet,vt animã suam ponat quis pro amicis suis. Sitis quoque instructi.seu per charitatis instructionem tendentes,[*Et in omnes diuitias plenitudinis intellectus*] .i.perfectissimos habi- Ioann.15.
tus intellectuales,vt impleamini donis sapientiæ & intellectus,consilij atque scientiæ, [*in agnitionem mysterij*].i.ad hoc vt actualiter consideretis mysterium .i.sacrum secretum [*Dei patris, & domini nostri Iesu* Esaiæ.11.
Christi]per quod intelligi potest vnitas patris & filij in essentia,& distinctio in persona.Vel ipsa incarnatio,quæ est mysteriũ patris,tanquam authoris,& Christi,tanquam assumptoris vel executoris, [*in quo*]
Christo[*Sunt omnes thesauri*].i.copiosissima plenitudo,[*Sapientiæ*]diuinorum[*Et scientiæ*]creaturarum, [*Abscondiți*].i.incomprehensibiliter existentes.Christus nanque secundum diuinitatem est ipsa æterna atq; immẽsa sapientia,cuius non est numerus:estque increata scientia,cui conuenit illud,O altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientiæ dei.Secundũ humanitatẽ quoque assumptam,repletus est sapientia in con- Psalm.144
templatione diuinorũ,& scientia in speculatione creaturarum,præsertim cũ anima Christi præ vniuersis Roma.11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

beatis,diuinitatem ac trinitatem ab exordio suæ creationis clarius vidit & omnia illa cognoscit, quę co E
Esaię.11. gnoscit & verbum,scientia visionis .i.cuncta quæ vnquam fuerunt,sunt,aut erunt.[*Hoc autem dico, vt nemo vos decipiat*]id est fidei vestræ simplicitatem insiciat.[*In sublimitate sermonis*]id est per verba pro-
1.Corin. 2. funda secundum apparentiam,& fucata seu subtilia argumenta. Denique ista admoneo[*Nam et si corpore absens sum*]id est à vobis distans loco,ac corporali separatione,[*Sed spiritu*] id est mentis consideratione,[*Vobiscum sum*]tum,quia de vobis sæpius cogito:tum,quia in spiritu prophetico quasi præsens
4.Reg.5. inspicio quid agatis. Quemadmodum Helisæus præsens fuit quando Giezi accepit munera Naaman,
1.Cor. 14. [*Gaudens*]in domino de vestro profectu.[*Et videns*]id est cognoscens,[*Ordinem vestrum*]id est vitæ vestræ ordinationem,quomodo omnia honestè & secũdum ordinem fiunt in vobis,[*Et firmamentum eius quæ in Christo est fidei vestræ*]id est stabilitatem seu robur fidei vestræ,quam in Christo habetis.
¶Deinde hortatur eos ad perseuerantiam ac profectum in bonis.[*Sicut ergo accepistis Christum Iesum dominum nostrum*]id est sicut credendo cœpistis conuersari in Christo,[*in ipso ambulate*] id est sic exinde
Roma.12. in eo procedite,proficiendo semper in melius per imitationem vestigiorum saluatoris.Sola nanque per-
Matth. 10. seuerantia coronatur,[*Radicati*]id est firmiter fixi,per modum radicis terræ inhærentis,[*Et superædificati in ipso*]id est in doctrina & gratia Christi,ita vt sitis domus seu habitaculum dei,cuius fundamentum sit Christus,seu doctrina & gratia eius. Vnde Ephesiis dictum est,Superædificati super fundamẽ-
Esaiæ. 11. tum apostolorum & prophetarum,[*Et confirmati in fide*] vt nec philosophicis rationibus,nec sensuum F
Ephe.2. apparentiis,nec persecutionibus recedatis à fidei synceritate,[*Sicut et didicistis*]ab Archippo ambulandum esse,& standum in fide, qua nutante,tota virtutum structura vacillat,[*Abundantes in illo gratiarum actione*]id est deo copiosè grates referendo.¶Aduertendum autem, quod triplici via conabãtur peruersi,hos Colossenses subuertere,scilicet per philosophiam,per legis allegationem, persimulatam sanctitatem.Hos processus apostolus reprobat[*Videte ne quis vos decipiat per philosophiam*]id est scientiam naturalem,studio philosophorum inuentam,[*Et inanem fallaciam*] id est per argumẽta sophistica quæ videntur aliquid probare,sed non probant veritèr.Philosophiam,inquam, procedentem ac iudicantẽ.
[*Secundum traditionem hominum*]id est humanę rationis discursum,[*secundum elementa huius mundi*]id est
Marci.7. iuxta ea quæ naturaliter apparent in rebus,videlicet secundum causas naturales & elementales, & solicitum cursum rerum,[*Et non secundum Christum*]id est deceptores isti atque philosophi non secundum Christi doctrinam procedunt,considerando diuinæ virtutis illimitatam potentiam,non determinatam ad naturalem ac solitũ cursum seu ordinem rerum,sed supernaturalia.& nobis incõprehensibilia operari valentem.In quo declaratur philisophorum fatuitas,asserentium deum non posse aliquid agere præter naturalem ordinem rerum,&vltra humanæ rationis capacitatem.Propter quod negabant quicquid
rationem excedit, videlicet deum incarnatum virginem peperisse,&c.¶Cur autem his qui non proce- G
Ioann.1. dunt secũdum Christum debeat contra dici,subiũgitur.[*Quia in ipso*].i.in Christi humana natura quasi in templo,[*Habitat omnis plenitudo diuinitatis*].i.perfecta,veraq́ue diuinitas cum omni sua perfectione. Personaliter ens in Christo vnitę sunt natura diuina & humana. Habitat autem in ea,[*corporaliter*].i. corpori eius verè ac immediatè cõiuncta est,sicut & animæ eius,nõq; ipsa sit corpus. Porrò diuinitas dicitur sic vnita,quoniam persona verbi,quæ est diuinitas,humanitati coniuncta est.¶Deinceps ostendit apostolus vanã esse rationem eorũ,qui per legis allegationẽ nitebãtur Colossenses subuertere,inducẽdo eos ad cærimonialia legis.[*Et estis in illo*].i.à christo,prout deus est,& per ipsum,prout est homo dei/ac hominum mediator,[*Repleti*]gratia & donis spiritus sancti,ita vt nequaquã indigeatis legaliũ ob-
1.Timo.2. seruãtia.Propterea scriptũ est,De plenitudine eius accipimus omnes gratiã pro gratia.Ipse quoq; ꝓpter
Ioann.1. nos egenus factus est,vt eius inopia diuites essemus,[*Qui*]Christus,etiam secundum naturam assumptã,
2.Corin. 8. [*Ipse caput*].i.capitularis influxor [*Omnis principatus et potestatis*].i.angelorum sanctorum, qui omnes
Dionysius. à Christo homine purgantur,illuminantur ac perficiuntur secũdum theologũ[*in quo*]. i.cuius virtute, operatione &gratia,[*circuncisi estis circuncisione non manufacta*].i.non carnali,legali ac literali,[*in expoliatione corporis carnis*] i.amittẽdo particulã corporis quę est caro, videlicet pellẽ præputij, quę in illa
Genesi.17. circũcisione aufertur,[*Sed in circũcisione Iesu Christi*] hoc est, spirituali atq; à christo facta circũcisione circuncisi estis per expurgationem superfluitatis vitiorum ac passionum vestrarũ. De qua circuncisione scriptum est,Circuncidamini,& auferte præputia cordium vestrorũ.Et iterum alibi,circuncidite prę- H
Hier.4. putium cordis vestri,& ceruicẽ vestram ne induretis amplius,[*consepulti et*]videlicet christo[*in baptismo*].i.insusceptione baptismatis omnino vitiis mortificati,sicut & christi corpus in sepulchro mortuũ
Deute.10. erat naturali vita.Vel hoc ideo dicitur, quoniam baptizati ter tinguntur in aqua,quẽadmodũ Christus triduo erat in monumento.Et sicut christus de sepulchro ad immortalem vitam surrexit, sic baptizati
Actu.15. de sepulchro à vitiorũ corruptione ac vetustate liberati ascendũt.Ideo subditur[*in quo*]christo,[*Et resurrexistis*]à ruina peccati,[*Per fidem operationis dei*].i.per fidẽ quã deus operatur seu creat in vobis.Sine fide enim nemo spiritualiter surgit, [*qui*]deus pater vel trinitas[*suscitauit illum*] à mortuis tertia die.
[*Et vos cum mortui essetis*] spiritualiter, carẽtes vita gratiæ,[*in delictis*].i.propter peccata vestra,quibus naturalẽ legẽ reliquistis,[*Et preputio carnis vestræ*].i.propter carnalia vitia,vel ꝓpter originale peccatũ quod per pręputiũ traducitur,[*conuiuificauit cũ illo*].i.ad vitã gratiæ suscitauit,quẽadmodũ christũ ad vitã naturalẽ & humanã reduxit',suscitãdo eũ à mortuis. Vel cõiuificauit cũ illo.i. immortalitatẽ vo
Roma.8. bis iã dedit in spe,quã christo dedit in re,capitis nãq; processio,spes membrorum,[*Donans*]id est gratis,& sine merito vestro dimittens, [*Vobis omnia delicta*]vestra merito christi. Dummodo tamen meritum illud vobis applicetur per fidem,vel sacramenta ecclesiæ,[*Delens*] ipse christus merito passionis suæ,[*Quod aduersum nos erat chirographum decreti*] id memoriale seu literam humanæ transgressionis,
Gene.3. qua homo protoplastus præuaricatus est in paradiso decretũ.i.dei præceptũ. Huius enim trãgressionis

A memor fuit deus ad puniendum,dæmon ad accusandum.Habuitq́ue diabolus quasi literam testimonialem reatus,quem homo incurrit transgrediendo diuinum præceptum,imò & tota posteritas primi pa-
1.Corin.15. rentis. Christus verò satisfaciendo pro peccatis nostris actualibus ac originalibus, eripuit totum genus humanum ab isto reatu seu debito pœnę pro peccato infligendę.Et ita deleuit prędictum chirographũ quod contra nos erat,quoniam erat testimonium faciens nos damnationi obnoxios.Cùm verò peccatũ dimittitur,dicimus deum obliuisci illius.Dæmon quoque non potest de illo peccato accusationem efficacem obtendere,[*Quod*]chirographum[*erat contrarium nobis*]sicut iam dictum est. [*Et ipsum tulit de medio*]id est ab vniuersis hominibus abstulit illud chirographum,[*Affigens illud cruci*] id est in sua passione illud occidens,seu destruens,quantùm in se erat.Eripuit enim nos de pœna pro peccato originali
Ioann.12. post hanc vitam infligẽda,dummodo ei,vt capiti,vniamur per fidem & charitatem, quatenus virtus suę
Ihidem. passionis redundet in nos,tanquam in mẽbra ipsius,[*Expolians principatus et potestates*]id est,dæmones
Matth.12. superiores ac inferiores priuans præda quam cœperãt,puta animabus seu hominibus quos suo dominio
Lucę.11. subdiderant,inducendo eos ad culpam.De hac expoliatione ait ipse saluator,Nunc princeps huius mũ-
Esaiæ.8. di eiicietur.Et item,Ego(inquit)si exaltatus fuero,omnia traham ad meipsum.Christus nanque est qui
B .i.prædam hanc dæmoni ablatam Christus securissimè transtulit in regnum suum,præsidens eis quibus præsidebat diabolus.Nunc enim ponit eos in regno ecclesiæ militantis,postea autem ponet eos(sicut iã plurimos posuit)in regno ecclesiæ triumphantis,[*Palam triumphans*].i.euidenter vincens,[*illos*] i.diabolos,[*In semetipso*].i.in proprij corporis crucifixione. Vel, in semetipso.i. in propria persona,ad inferos
Osee.13. descendendo & sanctos educendo,implens illud propheticum.De manu mortis liberabo eos,de morte redimam eos.Ero mors tua ô mors, morsus tuus ero inferne. ¶ Ex his concludit Apostolus principale intentum,videlicet quòd non teneantur fideles ad obseruationem legalium post Christi passionẽ.[*Ne-*
Roma.14. *mo ergo*]id est cum prædicta se ita habeant.Nemo[*Vos iudicet*] .i.damnabiles asserat, [*in cibo et potu*].i. in vsu victus.s.ob id quòd nõ discernatis inter cibos more Iudaico, [*Aut in parte diei festi*]ex parte omis-
Hebræ.10. sionis Iudaicarum celebritatum,videlicet[*Aut Neomeniæ*]id est festi occurrentis in nouilunio,[*Aut sabbatorum*]id est vltimorum dierum hebdomadæ[*Quæ*]omnia [*Sunt vmbra futurorum*] id est obscura si-
Ioann.19. gna eorum quę in nouo testamento geruntur. Prout alibi dicit Apostolus, Vmbrã habens lex futurorũ
Matth.27. bonorum,non ipsam imaginem rerum[*Corpus autem Christi*] id est veritas illa significata per Christum impletur,ad eũq́ue pertinet.Ideo Christi mysteriis cõsummatis,quando in cruce dicebat, Cõsummatũ est, quando & velum templi scissum est, legalia cessauerunt, sicut figura cessat adueniente re figurata.
¶Præterea agit Apostolus contra eos qui per simulatam sanctitatem nitebantur subuertere colossenses.
C [*Nemo vos seducat, volens*]id est suadere contendens[*In humilitate et religione angelorum*] id est per fictã humiliationem, & apparentem religionem,quibus angelis similis videtur,tanquam verus nuncius dei, sicut & angelus,[*Quæ non vidit*]id est obseruationes legalium quę non intellexit secundum spiritualem & mysticã rationem, videlicet prout sunt signa futuri. Hoc est cupiẽs probare hac circũuentione lega-
1.Timo. 2. lia esse seruanda, qui est [*Ambulans frustra*] id est infructuosè laborans, [*Inflatus sensu carnis suæ*] id est tumidus & superbus intellectu carnali, carnaliter intelligente legalia, & sensualitatem ac imaginationẽ potius q̃ spiritualem rationem sequente ,sapiens in oculis propriis [*Et non tenens caput*]hoc est, Christo non inhęrens.[*Ex quo totum corpus*] id est vniuersa ecclesia,[*Per nexus*]fidei[*Et coniunctiones*] sanctę dilectionis [*subministratum*].i.exhibitũ,vel sibiinuicem subseruiens[*Et constructum*].i.in vnum redactum.
Esaiæ.25. Hoc est spũaliter copulatũ per fidẽ,spẽ,charitatẽ,& opera atque obsequia pia,quib' vniuntur,vt vnum mysticũ corpus,fidelesq́; efficiũtur,Quod corpus(hoc modo cõpactum) [*crescit in augmentum dei*] .i.
Roma.12. in imaginẽ spirituale,videlicet in incrementũ virtutũ per gratiam & efficẽtiã dei.[*Si ergo mortui cũ christo*].i.à vitiis mortificati ac purificati,sicut & christus semper à vitiis immunissimus fuit.Mortui,inquã, [*Ab elementis huius mundi*].i. ab in ordinato effectu & cultu sensibilium ac secularium rerũ. Vel mortui cum Christo.i.si Christo adhærentes separati estis,ab elementis huius mundi.i. à lege,eiusq́ue cærimo-
Gala.3. nialibus præceptis,in quibus est institutio puerorum mundana quærentiũ. In lege nanque quasi in elementis alphabeti,est literalis ac puerilis institutio[*quid adhuc*] .i.vsque in præsens, videlicet euangelica
D veritate iam patefacta, [*Tanquã viuentes in mundo*] .i.quasi secularem vitam ducentes,non deo viuentes, [*Decernitis*].i.determinatis legalia esse seruanda?dicentes ad inuicem,[*Neque tetigeritis,neque gustaueritis, neque cõtrectaueritis*] ea quæ lex prohibet tangi,gustari aut cõtrectari,[*Quæ sunt omnia in interitu*].i.ista de
Matth. 15. cernere seu legalia obseruare,mortem spirituale inducũt. [*Ipso vsu*] .i. per hoc ꝙ Iudaico ritu seruãtur, [*Secundũ præcepta et doctrinas hominũ*].i.prout à pharisæis & scribis potu' iubentur q̃ persuadentur seruari post christi passionẽ.Quãuis enim præcepta cærimonialia fuerint diuinitus data,& suo tẽpore obser-
Exod.34. uanda, tamen vt obseruentur tẽpore nouę legis nõ est secundũ præceptũ,doctrinãq́ue dei,sed hominũ Iudęorũ.[*Quæ*]præcepta,tẽpore gratiæ,[*sunt rationem quidem habentia sapientiæ*].i.speciẽ sapiẽtię habẽt, non essentiam.Habentq́; apparentiã seu speciẽ hanc,[*in superstitione*].i.quia videntur ad superexceden tem religionẽ pertinere.[*Et humilitate*]simulata,quoniã obseruatores eorũ humilitatẽ cõfingunt, & deo obedire se simulant.Et quia sunt,[*Non ad parcendum corpori*] quoniã obseruatio legaliũ laboriosissima est.Sicq́ue videtur pertinere ad rigorem institię,nõ ad carnalitatem.Ideo etiam quia sunt,[*Non in honore aliquo*]hoc est,humanum honorẽ nõ quærunt obseruatores eorũ, permittentes carnem pręputij sui circũcidi, & quia non sunt,[*Ad saturitatem carnis*].i.etiam ideo speciẽ sapientiæ habẽt legalia hæc,quo-
Matth. 11. niam multa delectabilia subtrahunt corpori, vt carnes porcinas.Vnde videntur ad sobrietatem & abstinentiam pertinere. Propter quod obseruaores eorum,iudicant non obseruantes esse gulosos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.III [*Igitur si consurrexistis cum christo, quæ sursum sunt quærite.*] Artic. III. E

Epist. EXpleta informatione apostoli de vitandis legalibus & naturalibus versutiis, iam inducitur moralis instructio. [*Igitur*] id est quia legalia cessauerunt, & vos cum Christo mortui estis, [*Si consurrexistis*] à lapsu peccati, [*cum christo*] id est sicut Christus surrexit à tumulo. Peccator enim iacet prostratus in vitiis, iustus verò stat in virtutibus erectus. Cum autem peccator pœnitentiam agit & confitetur, resurgit per gratiam à propriis malis, [*quæ sursum sunt quærite*] id est cælestia pręmia desiderate, & summum bonum semper intendite, illa vtique quę oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, [*Vbi*] .i. in quo loco superiori. [*Christus est in dextera dei*] .i. ad dexteram patris, [*Sedens*] tanquam omnium iudex ac dominus: iuxta illud, Dominus Iesus assumptus est in cælum, & sedet à dextris. Denique Christus secundum suã diuinitatem sedet, .i. consistit ad dexteram patris, .i, in æqualitate maiestatis paternæ. Secundũ humanitatem verò assumptam sedet, hoc est corporaliter manet ad dexterã dei. i. in bonis potioribus patris. Omnia enim creata Christo homini sunt subiecta. [*Quæ sursum sunt sapite*] .i. spiritualia mentis affectu gusta te, & corde syncero perpendite, [*Non quæ super terram*] .i. non carnalia & terrena, vt dicere valeatis cum Esaia. Nomen tuum & memoriale tuum domine in desiderio animæ meæ. Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritus meus in præcordiis meis. Et cum Psalmista, Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine. Itemque cum sponsa, Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie. [*Mortui enim estis*] rebus mũdani ac vanis. i. in talibus occupari non debetis. Vel mortui estis. i. in baptismo configurati morti Christi, [*Et vita vestra*] quam habituri estis in patria, [*Abscondita est*] id est reposita & latenter consistens, [*Cum christo in deo*] .i. in deo patre, in cuius corde & sinu Christus incomprehensibiliter conquiescit. Quoniam nemo nouit filium, nisi pater. Hæc autẽ vita æterna, est nostra fœlicitas in deo obiectaliter sita, de qua dicit saluator ad patrem, Hæc est vita æterna vt cognoscant te solum verum deum, &c. Vel sic, Vita vestra. i. vita gratiæ & gloriæ, abscondita. i. ignota est omnibus viatoribus in deo, qui eam cognoscit atque causaliter continet. Nemo enim nouit an dignus sit amore vel odio, [*Cum autem christus apparuerit*] .i. euidenter innotuerit esse. [*Vita vestra*] obiectiuè, hoc est, viuificator & beatificator vester. Quod maximè erit in die extremi iudicij, quando in conspectu vniuersorum

Finis. Epist. christus electorum suorum vita mõstrabitur, [*Tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria*] .i. animæ & corpore glorioſi eritis, atque cum christo alta cælorum penetrabitis, ibi cum eo in cælesti gloria sine fine mansuri. ¶ Præterea docet apostolus, quomodo ad hanc beatitudinem valeamus pertingere. [*Mortificate*] .i. destruite, [*Ergo*] videlicet vt vitam hãc sempiternam mereamini adipisci, [*Membra vestra quæ sunt super terram*] .i. vitia corporis quæ per membra explẽtur. Vnde quasi exponens quid dixerit membra, adiecit. [*Fornicationem*] .i. concubitũ soluti cum soluta, [*Immunditiam*] .i. peccata contra naturam, [*Libidinem*] .i. ardorem quemlibet in his quæ ad turpitudinem pertinent, [*Concupiscentiam malam*] .i. interiorũ inclinationem ad vitia carnis, [*Et auaritiam, quæ est idolorum seruitus*] .i. idololatrię comparatur. Nam sicut idololatra potius seruit idolis quàmvero deo, ita auarus magis colit, curat & cogitat suam pecuniã, quàm creatorem [*Propter quæ*] vitia [*Venit ira dei*] .i. diuinæ iustitiæ vltio, [*Super filios incredulitatis*] .i, in homines infideles ac reprobos. [*In quibus*] peccatis [*& vos*] Colossenses, [*Ambulastis*] hoc est, conuersati estis, [*Aliquando*] eundo de malo in peius, [*Cum viueretis in illis*] quando videlicet nondum conuersi fuistis ad Christum. [*Nunc autem deponite et vos omnia*] quæ sequuntur, videlicet [*Iram*] quæ inordinatus appetitus est vindictæ propter paruipensionem, [*Indignationem*] quæ ex superbia & ira procedit, [*Malitiam*] .i. machinationem mali in alium, corde conceptam, [*Blasphemiam*] contra deum & sanctos, [*Turpem*] .i. impudicum [*sermonem*] deponite, [*De ore vestro. Nolite mentiri inuicem*] Os enim quod mentitur, occidit animam, vt dicitur in libro Sapientię [*Expoliantes vos,*] hoc est exuentes, [*Veterem hominem*] .i. pristinum statum, vel vosmetipsos quo ad id quod fuistis per culpam [*cum actibus suis*] vitiosis [*et induentes nouum*] .i. per opera bona, ac sacramenta, & gratiam, induite hominem spiritualiter reformatum. i. vosipsos innouate interius, [*Qui*] nouus homo [*Renouatur*] & crescit quotidie, [*In agnitionem dei*] .i. contemplando diuina. Renouatur autem hoc modo, [*Secundum imaginem eius*] .i. quantùm ad partem intellectiuã, in qua est imago eius, [*Qui fecit eum*] .i. summi creatoris, cuius imago resplẽdet, in superiori parte animæ rationalis, quę pars potestatiua renouatur, quotidie recipiendo ãdeo gratię incrementa, ornamenta virtutũ & sapientiæ claritatem [*Vbi*] .i. in quo homine interiori ac nouo, videlicet in parte animę intellectiua, [*Non est masculus neque fœmina*] .i. discretio sexus quę attenditur secundum corpus, non animã, nec est ibi [*Gentilis et iudæus*] hoc est discretio generis, quoniam omnes quantùm ad animam immediatè à deo creantur, [*Circuncisio et præputium*] .i. differẽtia obseruationis seu ritus. [*Barbarus et Scytha*] .i. differentia linguarũ, [*seruus et liber*] .i. distinctio cõditionis. Est itaq; sensus quòd propter ista, non est vnus dignior vel indignior coram deo. Nam quãtùm ad hominem interiorem, nulla diuersitas exterior sexuum, nationum, obseruationum, linguarum aut conditionum præiudicat alteri, [*Sed omnia et in omnibus Christus*] .i. Christus est omnia causaliter omnibus generibus atque temporibus hominum dans existentiam ac permanentiam. Ipse quoque in omnibus est per gratiam vel prouidentiam. [*Induite ergo vos, sicut electi dei*] .i. à deo prædestinati, vt speramus, vel deo reuelante cognoscimus, [*Sancti*] .i. à vitiis emundati per sacramenta ecclesiæ [*Et dilecti a deo*] recipiendo beneficia eius, [*Viscera misericordiæ*] .i. inter nos pietatis affectus. [*Benignitatem*] hoc est animi præparationem ad benefaciendum proximis vel ipsum misericordiæ opus. [*Humilitatem, modestiam*] id est moderamen in verbis ac factis, [*Patientiam, supportantes inuicem*] sicut Galatis dictum est, Alter alterius onera portate. Et item Romanis, Debemus nos firmiores imbecillitates

Epist. Esaiæ.67. 1.Corin.2. Marci.16. Hebræ.2. Esaiæ.26. Psalm.30. Cantic.1. Matth. 11. Ioann.17. Eccles.i. 9. Finis. Epist. Ephes.5. Roma.7. Sapien.1. Rom.2. 1.Corin.15. Epist. Galat.6.

A infirmorum sustinere, [*Donantes vobismetipsis*] id est mutuò ignoscentes, [*si quis aduersus aliquem habet querelam*] id est si vnus vestrũm ab alio est offensus, seu iniuriam passus, [*Sicut & dominus*] Christus seu trinitas, [*Donauit*] id est indulsit, purè, gratis & festinanter [*Vobis:*] ita & vos vestris debitoribus indulgete. Vnde dicit Saluator, Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Alibi quoque, Si non dimiseritis de cordibus vestris, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. ¶ Denique quàm enorme sit ita agere, constat per ea quæ in Ecclesiastico scribuntur, Homo homini seruat iram, & à deo quærit medelam. In hominem sibi similem non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur altissimum. Quis exorabit pro peccatis illius? [*super omnia autem hæc charitatem habete*] id est hoc præ cæteris omnibus hortor, & summè necessarium, vtilissimúmque est, vt charitatem dei & proximi habeatis. Propter quod ait Saluator, Mãdatum nouum dedi vobis, vt diligatis inuicẽ [*Quod*] hoc est, quam charitatem habere, [*Est vinculum perfectionis*] id est aliarum virtutum conseruatio, cõsummatio, nexus ac ligamentum. Charitas enim est præstantissima virtus, omnes virtutes mouens, perficiẽs & meritorias reddens, qua subtracta, nulla virtus meritoria permanet. Propterea beatissimus archiapostolus in prima sua canonica, Ante omnia, inquit, mutuam in vobis charitatem cõtinuam habẽtes, quoniam charitas operit multitudiné peccatorum. [*Et pax christi*] id est interna & vera pax, scilicet trãquillitas cordis, seu quies mentis in deo, [*Exultet*] id est redundantem lætitiam pariat, [*in cordibus vestris,*] Pace enim quid dulcius, quídve iucundius esse potest? [*in qua*] pace [*Et vos vocati estis in vno corpore*] mystico, hoc est per pacem positi estis inter membra Christi, imò ad hoc vocati estis in vnam ecclesiã, vt sempiternam fortiamini pacem. Vnde dictum est alibi, In pace vocauit nos dominus, [*Et grati estote*] deo pro vniuersis beneficiis eius. Qui enim gratias agit, donis potioribus meretur impleri. Iuxta illud in Euangelio, Omni habenti dabitur, id est grato. [*Verbum christi*] id est euangelica doctrina ex ore Christi prolata, [*Habitet*] id est stabiliter maneat, [*in vobis*] hoc est in mentibus vestris per iugem memoriam & veram obedientiam: iuxta illud in Psalmo, In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. [*In omni sapientia*] id est intellectu sapientiali totius scripturæ sacræ, quatenus verba Christi sapienter inielligatis, [*Docentes et commonentes*] id est exhortantes, [*Vosmetipsos*] ad opera perfectiora, [*in psalmis*] qui ad bonam operationem hortantur, [*Et hymnis*] in quibus diuina laus continetur, [*Et canticis spiritualibus*] quæ de cælestibus bonis, futurísque gaudiis agunt, [*in gratia*] gratificante, sine qua nihil est meritorium. Vel, in gratia, id est cum gratiarum actione. Vel, in gratia, id est consideratione gratuitorũ beneficiorum dei, [*Cantantes*] id est laudem dicẽtes. [*In cordibus vestris*] hoc est cordiali affectu & cum mentali attentione, [*Deo*] quemadmodum scriptum est, Laudabit vsque ad mortem anima mea dominum. Et in Psalm. Cantabo domino in vita mea, psallam deo meo quàm diu sum. Hoc dicitur contra C eos qui non corde, sed labiis deum glorificant. De quibus per Esaiam dominus contestatur, Appropinquat populus iste ore suo, & labiis glorificat me, cor autem eius lõgè est à me. [*Omne quodcunque facitis in verbo*] id est prædicando, docendo, hortando, orando, cantando, [*Aut in opere*] exteriori [*Omnia in nomine domini nostri christi*] id est ad gloriam Christi, & cum inuocatione nominis eius [*Facite, gratias agentes deo et patri*] id est sanctæ trinitati, cui quotidie dicimus, Pater noster qui es in cælis, [*Per ipsum*] id est ex consideratione beneficiorum, quæ trinitas nobis largita est per mediatorem nostrum hominem Christum. ¶ Præterea descendit Apostolus ad moralem particularium personarum institutionẽ. [*Mulieres subditæ estote viris,*] id est maritis vestris [*Sicut oportet in domino*] id est sicut deus instituit, dicens mulieri, Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Vel, sicut oportet in domino, id est in licitis & honestis quæ complacent deo. [*Viri, diligite vxores vestras*] non solũ maritali & naturali affectu, sed spirituali dilectione, [*Et nolite amari esse ad illas,*] sed secundum scientiam cohabitate illis tanquam infirmioribus vasculis impartientes honorem. Vnde in Ecclesiastico habetur, Noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimẽs tibi subiectos. [*Filii, obedite parentibus vestris per omnia,*] quæ sunt apta materia obedientiæ, id est in cunctis bonis ac licitis, & maius bonũ non impedientibus. [*Hoc enim placitum est domino.*] Nam deus hoc iussit, [*Patres, nolite ad indignationem prouocare filios vestros,*] hãbendo vos indiscretè, & non paternè ad eos, [*Vt non pusillo animo fiant*] id est ne per pusillanimitatem

D frangantur, & obedire desistant, non valentes ferre duritiam vestram. Omnia hæc ad spirituales patres, eorúmque filios maximè pertinẽt. [*serui, obedite per omnia*] id est in omnibus bonis [*Dominis carnalibus*] id est temporalibus, in corporalibus dominationem exercentibus, [*Non ad oculum seruientes*] id est non solo seruili timore & in dominorum vestrorum præsentia, [*Quasi hominibus placẽtes*] id est tanquã hoc solùm optantes & intendentes, vt hominibus placeatis, & non potius deo, [*sed in simplicitate cordis*] id est syncera intentione seruite dominis illis carnalibus, etiam discolis, [*Timentes deum*] casto ac filiali timore, cuius pręsentiam seu conspectum non potestis effugere. [*Quodcunque facuis*] in obsequio dominorum vestrorum [*Ex animo*] id est cum promptitudine voluntatis [*Operamini,*] vtpote amore iustitiæ, atque intuitu mercedis diuinæ, non timore pœnæ, & solo intuitu remunerationis humanæ. Talẽ enim animam approbat deus, [*sicut domino*] deo principaliter seruientes, [*Et non hominibus*] tantùm, quia & si hominibus deseruitis, hoc tamen propter deum libenter facere debetis, quasi sustinentes hanc seruitutem ex ordinatione diuina pro pœna peccati, cui obnoxij estis. Seruitus nẽpe ob culpam inducta est. [*Scientes*] fide certissima, [*Quod a domino accipietis retributionem hæreditatis*] id est præmium vitæ æternæ, quæ est hæreditas electorum. Retributio autem hæreditatis aliud non est, nisi ipsã hæreditas quæ donatur. Hanc hæreditatem habebitis, si præfato modo seruientes fueritis. [*Domino Iesu christo seruite*] summè atque finaliter, imò & latriæ seruitute, quæ soli deo debetur. [*Qui enim iniuriam facit*] alteri, infideliter seruiendo, aut alio modo [*Recipiet id quod iniquè gessit*] .i. pro sua iniustitia debitam pœnã exoluet: iuxta illud Psalmistę, Qui custodit veritatẽ in seculũ, facit iudicium iniuriã patientibus. Et alibi,

Rom.15. Matth.18. Ioan. 13. Matth.6. Eccle.28. Ioan. 13. 1. Tim. 1. 1.Cor.13. 1.Petri4. 1.Cor.7. Matth.25. Psal. 18. Ephes.3. Eccle.51. Psalm.103. Esa.29. Epist. Matth.6. 1.Tim.2. Gene.3. 1. Petri 3. Eccle. 4. Exod.20. 1. Petri 2. Rom. 13. Finis. 2. Cor.5. Psal. 145.

Deut.32. Rom.12. Iob 24. Ioan.6. Iob 34. Ibidem. Ephe.6. Luc.6. Matth.7.

Mihi vindictam & ego retribuam, dicit dominus. [*Et non est personarum acceptio apud deum.*] Hoc iam E
vbertim dictum atque expositum est. Deus enim neminem ad se venientem, vel quòd in se est, facien-
tem repellit, nullius etiam peccata inulta dimittit. Vnde ipse dominus in Ioannem testatur, Eum qui
venit ad me, non eiiciam foras. Et alibi ait scriptura, Deus opus hominis reddet ei, & iuxta vias singulo-
rum restituet. Itémque, Si direxerit homo ad deú cor suum, spiritum illius & flatú ad se trahet. Ex his
tamen non sequitur, quin deus iustus ac sapiens ab æterno elegerit vnum præ alio, etiam absque omni
merito hominum [*Domini quod iustum est*] ratione obsequij vobis exhibiti, [*Et æquum*] propter confor-
mitatem naturæ in vobis ac seruis, [*seruus*] vestris [*Præstate,*] videlicet dignam mercedem, & piam sub-
uentionem ac miserationem, [*Scientes quoniam & vos dominum*] iustum ac infallibilem iudicem [*Habe-
tis in cælo.*] qui eadem mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis. Sic enim facit homini, quemadmo
dum homo proximo suo.

Cap. IIII. [*Orationi instate vigilantes in ea.*] Artic. IIII.

Luc. 6. Luc.18. Eccle.18. Ibidem. Chrysost.

REdit Apostolus ad generalem exhortationem, séque discipulorú suorum precibus cõmendat. [*Orationi*] pro vobis ac aliis fusæ [*instate*]. i. instanter seu diligen- F
ter ac perseueranter intendite, [*vigilantes*]. i. vigili mente durantes, imò & perno
ctantes [*in ea*] exemplo Christi, de quo scriptũ est in Euangelio, Erat Iesus per-
noctans in oratione dei. Indesinenter ergo, vigilanter & affectuosè orãdum est.
Propter quod ait saluator, Oportet semper orare, & nõ deficere. In Eccle. quo-
que scriptum legitur, Nom impediare semper orare. Et, Ante orationem præpa
ra animã tuam. Denique libenter vacare nos conuenit orationi, pensantes illud
Chrysostomi, Considera quanta tibi concessa est fœlicitas, quanta gloria attributa, orationibus fabula-
ri cum deo, cum Christo miscere colloquia, optare quod velis, quod desideras postulare. Dicit quoq;
Chrysostomus, ꝙ orans in cõuentu vel in publico, nil noui facere debet quod aspiciãt alij, vel claman
do, vel pectus percutiendo, vel manus extendendo. Sic ergo orationi instate, vigilantes in ea, [*In gratia-
rum actione*]. i. orationis gratiarũ actionẽ de præteritis bonis miscere, quia hoc plurimũ confert ad obti
nendum quod petitur. Nam & dilectionem accendit, beneuolentiam captat, & ad potiora disponit.
[*Orantes simul & pro nobis, vt deus aperiat nobis ostium sermonis*]. i. os meũ seu labia vnde verba egrediun
Psalm.15. tur, velut ex ianua, ipse aperiat, sicut ait Psalmista, Domine labia mea aperies, hoc est, vt deus gratiam
2.Reg.23. menti meæ infundat, per quam ad loquendum diuinitus mouear, & nõ tam ego loquar, quàm spiritus
2.Thes.3. sanctus per me, prout in lib. Regum Dauid aiebat, Spiritus domini loquutus est per me, & sermo eius G
1.Cor.14. per linguam meam, [*Ad loquendum mysterium Christi*] id est ad prædicandum diuina secreta de Christo,
videlicet incarnationẽ, passionem, ascẽsionem, &c. Ex his constat ꝙ nemo nostrũ adeò perfectus seu
virtuosus esse debet in oculis suis, vt nõ curet orationis suffragium etiam ab inferioribus flagitare, cũ vi
deat sacratissimũ istum, diuinissimúmq; Apostolum tam frequenter atque humiliter pro se orari effla
gitare. [*Propter quod*] prædicationis officium [*Etiam vinctus sum*] iam apud Ephesum. Vnde patet Aposto
lum hanc scripsisse epistolam de carcere Ephesi. Aperiat, inquam, mihi dominus ostium sermonis,
[*Vt manifestem illud*] id est prædictum Christi mysterium clarè enunciem & exponem, vt consequar
præmium sempiternum, quemadmodum sapientia ipsa loquitur, Qui elucidant me, vitam æternam ha
Eccle. 24. bebunt, [*Ita*] id est tam efficaciter & constanter, [*Vt oportet me loqui*]. i. aliis intimare mysteria Christi
propter gratiam apostolatus mihi concessam. ¶ Deinde admonet eos ad conuersationem exemplarem.
[*In sapientia ambulate ad eos*]. i. prudenter & exemplariter viuite coram illis, [*Qui foris sunt*] qui ad Chri
sti gregem & ecclesiæ vnitatem non pertinent, vel coram quibuscunque extraneis & ignotis, ne scãda-
lizentur. Vnde alio loco docet Apostolus, Honestè ambuletis ad eos qui foris sunt. Et Christus in Euã
1.Tess.4. gelio, Luceat lux vestra coram hominibus. Patet ergo ꝙ secundum Apostolum curandum est nobis de
Matth. 5. fama honesta, non ob propriam laudem, sed ad dei honorem, & proximorum salutem. Propter quod
Eccle.7. apud Ecclesiasten legitur, Melius est nomen bonum, quàm vnguẽta pretiosa. Et alibi, Curam habe de
Eccle. 41. bono nomine: hoc enim magis proderit tibi quàm mille thesauri. Hinc etiam de inuerecundo & inho H
nesto homine non curante, dictum est per Hieremiam, Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti
Hiere.3. erubescere, [*Tempus redimentes*] id est fructuosè expendentes, [*Sermo vester in gratia*]. i. per gratiam dei
[*Sale sit conditus*]. i. sapientiali discretione temperatus. Sermo enim opportunus optimus est, teste scri-
Prouer. 15. ptura. Porrò per sal, sapientia seu discretio designatur. Nam sicut sal est condimẽtum ciborum: ita dis-
cretio est condimentum verborũ, operumq; bonorum. Propter quod in Leuitico iubetur, In omni sa-
Leuit. 2. crificio offeres sal. Apostolis quoque dicitur, Vos estis sal terræ. Et iterum præcepit Christus, Habete
Matth.5. in vobis sal, [*Vt sciatis quomodo*] id est quàm diuersimodè, quãdo, quo fine, vbi, quantũ & qualiter [*Vos
Marc.9. oporteat vnicuique*]. i. omnibus interrogantibus [*Respondere*] aliter. s. docto, aliter indocto, aliter fideli, a-
Prouer. 15. liter infideli. In Prouerb. enim scriptum est. Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furo-
1.Petri 3. rem. Hinc Petrus in prima sua canonica ait, Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationẽ
de ea quæ in vobis est fide & spe. [*Quæ circa me sunt*] id est statum meum & aduersa quæ patior, [*Om-
nia vobis*] proprio ore [*Nota faciet Tychicus*] lator huius epistolæ [*charissimus frater*] noster [*Et fidelis mi
nister*] Christi in prædicando, [*Et conseruus*] noster [*in domino, quem misi ad vos in hoc ipsum*]. i. propter
hanc causam. Et etiã [*Vt cognoscat quæ circa vos sunt*]. i. statum vestrũ, [*Et consoletur corda vestra*] verbis
benignis, inducẽdo vos ad patientiã, cõmemorãdo quoq; æterna futuraq; gaudia vobis parata, instruẽ-
do etiã non esse seruanda cerimonialia legis Mosaicæ. Misi, inquã, cũ [*Onesimo charissimo et fideli fratre*]

A nostro spirituali, [*qui est ex vobis*] oriundus. Erat autem seruus Philemonis, ciuis Colossensis, sicut pa-
tebit plenius in epistola ad Philemonem, [*Qui*] Tychicus atque Onesimus [*Omnia quæ hic*] in Epheso
[*Aguntur, nota facient vobis.*] Cum his duobus misit Apostolus præsentem epistolam, propter maio-
rem Colossensium certificationem, vt scirent epistolam verè ab Apostolo missam. [*salutat vos Aristar-* Act.4.
chus concaptiuus meus] id est mecum captus, [*Et Marcus*] qui alio nomine dicebatur Ioannes, [*consobri-
nus Barnabæ*] apostoli. Erant enim filij sororum, [*De quo*] Marco [*Accepistis*] materialiter [*Mãdata*] à me, Act.15.
vel ab alio quodam magno efficienter, ita quòd mandauimus vobis non recipiendum esse à vobis hunc
Marcum, eò quòd orta tribulatione discessisset à me, rediens Hierusalem, vt in Actis legitur. [*si vene-
rit*] iam vel postea Marcus iste [*Ad vos, excipite illum.*] Rediit enim ad me, & reconciliatus est mihi. Sa-
lutat præterea vos [*Et Iesus, qui dicitur iustus, qui sunt ex circumcisione*] id est natione Iudæi, qui sua salutatione attestantur veritati huius epistolæ. Ideo certi sitis legalia nõ esse seruanda. [*Hi soli*] quo ad Iudæos
conuersos [*Sunt adiutores mei*] euãgelizando [*in regno dei*] id est in ecclesia militante seu cœtu fidelium, Matth. 13.
de quo regno ait dominus in Euangelio, Simile est regnum cælorum sagenę missæ in mare, & ex omni Ibidem.
genere piscium congreganti. Itémque, Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius o-
mnia scandala, [*Qui mihi fuerunt solatio*] fideliter assistendo, & fortiter laborando. [*Salutat vos Epaphras*
B *qui ex vobis est*] id est natione Colossensis, [*Seruus Christi Iesu, semper sollicitus pro vobis in orationibus*] quas
facit pro vestra salute, [*Vt stetis perfecti & pleni in omni voluntate dei*] id est perfecti ac integri sitis in exe-
quutione omnium præceptorum aut consiliorum dei. [*Testimonium enim illi*] Epaphræ [*Perhibeo, quod
habet multum laborem pro vobis*] orando, & me solicitando ad scribẽdum. Hic enim est Epaphras, de quo
in exordio huius epistolæ dictum est, quòd prædicationem Archippi cõfirmauerat, [*Et pro his qui sunt* Sap.1.
Laodiceæ & qui hierapoli] id est etiam pro Laodicẽsibus ac Hieropolitanis plurimùm solicitatur, timẽs
ne à pseudoapostolis fallantur. [*salutat vos Lucas medicus charissimus*] id est Lucas Euangelista, qui artis
medicæ erat, animarum tamen magis quàm corporum medicus fuit. [*Salutate*] ex parte nostra [*Fratres
qui sunt Laodiceæ,*] hoc est in vrbe illa vestræ ciuitati vicina, [*Et Nymphan*] mulierẽ deuotã, prædicantiũ
hospitatricem atque altricem, [*Et quæ in domo eius est ecclesiam*] id est fidelem eius familiam. [*Et cum le-
cta fuerit apud vos*] id est in vestro cõuentu, [*Epistola*] ista, [*Facite vt in Laodicensium ecclesia legatur*] Eis-
dem enim informationibus indigent, quibus & vos, cùm sint à pseudoapostolis præuenti, & quoniam
vobis vicini, familiaréque sunt, [*Et ea quæ Laodicensium est*] epistolam illis à me missam [*Vos legatis,*] vt
mutuò proficiatis. Hęc autem epistola Laodicensium non est reseruata in canone scripturarum, neque
in numero epistolarum Pauli, sicut nec prima trium epistolarum missarum Corinthiis, quemadmodũ
dictum est alio loco. Insuper monet Apostolus Colossenses, vt pastorem suum hortentur ad diligen-
C tem officij sui exequutionem. [*Et dicite Archippo*] episcopo vestro. [*Vide ministerium tuum*] id est officiũ 1.Cor.5.
curæ pastoralis perpende iattentius. [*Quod accepisti in domino*] id est quod tibi à deo cõmissum est [*Vt* 2.Tim.6.
illud impleas,] gregem tibi commissum verbo & exemplis pascendo, atque in omnibus te habendo, vt 1.Petri 5.
decet pastorem, Christi vicarium. Ex quo elucescit, quòd subditi licitè possint prælatos suos excitare,
hortari & animare, humiliter tamen & modestè. [*salutatio meæ*] quæ subditur, scripta est [*Manu Pauli*]
id est propria manu verba salutationis meæ hæc scripsi, vt sciatis epistolam missam à me, non à fallis,
qui interdum sub nomine verorum apostolorum fallaces miserunt epistolas, vt magis deciperẽt. Qui-
dam dicunt totam epistolam hanc manu apostoli scriptam propter certificationem prædictam. [*Me-
mores estote vinculorum meorum*] id est attendite cur ista sustineo, vt & vos similia pati sitis parati, & pro
me oretis vel necessaria ministrare curetis. Deinde salutatio ponitur. [*Gratia domini nostri Iesu Christi*]
sit [*Vobiscum*] id est in cordibus vestris. Ipse est enim creator vester atque saluator vnigenitus patris, su- Ioan.13.
per omnia deus sublimis & benedictus. [*Amen.*]

IN PRIMAM AD THESSALONICENSES EPISTOLAM PROEMIVM.

D DAt sapienti occasionem & addetur ei sapientia, doce iustum & festinabit accipere. Quemadmodum vani ac simulatores ex laudibus sibi impensis deteriores Prouer. 9.
fiũt: sic virtuosi dũ laudãtur multipliciter fiũt meliores. Ná & seipsos laude in-
dignos opinantur, quod pertinet ad humilitatẽ: ideo grates referunt de eo quod
habent, quod pertinet ad iustitiam: ad meliora prouocantur, quod ad prudentiã
spectat. Hinc ergo Apostolus frequenter suos commendat discipulos. Vnde &
in præsenti nunc elucidanda epistola (quæ Thessalonicensibus missa & scripta
est) ecclesiam Thessalonicensium vehementer commendat, quia in fide firmis-
simè perstiterunt, pseudoapostolos abiecerunt, persequutiones æquanimiter pertulerunt. Quosdam ta Act.13.
mẽ eorũ de otiositate, curiositate & fornicatione redarguit. Porrò Thessalonica (à qua Thessalonicen-
ses nomen sortiti sunt) est metropolis Macedoniæ, quæ est pars Græciæ. Thessalonicenses ergo sunt
Macedones, qui ad prædicationem Apostoli citò ac facilè crediderũt. Quorum præconium Lucas te-
statur in Actibus Apostolorum, quòd verbum dei cum omni auiditate receperunt, quotidie scrutan-
do scripturas. Scripsit autem eis Apostolus ab Athenis, mittens epistolam per Tychicum diaconum &
Onesimum acolytum, procedítque in hac epistola more solito, salutationem præmittendo, de profe-
ctione discipulorum gratias agendo. Deinde peccatores à vitiis reuocando, quæ omnia in processu cla-
rius innotescent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. 1. [*Paulus et Syluanus et Timotheus.*] Artic. 1.

Haymo. Act.16. Act.15.

PAulus et Syluanus et Timotheus] mandant [*Ecclesiæ Thessalonicensium*] id est fidelibus in Thessalonica congregatis, & per fidem atque dilectionem vnitis. [*In deo patre nostro et domino nostro Iesu christo*].i.ad gloriã patris & Christi filij eius, vel secundum voluntatem dei patris & Christi. Non apponit nomen gloriæ suæ, dicendo, Paulus Apostolus, quoniã Thessalonicenses nihil indignũ de ipso sentirent. Vnde non egerunt de excellentia eius amplius informari. Syluanus autẽ iste, quem sibi adiũgit Apostolus, secundũ Haymonem & alios quosdam, est Sileas, de quo in Actibus multa magnifica recitãtur. Nam tãtæ perfectionis extitit erat, vt vnus de primis seu summis fratribus primitiuæ ecclesiæ in Hierusalem congregatæ, & prophetã fuisse scribatur ã Luca. Sed & Apostolus appellatur. Et quoniam Syluanus ac Timotheus cooperati fuerunt Apostolo in Thessalonicensium conuersione, idcirco eos sibi in salutatione annectit. Solus tamen Paulus dictauit epistolam, imò spiritus sanctus per eum. [*Gratia vobis et pax*] diuinitus infundatur, conseruetur & perficiatur. ¶ Narrationem insuper orditur Apostolus à gratiarum actione. [*Gratias agimus deo*] ex charitate diuina atque fraterna, qua dei honorem optamus, & vestro profectui congaudemus [*semper*].i. omni hora cõuenienti [*Pro omnibus vobis*] id est vice vestri, vel de vobis, videlicet pro beneficijs dei vobis collatis, [*Memoriam vestri facientes in orationibus nostris,*] quas deo [*Sine intermissione*] offerimus, id est omni tempore opportuno, [*Memores operis fidei vestræ*] id est laudabilis conuersationis ex fide nascentis. Vel, opus fidei vocatur oris confessio, [*Et laboris*], quem in cultu diuino habuistis, [*Et charitatis*] id est actualis dilectionis vestræ in deum & proximum, [*Et sustinentiæ spei*] id est tolerantiæ aduersitatum, quæ procedit ex spe [*Domini nostri Iesu christi*] id est ex spe futuræ beatitudinis, quam spem Christus, vt deus, creando imprimit nobis. Consideratio enim præmij minuit vim flagelli. Sic ergo memoriam vestri facimus, [*Ante deum et patrem nostrum*] id est in conspectu sanctæ trinitatis, quam pro vestro profectu iugiter imploramus. [*scientes*] id est nos qui vobis hæc scribimus agnoscẽtes ô [*Fratres dilecti a deo*] coniectiuè, inquam, vel certò scientes ex reuelatione [*Electionem vestram*] id est prædestinationem, videlicet quòd præordinati estis ad vitam æternam. Vel, vos ô fratres dilecti, eam scientes per quædam signa prædestinationis. De quibus subiungitur, [*Quia euangelium nostrum*] id est euangelica prædicatio, [*Non fuit ad vos in sermone tantum*] id est non nudis verbis firmata est, [*sed et in virtute*] miraculorum, id est per miracula roboratur, [*Et spiritu sancto*] id est per manifesta dona spiritus sancti prædicatio nostra fulta est, [*Et in plenitudine multa*].i.in magna abundãtia diuinorũ charismatum prædicauimus vobis. Per impositionẽ nanque manuum mearum datus est vobis spiritus sanctus in baptismo, etiã in signo visibili. Simile huic est quòd ad Heb. dicit Apostolus, Quomodo effugiemus si tãtam neglexerimus salutem? quę in nos cõfirmata est, contestante deo, signis, portentis & virtutibus, & spiritus sancti distributionibus. Vnde apud Marcum legimus, Illi profecti prędicauerunt vbique domino cooperante, & sermonẽ confirmante, sequẽtibus signis. Vnde per hæc magna miracula Thessalonicenses facilè crediderunt, [*sicut scitis*] per experiẽtiam, quę est magistra veritatis, [*Quales fuerimus*] verbo & opere [*in vobis*].i.inter vos, & hoc [*Propter vos*].i.propter cõuersionem atque salutem. [*Et vos*] ô fratres [*Imitatores nostri facti estis*].i.nostra vestigia estis sequuti, multa aduersa propter iustitiam patiendo, [*Et domini*].i.etiam Christum imitati estis, cõfirmando vos passionibus eius, quia vt ille à populo suo dura perpessus est, ita & vos à ciuibus vestris [*Excipientes verbum*].i.prædicationi nostræ consentientes [*In tribulatione multa*].i.cum magna persequutione vobis à peruersis illata propter fidei receptionem. Excipientes, inquam, [*cum gaudio spiritus sancti*].i.cum interna cõsolatione à spiritu sancto infusa, ita q; licet exterius tribularemini, intus tamẽ à spiritu sancto lætificabamini, prout Apostolus idem alibi ait, Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita per Christũ abundat consolatio nostra, [*Ita vt facti sitis forma*].i.perfectionis, fideiq; exemplar imitatione dignissimum [*Omnibus credentibus in Macedonia et Achaia*] quę sunt prouinciæ Græciæ. [*A vobis enim diffamatus*].i.diuulgatus [*Est*] materialiter [*Sermo domini*].i.à vobis propter perfectionem vestrã sumpserunt alij occasionem loquendi, laudandi ac prædicandi verbũ dei, tanquam accẽsi vestro exemplo. Et [*Non solum in Macedonia et Achaia, sed in omni loco*] Christianorum ad quos fama vestra peruenit, [*Fides vestra quæ est ad deum*].i.qua ipsi in deũ tenditis [*Perfecta est*] id est plena & inclyta reputatur [*Ita vt non sit nobis necesse quicquam loqui*] de ampliori præconio vestri, vel pro informatione vestri, vel de vobis ad alios incitandos [*Ipsi enim*] quibus nota est fides & cõuersatio vestra, [*De vobis annunciant*].i.laudem vestri testãtur, [*Qualem introitum habuerimus ad vos*].i. quàm fructuosus, fœlix & expeditus fuit ingressus noster ad vos, quorũ tantã multitudinẽ tam perfectè conuertimus, [*Et quomodo*].i.quàm perfectè [*Cõuersi estis ad deum a simulachris*].i.idololatriam deserendo, [*seruire*].i.ad seruiendum [*Deo viuo et vero.*] Per quem hoc loco intelligitur persona patris. Nam subditur, [*Et expectare*] quotidie, vt sitis semper parati ad mortem, [*Filium eius*] venturum [*De cælis*] manifestè in die iudicij, qui quotidie expectandus est, vt simus iugiter præparati visitari ab eo per mortem, prout ipse apud Lucam loquitur, Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur à nuptijs. Et denuo alibi, Estote parati, quia qua hora nõ putatis filius hominis veniet [*Quem*] pater [*suscitauit ex mortuis*] tertia die, videlicet [*Iesum, qui*] sua passione [*Eripuit nos ab ira ventura*].i.à pœna æterna seu dãnationis sententia, quę in die iudicij cõtra impios proferetur. Nunc enim eripuit nos quantum in ipso est, à peccatis, propter quæ ira illa infligitur. Effectum verò redemptionis istius per sacramenta consequimur, & tandem ab omni pœnalitate & imperfectione carnis ac animę, merito dominicæ passionis eripiemur, quando mortale hoc induet immortalitatem.

Act.16. Act.15. Act.10. Heb.2. Marc.16. Philip.3. 2.Cor.1. 1.Petri 1. Gregor. Luc.12. Matth.24. 1. Cor.15.

Cap. 11. [*Nam et ipsi scitis fratres introitum nostrum.*] Artic. 11.

IN superiori cap. gratias egit Apostolus deo pro beneficijs Thessalonicensibus impartitis, bona quoque Thessalonicensium commendauit, nunc suæ prædicationis veritatem ostendit ex synceritate cõuersationis quam habuit inter Thessalonicenses. Quemadmodũ enim secundum philosophos, operatio arguit formam, sic conuersatio monstrat legis ac fidei qualitatem. Nam & vnũquodque iudicandum est secundũ maximum in quod potest, iuxta philosophum. Lex igitur Christiana iudicanda est secundum suum principale, finale, ac summum, ad quod suum obseruatorẽ perducit. Hoc autẽ est priuati amoris plena extinctio, atque diuini amoris pura ardẽsque affectio, ad quam perfectionem perducit lex Christi per ordinatissima atque honestissima media, quæ sunt euangelica consilia ac præcepta, quibus humilitas, patientia, paupertas, castitas, mãsuetudo, obedientia, similẽsque virtutes iubentur aut consuluntur. Omnis verò carnalitas, falsitas, simulatio, dęmonũ pactio, prohibitarum artium vsus penitus condemnatur & extirpatur ab ea, quæ omnia tantò certius innotescent hominibus, quantò euangelicam legem custodierint plenius. Vnde internis ac deuotissimis famulis Christi ipsa fides, Christianæque legis munditia, quasi experientia constant, quia verè à deo fluxerunt. Propter quod ait saluator, Si quis voluerit voluntatem dei facere, cognoscet de doctrina, an ex deo sit. Nec ignoramus quanta faciat deus pro his qui euangelicam legẽ perfectè custodiunt, quãta pro eis agat miracula, quomodo eos in vita, in morte, & post mortem mirificet, q̃ ineffabiliter eos sæpe consoletur, accendat, deificet, rapiat atq; absorbeat. Quod qui experitur, de nullo adeò certus est, sicut de fidei veritate, Christianæque legis sanctitate. Ait ergo beatus Apostolus. [*Nam et ipsi scitis fratres*] id est ideo dixi prędicta, videlicet quòd alij annunciant qualẽ introitum habuerimus ad vos. Nam & vosipsi ô fratres scitis [*introitum nostrum*].i.qualitatem aduẽtus nostri, [*Ad vos*] conuertendo, [*Qui non inanis fuit*].i.non infructuosus, nõ leuis, non sine debito, [*Sed ante*] accessum istum ad vos, [*Passi*] diuersa tormenta [*Et contumelijs affecti, sicut scitis*] aliorum relatu, vel proprio visu [*in Philippis*] vrbe Macedoniæ vobis propinqua atque subiecta. Ibi enim Paulus & Sileas virgis cæsi & incarcerati, imò durissimè vincti fuerunt occasione puellæ quam Paulus à spiritu Phitonico liberauit, [*Fiduciam habuimus in deo nostro*] innitendo eius auxilio, non propriis viribus [*Loqui*].i.ad non inaniter loquendum, [*Ad vos euangelium dei in multa sollicitudine*] id est cum ingenti cura ac diligentia, [*Exhortatio enim nostra*].i.prædicatio qua admonuimus vos, processit [*Non de errore*] id est ex interiori falsitate aut infidelitate, sicut exhortatio hæreticorum, [*Neque de immunditia*].i.ex lasciuo affectu aut praua intentione, [*Neque in dolo*] vobis proposita est, quia (vt beatus Iob loquitur) non indiget deus nostro mendacio, vt pro illo dolos loquamur, [*Sed sicut probati*] id est approbati vel electi [*sumus a deo, vt crederetur nobis euangelium*] id est prædicatio euangelicę legis nobis committeretur, [*sic loquimur*] sicut diuinitus instituti sumus, [*Non quasi hominibus placentes*] id est finaliter placere quærẽtes, quoniam deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent, [*Sed deo qui probat*] id est per prospera & aduersa examinat, tentat & approbat [*corda nostra,*] aliisque probata ostendit: iuxta illud Sapientię, Tanquam aurum in fornace probauit electos dominus, & quasi holocausti hostiam accepit illos [*Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis*] id est nunquam vobis adulanter loquuti sumus, [*sicut scitis,*] vnde in Prouerb. Salomon docet, Non lactes quempiam labiis tuis. Et Psalmographus, Oleũ peccatoris non impinget caput meum, [*Neque in occasione auaritiæ*] id est temporale commodum, nec directè, nec indirectè quæsiuimus, [*Deus testis est*] qui apud Hieremiam dicit, Ego sum iudex & testis, [*Nec quærentes ab hominibus gloriam*].i.laudem, famæ clarificationem aut venerationem, videlicet [*Neque a vobis, neque ab aliis, cum*] id est licet [*Possemus vobis oneri esse*] id est debitam, imò & magnam venerationem à vobis exigere, [*Vt christi apostoli*].i. inquantũ summi saluatoris vicarij, non tamen referẽdo honorem ad nos, sed ad Christum finaliter. Vel sic, cũ possemus vobis oneri essẽ.i.grauamen quoddam vobis inducere, requirendo à vobis stipendia vitę. vt Christi apostoli, qui spiritualia seminando merentur vestra tẽporalia metere.i.de vestris temporalibus sustentari ac viuere, [*sed facti sumus paruuli*].i. humiles [*in medio vestrũ*] exemplo Christi dicentis, Ego in medio vestrũ sum sicut qui ministrat, [*Tãquam si nutrix foueat filios suos*] proprio lacte in gremio suo, [*Ita*].i.affectuosè, piè atque solicitè [*Desiderantes vos cupide*].i. non bona vestra exteriora, aut temporalia emolumenta optantes feruenter, sed vestram salutem [*Volebamus tradere vobis, non solum Euangelium dei, sed etiam animas nostras*] id est nosipsos, vel vitam nostram, quasi parati mori pro vestro profectu, & vestro obsequio nos exponẽtes, [*Quoniam charissimi nobis facti estis*] fidem excipiendo, tenendo, & optimè conseruando. Ex his liquet bonum ac licitum esse, interdum aliis demonstrare dilectionis affectũ, qui ad ipsos habetur. Hoc tamen interdum per accidẽs malum est, videlicet quoniam habet speciem adulationis, vel quoniam generat alteri gloriam vanam. ¶ Denique veritatem horum probat Apostolus per agnitionem eorum, quibus hæc mandat. [*Memores enim estis fratres laboris nostri et fatigationis*] non solùm in prædicando & cætera diuini cultus officia prosequendo, sed etiam manualiter laborando. [*Nocte ac die laborantes manibus nostris*] pro necessarijs vitæ, [*Ne quem*] id est aliquem [*Vestrum grauaremus*] viuendo de sumptibus vestris, [*Prædicauimus in vobis*] id est inter vos [*Euangelium dei. Vos enim testes estis et deus,*] de quo in Iob dicitur, Ecce in cælo est testis meus, & conscius meus in excelsis, [*Quam sancte et iuste, ei sine querela*] id est sine offensa ac reprehensione, [*Vobis qui credidistis, fuimus*] conuersando inter vos multùm iustè, sanctè atque perfectè, [*Sicut scitis qualiter vnumquemque vestrum*] sigillatim, vel omnes cum particulari descensione, [*Tanquam pater filios suos deprecantes vos et consolantes*] id est tam charitatiuè ac diligenter

1.Thess.1. Luc. 9. Ioan. 7. Psal. 4. Act.16. Act.16. Iob 13. Psalm.52. Sap.3. Prouer. 24 Psal.140. Hiere.29. 1.Cor.2. Luc. 22. Prouer.24 Iob 25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

deprecantes vos ad faciendum quæ bona sunt, & consolantes vos contra aduersa, sicut pater proprios fi
Psalm.8. lios consolatur & instruit, [*Testificati sumus*] id est cum allegatione testimoniorum sacræ scripturæ ad- E
monuimus, vel sub testimonio sanctorum adiurauimus, [*Vt ambularetis*] id est de virtute in virtutem
procederetis [*Digne deo*].i. tam reuerēter, vt decet summo deo seruire. Et vt digni sitis beatificari ab eo,
[*Qui vos vocauit*] per suam inspirationem internam & nostram prædicationem, [*in suum regnum*] id est
ad militantis ecclesiæ (quam deus nunc regit) societatem. Vel, in regnum suum cæleste, ad quod iam
vocati estis, [*Et gloriam*] id est ad beatitudinem sempiternam. [*Ideo & nos gratias agimus deo*] propter be
neficia vobis collata [*Sine intermissione*] id est omni tempore apto. [*Quoniam cum accepistis a nobis ver-
bum auditus dei*] id est euangelicam prædicationem quam nos à deo audiuimus atque didicimus. De quo
Esa.52. verbo scriptum est in Esaia, Domine, quis credidit auditui nostro. i. verbis quæ à te audiuimus? [*Accepistis illud, non vt verbum hominum*] id est non cum mediocri attentione, vel consueta hominibus reue-
Ioan.7. rentia, [*sed sicut est vere verbum dei*] id est cum summa deuotione & pleno affectu. Si enim Christus de
sua prædicatione testatur, Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me: multò magis apostoli dice-
re potuerunt, nostrum verbum non est nostrū aut humanum, sed dei atque diuinum, [*Qui*] deus [*O-
peratur in vobis qui credidistis*] id est in vobis credentibus. Operatur autem non solùm præstando habi-
tum gratiæ & virtutum, sed etiam intus mouendo & excitando ad bonum. Insuper laudat patientiam
atque constantiam Thessalonicēsium. [*Vos enim imitatores facti estis, fratres, ecclesiarum dei quæ sunt in Iu-
dæa*].i. Christi fidelium Iudæorum, qui [*In christo Iesu*] fundati sunt. Primitiua enim ecclesia in Iudæa F
collecta, perfectissimæ conuersationis fuit. Ideo aliarum ecclesiarū erat exemplar seu forma viuēdi. In
Act.18. quo autem illas imitati sunt, adiecit, [*Quia eadem*] in specie. i. similia mala [*Passi estis & vos cum tribubus*]
id est cum ciuibus [*Vestris, sicut & ipsi a Iudæis*] infidelibus, id est qualia fideles Iudæi à Iudæis infidelibus
Heb.10. bus. Quemadmodum enim legitur in Actis, Stephano occiso facta est persequutio magna in ecclesia
Matt.27. Hierosolymitana, & infideles Iudæi rapuerunt bona fidelium. De qua persequutione ad Heb. scribi-
tur, Rememoramini autem pristinos dies, in quibus magnum sustinuistis certamē passionum. Nam &
Matth.15. vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis. His ergo similia Thes-
salonicēses perpessi sunt à ciuibus suis, [*Qui*] infideles Iudæi [*Et dominum occiderunt Iesum*] quoniā mor-
tem eius procurauerunt à præside, [*Et prophetas*] quosdam noui testamenti, multos quoque veteris te-
Matth.23. stamenti prophetas occiderunt. Non tamen idem numero occiderunt Christum & illos prophetas.
Act.6. Sed loquitur de Iudæis cōmuniter, prout omnes peruersi, sunt vna generatio. Iuxta quem modum ait
Saluator in Euang. ad Iudæos, Veniet super vos omnis sanguis iustus, &c. Et sequitur, Zachariæ, quem
Ioan.12. occidistis inter templū & altare. Hinc etiam in Actis Apostolorum Stephanus loquens Iudæis, Patres
Heb.11. vestri occiderunt eos qui annūciauerunt de aduentu iusti, cuius vos nunc proditores & homicidæ fui- G
Hiere.22. stis. [*Et nos*] apostolos ac primitiuam ecclesiam [*Persequuti sunt*] vt patet in Actis, vnde dixit Christus a-
Osee 9. postolis, Si me persequuti sunt, & vos persequentur, [*Et deo non placent.*] Impossibile quippe est sine si
de placere deo. Vnde apud Hierem. Christus testatur, Facta est mihi hæreditas mea quasi leo in sylua,
dedit contra me vocem suā, ideo odiui eam. Et in Osea, Exosos habui eos propter malitiam adinuen-
tionum ipsorum: non addam vt diligā eos, [*Et omnibus hominibus aduersantur*]. i. omnium salutem impe
dire conantur [*Prohibentes nos gentibus loqui*] verbum Christi [*Vt saluæ fiant*] credendo in filium dei, [*Vt
impleant*] prædicti Iudæi [*Peccata sua semper*]. i. incessanter peccatis peccata adiiciant, donec in illis mise-
rabiliter consumentur. [*Peruenit enim ira dei*] id est vltio diuinæ iustitiæ suæ. s. excæcatio & obstinatio
cordis eorum, captiuitas quoque per Romanos inflicta, [*super eos vsque in finem*] seculi duratura: iuxta
Danie.9. illud Danielis, Ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, & finis eius vastitas, &
Psal.68. vsque in finem perseuerabit desolatio. Hoc quoque regius Psaltes apertissimè cecinit, Obscurētur (in-
quiens) oculi eorum ne videant, & dorsum eorū semper incurua. Effunde super eos iram tuā, & furor
Esa.43. iræ tuæ comprehendat eos. Vnde in Esaia ait Saluator, Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in
ira mea, [*Nos autem*] ô [*Fratres desolati a vobis*]. i. vestræ præsentiæ consolatione priuati [*Ad tempus.*] Pri
uati, inquam, vestra præsentia, [*Ore, aspectu*]. i. quantū ad vocalem colloquutionem & corporalem aspe
ctum, [*Non corde*]. i. non quantū ad copulam charitatis, nam & spiritu præsens sum vobis & dilectio-
ne intimus, [*Abundantius*] solito [*Festinauimus faciem vestram videre*]. i. vobis corporaliter præsentes ades- H
se [*Cum multo desiderio, quoniam voluimus venire ad vos,*] quia audiuimus vos in tot persequutionibus
constitutos, propter quod optauimus vos roborare in domino. [*Ego quidem Paulus & semel & iterum*] id
est bis, ex quo recessi à vobis, tentaui reuerti ad vos, [*Sed impediuit nos satanas,*] deo permittente, id est
aliquam nobis occupationem procurauit, per quam impediti sumus venire ad vos. Nec mirum quòd
voluimus venire ad vos. [*Quæ enim spes nostra*] id est materia nostræ fiducię qua cōfidimus fructuosam
esse nostram prædicationem in merito ac præmio, [*Aut gaudium*] id est materia nostræ consolationis in
Marc.10. præsenti, [*Aut corona gloriæ?*] id est ornamentum fœlicitatis nostræ futuræ? [*Nunne vos*] discipuli no-
stri præclari, ex quorum sancta conuersatione speramus fructuosum esse nostrum laborem, de quorū
profectu gaudemus, de quorum etiam beatificatione gloriaturi, copiosiúsque glorificandi sumus? Vos
itaque estis hæc omnia nobis [*Ante dominum Iesum*]. i. coram Christo, quòd maximè apparebit [*In aduen
tu eius*] in die iudicij. [*Vos enim estis gloria nostra*] quemadmodum scriptum est, Filius sapiens est gloria
Prouer.17. patris. Nam de vestra fide ac perfectione gloriamur apud alias ecclesias, proponentes vos eis in exem-
plum. Estis quoque [*Et gaudium*] nostrum, id est materia nostræ consolationis in via, & augmentum iu-
cunditatis nostræ in patria. Vnde ait Ambrosius, Manifestum est quòd perfectio discipulorū gaudium
Ambros. & corona est magistrorum. Fructus nanque magistri obedientia est discipuli, cuius bona conuersatio
coronam Christo iudice dat magistro.

A Cap.iii. [*Propter quod non sustinentes amplius.*] Artic.iij.
Ocis diuinæ scripturæ facilibus immorandum non reor, nisi fortè vberem moralitatem
contineant. Nunc ergo in locis epistolarum historicis atque facilibus celerius transibo.
L [*Propter quod*] videlicet, quoniam tantum diligimus vos, [*Non sustinentes amplius*] id est diu-
tius non differentes nostræ charitatis affectum vobis ostendere, [*Placuit nobis*] id est mihi
& Syluano, [*Remanere Athenis*] gratia prædicationis, [*Solis*] id est mihi & Syluano, vt dictū
est, aliis discipulis ad diuersa loca destinatis. [*Et misimus Timotheum fratrem nostrum*] & ministrum dei in
Euangelio christi prædicando, [*Ad confirmandos vos*] in persequutionibus constitutos. [*Et exhortandos*]
vos [*Pro fide vestra*] firmanda, id est quatenus roboremini semper in fide, cuius firmitas omnium virtu-
tum actus confortat, [*Vt nemo*] vestrūm [*Moueatur*] per impatientiam aut pusillanimitatem [*In tribula-* Roma.8.
tionibus istis] præsentibus & transitoriis, quæ non sunt condignæ ad futuram gloriam. Nam supra modū 2.Cori.4.
æternum gloriæ pondus operantur in nobis. Hinc ait Psalmista, Qui tribulant me, exultabunt si mo- Psalm.12.
tus fuero. Et Petrus ait in canonica sua prima, Communicantes Christi passionibus gaudete, vt & in re- 1.Petri.4.
uelatione gloriæ eius gaudeatis. [*Ipsi enim scitis quod in hoc*] id est ad sustinendum aduersa, [*Positi sumus*]
in isto exilio, quia per multas tribulationes oportet nos intrare regnum cælorum. Propterea scriptum
est. Hæc est gratia, si propter conscientiam dei sustinet quis tristitias, patiens iniustè, in hoc enim voca- Actu.14.
B ti estis. [*Nam et cum apud vos essemus, prædicebamus vobis passuros vos tribulationes*] ab hominibus impiis 1.Petri.2.
propter iustitiam, [*Sicut et factum est.*] Et scitis verum esse quod diximus, iamque impletum est. [*Pro-
pterea*] scilicet ne moueamini in tribulationib⁹ istis, [*Et ego amplius nō sustinens*] id est diutius differre nō
valens vestrum statum percipere propter ardentem amorem, qui facit solicitū ipsum amantem de prę-
cauendis amati periculis. [*Misi*] Timotheum ad vos dudum antequam scripsi. Vel, misi præsentem epi-
stolam, [*Ad cognoscendum fidem vestram*] id est vt ab eo redeunte percipiam fidei vestræ stabilitatem, de
qua certificari anxius cupio, [*Ne forte tentauerit*] id est impugnauerit siue deceperit [*vos, is qui tentat,*] id
est diabolus, cuius officium est tētare [*Et inanis fiat labor noster*] id est prędicatio nostra infructuosa fiat,
quantùm ad vos, quamuis nobis infructuosa esse non poterit, [*Nunc autem*] cum præsentē dicto aut mit-
to epistolam [*Veniente Timotheo*] quem dudum ante editionem epistolæ huius ad vos misi, [*Ad nos a vo-
bis et annunciante nobis fidem et charitatem vestram*] id est perfectionem & opera fidei charitatisque vestrę
[*Et quia memoriam nostri habetis bonam*] id est syneram ac nobis perutilem [*Semper desiderantes nos vide-
re*] oculo corporali [*Sicut nos quoque vos*] videre optamus. [*Ideo consolati sumus fratres in vobis*] id est in-
C consideratione perfectionis & gratiæ vestræ vestróque profectui ex animo cōgaudemus [*In omni necessi-
tate*] id est penuria [*Et tribulatione nostra*] Consolati inquam [*Per fidem vestram*] id est de fidei vestræ sta-
bilitate [*Quoniam nunc viuimus*] delectabiliter & iucundè, [*Si vos statis in domino*] firmiter adhærentes deo
per fidem, dilectionem & fortitudinem cordis. Et meritò consolati sumus. [*Quam enim gratiarum actio-
nem possumus deo retribuere pro vobis*] nos consecuti [*In omni gaudio*] spirituali [*Quo gaudemus propter vos*]
id est propter beneficia vobis collata, gaudemus autem [*Ante dominum nostrum.*] id est in conspectu di-
uino, videlicet iustè & religiosè, & in diuinæ præsentiæ luce constituendo nosipsos. q.d. Dignas & suf
ficientes rependere gratiarum actiones non possumus, quia de vestris sicut de propriis gloriamur pro-
fectibus [*Nocte ac die*] id est certis horis diei noctisque [*Abundantius*] plus solito [*Orantes*] deum [*Vt vide-* Iacob.2.
amus faciem vestram] id est vt dirigat deus viam nostram ad vos [*Et compleamus ea quæ desunt fidei vestræ*] id
est notitiam scripturarum, qua fides perficitur plenius vobis iam imprimamus, quoniam capaciores nūc
estis quàm olim. [*Ipse autem deus et pater*] id est pater æternus [*Et dominus Iesus Christus*] qui sunt vnus di
rector [*Dirigat viam nostram*] id est gressum pedum nostrorum [*Ad vos, Vos autem deus multiplicet*] me-
rito & numero, [*Et abundare faciat charitate in inuicem et in omnes*] id est hoc tribuat vobis vt feruenter
diligatis mutuò & cæteros omnes [*Quemadmodum*] deus fecit [*Et nos*] charitate abundare, [*In vos ad con
firmanda*] id est vt charitatiuè confirmemus {*Corda vestra*} vt sint [*Sine querela in sanctitate*] id est irrepre Esaiæ.5.
hensibiliter sancta [*Ante deum et patrem nostrum*] non solùm coram hominibus qui decipi possunt. Et vt Zach.14.
talia inuenientur [*In aduentu domini nostri Iesu christi cum omnibus sanctis eius*] id est in die iudicij, quando Iudas apo-
D saluator venturus est cum omnibus cæli ciuibus ad finale iudicium. Sicut in Esaia legitur, Dominus ad stolus.
iudicium veniet cum senioribus populi sui, & principibus eius. Et in Zach. Veniet dominus deus meus,
omnesque sancti eius cū eo, Vnde & Iudas in sua ait canonica, Ecce veniet dominus in sanctis milibus
suis facere iudicium, & arguere omnes impios.

Cap.iiii. [*De cætero, fratres, rogamus vos èt obsecramus in domino Iesu.*] Art.iiij.



Ommendatione perfectorum inducta, descendit apostolus ad specialem instruc-
tionem imperfectorum. Quamuis enim ecclesia Thessalonicensium pro maio-
ri parte fuerit virtutibus probata, quidam tamen eorum certis vitiis seruierunt,
quos præsenti capitulo Apostolus corrigit & informat. Primò fornicarios: Gen-
tiles quippe fornicationem simplicem reputauerunt licitam. Propter quod qui-
dam eorum etiam post cōuersionem proni erant ex pristina consuetudine ad for
nicationem. ¶ Ait ergo sanctus apostolus, [*De cætero ergo fratres*]. i. quoniā tātas
pro vobis domino gratiarū actiones, & preces obtulimus: proinde [*Rogamus vos* Galat.6.
et obsecramus] id est per sacrorum commemorationem precamur [*in domino Iesu*]. i. secundum voluntā- Epist.
tem & institutionē Christi, [*Vt quemadmodū accepistis*] id est didicistis [*A nobis*] sermone & opere [*Quo-
modo vos oporteat ambulare*]. i. quàm timoratè & reuerenter necesse est vobis deo seruire, ambulando Matth. 7.
per arctā viam, quæ ducit ad vitam, [*Et placere deo*] per quotidianum profectum, hoc est totaliter ambu- Lucę.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

letis coram domino, seruiendo ei in sanctitate atque iustitia cunctis diebus, [*Sicut & ambulatis*] per vias, E
obseruationes, seu operationes mandatorum cælestium, [*Vt abunderis magis*] in spiritualibus diuitiis,
quæ sunt splendor gratiæ, virtutes, atque scientiæ. ¶ Denique ideo obsecro hæc, [*Scitis enim quæ præce-*
pta dederim vobis] cum apud vos essem, [*Per dominum Iesum*]. i. Christo loquēte ac precipiente per me.
1.Petri.4. [*Hæc est enim voluntas dei*] id est res placens deo, vel mandatum signum existens voluntatis diuinæ ante-
cedentis vel consequentis, [*Sanctificatio vestra*]. i. purgatio à peccatis. Prout à beato Petro inducitur. Pa-
tienter agit dominus propter vos, nolens aliquem perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti, [*Vt absti-*
1.Cori.6. *netis vos a fornicatione*] quæ est mortale peccatum. Nam & qui fornicatur, peccat in proprium corpus,
[*Vt sciat*] scientia efficaci & virtuosa [*Vnusquisque vestrum vas suum*]. i. propriū corpus [*Possidere*] ipsum
per rationem regendo, ne possideamur ab eo, sensualitate rationi prævalente. Possidere inquam, [*in san-*
ctificatione] id est virtutum & castitatis munditia, [*Et honore*] id est in statu honesto, carnalium vitiorum
turpitudinem fugiendo, [*Non in passione desiderij*] id est non in carnali concupiscentia, ei consentiendo,
vel eam opere exequendo, [*sicut et Gentes quæ ignorant deum*] loquendo de cognitione formata atque
Titum.1. distincta. Nam & si dicant se nosse deum, tamen opere negant. Vnde Galatis dictum est. Qui enim sunt
Gala.5. Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & cōcupiscentiis. Apud Ecclesiasticum quoque orat vir
Eccles.23. Sapiens, Auser à me ventris concupiscentias & concubitus: concupiscentia non apprehendat me. [*Et ne*
quis supergrediatur] hoc est, alium violenter suppeditet, siue impiè opprimat [*Neque circumueniat*,] hoc F
est dicipiat, [*in negotio*] aliquo [*Fratrem*] id est proximū [*suum, quoniam vindex*]. i. iustus vltor [*Est domi-*
Leu.19. *nus de his omnibus*] vitiis [*Sicut prædiximus vobis, et testificati sumus*] id est firmiter asseruimus. Scriptum
Iacob.2. est enim in Leuitico, Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum, Et sicut Iacobus asse-
1.Petri.2. rit, Iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam. Quantò magis ei qui fecerit frau-
Finis. dem aut violentiam? [*Non enim vocauit nos deus in immunditiam*] id est ad hoc vt sordibus peccatorum
Lucæ.1. contaminemur [*Sed in sanctificationem*] Iuxta illud Zachariæ, Seruiamus illi in sanctitate & iustitia. Ideo
Deute.18. in Deuteronomio Moyses loquitur, Perfectus & absque macula eris cum domino deo tuo. Similitu-
do quippe est causa amoris. Propterea sanctus dominus deus noster, sanctos requirit ministros, secun-
Leui.12. dum quòd ait in Leuitico, Nolite contaminare animas vestras. Ego sum dominus deus vester. Sancti e-
stote, quoniam ego sanctus sum. Vult ergo clementissimus deus, pater piissimus, vt ei in virtutibus as-
similemur. [*Itaque qui hæc*] præcepta [*Spernit, non hominem spernit*] id est non solùm me vel alium dei mi
Lucæ.10. nistrum, ex parte dei ista iubentem contemnit seu vilipendit, non satagens obedire, [*Sed deum*] princi-
Exod.16. paliter spernit, seu inhonorat. Cui consonat quòd apud Lucam ait Saluator, Qui vos audit, me audit:
& qui vos spernit me spernit. Vnde & Moyses filiis Israël loquens, Non contra nos (inquit) est vestrū
murmur, sed contra deum. Christi ergo vicariis tanquam Christo reuerenter ac promptè obedire debe G
mus, [*Qui etiam*] pater vel filius [*Dedit spiritum sanctum suum in nobis*] hoc est cordibus nostris illum infu
dit, conferendo nobis dona ipsius, vt dictum aliis locis est plenius. Vnde apud Romanos testatur, Cha
ritas dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Et apud Ioannem
Christus loquebatur discipulis, Ego rogabo patrem, & alium parecletum dabit vobis, spiritum veri-
Roma.5. tatis [*De charitate autem fraternitatis*] id est dilectione fraterna & opere eius, [*Non necesse habuimus scribe-*
Ioann.14. *re vobis*] perfectioribus. [*Ipsi enim vos a deo*] per spiritus sancti illustrationem [*Didicistis.*] Vt ait Ioan-
nes, Non necesse habetis, vt aliquis vos doceat, sed vnctio eius docet vos de omnibus. Itaque didici-
stis à deo, à quo qui eruditur, beatus est, [*Vt diligatis inuicem.*] Vnde & magister dominus noster. In
hoc (inquit) cognoscent, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem. [*Et enim facitis il*
1.Ioann.2. *lud in omnes fratres*] id est charitatis fraternæ affectum, & opus fratribus, cunctis impenditis [*In vniuer-*
Psalm.93. *sa Macedonia*] cuius vrbs vestra Metropolis est. [*Rogamus autem vos fratres vt abundetis magis*] in dilectio
Ioann.15. ne cæterisque virtutibus, [*Et operam detis*] id est diligentiam & conamen adhibeatis, [*Vt quieti sitis*] cu-
riositatem & loquacitatem, ac euagationes seu discursus vitando. Ait enim deus sublimis apud Esaiam,
Super quem requiescet spiritus meus, nisi super quietum & humilem? Rursusque alibi apud eundem,
Si reuertamini & quiescatis, salui eritis. In silentio & spe erit fortitudo vestra. ¶ Denique bonum est
Esaiæ.66. cum silentio præstolari salutare dei. Anima quoque secundum Aristotelem quiescendo fit prudens,
Esaiæ.30. [*Et vt vestrum negocium agatis*] id est quisq; faciat quod ad se pertinet, nec cū alienis & spertinētibus cau H
Thren.3. sis se occupet, vt sit vobis charitas ordinata, [*Et operamini manibus vestris*] opera vtilia, ocia enim dant vi
Aristote. tia: Iuxta illud Ecclesiast. Multam malitiam docuit ociositas. Hinc nanque de impiis canit Psalmi
sta, In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos superbia,
Eccles.33. operti sunt iniquitate & impietate sua. Nec mirum, quia vt dicit Iob. Homo ad laborem nascitur, &
Psalm.72 auis ad volandum. Vnde in Ezechiele legitur, Hæc fuit iniquitas Sodomæ, superbia, saturitas panis, abū
dantia, & ocium eius. Itaque operamini [*sicut præcepimus vobis, et vt honeste ambuletis ad eos qui foris sunt*]
Iob.5. id est coram extraneis exemplariter, irreprehensibiliterque viuatis, [*Et nullius aliquid desideretis*] sine
Eccles.19. rationabili causa. Vnde hoc verbo auaritia prohibetur. Quemadmodum etiam in exodo dicit. Non cō-
cupisces rem proximi tui. His itaque verbis curiosi, inquieti, seu vagabundi & cupidi notantur ac cor-
riguntur.
Exod.20. ¶ Deide docet apostol⁹ eos q de futura resurrectione minus plenè sperabāt, atq; ob hoc de amicorū suo
rū morte immoderatè dolebant, ac si omnino periissent, Itaque ait, [*Nolo autem vos ignorare fratres*] fi-
Epist. dei veritatem [*De dormientibus*] id est defunctis, qui per comparationem ad diuinam virtutem dormi-
Dan.12. re censentur, quia facilius à deo suscitabuntur, quàm dormiens ab homine excitetur. Vnde apud Danie-
Ioann.11. lē Gabriel, Multi (inquit) de his qui dormiunt in puluere terræ euigilabūtur. Hinc etiā Christus apud
Ioannem loquitur, Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt à somno suscitem illum. Loquitur autē

A scriptura de quadruplici dormitione seu somno, videlicet de somno naturæ quotidiano ac solito. De
quo in Marco legimus, Erat Iesus in puppi super ceruical dormiens. De somno culpæ. De quo ad Ro.
Tēpus est tā nos de somno surgere. De somno mortis, sicut in libris Regum de vnoquoque pene habe
tur, Dormiuit cum patribus suis. De somno item contemplationis, de quo in Gen. Misit dominus sopo Marci.4.
rem in Adam. Et in Cant. Somnus meus dulcis gutturi meo. [*Vt non contristemini*] de morte propinquo- Roma.13.
rum & charorum vestrorum inordinatè, ac si illi penitus esse desinerent, & nunquam eis reuniri posse- Genesi.2.
tis, [*Sicut & cæteri*] tristantur, [*Qui spem*] futuræ resurrectionis [*Non habent*] Non enim pereūt nobis pro Canti.2.
ximi nostri per mortē. Vnde dicitur deus sancto Iob omnia reddidisse dupla, quāuis nō habuerit plures
filios ac filias post, quàm ante. Nā & defuncti remanserunt denuo viuificandi. Possumus ergo & aliquā-
do debemus de morte proximorū tristari ac flere. Primò, propter naturalis pietatis affectū. Secūdò, pro- Iob.42.
pter monstrandum dilectionis iudicium. Tertiò ad cōsolationd aliorum. Quartò propter damnū quod
incurrit ecclesia ex morte iustorum. Sic Ambrosius planxit deuotos sacerdotes. [*Si enim credimus*] quod
vtique necesse est credere, [*Quod Iesus mortuus est*] in die parasceues [*Et resurrexit*] tertia die, [*Ita*] creden- Ambrosi.
dum est, quòd [*Et deus trinitas eos qui dormierunt*]. i. defuncti sunt [*Per Iesum*] id est in fide & gratia Chri- Actu.7.
sti qui obdormierunt in domino. Sicut de Stephano scriptum est in Actis apostolicis, [*Adducet*] ad re-
gnum cæleste beatificatos in anima & corpore [*Cum eo*] id est cum Christo, qui peracto iudicio cum e-
B lectis ascendet ad cælos. Ideo apud Ioannem ait, Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint Ioann.17.
mecum, vt videant claritatem meam, Vel adducet cum eo, quia electi qui interim moriuntur, glorifican
tur simul cum Christo, & in eius ductu ad iudicium venient. ¶ Insuper ponit Apostolus modum ac or-
dinem resurrectionis futuræ. [*Hoc enim vobis dicimus in verbo domini*] id est in doctrina Christi videlicet
sicut à deo didicim⁹, nec sermone proprio vtimur, [*Quia nos qui viuimus qui residui sumus*] id est illi ex no-
stris, qui in die iudicij fuerint viui inuenti atque superstites, itaque nec ab Antichristo, nec aliunde oc-
cisi sunt [*In aduentu domini*] id est in Christo ad iudicium descendente [*Non præueniemus eos*] id est non
resurgemus ante eos, [*Qui dormierunt*] id est qui longo tempore ante defuncti fuerunt: omnes enim si- 1.Cori.15.
mul resurgent, quoniam resurrectio erit in instanti, aut certè breuissimo tempore, sicut prædixit Apo-
stolus. In momento, in ictu oculi. Connumerat autem se Apostolus illis qui tunc erunt, propter vnita-
tem mystici corporis Christi, quod prima facie nō intelligētes Thessalonicenses putabant iudicium ge
nerale tempore Apostoli consummandum. Et hac occasione scripsit eis secundam epistolam. Quòd au
tem non præueniemus illos secundum hunc sensum, hinc constat, [*Quoniam ipse dominus*] Christus [*In* Esaię.9.
iussu] id est actuali imperio, quo mortuorum resurrectionem iubebit, [*Et in voce archangeli*] id est facta Ioann.6.
à seipso, qui est magni consilij angelus angelorumque princeps, de qua ait apud Ioannem, Veniet hora, Dan.12.
in qua omnes qui in monumētis sunt, audient vocē filij dei. Vel in voce archangeli. i. Michaëlis, qui est
C princeps & custos ecclesiæ: qui deo iubente dicturus est, Surgite mortui, venite ad iudicium. Multi au-
tem angelorum ministerium exhibebunt circa mortuorum resurrectionem, cineres colligendo, susci- Matth.24.
tando, ad locum iudicij deferendo, magnum quoque terrorem terribili voce ipiis incutiendo. Propter
quod in Matthæo legimus, Mittet angelos suos cum tuba. Vnde iam subditur, [*Et in tuba dei*] id est cū
prædicta voce archangeli vel imperio Christi, quæ nomine tubæ designantur, quoniam altè & clarè so-
nabunt. Vel, propter similitudinē tubæ corporeæ veteris testamenti, per quam Iudæi congregabantur
ad consilium, commouebantur ad prælium, vocabantur ad festum. Simili modo hac tuba resurgentes Sapien.5.
congregabuntur ad consilium iudicij, ad prælium orbis quoque terrarum pugnabit contra insensatos,
& ad solennitatem æternam, [*Descendet*] in propria persona atque visibili forma [*De cælo*] empyreo. Iu-
xta illud Apocalypsis, Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Apoc.1.
[*Et mortui qui in Christo sunt*] id est qui interim in Christo per mortem quieuerunt, [*Resurgent primi. De-* Actu.1.
inde nos qui viuimus] id est qui tunc viui inuenientur, [*Qui relinquimur*] id est qui vsque ad diem illum in Matth.22.
vita dimittentur, & sicut iam dictum est, residui erunt, [*Simul*] id est, pariter & eodem momento [*Ra* Iohel.3.
piemur] ab angelis, [*Cum illis*] qui ante nos quieuerunt, [*In nubibus*] quæ nos suscipient, sicut
Christum ascendentem nubes suscepit, [*Obuiam Christo in aera*] quia & nos in aërem transferemur, siue
leuabimur, & Christus descendet in aërem super vallem Iosaphat. Propter quod apud Matthæum in-
ducitur, Media nocte clamor factus est, Ecce spōsus venit, exite obuiam ei. Vnde in Iohele deus loqui- Finis.
D tur, Consurgant & ascendāt Gentes in vallem Iosaphat, quia ibi sedebo vt iudicem omnes Gētes in cir Matth.25.
cuitu. [*Et sic semper*] id est æternaliter [*Cum domino erimus*] in patria: prolata illa sententia, Venite bene-
dicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.
¶ Propterea magnaest difficultas, quomodo intelligendus sit iste priorum huiusmodi ac posteriorum
ordo, de quibus dicit Apostolus, Mortui qui in Christo sunt, resurgent: deinde nos qui viuim⁹, qui relin 2.Cori.15.
quimur. nunc enim prædictum est quòd omnes mortui simul resurgent etiam in momento ictúque
oculi, instantanea quippe erit resurrectio, quo ad id quod fiet à deo, videlicet quantùm ad ipsam ani-
mæ & corporis reassociationem. Virtus enim diuina, cum sit infinita, operatur in instanti. Quantùm ve
rò ad id quod fiet ministerio angelorum, scilicet quo ad cinerum collectionem, erit in breuissimo, &
vt communiter dicitur, imperceptibili tempore. Non ergo intelligi potest de prioritate ac posterioritā-
te temporali, sed nec de prioritate & posterioritate dignitatis intelligi potest, præsertim cum aliqui per-
fectissimi homines tunc viui inuenientur, qui nequaquam inferiores erunt hominibus, qui ante eos in
christo quieuerunt. Quidam igitur responderunt quod quidam resurgent ante alios, tempore. Et ad
verba apostoli dicunt, quòd licet singuli resurgent in momento, non tamen omnes eodem momento.
Lyra autem exponit alio modo, cuius expositio quamuis sit vera, tamē in textu elici non potest, nam &
multa verba subintelligit. vnde nec commemoranda videtur. Mihiverò (meliori saluo iudicio) appa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret quòd ista prioritas ac posterioritas referendæ sint ad ordinem quo incipit reparatio, vbi desit destru E
1.The.4. ctio. De viuis autem qui in die iudicii inuenientur in terra, aliqui dicunt, quòd in raptu quo rapiẽtur in aëra, morientur, & incinerabuntur, simulque cum aliis suscitabuntur. Secundum primam responsionẽ hanc dici potest, quòd prædicta prioritas & posterioritas resurrectionis erit tẽporalis, alij nanque ante hunc raptum resurgent, communius tamen tenetur quòd in igne conflagrationis morientur.

Cap. v. [*De temporibus autem & momentis, non indigetis vt scribamus vobis.*] Artic. v

Occasio in præcedenti capitulo Apostolus de resurrectione futura & die iudicij: nunc red
dit discipulos cautos circa expectationem illorum, ponitque doctrinas saluberrimas, cõpen
L diosas, moralitate repletas, quas qui impleuerit, futurũ illud iudiciũ securè expectat. Itaque
ait [*De temporibus autem*] secundi aduentus Christi seu resurrectionis communis, videlicet
quot anni restent anteq̃ compleatur, [*Et momentis*]. i. determinata hora qua venturus est
Matth.24. Christus: [*Non indigetis vt scribamus vobis*] quia quod sciri potest de hoc vobis iam constat. Sicut subiũ
gitur, [*Ipsi enim diligenter scitis*] i. cum magna aduertentia cognoscitis, [*Quia dies domini*]. i. hora finalis
iudicij, quæ dicitur dies non solùm propter solis illustrationem, sed & propter omnium operũ homi
num manifestationem. Tunc enim illuminabit dominus abscondita tenebrarum, [*sicut fur in nocte ita ve*
1.Cori. 4. *niet*]. i. latenter, improuisè & subitò accidet, sicut fur tempore noctis domũ ingreditur. Vel, sicut fur, i
prouisè in nocte, ita veniet. i. latenter aduenier ad similitudinẽ furis. Vnde in Matth.o legimus, Media F
nocte clamor factus est, ecce sponsus venit. [*Cum enim dixerint*] impij [*Pax*] nobis est, id est quies à malis
Matth. 22. præsentibus, [*Et securitas*] à futuris periculis [*Tunc repetent eos superuenit interitus*]. i. subitanea perditio
die iudicij, [*Sicut dolor in vtero habentis*]. i. tam pœnalis quàm est cruciatus mulieris parturientis [*Et non*
effugient] mortem, & iudicis manum. Istud ergo scitur de tempore & momento futuri iudicij, quòd im
prouisè veniet, atque celerrimè finietur. Sicut apud Matthæum legimus, Sicut fulgur exit ab oriente, &
apparet vsque ad occidentem, ita erit aduentus filij hominis. Quòd verò de tempore & momento sci
Matth.24. re non potestis, videlicet determinatam horam eius, & quantùm distet, nec mihi Paulo apostolo inno
tescit. Propter quod ait Saluator in actis Apostolorum, Non est vestrûm nosse tempora & momenta,
quæ pater posuit in sua potestate. Et alibi, De die autem illa & hora nemo scit, neque angeli cælorum.
Actu.10. [*Vos autem fratres non estis in tenebris*] ignorantiæ & peccati, [*Vt vos dies illa tanquam fur apprehendat*] hoc
Matth.24. est, in die illa improuisè comprehendamini atque damnemini à Christo iudice metuendo. Occasione
huius verbi apparet quibusdam, quòd in isto capitulo loquatur Apostolus potius de die particularis iu
dicij, qua quilibet visitatur per mortem, & iudicatur à Christo. Sciebat nanque Apostolus diem fina
1.The.4. lis iudicij multùm distare. Idcirco de die illa non dixisset dominibus sui temporis. Vos autem in tene
bris non estis, & cætera: quasi si in tenebris essent, ab illa die comprehendi potuissent. Sed istud facilè G
soluitur. Sicut enim in præcedenti capitulo dixit Apostolus de longe futuris eis, videlicet qui erunt vi
uentes circa diem iudicij in sua persona. Nos qui viuimus qui residui sumus &c. Ita hoc loco per præ
sentes designat futuros electos propter vnitatem mystici corporis Christi. Veruntamen omnia iam in
ducta exponi possunt de die particularis iudicij. Vt sit sensus, De temporibus autem & momentis, id est
qua die & qùa hora quilibet vestrûm moriturus & iudicandus sit à Christo, non indigetis vt scribamus
vobis. Nam ita incertum est tempus & momentum huius iudicij sicut illius, nec spectat ad vos talia sci
re. Vnde ait Saluator, Vigilate itaque quia nescitis diem neque horam. Quod autem sciri de hoc potest,
Matth.24. scitis. Ipse enim diligenter scitis quia dies homini, hoc est dies particularis iudicij, quæ dicitur dies do
mini, quia in ea facit dominus eum moriente particulare iudicium, tanquam fur in nocte, id est impro
Lucæ.12 uisè & subitò veniet: Iuxta illud, Qua hora non putatis, filius hominis veniet. Et Esaias, Veniet super te
Esaiæ.47. malum atque calamitas, & nescies ortum eorum, veniet super te miseria repente. Cum enim dixerint ho
mines carnales pax & securitas, arbitrantes diu in deliciis viuere. Prout apud Lucam quidam eorum es
Lucæ.12. fatur. Anima, habes multa bona, reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare, tunc re
pentinus eis superueniet interitus, id est mors improuisa ac subita. Sicut prædictis verbis euangelicis
additur. Dixit autem illi deus, Stulte hac nocte animam tuam repetent à te. ¶Denique super hæc
verba, Cum dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, dixit glossa. Ministri An
tichristi eo occiso in diebus sequentibus gaudebunt, ducentes vxores, cõuiuia celebrantes, & ioca diuer H
si generis exercentes ac dicentes, Licet princeps noster mortuus sit, nos tamen pacem habemus & secu
ritatem. Et cum talia dixerint, repentinus eis superueniet interitus. Hanc glossam reprobat quidam
hoc loco, sic dicens, Illud non videtur conuenienter dictum, glossa enim præmittit, quod Antichri
stus fulminabitur, & maxima pars sui exercitus cum ipso peribit. Non ergo est verisimilè quod rema
nentes erũt in tanta securitate, sed potius in timore. Et ita glossa sibimetipsi repugnare videtur. Item
est contra commune dictum sanctorum & doctorum, qui communiter asserunt omnes ad Christum
conuertendos Antichristo occiso, & eius falsitate detecta. ¶Porrò ad saluandum veritatem
glossæ & harum obiectionũ solutionem, huiusque dicti confutationem. Primò inducenda est scriptu
Matth.24. ra canonica. Ait nanque Saluator, Sicut fuit in diebus Noë, ita erit aduentus filij hominis. Sicut enim
Gene. 6.7. erant (inquit) in diebus Noë comedentes & bibentes, nubentesque & nuptui tradentes vsque in eum
diem in quo introiuit in arcam Noë, & non cognouerunt, donec venit diluuium & tulit omnes, ita
erit aduentus filij hominis. Ex verbis his euidentissimè constat, quòd aliqui impij erunt in mundo
prædicto, intenti operibus vsque ad ipsum Christi aduentum seu diem iudicii. ¶Præterea verba Apo
Lucæ.21. stoli quibus dixit, Dum dixerint pax & securitas, Augustinus exponit de carnalibus, qui non arescent
Augustin. præ timore & expectatione futuri iudicij. Non ergo simpliciter omnes boni erunt. Quod ergo pri
mò arguitur non esse verisimilè quòd post occisionem Antichristi, ministri eius gaudebunt in malis, di

A co cum Salomone, quia quem deus spernit, nullus corrigere potest. Ideo reprobi illi non corrigentur, Eccles.7.
visis tot signis, quibus meritò corrigerentur. Et hoc vtique verisimile est. Legitur enim in libro Nume- Num.16.
rorum, quòd postquam terra deglutiuit Dathan & Abyron & Chore in conspectu filiorum Israël, i
gnis quoque deuorauit ducentos quinquaginta viros fautores eorum, nihilominus filij Israël die sequẽ
ti insurrexerunt contra Moysen & Aaron. ¶ Denique Pharao rex Aegypti quantas dei plagas & signa Exod.7.
vidit ac passus est, non tamen se correxit? Gregorius quoque recitat de quibusdam qui visis pœnis futu- Gregorius
ris redierunt ad corpus, & tamen in vitiis permanserunt. ¶ Præterea quòd quidam asserit glossam esse
cõtra commune dictum sanctorum & doctorum, nequaquam putandum est. Nam & glossa illa non est
verbum glossatoris, videlicet Petri Lombardi, sed expositio Haymonis. Et idem dicunt Beda, Gorra, Haymo.
multíque alij. Verum est tamen, quòd sancti affirmant totum mundum conuertendum ad Christũ An Matth. 20.
tichristo occiso. Quod non est intelligendum tam absolutè, quòd singuli conuertentur, sed quia tam
multi conuertendi sunt, vt comparatione eorum, alij erunt paucissimi. Nunc quippe sunt multi vocati
& pauci electi in terra vel in seculo isto, tunc autem erit oppositio modo. Ioan.8.
¶ Cur verò Thessalonicenses non sint in tenebris, subdit Apostolus, [*Omnes enim vos filij lucis*] increatę, Ioann.1.
videlicet Christi [*Estis*] qui ait, Ego sum lux mundi. De quo refert Euangelista, Erat lux vera, quæ illu- Ioan.12.
minat omnem hominem. Vel, filij lucis, id est gratiæ & fidei. Vnde ait Saluator, Dum lucem habetis, cre
B dite in lucem, vt filij lucis sitis, [*Et filij dei*] hoc est temporis gratiæ, seu noui testamenti atque virtutum. Roma.13.
Vnde apud Romanos dictum est, Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Et Zacharias ait, Applica Zachar.2.
buntur gentes multæ ad dñm in die illa. Christus quoque per diem intelligi potest, sicut in hymno can
tatur, Christe qui lux es & dies, &c. [*Et non est nox*]. i. temporum iustæ vltionis. De quibus in Actibus Actu.7.
Apostolorum legimus, Tempora prioris ignorantiæ dispiciens deus. [*Neque*] estis [*Tenebrarum*]. i. vitio
rum ac diuersorum errorum. Hoc est non pertinetis ad tempora reprobationis & iræ, nec vitiis deseruí
tis, sed estis in tempore gratiæ, & statu salutis. [*Igitur non dormiamus*] somno culpæ, torpendo in vitiis, si
cut & cæteri ignaui, negligentes & intimorati, [*Sed vigilemus*]. i. vigili mente insistamus diuinis. Non e
nim dormientibus, sed vigilantibus prouenit regnum dei, [*Et sobrij simus*] temperantiam obseruando.
[*Qui enim dormiunt*] iacendo in vitiis [*Nocte dormiunt*]. i. tempore suæ internæ cæcitatis seu ignorantiæ Augustin.
hoc faciunt. Omnis enim peccans est ignorans secundum Dionysium & Aristotelem. [*Et qui ebrij sunt*]
gulosè viuendo, [*Nocte ebrij sunt*] hoc est in mentis caligine tales constituti sunt, ita vt rationis & gratiæ
lumine sint priuati [*Nos autem qui dies sumus*]. i. claritati virtutum intendimus, [*Sobrij simus*] quatenus ha Dionysius.
bentes victum & vestitum contenti simus. Vnde & Sapiens orat, Tantùm victui meo tribue necessaria, 1.Timo.6.
[*Induti loricam fidei et charitatis*]. i. sic interiora nostra armantes seu munientes fide, quantùm ad intelle- Prouer.30.
C ctum. Et charitate, quantùm ad voluntatem, quemadmodum armatur corpus materiali lorica, [*Et ga*
leam spem salutis] id est spe futuræ beatitudinis muniamus animam nostram, sicut defenditur corpus ga
lea corporali. Nam & spe salui facti sumus. Et omnes qui sperant in domino non infirmantur. [*Quia* Tit.3.25.
non posuit nos deus] in hoc mundo, vel in statu fidei Christianæ [*In iram*] id est ad hoc vt pereamus, [*Sed* Psalm.
in acquisitionem salutis]. i. ad hoc vt æternam fœlicitatem mereamur, [*Per dominum nostrum Iesum Chri*
stum]. i. virtute & gratia eius, [*Qui mortuus est pro nobis*] saluandis [*Vt siue vigilemus*] hoc est in hac carne
viuamus, seu exterioribus sensibus & ratione vtamur, [*Siue dormiamus*] dormitioni somni naturalis vel
mortis corporalis, [*Simul cum illo viuamus*] id est in Christo vitam gratiæ, vel gloriæ habeamus. [*Propter*
quod consolamini inuicem] id est vnus alium consoletur, si indiget. Iuxta illud Ecclesiastici, Ne desis plo
rantibus in consolatione, [*Et ædificate alterutrum*] id est mutuò exemplares estote in verbis & actibus,
ne quis ponat offendiculum proximo, [*Sicut et facitis*] Deinde apostolus instruit subditos, [*Rogamus* Eccles.7.
autem vos fratres vt noueritis] per effectum, id est nosse vos demonstretis, [*Eos qui laborant inter vos et præ-* Roma. 14
sunt vobis in domino] id est efficiales superioresque vestros, qui in spiritualibus & temporalibus proui
dẽt vobis, & de vestra salute soliciti sunt, [*Vt habeatis illos abundantius*] solito & magis quàm cæteros [*in*
charitate] diligendo eos feruenter tanquam patres spirituales ac pastores. Quos tantò feruentius amare
debetis, quantò maiora ab eis fortimini bona. Et hunc amorem opere declarate, reuerenter obediendo,
atque in necessariis ministrando [*Propter opus illorum*] id est propter exigentiam iuris ex parte admini-
D strationis quam vobis impendunt, [*Pacem habete cum eis*] nunquam murmurando, contendendo, aut re
bellando. Qui enim bene præsunt presbyteri, duplici honore digni sunt. Et qui potestati resistit, dei or 1.Timo.5.
dinationi resistit, damnationémque acquirit. [*Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos*] id est mente Roma.13.
aut corpore instabiles, gyrouagos, curiosos & contentiosos, [*Consolamini pusillanimes*] ne aduersis fran- Epist.
gantur, sed firmiter sperent in deo. [*Suscipite infirmos*] corde aut corpore, languorem eorum interiorem
aut corporalem pro posse sanando, cósque fouendo, ac supportando, [*Patientes estote ad omnes*] quia qui Prouer.14.
patiens est, multa gubernatur prudentia, & in patientia consistit possessio animæ. [*Videte ne quis malum* Roma.12.
pro malo alicui reddat] quoniam & alibi dictum est, Noli vinci à malo, sed vince in bono malũ. Et Psal- Psalm.7.
mista, Si reddidi (inquiens) retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis. Vnde & Prouer. 20
Salomon in Prouerbiis, Ne dicas quomodo fecit mihi, sic faciã ei: expecta dominum, & liberabit te. A- Eccles.28.
pud Eccles. quoque ait scriptura, Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata
soluentur, [*Sed semper quod bonum est sectamini*] id est exequamini vel imitemini, [*In inuicem*] vt vnus
imitetur bonum alterius, & alter alteri bona impendat, [*Et in omnes*] extraneos, sectamini bonum his mo
dis. Virtutes igitur aliorum consideremus & imitemur, non vitia [*Semper gaudete*] in domino, vtputa o- Lucæ.18.
mni tempore opportuno, tam in aduersis q̃ prosperis. Similiter, [*Sine intermissione orate*] nullam debi-
tam orationis horam omittendo [*In omnibus*] quæ accidunt vobis. Et in prosperitatibus aliorum. [*Gra-* Esaiæ.63.
tias agite] deo: quemadmodum Esaias fecit, cum dixit, Miserationum domini recordabor, laudem domi

Universidad de Deusto
Biblioteca

ni super omnibus bonis, quæ reddidit nobis. [*Hæc est enim voluntas dei*].i. horum executio placet deo [*in christo Iesu*] id est prout Christus edocuit, & sicut ipsi in Christo hæc placuerunt [*In omnibus vobis*] quia vult deus vt vos omnes ista agatis, [*Spiritum*] .i. spiritus sancti donum, videlicet gratiam deuotionis, & sancti feruoris [*Nolite extinguere*] in vobis. vel aliis, aperiendo cordis vestri ianuam dæmoni seu peccato mortali, [*Prophetias*].i. expositiones scripturarum, eloquia prophetarum, seu reuelationes quæ interdum simplicibus fiunt, [*Nolite spernere*] sed reuerenter audite ac discite. [*Omnia autem probate*] id est vniuersa quæ probatione digna sunt, per rationem discutite, separando preciosum à vili. Quæ verò manifestè mala sunt atque prohibita, discussione non indigent [*Quod bonum est*] rectæ rationis iudicio, vel scripturæ testimonio [*Tenete*] memoriter & operanter, inhærendo iugiter actibus virtuosis. [*Ab omni specie mala abstinete vos*] id est non solùm veraciter, sed & apparenter mala vitate, ne quis scandalizetur.

¶ Præterea orat Apostolus pro Thessalonicensibus, quatenus deo operante exhortationes seu iussiones præmemoratas adimpleant. [*Deus autem pacis*] dator & custos, [*Sanctificet vos per omnia*].i. vniuersis virtutibus mundet, ornet, atque perficiat vos, [*Vt integer*] id est à corruptione vitiorum immunis [*spiritus vester*] id est mens seu superior pars animæ [*Et anima*] quantùm ad vires suas inferiores, integra à læsione peccati. Incorruptio enim facit proximum esse deo, [*Et corpus*] vestrum integrum, id est inuiolatum [*sine querela*] id est irreprehensibiliter [*In aduentu domini nostri Iesu christi*] id est vsque ad terminum vitæ præsentis, [*Seruetur*] per gratiam custodientem. Vel, in aduentu Christi, id est ad hoc vt in secundo Christi aduentu appareatis coram eo cum anima & corpore glorioso. Hæc autem fidenter oro. [*Fidelis enim est*] deus, id est verus in sermonibus suis, [*Qui vocauit vos*] ad statum salutis, [*Qui etiam faciet*] id est preces vestras exaudiet, sicut promisit de eo diuinus Psaltes, Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet. Omnis enim qui petit, accipit, & qui quærit inuenit. Quis nanque inuocauit eum, & despexit eum? Sed agendum est, quòd rursus hortatur Psalmographus, Lætetur cor quærentium dominum, quærite faciem eius semper. Qui sic inuocat, procul dubio sortietur fœlicem effectum. [*Fratres orate pro nobis*] Ecce verbum eximiæ humilitatis quo tantus Apostolus discipulorũ suorum quærit suffragium. [*salutate fratres omnes*] vobis opportunè occurrentes [*in osculo sancto*] non carnali aut simulato. [*Adiuro vos per dominum, vt legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus*] id est veraciter Christianis. ¶ Circa hoc quæri posset quomodo adiuratio sit licita, etsi liceat hominem adiurare. Et videtur quòd non. Ait enim Origenes super Matthæum, Non oportet vt vir qui vult secundum Euangelium viuere, adiuret alium: si enim iurare non licet, nec adiurare. In oppositum est ipse apostolus adiurans hoc loco discipulos suos. Et respondendum est secundum Thomam, quòd adiurare non est alium ad iurandum inducere. sed per similitudinem iuramenti à se inducti, alium ad aliquid agendum prouocare. Dicitur enim adiurare quasi ad aliquid iurare, videlicet vt aliquid fiat ab alio: Sic autem potest homo adiurare superiores suos per modum deprecationis: Subditos verò per modum iussionis, quos etiam per adiurationem constringere potest propter necessariam causam. Cum verò aliquis vult ab alio quippiam obtinere per adiurationem sine impositione necessitatis, talia adiuratio omnibus licet. Origenes autem loquitur de adiuratione, qua quis vult alium cogere vt sibimetipsi iuret, quemadmodum princeps sacerdotum adiurauit Christum. Horum determinatio plenius continetur secunda secundæ quæstione 89. [*Gratia domini nostri Iesu Christi*] sine qua nullo momento esse potestis in statu salutis, sit semper [*Vobiscum*] Ipse enim ad supernaturalem finem nos condidit, ad quem perduci non possumus, nisi per supernaturalia media. Ideo nunquam de nobis præsumere, nunquam inaniter gloriari debemus: sed pietati benignissimi creatoris indesinenter inniti, qui est super omnia deus sublimis & benedictus. [*Amen.*]

Hiere.15. Galá.7. Eccles.32. Sapien.6. Matth.20. Psalm.144 Matth.7. Luc.11. Eccles.2. Psalm.104 Colos.4. Origenes. Thomas. Matth.26. Ioann.15. Iudith.6.

IN EPISTOLAM SECVNDAM AD THESSALONICENSES PROEMIVM.

Sapien.6. Eccles.6. 1.Timo.4.

CLara est, & nunquam marcescit sapientia, & facilè inuenitur ab his qui diligunt, & quærunt eam. Quoniam veraciter scriptum est, Auris bona cum omni concupiscentia audiet sapientiam. Thessalonicenses tanquam boni discipuli doctrinam præcedentis epistolæ cum ingenti diligentia aduerterunt. In qua cum scriptum conspicerent, Nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis &c. opinati sunt christum fuisse ad iudicium finale venturum in diebus suis. Præsertim & cum tribulationes eorum penè quotidie augerentur. Quo cognito scripsit eis apostolus ab Athenis hanc secundam epistolam per Tychicum & Onesimum, qui & priorem detulerunt epistolam, & verba Thessalonicensium retulerunt apostolo. Hortatur ergo eos apostolus ad patientiam, & diem iudicij nondum instare testatur, inquietósque durè redarguit.

Cap. 1. [*Paulus et syluanus et Timotheus ecclesiæ Thessalonicen.*]

Articulus 1.

Aulus et syluanus et Timotheus ecclesiæ Thessalonicensium in deo patre nostro et Domino Iesu christo.] Omnia verba hæc in exordio epistolæ præcedentis exposita sunt. Nam & verbo & sensu idem est vtriusque epistolæ principiũ. [*Gratias agere debemus deo semper*] .i. omni tẽpore cõgruenti [*Pro vobis*].i. propter bñficia vobis diuinit⁹ prẽstita, ô [*Fratres*] ad hoc eñ tenemur tãq̃ pastores vñi. Charitas quoq; qua de vra salute gaudem⁹, & dei honorẽ cõcupi

mus ad hanc nos gratiarum actionem constringit, [*Ita vt dignum est*].i. multùm affectuosè atque humiliter, sicut pro tantis beneficiis, tanto benefactori à tantillis gratias agi decet, [*Quoniam supercrescit*] id est plurimùm proficit [*Fides vestra*] nam per illuminationem spiritus sancti fit clarior, atque per opera bona viuacior, [*Et abundauit charitas vniuscuiusque vestrum in inuicem*].i. vnusquisque vestrũm alium amat feruenter spirituali & sancta dilectione, [*Ita vt nosipsi in vobis*].i. de vestra perfectione, in perfectionis vestræ consideratione [*Gloriemur in ecclesiis dei*] coram congregationibus Christianorum, ad quorum ædificationem lætanter referimus vestras virtutes. Gloriamur, inquam, [*Pro*] id est de [*Patientia vestra & fide*] quæ fortiter conseruastis [*In omnibus persequutionibus vestris*] quæ extrinsecus infligũtur, [*Et tribulationibus*] aliis, [*Quas sustinetis in exemplum*].i. in declarationem [*iusti iudicij dei*] futuri in morte cuiuslibet, vel in die nouissimo. Tribulationes quippe quas sustinetis, testantur & manifestãt quòd deus post hanc vitam iudicat patientes & inferentes, reddens singulis quod merentur, videlicet patientibus gloriam. Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria. Cùm nanque cernamus in hac vita impios prosperari, & iustos opprimere, iustos autẽ aduersitatibus fatigari & opprimi etiam vsque ad mortem, oportet concedere ꝙ iustus & sapiens deus post hanc vitam omnia rectè disponat, iustè iudicet, & optimè ordinet. Quòd non fit nisi per iustam damnationem malorum, & beatificationem iustorum, [*Vt digni*] id est glorioſi [*Habeamini,*] Vel, digni habeamini, id est digni sitis per opera sancta [*In regno dei*] id est in ecclesia triumphante ac throno cælesti, [*Pro quo*] videlicet vt sic digni habeamini, [*Et patimini*] tãta aduersa, pensantes illud Euangelij, Gaudete in illa hora & exultate, ecce enim merces vestra copiosa est in cælis. Si enim compatimur, & conregnabimus, [*Si tamen*] id est quia [*iustum est apud deum*].i. in mente diuina hoc iustum cẽsetur, [*Retribuere tribulationem his qui vos tribulãt*] id est persequutoribus vestris debitas reddere pœnas pro pœnis quas vobis infligunt. Quod vtique iustũ est, & continget, sicut & Psalmista testatur, Qui custodit veritatem in seculum, facit iudicium iniuriam patientibus. Vnde in Iob habetur, Deus inultum abire nõ patitur. Iustum quoque est apud deum [*Et vos qui tribulamini*] propter iustitiã, [*Requiem dare*] æternam [*Nobiscum*] in patria. Ideo nanque in lib. Sapientiæ legimus, Deus tentauit illos, & inuenit illos dignos se. Idcóque accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu domini. Et in Apoc. Isti sunt qui venerunt de tribulatione magna, ideo sunt ante thronum dei. Hæc autẽ retributio plenariè fiet, & iustum est apud deum eam compleri, [*In reuelatione*] id est manifesta apparitione [*Domini Iesu*] venientis [*De cælo*] in die nouissimo [*Cum angelis virtutis eius*] id est angelis sanctis suæ diuinæ potestati, imò & suæ humanitati subiectis, [*In flamma ignis dantis vindictam*] id est in reuelatione Iesu dantis in flamma ignis, id est per ignem flammantem, vindictam .i. iustam vltionem, [*His qui non nouerunt deum*] scientia formata, quę facit quod nouit agendũ, id est iniustis, qui & si dicant se nosse deum, factis negant. De hac enim scientia ait Ioannes in prima sua canonica, Qui dicit se nõ nosse deũ, & mandata eius non custodit, mendax est. Vel, per ignorantes deum, intelliguntur idololatræ, [*Et*] his [*qui non obedsunt Euangelio*] id est euangelicæ doctrinæ [*Domini nostri Iesu Christi.*] De hac Christi reuelatione & flamma ignis, Psaltes Dauid clarissimè prophetauit, Deus manifestè veniet, deus noster, & nõ silebit. Ignis in conspectu eius exardescet.]*Qui*] nescientes & inobedientes [*Pœnas dabunt*] id est persoluent & luent [*in interitu æternas*] id est æternaliter perdurantes, & quasi occidentes, nõ tamen extinguentes eos quos punient. Vnde hæ pœnæ sunt mors secunda, æterna & amarissima. Has igitur pœnas dabunt .i. sustinebunt sibi inflictas, [*A facie domini*].i. à præsentia Christi, qui dicet, Ite maledicti in ignem æternum, cuius facies reprobis erit horrenda ac pœnalissima, vt dicant montibus & petris, Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira ignis [*Et a gloria virtutis eius*].i. ab excelentia seu maiestate potentiæ Christi, quia in suo imperio reprobos in pœnas inferni detrudet. Data nanque est ei omnis potestas in cælo & in terra [*Cum venerit*] Christus [*Glorificari*] hoc est glorioſus atque magnificus apparere [*In sanctis suis*] id est in præmiatione seu glorificatione electorũ suorum, [*Et*] cùm venerit [*Admirabilis fieri*] in cordibus omnium intuentium, [*In omnibus qui crediderunt*] id est in iusta retributione seu præmio vniuersorum fidelium, bonos saluando, impiósque damnando, Ex quo effectu cunctis patebit quàm admirabilis sit dominus Iesus, quemadmodum scriptum est, Mirabilis deus in sanctis suis. Signum verò quòd omnia ista sic fiẽt, est, [*Quia creditum est testimonium nostrum*] id est attestatio seu prędicatio nostra de iusto iudicio dei credita est [*super vos*] id est à vobis vel in cordibus vestris. Hoc etiam sensit Esaias qui habet, Spiritus domini super me, id est in me creditum est [*in die illo*] id est sicque complebitur in die nouissimo, quando omnes simul remunerabuntur. Vel, in die illo .i. de die illo, quia de die iudicij credidistis quæ prędicauimus vobis. [*In quo*] negotio seu testimonio prædicationis nostrę [*Etiam oramus semper pro vobis, vt digneiur*] .i. dignos efficiat [*Vos vocatione sua*].i. beatitudine ad quam vocati estis, [*Deus noster impleat omnem voluntatem bonitatis suæ*] id est quicquid suæ pietati placitum est, ad effectum perducat in vobis, quatenus faciat vos suis præceptis atque consiliis misericorditer datis obedire in omnibus. Impleat quoque [*Et opus fidei*].i. opera virtuosa ex fide nascentia, sine quibus fides mortua est in seipsa. Vel, opus fidei propriè intelligitur oris confessio, qua quis fidẽ profitetur. Corde enim creditur ad iustitiam, ore verò confessio fit ad salutẽ. Quæ confessio summè necessaria fuit martyribus tẽpore apostolorũ. Et postmodũ diu [*In virtute*] cõstantiæ seu animi firmitate, vel fortiter stetis, atque in finẽ perseueretis [*Vt clarificetur nomen domini nostri Iesu Christi*] id est ipse Christus clarificetur, [*In vobis*] dupliciter. Primò, vt cũ syncerè cognoscatis, & dignè honoretis. Sic enim clarificatur .i. clarè habetur, scitur & honoratur in cordibus vestris. De tali clarificatione ait Saluator, Pater, venit hora, clarifica filium tuum. Secundò, vt diuina perfectio Christi in vobis appareat, & ita Christ⁹ in vobis per suũ prędarum effectũ innotescat seu declaretur, [*Et vos in illo*] id est in Christo clarificemini, videndo eum in patria facie ad faciem. Nõ ergo eodem modo clarifica-

A
B
C
D

Matth.25. Apoc.6. Matth.28. Finis. Pſal.67. Esa.48. Luc.6. Rom.8. Pſalm.145. Iob 24. Sap.3. Apoc.7. Tit.1. Ioan.17. 1.Cor.13. 1.Ioan.2. Galat.4. Pſal.49. Apoc.21. Iob 22. Act.14. 2.Cor.5. Iacobi 2. Rom.10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur Christus in nobis,& nos in illo.Per hoc enim,quod ipse clarificetur in nobis,nihil perfectionis aut E
gloriæ ei accrescit.Per hoc autem,quod nos clarificamur in Christo,summè perficimur.Sic igitur cla-
rificemini in illo,[*Secundum gratiam dei nostri*] id est iuxta mensuram gratiæ vobis à sancta trinitate ex-
hibitæ,[*Et domini nostri iesu Christi*]id est secundum eandem gratiam, quæ nobis per Christum tanquã
per mediatorem & causam meritoriam datur. Hoc dicit Apostolus, ne quis propriis meritis principa-
liter innitatur.

Cap. 11. [*Rogamus autem vos fratres per aduentum domini.*]
Articulus 11.

2. Thess.1. Epist.

OMpleta gratiarum actione & oratione pro Thessalonicensibus deo oblata in præcedenti capitulo, nunc corrigit errorem eorum & instruit eos quid de die iudicij sit tenendum, [*Rogamus autem vos fratres per aduentum domini nostri iesu Christi*] ad extremum iudicium, [Et]per aduentum [*Nostræ congregationis*]id est per collectionem omnium fidelium,[*In ipsum*] id est ad Christum ad quem o-
mnes in die iudicij adducentur.Sic autem rogare,est obsecrare, [*Vt non cito*] id F
Matth. 22. est non facilè,neque in breui hora,seu modico tempore,[*Moueamini*]id est rece
Eccles. 19. datis, [*A vestro sensu*] id est à vero intellectu scripturæ quem didicistis. Qui e-
nim citò credit, leuis est corde. Vel,non moueamini ad instabilitatem atque errores à vestro sensu, id
est propria sensualitate & naturali ratione, propriis adinuentionibus ac imaginationibus potius quàm
scripturæ authoritati innitendo,[*Neque terreamini*]vano terrore,arbitrantes instare diem iudicij,& per-
sequutiones grauissimas, quæ ipsum præcedent, [*Neque per spiritum*] quamuis diabolus se in angelum
lucis transfigurans asserat instare diem nouissimum, [*Neque per sermonem*] cuiuscunque prædicatoris,
2.Cor.11. [*Neque per epistolam tanquam per nos missam*] id est quamuis aliquis pseudoapostolus miserit vobis epi-
stolam nostro nomine intitulatam,sicut interdum fecerunt pseudoapostoli causa fallẽdi, [*Quasi instet*]
id est in proximo venturus sit,[*Dies domini*]id est tempus finalis iudicij.[*Ne quis vos seducat*]ad hoc æ-
stimandum,[*Vllo modo.*]error enim & falsitas semper vitanda sunt. [*Quoniam nisi venerit discessio pri-
mum*]id est dies domini nõ erit in actu,nec Christus generale iudicium faciet,nisi primùm, id est ante,
venerit discessio gentium à Romano imperio,quæ iam pro magna parte impleta est.Vel,discessio par-
ticularium ecclesiarum ab obedientia Romanæ ecclesiæ.Vel vt aliis amplius placet, Nisi venerit discef
Matt.24. sio Christianorum à fide catholica. non quòd omnes à fide recedent, sed multi. Dicit enim saluator,
1.Tim.4. Quod tunc abundabit iniquitas, & refrigescet charitas, sicque fides vera in multis deficiet. Propter G
1.Petri 3. quod Apostolus dicit primę Tim.Spiritus manifestè dicit,quia in nouissimis diebus discedent quidam
à fide.Et Petrus in secunda epistola.Venient in nouissimis diebus illusores iuxta proprias concupiscen
tias ambulantes & dicentes,Vbi est promissio aut aduentus eius?Non dicit Apostolus, quòd mox ven
turus sit Christus ad iudicium, discessione ista completa, sed quòd non veniet nisi ista præcedãt. Ta-
men ista discessione facta, præparata erit via Antichristo,vt recipiatur penè ab omnibus. Idcirco veri-
simile est, quòd post discessionem statim veniet Antichristus, vel nascendo, vel publicè prædicando,
vt aliqui asserunt.Ideo de aduentu Antichristi,qui est secundũ quod præcedet diem iudicij, subditur,
[*Et reuelatus fuerit*]id est manifestatus mundo, imò seipsum hominibus manifestauerit, [*Homo peccati,
filius perditionis*] id est Antichristus, per excellentiam homo peccati vocatus, tanquam omnibus vitiis
præ cunctis hominibus plenus,& cæteris quasi fons & origo peccandi existens ad æternam damnatio-
nem seu perditionem immoderatissimè tendens,[*Qui aduersatur*]id est Christo aduersãbitur ac toti ec-
1.Cor.8 clesiæ.[*Et extollitur*]id est per superbiam erigetur,[*Supra omne quod dicitur deus*]id est vniuersis creatu
ris(quæ vel singulari perfectione,vel vna hominum opinione dij vocantur)se præferet, [*Aut quod co-
litur*] id est etiam per tumorem elationis grauissimę supra verum deum extolletur. Non quòd dictu-
Iudith. 3. rus sit se deo maiorem, sed quoniam deum nil prorsus timebit, atque diuinæ voluntati suam in omni-
bus præferet,diuinum cultum exterminans,& suum inducens.Cuius figura fuit,quod de Nabuchodo
nosore scribitur, Qui Holoferni præcepit omnes deos terræ exterminari, vt ipse solus à suis subditis, H
imò ab omnibus coleretur vt deus,& deus vocaretur, [*Ita vt*] Antichristus [*In templo dei sedeat, ostẽ-
dens se*]suis cultoribus,[*Tanquam sit deus*]Nam & deum & dei filium se vocauit. Per templum verò,in
quo sessurus est,intelligitur templum quod ipse cum Iudæis sibi adhærentibus (vt fertur) in Hieruſa-
lem ædificabit.[*Non retinetis*]memoriter,[*Quod cum adhuc essem apud vos*]corporali præsentia in vestri
cõuersione,[*Hæc*]quę nũc scribo de discessione & Antichristo ac die iudicij,[*Dicebam vobis?*]proprio
ore?[*Et nunc quid detineat*]id est Antichristi aduentum differat, [*Scitis*] videlicet quia discessio nondũ
completa est,nec tempus diuinitus præstitutum seu præordinatum aduentui Antichristi aduenit.Hoc
igitur detinet,sic tamen,vt[*Reueletur*]homo peccati[*in suo tempore*] id est diuinitus prædisposito. Re-
1.Ioan.2. uelabitur enim aliquãdo,quod patet ex hoc, [*Nam mysterium iam operatur*].i.diabolus per Neronẽ & a-
lios tyrannos tẽpore isto facit peccata præfiguratiua malitiæ Antichristi. Persequutio quippe Nero-
nis & aliorũ similium occidentiũ Christianos prefigurauit persequutionẽ ab Antichristo fidelibus in-
fligendã.Et sicut Nero occidit Petrũ & Paulũ,sic Antichristus occidet Enoch & Heliam.Denique si-
cut Abel,Ioseph,Dauid,Sãson & alij multi Christi figuræ fuerunt:sic Nero,Simon magus,Antiochus
illustris,Diocletianus Antichristi erant figuræ.Vel sic,& redit quasi in idem.Nã mysterium iniquita-
tis.i.iniquitas mysterialis occulta & figuratiua iniquitatis in Antichristo futuræ,iã operatur in Nero-
Hieron. ne,cæterisque prædictis qui nunc talia operantur contra Christum & sanctos, qualia tunc operabitur

A Antichristus.Hoc loco ait beatus Hieronymus, quòd Apostolus dixerit sciri à Thessalonicẽsibus,hoc
loco non exponit apertè. Ideo nos qui nescimus quòd illi sciebant, peruenire cum labore ad id quod
sentit Apostolus,cupimus,nec valemus,præsertim quoniam verba sequentia hunc sensum faciunt ob-
scuriorẽ.Quid enim est quod subditur? [*Tantum vt qui tenet, nunc teneat, donec de medio fiat.*] Denique Augustꝰ.
circa hæc verba Augustinus fatetur,Ego prorsus ignoro quid dixerit.Glossa tamen exponit hunc locũ
variis modis,quorum vnus, Mysterium iniquitatis iam operatur secundum sensus indoctos, tantũ hoc
restat implendum,antequam filius perditionis appareat, vt qui tenet nunc.i. homo iam tenens Roma-
num imperium,teneat illud.i.qui imperat imperet, donec ipsa Romani imperij potestas de medio fiat.
i.penitus deleatur.Nam ante aduentum Antichristi cessãbit, vt dicitur. Vel sic,vt qui tenet fidẽ,teneat
eam,donec ipsa fides de medio fiat.i.tollatur quantũ ad plurimos,sicut expositum est. [*Et tunc*].i.dis-
cessione hac triplici cõsummata,[*Reuelabitur*] id est seipsum ostendet, & regnare incipiet, [*Ille iniquus
quem dominus iesus interficiet spiritu oris sui*].i.suo præcepto iubens eum occidi à Michaële, vel per seip-
sum eum occidens suo aspectu.Vnde apud Danielem de Antichristo scriptum est, Sine manu conte- Danie.8.
retur. Quidam etiam dicunt quod fulminabitur,& in Esaia legitur, Spiritu labiorum suorum interfi- Esa.11,
ciet impium. Quidam per spiritum oris Christi intelligunt spiritum sanctũ, cuius virtute occidendus Finis.
B est Antichristus, [*Et destruet illustratione aduentus sui eum*].i.dominus Iesus conteret & damnabit Anti-
christum cũ suis,suo claro aduentu ad iudicium,quãdo dicturus est, Ite maledicti in ignem æternum. Matth. 25.
[*Cuius est aduentus secundum operationem Satanæ*]Duplex ponitur Antichristi aduentus. Primus,occul-
tus, qui pertinet ad eius generationẽ. Alter, manifestus pertinens ad eius prædicationem. De quo iam
tractat Apostolus,aduentus ergo.i.manifestatio Antichristi,qua se hominibus ostendet tanquam verũ
Christum ac filium dei est. i.erit. Loquitur enim Apostolus more prophetico de futuro per modum
præsentis,secundum operationẽ Satanæ.i.dæmone cooperãte,[*In omni virtute*] potestatis humanæ.Ma
ximam enim habebit multitudinem ministrorum,& omnibus diuitiis abundabit, nec erit qui ei pote-
rit humana virtute resistere,[*Et signis*]quantùm ad miracula minora,[*Et prodigiis*]quantùm ad maiora
[*Mendacibus*].i.apparentibus,vel ad fallendum ordinatis.¶Solet autẽ quæri,an Antichristus & eius mi
nistri vera miracula facient.Et respondendum,quòd si de miraculis propriissimè loquamur, videlicet
tanquam de effectibus totam naturalem facultatem ac ordinem rerum transcẽdentibus, tunc nõ faciet
miracula verè,sed solũ apparenter,& in præstigiis illudendo sensus humanos. Nẽpe talia fieri nequeũt
nisi virtute diuina. De quibus ait Psalmographus, Benedictus dominus deus Israël, qui facit mirabilia Psalm.71.
solus.Talia fecit Christus:sicut ait,Si opera non fecissem quæ nemo alius fecit, peccatum nõ haberẽt. Ioan.15.
Si autem loquamur de miraculis magis cõmuniter,velut de effectibus incõsuetis, & præter solitũ cur-
C sum,naturalemq; modum productis,sic facient vera miracula adiuuante diabolo. Vnde in Apoc.legi-
tur,Dedit illi draco virtutem & potestatem magnam.Et rursus, Fecit signa magna,vt etiam ignem fa- Apoc.13.
ceret de cælo descendere in conspectu hominum:& seducet habitantes in terra,propter signa quæ da-
ta sunt illi.Hoc & Christus in Euangelio testatur,Surgent,inquiens,pseudochristi,& dabunt signa ma
gna,ita vt in errorem ducantur,si fieri potest,etiam electi.Dicuntur tamen miracula ista mendacia, nõ
formaliter,sed finaliter, quia ad fallendum seu falsitatum confirmationem ordinabuntur. Aliqua autẽ Marc.13.
erunt omnino mendacia siue phãtasmata ad illudendum hominibus [*Et in omni seductione iniquitatis*].i.
in omni genere deceptionis iniustæ ad iniquitatem trahentis, [*His qui pereunt*].i.ad damnationẽ repro-
borum.Variis autem modis Antichristus decipiet mundum, videlicet simulatione sanctitatis, scriptu-
rarum allegationibus, sapientia & ornatu sermonis, eminentia miraculorum, promissione diuitiarum,
terrore minarum,potestate,prosperitate, ac multitudine ministrorum suorum. Sic ergo veniet repro-
bis,[*Eo quod charitatem veritatis*].i.veram dilectionem seu Christi,qui veritas est,amorem[*Non recepe-* Ioan.14.
runt]perseuerando in ea vt salui fierent,à promerendo vitam æternam,ad quam sola perseuerantia du- Matt.24.
cit.[*Ideo*].i.in pœnam huius peccati [*Mittet*] permissiuè [*Illis deus operationem erroris*].i.fallacias Anti-
christi, [*Vt credant mendacio*].i.falsæ doctrinæ Antichristi. Tenetur autem hic dictio,vt, consecutiuè,
non causaliter,[*Vt inducentur*].i.ab electis discernantur,ad sinistram ponantur & condemnentur,[*Om-
nes qui non crediderunt*]fide formata ac stabili,[*Veritati*] euangelicæ legis,[*Sed consenserunt iniquitati*] do Marc.16.
D ctrinæ & operum Antichristi,[*Nos autem*] pastores vestri,[*Debemus*] debito condescentiæ vel charita-
te exigente,[*Gratias agere deo semper pro vobis*].i.vice vestra,vel pro beneficiis vobis collatis,ô [*Fratres
dilecti a deo*] Quibus conuenit illud Ioannis,Nos ergo diligamus deũ, quoniam ipse prior dilexit nos,
[*Quod elegerit vos deus*]id est ab æterno prędestinauerit,[*Primitias*]id est ad hoc vt essetis primi de Chri 1.Ioan.4.
sti fidelibus, [*In salutem*] id est ad obtinendum fœlicitatem æternam.Erant enim Thessalonicenses de
primitiua ecclesia,[*In sanctificatione spiritus*] id est in infusione gratiæ spiritus sancti, seu baptismo vbi
spiritus sanctus datur,& homo sanctificatur ad obtinendam salutem, [*Et fide veritatis*] id est fide catho
lica data à Christo,qui est veritas prima. Nam per sanctificationem istam & fidem acquiritur salus æ-
terna,ad quam pertinet diuina electio.[*In quam*] id est ad quam veram fidem, [*Et vocauit vos*]deus vo- Ioan.14.
catione suæ inspirationis internæ, [*Per euangelium nostrum*].i.per prædicationem sancti Euangelij à no
bis exhibitam, qua admoniti estis ad fidei susceptionem,quam & deus vobis infundit,[*In acquisitionem
gloriæ*].i.ad adipiscẽdam beatitudinẽ, [*Domini nostri iesu Christi*]qui ait, Qui credit in me,habet vitam
æternam.Itémque,Beati qui non viderunt & crediderunt. [*Itaque fratres state*]in gratia,non ruentes in
vitia,[*Et tenete traditiones*]id est morales institutiones seu iussiones implete,[*Quas didicistis,siue per ser-* Ioan.6.
monem]vocalem oris nostri,[*siue per epistolam nostram*]præsentem seu præcedentem,[*Ipse autem domi-* Ioan.20.
nus noster iesus christus et deus pater noster].i.trinitas vel persona patris, qui est de' creatione,& pater gu
bernatione ac dilectione,[*Qui dilexit nos*]ab æterno,quemadmodũ beneficia testantur. Nã & propter Ephe.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nimiam charitatem suam qua dilexit nos, filium suum misit in similitudinem carnis peccati, [*Et dedit*] nobis, [*consolationem æternam*] nunc in spe, & per quandam inchoationem frequenter nos lætificando, E
nostram redemptionem annunciando, futura præmia proponendo ac promittendo, imò & in omni tribulatione nostra nos cõsolando. Hanc consolationem æternam daturus est tandem in re, & per fœlicẽ
Ioan. 16. consummationem. Propter quod ait Christus discipulis suis, Iterum videbo vos, & gaudium vestrum
nemo tollet à vobis. Ideo subditur, [*Et spem bonam in gratia*] .i. per gratiam suam præstitit vobis certam
ac piam fiduciam adipiscendi consolationem prædictam. Sicuti Christus loquitur, Petite & accipietis,
Ibidem. vt gaudium vestrum sit plenum, [*Exhortetur*] id est gratiosè excitet [*corda vestra, & confirmet ea in omni opere & sermone bono*] id est meritorio.

Cap. III. [*De cæterο fratres orate pro nobis.*] Artic. III.

Marc. 10. POstquam pro filiis suis orauit Apostolus, iam postulat vt & ipsi vicissim pro se precentur. Ipsos quoque plenius instruit in pertinẽtibus ad salutem. Et ait, [*De cæterο fratres orate pro nobis*] .i. pro adimpletione eorum quæ nos desideramus, videlicet [*Vt sermo dei currat*] .i. euangelium Christi vndique seminetur, & velociter diuulgetur, [*Et clarificetur*] .i. clarè innotescat hominibus, & per miracula confirmetur, vt sciatur à deo esse, [*Sicut & apud vos*] clarificatus est, [*Et vt liberemur ab importunis*] .i. inquietis, molestis. [*Et malis hominibus*] Hoc dicit Apostolus F
non quasi persequutiones pati abhorrens, sed ne prædicatio sua impediretur, & aliorum conuersio. Possumus etiam idem rogare ad hunc sensum, ne per impatientiã superemur, quẽ-
Psalm. 112. admodum orat diuinus Psaltes, Redime me à calumniis hominum, vt custodiam mandata tua. [*Non e-*
Rom. 10. *nim omnium est fides*] .i. ideo liberari ab illis desidero, quoniã fides nondum prædicata est omnibus, qui-
Act. 13. bus prædicanda est. Vel sic, Non enim &c. Ideo illos importunos, malósque dixi, quia non omnes obe diunt fidei, credendo vel operando. Propter quod in Actibus Apostolorum legitur, Crediderũt quotquot præordinati erãt in vitã æternam, [*Fidelis autem dominus est*] qui nec fallit nec variatur, sed implet quod pollicetur, [*Qui confirmabit vos*] in bono [*Et custodiet a malo. Confidimus autẽ de vobis in domino*] tan quam in tam principali causa, & spei obiecto finali, non in viribus vestris, [*Quoniam quæ præcepimus*] vobis ex parte dei, vel præter mandata à Christo assignata, [*Et facitis & facietis*] vsque in finem vitæ præsentis. [*Dominus autem dirigat corda vestra in charitate dei et patientia Christi*] vt charitatiuè & patienter viuatis. [*Denunciamus autem vobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi*] .i. authoritate Christi qua fun-
1. Cor. 14. gimur, præcipimus, [*Vt subtrahatis vos*] loco & voto, si commodè fieri potest, vel saltem voto, [*Ab omni fratre*] .i. quolibet proximo, [*Ambulante inordinate*] .i. indisciplinatè & irrationabiliter cõuersante, [*Et non secundum traditionem*] id est doctrinam [*Quam acceperunt*] fratres [*A nobis*] qui diximus alio loco, omnia G
Ioan. 13. honestè & secundum ordinem fiant in vobis, qui in his duabus epistolis scripsi quomodo sit ordinatè
Luc. 6. viuendum. [*Ipsi enim*] tanquam eruditi discipuli, [*scitis quemadmodum oporteat vos imitari nos*] in sanctis operibus tanquam prælatos vestros atque magistros. Non enim est discipulus super magistrum. Perfectus verò erit si sit sicut magister eius, [*Quoniam non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo*] .i. nullis cibis vsi sumus sine proprio labore & precio. [*sed in labore et fatigatione nocte et die*] .i. certis horis diei, noctisque [*Operantes*] propriis manibus, [*Ne quem vestrum grauaremus*] viuẽdo
1. Cor. 9. de substãtia eius. Hoc autem fecimus. [*Non quasi non habuerimus potestatem*] id est authoritatem & licen-
Luc. 10. tiam viuendi de facultatibus vestris. Quia enim vobis spiritualia seminauimus, magnum non est, si vestra carnalia metamus, præsertim cũ Christus loquutus sit, In eadem domo manete, edẽtes & bibentes
quæ apud illos sunt, [*Sed vt nosmetipsos formam*] vitæ, [*Daremus vobis ad imitandum nos*] otiositatẽ vitan-
2. Cor. 12. do. Duas itaque causas assignat Apostolus cur corporaliter apud Thessalonicenses laborauerit. Primã, ne eos grauaret. Secundam, vt eis præberet exemplum. Inter Corinthios verò ob alias causas sic laborauit, videlicet ne scandalizarentur, si eorum sumptibus viueret, & vt pseudoapostolis occasionẽ auaritiæ amputaret. [*Nam et cum essemus apud vos, hoc denunciabamus vobis, quoniam si quis*] vestrũm [*Non vult operari*] corporaliter ad otia vitanda, ad suiipsius vel aliorum pauperum sustentationem, [*Nec manducet*] .i. manducatione indignum se nouerit. Quam quia vitare non potest, non designat operari. Porrò
cur tam arduum eis præceptum dederit, manifestat. [[*Audiuimus enim inter vos quosdam ambulare inquiete*] videlicet [*Nihil operantes, sed curiose agentes*] .i. alienis & impertinentibus atque superfluis negotiis se H
occupãtes, [*His autem qui eiusmodi sunt, denunciamus et obsecramus*] eos [*in domino Iesu, vt cum silentio operantes suum panem*] .i. necessarium, non voluptuosum cibum [*Manducent*] congrua hora. [*Vos autem fra-*
Luc. 9. Psal. 17. *tres, nolite deficere benefacientes.*] Qui enim ponit manum suam ad aratrum, & retrò respicit, non est aptus regno cælesti. [*Quod si quis vestrum non obedierit verbo nostro*] .i. nostris præceptis [*Per epistolam, hũc*
Finis. *notate*] .i. mihi hoc scribite, vt durius eum redarguam, [*Et non commisceamini cum illo*] ne cum peruerso
Luc. 2. peruertamini, id est familiaritatem, societatem illius vitate quantùm potestis, [*Vt confundatur*] de suo peccato atque pœniteat. [*Et nolite*] eum [*Quasi inimicum existimare*] id est non personam eius, sed culpam odite, [*sed corripite eum*] charitatiuè [[*Vt fratrem. Ipse autem dominus pacis*] id est deus omnipotẽs, totius pacis liberrimus princeps, [*Det vobis pacem sempiternam*] .i. pacem internam, quæ nunc inchoatur, & in patria perpetuatur, [*In omni loco*] vbicunque & apud quoscunque fueritis. [*salutatio mea*] quę subditur [*Manu Pauli*] id est propria manu scripta est. [*Quod signum*] videlicet propriæ manus scripturam, in fine epistolæ positam, [*in omni epistola*] mea [*Ita scribo*] quasi sigillum, vt sciatur quòd verè à me mittatur epistola. Deinde salutatio ponitur, [*Gratia domini nostri Iesu christi*] sit [*cum omnibus vobis*] qui cum patre & spiritu vnus est deus super omnia sublimis & benedictus. [*Amen.*]

A

PROEMIVM.

AVdi fili disciplinã patris tui, vt addatur gratia capiti tuo. Habet hoc ordo sapien Prouer. 1.
tiæ increatæ, vt creaturæ inferiores à superioribus gubernentur, & minus eruditi à sapientioribus instruantur. Vnde & dominus tam in angelica quàm in ecclesiastica hierarchia diuersos instituit ordines, in quibus diuina sancitum est lege, vt inferiores à superioribus purgentur & illustrentur, ac perficiantur. Hinc ergo sanctus atq; diuinus Apostolus in iam elucidanda epistola filiũ suum spirituale singulariter dilectũ, sanctum Timotheũ affectuosissimè & excellentissimè edocet, scribens ei à Laodicea. Docet igitur Timotheũ ordinationẽ episcopatus ac diaconij, imò totius ecclesiasticę disciplinæ, quales videlicet presbyteros atque diaconos ordinet & quomodo ecclesiã regat, qualẽ seipsum exhibeat, quomodo aduersarios veritatis cõfutet. Deniq; Timotheus Ephesiorũ episcopus ab Apostolo ordinatus, & tam diuinis scripturis quàm liberalibus ar
tibus eruditus fuit, natus ex patre Gentili & matre fideli atque Hebræa. In hac autem epistola solito Act. 16.
B more procedit, salutationem præmittens, deinde notationem subiungens.

Cap. I. [*Paulus apostolus christi Iesu, secundum imperium voluntatis dei.*] Artic. I.

PAulus *apostolus christi Iesu, secundum imperium*] .i. ab imperio [*Voluntatis dei saluatoris nostri*] videlicet dei patris, qui est saluator per authoritatem & principalẽ efficientiam, quoniam gratiã influit, & per filium suum redemit, [*Et christi Iesu spei nostræ*] id est ab imperio Christi sactus apostolus, qui Christus est obiectũ & causa spei nostræ. Voluntas autẽ patris & Christi, atque imperium vtriusque vnum sunt penitus, sicut & vtriusque est vna essentia, vna potentia, indiuisa actio foris transiẽs. Loquendo de Christo, inquantũ est deus, patre autẽ & filio eius volente ac præcipiente, factus est Paulus apostolus, qui scribit [*Timotheo dilecto filio in fide*] Christiana, quoniam hanc didicit & recepit Timotheus à Paulo dispositiuè seu instru
mẽtaliter. Sicq; apostolus genuit eum quantũ ad esse Christianitatis quod fundatur in fide. Et quia in- Ioan. 4.
ter cętera, episcopi officium est, falsam doctrinã extirpare, seu falsis doctoribus obuiare. Ideo primò de hoc tractat Apostolus. [*sicut rogaui te*] ex charitate & humilitate, cui præcipere potui apostolica autho
C ritate, [*Vt remaneres Ephesi*] .i. in vrbe Ephesina metropoli Asiæ minoris, quæ est pars Græciæ, [*Cũ irem in Macedoniam*] cuius metropolis est Thessalonica ad Græciam pertinens. Cur autem rogauerit eum, adiecit, [*Vt denunciares quibusdam*] videlicet separatis ab ecclesiastica vnitate hominibus, vtputa pseudoapostolis & eorum auditoribus, [*Ne aliter docerent*] id est ne aliquid nostrę prædicationi contrariũ affirmarent, [*Neque intenderent fabulis*] id est fictis & friuolis narrationibus Iudæorum. quæ nec sacræ scripturæ veteris testamenti, nec rationi cõcordant, [*Et genealogiis interminatis*] id est infinitis quodammodo & inexplicabilibus generationibus, quas isti confingunt, de quibus in Talmurh eorum plurima conscribuntur, quæ sunt inexplicanda mendacia. f. quòd Adam duas habuit cõiuges, de quibus plures genuit filios. Ex quibus excæcati Iudæi deducunt, cõscribunt, & computant interminabiles pene progenies, [*Quæ*] fabulæ ac genealogiæ, [*Quæstiones*] litigiosas, vanas ac steriles, [*Præstant*] per occasionem, quia ad eas inducunt [*Magis quam ædificationem dei*] .i. informationem diuinam seu spiritualem, [*Quæ*] ædificatio [*Est in fide*] tanquam fundamento, & in his quæ fidem concernunt ad rectè intelligẽdum testimonia fidei, & bene exequendum seu operandum præcepta fidei atque consilia, [*Finis autem*] .i. fina- Rom. 10.
lis perfectio seu cõsummatio vltimata, [*Præcepti*] id est legis diuinæ, veteris & nouæ, imò & omnium præceptorum, [*Est charitas*] id est actus interior charitatis, qua deus, proximúsque diligitur, procedens [*De corde puro*] id est appetitu intellectiuo seu voluntate à passionibus & vitiis expurgata, [*Et conscientia bona*] quantùm ad intellectum, cuius actus est conscientia quę est applicatio scientię ad particulare
D agibile. Cũ verò rectè applicabitur, vocatur conscientia bona. De tali itaque conscientia actualis dilectio oritur, quando videlicet intellectus applicat suam notitiam ad id quod verè amabile est [*Et fide non ficta*] id est syncera, non simulata. Procedit autem dilectio ex voluntate elicitiuè, ex actu intellectus ostensiuè siue directiuè. Intellectus nanque voluntatis ostẽdit quid amet, & cognitio via est ad dilectionem: ex fide verò sicut ex quadam fundamentali radice actum dilectionis ad supernaturalem finem dirigente. Charitas itaque est finis præcepti, sicut & alio loco testatur Apostolus, Plenitudo legis est dile Heb. 11.
ctio. Vnde saluator in mandatis charitatis, legẽ atque prophetas censet pendere. Tria quippe præcepta Rom. 13.
primæ tabulę ordinantur ad dilectionẽ dei. Septem verò præcepta tabulæ secundæ ordinantur ad dile Matth. 22.
ctionem proximi, quam certum est ordinari ad dilectionẽ dei, quę finis & vertex est totius perfectio- Exod. 20.
nis. Sed non potest dilectio dei esse perfecta & pura nisi passionibus reformatis. [*A quibus*] videlicet à 2. Tim. 2.
puro corde, conscientia bona, & fide non ficta, [*quidam*] hæretici, [[*Aberrantes conuersi sunt in vaniloquium*] id est ad vanas & falsas assertiones de obseruatione legalium tempore nouæ legis, [*Volentes esse* Ephes. 5.
legis doctores] eò quòd sint in propriis oculis nimiùm sapientes, [*Non intelligentes neque quæ loquuntur*] Esa. 5.
id est propria verba. Cùm enim asserunt cærimonialia legis nunc obseruanda, nequaquam intelligunt propriam vocem, cùm cærimonialia ex sua natura fuerint figuratiua: vnde veritate patefacta, cessare debuerant, [*Neque de quibus affirmant*] testimonia scripturarum veteris testamẽti, quibus suum pro- Rom. 7.
positum probare nituntur. [*scimus autem, quia bona est lex*] Mosaica, non solùm in se tanquam di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uinitus data, ſed etiam per comparationem ad homines [*Si quis ea legitime*]id eſt iuſtè & verè, [*Vtatur*] E
intelligendo & obſeruando eam ſecundum intentionem legiſlatoris principalis, videlicet dei. Et inſtru-
mentalis, vtputa angeli ſeu Moſi. Hoc eſt vt ſpiritualiter intelligatur, ad Chriſti myſteria ordinetur, &
Heb. 10. quantùm ad præcepta moralia, ſemper ſeruetur: quantùm verò ad cærimonialia, pro tempore legis ſeri
ptæ cuſtodienda fuiſſe noſcatur. [*Scientes hoc quia iusto*] id eſt bonis hominibus, [*Non eſt lex poſita*] id
Pſalm. 24. eſt impoſita, diuinitúſque collata, [*Sed iniuſtis.*]Videtur huic contrarium quod ait Pſalmiſta, Quis eſt
Pſal. 118. homo qui timet dominum? legem ſtatuit ei in via quam elegit. Vnde in perſona iuſti loquens, Bonum,
Baruch 3. inquit, mihi lex oris tui, ſuper milia auri & argenti. Baruch quoque ait, Deus inuenit omnem viam di-
ſciplinæ, dedit illam Iacob puero ſuo, & Iſraël dilecto ſibi. Puer autem & dilectus dei, eſt iuſtus. Ad Io
Iosue 1. ſue etiam dominus loquitur, Cuſtodi omnem legem quam tibi præcepit Moſes. Ioſue autē iuſtus fuit.
Et reſpondendum quòd intentio legis eſt homines ad debitum finem dirigere. Ideo primus actus le-
gis eſt homines facere bonos ſeu regulare actus humanos. Quantùm ad hoc omnibus data & poſita eſt
lex diuina, & alia quælibet recta. Denique lex datur per modū præcepti quo applicatur ad actus. Actus
verò ſunt triplices, boni, mali & indifferentes. Vnde & triplex eſt actus legis, videlicet præcipere, quo
ad actus bonos: prohibere, quo ad actus malos: & permitttere, quo ad actus indifferentes. Sunt autem
& alij actus legis, videlicet cogere nolentes, punire præuaricantes, terrere ſeu pœnas minari. Quantùm F
ad hos actus non eſt iuſtis lex poſita, nec propriè quantū ad actum prohibitionis. Actus tamen qui vo-
catur præcipere, cadit ſuper iuſtos, qui ſubiecti ſunt legi, non coactè, ſed ſponte, non terrore pœnę, ſed
amore iuſtitiæ, non ſubiectione ſeruili, ſed libera. Quantùm ergo ad hos actus poſteriores, non eſt po
ſita lex iuſtis, ſed iniuſtis, [*Et non ſubditis*]id eſt peruerſis & deo rebellibus. De quibus particulari⁹ ſub-
ditur, [*Impijs*] qui contra deum peccant directè, [*Et peccatoribus*] qui peccant in proximum, [*Scele-
ratis*] in ſeipſos, [*Et contaminatis*] conſentiendo vel cooperando alienis peccatis, [*Patricidis & matrici-
dis*] id eſt parentum carnalium vel ſpiritualium interfectoribus, [*Fornicarijs*] id eſt fornicationem na-
turalem committentibus, [*Maſculorum concubitoribus*]quod eſt peccatum contra naturam, [*Plagiarijs*]
1. Cor. 4. id eſt qui alios lædunt [*Mendacibus, periuris, et ſi*]pro quia [*Quid aliud*] vitium à prædictis, [*Sanæ doctri-
næ*]id eſt veræ atque morali ſcientiæ, [*Aduerſatur*] Huic lex poſita eſt: prout Romanis iam dixit Apo-
ſtolus, Lex propter tranſgreſſiones poſita eſt, quæ ſana doctrina eſt tradita. [*Secundum euangelium*] id
eſt in euangelio, vel ſecundum euangelium. quoniam conſonat euangelicæ doctrinæ, Euangelium di-
co, [*Gloriæ*] id eſt quod annunciat & promittit gloriam, [*Beati dei*] quam deus glorioſus in ſe habet,
1. Cor. 9. ſuiſque electis communicat, [*Quod*] euangelium, [*Creditum*] id eſt commiſſum ſeu datum [*Eſt mihi*]
vt diſpenſatori, quatenus aliis ipſum annunciem. [*Gratias ago ei*] videlicet deo patri, [*Qui me confor-
tauit*] in anima ad credendum, ſperandum, amandum diuina, & ad omnia bona agenda, ac mala tole- G
Infra 2. randa, [*In Chriſto Ieſu domino noſtro*] id eſt per Chriſtum mediatorem dei ac hominum. Per cuius
gratiam & meritum confortatus ſum, [*Qui fidelem me exiſtimauit*] id eſt præuidit, ſeu exiſtimando ef-
Act. 9. fecit. [*Ponens in miniſterio*] id eſt in apoſtolatus officio ad docendum ac prædicandum. [*Qui prius*] id
Act. 7. 8. eſt antequam inter Hieruſalem & Damaſcum Chriſtum vidi & credidi, [*Fui blaſphemus*] Chriſtum
negando, [*Et perſecutor*] primitiuæ eccleſiæ, [*Et contumelioſus*] id eſt iniurias contumaciter inferens
ſanctis. [*Sed ideo miſericordiam*] id eſt indulgentiam, gratiam & apoſtolatum [*Conſecutus ſum*] acciden-
ter, non directè, [*Quia ignorans feci in incredulitate*] id eſt ignoranter peccaui per infidelitatem, ſicque
peccatum meum excuſabile fuit. Non tamen ignorantia hæc cauſa fuit meritoria gratiæ mihi conceſ-
ſæ, ſed quædam occaſio. [*Superabundauit autem gratia domini noſtri Ieſu Chriſti*] ſicut in cauſali obiecto,
mihi abundanter infuſa eſt, ſicut & alibi dixi. Vbi abundauit iniquitas, ſuperabundauit & gratia.
Rom. 5. ¶Deinde ponit rationem cur gratia dei abundauit in ſe, imò in omnibus iniquis conuerſis. [*Fidelis*] id
eſt verax, fidelitérque credendus [*Sermo, et omni acceptione dignus*]id eſt maximè acceptabilis, gratus &
amplectendus, qui ſequitur, [*Quia*] id eſt quòd [*Chriſtus Ieſus venit*] per humanæ naturæ aſſumptio-
Baruch 3. nem, [*In hunc mundum,*] iuxta illud Baruch, Poſt hæc in terra viſus eſt, & cum hominibus conuerſa-
Ioan. 1. tus eſt. Verbum enim caro factum eſt & habitauit in nobis, [*Peccatores ſaluos facere*] id eſt ad ſaluan-
Ioan. 3. dum & liberandum iniquos. Iuxta illud Ioannis, Non miſit deus filium ſuum vt iudicet mundum, ſed
Luc. 16. vt ſaluetur mundus per ipſum. Vnde & ipſe teſtatur, Venit filius hominis quærere & ſaluum facere H
Matth. 9. quod perierat. Itémque, Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores in pœnitentiam, [*Quorum ego primus*]
Marc. 2. id eſt præcipuus [*Sum*] propter magnitudinem peccatorum meorum. Non tamen ſimpliciter primus-
ſeu maximus, ſed ſecundum aliquam conſiderationem, videlicet inquantùm peccata mea certius ſcio,
& grauius pondero quàm aliorum. [*Sed ideo miſericordiam conſecutus ſum vt in me*]hoc eſt in mei piiſſi-
ma conuerſione & ſaluatione, [*Primum*] id eſt principaliter, [*Oſtenderet Chriſtus Ieſus omnem*] hoc eſt
perfectam, [*Patientiam*] id eſt longanimitatem & manſuetudinem ſuam, [*Ad informationem eorum, qui
credituri ſunt illi in vitam æternam*]id eſt vt omnes futuri fideles propter æternam vitam crediturí, diſcāt
in me diuinæ pietatis abyſſum, quatenus nunquam deſperent, conſiderantes me maximum peccato-
rem, in apoſtolum prælectum. Hæc eſt alia maior ac verior cauſa propter quā deus miſertus eſt Pau-
li, videlicet vt poneret eum exemplum ſpei cunctis credentibus.
Iacobi 1. ¶Pro tātis igitur beneficiis gratias ago & dico, [*Regi autem ſeculorum*] id eſt deo vni ac trino, omnium
generationum & temporum principi, omnia gubernanti, [*Immortali*].i. penitus inuariabili, ſicut & Iaco
Ioan. 1. bus loquitur, Apud quem nō eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio, [*Inuiſibili*] quia nec ocu
1. Ioan. 4. lo corporali, nec intellectuali perfectè & cōprehenſiuè videtur, hoc eſt omnino incōprehēſibili. Sicut
apud Ioannem habetur, Deum nemo vidit vnquam. Quæ enim ſunt dei, nemo nouit niſi ſpiritus eius,
[*Soli deo*]hoc eſt regi huic, qui ſolus eſt deus, ſit [*Honor*]latriæ. i. ſummæ exhibitio reuerentiæ, [*Et glo-*

A *tia*]id eſt beatitudo in ſeipſo. Vel, gloria, hoc eſt, nominis ſui clarificatio in cordibus hominum cū de-
bita laude, [*In ſecula ſeculorum*].i. ſine fine. [*Amen.*]Poſt diuinorum beneficiorum recordationē, & hu-
militatis propriæ profeſſionem ac deuotiſsimam gratiarum actionē, docet Apoſtolus Timotheū quo- 1. Corin. 1.
modo in regimine gregis ſui ſe habeat. [*Hoc præceptum*] quod ſubiungo [*Commendo tibi fili Timothee*]
implendum, [*ſecundum præcedentes in te prophetias*] id eſt ſecundum reuelationes propheticas mihi de
te factas, antequam à me epiſcopus crearetis, hoc eſt, ſic impleas iſtud præceptum, quemadmodum mi-
hi ſpiritus ſanctus reuelauit de te, priuſquam te ordinarem epiſcopum. Præceptum autem eſt hoc, [*Vt
milites*]id eſt pugnando exerceas, [*In illis*]prophetiis adimplendis, [*Bonam militiam*]id eſt fructuoſam ex-
ercitationem, reſiſtendo falſis doctoribus, & veritatem prædicando, ac populum tuum regendo ſicut re
uelatum eſt mihi te operaturum, [*Habens fidem*]plenam, [*Et bonam conſcientiam*] de nullo vitio ſibi con-
ſciam. [*Quam*]conſciētiā bonā [*Quidam repellentes*].i. peccādo perdentes, [*Circa fidem naufragauerunt*].i. 1. Cori. 15.
in his quæ fidei ſunt, errauerunt, & in profundum erroris ſubmerſi ſunt. [*Ex quibus*] id eſt de quorum
numero [*Eſt Hymenæus et Alexander quos tradidi ſatanæ*]id eſt excommunicaui, & excommunicatos ex-
poſui poteſtati diaboli, vt eos corporaliter vexet, donec reſipiſcant, [*Et diſcant*] per experientiam pœna-
rum ſuarum [*Non blaſphemare*]quemadmodum ſcriptum eſt, Sola vexatio dabit intellectum auditui. Eſaiæ. 28.
Sicque traditio iſta finaliter intendebat in emendationem ipſorum. Tantæ demun poteſtatis, vt dictum
B eſt, erat apoſtolus, vt recedentes à fide, ſolo verbo daret diabolo, qui nil poteſt niſi à deo & ſanctis per
miſſus. Vnde traditio hæc fuit prolatio ſententię ab ore apoſtoli contra eos, qua dæmon percepta mox
traditos apprehendit, & tribulauit per interualla, imò interim etiam occidit corrigi non volentes.

Cap. II. [*Obſecro igitur primo omnium fieri obſecrationes.*] Articu. ij.

Ecundū doctores catholicos in exordio huius capitli i'nō ſolùm Timotheo, ſed
vniuerſæ eccleſiæ præſcribit Apoſtolus formam celebrandi, atque pro omnibus
ſupplicandi. Primò igitur gloſſa exponit hunc locum quantùm ad miſſę officiū,
vt ſit ſenſus, [*Obſecro igitur primo omnium*] i. ante cætera [*Fieri obſecrationes, oratio
nes, poſtulationes, gratiarum actiones*] Obſecrationes dicuntur quæ in miſſa ante
conſecrationem proferuntur. Orationes quæ dicuntur in conſecratione. Poſtu-
lationes verò quæ poſt conſecrationem (vt eſt epiſcopalis benedictio) vel dū ali-
quid ex debito petitur. Gratiarum actiones autem, quæ dicuntur poſt ſumptio-
nem in fine officii. Secundò exponit, quantùm ad officium orandi cōmuniter, ſicque obſecrationes vo-
C cantur quæ pro rebus difficilibus domino offeruntur, vt eſt iuſtificatio impij, ſuſcitatio mortui, quāuis
cuncta ſint deo æquè facilia, cui non eſt dificil eomne verbum, vt dicitur apud, Hieremiā, Orationes di
cuntur dum conuerſis petuntur virtutes. Poſtulationes verò dum iuſtis gloria ſempiterna precatur.
Gratiarum actiones ſunt hymni deo oblati pro beneficiis eius. Quidam diſtingunt hęc quatuor ita. Nā Lucę. 1.
ad dictum precationis tria exiguntur. Primum eſt acceſſus precātis ad deum, quod fit per orationem, Hiere. 32.
quæ ſecundum Damaſcenum eſt aſcenſus mentis ad deum. Et quantùm ad hoc dicit Apoſtolus, Obſe-
cro fieri orationes. Secundum, eſt proponere coram deo quod petitur, quod fit dupliciter. ſ. in cōmuni, Damaſc.
ſicut cum dicimus, Domine, aſsis mihi, vel adiuua me. Et in ſpeciali, vt cum dicimus, Domine, da mihi
charitatis feruorem, Primò modo vocatur petitio, ſecundò poſtulatio. Tertium, quòd ad actū precatio-
nis exigitur, eſt id per quod fit exaudibilis, quod eſt duplex. Vnum enim ex parte dei, videlicet ſanctitas Pſalm. 37.
eius, vel aliquid ſanctificatum ab eo: ſicut cum dicimus, per tuam bonitatem, vel tuam incarnationē li- Pſalm. 37.
bera nos. Aliud eſt ex parte orantis, videlicet gratitudo ſeu gratiarum actio de bonis collatis, per quam
dignificatur homo ad percipienda dona maiora. Ad quarum primum pertinent obſecrationes, ad ſecū
dum gratiarum actiones. Has igitur orationis ſpecies obſecro fieri, id eſt fidelibus, præſertim à ſacerdo-
tibus deo offerri, [*Pro omnibus hominibus*] fidelibus & infidelibus, amicis & inimicis, notis & ignotis, Matth. 5.
præcipuè tamen [*Pro omnibus regibus, et omnibus qui in ſublimitate ſunt conſtituti*]id eſt prælatis atque prin Eccle. 10.
cipibus, ex quorū bono regimine, aliorū ſalus pro magna parte depēdet: iuxta illud, Secundum iudicem Oſee. 4.
D populi, ſic & miniſtri eius, & qualis eſt rector ciuitatis, tales habitantes in ea. His etiā maius onus incū- Sapient. 6.
bit, maiusque periculum imminet, quia iudiciū grauiſsimū fiet in his bui præſunt. Subditi quoque ſpe-
cialiter obligātur orare pro eis, [*Vt quietā*]ab exterioribus pturbationib⁹ [*Et tranquillā*].i. intus pacificā.
[*Vitam agamus in omni pietate*]animæ [*Et caſtitate*]corporis, ſumendo caſtitatē pro cōtinentia. Vel, in o-
mni pietate, quantùm ad alios, & caſtitate, id eſt temperantia, quantúm ad nos ipſos. [*Hoc enim*]id eſt ſic
orare pro omnibus [*Bonum eſt et acceptum*].i. virtuoſum, meritorium, & placitum, [*Coram ſaluatore no-
ſtro deo, qui omnes vult ſaluos fieri, et ad agnitionem veritatis venire.*] Hoc idem alibi ſæpe teſtatur ſcri-
ptura: Scriptura eſt nanque, Non eſt voluntas ante patrem veſtrum, vt pereat vnus ex puſillis eſtis. Et
iterum, Patienter agit dominus propter vos, nolens aliquem perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti.
Et rurſus per prophetam: Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij, dicit dominus, & non vt conuerta- Matth. 18.
tur à viis ſuis & viuat? Imò intantùm vult & quaſi deſiderat deus noſtram ſalutem, vt per alium Pro- 2. Petri. 3.
phetam populo impio dicat, Vtinam attendiſſes mandata mea. Sed difficultas eſt, quomodo ſint hęc in- Ezech. 18.
telligenda propter authoritates ſcripturæ quæ videntur oppoſitum velle. Nam alibi dicit apoſtolus, Vo Eſaiæ. 48.
luntati eius quis reſiſtit? Et per Eſaiam dominus perhibet, Conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas Roma. 9.
mea fiet. Et Pſalmiſta, Omnia (inquit) quæcunque voluit dominus fecit. Si ergo vult omnes ſaluari, er- Eſaiæ. 46.
go omnes ſaluarentur. Ad hoc multipliciter reſpondetur, Primò, quod deus vult omnes ſaluari quan- Pſal. 134.
tùm in ſe eſt, ita vt ex parte eius non ſit defectus, neminemque ad ſe venientem repellat, & ſingulis gra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioann.6. tiam dare paratus sit, si fecerint quòd in se est. Secundò intelligitur cum distributione accommoda seu E
implectione, vt sit sensus, Vult omnes saluos fieri, id est omnes qui saluantur, vult saluos fieri. Nemo e-
nim saluatur, nisi deo volente. Tertiò intelligitur cum distributione pro generibus singulorum, non
Matth. 18. pro singulis generum. De omni enim statu & genere hominum vult quosdam saluari. Hæc tamen re-
sponsio non videtur satisfacere authoritati qua dictum est, quòd non sit voluntas patris, vt pereat vnus
ex pusillis istis. Quartò intelligitur de voluntate signi. Nam deus consulit, hortatur & iubet, vt omnes
bene se habeant. Quinta responsio, quæ melior est, & à Damasceno assignatur, est quòd deus vult om-
Damascē. nes saluari voluntate antecedente, non autem voluntate consequente: quæ duplex voluntas in deo sola
ratione distingnitur. Dicitur enim voluntas antecedens, qua quis aliquid vult secundum consideratio-
nem communem & absolutam rei quam vult. Consequens verò qua vult aliquid consideratis particu-
laribus circunstantis atque conditionibus eius. Primo modo vult rex omnes suos subiectos viuere, in-
quantùm videlicet considerat eos vt ciues, & membra regni sui. Secundo modo vult quosdam eorum
perire, inquantùm sunt bono communi contrarij, vel enormiter scelerati. Similimodo vult deus omnes
Gene. 1. homines saluari, voluntate antecedente, videlicet cõsideratis eis vt sunt rationalis naturæ, ad dei imaginẽ
factæ, beatitudinisque capaces. Sed considerando nonnullos secundum actus & circunstantias suas par-
ticulares, non vult eos saluari, sed damnari, quod pertinet ad voluntatem consequentem. Verum (vt ait
Thomas. Thomas) voluntas fertur in rem, secundum quod res in se realiter existit. Ideo quod aliquis vult volũ- F
tate antecedente, non vult simpliciter, sed secundũ quid. Quod verò vult voluntate consequente, vult
simpliciter & perfectè. Ideo omnes saluantur quos vult deus saluari, loquendo de voluntate dei æterna
simpliciter dicta, Quod ergo vult deus oẽs saluari his modis declarat apostol⁹ [*Vnus enim deus est*] vt po
te in essentia simplex, & in personis trinus, qui est trinitas superbenedicta, vnus verus, simplicissmus
Ephesi. 2. deus. [*Vnus est et mediator*] id est reconciliator & sequester [*Dei*] trinitatis [*Et hominum homo Christus Ie-
Colloss. 1. sus*] cum vtroque extremo conueniens, cum deo secundum naturam diuinam, & cum hominibus, se-
cundum assumptam humanitatem. Estque mediator dei ac hominum, propriè loquendo, nec vt deus
neq; vt homo, sed vt deus homo seu de⁹ incarnatus. Sic quippe cõpetit ei & satisfacere seu reconciliare,
& idoneitas vel efficacia reconciliandi. Quorũ primũ cõuenit ei ratione assumptæ naturæ: secundũ verò
ratione deitatis vnitæ, ex qua opera & penæ Christi hominis infinitam quodammodo dignitatem &
efficaciam sortiuntur, intantùm vt minima gutta sanguinis eius fuisset sufficientissima ad totius huma-
ni generis liberationem, [*Qui*] Christus [*Dedit*] id est spõte & charitatiuè obtulit, [*Redemptionem*] id est
in causam & pretium nostræ redemptionis, [*Semetipsum pro omnibus*] tanquam ad sufficientiam. [*Cuius
testimonium*] id est assertio seu prædicatio, vt pote testimonium, quod vel prophetæ præbuerunt de
Christo venturo, vel Apostoli de ipso iam passo & glorificato, [*suis temporibus*] id est diebus à deo præ- G
ordinatis, [*Confirmatum est*].i. impletum, & verificatum atque per signa diuina probatum, videlicet in
die sancto Pentecostes aduenięte spiritu sancto, & Apostolis Christi resurrectionem prædicantibus,
ac diuersa miracula operantibus. Vnde scriptum est. Illi profecti prædicauerunt vbique domino coo-
Actu. 2. perante, & sermonem confirmante sequentibus signis. [*In quo*].i. ad cuius testimonij perhibitionem
Marci. 16. seu prædicationem, [*Positus*] id est diuinitus institutus & factus, [*Sum ego prædicator & Apostolus. Verita-
tem dico in Christo, et non mentior*] ista dicendo qui sum [*Doctor gentium in fide*] catholica, [*Et veritate*] euã
gelicæ legis.

¶ Insuper docet Apostolus modum orandi in speciali primò quãtùm ad viros. [*Volo ergo*] id est quo-
Actu. 9. niam doctor sum gentium, volo [*Viros orare*] id est decentia petere à deo, [*In omni loco*] opportuni-
Galat. 1. tate adepta, & non solùm in ecclesia materiali, [*Leuantes puras manus*] id est sancta desideria cum cor-
poralium manuum extentione ad deum pro deuotione ardentiori excitanda: si tamen fieri possit secre-
tè. Coram aliis nanque singularitas est vitanda. Multùm autem confert corporalium manuum eleuatio
ad superna pro interiori eleuatione prouocanda. Propter quod per prophetam dicitur, Leuemus corda
nostra cum manibus ad dominum in cælos. Et rursus apud alium, In nomine tuo leuabo manus meas.
Itemque, Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum, [*Sine ira*] in proximum. i. appetitu vin-
Thren. 3. dictæ, & animæ commotione. Vnde in ecclesiastico legitur, Homo homini seruat iram, & à deo quærit
Psalm. 62. medelam. Quis exorabit pro peccatis illius? [*Et disceptatione*] id est hæsitatione, quantùm ad deum, non H
Psal. 140. dubitantes de exauditione. Dummodo orant sicut oportet, videlicet salubriter, perseueranter, & pro se-
Eccle. 28. ipsis. Cum plena ergo fiducia est orandum. Quis enim inuocauit deum, & despexit eum? Ideo per Iaco
Eccle. 2. bum dicitur, Postulet in fide nihil hæsitans. [*Similiter et mulieres*] volo vos orare, sicut de viris prædixi
cum manuum purarum leuatione, sine ira & disceptatione existentes. [*In habitu ornato*] id est veste de-
Iacobi. 1. cente, non curiosa, [*Cum verecundia*] quæ est passio laudabilis, cum sit timor de re turpi secundum Da-
mascenum. Hinc scriptũ est, Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata & tacita. Et rursus, Fallax
gratia, & vana est pulchritudo. Mulier timens dominum ipsa laudabitur. [*Et sobrietate*] ne sint gulosæ,
[*Ornantes se non in tortis*] hoc est, crispatis [*Crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa, sed quod*
Damascē. *decet mulieres*] illo ornentur, illudque faciant, [*Promittentes*] hoc est, firmiter proponentes, vel deo vo-
Proue. 10. uentes, vel foris veraciter ostendentes, [*Pietatem*].i. religiosam benignitatem, seu Christianam religio-
Prouer. 31. nem, [*Et misericordiam per opera bona*].i. virtuosè viuendo. Hoc & Petrus in prima sua docet canonica,
Mulierũm sit non extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti, vestimentorum cultus,
sed qui absconditus cordis est homo in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus [*Mulier in silentio
1. Petri. 3. discat*] hoc est, silenter instruentem seu prædicantem aduertat, præsertim in ecclesia, [*Cum omni subie-
ctione*] interiori ac exteriori. i. cum perfecta humiliatione. [*Docere autem*] viros in publico seu in eccle-
sia. [*Mulieri non permitto*] quia communiter ratio debilis est in fœminis, suntque nimis loquaces, & ad va

A nitatem procliues, sermo quoque earum luxuriam potius incitat sæpe, quàm deuotionem. Iuxta illud,
Colloquium mulieris quasi ignis exardescit. Veruntamen mulieres in suis conuentibus seu domibus Eccles. 9.
docere possunt personas sibi subiectas, [*Neque*] permitto mulieri, [*Dominari in virum*] hoc est, proprium
maritum, [*Sed esse in silentio*] cum sint pronæ ad vitia locutionis. Ideo debet esse viro subiecta. [*Adam e-
nim primus formatus est*] id est à deo ante mulierem creatus, [*Deinde Eua*] de latere viri. [*Et Adam non est se-
ductus*] à serpente, credendo vera esse quæ dixerat serpens, videlicet. Quacũque die comederitis, eritis si- Gene. 1.
cut dij [*Mulier autem seducta in prævaricatione fuit*] id est decepta promissione serpentis dicentis, Nequa- Gene. 2.
quam moriemini, sed eritis sicut dij. Intantùm vt de prohibito fructu comederit. Vnde Adam interro Gene. 3.
gatus à deo, non dixit, Mulier seduxit me, sed dedit mihi, & comedi. Illa verò, Serpẽs, inquit, decepit me,
& comedi. Adam enim multo sapientior atque perfectior erat vxore, vnde nequaquam putauit verba
dei esse mendosa. Seductus tamen fuit in hoc quod propter amorem coniugis, mãducauit de vetito fru
ctu, nec putauit transgressionem suam tam grauiter puniendam, [*Saluabitur autem*] id est salutis augmen Ibidem.
tum merebitur & sortietur mulier, [*Per filiorum generationem*] corporalem vel spiritualem. Nam actus
matrimonij meritorius est, si cum debitis circunstantiis exerceatur, videlicet propter prolem diuino
cultui deputandam. Spiritualis quoque generatio quæ est instructio, correctio & educatio in virtutibus,
multùm meritoria est matri, [*Si permãserit in fide*] catholica [*Et dilectione*] spirituali, ne amor carnalis in ea
B prævaleat, [*Et sanctificatione*] id est sancta conuersatione, præsertim vitando alterius viri pollutionem
[*Cum sobrietate*] temperanter viuendo. Immoderatio enim cibi ac potus plurima vitia parit in fœminis.

Cap. III. [*Fidelis sermo, si quis episcopatum desiderat, opus bonum desiderat.*] Artic. iij.

D Einceps Apostolus instruit Timotheum de ordinatione ministrorum ecclesiæ Matth. 20.
[*Fidelis*] hoc est, verus & gratus est, [*Sermo*] qui subditur, scilicet [*Si quis episco-
patum desiderat*].i. Episcopus fieri cupit,]*Opus bonum*].i. sanctum officium [*Desi-
derat*] sed non bene desiderat. Non enim licere videtur ad episcopatũ anhælare,
nisi fortè ex speciali inspiratione spiritus sancti. Quãuis enim episcopatus sit di-
gnitas magna, habet tamen summum laborem, & maximam solicitudinẽ sibi an-
nexam, ita vt potius appelletur opus quàm dignitas. Et si quis episcopatum licitè
cupit, non propter dignitatem, sed propter administrationem eum cupit, optans
prodesse nõ præsse. ¶ Denique nomẽ episcopi propriè sumptũ significat opus, nõ dignitatem. Dicitur
enim ab *ini*. quod est supra & *σκοπὸς*, intentio, quasi saluti gregis superintẽdens. Quidã probabiliter asse-
runt hoc loco per episcopatum intelligi sacerdotium. Nam de diaconis statim subiungitur. Non autem
C apparet, quod Apostolus de sacerdotio conticuisset, tantumque ordinem transiliisset, nisi in nomine Titum. 1.
episcopatus includeretur. Ne autem quispiam pronus sit ad episcopatum desiderandum, declarat Apo
stolus qualem oporteat esse episcopum, quatenus episcopatum nemo affectet, nisi virtutibus honestis Lucæ. 4.
ornetur. Oportet ergo, si res dignè & fructuosè agatur, [*Episcopum*] iam creatum, vel eum qui ad epis- Hierony.
copatum promouetur, [*Sine crimine esse*].i. sine magno perseueranti seu notabili vitio, ne increpanti di- Agustin.
catur, Medice cura teipsum. [*Vnius vxoris virum*] Circa hoc Hieronymus & Augustinus dissentiunt. Lucæ. 21.
Hieronym⁹ enĩ affirmat, quòd oportet eũ nõ habuisse, nisi vnã vxorẽ post baptismũ, ita q⁹ nõ obest, si Leui. 10.
ante baptismũ aliã habuit, eò q⁹ baptismus irregularitatẽ tolat. Augustin⁹ tenet oppositũ, quia baptism⁹
nõ sacramẽta relaxat, sed crimina, [*sobrium*] in victu, ne grauetur cor eius crapula vel ebrietate. Vnde in
Leuitico dominus ait ministris synagogæ, Aaron. s. & filiis eius, Vinum & omne quod inebriare potest Titum. 1.
non bibes tu, & filij tui, quando intrabitis in tabernaculum testimonij, vt habeatis scientiã discernendi
inter sanctũ & pollutũ, [*Prudentem*] in agendis & dãdis consiliis, [*Pudicum*] in exteriori apparatu, [*Hone-
stum, ornatum*] probitate morum, [*Hospitalem*] alios maximè pauperes clementer hospitãdo, [*Doctorem*]
.i. eruditum & agilem ad docendũ, [*Non vinolentum*] ne corpus eius ad libidinem cõcitetur, [*Nõ percus- Proue. 20.
sorem*].i. bellicosũm, vel ex impatientia verberantẽ. [*Sed modestum*] hoc est, in omnibus ordinatum, [*Nõ Iacob. 3.
litigiosum*] ne verbis contendat. Honor enim est homini, qui separat se à lite. Et vbi zelus & contentio, Eccle. 10.
D ibi inconstantia & omne opus prauum, [*Non cupidum*] ne propter munera peruertat iudiciũ, vel acce-
ptor sit personarũ. [*Sed suæ domui præpositum*].i. propriam familiã dignè regẽtẽ. Virtus nanque & vitiũ
familiæ, redundat in patrẽfamilias. Qualis enĩ rector, tales & subditi [*Filios habentem subditos*] sibi & deo
[*In omni castitate*].i. continentia quæ omni Christiano necessaria est. [*Si quis autem domui suæ*].i. dome
sticis propriis! *Nescit præesse, quomodo ecclesiæ dei diligentiam habebit?*].i qualiter toti congregationi fide
lium cum debita solicitudine prouidebit? q.d. Nequaquam, cum istud sit maius & laboriosius illo, [*Non
neophytum*].i. nouiter conuersum, [*Ne in superbiam elatus*].i. tumore elationis inflatus ex subita promo- Esaiæ. 14.
tione se reputans aliis perfectiorem, & ecclesiæ prænecessarium [*In iudicium*].i. reprobationem seu pœ-
nam [*incidat diaboli*] qui ob suam elationem dãnatus est. [*Oportet autem & testimonium habere bonum, et Epheſi. 4.
ab his qui foris sunt*].i. infidelibus & mundanis hominibus, hoc est, tanta virtutum excellentia necesse est
eum fulgere, vt etiam à peruersis laudetur, ita vt nemo valeat reprehẽdere eum, sicque facilius extranei
à fide seu vita laudabili eius prædicationi consentiant, [*Vt non in opprobrium incidat*]. i. contẽptum, vi- Eccle. 28.
delicet ne quis eum despiciat [*Et in laqueum diaboli*].i. aliud quodcunque peccatum, quo dæmon capit Iacob. 4.
atque illaqueat animam peccatricem. ¶ Insuper de statu & qualitate diaconorũ subdit Apostolus, [*Dia-
conos similiter*] oportet esse [*Pudicos, non bilingues*].i. duabus loquelis vtentes, videlicet aliter in præsentia
atque aliter in absentia loquentes, quales sunt adulatores, simulatores, & seminatores discordiæ. Vnde
in Ecclesiastico legitur, Susurro & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacẽ habentes. Talibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicit Iacobus, Purificate corda duplices animo, [*Non multo vino dediti*] .i. non vinolentos & ebriosos, E
Prouc. 20. ne sint mente obtusi, indiscreti ac lubrici, quoniam scriptum est, Luxuriosa res est vinum, & tumultuosa ebrietas, qui his delectatur, non erit sapiens, [*Non turpe lucrum*] hoc est, temporale commodum [*Sectantes*] vel non vilius ementes & carius vendentes. Turpe est enim huic professioni quæstubus studere,
[*Habentes mysterium fidei*] .i. secreta fidei cognoscentes [*in conscientia pura*] videlicet ne de sua sciētia extollantur, vel secreta fidei curiosè scrutētur. [*Et hi autem*] hoc est, diaconi & episcopi [*Probibeantur primum*]
Supra. 2. hoc est, antequam promoueantur, examinantur, si idonei sunt, [*Et sic*] probati & approbati [*Ministrent*] in suis officiis [*Nullum crimen*] hoc est mortale peccatum [*Habentes. Mulieres similiter*] oportet esse [*Pudicas*] hoc est, verecundas, honestas, foris compositas, [*Non detrahentes, sobrias*] Ebrietas enim præcipuè obest eis, cū sint debiles in rationis iudicio, [*Fideles in omnibus*] articulis fidei, vel in omnibus dictis & factis. [*Diaconi sint vnius vxoris viri*] .i. vltra vnam vxorem non habeant propter sacramentum. Sunt enim quasi vicarij sponsi cælestis, cuius sponsa, puta ecclesia, vna est. Tempore autem apostoli licuit episcopis, presbyteris atque diaconis vnam habere mulierem, qua defuncta ad castitatem tenebantur. Nunc verò ex ordinatione summi pontificis ad perpetuam castitatem tenentur. [*Qui*] diaconi, [*Filijs suis bene præsint & suis domibus*] id est familiis tam in spiritualibus quàm in temporalibus. [*Qui enim bene ministrauerint*] in minoribus officiis atque ordinibus, [*Gradum sibi bonum acquirent*] id est ad altiorem statum & ordinem promouebuntur ad propriam & aliorum salutem, *Et multam fiduciam*] .i. spem magnam de fu- F
tura beatitudine. Fiduciam, inquam, [*in fide*] fundatam, [*Quæ*] fides est, [*in christo Iesu*] sicut in datore confirmatore & præmiatore. [*Hæc tibi scribo sperans me venire ad te cito*] à Laodicea ad Ephesum. [*Si autem tardauero*] tūc scribā, [*Vt scias*] interim ex doctrina huius epistolæ, [*Quomodo oporteat te in domo dei*]
1. Petri. 2. .i. in grege fidelium tibi commisso, [*Conuersari*] omnibus & singulis salubriter præsidendo, exemplariter te habendo, & vnicuique proportionatam doctrinam imprimendo, [*Quæ*] domus, [*Est ecclesia dei viui*] congregatio Christianorum, ecclesia vtique non ex vilibus saxis, sed viuis constructa lapidibus. Estque [*Columna et firmamentum veritatis*] id est veritatem euangelicam fortiter portat, infirmosque sustinet, & vacillantes confirmat, tanquam firmamentum seu fulcimentum nutantium in fide aut moribus.
Infra. 6. [*Et manifestè magnum est*] in ecclesia [*Pietatis sacramentum*] id est verbum dei incarnatum in cordibus fi-
Esaiæ. 45. delium habitans. Quod dicitur sacramentum, id est sacrum secretum seu res occulta, quia secundum
Ioann. 1. diuinam naturam inaccessibilem habitat lucem. De quo Esaias, Verè, inquit, tu es deus absconditus.
Esaiæ. 52. Dicitur etiam sacramentū pietatis, tanquam origo & fons totius misericordiæ, sanctæ religionis & cul-
Ibidem. tus diuini, [*Quod*] sacramentū, [*Manifestatum est*] id est visibiliter apparuit hominibus, [*In carne*] assum-
Psalm. 23. pta. Verbū enim caro factum est, & habitauit in nobis. Vnde apud Esaiam testatur, Sciet populus meus
Esaiæ. 63. nomen meum in die illa, quia ego ipse qui loquebar, ecce assum. Et iterum, Simul laudabunt, quia o- G
culo ad oculum videbunt, cū conuerterit dominus Sion, [*Iustificatum est*] id est iustum ostensum, quantùm ad deitatem, vel iustum effectum, secundum humanitatem, [*In spiritu*] hoc est, per operationē spi-
Psalm. 18. ritus sancti testimonium perhibentis de Christo, & animam eius omni sanctitate implentis, [*Apparuit angelis*] præsertim in ascensione, quando dixerunt, Quis est iste rex gloriæ? Et, Quis est iste qui venit
Esaiæ. 52. de Edom? [*Prædicatum est*] per apostolos [*Gentibus*] vniuersis. In omnem enim terram exiuit sonus eo-
Psalm. 97 rum. Vnde propheta, Parauit, inquit, dominus brachium sanctum suum in oculis omniū gentiū, [*cre-*
Marci. 16. *ditum est mundo*] id est homines per fidem receperunt hoc sacramentum, credendo in Christum. Iuxta illud in Psalmo, Viderunt omnes termini terræ salutare dei nostri, [*Assumptum est in gloria*] hoc est, in ascensione ad patris dexteram eleuatum atque collocatum est, prout apud Marcum legitur, Dominus Iesus assumptus est ab eis, & sedet ad dexteram patris.

Cap. IIII. [*Spiritus autem manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam a fide.*] Art. iiij.

Gregori⁹. QVoniam iacula præuisa minus feriunt, prænunciat Apostolus mala ecclesiæ euentura, vt cum venerint minus turbētur fideles. [*Spiritus autem manifestè dicit*] .i. spiritus sanctus nobis euidēter reuelat, [*Quia in nouissimis temporibus*] maximē circa aduentū Antichristi, [*Discedent quidam*] etiam famosi & magni, [*A fide catholica.*] A qua non corpore, sed corde discēditur, sicut & corde creditur, [*Attendentes spiritibus erroris*] .i. animabus hominum errantium, seu dæmonibus ad er-
Roma. 10. rorem ducentibus, qui in veritate non steterunt, [*Et doctrinis dæmoniorum*] quas H
dæmones per se ingerūt cordibus peruersorū, vel per hæreticos, pponūt eas sim-
Ioann. 8. plicibus, [*In hypocrisi*] id est in simulata sanctitate [*Loquentium mendacium:*] dæmonia enim, id est dæmo-
Matth. 7. nes informati loquuntur falsa cū simulata sanctitate, vt sibi credatur. De quibus dicit in Euāgelio Christus, Attendite à falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, [*Cauteriatam*] id est læsam seu vitiosè corruptam [*Habentium suam conscientiam, prohibentium nu-*
Roma. 14. *bere*] quasi matrimoniū nō esset sacramentū atque diuinitus institutū. Iubētiū etiā [*Abstinere a cibis quos*
1. Cori. 6. *deus creauit*] quo ad primordialem materiam, [*Ad percipiendum eos*] .i. ad vescendū, [*Cum gratiarum actione*] Creauit, inquam, eos, [*fidelibus et his qui cognouerunt veritatem*] id est ad sustentationem credentium, [*Quia omnis creatura dei bona est*] in sua natura, [*Et nihil reiiciendum*] à manducante, [*Quod cum gratiarum actione percipitur*] id est nullus cibus spernendus est, tanquam in sua natura nociuus, qui comedi potest aut solet, cum gratiarum actione. Nam licet fideles à certis cibis & potibus interim abstineant, hoc tamē non faciunt ea ratione qua fiebat in veteri testamento, sed ob corporis castigationem. [*Sanctificatur enim per verbum dei*] .i. verbo seu filio dei cibus benedicitur, ne sit nociuus sed vtilis. Christus quoq; seu verbū dei suo aduētu cibos in lege prohibitos fecit licitos, sicque sanctificauit eos. [*Et orationem*] .i. per ora-

A tionem hominum instrumentaliter, qui sua prece obtinent à filio dei sanctificationem ciborum. [*Hæc*] documenta, [*Proponens fratribus*] per modum exhortationis seu iussionis, [*Bonus eris minister*] .i. fructuosus prælatus, laudabilisque vicarius. [*christi Iesu*] populum eius efficaciter instruendo, [*Enutritus*] id est spiriualiter educatus ac fotus, [*Verbis fidei & sanæ doctrinæ*] id est verbis sacræ scripturæ pertinentibus ad fidem sacram, euangelicamque doctrinam. Hæc verba animam nutriunt. Iuxta illud, Non in sōlo pa- Deut. 8.
ne viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei [*Quam*] doctrinā, [*Assecutus*] .i. adeptus [*Es*] Matth. 4.
per illuminationem diuinam & meam instructionem. [*Ineptas autem*] hoc est, inconueniētes, quibus nec Tit. 1.
fides nec virtus ædificatur, [*Et aniles fabulas*] quales solent recitari à vetulis. [*Deuita*] Vnde apud Petrum 2. Petri. 1.
quoque habetur. Nō indoctas fabulas sequuti, notam vobis fecimus domini nostri Iesu Christi virtutē
[*Exerce autem teipsum ad pietatem*] .i. ad interiorem cultum latriæ & religionem internam veri dei, ad cōpassionem frarernam, & benignitatem cordialem. [*Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis est*] id est exteriora ista exercitia ac instrumenta virtutum, videlicet abstinentiæ, ieiunia, vigiliæ, disciplinæ per se parum proficiunt, nisi in interioribus anima verè virtuosa ac pia reddatur. Vnde nonnulli in his corporalibus exercitiis se fatigantes, in charitate & pietate, ac interiori perfectione parum proficiunt: quia nō ordinant prudenter & indesinenter media ista ad puritatem internam. [*Pietas autem*] præfata [*Ad omnia*]
.i. ad omnem gratiam promerendam, & ad propriam ac aliorum salutem procurādam, [*Vtilis est, promis-*
B *sionem*] .i. promissam mercedem [*Habens vitæ quæ nunc est*] .i. vitæ præsentis. Nunc enim pietati promittitur sufficientia temporalium, & abundantia spiritualiū gratiarū, [*Et futuræ*] vitæ in patria, in qua merces pietatis est vita seu beatitudo æterna, quemadmodū ait Saluator, Centuplū accipiet, & vitam æternā possidebit. [*Fidelis sermo et omni acceptione dignus*] est quē de laude pietatis iā intuli. [*In hoc enim*] sermo- Matth. 19.
ne, .i. ppter huius sermonis veritatē, [*Laboramus*] in interioribꝰ & exterioribꝰ exercitiis pietatis, [*Et male dicimur*] à peruersis quasi iniquè agentes. Sed ideo cōstāter laboramus, & omnia æquanimiter toleramꝰ, [*Quia speramus in deum viuum*] .i. sperando in deū tendimus, expectando futurā fœlicitatē ab eo, quæ tanta est, vt non sint condignæ passiones huius temporis ad eam, [*Qui est saluator omnium hominum, maxime* Roma. 8.
fidelium] trinitas quippe superglorioſa est saluator principalis, quæ per Christi mysteria nos redemit, & Actu. 10.
sicut Christus vocatur dominus omnium quo ad sufficiētiā, electorū verò quātū ad efficiētiā: sic deus trinitas est saluator omnium per sufficientiā, fideliū verò fide & opere est saluator per efficientiā, quos ad salutem perducit cælestem, [*Præcipe hæc*] quæ de fabularum inaniū vitatione, & pietatis exercitatione tibi iam iussi, subditis tuis, [*Et doce*] eos, si qui eorum hæc nesciāt. ¶ Deinde docet prælatū à suis subditis honorandum. [*Nemo adolescentiam tuam*] .i. te adolescentem [*contemnat*] paruipendendo verba tua
ac iussa propter adolescentiam tuam, quasi inexpertus sis & imperfectus. Et vt hoc alij diligenter obser- Ioann. 13.
uent, oportet vt vita & moribus annos tuos excedas, habēdo te maturè in omnibus. Ideo subditur, [*Sed*
C *esto exemplum fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate*] .i. in his omnibus habe te exemplariter & syncerè, quatenus loquendo, operando, diligēdo, credēdo, seu opera charitatis ac fidei ostendendo, & castè viuendo, alios ædifices, & similes tui efficias. [*Dum venio*] ad te videlicet interim, & tūc [*Attende lectioni*] sacræ scripturæ, in qua spiritus sanctus cū homine loquitur, & homo quasi in speculo conspicit quid agere debeat, [*Exhortationi*] proximorum [*Doctrinæ*] .i. informationi ignorantiū, faciendo hos actus successiuè ac ordinatè, videlicet congruo loco & tēpore studendo, postmodū exhortando siue docendo. ¶ Deinde hortatur Timotheū ad diligentē sui officij excutionem. [*Noli negligere*]
.i. per pigritiā perdere vel dissimulare, & ab operibus bonis suspēdere [*Gratiam*] gratū facientē, seu gratis datam. i. supernaturale donū spiritus sancti, seu ordinē episcopatus, [*Quæ data est tibi*] à deo [*Per Prophetam*] .i. propheticam reuelationem mihi de te factam, qua mihi ostensum est te vtiliter executurum
episcopale officium. Quæ etiā gratia data est tibi, [*cum impositione*] .i. per impositionē [*Manuum presbyte-* Actu. 13.
rij] .i. manuū mearum, qui te ordinaui episcopū, per quā impositionem, presbyteriū seu sacerdotiū tibi collatum est cū gratia sacramentali quæ confertur in sacramentis euangelicæ legis. Vel, ponit abstractū pro cōcreto, videlicet, presbyteriū pro presbytero. ¶ Deinceps admonet Timotheū ad seriosam obedientiā eorum, quæ ipse scribit & mandat ei. [*Hæc*] quæ tibi præcipi [*Meditare*] quemadmodū apud Sa- Prouer. 7.
pientem dicitur, Serua mandata, & legem quasi pupillam oculi tui. Liga eam in digitis tuis, & in tabulis
D cordis tui scribe eam, [*In his esto*] occupatus per obedientiam, [*Vt profectus tuus*] in sancta conuersatione,
[*Manifestus sit omnibus*] ad ædificationem eorum & gloriam dei, non ad tuum præconium. [*Attende tibi*]
primū, vt viuas sicut decet episcopū, [*Et doctrinæ*] .i. deīde intēde instructioni gregis tui. Qui enī sibiipsi nequam est, cui bonus est? Et quid proficit homo si lucretur vniuersum mundum, seipsum autem perdat? Hoc etiam in Actibus ait Apostolus. Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo posuit vos spi- Eccle. 14.
ritus sanctus episcopos. [*Insta in illis*] diligenter vacando tibi & aliis [*Hoc enim faciens, et te ipsum saluum* Lucæ. 9
facies] hoc est, beatitudinem promereberis, [*Et eos qui te audiunt*] non solùm auribus corporis, sed etiam Actu. 20.
cordis, saluos facies accidenter, cooperatiuè ac instrumentaliter.

Cap. v. [*Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem.*] Artic. v.

Ræterea docet Apostolus modum docendi in speciali, quatenus vnusquisque instruatur secundum status sui decentiam. [*Seniorem*] ætate & moribus [*Ne increpaueris*] arguendo
P eum duris sermonibus, ne ad indignationem concitetur, & quia non decet nisi fortes ad exercitandū, vel ad aliorū ædificationē, sicut frequēter viri sancti sanctissimos seniores durè increpasse leguntur. [*Sed obsecra vt patrem*] .i. humiliter atque simpliciter admone eum vt indecentia corrigat in se ipso, vel aliis. Tamen (vt ait Gregorius) seniores leues & vitiosi durissimè Gregori⁹.

arguendi sunt. Vnde Sapiens ait, Senectus venerabilis est non diuturna, neque annorum numero com- E
putata, sed ætas senectutis vita immaculata. De tali sene in Leuitico legitur, Coram cano capite consur-
Sapient. 4. ge, & honora personam senis, [*Iuuenes*] obsecra ad proficiendum in bonis, & abstinendum à malis, [*Vt*
Leuit. 19. *fratres*] vt tua humilitate & charitate molliti atque compuncti citius acquiescant, [*Anus*] id est vetulas
obsecra hoc modo [*Vt matres*] tuas spirituales, vel sicut decet matres rogari à filiis, [*Iuuenculas*] obsecra,
[*Vt sorores in omni castitate*] ait, vt nullo modo habeas te ad eas petulanter, impudicè siue carnaliter. [*Vi-*
duas honora] ministrando eis necessaria vitæ, si pauperes sint, vel reuerentiam solam exhibendo, si fuerint
1. Cori. 7. diuites. Quod intelligo de his, [*Quæ vere viduæ sunt*] id est vitam suo statui conuenientem ducunt tan-
quam separatæ à solatio amoreque seculi, sicut destitutæ sunt à solatio viri. Denique de diuitibus viduis
subditur [*Si qua autem*] id est aliqua, [*Filios aut nepotes habet*] eius educatione & institutione egentes,
[*Discat primum*] id est antequam alienis præficiatur, [*Domum suam*] hoc est, propriam familiam, bene [*Re-*
gere et mutuam vicem reddere parentibus] suis, si viuant, quatenus sicut ab eis nutrita est, sic nutriat eos, si
fuerit opportunum. [*Quæ autem vere vidua est*] secundum sensum prætactum, [*Et desolata*] id est pau-
per & sola, non habens familiam, [*speret in deo*] id est totam suam fiduciam in deo cõstituat, certa quòd
ecclesia sibi de necessariis prouidebit. [*Instet obsecrationibus et orationibus nocte et die*] id est competenti-
bus horis diurnis atque nocturnis, totaliter occupãdo se in diuinis, orando pro seipsa ac aliis quorum e-
leemosynis sustentatur, vt sic vacet diuinis. Sic ergo agendum est viduæ, [*Nam quæ in deliciis est*] id est F
vidua carnaliter viuens & mundi delitias quærens, [*Viuens*] vitæ naturæ [*Mortua est*] vita gratiæ caren-
do, propter peccatũ mortale. De qua morte ait in Euangelio Christus, Dimitte mortuos sepelire mor-
tuos suos, [*Et hoc præcipe*] viduis, [*Vt irreprehensibiles sint*] delitias corporales & magna ac notabilia pec
Matth. 8. cata vitando. Quod autem vidua diues vel valens, propriam domum regere debeat, patet ex hoc. [*si*
quis autem suorum] proprinquorum [*Et maxime domesticorum*] vt sunt parentes & filij, [*Curam non ha-*
bet] eos regendo seu nutriendo, [*Fidem negauit*] bona fidei omittendo, quamuis ore non exprimat: sic-
ut de quibusdam testatur scriptura. Dicunt se nosse deum, factis autem negant. [*Et est infideli*] qui
nondum veritatem fidei audiuit, [*Deterior*] saltem quantùm ad aliquid, vel cæteris paribus. Agit enim
Tit. 1. contra Christum qui in cruce suspensus, de matre sua solicitus fuit, commendans eam discipulo. Pro-
Ioann. 19. pter quod etiam Petrus, Melius est (inquit) viam iustitiæ non cognoscere, quàm post agnitionem con-
1. Petri. 2. uerti retrorsum.

Deinde docet, quales viduæ sint eleemosynis ecclesiæ sustentandæ. [*Vidua eligatur*] id est talis vidua su-
scipiatur ab ecclesia sustentanda, [*Non minus sexaginta annorum*] id est quæ ad minus sexagenaria sit.
Talis nanque caret signo suspitionis, eo quòd in tanta ætate extinctus sit feruor libidinis, idcirco secu-
rè nutritur à ministris ecclesiæ, [*Quæ fuerit vnius viri vxor*] duntaxat, quòd est signum continentiæ. G
Debet enim vnius tantùm viri vxor fuisse propter sacramentum copulæ Christi & ecclesiæ, quæ est v-
nius cum vna, videlicet Christi cum sponsa sua ecclesia, [*In operibus bonis*] id est de laudabili sua præte-
rita conuersatione [*Testimonium habens*] à fide dignis. De quibus operibus subditur, [*Si filios*] suos [*Edu-*
cauit] in cibis ac moribus, [*Si hospitio recepit*] peregrinos ac pauperes, [*Si sanctorum pedes lauit*] præser-
tim prædicatorum vndique discurrentium, quos in primitiua ecclesia periculosum erat recipere, [*Si tri-*
bulationem patientibus] hoc est, afflictis, captiuis, oppressis atque similibus, [*subministrauit*] necessaria tri-
buendo, vel obsequium impendendo, [*Si omne opus bonum*] ad se pertineus, [*Subsequuta*] per operã-
tionem assiduam. [*Adolescentiores autem viduas*] quæ nondum sexaginta annos fortitæ sunt, [*Deuita*]
id est non eas suscipias ecclesiæ eleemosynis sustentandas, nec votum continentiæ vsque adeo ab eis re-
quiras, propter vitanda pericula. Talium enim sanguis feruet, nec lubricæ ætati facilè est credendum.
Ideo autẽ vitandæ sunt [*cum enim luxuriatæ fuerint*] luxuriosè, gulosè, seu delitiosè viuendo post conti-
2. Cori. 11. nẽtiæ votum, [*In Christo*] id est quasi honestè ac licitè, [*Nubere volunt*] non arbitrãtes hoc esse culpabile,
eo quòd excæcata sit ratio earum concupiscentiis carnis, [*Habentes damnationem*] id est causam damna-
tionis æternæ, videlicet mortale peccatum, [*Quia primam fidem*] hoc est, continentiæ promissionem, [*ir-*
ritam fecerunt] id est violauerunt. Promittentibus nanque castitatem, non solùm nubere, sed & velle nu
bere est damnabile. [*Simul autem*] id est vna cum peccatis iam memoratis [*Et otiosæ*] existentes [*Discunt*
circumire domos] aliorum, hinc inde vagando [*Non solum otiosæ*] quoniam otiositas non est diu sola, sed H
parit alia vitia, [*Sed et verbosæ et curiosæ.*] Verbositas enim & curiositas ex otiositate nascuntur, [*Lo-*
quentes quæ non oportet] id est illicita & nociua. Minus dicit, & maius significat. [*Volo ergo*] per mo-
dum consulentis, [*iuniores*] viduas, quæ castitatem non promiserunt, [*Nubere, filios procreare, matres fa-*
milias esse] id est domum propriam regere, [*Nullam occasionem dare aduersario*] id est infideli seu impio,
[*Maledicti gratia*] hoc est, ad maledicendum seu detrahendum, cui gratum & iucundum est, habere a-
liquid contra fideles, vt possit obloqui eis. Idcirco autem hæc consulo. [*Iam enim quædam*] viduæ adole-
scẽtiores post voti emissionẽ [*Conuersæ sunt retro post satanam*] i. à proposito castitatis ceciderũt rursus
nubentes, & dæmonis prauitatem sequentes. [*Si quis fideles habet viduas*] adolescentes in domo sua, [*sub-*
ministret illis] necessaria vitæ. [*Et non grauetur ecclesia dei*] eas alendo, [*Vt his quæ vere viduæ sunt*] &
annosæ, de quibus iam dictum est, [*Sufficiat*] quod habet ecclesia, scilicet vt valeat eas sustentã-
re.

¶ Insuper agit Apostolus de presbyterorum honore, [*Qui bene præsunt presbyteri*] id est qui gregem
suum dignè custodiunt, [*Duplici honore digni habeantur*] id est præ cæteris copiosius honorentur. Po-
test autem per duplicem honorem intelligi obedientia & sustentatio. Nam subditi presbiteris o-
bedire, & stipendia vitæ præbere tenentur. In patria quoque duplici honore digni habentur, videlicet
aureæ atq; aureolæ [*Maxime qui laborant in verbo et doctrina*] i. illi presbiteri potissimũ digni sunt dupli-

A ci honore, qui instant verbo exhortationis quantùm ad scientes, & doctrinæ, id est instructioni ignorantium. Quòd autem à subditis sint alendi, probat Apostolus authoritate scripturæ. [*Dicit enim scriptura, Non infrenabis os boui trituranti*] id est prædicatori non subtrahes necessaria vitæ. [*Et, Dignus est operarius mercede sua.*] Hoc est quoque superius dictum atque expositum. Non ligabis os boui trituranti. [*Aduersus presbyterum noli accusationem recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus*] fide dignis. Pres- Deut. 25. Luc. 10.
byteri enim cùm habeant alios corripere, facilè aduersarios acquirunt. Veritas enim parit odium. Et vt 1. Cor. 9.
Salomon profitetur, Non amat pestilens eum qui se corripit. Ideo non est accusatio contra presbyte- Terent.
rum admittẽda, nisi sub duobus testibus vt minimũ, vel tribus. Et etiã propter dignitatẽ sui gradus seu Prouer. 13.
ordinis, cùm sit Christi vicarius. [*Peccantes autem*] testimonio testium conuictos, vel aperte excedentes, [*Coram omnibus argue.*] Publica nanque peccata, publicè arguenda sunt, [*Vt & cæteri*] superiores
ac inferiores [*Timorem habeant*] id est argui & peccare formidẽt. Si verò peccatum sit occultum, primò
occultè arguẽdus est reus: iuxta illud, Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solũ. Matth. 18.
[*Testor*] id est sub testimonio dico, téque adiuro [*Coram deo*] patre, [*Et Christo Iesu*] filio eius [*Et electis*]
id est sanctis [*Angelis, vt hæc*] dicta atque dicenda [*custodias*] non solùm memoriter, sed etiam efficien-
ter, [*sine præiudicio*] id est præ discussione seu præcedenti discretionis iudicio. [*Nihil*] notabile [*Faciens*
in aliam partem declinando] id est à via iustitiæ recedendo ad partem contrariam. Vnde in Ecclesiastico
B legimus, Fili, sine consilio nihil facias, & post factum non pœnitebit. Iob quoque, Causam, inquit, quã Eccle. 32.
ignorabam, diligentissimè inuestigabam. [*Manus nemini cito imposueris*] aliquem facilè ordinando, sed Iob 29.
prius examina eum, [*Neque communicaueris*] per consensum [*Peccatis alienis. Teipsum castum custodi*] con
tinenter viuendo, quod maximè decet prælatum ecclesiæ. [*Noli adhuc aquam bibere*] sicut diu fecisti, [*sed*
vino modico vtere propter stomachum tuum] vini calore indigentem. In quo stomacho est sedes ægritudi-
nis, & principium digestionis, [*Et frequentes tuas infirmitates*] quæ per aquæ potationem augentur.

¶ Deinde ostendit Apostolus in quibus necessarium sit præiudicium, seu præuium rationis examen.
[*Quorundam hominum peccata manifesta sunt*] id est euidenter mala, quia non possunt bono animo fieri,
sicut sunt stupra, furta, blasphemiæ, [*Præcedentia ad iudicium*] id est nota antequam veniant ad rationis
examinationem ac diiudicationem. Vel, præcedentia ad iudicium, diuinum, generale seu particulare,
quorum vtrunque sit post vitam præsentem. Talia ergo non oportet examinari, nec in talibus præiudi
cium exigitur, sed subitò diiudicari possunt. Vnde iudicium quod ea sequitur, nõ est temerariũ, [*Quo-*
rundam autem] peccata [*Et subsequuntur*] id est peccata aliquorum occulta seu quadam apparenti iustitia
fucata sunt, ita vt non appareant mala, nisi post discussionem, ideo in eis præiudicium est necessariũ vt
examinentur. Vnde nec ea iudicare debemus, sed prælatorum & iudicum est ea discutere. Vel, subse- Marc. 4.
C quuntur diuinum iudicium: quia non deducentur in publicum, nisi in die iudicij, quãdo illuminabun 1. Cor. 4.
tur abscondita tenebrarum [*similiter & facta bona manifesta sunt*] id est aliqua opera bona, sunt apertè
bona, saltem quantùm ad genus operis, quamuis non ad intentionem agentis. Talia ergo examinatione
non indigent, [*Et quæ aliter se habent*] id est bona de quibus mox certum non est, an sit veraciter bona, Matth. 10.
[*Abscondi non possunt*] id est suo tempore clarè patebunt, quando à recta ratione examinantur, vel à deo Luc. 8.
iudicantur. Propter quod in Euangelio veritas loquitur, Nihil opertum, quod non reueletur: neque oc
cultum, quod non manifestetur.

Cap. VI. [*Quicunque sunt sub iugo serui.*] Artic. VI.

DEscendit demum Apostolus ad instructionem particularium personarũ. [*Qui-*
cunque sunt sub iugo serui] id est qualescunque sint serui, videlicet sapientes, fi- 1. Petri 2.
deles, vel alia gratia adornati; tamen cùm sint subditi imperio dominorum suo-
rum, [*Dominos suos*] tam bonos q̃ discolos, seu infideles, [*Omni honore*] duliæ,
qui carnalibus dominis impendi solet ac debet, [*Digni arbitrentur*] non inquan-
tũ infideles & impij, cùm scriptum sit de viro iusto, Ad nihilum deductus est in Psalm. 14.
conspectu eius malignus. Sciendum quòd quidam docebant libertatem omni- Ioan. 8.
bus Christianis esse communem, intendentes seruitutem reprobare, eo quòd di Matt. 17.
D cat Saluator, Si filius vos liberauit, verè liberi eritis. Et alibi, Ergo liberi sunt filij. Sed hæc de spirituali
libertate, non de carnali intelligenda sunt. Ideo contra hos fatur Apostolus, Ideo autem serui hoc fa-
ciunt, [*Ne nomen domini & doctrina*] hoc est ne Christus & eius prædicatio [*Blasphemetur*] ab impiis,
tanquam sit contra leges, & dominis auferat debitam seruitutem. [*Qui autem fideles habent dominos*] id
est serui Christianis dominis seruiẽtes, [*Non contemnant*] dominos tales, [*Quia fratres sunt*] hoc est ob
hoc quia in Christo sunt pares, quantùm ad spiritualia, [*Sed magis seruiant*] dominis suis cum debita
reuerentia, [*Quia*] domini [*Fideles sunt et dilecti deo, quia beneficij participes sunt*] id est domini eadem be-
neficia gratiæ à deo receperunt atque recipient, quæ & serui. [*Hæc doce*] seruos, [*Exhortare*] eos, vt sic
agãt. [*Si quis aliter docet,*] quàm ego iam docui, & [*Non acquiescit sanis*] hoc est veris [*sermonibus domini no*
stri Iesu Christi] quos loquitur per me, qui etiam proprio ore dixit, Redde quæ sunt Cæsaris Cæsari, [*Et*
ei, quæ secundum pietatem est, doctrinæ] euangelicæ, quæ ad pietatem inducit, & lites odiumq; extirpat. Ta Matth. 22.
lis est [*superbus, nihil sciens*] scientia salutari & formata, de qua dicitur à Sapiente, Dedit illi scientiam san Marc. 12.
ctorum. Vnde & Salomon, Vbi, inquit, humilitas, ibi sapientia. Et rursus, Superbus & arrogans voca- Luc. 20.
bitur indoctus [*Sed languens*] id est cum infirmitate sui intellectus inaniter occupatus, [*Circa quæ-* Sap. 10.
stiones et pugnas] id est disputationes litigiosas [*Verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ*] vnius in ali- Prouer. 11.
um, [*Contentiones, blasphemiæ*] aduersariorum fidei contra deum, dum audiunt aliqua rationi naturali Prouer. 23.

Universidad de Deusto Biblioteca

Osee 10. contraria, [*Suspiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum*] id est infectam voluntatem habentium, aduersorum à summo & incommutabili bono. De quibus propheta inquit, Diuisum est cor eorum, nunc interibunt, [*Et qui veritate priuati sunt*] id est spiritualiter excæcati. Hominũ, inquam [*Existimantium quæstum esse pietatem*] id est opus pietatis, videlicet prædicationem ordinandam esse ad lucrũ temporale. Nam ideo prædicant, vt temporale commodum consequantur, quemadmodum apud Michæam prophetam de quibusdam inducitur, Sacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant. [*Est autem quæstus magnus, pietas cum sufficientia*] id est quamuis pietas non sit quæstus carnalis ac temporalis, vt illi existimant, est tamen magnus quæstus, videlicet fructuosus, spiritualis atque æternus, quia æternam vitam meretur, estque acquisitio omnium spiritualium diuitiarum pietas ista, id est cultus dei cum sufficientia victus ac vestium, sicut iam dictum est. Pietas ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est & futuræ, cum qua sufficientia debemus esse contenti. [*Nihil enim*] temporalium diuitiarum [*intulimus in hunc mundum*] nascendo, sicut Iob ait, Nudus egressus sum de vtero matris meæ [*Haud*] id est non [*Dubium*] est, sed certum, [*Quia nec auferre*] è mundo [*Quid*] talium rerum [*Possumus*] moriendo, sicut ait Psalmista, Homo cũ dormierit, non sumet omnia. Et Iob, Diues cùm dormierit, nihil secum auferet: apprehendet eum quasi aqua, inopia. [*Habentes autem alimenta, &*] indumenta [*Quibus tegamur*] id est victualium & vestimentorum competentiam, [*His contenti simus*] quantùm ad appetitum temporalium rerum. Qui enim vltra procedit, inordinatè se habet, & superfluè agit, quoniam corporalia ad spiritualia ordinantur, sicut media ad finem, ideo nõ sunt appetenda nisi ad necessitatem: videlicet intantùm, quantùm conferunt vel requiruntur ad spiritualem mentis profectum, quem superfluitas temporalium rerum non prouehit, sed impedit. Ideo Sapiẽs orabat, Diuitias ne dederis mihi, tribue tantùm victui meo necessaria. [*Nam qui volunt*] id est volendo satagunt, [*Diuites fieri, incidunt in tentationem*] id est diabolicam impugnationem, [*Et laqueum diaboli*] id est in peccati consensum, quo anima à diabolo capitur, quasi in laqueo. Tales enim cùm sint auari, aliorum bona desiderant, alienis prosperitatibus inuident, & per vitiosa media conantur temporalia congregare, mentiendo, fallendo, &c. Ideo enim in Ecclesiastico scriptum est, Auaro nihil est sceleſtius, & nihil est iniquius, quàm amare pecuniam. Christus quoque in Euangelio, Possibilius (inquit) est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem, id est diuitiarum amatorem intrare in regnum cælorum. Incidunt quoque [*Et in desideria multa*] inordinata, de quibus & Ioannes, Omne (inquit) quod est in mundo aut est concupiscentia oculorum, aut concupiscentia carnis, aut superbia vitæ, [*Et inutilia & nociua.*] Hæc enim desideria sunt inutilia, quia non prosunt ad adipiscendam veram salutem. Et nociua, quoniam gratiam dei extingunt, [*Quæ mergunt*] id est per modum aquarum occidunt [*Homines*] auaros [*In interitum*] id est gratiæ amissionem, quæ est mors animæ, [*Et perditionem*] gloriæ sempiternæ, quæ est mors secunda ac infernalis. Hæc enim mala inferunt desideria ista. [*Radix enim omnium malorum est cupiditas*] plus habendi quàm expedit. Nec obstat quòd superbia dicitur omnis peccati initium, vel etiam amor priuatus, cui maximè conuenit esse omnium vitiorum originem. Nam sicut nullum est genus peccati quod non oriatur (vt plurimùm) ex superbia: sic nullum est genus peccati quod non interdum nascatur ex cupiditate, præsertim cùm ipsa quoque superbia aliquando oriatur ex cupiditate, & econtrariò. Sunt enim qui non amarent superflua, nisi per possessionem illorum putarent se excellentiores esse futuros. Et sunt qui non amarent excellentiam, nisi per eam putarent se ditiores fieri posse. Amor autem priuatus, est radix omnium horum malorum, imò simpliciter vniuersorum vitiorum, [*Quam*] id est cuius cupiditatis materiam [*Quidam appetentes erraverunt a fide*] vel eam negando, ne diuitiis spoliarentur, vel infideliter operando, fidei directionem non sequentes [*Et inseruerunt se doloribus multis*] id est variis curis & pœnalibus solicitudinibus vitæ præsentis. Nam & diuitiæ cum labore acquiruntur, cum timore possidentur, cum dolore amittuntur. Propterea comparat eas Christus spinis. Pungunt enim & lacerant animam possidentis. [*Tu autem o homo dei*] id est diuino cultui totus mancipatus, [*Hæc*] vitia [*Fuge*] iuxta illud Ecclesiastici, Quasi à facie colubri fuge peccata. Vnde Ambrosius, Nihil tam asperum, tamque pernicioſum, quàm si vir Ecclesiasticus (maximè qui sublimem tenet locum) diuitiis huius seculi studeat, quod non solùm sibi, sed etiam aliis obest, quibus contrariam dat formam, [*sectare vero*] id est præcedentium sanctorum vestigia imitando operare seu tene [*iustitiam*] reddendo vnicuique quod ei debetur à te, [*Pietatem*] quæ secundum prædicta ad omnia vtilis est, [*Fidem*] catholicam, [*charitatem*] dei & proximi, [*Patientiam*] non tristando propter aduersa, [*Mansuetudinem*] non appetendo vindictam propter illatas iniurias. [*Certa bonum certamen fidei*] id est efficaciter milita Christo, pugna pro fide, labora aduersus peccata. Militia est enim vita hominis super terram: nec coronatur, nisi qui legitimè certauerit. [*Apprehende*] hoc est adipisci conare, & toto affectu amplectere, [*Vitam æternam*] id est fœlicitatem cæleſtem tanquam brauium tui certaminis, aliud præmium non quærendo, [*in qua*] id est ad quam, vel propter cuius adeptionem, [*Vocatus es*] à deo ad fidem fideique certamen, [*Et confessus es bonam confessionem*] hoc est fidei veritatem seu promissionem. Ore enim confessio fit ad salutem, [*Coram multis testibus*] non solùm deo & angelis, sed etiam coram bonis hominibus in tua ordinatione ac prædicatione. Hoc est etiam propter hanc confessionem apprehende vitam æternam, vt actio confessioni respondeat. [*Præcipio tibi coram deo*] id est deo patre testante, vel authoritate diuina mihi commissa, [*qui*] deus [*Viuificat omnia*] viua vi tæ naturæ, gratiæ seu gloriæ, [*Et*] coram [*Christo Iesu*] qui est testis fidelis. [*Qui testimonium*] veritati [*Reddidit, sub Pontio Pilato*] dicens, Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati, videlicet [*Bonam confessionem*] qua dixit, Rex sum ego. Et, Regnum meum non est de hoc mundo. Hoc ergo præcipio, [*Vt serues*] id est adimpleas [*Mandatum*] id est mandata diuina, & mea,

Mich. 3.
1. Tim. 4.
Iob 1.
Psalm. 48.
Iob 27.
Prouer. 30
Eccle. 10.
Matth. 19.
Marc. 10.
Luc. 18.
1. Ioan. 2.
Apoc. 21.
Eccle. 10.
Luc. 8.
Eccle. 21.
Ambros.
1. Tim. 4.
Iob 7.
2. Tim. 2.
Rom. 10.
Apoc. 7.
Ioan. 8.
Ibidem.

quæ vtique à deo sunt, [*Sine macula*] id est purè, [*Irreprehensibile*] id est sic ea obserues vt reprehendi non possint quasi iniusta, [*Vsque in aduentum domini nostri Iesu Christi*] id est perseueranter vsque ad mortem, quando à Christo visitaberis, & ei occurres, [*Quem*] Christum in forma humana, [*suis*] id est congruis, & à deo præordinatis [*Temporibus*] scilicet in die iudicij particularis vel vniuersalis, vel in die æternitatis, quæ omne tempus comprehendit. Nam & in patria erit post diem iudicij tempus discretum, vt Thomas & alij multi testantur, [*Ostendet*] hominibus bonis & malis in die iudicij, sed solis electis in die æternitatis, [*Beatus & solus potens,*] id est deus trinitas substantialiter fœlix, in quo est omnium bonorum, pulchrorum ac desiderabilium infinita plenitudo, qui solus essentialiter potens est, & ipsa sua potentia. De quo in Iob scriptum est, Deus potentes non abiicit, cùm ipse sit potens [*Rex regum & dominus dominantium.*] Omnia nanque quantumcunque potentia atque sublimia comparantur ad deum, sicut instrumenta ad artificem, sicut media ad finem, & sicut subiecti ad principium. Vnde ait Psalmista, Quoniam deus magnus dominus, & rex magnus super omnes deos, [*Qui solus*] per naturam [*Habet immortalitatem*] id est omnimodam & superplenissimam inuariabilitatem, sicut per Malachiam loquitur, Ego dominus, & non mutor. Omne autem creatum aliquo modo mutabile est & in omni ente mutabili inuenitur quædam mortalitas, secundum Augustinum, videlicet alicuius desinentia, & recens dispositio, [*Et lucem habitat inaccessibilem*] id est nullo loco vel termino clauditur, nec in aliqua creatura per circunscriptionem moratur, sed habitat in seipso, per quietissimam subsistentiam, qui est lux substantialis, vera & infinita. Quæ inaccessibilis dicitur, quia à nullo intellectu creato comprehendi potest. Vnde & dicitur tenebras ponere latibulum suum. Potest tamẽ homo ad eam accedere in via per fidem & gratiã, & in patria per claram visionem. Propter quod ait Psalmista, Accedite ad eum & illuminamini. Et ad Hebræos dicit Apostolus, Accedamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, [*Quem vidit nullus hominum*] existens homo purus, & sensitiuarum viriũ operationibus vtens, [*sed nec videre potest*] in hac vita visione clara per speciem, qua cognoscitur de re quid est. Potest tamen videri per fidem & speciem creatã, qua cognoscitur quia est. Propter quod scriptum est in Iob, Omnes homines vident deum, vnusquisque intuetur procul. Prædictis verò verbis Apostoli consonat & illud Ioannis, Deum nemo vidit vnquam. Et quod Moysi dominus dicebat, Nõ videbit me homo & viuet. His ergo nõ obuiat, quòd non solùm Christus, sed Moyses quoque & Paulus deum per speciem in hac vita viderunt, secundum Augustinum. Pro tunc enim non vixerunt vita humana & sensitiua, [*Cui*] deo trino ac simplici [*Est honor*] latriæ, [*Et imperium sempiternum. Amen*] Iuxta illud Danielis, Potestas eius potestas sempiterna, & regnum eius in generatione & generationem.

¶Superius dixit Apostolus quid contingat volentibus ditari: nunc docet quid oporteat diuites facere. [*Diuitibus huius seculi*] id est temporales & seculares diuitias habentibus, [*Præcipe*] quod & scriptura diuina præcipit, [*Non sublime sapere*] id est de diuitiis non extolli, nec alios aspernari, [*Neque sperare in incerto diuitiarum*] id est in istis amissibilibus diuitiis, quæ sunt bona fortunæ. Propter quod ait Psalmista, Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Et Iob, Si putaui, inquit, aurum robur meum: & ebrioso dixi, fiducia mea. Quàm autem difficile & rarum sit hoc, patet per illud Ecclesiastici, Beatus diues, qui inuentus est sine macula, qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecuniæ thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. Hinc & Christus in Euangelio asserit, Quàm difficile qui habent pecunias intrabunt in regnum cælorum, [*Sed in deo viuo*] omnis vitæ fontano principio. De quo ait propheta, Domine virtutum beatus homo qui sperat in te, [*Qui præstat nobis omnia*] corporalia ac spiritualia quæ habemus, [*Abunde*] hoc est copiosè: iuxta illud Iacobi, Qui dat omnibus affluenter, & non improperat, [*Ad fruendum*] id est ad vtendum temporalibus, vt sic vtamur præsentibus, quatenus bonis futuris nobis promissis, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, tandem fruamur. Præcipe insuper diuitibus, [*Bene agere, diuites fieri in operibus bonis*] id est spirituales diuitias congregare, videlicet cumulum meritorum, & incrementa gratiæ atque virtutum. Prout ait Saluator, Thesaurizate vobis thesaurum in cælo, [*Facile tribuere*] eleemosynas. Quemadmodum Christus hortatur, Omni petenti te tribue. Et, Beatius est magis dare quàm accipere, [*Communicare*] id est communia reputare, vel facere bona exteriora, [*Vt thesaurizare sibi fundamentum bonum*] hoc est stabilem cordis adhæsionem cum deo, seu opus meritorium, [*In futurum*] id est ad hoc vt digni sint bonis seculi futuri, [*Vt apprehendant veram vitam*] id est æternam vitam seu beatitudinem (quæ non est fallax & labilis) consequantur. [*O timothee depositum custodi*] id est episcopale officium tibi diuinitus commendatum seu creditum diligenter exerce, & gratiam tibi concessam, creditáque talenta, suo tempore cum vsuris repetenda, sollicitè conserua, expende, dispensa, [*Deuitans prophanas vocum nouitates*] id est noua vocabula religioni sanctæ contraria, quæ sua obscuritate vel vanitate introducunt errorem. Ponit autem glossa exemplum de nomine isto hypostasis. Sed hoc intelligendum est pro certo tempore. Hypostasis nanque significat essentiam & personam. Vnde hæretici per vsum huius nominis volebant catholicos inducere ad confitendum tres essentias in diuinis, sicut & tres personas. Idcirco non licuit nomine isto vti ante determinationem suæ significationis. Nunc verò quoniam vsu doctorum determinatum est ad significandum personam, licitum est ipso vti, imò doctores (vt plurimùm) ipso vtuntur. Hinc Dionysius, & eum sequens Damascenus, affirmant non esse audendum aliud de supersubstantiali deitate asserere, præter ea quæ nobis in sacris eloquiis tradita sunt. Et Hieronymus dicit, Ex sola inordinata prolatione verborum incurritur hæresis. Deuitans etiam [*Et oppositiones*] id est instantias seu contradictiones contra fidem, [*Falsi nominis scientiæ*] id est vanæ scientiæ, quæ mendaciter scientia appellatur, vt est omnis scientia, quæ se extollit contra scientiam dei seu fidei veritatem, [*Quam*] falsam scientiam, [*Quidam promittentes*] id est se habere & diligere profitentes,

Marc. 12.
Boëtius.
Iob 36.
Apoc. 19.
Psalm. 49.
Augustin.
1. Ioan. 1.
Psalm. 17.
Psalm. 33.
Heb. 10.
Iob 36.
Ioan. 1.
Exod. 33.
Augustin.
Danie. 4.
Psal. 61.
Iob 31.
Eccle. 13.
Marc. 10.
Psal. 83.
Iacobi 1.
Esa. 64.
1. Cor. 1.
Matth. 6.
Luc. 6.
Act. 20.
Matth. 25.
Dionys. Damasce. Hieron.
Rom. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[*Circa fidem exciderunt*] id est à fide catholica corruerunt, sequentes naturalem rationem & propriam imaginationem, imò stultitiam potius quàm diuinam authoritatem. [*Gratia tecum*] quæ non infunditur nisi ab omnipotente, qui est super omnia deus sublimis & benedictus. [*Amen.*] E

IN EPISTOLAM II. AD TIMOTHEVM
PROEMIVM.

Prouer. 15. Iacobi 3. Prouer. 24 Psal. 10.

OVi abiicit disciplinam, despicit animam suam: qui autẽ acquiescit increpationibus, possessor est cordis. Quia in multis offendimus omnes, septiésq; in die corruit iustus, necessaria nobis est disciplina verborum ac verberum, quatenus verbis ictibúsque correcti, abstrahamur à vitiis & decoremur virtutibus. Quemadmodum ergo qui diligit iniquitatem odit animam suam: sic qui abiicit disciplinam, despicit animam propriam. Ideo sanctus Apostolus in hac secunda ad Timotheum epistola erudit eum & corripit. Præcedenti quippe epistola recepta

Sap. 3.

& lecta, Timotheus tandem anima fatigatus & circa officij sui exequutionẽ fuit tepidior factus propter continuas aduersitates, infirmitates & persequutiones circunstantes. Hortatur ergo eum Apostolus ad palmam martyrij, atque idoneam sui ministerij exequutionem, proponens seipsum ei in exemplum, scribítque ei à Roma de carcere, vel à Laodicea, vt asserũt quidam. Procedit autem modo consueto, salutationem præmittendo, sicut patebit. F

Cap. 1. [*Paulus apostolus christi iesu per voluntatem dei.*] Artic. 1.

1. Cor. 15. 1. Cor. 9. Act. 16. Galat. 6. 1. Thess. 2.

PAulus apostolus christi iesu per voluntatem dei] id est deo agente, [*Secundum promissionem vitæ*] id est propter præmium, vel ad obtinendam remunerationem vitæ, [*quæ est in christo iesu*] id est vitę æternæ, quæ à Christo cõfertur, & in Christo consistit sicut in obiecto, quæ vita est præmium propter quod factus sum apostolus, non ab homine, sed à deo. Mandat & scribit [*Timotheo charissimo filio*] suo spirituali, [*Gratia*] gratum faciens, [*Misericordia*] id est peccatorum remissio, [*Et pax*] id est tranquillitas mentis sit tibi [*A deo patre et iesu christo*] filio eius [*Domino nostro. Gratias ago deo, cui seruio a progenitoribus meis*] id est exemplo antiquorum patrum meorum, videlicet Abrahæ, Isaac & Iacob, quorum vestigia imitor, vnum verum deum colendo [*In conscientia pura*] id est sine remorsu alicuius peccati, inde autem gratias ago, [*Quod*

G

Hiere. 14.

sine intermissione] id est omni congruo tempore, [*Habeam tui memoriam in orationibus meis*] fusis pro te & aliis, [*Nocte ac die desiderans te videre, memor lachrymarum tuarum*] quas deduxerunt oculi tui, quando

1. Tim. 1.

recessi à te, qui libentissimè mecum transisses ac permansisses. [*Vt gaudio implear*] id est vt te in bonis confirmem, & accendam ad martyrij palmam. quo facto de tuo profectu plenè exultem, [*Recordationem accipiens eius fidei, quæ est in te non ficta*] id est tuę veræ fidei reminiscens, quæ non est simulata, sed pura & efficax, [*Quæ*] fides [*Et habitauit*] id est firmiter fuit, [*In auia tua Loide*] id est matre matris tuę sic dicta. Habitauit quoque [*Et in matre tua Eunice.*] Parentum fidem commemorat, vt fidem filij roboret.

Act. 16.

Tacet verò de patre Timothei, quoniam gentilis erat, & infidelis, vt dicitur. [*Certus sum autem quod et in te*] habitet fides ista. [*Propter quam causam*] videlicet, quia tam bonas genitrices habuisti, & fidelis diu fuisti, [*Admoneo te*] paternè, [*Vt resuscites*] id est reformes, perficere studeas, & ad pristinos actus extendas [*Gratiam dei, quæ est in te*] id est gratiam episcopalem & sacramentalem tibi diuinitus datam in tui ordinatione vel confirmatione, [*Per impositionem manuum mearum*] quæ impositio fuit causa gratiæ dispositiua & instrumentalis. Vel potest intelligi absolutè de gratia gratificante, quia per impositionem manuum apostolorum dabatur spiritus sanctus. Ex his patet, quòd gratia in corde Timothei erat, quasi sopita & debilitata, ideo admonet eum vt reparet gratiam pristinam, proficiendo in ea. Vnde etiam

Act. 8. Apoc. 2. Ibidem.

quòd in Apocaly. angelo ecclesiæ Ephesi dicitur, Scio opera tua, & laborẽ, & patientiam. Et post pauca, Sed habeo aduersum te, quòd charitatem tuã primam reliquisti. Memor esto itaque vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Quidam exponunt de Timotheo, quem cõstat fuisse Ephesiorum angelum, id est episcopum. [*Non enim dedit nobis deus spiritum*] hoc est donum [*Timoris*] purè seruilis. Vel, spiritum timoris, id est animam inordinatè timentem temporalia mala, videlicet eos qui

H

Matth. 10. Esa. 11.

corpus occidunt, [*sed dedit nobis spiritum*] id est donum & gratiam [*Virtutis*] id est fortitudinis contra

Rom. 8. Epist.

aduersa, quæ est vnum de septem donis spiritus sancti, [*Et dilectionis*] dei ac proximi, [*Et sobrietatis*] id est temperantiæ vel discretionis. Verba hæc plenius exposita sunt ad Romanos, vbi legitur, Non accepistis spiritum seruitutis in timore. [*Noli itaque erubescere*] id est quoniam dedit nobis deus spiritum dilectionis, nõ erubesca [*Testimonium domini nostri iesu christi,*] id est protestationem, prædicationem seu confessionem Christi: sed sine rubore & cõfusione testare coram hominibus, q̃ Christus sit deus

Matth. 10. Luc. 9.

& homo, qui ex sua passione vniuersum mundum redemit, resurrexit, cælos ascẽdit. Vnde ait saluator in Euangelio, Qui me cõfessus fuerit corã hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. Et rursus, Qui me erubuerit & meos sermones, hũc filius hominis erubescet, [*Nec*] erubescas [*Me vinctum eius*] i. me Paulũ pro fide nunc captũ atque ligatũ, [*Sed collabora Euangelio*] i. cũ me & cæteris euangelizantibus, labora ad promulgationẽ ac veneratiõnẽ euangelicæ legis, fortiter prædicando, iustè viuẽdo, & prõ fidei veritate mortẽ sustinendo, [*secũdum virtutem dei*] i. secundũ virtutẽ & gratiã tibi diuinitus

A datam, [*Qui nos liberauit*] per propriam passionem à iugo diaboli & pœna inferni, [*Et vocauit*] ad fidem ac vitam æternam [*Vocatione sua sancta*] i. inspiratione interna, de qua in Apocalypsi, Ego sto ad ostiũ & pulso. Vel prædicatione euangelica quam fecit per nos: non enim nos sumus qui loquimur, sed spiritus patris nostri qui loquitur in nobis. Vocauit inquam nos, [*Non secundum opera nostra*] i. propria merita quæ vocationem hanc nequaquam præcesserunt, [*sed secundum propositum suum*] id est voluntatis suæ decretum seu voluntariam præordinationem, [*Et gratiam*] nobis clementer infusam, quæ est effectus huius propositi, per quem ad omnia opera meritoria promouemur atque perducimur, [*Quæ data*] i. dari præordinata, [*Est nobis in christo iesu*] i. per Christum, vtputa per eius incarnationem, virtutẽ & meritum [*Ante tempora secularia*] i. ab æterno. [*Manifestata est autem*] i. publicè prædicata & nota, vel euidenter impleta est, [*Nunc*] tempore gratiæ [*Per illuminationem*] i. prædicationem & doctrinam [*saluatoris nostri iesu christi*] quam proprio ore, vel per apostolos mundo proposuit, aut certè per illuminationem factam in die Penthecostes, quando in igneis linguis spiritus sanctus apparens, illuminauit apostolos ad cognoscendum & prædicandum hanc gratiam. quæ illuminatio dicitur Christi, quoniam ipse misit spiritum sanctum. [*Qui*] Christus sua passione [*Destruxit*] i. hominibus abstulit [*Mortem*] culpæ atque gehennæ, & corporis immortalitatem promeruit eis, quam & nunc præstat in spe, daturus eam in re, quando corruptibile hoc induet incorruptionem. Hoc est quod apud Oseam loquitur, De morte redimam eos, Ero mors tua ô mors, &c. [*Illuminauit autem*] id est notam fecit [*vitam*] æternam, quę est

B

merces nostri laboris, & finis huius peregrinationis [*Et incorruptionem*] i. perpetuam immortalitatem, quam habebunt electi in anima & corpore post diem iudicij [*Per euangelium*] id est euangelij prædicationem, videlicet per seipsum & discipulos suos, dicendo, Cognosco oues meas, & vitam æternam do eis. Et alibi, Qui credit in me, non morietur in æternum. [*In quo*] euangelio prædicando, videlicet vt id annunciem omnibus, [*Positus sum ego*] i. à deo ordinatus & constitutus [*Prædicator & apostolus et magister gentium, ob quam causam*] videlicet propter euangelij prædicationem, [*Hæc*] id est incarcerationẽ, ligationem & alia plurima [*Patior, sed non confundor*] in meipso quasi turpe aliquid operãs, imò glorior in aduersis. Verbum equidem crucis pereuntibus stultitia est: his verò qui salui fiunt. i. nobis, virtus dei est. [*Scio enim cui credidi*] scilicet deo omnipotenti, qui est via, veritas & vita, [*Et certus sum quia potens est depositum meum*] i. beatitudinem mihi paratam quam merui & apud ipsum reposui [*Seruare in illũ diẽ*] id est vsque ad diem remunerationis meę, hoc est vsque in diẽ mortis, quantùm ad glorificationem animæ, & vsque in diem extremi iudicij, quantũ ad glorificationem corporis mei. Insuper admonet Timotheum. [*Formam habens sanorum verborum*] .i. tu Timothee habens seriem sanctarum prædicationum, seu formam euangelicorũ verborum, [quæ verba [*A me*] prædicante [*Audisti.*] Habens, inquam, hæc verba [*In fide*] id est cum fidei obseruatione [*Et dilectione in christo iesu*] .i. per gratiam Christi & ad gloriã

C

eius, vel secundum voluntatem ipsius, [*Bonum depositum custodi*] id est gratiam tibi concessam conserua, & officium tibi cõmissum dignè prosequere. Vel sic, Bonum depositũ, de quo nunc dixi, id est præmium tibi apud deum repositum pro tuo labore custodi, ne illud per negligentiam perdas [*Per spiritũ*] id est non tuis viribus, sed adiutorio spiritus sancti hoc age, [*Qui habitat in nobis*] per charitatem & gratiam, quoniam sumus templum dei. Dominus enim in templo sancto suo. [*scis enim hoc*] id est iam planè nosti, vel scire debes, [*Quod auerti sunt a me omnes qui in Asia sunt,*] id est quòd vniuersi qui nunc recesserunt à me cũ perfido corde sunt in Asia minori, [*Ex quibus*] i. de quorum numero [*sunt Phygelus et Hermogenes.*] Hi (vt legitur) fraudulenter accesserunt apostolum vt discerẽt eius mysteria, quatenus materiam calumniandi haberent: qui cũ se manifestatos conspicerent, abierunt. [*Det misericordiam dominus Onesiphori domui*] .i. fideli familiæ Onesiphori Asiani, [*Quia sæpe me refrigerauit*] .i. consolatus est & refocillauit necessaria ministrando, [*Et catenam meam*] .i. me catenis vinctum, [*Non erubuit*] verecundando de tali magistro. [*Sed cum Romam venisset, solicite me quæsiuit et inuenit. Det illi dominus*] pater [*inuenire misericordiam*] id est gratiam adipisci & vitam æternam, [*A domino*] filio, cui pater dedit omne iudicium: iuxta illud, Deus iudicium tuum regi da, [*In die illa*] id est in die mortis atque iudicij. Talis modus loquendi in veteri testamento vsitatior est, vt ibi, Pluit dominus super Sodomã ignem & sulphur

D

à domino. [*Et quãta*] beneficia [*Epheso*] id est in Epheso, [*Ministrauerit mihi*] Onesiphorus iste [*Tu melius nosti*] qui præsens fuisti, quàm ea quæ Romæ mihi ministrauerit.

Cap. 11. [*Tu ergo fili mi confortare in gratia.*] Artic. 11.

TV ergo fili mi confortare in gratia] gratum faciente quæ est omnium operum meritoriorum principium, sicut natura est principium operationum naturalium, [*Quæ*] gratia [*Est in christo iesu*] sicut in fonte & capite, quia ab ipso deriuatur in nos. De plenitudine quippe eius omnes accepimus, [*Et quæ audisti a me*] .i. euangelica documẽta quæ tibi proposui [*Per multos testes*] id est per allegationes prophetarum quorum testimonio confirmaui quæ docui. Vel per multos testes, id est multis præsentibus qui testimonium ferre possent. [*Hæc commenda fidelibus hominibus*] vt prædicent aliis: non quibuscunque fidelibus, sed [*Qui idonei erunt et alios docere*] id est qui morum probitate, scientia, atque facundia pollent. [*Labora*] in agro dominico & vinea domini Sabaoth, [*Sicut bonus miles christi iesu*] spinas vitiorum & tribulos passionum de cordibus subditorum euellendo, vita & labiis prædicando, & tuum officium dignè continuando. [*Nemo militans deo*] id est ad dei honorem & gloriam, aduersariis veritatis repugnans, contra propria vitia luctans, & diuinis exercitiis se immergens, [*Implicat*] id est inuoluit, [*Se secularibus negotiis*] id est

Ioan. 1. Esa. 5. Luc. 10. Matt. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

causis & rebus,diuitiísque mundanis.Per hoc enim distraheretur mens eius ab illo vno quod solũ necessarium est.Ideo solicitudo de crastino prohibetur à Christo: nam & si interim oporteat seruum & militem Christi secularia tractare negotia ,non tamen se implicat illis, sed moderatè & interdum se applicat talibus cupiens expediri & deo vniri [*Vt ei*] videlicet deo [*Placeat cui se probauit*]id est probabilem exhibuit seu denouit,dicens cum Psalmo,Mihi adhærere deo bonum est.Et, Vnam petij à domino,requiram hanc.Idcirco autem labora,vt miles Christi.[*Nam qui certat in agone*]id est cum alio contendit in huiusce modi bellico exercitio, quod & agonizantes quandoque nudi exercuerunt [*Non coronabitur*]quasi victor[*Nisi legitime*]id est efficaciter,& sicut lex agonis requirit,[*certauerit*]omnia impedimenta pugnandi abiiciendo,quemadmodum dictum est alibi , Omnis qui in agone contendit,ab omnibus se abstinet.[*Laborãtem agricolam oportet primum de fructibus percipere*] id est quemadmodum agricola diligens primò fruges suæ terræ degustat , & de eis necessaria sumit & edit , sic prædicator & pastor qui corda audiẽtium vomere prædicationis aperit,vertit & excolit, seméque verbi cælestis infundit,debet de sumptibus aliorum & gregis propriis sustentari. Dignus est enim operarius sua mercede.Hoc dicit Apostolus,quia superius dixit,quòd militãs deo non implicat se secularibus negotiis. Vt ergo ostendat vnde prædicator & prælatus viuere debeat,adiecit similitudinem de agricola.[*Intellige*] id est discretè perpende,[*Quæ dico*]ne tibi videatur contrarietas in verbis & actibus meis,eò quòd ego non accipiam sumptum ab aliis,cuius oppositum te doceo.Ego enim non accipio interdum propter rationabiles causas, vt amputem occasionem peruersis. Te verò accipere volo propter rationabiles causas,cùm sis infirmus, & vt deo liberius vaces. [*Dabit enim tibi dominus in omnibus*] quæ scribo aut facio [*intellectum*]id est veram ac circunspectam notitiam.

¶ Denique quatenus legitimè certes consideratione futuræ coronationis. [*Memor esto*]per actualẽ consideratiõnem[*Dominum nostrum Iesum Christum resurrexisse a mortuis*]natum[*Ex semine Dauid secundum euangelium meum*]id est secundum euangelicam aununciationem à me administratam.[*In quo*]id est in cuius euangelij prædicatione, [*Laboro vsque ad vincula*]incluſiuè quibus iam vinctus in carcere iaceo, [*Quasi male operans*]id est tanquam falsa prædicans,& homines fallens.[*Sed verbum dei non est alligatum*] id est prædicatio mea seu doctrina non est impedita:nã verbo præsentes in carcere doceo , scriptis verò & item per discipulos meos absentes informo.[*Omnia autem*]aduersa[*Sustineo*]patienter,[*Propter electos, vt & ipsi salutem consequantur*] non à me, sed per ministerium meum, videlicet vt cooperer eorum saluti,[*Quæ est in Christo Iesu*]sicut in obiecto,datore,& causa meritoria.In eius enim visione consistit, ab ipso donatur,ipse quoque nobis promeruit eam,[*cum gloria cælesti*]salutem consequuntur,id est cũ omni beatitudine præmij accidentalis adiuncta præmio essentiali,quæ per salutem exprimitur.Vel,per salutem intelligitur fœlicitas viæ:per gloriam cælestem fœlicitas patriæ.[*Fidelis sermo*] quod dixi & dicam. [*Nam si commortui sumus*] id est Christi passionibus conformamur,mundo & vitiis moriendo,eiúsque vestigia dignè sequendo, [*Et conuiuemus*] cum Christo vita gratiæ in præsenti, & vita gloriæ in futuro,[*si sustinemus*]aduersa pro Christo,[*Et conregnabimus*] cum eo in regno cælorum. [*Si negauerimus*]eum verbis,vel impiis factis,[*Et ille negabit nos*] pertinere ad ipsum. Sicut in euangelio ait quibusdam,Nescio vos vnde sitis.Discedite à me operarij iniquitatis, propter quod rursus loquitur, Qui negauerit me coram hominibus,denegabitur coram angelis dei. [*Si non credimus*] ea quæ fidei sunt, [*ille*] scilicet deus seu Christus[*Fidelis*] id est verus [*Permanet,negare seipsum non potest*] cũ ipse sit veritas.Et hoc non posse,non ad impotentiam pertinet,sed ad veram ac summã potẽtiam. Sicut posse peccare nõ ad veram potentiam, sed ad impotentiam spectat. Qui enim potest quod sibi non expedit, quantò id magis potest,tantò impotentior est & infœlicior.Quemadmodum Dionysius recitat,hunc locum Elimas magus obiecit Apostolo, quasi derogaret omnipotentiæ dei , quòd seipsum negare non potest. [*Hæc commone*]id est ad horum fidem & obseruantiam alios exhortare, [*Testificans coram deo*].i.deum testem inuocans,vel per eum auditores tuos adiurãs & obsecrans. [*Noli verbis contendere*] cum aliis disputando seu conferendo,[*Ad nihil enim vtile est*]directè,& ex sua natura talis verbosa contentio,[*Nisi ad subuersionem audientium*] qui scandalizantur per hoc.Ideo dicit glossa,quòd non sit securum cum hæreticis disputare in publico. Non sic autem intelligedum est verbum Apostoli , quasi ad subuersionem audientium vtile esse sit vera vtilitas: sed tantùm vult dicere ꝙ contentio ad nihil valet nisi ad subuersionem.Ideo prorsus inutilis est & nociua ac fugienda.Vnde Corinthiis dictum est,Si quis videtur cõtentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, nec ecclesia dei. Ideo dicit Ambrosius, Collatio,non altercatio esse debet inter famulos dei,[*solicite cura teipsum probabilem*]id est laudabilem & acceptum, [*Exhibere deo*]opus dei reuerenter agendo,& in puritate conscientiæ coram altissimo conuersando.[*Operariuminconfusibilem*].i.executorẽ virtutum irreprehensibilem,vt non metuas venire ad lucem,quatenus manifestentur opera tua[*Recte tractantem*]id est discretè proponẽtem,[*Verbum veritatis*] vnũquenque docendo prout capere potest,vel indiget. [*Prophana autem*] id est verba sanctæ religioni contraria,[*Et vaniloquia deuita*]audire vel loqui:iuxta illud,Sepi aures tuas spinis,& noli audire linguã iniquã:Et ori tuo facito ostia & seras,[*Multum enim proficiunt*].i.valde cooperãtur[*Ad impietatem*]quoniam cultũ dei impediunt,& errores graues inducunt huiusmodi verba. Sumit autẽ verbũ,proficiunt, impropriè[*Et sermo eorum*]videlicet prophanorũ,hæreticorum,& vana loquentiũ, [*Vt cancer serpit*].i. ad similitudinẽ morbi illius paulatim crescit,& tẽdit à paruo errore ad magnũ. [*Ex quibus*].i.de quorũ hæreticorũ infœlici collegio,[*Est Hymenæus & Philetus,qui a veritate*]fidei in qua olim steterunt [*Exciderunt*]cadendo in hæresim, [*Dicentes resurrectionem iam factam*] id est ea quæ scriptura testatur de generali resurrectione corporum asserentes intelligenda esse de spirituali resurrectione animarũ à vitiis, quæ in baptismo iam facta est,quotidiéque impletur.Cõtra quos S.Iob apertissimè profitetur, Cred

Psal.72. Psal.26. 1.Cor.9. Matth. 10. Luc. 10. 1.Tim.5. 1. Cor.4. 2.Cor.12. 1. Thess.2. 2. Thess.3. Rom.1. Ephes.3. Coloss.3. Rom.8. Luc.32. Matth. 10. Rom.14. Dionys. 1.Cor.11. Ambros. 1.Tim.4. 1.Ioan.3. Eccle.28. Iob 19.

A quòd redemptor meus viuit,& in nouissimo die de terra surrecturus sum , & rursum circũdabor pelle mea,&c.[*Et subuerterunt*]sua fallaci expositione,[*Quorundam*]simplicium[*Fidem.sed firmum*].i.quamuis illi sic perierunt,non tamen de subuersione omnium est timendum,sed firmum[*Fundamentum dei*] id est Ecclesia in deo fundata(quæ in præcedenti epistola dicta est fundamentum atque columna veritatis)[*Stat*]firmiter in fide [*Habens signaculum hoc*].i. hoc quod subditur , habens pro sigillo & signo certissimo,quòd ipsa non peribit.[*Cognouit dominus qui sunt eius*] hoc est deus prædestinatos suos æternaliter cognoscit,scriptos in libro vitæ,eosque conseruat & approbat . Habens quoque signaculũ hoc secundum quod sequitur .[*Et discedat ab iniquitate*]id est peccata deuitet[*Omnis qui nominat*] cum mente fideli ac munda,[*Nomen domini*]De qua nominatione dicit apostolus, Nemo potest dicere dñm Iesum nisi in spiritu sancto.Hæc autem discessio signum est prædestinationis & saluationis ecclesiæ. ¶ Et quasi aliquis quæreret ,cur deus permittat sic quosdam perire ,Respondet Apostolus ponens exemplũ de grandi palatio.[*In magna autem domo non solum sunt vasa aurea & argentea*]pretiosa & pro vsibus nobilibus facta,quæ in mensam patrisfamilias apportentur,[*sed & lignea et fictilia*].i. etiam vasa vilia sunt in domo huiusmodi.[*Et quædam quidem*].i.aurea & argentea vasa,facta sunt [*In honorem*]hoc est ad vsus præclaros,[*Quædam autem*]id est vasa lignea & fictilia facta sunt, [*In contumeliam*] id est ad vsus immundos.Per hoc insinnatur quòd in ecclesia(quæ est magna domus dei)non solùm sunt electi & boni , qui
B per vasa aurea & argentea designantur,sed etiam reprobi ,qui per vilia vasa notantur.Electi autem facti sunt in honorem ,id est ad gloriam sempiternam,in quibus impletur id Psalmistæ , Gloriam & magnũ decorem impones super eum. Reprobi verò sunt in contumeliam , id est ad æternam confusionem ac pœnam .Et hoc totum cedit ad gloriam creatoris,nam sicut in illis resplendet misericordia , sic in istis manifestatur diuina iustitia. Vnumquodque oppositorũ ex cõsideratione sui oppositi clarius elucescit. [*Si quis ergo emundauerit se ab istis*]id est à vitiis reproborum qui sunt in contumeliam, [*Erit vas in honorem sanctificatum*]id est per gratiam sanctificabitur,ita vt finaliter sempiternum consequatur honorem, audiens illud à Christo,Intra in gaudium domini tui,[*Et vtile domino*]id est ad gloriam dei proficuum. Aliis[*Ad omne opus bonum paratum*] à deo dispositum & formatum ad facienda opera virtuosa[*Iuuenilia autem desideria*] id est pueriles concupiscentias,[*Fuge,*] videlicet consolationes carnales ac leuitates.[*Sectare vero*] per iugem operationem,[*Iustitiam*]quæ est præclarissima virtus.Et nec est hesperus nec lucifer ita admirabilis,quantùm ad virtutes morales in appetitiua potentia existentes, [*Fidem, charitatem*] dei & proximi,[*Pacem*]internam & concordiam cum aliis,[*Cum his qui inuocant dominum de corde puro*] tales nempe has virtutes sectantur.[*Stultas autem et sine disciplina quæstiones*]id est vanas & ineruditas [*Deulta, sciens quia generant lites*]non ædificationem in fide & moribus.[*Seruum autem domini non oportet*] imò nec licet,[*Litigare*] sicut iam dictum est,Noli verbis contendere, [*sed mansuetum esse ad omnes*]
C iram frenando.Vnde ait quidam Sapiens,In mansuetudinem opera tua fac,& super hominum gloriam diligeris[*Docilem*] vt possit facilè instrui,nec sit pertinax in proprio sensu,quemadmodum Christus in euangelio loquitur,Erunt omnes dociles dei.Et Iacobus,Cum mansuetudine(inquit)suscipite insitum verbum,[*Patientem*] in aduersis[*Cum modestia*]id est cum discretione ac moderamine,sine perturbatione & impetu ,[*Corripientem eos qui resistunt*] hoc est rebelles deo atquæ iustitiæ,de quibus Iob ait, Ipsi fuerunt rebelles lumini,[*Ne quando*] id est vt tandem aliquando,[*Det illis*]inobediẽtibus[*Deus pœnitentiam*]id est gratiam pœnitendi de pristinis malis,[*Ad cognoscendam veritatem*]fidei & doctrinæ.Purgati enim à vitiis per pœnitentiam ,apti sunt illuminationi diuinæ, eamque recipiunt ,cum aliud nihil diuidat mentem rationalem à deo,nisi peccatũ :propter quod Esaias ait] Hic est omnis fructus,vt deleatur iniquitas. Et rursus,Iniquitates vestræ diuiserunt inter deum vestrum & vos.Hieremias quoque testatur,Peccata vestra prohibuerunt bonum à vobis[*Et respiscant a diaboli laqueis*] id est peccatis atque erroribus , quibus animæ à dæmone capiuntur : prout scriptura dicit , Iniquitates suæ capient impium, & funibus peccatorum suorum constringetur,[*A quo*] diabolo[*captiui tenentur*] id est dominationi & iugo dæmonis ac peccati subiecti[*Ad ipsius*]diaboli[*Voluntatem*] hoc est sicut diabolo placet & ad exequendam voluntatem ipsius.

D Cap.III.[*Hoc autem scito, quod in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa.*] Artic.iij.

PRæterea docet Apostolus Timotheum debere solicitum esse propter futura pericula.[*Hoc autem scito,quod in nouissimis diebus*]circa Antichristi aduentum, [*Instabunt tempora periculosa*]Erit enim tunc tribulatio talis qualis non fuit ab exordio mundi:tunc nanque ecclesia persecutionem sustinebit à tribus grauissimis hostibus simul,à quibus ante succesiuè afflicta est,vt puta à tyrannis ,ab hæreticis,falsisque fratribus,[*Et erunt homines seipsos amantes*] amore carnali,priuato,& passiuo,quærentes solùm bona delectabilia & vtilia ,non honesta,[*Cupidi*] id est auari,[*Elati*] id est ambitiosi,[*superbi*] quantùm ad appetitum excellentiæ in tẽporalibus[*Blasphemi*]in deum & sanctos,[*Parentibus non obedientes,ingrati*]deo, magistris & parentibus, quibus non potest reddi æquiualens , [*Scelesti*] id est magnis peccatis obnoxii [*Sine affectione*] hoc est corde frigidi,à calore amoris diuini ,[*Sine pace*]interiori & exteriori,id est turbulenti,[*Criminatores*]alios inordinatè accusando, videtes in oculis aliorũ festucas,nõ in propriis trabes, [*Incontinentes*]id est luxuriosi[*Immites*]hoc est iracundi,[*Sine benignitate*].i.fraterna cõpassione.[*Proditores*]iustorum,[*Tumidi*]contra deum,sicut Iob ait,Vir vanus in superbiam erigetur , [*Proterui*] id est crudeles . Iuxta illud, Viscera impiorum crudelia,[*Voluptatum*]carnaliu m, scilicet gulæ & luxuriæ[*Amatores magis quam dei*]

t

1.Timo.3. Roma.8. 1.Corin.1. Roma.6. Roma.3. Psalm.20. Matth.25. Aristote. Titum.3. 1.Timo.6. Eccle.3. Ioann.6. Iacob.2. Iob.14. Esaiæ.27. Esaiæ.59. Hiere.5. Proue.15. Matth.24. Aristotel. Matth.7. Lucæ.6. Iob.11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

præponentes carnalia spiritualibus ac diuinis,[*Habentes speciem quidem pietatis*]id est simulatam sanctitatem & apparentiam veræ religionis assumentes, venientes,videlicet in vestimentis ouium, [*Virtutem autem eius abnegantes*]id est vigorem seu existentiam pietatis abiicientes, cum sint hypocritæ, & intus lupi rapaces[*Et hos*]id est typos & prædecessores istorum qui prædictis vitiis poluuntur,[*Deuita, Ex his enim*]id est de horum catalogo,[*Sunt qui penetrant domos*]hoc est secretiora loca domorum ingrediuntur,vt in occulto suos errores dissemineut. Nam omnis qui malè agit,odit lucem,[*Et captiuas ducunt mulierculas*]id est suis erroribus inuoluunt fœminas in domibus residentes. [*Oneratas peccatis*] id est peccatrices,& ideo decipi dignas,[*Quæ ducuntur variis desideriis*]id est diuersis cõcupiscentiis & curiositatibus agitantur,propter rationis debilitatem & animi instabilitatem[*semper discentes*]aliquid noui vel scripturas,[*Et nunquam ad scientiam*]id est notititiam salutarẽ veritatis[*Peruenientes*]quoniam inordinatè sẽ habent in addiscendo,& curiosa ac friuola magis quàm fructuosa ac necessaria discunt[*Quemadmodum autem Iannes et Mambres*]qui erant duo fratres & Magi Pharaonis,quorum nomina secũdum glossam, sumpsit Apostolus ex libris apocryphis,sed hoc certum arbitror, quòd authoritati apocryphorum nõ innitebatur Apostolus:Sicut nec Iudas apostolus in sua Canonica ,allegans verba Enoch , quæ in apocryphis scripta sunt'.Sed vterque eorum aliunde,vel ex reuelatione diuina certificatus erat de veritate verborum quæ introduxerunt,quemadmodum ergo hi [*Restiterunt Moysi*]scientes signa coram Pharaone,sicut & Moyses,vsque ad tertium signum, in quo omnis puluis terræ Aegypti versus est in Cyniphes. Vbi deficientes hi magi dixerunt,Digitus dei est hoc,[*Ita et hi*]seductores, domorum penetralia introeuntes, [*Resistunt veritati*]fidei Christianæ,[*Homines corrupti mente*]id est intellectu deprauati. [*Reprobi circa fidem*]id est à fide errãtes,[*sed vltra nõ proficient*]hoc est non diu alios fallent.[*Insipientia enim*]id est perfidia.[*Eorum manifesta erit omnibus*]catholicis [*sicut et illorum*]Magorum fallacia manifestata est, quando à Moyse victi sunt,& plagas dei senserunt.Loquitur autem Apostolus præcipuè cõtra hæreticos Asiæ, quos præuidit à beatissimo Euangelista Ioanne confutandos.Et tamen de aliis hæreticis accipi potest ,qui frequenter à catholicis superati,& eradicati leguntur magis diuina virtute quã potestate humana.[*Tu autem*]ô Timothee[*Assequutus es*]hoc est discendo adeptus,vel operando imitatus es,[*Meam doctrinam*]id est scientiam scripturarum sanctarum [*Institutionem*]quantùm ad mores laudabiles,[*Propositum*]id est intentionem ,[*Fidem ,longanimitatem*]in expectatione cælestium promissorũ [*Dilectionem,patientiam,persequutiones*]foris illatas,[*Passiones*]ab intra exortas,[*Qualia*] tormenta,[*Mihi facta*]id est inflicta,[*sunt Antiochiæ,Iconio,Listris.*]per has tres vrbes,alia loca in quibus persequutionem pertulit,intelligunturr,[*Quales persequutiones*]videlicet multas& magnas [*Sustinui. Ex omnibus eripuit me dominus*] præseruando à morte corporis,& ab impatientia animæ, ita vt dicere valeam cum Psalmista, Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & conuersus viuificasti me,& de abyssis terræ iterum reduxisti me.[*Et omnes qui volunt*]voluntate efficaci[*Pie*]id est religiosè & sanctè[*Viuere in christo*]id est secundum doctrinam & voluntatem Christi[*Persecutionem patientur*]à mundo,carne vel dæmone.Per multas enim tribulationes oportet nos intrare regnum cælorũ.Vnde Iudith ait, Omnes qui placuerunt deo, per multas tribulationes transierunt fideles.[*Mali autem homines et seductores*]qui sedẽt in cathedra pestilentiæ.[*Proficient*]id est tendent [*in peius*]quemadmodum scriptum est , Peccator adiiciet in peccatum ad peccandum. De minoribus quippe peccatis procedunt ad grauiora, quoniam vnũ peccatum disponit ad aliud,estque peccatum & pœna peccati,[*Errantes*]à via veritatis atque iustitiæ, [*Et in errorem mittentes*]alios quos peruertunt. [*Tu vero permane*]vsque in finem,fide & opere[*In his quæ didicisti*]id est in documentis quæ tibi proposui,[*Et credita.*]id est commissa[*Sunt tibi*]exigenda àte cũ spirituali vsura ,[*sciens*]id est diligenter aduertens,[*A quo didiceris*]puta à me Christi Apostolo , cuius doctrina tibi ambigua esse non debet ,permanere quoque debes in his.[*Et quia ab infantia*]id est adolescentia,[*Sacras literas*]id est scripturas legis &prophetarum,[*Nosti*]per studium[*Quæ te possunt instruere*]formaliter in his quę pertinent[*Ad salutem per fidem*] id est mediãte & cooperante fide, [*Quæ est in Christo Iesu*]id est quæ de Christo habetur,sine qua fide nemo ad salutem perducitur.

¶Porrò quòd sacræ literæ erudire te valeant,patet,nam[*Omnis scriptura diuinitus inspirata*] id est tota scriptura canonica spiritu sancto infusa,non humanitus adinuenta,[*Vtilis est ad docendum*] ignaros [*Ad arguendum*]hoc est probandum ea quæ fidem concernunt, [*Ad corripiendum*]iniustos seu negligentes, [*Ad erudiendum*]proficientes,[*In iustitia*] id est ad obtinendam perfectionem iustitiæ, [*Vt perfectus sit*] secundum modum viatorum,& prout ad salutem requiritur:vel in operibus supererogationis , seruando cõsilia scripturę noui testamenti, [*Homo dei*]hoc est cultor deuotus,[*Ad omne opus bonum*]perseqũdum[*instructus*]per scripturas.

Cap.iiii. [*Testificor coram deo et Christo Iesu*] Art.iiij.

Ortatur Apostolus in hoc capitulo ad indesinentem ac diligentissimam euangelicæ veritatis prædicationem.[*Testificor coram deo et Christo Iesu*] id est sub testimonio dei patris & filij eius te doceo atque admoneo . [*Qui*] Christus [*Iudicaturus est*] in fine seculi,[*Viuos et mortuos*]id est homines vniuersos,videlicet tam illos qui ante tempus iudicij moriuntur,quã illos qui tũc viui inueniẽtur,& in igne conflagrationis morientur.testificor quoq;[*Per aduentum eius*]in carnẽvel ad finale iudiciũ,[*Et regnum eius*]quod est ecclesia militans ac triumphans , i.per congregationẽ omniũ electorũ[*Prædica verbum*]regni cælestis quod est euangelica doctrina,[*Insta*]prædicationis officio,[*Opportune*]quantùm ad auditores beneuolos, [*Importune*] quantùm ad accidiosos,qui stimulatione & impulsione indigent,quibus molestum est verbum dei audire. Vnde & eis importunus videris . Sed verè , opportunè discretéque agis [*Argue*]

negligentes,[*Obsecra*]seniores & digniores ,[*Increpa*]induratos,[*In omni patientia et doctrina*]eum perfecta patientia & sapientia cordis tui,quatenus sermo oris tui ex sapientia animæ tuæ procedat,& patiẽtia adornetur. Nam & doctrina viri per patientiam nosciturr,sermoque eruditus proficit multis.Vel omnia verba hæc ad eosdem referuntur. Quoniam vnus & idem interdum arguendus, interim obsecrãdus,aliquando increpandus.i.asperè redarguendus est.Ideo autem instandum est verbo predicãtis hoc modo.[*Erit enim tempus cum*]homines[*Sanam*].i.animarum languores sanantem[*Doctrinam non sustinebunt*].i.patienter non audient[*sed ad sua desideria*].i.vt ea audiant & faciant quæ desiderant vitioso affectu[*coacernabunt*].i.congregabunt[*sibi magistros*]pro eorum beneplacito, docentes & operantes [*Prurientes auribus*].i.tam magistri isti quã eorum discipuli interiorum aurium patiẽtur pruritum desiderio legendi,proponendi vel audiendi curiosa & laudes humanas.[*Et a veritate quidem auditum auertent*]discipuli isti,& item eorũ magistri[*Ad fabulas autem*]audiẽdas vel prædicandas[*Conuertentur,*] de talibus scriptum est,Dixerũt deo,recede à nobis,scientiã viarum tuarũ nolumus.Et in Esaia,Dicunt aspicitibus, nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt, Loquimini nobis placentia , videte nobis errores . [*Tu vero vigila*].i.diligẽs atque solicitus esto,quoniã grãde habes expedire negotiũ[*in omnibus*] ad tuã tuique gregis salutem pertinẽtibus[*Labora*]sicut bonus miles christi,non parcẽdo tibi,nec corporalẽ quietẽ quærẽdo.Homo enim nascitur ad laborẽ,sicut auis ad volatũ,[*Opus fac euangelistæ*].i.sic viue vt decet annũciatorẽ euangelicæ legis,[*Ministerium tuum impple*].i.episcopale officiũ dignè prosequere, quatenus orãdo, docẽdo & conseruãdo cõmissos tibi,saluos facias,[*sobrius esto*] in victu.Et hęc tibi necessaria sunt nũc magis q̃ ante.[*Ego enim iam delibor*].i.domino offeror ,seu pro deo mori incipio tanq̃ hostia grata, [*Et tempus meæ resolutionis*].i.mortis[*instat*].i.propinquum est.[*Bonum certamen certaui*] contra aduersarios veritatis & fidei,fortiter resistendo inimicis humanæ salutis[*Cursum consummaui*] id est peregrinationẽ meam in presenti exilio ad salutarẽ finem perduxi,perseuerãdo semper & proficiendo in bonis[*Fidem*] catholicã incõcussam [*Seruaui in reliquo*].i.post hac seu in futuro[*Reposita*].i.apud deum locata ac prę parata[*Est mihi corona iustitiæ*].i.præmium iustæ cõuersationis,videlicet gloria sempiterna[*Quam reddet mihi dominus*]quantũ ad animam[*in illa die*]resolutionis meæ,quantũ verò ad corpus,in die iudicij,[*iustus iudex*]De quo ait Psalmista,Dominus iustus iudex,fortis & patiens,[*Non solum autem mihi*] reddet hanc gloriam,[*Sed & his qui diligunt aduentum eius*].i.cũ bona conscientia futurũ christi aduentũ ad iudicium desiderant,vel primũ eius aduentũ,videlicet incarnationẽ affectuosè & mẽte gratissima amplectuntur.Qui etiã quotidie spiritualẽ christi aduentũ quo anima per gratiam visitatur,affectant:de quo ait saluator,Ad eum veniemus & mansionẽ apud eum faciemus.[*Festina venire ad me cito*] eò quòd citò moriturus sim,& quos habui,modo nõ habeo.[*Demas enim*] (De quo ad Colloss.dicitur,Salutat vos Lucas medicus charissimus,& Demas) [*Me reliquit*]tempore tribulationis,[*Diligens hoc seculum*].i.ea quę mũdi sunt,[*Et abiit Thessalonicam*]quæ est Metropolitana vbrs Macedoniæ[*Cresceus*]abiit,missus à me, [*In Galatiam, Titus in Dalmatiam. Lucas autem*]Euangelista[*Est mecum solus. Marcum*]consobrinum Barnabæ,vt dicitur,[*Assume et adduc tecum:est enim mihi vtilis in ministerium*] .i.ad prædicationis officiũ [*Tychicum autem misi Ephesum*]vbi tu resides,quatenus te veniente ad me,suppleat vicem tuã[*Penulam quam reliqui Troiade apud Carpum venens affer tecum*]Penula,secundum Hieronymum appellatur legis volumen. Secundum Haymonem verò est vestis consularis , qua induebantur consules Romani curiã ingredientes. Quam legati Romanorum venientes Tarsum Ciliciæ dederũt patri Pauli in signũ amicitię, quando receperunt eum in amicũ & ciuẽ Rom.eò q̃ reuerenter eis occurrisset, & eos lætãter recepisset.Quam vestẽ retinuit sibi Paulus ob recordationem, vnde in Actis Paulus dicit se natum ciuẽ Romanũ.Ciuilitas quippe Romana patri Pauli collata erat pro seipso ac filiis eius,propter magnũ obsequiũ & honorem quæ impendebat Romanis.[*Et libros*]quos illic dimisi, [*Maxime autem membranas*] .i.materias illas non scriptas affer tecum, vt in membranis scribantur epistolæ meæ ad memoriam futurorũ, [*Alexander æarius*].i.faber in ære,vel custos ærarij qui fecit sedes argenteas Dianæ quem supra dixi circa fidem naufragasse [*Multa mala mihi ostendit*].i.graues persecutiones procurauit mihi.[*Reddet illi deus secundum opera sua*] .i.pœnas condignas pro tantis peccatis . Hoc dicit Apostolus prænunciando, non imprecando,[*Quem et tu deuita*]tanquam excõmunicatũ & perfidum, [*Valde enim restitit verbis nostris*] per seipsum & alios,quos contra me incitauit.[*In prima mea defensione*]quando videlicet primò aggressus sum Alexandrum hunc,respondendo eius obiectis,& fidem defendendo contra eum,[*Nemo*]fidelium[*Mihi affuit*]manifestè assistẽdo. [*sed omnes me dereliquerunt*]terrore concussi . [*Non illis imputetur*] hæc culpa à deo,sed indulgeatur.Nam ex humana fragilitate ,non ex certa malitia orta est.[*Dominus autem mihi astitit*]vel internam consolationem præstando,vel per visionem apparendo,[*Et confortauit me*] gratia fortitudinis,[*Vt per me prædicatio impleatur*] .i.euangelium plenius diuulgetur . [*Et audiant omnes gentes*]ad fidem conuersæ,[*Quia liberatus sum de ore leonis*] .i.ab occisione crudelis Neronis. [*Liberauit autem me dominus ab omni opere malo*] vel preseruando à vitiis, vel præterita mala relaxando,[*Et saluum me faciet*]deducendo me[*in regnum suum cæleste. Cui est gloria in secula seculorum Amen*] Sciebat enim apostolus(deo reuelante)se esse de numero electorum.[*Saluta Priscam et Aquilam*]virum ipsius[*Et Onesiphori domum*]id est familiam,qui omnes morabuntur in Epheso [*Erastus remansit Corinthi. Trophimum autem reliqui infirmum Mileti*].i. in illo loco . [*Festina ante hyemen venire*] videlicet in autumno, quando aptius tempus est ambulandi vel nauigandi.[*salutant te Eubolus et Pudens et Linus.*] Quem aliqui dicunt fuisse discipulum Petri , successoremque eius in cura pontificali [*Claudia et fratres omnes*] qui mecum sunt.Per hoc prouocat Timotheum ad citius atque libentius veniendum, eò quòd diligebatur & salutabatur à tãtis ac talibus.[*Dominus Iesus christus*]sit[*cum spiritu tuo*]id est in anima tua habitare dignetur, [*Gratia vobiscum*] id est tecum & cum populo tibi commisso.[*Amen*]

Universidad de Deusto
Biblioteca

PROEMIVM. E

Prouer.6. MAndatum lucerna est: & lex, lux: & viavitæ, increpatio disciplinæ. Qui ergo tenebras vitiorum quærit effugere, mandatis obediat. Ad hoc ordinatur doctrina Apostoli, qui in præsenti nunc elucidanda epistola (quam scripsit Tito Cretensium episcopo à Nicopoli) admonet Titum ad strenuam sui officij executionẽ, & de ordinatione presbyterii, de vitantis quoque hæreticis, & de exemplari cõuersatione ad episcopum pertinẽte. Erat quippe hic Titus nonnihil mollis & laxus in increpatione peccantium. Ideo monet eum Apostolus cum omni imperio agere. Timotheũ verò qui satis rigorosus acerque fuit, monuit in præcedẽtibus epistolis ad pietatẽ ac patientiã. In hac autẽ epistola procedit Apostolus solito more, sicut patebit.

2.Tim.4. 2.Tit.2.3.

Cap.1. [*Paulus seruus dei, Apostolus autem Iesu Christi.*] Artic.j.

Collo.1. PAulus *seruus dei*] patris [*Apostolus autem Iesu Christi*] imò etiam Apostolus dei patris, & seruus Christi. Sed Christi se vocat Apostolum, quoniam immediatè ab eo missus est euangelizare. Seruus (inquam) & apostolus, [*secundum fidem*]. i. in fide vel obseruando fidem, [*Electorum dei*]. i. hominum prædestinatorum, qui per fidem saluantur, [*Et*] secundum [*Agnitionem veritatis*]. i. actualem notitiam procedentem ex fide, qua notitia veritas Christiana cognoscitur, [*Quæ*] etiam cognitio [*secundum pietatem est*] hoc est secundum christi religionem, cui concordat, & ad cultum diuinum ordinatur, [*in spem vitæ æternæ*]. i. ad obtinendam speratam sœ F

Ioann.14. licitatem, videlicet vitam æternam. [*Quam*] vitam [*Promisit*] hominibus, [*Qui non mentitur deus*] cum ipse

Num.23. sit veritas. De quo scriptura, Non est deus quasi homo, vt mentiatur: neque vt filius hominis, vt mutetur. Promisit autem deus hanc vitam, id est promittere statuit, seu ex promissione dare præordinauit [*Ante tempora secularia*]. i. ab æterno. Tempora enim secularia sunt dies & horæ quibus omnia tempo-

Ioan.1.10. ralia mensurantur, quæ ab initio mundi fuerunt. [*Manifestauit autem*]. i. hominibus reuelauit, [*Temporibus suis*]. i. congruis & ab eo dispositis horis, videlicet tempore gratiæ, [*Verbum suum*] id est prædictam promissionem, vel verbum suum incarnatum, videlicet vnigenitum filium suum [*in prædicatione*]. i. per prædicationem. [*Quæ credita*]. i. commendata [*Est mihi secundum præceptum saluatoris nostri dei*]. i. à diuino imperio seu deo iubente, qui mihi prædicationis iniunxit officium. Paulus itaque scribit, [*Tito dilecto filio*] suo spirituali. Ideo subditur, [*Secundum communem*]. i. vniuersalẽ seu catholicam, [*Fidem*] Quasi dicat, Filio, non secundum carnem, sed secundum spiritualem generationem, qua christo te genui, fidem tibi annunicans, eamque tibi exponens [*Gratia et pax*] tibi detur & conseruetur, [*Adeo patre et Chri-* G

sto Iesu saluatore nostro] qui sunt vnum principium gratiæ, & omnis boni creati. [*Huius rei gratia*]. i. propter id quod subditur, [*Reliqui te Crete*] quando inde abscessi, [*Vt ea quæ desunt corrigas*] id est vitiosa e-

Infra eod. mendes, & quod deest ecclesiæ perficias, [*Et constituas per ciuitates presbyteros*]. i. in vnaquaque ciuitate fidelium ordines vnum presbyterum. i. episcopum. Quòd enim nomine presbyterorũ intelligantur episcopi, cõstat ex eò quòd paulò post subditur, Oportet enim episcopum sine crimine esse. Et vt alij probabiliter asserunt, nomine presbyterorum intelliguntur sacerdotes atque episcopi, & econtrario. Sicq; in vna ciuitate poterant esse plures presbyteri, non plures episcopi. Episcopatus itaque non est alius ordo à presbyteratu, sed est nomen superadiunctæ dignitatis. Ordinauit autem apostolus Titũ in archiepiscopum Cretensium. Ideo pertinebat ad eum constitutio episcoporum per singulas ciuitates suo regimini subditas. [*sicut et ego tibi disposui*]. i. tales constituas, quales tibi descripsi, vel ordinatione dignos

Leu.21. edocui. vt puta, [*Siquis sine crimine est*]. i. sine notabili, grauique vitio, ne sit infamis, sed famæ laudabilis. Quod significatum est, vbi Aaron dicitur, Homo de semine tuo qui habuerit maculam, nõ offeret

Hieron. Aguſtin. panes deo suo. [*Vnius vxoris vir*]. i. qui non habuit coniugẽ nisi vnã post baptismũ, secundũ Hieronymũ. Vel nunquã secundũ Augustinũ, vt dictũ est plenius ad Timotheũ, [*Filios habens fideles*] in credẽ-

1.Tim.3. do & operando, si tamen habeat filios, & si filij non sint incorrigibiles. Oportet nanq; vt sit domui suæ bene præpositus. Habeat (inquam) filios, [*Non in accusatione luxuriæ*]. i. non incontinentes, & accusatione peccati luxuriæ dignos, [*Aut non subditos*] hoc est non rebelles. [*Oportet enim episcopum*] Ecce quòd H

nomine presbyteri episcopus designetur. Oportet ergo episcopum. i. sacerdotẽ & pontificem, maximè tamen pontificem, [*Sine crimine*] id est irreprehensibilem [*Esse*] quo ad magna peccata Non quòd sit de

Eccleſi.3. necessitate gradus vel ordinis, sed dignæ executionis atque salutis, [*sicut dei dispensatorem*] hoc est spiri-

Eccleſ.32. tualium bonorum dei, videlicet sacramentorum & verborum cælestium erogatorem. Ad quod requi-

Eccle.7. ritur maxima sanctitas [*Non superbum*] quoniam scriptum est, Quantò maior es, humilia te in omni-

Iacobi.1. bus. Itemque, Rectorem te posuerunt, nolli extolli, Esto in illis quasi vnus ex eis, [*Non iracundum*] quo niam ira in sinu stulti quiescit. Et Iacobus ait, Sit omnis homo tardus ad loquendum, & tardus ad iram, [*Non vinolentum*] sed sobrium [*Non percussorem*] id est bellicosum & violentum, [*Non turpis lucri cupidum: sed hospitalem, benignum, sobrium, sanctum, continentem, amplectentem*]. i. cordiali affectu suscipientẽ, ac aliis proponentem [*Eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem*] id est veram prædicationem ve

1.Timo.1. ræ doctrinæ seu Christianæ sapientiæ consonantem, [*Vt potens sit*] id est virtuosus & eruditus, [*Exhortari*] subictos [*In doctrina sana*] id est euangelica disciplina vitiorum sanatiua, [*Eos qui contradicunt*]

Actu.15. fidei, verbo vel opere [*Arguere*] id est reprobare. Vel, eos qui contradicunt arguere, hoc est inobedientes efficaciter increpare. Ideo subditur, [*Sunt enim multi inobedientes et vaniloqui et seductores, maxime qui de circuncisione sunt*] id est Iudæi conuersi, scilicet hæretici, asserentes legalia cum euangelio esse obseruanda, [*Quos oportet redargui*] à te aliisque prælatis ecclesiæ, ne seducant alios, ipsiq;

A seducant alios, ipsique pereant, [*Qui vniuersas domos*] hoc est omnes familias Christi, seu cunctos fideles incautos, [*subuertunt*] quantùm in ipsis est. Quia nituntur ad hoc [*Docentes quæ non oportet*] id est illicita, scilicet obseruationẽ legalium, [*Turpis lucri gratia*] id est commodi temporalis intuitu, quatenus ab his quos decipiunt temporalia bona acquirant. [*Dixit quidam ex illis*] vaniloquus, qui tamen aliqua vera loquutus est, [*Proprius ipsorum propheta*] id est prædictorum seductorum atque Cretensium proprietates optimè nouerat. Vnde Propheta ipsorum vocatur, quia de eis vera in futurũ coniicere potuit. Non autem erat propheta dei, nec homo sanctus, sed poëta, videlicet Epimenides, in cuius libris verba sequentia inueniuntur. [*Cretenses semper mendaces*] sunt contra deum & proximum [*Malæ bestiæ*] id est Epimenides.

crudeles, humanumque sanguinem sitientes, [*Ventres pigri*] id est gulosi, & accidiosi. [*Testimonium hoc verum est*] quamuis verba huius poëtæ non habeant authoritatem. Commemorat verò Apostolus hunc poëtam, vt Cretenses proprii authoris testimonio redarguti, plus erubescant & corrigantur. [*Quam ob causam increpa illos*] Cretenses [*Dure*] cum sint duri, non moliter, sicut hucusque fecisti, [*Vt sani*] id est integri & synceri, [*Sint in fide*] catholica [*Non intendentes iudaicis fabulis*] id est falsis narrationibus Iudæorum, de obseruatione cærimonialium legis, & genealogiis interminatis, [*Et mandatis*] id est superstitiosis traditionibus [*Hominum, auersantiũ se a veritate*] id est à vero intellectu scripturæ recedẽtium. Et quoniam isti Iudæi hæretici inter cibos discernebant tempore gratiæ, quemadmodum tempore legis: B ideo contra eos dicit Apostolus. [*Omnia munda mundis*] id est cuncta humanis vsibus concessa vel apta sunt, munda mundis, id est fidelibus qui ea pura intentione, rectaque fide in vsum necessitatis recipiũt

1.Titum.1. Matth.5. Roma.14.

Non enim inquinantur ex perceptione ciborum prohibitorum in lege ea ratione qua illi prohibebantur. [*Coinquinatis autem*] id est vitiosis, [*Nihil est mundum*] per comparationẽ ad eos. Omnes enim coperantur eis in malum, nam & ipsi abutuntur rebus mundis ac sanctis, [*Sed inquinatæ sunt eorum mens et cõscientia*] id est anima seu ratio, & actus qui conscientia nuncupatur. Denique videtur hic locus generalius posse intelligi, vt omnia dicantur munda mundis, quantùm ad contemplationem ipsorum. Homines enim puri & eruditi res immundas mundo oculo speculantur. Immũdi verò etiam munda deformiter contemplantur [*Confitentur se nosse deum, factis autem negant,*] quia tam impiè viuunt, ac si deus non esset. Operibus ergo loquuntur deum non esse, dum eum non sicut deum honorant, nec eius iustitiam pensant. Vnde Ioannes, Qui se dicit (inquit) nosse deum, & mandata eius non custodit, mẽdax est. Veruntamen aliquo modo deum cognoscunt, videlicet informi notitia, quoniam dictum est ad Roma-

1.Ioann.2. Roma.1. Sap.1.

nos, Cum cognouissent deum, non sicut deum honorauerunt. Ideo non cognoscunt deum cognitione veræ & salutaris sapientiæ, De qua scriptum est, In maleuolam animam nõ introibit sapientia, [*cum sint abominati*] id est abominalibus peccatis polluti, & à deo iustè contẽpti, [*Et incredibiles,*] quia nec eis credendum est, nec ipsi veraciter credunt, [*Ad omne opus bonum reprobi*] id est ad omnem actum meritoriũ

Pſalm.52.

C indispositi & peruersi.

Cap.11. [*Tu autem loquere quæ decent.*] Artic.ij.

POsquam Apostolus Titum edocuit circa ordinationem episcoporum seu presbyterorum, iam instruit eum circa diligentem gubernationem subditorum suorum, [*Tu autem*] id est illis ita errantibus, tu aliorum antistes ac prædicator [*Loquere*] verba salubria, [*Quæ decent sanã doctrinã*]. i. quę Christianæ sapietię cõgruunt, quatenus dignitas & honestas tui sermonis ostendat veram esse legem quã

Sup.1. 1.Titum.3. prædicas. Nec aliquid dicas quod veræ doctrinę non consonet. [*Senes*] hortare [*Vt sobrij sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione*] dei & proximi [*Et patientia*] Hæc est saluatoris doctrina. [*Anus similiter*] hortare esse [*In habitu sancto*] id est ve

1.Cori.14. 1.Tit.2. stibus religiosis, [*Non criminatrices*] id est aliorum accusatrices, præsertim adolescentularum, quibus ex leui suspitione crimina imponere consueuerunt. [*Non multo vino seruientes*] ne sint gulosæ aut vinolẽtæ, [*Bene docentes*] suam familiam, [*Vt prudentiam doceant*] id est veram vtilemque doctrinam, non incarnationes vel sortilegia. Non tamen debent coram viro docere publicè in ecclesia, quia docere hoc mo

Eccleſ.27. do mulieri non permitto. [*Adolescentulas*] maritatas admone, [*Vt viros suos ament*] syncero affectu, non

D solùm carnali aut naturali, ne alium quenquam respiciant, [*Filios diligant*] naturali & spirituali amore, quærendo eis bona honesta, magis quàm delectabilia siue vtilia. Diligere nanque est alicui bonum vel-

Eccleſi.25. le. Hortare etiam eas esse [*Prudentes*] ne sicut luna & stultus mutentur & fluctuent, [*Castas*] ne se prorsus exponant libidini, vt cum pudore debitum viris reddant, magis quàm exigant, [*Sobrias*] benignas, id est misericordes, [*Domus curam habentes*] id est propriæ familiæ solicitè prouidentes, [*Subditas viris suis*] Mulier nanque si primatum habeat, contraria est viro suo. Omnia ista à senibus & anibus, seu vetulis & adolescentulis obseruanda sunt, [*Vt non blasphemetur verbum dei*] id est ne propter vitiosam eorum cõ

1.Titu.4. uersationem Christus vel eius doctrina ab infidelibus & peruersis, perfidisque adolescentularum maritis blasphemiam patiatur. [*Iuuenes similiter hortare vt sobrij sint,*] quod eis potissimum necessarium est, eò quòd propter calorem & multum humorem naturæ, ad vitium incontinentiæ sint procliues. Et quia exhortatio sine virtuosa cõuersatione inefficax est atque despecta, idcirco Apostolus admonet Titum. [*In omnibus*] ad salutem pertinentibus, & in cunctis quę doces, [*Teipsum præbe exemplum bonorum operũ*] copiosius agendo quę doces. Nec solùm in opere exteriori præbeas te in exemplum fidelium, sed & [*in doctrina*] id est vera sermocinando [*in integritate*] mentis & corporis fideliter & continenter viuendo

Pſalm.38. [*In grauitate*] id est probitate morum, ne sis leuis aut dissolutus. [*Verbum*] tuum sit [*Sanum*] id est verum & sine læsione peccati, vt non delinquas in lingua tua, & [*Irreprehensibile, vt his qui ex aduerso est*] id est aduersarius noster videns apertam sanctitatem nostræ conuersationis [*Vereatur*] id est timeat nobis re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Petri.2. sistere,[*Nil habens malum dicere de nobis*]id est non inueniens culpam quam nobis obiiciat. Vnde petrus E
Hæc est(inquit)voluntas dei, vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignoran-
Col.3. tiam .[*Seruos*]hortare [*Dominis suis*]temporalibus ,etiam discolis[*Subditos esse, in omnibus*]licitis[*Placen-*
1.Tim.6. *tes*]eisdem,[*Non contradicentes*]verbis dominorum suorum,[*Non fraudantes*]aliquid de rebus domino-
2.Petri.3. rum subtrahentes,nec minus debito eis seruientes,[*sed in omnibus*]suis obsequiis[*Fidem bonam*]id est ve-
ram fidelitatem [*Ostendentes, vt doctrinam saluatoris nostri ornent*]id est commendabilem faciant, sanctã
ostendant atque decorent [*in omnibus*]operibus suis.

Epist. ¶Sed igitur alios exhortari,& teipsum regere debes.[*Apparuit enim gratia*]id est misericordia & pia lar
gitio ac gratiosa institutio[*Dei saluatoris nostri*] id est Christi qui est saluator & deus noster , [*Omnibus*
hominibus]id est omnibus generibus hominum & ad omnium vtilitatem.Sic autem apparuit in carne pro
Ioann.20. nobis à verbo assumpto,quia per assumptam humanitatem manifestata & data est hominibus gratia sal
uatoris,& ipse christus proprio ore nos docuit,spiritũ sanctum apostolis insufflauit,suam que gratiam
hominibus euidenter exhibuit. Apparuit ergo hæc gratia & doctrina Christi,[*Erudiens nos, vt abneganꝫ*
tes] id est detestantes & fugientes[*Impietatem*]id est peccata contra deum, vt sunt idololatria , blasphe-
mia,[*Et secularia desideria*]id est inclinationes inordinatas tendentes ad bona huius seculi.i.ad diuitias,
honores,delitias,dominationes,&c.[*sobrie & iuste & pie viuamus in hoc seculo, expectantes*] longanimi-
2.Tim.1. ter ac fiducialiter[*Beatam spem*]id est fœlicem remunerationem separatam,videlicet gloriam sempiter- F
Psal.144. nam[*Et aduentum gloriæ*]id est gloriosum aduentum seu manifestationem excellentiæ[*Magni dei*,]cuius
magnitudinis non est finis,[Et]pro id est [*Saluatoris nostri Iesu Christi*,]cuius primus aduentus fuit in hu
Lucæ.21. militate,vt iudicaretur:secundus erit in potestate & gloria, vt iudicet . Cuius aduentum præstolamur,
Phi.2. quatenus in die iudicij suscitemur,& corpus glorificatum sortiamur,]Qui]Christus[*Dedit*] .i.gratis,
Esaiæ.53. spõte & charitatiuè obtulit,[*Semetipsum pro nobis*]in ara crucis,factus obediẽs patri vsq; ad mortẽ . O-
Ioann.10. blatus est enĩ,quia ipse voluit.Vnde apud Ioan.loquitur , Ego sum pastor bonus, & animã meã pono
pro ouibus meis,[*Vt nos redimeret*] sua pretiosissima passione , [*Ab omni iniquitate*] originali & actuali,
siue personali,[*Et mundaret*]id est mũdum efficeret,[*Sibi*].i.ad gloriam suam,[*Populum*]fidelem,quem
Infra.3. in baptismo purgat ab omni peccato[*Acceptabilem*]id est sibi placentem & gratum,[*Sectatorem bonoꝝ*
rum operum].i.bona opera iugiter sequentem seu operantem,hoc est ideo Christus nos redemit,vt mũ
daret nos in baptismo,quatenus simus ei populus acceptabilis ,sectactor iusticiæ,&c.[Hæc]quæ dixi de
modo informandi & gratia Christi,[*Loquere*] .i,populo prædica,[*Et exhortare*] eũ, vt informationi ac-
Finis quiescat & Christi beneficiis gratus sit,[*Et argue*]negligentes,[*Cum omni imperio*] .i.in virtute obediẽ-
tiæ & pontificali authoritate.Hoc dicit apostolus,quoniam Titus , plus quàm populo suo expediebat,
mollis fuit atque remissus,secundum glossam,[*Nemo te contemnat*]quasi nobilior,sapientior,senior aut
Lucę.10. alio modo excellentior quàm tu . Christi enim vicarius es , ideo amore & vice Christi es honorandus, G
præsertim cum Christus dixerit,Qui vos spernit,me spernit.

Cap.III. [*Admone illos principibus et potestatibus subditos esse.*] Articu.iij

Roma . 13. 
Dmone illos] id est Cretenses tibi subiectos,[*Principatibus et potestatibus subditos*
esse] id est spiritualibus & temporalibus dominis , seu maioribus atque minori-
bus præsidentibus obedire. Qui enim potestati resistit , dei ordinationi resistit.
Et qui resistunt ,damnationem sibi acquirunt,[*Dicto*]id est sermoni superiorũ,
[*Obedire ad omne opus bonum*]à superioribus iussum[*Paratos esse.*]In malis enim
obediendum non est,[*Neminem blasphemare*] propter aduersã ab ipso irrogata,
Psalm.118. [*Non litigiosos esse,sed modestos*]id est discretos & moderatos,[*Ostendentes man-*
Esaiæ.53. *suetudinem*] id est mittiter se habentes ,[*Ad omnes homines Eramus enim et nos ali-*
quando]dum non credebamus in Christum, [*Insipientes*]id est sine notitia diuinorum salubri,[*Et incre*
duli, errantes] per deuia vitiorum,sicut ouis quæ periit. Vnde scriptum est, Omnes nos quasi oues er-
Sapien.14. rantes ,vnusquisque in viam suam declinauit ,[*Seruientes*] .i.per modum seruorum consentientes,[*De-*
Psalm.5. *siderijs et voluptatibus variis*].i.carnalibus ac spiritualibus concupiscentiis atque delitiis,[*In malitia et in-*
Epist. *uidia agentes*]id est malitiosè & inuidè operantes,[*Odibiles*]deo & sanctis quantùm ad esse culpæ : iuxta H
Gala.4. illud Sapientis,Odio sunt deo impius& impietas eius .Et in psal.Odisti omnes qui operantur iniquita-
Lucæ.1. tem[*Odientes inuicem. Cum autem benignitas et humanitas apparuit saluatoris dei nostri*].i.hoc tempore gra-
Ioann.22. tiæ,quando aduenit tẽporis plenitudo,in qua statuit deus succurrere mundo, sicut loquutus est per os
sanctorũ,qui à seculo sunt,prophetarum eius,apparuit mundo per Christi visibilem ac corporalẽ præ-
sentiam. Vel posterioribus.s.nobis per fidem.De quibus dictum est, Beati qui nõ viderunt & credide-
Baruc.3. runt,benignitas.i.clemẽtia & humanitas à verbo assumpta,saluatoris nostri dei.i.christi,qui est deus &
Actu.10. saluator noster.Hęc apparuerũt visibiliter christo in terris cũ hominibus conuersante,quãdo circuiuit
benefaciẽdo&sanando omnes oppressos à diabolo,[*Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos*] .i.nõ ,ppter
merita nostra, quę nulla fuerũt,quia prædictis eramus peccatis obnoxij,[*sed secundum suam misericordiã*
Ioann.3. *saluos nos fecit*]à potestate diaboli & à reatu æterni tormenti merito suę cõuersationis& passionis,[*Per*
lauacrum regenerationis],i.per baptismũ,qui est lotio qua ex aqua& spiritu sancto renascimur[*Et renoua*
Ephe.4. *tionis spiritus sancti*].i.per interiorẽ lotionẽ seu infusionẽ gratiæ spiritus sancti,per quã anima spiritua-
Psalm.102. liter renouatur:iuxta illud,Renouamini spiritu mentis vestrę.Et, Renouabitur vt aquilę iuuentus tua.
Quę etiã lotio interior non solũ cõfertur in baptismo,sed& in sacramẽto pœnitẽtiæ,& cęteris sacramẽ
tis.Hęc ideo dicit apostolus,quoniã licet christus nos in cruce redemit sufficiẽter,oportet tamẽ vt me
ritũ suę passionis nobis per sacramẽta applicetur , & primò per baptismũ,qui est ianua sacramẽtorum,

A [*Quem*] spiritum sanctum, id est cuius dona & gratiam, [*Effudit*]deus pater, [*in nos abunde*] id est cle-
menter & copiosè in baptismo,& postea [*Per Iesum Christum saluatorem nostrum*] id est merito Christi, Ioan.1.
de cuius plenitudine accepimus omnes,per quem omnia dona gratiæ deriuantur ad nos,[*Vt iustificati*]
id est à nostris iniustitiis & peccatis abluti,[*Gratia ipsius*]id est merito Christi,& per infusionem gratiæ
suæ, [*Hæredes simus*] dei, cohæredésque Christi,id est filij adoptiui, [*secundum spem vitæ æternæ*] id est
vitam æternam sperando. Vel,hæredes simus vitæ æternæ secundum spem, id est iam in spe, adepturi Rom.8.
eam aliquãdo in re.[*Fidelis sermo*]est quem dixi,atque dicturus sum.[*Et de his*] iam dictis, videlicet de Finis.
gratia & beneficiis Christi,[*Volo te confirmare*] id est volo vt in cognitione & dilectione istorum con- 1.Tit.1.3.
firmeris à me, & gregem tibi commissum prædicando confirmes , [*Vt curent bonis operibus præesse*] id 2.Tim.2.
est exemplariter se habere, vel in virtutibus præcedere, vel non solùm dignitate & nomine, sed vita &
moribus præesse subiectis,[*Qui credunt deo*]id est fideles,præsertim in prælationibus constituti.[*Hæc*]
documenta[*Sunt bona*]id est vera in se,[*Et vtilia hominibus. stultas autem*]id est superfluas & infructuo-
sas[*Quæstiones & genealogias*]hoc est generationum enumerationes à Iudæis confictas,quæ non haben 1. Tim.1.
tur in scriptura canonica,sicut quòd Adam habuit duas vxores,de quarum qualibet plurimos genera-
uit,[*Et contentiones*] de obseruatione legalium tempore noui testamenti, [*Et pugnas legis*] id est verbo-
sas litigationes,quæ oriuntur ex locis scripturarum quæ sibi contraria videntur,[*Deuita. Sunt enim inuti*
B *les et vanæ. Hæreticum hominem postunam et secundam correptionem*]id est cùm bis correptus fuerit,semel Rom.10.
in priuato,deinde in publico,& emendari noluerit,[*Deuita, sciens quia subuersus*,]id est incorrigibiliter
errans,& perditus[*Est, qui huius modi est,et delinquit*]id est peccat[*Proprio iudicio condemnatus*]id est pro-
pria electione & determinatione causam damnationis assumens, quoniam falsitatem pertinaciter ser-
uat, veritatem repellens. [*Cum misero ad te Artemam aut Tychicum*] vt vnus eorum pro te Cretensibus
præsit, ne populus Christi sit sicut oues sine pastore [*Festina ad me venire Nicopolim . ibi enim statui*] id Act.18.
est in illa vrbe proposui[*Hyemare. Zenam legisperitum* qui huius professionis erat in synagoga, [*Et Apol* Act.19.
lo]qui non erat imperitior illo,quamuis non vocetur legisperitus,quoniam huius professionis nõ fuit.
Fuit autem in scripturis potens [*præmitte*] ad me, sic tamen [*Vt nihil*] de victualibus & necessariis [*Illis*
desit]in via. [*Discant autem*] id est per operationem scire studeant, [*Et nostri*]id est Christiani inter Cre
tenses, [*Bonis operibus præesse*] sibiipsis,id est bene orando seipsos gubernare [*Ad vsus necessarios*] id est
ad hoc vt prædicatoribus euangelij necessaria præbeant, [*vt non sint infructuosi*] id est sine merito, eò
quòd non dent carnalia his,à quibus recipiunt spiritualia. Hoc dicit Apostolus vt ostendat Tito vnde 1.Cor.9.
posset Zenæ & Apollo de necessariis prouidere. Tanquam dicat,à subditis tuis,quibus & illi prædica-
uerunt,recipere debes. [*Salutant te qui mecum sunt omnes*]fideles,quos gratia breuitatis nominatim non
exprimo, [*saluta eos qui nos amant in fide*] id est eò quòd fideles sumus, Vel in fide,id est fideli affectu,
C non fictè.[*Gratia dei*]sit semper[*Cum omnibus vobis*]id est tecum & cũ adiutoribus ac subditis tuis. Qui
omnes incessabiliter indigetis gratia creatoris,qui est super omnia deus sublimis & benedictus.[*Amen.*]

IN EPISTOLAM AD PHILEMONEM
PROEMIVM.

Vi pronus est ad misericordiam, benedicetur. Volens ergo Apostolus ad misericor- Prouer.22.
diam inclinare discipulum quendam virum magnum,ciuem Colossensem,Christia-
Q num,nomine Philemonem,qui non erat prædicator neque in sacris, sed fidelium su
stentator, scribit ei præsentem epistolam à Roma de carcere, mittens eam per One-
simum acolytum . rogans pro reconciliatione Onesimi , qui fuit seruus Philemonis
prædicti, & aliquid de rebus domini sui subtraxit ac fugit, veniénsque Romam ad Apostolum ab eo
conuersus est. Misit ergo eum Apostolus ad dominum suum Philemonem cum præsenti epistola, in
qua procedit more consueto.

Cap. 1. & vnicum. [*Paulus vinctus Iesu christi et Timotheus frater.*] Artic. 1.

D 
Aulus vinctus Iesu christi] id est pro Christo Romæ ligatus ac incarceratus. Non
adiecit Apostolus, quod est nomen dignitatis, quoniam deprecatoriam scribit
epistolam , in qua humilitas conuenientius suffragatur ad impetrandum quod
petitur,[*Et Timotheus frater.*] Quem sibi adiũgit Apostolus, quoniam dilectus
fuerat Philemoni . Idcirco eius nomine audito amplius mouebatur ad exaudi-
tionem,scribunt vel mandant,[*Philemoni dilecto*]&[*Adiutori nostro*]in opere dei,
[*Et Appiæ*]coniugi eius [*Sorori*] nostræ spirituali [*charissimæ, et Archippo com-*
militoni nostro] id est nobiscum pro Christo militanti atque pugnãti contra ad-
uersarios veritatis. Hic Archippus fuit filius Philemonis, Colossensiúmque episcopus, de quo ad Co-
lossenses dicitur. Archippo dicite, Vide ministerium tuum, &c. [*Et ecclesiæ*] id est congregationi fide- Coloss.4.
lium,[*Quæ in domo tua est*]Omnes hos nominat,vt orent Philemonem pro causa hac,videlicet vt igno-
scat Onesimo.[*Gratia vobis et pax*]detur,augeatur & conseruetur,[*A deo patre nostro*]id est patre æter- Ioã. 1.5.10.
no. [*Et domino Iesu christo*] filio, per quem omnia efficit pater. [*Gratias ago deo meo semper*] id est o- 1.Cor.13.
mni tempore opportuno , [*Memoriam tui*] ó Philemon [*Faciens*] id est tui reminiscens, [*In ora-* Galat.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionibus meis] quas fundo pro te, cæteríſque fidelibus [*Audiens*] à narrantibus, [*Charitatem tuam & fidem quam habes in domino Ieſu*] id eſt ad gloriam eius, vel virtute ipſius, vel in ipſo ſicut in obiecto, amando & credendo in eum, [*Et in omnes ſanctos*] id eſt per opera bona extendis ac manifeſtas charitatem tuam & fidem in omnes Chriſtianos tecum exiſtentes ſeu tibi occurrentes, quos diligis, foues, eſſque credis & fideliter ſubuenis, [*Vt communicatio fidei tuæ*] id eſt operatio tua fidelis, ſiue largitio, qua bona tua ex fide communicas aliis, [*Euidens fiat*] id eſt deo per approbationem innoteſcat, [*In agnitione omnis boni*] id eſt in notitia mentis diuinæ, cui omnia bona clariſsimè illucescunt. Euidens, inquam, fiat [*in Chriſto Ieſu*] id eſt per Chriſtum, cuius auxilio ad hoc peruenitur. Vel in agnitione omnis boni, id eſt in atteſtatione omnium operum bonorum, qua Chriſtus in die iudicij atteſtabitur operibus iuſtorum, dicendo, Matth. 25. Nudus fui, & coopercuiſtis me, &c. Ad hoc itaque bene agis, vt Chriſtus in die iudicij opera tua approbet & declaret iuſta fuiſſe. [*Gaudium enim*] ſpirtuale, [*Magnum habui & conſolationem*] in aduerſis meis, [*In charitate tua*] id eſt ex conſideratione operũ tuæ dilectionis. Sic quippe patrem ſuũ filius ſapiens læ Prouer. 10. tificat, [*Quia viſcera ſanctorum*] id eſt interiores affectus, & etiam interiora corporis fideliũ, dolore vel fame, aut ſimili paſsione afflicti, [*Requieuerunt per te frater*] id eſt à te refocillata conſolatáque ſunt, dũ fideles piè recepiſti ac ſuſtentaſti. [*Propter quod*] videlicet quia tam charitatiuè te habes, ego [*Multam fiduciam habens in Chriſto Ieſu*] id eſt per gratiam Chriſti, vel ſecundum voluntatem ipſius, [*Imperandi tibi*] cũ ſim apoſtolus. [*Quod ad rem pertinet*]. i. quod tuam ſalutem concernit & petitione cõdignum eſt, [*Propter charitatem*] noſtram adinuicem, [*Magis obſecro*] quod imperare valebam, [*Cum ſis talis vt Paulus ſenex*] i. cũ mihi ſis ſimilis vita & ſenio, [*Nunc autem*] Paulus eſt, [*Et vinctus Ieſu Chriſti*] id eſt pro Chriſto. ¶ Poſt hæc forma petitionis inducitur. [*Obſecro te pro meo filio*] ſpirituali, [*Quem genui*] quantũ ad 1. Cor. 4. eſſe ſpirituale, perducendo eum ad fidem & gratiam, ego exiſtens, [*In vinculis*] Romæ, vbi & eum bapti zaui. Filio, inquam, [*Oneſimo qui tibi aliquando inutilis fuit*] quando bona tua ſubtraxit, [*Nunc autem*] cõ uerſus à me, [*Tibi et mihi vtilis*] eſt. Pro te enim orat, & mihi miniſtrat, [*Quem remiſi ad te*] vt tibi recõcilietur & ſatisfaciat. [*Tu autem illum. i. viſcera mea*] id eſt filium meum mihi intimè cordialitérque di lectum, [*ſuſcipe*] piè & charitatiuè, [*Quem ego volueram*] quadam vice, [*Mecum detinere, vt pro te*] id eſt loco & vice tuæ perſonæ, [*Mihi miniſtraret in vinculis euangelij*] id eſt mihi vincto propter euãgelij prædicationem. [*Sine tuo autem conſilio*] præuio [*Nihil volui facere*] in hoc negotio voluntate perfecta, quamuis ante volueram eum detinere [*Vti ne velut ex neceſsitate bonum tuum eſſet*] id eſt vt ſeruitus quam Oneſimus mihi pro te impenderet, non eſſet tibi diſplicés atque moleſta, [*Sed voluntarium*] id eſt ex tuo conſenſu procederet, ſicque tibi meritoria fieret. Debes ergo eum recipere. [*Forſitan enim ideo*] ſaltem Gene. 45. per occaſionem & indirectè, [*Diſceſsit ad horam*] id eſt per tempus aliquãtulum [*Ate, vt æternum*] id eſt ſine fine tibi ſociandum, ſcilicet in præſenti & in futuro, [*Illum reciperes*] Hæc fuit vna cauſa fugæ eius indirecta, id eſt non intenta ab Oneſimo, ſed deus propter eam permiſit eum diſcedere, ſicut permiſit Ioſeph vendi propter ſalutem multorum, [*Iam non vt ſeruum*] vt ante [*ſed pro ſeruo*] qualis fuit [*Chariſsimum fratrem*] in fide & charitate, [*Maxime mihi*] qui eum conuerti, [*Quanto magis tibi*] chariſsimus eſſe debet, [*Et in carne*] id eſt quia ſeruus tuus, [*Et in domino?*] id eſt propter gratiam dei exiſtentẽ in eo? Quantò enim tibi vicinior, tantò & charior eſſe debet. [*si ergo habes me ſocium*]. i. ſi ita me diligis, vt ſocius ſocium, [*Suſcipe illum*] affectuoſè & reuerenter, [*ſicut me*] ſuſciperes, ſi venirem ad te. [*Si autem*] id eſt quia [*Aliquid nocuit tibi aut debet*] ad reſtitutionem ablati, [*Hoc mihi imputa*] id eſt rationem & ſatisfactionem exige à me. Ego pro illo me offero. Per hoc omnem excuſationẽ Philemoni aufert Apoſtolus. Et vt certus ſit Philemon de authoritate præſentis epiſtolæ, ſubditur, [*Ego Paulus ſcripſi mea manu*] epiſtolam [*Ego reddam*] pro Oneſimo debitum, vel ſpiritualem compenſationem, maximè ſi exigeris. Quod ideo dico, [*Vt non dicam*] quod tamen veraciter dicere poſſem, videlicet [*Quod et teipſum debes mihi*] ad ſeruiendum & ad obediendum, eò quòd ſis à me conuerſus ad fidem, & ideo non indigeo te tantũ obſecrare pro cauſa hac, quia minus peto quàm debes. [*Ita frater*] id eſt ſic eſt vt dico. Vel ſic, age vt poſtulo. Quod ſi feceris, [*Ego te fruar*] id eſt vtar [*In domino*] id eſt de tuo merito ſeu opere bono gaudebo, & tibi congratulabor ſpiritualiter in domino, in præſenti atque futuro. Quod vt impleatur, [*Refice*] id eſt conſolare & foue, [*Viſcera mea*] id eſt filium meum Oneſimum: vel, cordis mei affectum [*In Chriſto. Confidens de obedientia tua, tibi ſcripſi, ſciens*] id eſt confidenter præſumens & probabiliter æſtimans, [*Quoniam et ſuper id quod dico*] id eſt plus quàm deprecor, [*Facies*] Hac blanda commendatione, quæ tamen veritati innititur, prouocat eum ad meliora. Fit enim frequenter, vt qui videt bene ſentiri de ſe, meliorem ſe præbeat. [*Simul autem et para mihi hoſpitium*] id eſt teipſum para ad recipiẽdum 1. Tim. 5. me, vt inueniam te qualem deſidero. Quid enim neceſſarium fuit parare hoſpitiũ pauperi homini, qui pane & aqua contentus erat? [*Nam ſpero per orationes veſtras*] id eſt merito precum veſtrarum quas pro mei liberatione domino iugiter funditis. [*Donari me vobis*] à deo, ita quòd liberatus de carcere, reuertar ad vos. [*Salutat te*] id eſt ſalutem tibi dicit & optat, [*Epaphras*] qui erat Coloſſenſis, ſicut & Philemõ, [*Concaptiuus meus in Chriſto Ieſu*] id eſt pro Chriſto [*Marcus*] euangeliſta, vel cõſobrinus Barnabæ, [*Ariſtarchus, Demas*] In epiſtola ad Timotheum dixit Apoſtolus Demam reuerſum ad ſeculum. Si ergo iſta 2. Tim. 4. epiſtola ſcripta fuit poſt illam, probatur Demas pœnituiſſe atque rediiſſe ad Paulum, ſi tamen de eodẽ ſit ſermo. [*Et Lucas*] Euangeliſta mihi inſeparabiliter fideliſsimèque adhærens, qui licet vltimò nominetur, minor tamen non fuit. [*Gratia domini noſtri Ieſu chriſti*] ſit [*Cum ſpiritu veſtro.*] In principio & in fine epiſtolæ ſequitur Apoſtolus pluribus. In proceſſu verò Philemoni duntaxat, quia ad eum principaliter ſermo dirigitur.

IN EPISTOLAM AD HEBRAEOS

PROEMIVM.

Exà me exiet, & iudicium meum in lucẽ populorũ requieſcet, ait dominus. Frequenter per prophetas, præſertim per Eſaiam, loquutus eſt deus de noua quadam lege danda per Chriſtũ, non vni duntaxat nationi ſeu populo, ſicut lex Moyſi data eſt ſolis Iudæis per Moyſen, ſed omnibus gentibus. Propter quod pẽr Eſaiã pater teſtatur de Chriſto, Ecce teſtẽ populis dedi eum, ducem ac præceptorẽ gentibus. Et in eodẽ ait Chriſtus, Glorificatus ſum in oculis domini, & dixit ad me, Parum eſt vt ſis mihi ad ſuſcitandas tribus Iacob, & ſeces Iſraël cõuertendas. Dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremũ terræ. De huius nouæ ac euãgelicæ legis prædicatione prædictũ eſt etiã ab Eſaia, Dẽ Sion exibit lex, & verbũ domini de Hieruſalem. Huius legis perfectionem, perpetuámque durationem, & ſufficientiam ſeu efficaciam ad ſãluandũ itémque Moſaicæ legis imperfectionem, inſufficientiam & ceſſationem, Chriſti quoque excellentiam, ſecundum vtranque ſuam naturam, declarat Apoſtolus in præſenti epiſtola, cuius ratio fuit. Iudæi enim conuerſi, æmulationem legis ſuæ habentes, ſed nõ ſecundum ſcientiam, cõtendebant legalia ſimul cum euãgelio eſſe de neceſsitate ſeruanda. Ex quo Nazarẽorum hæreſis emanauit, qui etiam quoſdã Gentilium conuerſos ad hũc induxerunt errorem. Paulus igitur ardentiſsimus fraternæ ſalutis zelator, vtriſque conſulere cupiens, hãc deſtinauit Hebræis epiſtolam, quam poſtea Lucas in Græcum tranſpoſuit. In qua multipliciter reprobat opinionẽ illam hæreticã, oſtendens fidem & gratiam Chriſti cum obſeruatione euangelicæ diſciplinæ ad ſalutem ſufficere. Legalia verò non ſolũ mortua, ſed & mortifera eſſe poſt Euangelij diuulgationem. Porrò nonnulli opinati ſunt epiſtolam hanc nõ eſſe Pauli, ſed Lucæ, vel Clementis papæ apoſtolorum diſcipuli, vel Barnabæ, vel Tertullani, qui erat propinquus apoſtolorum temporibus. Quorum motiuum duplex fuit. Primũ quoniam in aliarum epiſtolarũ exordiis ponit Apoſtolus nomen ſuum, non autem in iſta epiſtola. Secundũ, quoniam ſtylus huius epiſtolæ multò venuſtior eſt, quàm ſtylus cæterarum. Sed ad hæc facilè eſt reſpondere. Apoſtolus quippe ſuſpectus & odioſus erat Iudæis, tanquam legis deſtructor, ideo nomen ſuum ſubticuit, ne eo audito vel lecto, abhorrerent epiſtolam, eámque legere aſpernarentur. Ad ſecundum dicitur, mirum nõ eſſe ſi Paulus in proprio idiomate, puta Hebræo (quo ſcripta eſt præſens epiſtola) eloquẽtior fuit, quàm in peregrino, videlicet Græco, quo cæteras ſcripſit. Nec obſtat quod à ſpiritu ſancto accepit donum linguarum. Accepit enim hoc donum quantũ ad ſufficientem prædicandi facultatem, non eloquentiæ venuſtatem, ne fides putaretur humanæ inniti facundiæ. Denique gratia perficit naturam ſecundũ eam diſpoſitionem & capacitatem. Ideo non eſt mirandũ, quòd per gratiam doni linguarum potentior fuit in lingua propria quàm aliena. Firmiter ergo tenendum eſt hanc eſſe Pauli epiſtolam, maximè propter determinationẽ eccleſiæ. Et etiam quia beatus Dionyſius in ſuis libris paſsim allegat ſcripturam huius epiſtolæ, Paulo magiſtro ſuo eam aſſcribens. Dionyſ.

Cap. 1. [*Multifarie multiſque modis olim deus loquens patribus in prophetis.*] Artici. 1.

POſtquam ergo Apoſtolus eccleſiam Latinorum, puta Romanos: eccleſiam quoque Græcorum, videlicet Corinthios, Galatas, Theſſalonicenſes, &c. ſcripto edocuit: nouiſsimè eccleſiã Hebræorum per epiſtolam inſtruit, oſtendénſque Chriſti excellentiam, & noui teſtamenti, præ veteris, dignitatem, ita exorſus eſt. [*Multifarie*]. i. frequẽter repetitíſque vicibus, ſeu diuerſis ſermonibus, figuratiuis, obſcuris & myſticis, [*Multiſque modis*] id eſt diſtinctis viſionum generibus ſeu variis modis loquendi, videlicet interdũ per viſionem imaginariam. Quemadmodum Eſaias vidit dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum. Et Hieremias vidit ollam ſuccenſam, & virgam vigilantem. Interdum per viſionem exteriorem, ſicut Daniel vidit Gabrielem. Et Iacob angelum ſecum luctantem. Interdum per inſpirationem anagogicam ſeu purè intellectualem, vt in Dauid. Quandoque in ſomno, quandoque in vigilia [*Olim*] id eſt præteritis, diuque lapſis temporibus [*Loquens deus patribus*] id eſt præceſſoribus noſtris, patriarchis & cæteris bonis hominibus, de quibus ait virgo benedicta, Sicut loquutus eſt ad patres noſtros, Abraham & ſemini eius, [*In prophetis*] id eſt per prophetas, quibus per angelos loquebatur. Sed & inferioribus angelis loquitur per ſuperiores. Vnde apud Lucam habetur, Sicut loquutus eſt per os ſanctorũ, qui à ſeculo ſunt, prophetarum eius. Hinc quoque per prophetam dominus loquitur, Ego viſiones multiplicaui, & in manibus prophetarũ aſſimilatus ſum, [*Nouiſsime*] id eſt in hac vltima mundi ætate, de qua dicit Ioãnes, Chariſsimi, nouiſsima hora eſt. Nos enim ſumus in quos fines ſeculorũ deuenerũt, [*Diebus iſtis*]. i. tempore gratiæ. Vnde ſcriptum eſt, Erit in nouiſsimis diebus præparatus mons domus domini, [*Loquutus eſt nobis in filio*]. i. per vnigenitum ſuum incarnatum, qui in Euangelio aſſerit, Mea doctrina, non eſt mea doctrina, ſed eius qui me miſit patris. Rurſuscj;, Verba quæ ego loquor, à meipſo non loquor, [*Quem conſtituit*] deus pater [*Heredem vniuerſorum*]. i. poſſeſſorem ac dominũ omnium rerũ creatarum, loquẽdo de Chriſto ſecundum naturã aſſumptam. Sic enim cõſtitutus eſt omniũ dominus. Nã eo ipſo quo Chriſti humanitas à verbo aſſumpta eſt ad eſſe increatũ, conuenit ei toti creaturę præferri ac dominari. Propter quod ipſe ait, Data eſt mihi omnis poteſtas in cęlo & in terra. Et iterum, Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Hoc & in pſalmo cãtatur, Poſtula à me, & dabo tibi gẽtes hęreditatẽ tuam, [*Per quem fecit & ſecula*]. i. temporalia omnia. Omnia enim per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Hoc conuenit Chriſto ſecundum diuinam naturam. Nõ enim per filium facta ſunt, quaſi per miniſtrũ vel inſtrumentum, ſed ſicut per principalem agentẽ qui cum patre idẽ eſt factor, quemadmodũ ipſe affirmat, Quæcũque facit pater, hæc & filius ſimiliter facit. Hoc tamen quod dicitur, per ipſum, propriè ſpectat ad filium, cui cõuenit cauſalitas cauſæ exem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sap.7. plaris,cũ sit exemplar omniũ rerum & ars rationibus plena.[*Qui cumsit splendor gloriæ*].i.radius sapien E
tiæ patris ingenitæ,seu candor lucis æternæ, & fulgor maiestatis paternæ, in quo plenè resplendet tota
perfectio patris.Est nanq; filius mẽtis paternæ verbũ æternũ,intelligibilis dictio,& sapiẽtiæ eius plena
expressio.Dicitur ergo filius splendor gloriæ seu excellẽtiæ dei patris,quoniã quicquid patris est,splen
Ioan.10. det ac lucet in filio.Et in hoc insinuatur coæternitas filij cũ patre.Splẽdor enim est igni seu soli coẽu⁹.
Et si sol ab æterno fuisset,splendor fuisset ei cõsempiternus,[*Et figura*].i.imago vel character.(In Græ
co quippe habetur χαρακτὴρ,[*Substantiæ eius*].i.ipsius patris,qui est substãtia seu diuina essentia.Græ
ci verò vtuntur nomine substãtię indifferẽter pro essentia & persona.Dicit autẽ Apostolus,figura,quã-
1.Cor.5. uis figura propriè locũ non habeat,nisi in corporalibus rebus.Per figurã enim res maximè cognoscitur
& in ea similitudo attẽditur vnius cũ alio. Quoniã ergo filius patri per omnia similis,imò simillimus
Ioan.14. est,nõ distinctus ab eo, nisi quia ab eo & patrẽ repræsentat, eumq; notificauit, intantũ vt ipse dixerit,
Qui videt me,videt & patrẽ.Idcirco filius appellatur figura substantiæ patris, in quo designatur con-
substãtialitas patris & filij.Filius equidẽ est imago naturalis & essentialis, nõ imitatiua & artificialis dei
patris,quẽadmodum filius regis est imago patris regnãtis. In tali autẽ imagine inuenitur natura eius,cu
Ioan.10. ius est imago.Cũ ergo diuina essentia sit simplex ac indiuisibilis,cõstat q̃ eadem numero sit in patre ac
Ioan. 16. filio.Propter quod ait,Ego & pater vnũ sumus.Et,Quæcunq; habet pater,mea sunt,[*Portãsque*]filius.
i.sustentans,cõseruans & moderans[*Omnia*]creata,visibilia & inuisibilia,[*Verbo virtutis suæ*].i.suæ po- F
Ioan.1. testatis imperio seu influxu. Quẽadmodum enim omnia per ipsum facta sunt,sic sine eius cõtinua con
seruatione redigerentur in nihilũ,quia plus depẽdet creatura à creatore, q̃ radius à sole.In hoc autẽ no
tatur æqualitas filij cũ patre in potestate, quæ etiã vna & eadẽ est in tribus personis. Deniq; his quæ di
Sap.7. cta sunt de similitudine filij cũ patre,cõsonat quod de increata & ingenita sapientia scribitur, in lib.Sa
pientiæ,Vapor est virtutis dei,& emanatio quædã claritatis omnipotentis dei syncera. Cãdor est enim
lucis æternæ,& speculũ sine macula dei maiestatis,& imago bonitatis illius. De sempiternitate verò si
lius ait per quendã alium sapientẽ,Ego ex ore altissimi prodiui primogenita ante omnẽ creaturã. ¶Sed
obiici potest,cũ filius sit verbũ patris,si filius omnia portat verbo virtutis suæ, ergo verbi est verbum.
Eccle.24. Et respõdendum q̃ verbum in tali locutione æquiuocè sumitur. Verbi autẽ non est verbum, sumẽdo
verbum vniuocè.Cũ verò dicitur,portans omnia verbo virtutis suæ,accipitur verbũ pro imperio,sicut
Psal. 148. in Psalmo,vbi dicitur,Ignis,grando,nix,glacies,spiritus procellarum, quæ faciunt verbũ eius. Et alibi,
Psalm.147 Emittet verbũ suum,& liquefaciet ea,[*purgationem peccatorum faciens*].i.peccatores emundans,seu pec
cata originalia & actualia merito suæ sanctissimæ passionis delẽs:iuxta illud propheticum, Ipse autem
Esa. 53. vulneratus est propter iniquitates nostras,attritus est propter scelera nostra.Et Ioannes ait,Ecce agnus
dei qui tollit peccata mundi. [*Sedet*] in throno gloriæ.i.tanquã omnium iudex ac dominus quiescit & G
Ioan. 1. resídet, [*Ad dexteram maiestatis*].i.ad æqualitatem summi & glorioſi dei patris secundum suã deitatẽ.
Act.10. Sic enim æqualis est patri,imò patris & filij est vna maiestas ac dignitas. Si verò referatur ad Christum
secundum assumptã humanitatem,tunc dicitur sedere ad dexterã maiestatis paternæ.i.in potioribus bo
nis dei patris quibus & copiosissimè fruitur[*in excelsis*].i.in cælestibus.s.in cælo empyreo,loco & di-
gnitate omnibus altior.Vnde ipse ait,Ego vici & sedi cum patre meo in throno eius.Hæc autem sessio
Apoc.3. Christi non opponitur stationi. Ideo interdũ dicitur stare,prout Stephanus dicebat, Video cælos aper
Act. 7. tos,& filiũ hominis stantẽ à dextris virtutis dei.Et Esaias,Stat ad iudicandũ dominus. Stat enim quasi
Esa. 3. paratus ad operandũ.Sedet verò tanquã stabiliter permanens vbi est. [*Tanto melior*].i.per gratiã vnio-
nis vel habitualem dignior,[*Angelis effectus*] secundũ humanam naturã,secundum quã accepit gratiam
spiritus sancti nõ ad mensuram. Angeli verò ad mensurã sortiti sunt eam.[*Quanto differentius*].i.sub-
Ioan.3. limiori modo.Vel,differentius.i.excellentius, [*Præ illis nomen hæreditauit*].i.iure æterno à patre accepit,
firmiterque possedit.De quo nomine Philippensibus dictum est supra, Deus exaltauit illum,& dedit
Philip.2. illi nomen quod est super omne nomen, videlicet vt ille homo vocetur verus deus, atque vnigenitus
dei filius,nõ per adoptionem,sed per naturã,quemadmodum ait scriptura, Simus in vero filio eius Ie-
su Christo:Hic est verus deus & vita æterna. Tale autẽ nomẽ non cõpetit angelis.Verũtamen in Psal.
dicitur Christus paulò minus minoratus ab angelis. Sed hoc intelligitur de Christo,quantũ ad assum-
1.Ioan.5. ptæ naturæ passibilitatẽ & mortem ac sepulturã.In resurrectione verò & ascensione præ angelis glori-
Psalm.8. ficatus est,etiã in humana natura.¶Sciendũ verò q̃ Christus,inquantũ homo,à primo instanti suę con H
ceptionis in virgine,absolutè loquendo,prælatus est angelis, & omniũ creaturarũ dominus cõstitutus,
Act. 10. propter personalẽ cum verbo vnionem & gratiæ plenitudinẽ singularem.Sed ista prælatio post resur-
Ioan.17. rectionẽ manifestata est.Vnde & Christus dixit,Pater,clarifica filium tuum.Porrò humanitas Christi
cũ sit eiusdem speciei cũ aliis,non est melior natura angelica,secundum sua essentialia,sed per dona gra
Psalm.2. tiæ melior ea effecta est.¶Hanc excellentiã Christi consequenter probat Apostolus.[*Cui enim dixit*]pa
ter[*aliquando*] ab exordio creationis,[*Angelorum*]q.d. Nulli angelo vnquã dixit pater, quod subditur,
[*Filius meus es tu, ego hodie*].i.in æternitate, in qua semper est hodie.i. instans, inuariabile, non habens
præteritum vel futurum,[*Genui te*]generatione vera ac intellectuali.i.de mea substantia produxi te,cõ
Iob38. municando tibi essentiam meam? Hoc certũ est dici non posse de aliquo angelo. Nam licet angeli ap-
pellantur filii dei,nõ tamen sunt filii eiusdem naturæ cum creatore,nec propriè geniti sunt, sed creati,
non hodie,sed in exordio mundi.Dicit ergo pater ad filium,genui,per modũ præteriti, ne generatio e-
Esa.26. ius noua,vel modò inchoata putetur.Dicit quoque,hodie,ne præterita æstimetur.Vt ergo generatio si
lij agnoscatur inuariabilis & æterna,dicit:hodie genui,copulãdo præsens præterito.In æternitate quip
pe nihil præteritum est,quasi defecerit:nihil futurum,quasi nondũ sit: sed quicquid æternũ est,semper
Psalm.2. est.Hãc authoritatem sumpsit Apostolus ex psalmo, quem ad literã scriptum esse de Christo frequen

A ter testatur liber Actuum Apostolorum.Idcirco recentiores Iudæorum doctores qui psalmum illum
ad literam exponunt de Dauid,plurimũ errant,& ab antiquis Hebræorum doctoribus discrepant. Act.13.
¶Deinceps inducit Apostolus aliud testimonium ad idem probandum,[*Et rursus*] deus pater ait,[*Ego* 3.Reg.7.
ero illi in patrem]id est pater Christi ero,quia æternaliter pater ipsius sum.A Eternitas autẽ omnis tem-
poris differentiam cõprehendit,ideo per quodlibet tempus designatur. Simili modo ait saluator de spi- Ioan. 16.
ritu sancto,Quæcunque audiet loquetur,& ille de meo accipiet.Si autem intelligatur dictum per mo-
dum præteriti,referendum est ad tempus incarnationis & manifestationis Christi. Nam qui æternali-
ter pater Christi fuit,secundum quod deus, futurus fuit pater Christi hominis de virgine tunc nascitu
ri,iam nati. Et hoc ipsum manifestatum est mundo post aduentum spiritus sancti per prædicationem
Apostolorum.[*Et ipse erit mihi in filium*]id est filius erit atque vocabitur,prout prędixerat angelus,Hic
erit magnus,& filius altissimi vocabitur.Vnde Christo baptizato,& trãsligurato, vox patris audita est,
dicens,Hic est filius meus dilectus,in quo mihi complacui.Ideo archiapostolus in secunda sua canoni-
ca,Accepit,inquit,à deo patre honorem & gloriam voce delapsa ad eum huiusce modi à magnifica glo
ria,Hic est filius meus,&c.Secundum glossam(& est glossa Chrysostomi) hoc testimonium Apostoli Luc.1.
nunc allegatum,ex Esaia assumptum est, quod tamen nostra non habet translatio, quantũ ad formam Matth.3.
verborum.Sed quantũ ad sensum dicere possumus,quod sumptum sit ex eo quòd ibi habetur secun- Marc.1.
B dum allegationem Matthæi euangelistæ,Ecce puer meus electus quem elegi,&c. Probabilius verò ap Luc.3.
paret quòd sumptum sit ex secundo Regum & primo Paralip. vbi hæc verba in propria forma conti- Matth. 17.
nentur.Sed nunc dubitatio oritur, quomodo efficax sit probatio Apostoli ex verbis prædictis, quæ ad Marc. 9.
literam de Salomone prædicta sunt,qui & vocatus est amabilis domino, vt patet intuẽti seriem textus 2. Petri 1.
illius.Probatio autem fidei per authoritatem scripturæ non valet nisi ex sensu literali,secundum Augu Esa.42.
stinum in locis diuersis. Et respondendum q̃ verba hæc dicta sunt de Salomone, inquantũ erat figura Matth. 12.
Christi,ideo principaliter intelliguntur de Christo.¶Insuper ponit Apostolus aliam authoritatem ad 2.Reg.17.
idem,videlicet quòd Christus maior sit angelis.[*Et cum iterum introducit*]id est cùm deus pater introdu 1.Par. 17.
cendum seu venturũ rursus in Psalmo prænunciat,[*Primogenitum*]suum,id est filium suum ante omnia 2.Reg.12.
genitum,qui in Prouerbiis testatur,Dominus possedit me initio viarum suarum, antequam quicquam Augusti.
faceret à principio,[*In orbem terræ,dicit*]per prophetam in Psalmo.[*Et adorent eum*]videlicet filium[*O-
mnes angeli dei*] Adoratio autem non conuenit nisi deo. Hac ergo authoritate ostenditur Christus ve- Prouer.8.
rus deus, quem deus pater vult ab angelis adorari. Quoniam verò Apostolus dicit, Et cùm iterum in-
troducit,&c.quidam volunt solùm de secundo Christi aduentu hanc scripturam intelligi,sed hoc non
est necessarium.Primò,quoniam sensus est,Cùm iterum introducit,id est rursus introducendum præ- Psalm. 96.
C nunciat.(Hoc enim frequenter prædixit)Secundò,nã ante aduentũ Christi in carnem, seu ante incar-
nationem introductus fuit in orbem terræ,id est in corda hominum,per inuisibilem missionem seu spi
ritualem aduentum. Ideo in sua incarnatione iterum introductus asseritur. [*Et ad angelos quidem dicit*]
id est de conditione & existentia angelorum dominus loquitur per Prophetam in Psalmo, [*Qui*]deus Psalm.103.
pater seu filius secundum quod deus[*Facit angelos suos spiritus*]id est spirituales & intellectuales substã
tias facit suos legatos,dum eos ad aliqua nuncianda seu operanda emittit. Angelus enim est nomen offi
cij,spiritus nomen naturæ: quemadmodum miles est nomen officij, homo nomen naturæ. Quemad-
modum ergo homo fit miles,non econtrario:sic deus spirituales illas substantias,quę ex creatione sunt
spiritus,efficit angelos,id est nuntios,iniungendo eis obsequium,[*Et ministros suos flammam ignis*]id est Danie. 7.
angelos de ordine Seraphin,qui ob diuini amoris feruorem,flamma ignis,ignisque vrens vocantur,fa- Exod.2.
cit deus ministros suos,ita quòd ipsi quoque ministri sunt,non filij per naturam, nec veri dij. Vel per
flammam ignis, omnes angeli designantur propter suæ naturæ agilitatem, susque motus velocitatem,
& quia diuinæ charitatis calore succẽsi sunt.De quibus exponi potest illud Danielis, Thronus eius(vi Danie.7.
delicet dei)flammæ ignis,rotæ eius ignis accensus.¶Porrò quod dictum est,Adorent eum,&c.nostra
trãslatio sic habet, Adorate eũ omnes angeli eius. Similiter quod subditur, Qui facit angelos suos, Psalm. 96.
&c. sic continet, Qui facit angelos suos spiritus,& ministros suos ignem vrentẽ. Christus enim atque Psal. 103.
Apostoli sæpe allegant scripturas potius quantũ ad sensum,quàm secundum formam verborum. [*Ad
filium autem*]dominus ait per Prophetam, [*Thronus tuus*] id est regia dignitas,iudiciaria potestas, & se- Psalm.44.
D des qua resides ad dexterã patris ô[*Deus*]fili[*in seculum seculi*]id est æternaliter permanet, hoc de Chri
sto secundum vtranque naturam intelligi potest.Nam pater omne iudicium dedit filio,dedítque ei po Ioan.5.
testatem & iudicium facere, quia filius hominis est, & omnia ei subiecit. Secundum diuinitatem vero Psalm.8.
conuenit Christo iudiciaria potestas, & regia dignitas,per authoritatem, quamuis receperit eã à patre,
imò vna,numero, est potestas,dignitásque amborũ,[*Et virga æquitatis.*]hoc est regula iusta,& æquia di-
sciplina est virga regni tui,id est gubernatio & disciplina, qua ecclesiá regis & instruis, malósque per-
cutis,& iustos exaltas.Potest quoque per virgam hanc accipi doctrina & lex Christiana, per quam re-
gnum Christi,id est ecclesia militans regitur,edocetur atque corrigitur. De hac virga ait & Psalmista, Psalm.2.
Reges eos in virga ferrea. Et Esaias,Percutiet,inquit,terram virga oris sui[*Dilexisti iustitiam*]id est om- Esa. 11.
nem virtutem & omne bonũ. Iustitia enim est omnis virtus [*Et odisti iniquitatem. propterea*] id est me-
rito huius,videlicet quoniam sic fecisti [*Vnxit te*]ô Christe[*Deus*]omnium qui est[*Deus tuus*] specia-
liter,secundum quòd homo es. Tamen secundum Augustinum in Græco est manifesta distinctio ca-
suum διὰ τοῦτο ἔχρισέν σε ὁ θεὸς, ὁ θεός σου. vt primùm quod dicitur deus, sit vocatiui casus, aliud nominatiui.e-
rítque sensus. Propterea vnxit te (ô deus) fili, deus tuus, id est deus pater. Vnxit itaque te secundum
humanam naturam, [*Oleo exultationis*] id est præmio accidentali, videlicet corporis glorificatione, a-
scensione, & plena lætitia partis sensitiuæ, quæ vsque ad horam mortis tuæ passibilis fuit, [*præ par-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan.1. ticipibus tuis]id est prę cunctis electis,qui membra tua sunt,& de plenitudine tua accipiunt,vel vnà tecum à supersancta trinitate gratiam & gloriam fortiuntur. Vel sic,Propterea,id est vt iustitiam diligeres,& iniquitatem odires,vnxit te deus,deus tuus oleo exultationis, id est lenitate ac plenitudine gratię E
animā exhilarantis in sacerdotem,pontificem,regem,prophetam ac pugilem. Vnde per Esaiā Christus
Esa.61. testatur. Spiritus domini super me, eò quòd vnxerit me. ¶Deinde probat Apostolus filium patri co-
Psal.101. ęternum.[Et,*tu in principio*]temporis,id est simul cum tępore[*Domine*]fili,vel tu domine pater,in prin
Ioan.8. cipio,id est in filio,seu per filium,per quem omnia agis,qui ait,Ego principiū,qui loquor vobis,[*terram fundasti*].i.creasti,& firmiter collocasti in medio vniuersi, [*Et opera manuum tuarū sunt cęli*] omnes.
Manus autem dei,dicuntur intellectus eius practicus & voluntas quibus omnia producuntur. [*Ipsi*].i.
Iacobi 1. cęli[*Peribunt*]quantū ad esse accidentale,non quantùm ad substantiam. Motus nanque & influentia &
Malac.3. qualitas eorum cessabunt,[*Tu autem permanebis*].i. incōmutabiliter in teipso subsistes,apud quem non
Matth.24. est trāsmutatio,nec vicissitudinis obūbratio,qui asseris,Ego dominus,& non mutor,[Et *omnes*]cæli[*Vt*
Rom.8. *vestimentum veterascent*]quantū ad modum essendi quē nunc habent. Præterit quippe figura huius mū-
Apoc.21. di. Et Christus in Euangelio,Cælum,ait,& terra transibunt.[*Et velut amictum*].i.vestem. [*Mutabis eos*]
Esa.65. id est à solito cursu & influxu cessare facies,[Et *mutabuntur*]à pristina qualitate,atque in melius cōmu-
Finis. tabuntur,quēadmodum dictum est plenius ad Romanos. Vnde in Apocalypsi habetur,Vidi cælū nouum & terram nouam. Primū enim cælum & prima terra abiit. Et per Esaiam dominus, Ecce,inquit, F
ego creo cęlos nouos & terram nouam,& non erunt in memoria,priora. [*Tu autem idem ipse es*].i.incō
Psalm.109 mutabilis es.[Et *anni tui non deficient*].i.æternitas tua,omne tempus cōprehendens, & tuum esse mensu
rans,non finietur. Rursus authoritate Psalmistæ probatur excellentia Christi præ angelis. [*Ad quem autem angelorum dixit deus*]pater[*Aliquando,Sede a dextris meis?*]secundum sensum iam explicatum[*Quoadusque ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum*].i.plenè eos tibi subiiciam? Tanquam dicat,Nulli
angelorum dictum est hoc,quod tamen pater ait ad filium. Cui dixit pater in ascensione,vt sedeat secū
vsque ad diem iudicij,in quo omnes inimici Christi(videlicet reprobi)Christo perfectissimè subiiciētur,quantū ad suæ damnationis executionem,quamuis & nunc ei subiecti sint,quantū ad suæ potestatis authoritatem. Per hoc autē quòd dicitur quoadusque vel donec,non datur intelligi cp postea nō sedebit.[*Nūne omnes*]angeli[*Sunt administratorij spiritus*].i.diuino imperio seruiētes. [*In ministerium*].i.ad
obsequium seu adiutorium electorum[*Missi*]à deo,missione interiori vel exteriori[*Propter eos*].i.eorum profectum, [*Qui hæreditatem capiunt salutis*].i. cælestem atque beatam hæreditatem patriæ.[beatificam dei visionem adipiscuntur? ¶Quæri hic potest,an omnes angeli foras mittentur. Et videtur cp
Esa.6. sic,authoritate Apostoli,loco præsenti. Item ex eo quod ab Esaia dicitur,Volauit ad me vnus de Seraphin. Multi quoque sanctorum videntur hoc dicere. Hanc quæstionem Gregorius non præsumit,nec
audet determinare. Quidam verò dixerunt,cp secundum cōmunem legē,& vt plurimū atque ex pro- G
Thomas. prio officio,soli inferiores mittuntur ad extra. Superiores tamē interdum ex speciali ratione, & diuina dispensatione mittuntur. Sed hanc responsionem improbat sanctus Thomas in 1.parte. Nam ordo angelorum attenditur secundum dona gratiarum,ordo autem gratię summus est. Idcirco non habet ordinem superiorē propter quem omittatur. Quemadmodū ordo naturæ prętermittitur,propter ordinem
Gregor. gratiæ,quatenus gratia declaretur seu fides confirmetur,vt patet in suscitatione defuncti. Ad fidei au-
Luc.1. tē confirmationē non proficeret omissio gratię,cū non percipiatur à nobis. Deniq; nullum ministeriū adeò magnū est,quod per inferiores expleri nō valeat,quia secūdum Gregorium archangeli appellantur,qui summa annunciant. ¶Insuper nulla persona viatoris præstantior est Maria,nullum quoq; ministeriū maius est annunciatione filij dei,& tamen ad beatissimā virginem pro hoc summo negotio missus est angelus Gabriel,qui est de secundo ordine infimę hierarchię. Ex his cōcludit sanctus doctor,
Dionysius cp angeli superiores nunquā ad exterius ministeriū destinentur. Et hoc verius reor,præsertim propter
Esa.6. hoc,quoniam dictis D. Dionysij potius consonat. Dicit quoque B. Dionysius cp angelus missus ad Esaiam nō erat de ordine Seraphin,sed vnus de inferioribus. Dicitur verò vnus de Seraphin, vel quoniā
missus ab vno de ordine Seraphin,vel ratione sui effectus,quia labia Prophetę incēdendo purgauit. Di-
Thomas. cit etiam Thomas,cp sicut diuinis personis,videlicet filio & spiritui sancto, attribuitur duplex missio,
vtputa inuisibilis,propter gratiæ infusionem, atque visibilis propter creaturā corporalem assumptam
vel manifestatam, sic angelis cōuenit duplex missio. s. interior secundum operationes intellectuales, H
prout vnus illuminat aliū. Sicq; superiores mittuntur,medios & inferiores illustrando, & ad exteriora officia dirigendo,ordine Hierarchico. Alia est eorum exterior missio secundum actus transeuntes circa corpoream creaturam,sic soli inferiores mittuntur. Omnes ergo sunt administratorij spiritus in ministerium,missione interiori vel exteriori. Quatuor autem superiores ordines non mittuntur ad extra secundū Thomā,sed quādoque inferiores,videlicet angeli,archangeli,principatus,potestates,virtutes.

Cap. 11. [*Propterea abundantius oportet obseruare nos, &c.*] Artic. 11.

Declarata excellentia Christi,cōsequenter ostenditur cū quanta diligentia obseruanda sit doctri
na & lex tanti magistri.[*propterea*].i.cùm tanta sit dignitas Christi legislatoris nostri, [*Abundantius*].i.multùm reuerenter & timoratè,vel copiosius atque perfectius, quàm à Iudæis obseruata
1.Ioan.1. fuit lex Moysi[*Oportet*].i.ad salutem necessarium est [*Obseruare nos*] sæpius recolendo,& fortiter adimplendo [*Ea quæ audiimus*]à Christo mediatè vel immediatè, qui & quotidie loquitur nobis
per euangelium[*Ne forte pereffluamus*]id est penitus pereamus,& in ęternum damnemur. Fluimus quip
pe per peccata venialia & mortalis naturæ quotidiana tormenta, sicut Iob ait, Homo natus de muliere
breui viuens tępore,repletur multis miseriis,& nunquā in eodē statu permanet. Propter quod ait scri-

A ptura,Omnes morimur & quasi aquæ dilabimur in terram,quæ non reuertentur. Effluimus autem per
peccata mortalia. Sed pereffluimus,id est perfectè effluimus incidendo æterna cruciamenta. Quòd ergo tam diligenter seruanda sint verba Christi,probat apostolus per locum à minori,[*si enim qui per angelos dictus est sermo*]id est quia doctrina dei ministerio angelorum tradita Moysi, prout Stephanus di- Actu.7.
xit,Accepistis legem in dispositione angelorum[*Factus est firmus*] id est ratè seuerèque iniuncta ac fir- Marci.16.
miter seruata est,& multipliciter confirmata miraculis,minis,pœnis atque promissis,[*Et omnis præuari-* Ezech.18.
catio]id est legis transgressio,mala commitendo [*Et inobedientia*] id est incustodia præceptorum, bona
omittēdo. Quorum primum est contra præcepta negatiua, Secūdum contra præcepta affirmatiua[*Ac-* Deut.25.
cepit iustam mercedis retributionem]id est debitam pœnam,tempore veteris testamēti in populo Iudæorum,quemadmodum Moyses scripsit, pro mensura peccati, erit plagarum modus. Cum ergo sit ita
[*Quomodo nos*]Christiani[*Effugiemus*]vltionem diuinæ iustitiæ[*si tantam neglexerimus salutem?*] .i. tam
salutarem christi doctrinam, tam copiosam eius gratiam,tantam beatitudinem nobis ab eo promissam
paruipēderimus & obliti fuerimus?[*Quæ*]salus[*cum initium accepisset enarrari per dominum*].i.cū à chri- Matth.9.
sto cœpta est prædicari[*Ab eis qui audierunt*].i.ab ore Apostolorum qui cum christo corporaliter con- Actu.1.
uersati sunt,eiusque sermonibus interfuerunt quibus & dictum est, Vobis datum est nosse misterium Matth.13.
regni dei. Et,Beati oculi qui vident quę vos videtis[*In nos confirmata est*].i.nobis firmiter annūciata at- Ibidem.
B que ingesta est. Hoc dicit apostolus in persona fidelium,nō sui. Ipse enī à Christo immediatè edoctus 2.Corin.12.
fuit in raptu. Vnde ad Gal. loquitur,Mihi qui videbantur esse aliquid(videlicet Petrus,Iacobus & Ioan Gal.2
nes)nihil contulerunt. confirmata est ergo hæc salus in nos [*confestante*].i.prædicationi apostolorum
testimonium perhibēt, [*Deo*]qui neminem fallit,[*signis*].i.per minora miracula. Quæ,quantū ad substantiam facti,fieri possunt per naturam,non tamen quo ad modum fiēdi, sicut est quarūdam infirmitatum depulsio,quæ fieri potest à medicis[*Et portentis*].i.per maiora miracula,quæ sunt omnino supra
naturam,vt est suscitatio mortui,[*Et variis virtutibus*].i.potentissimis dei affectibus,quæ non solùm na- Actu.4.
turalem cursum, sed etiam rationem humanam excedunt,vt est penetratio dimensionū. Vel,variis virtutibus .i. habitibus virtuosis atque infusis, videlicet,spe,charitate,donisque spiritus sancti,[*Et spiri-* 1.Cori.12.
tus sancti distributionibus].i.gratiis gratis datis à spiritu,de quibus dictum Corinthiis id est,Alij datur per
spiritum sermo sapientiæ,alij sermo scientiæ,alii genera linguarum,alij discretio spirituū. Quæ primò Actu.2.8.
datæ sunt sanctis apostolis in die Pentecostes,& per eos datæ sunt aliis multis,vt legitur in actibus apo- 13.17.
stolorum,Quæ omnia facta & data sunt,[*Secundum suam voluntatem*] id est ex beneplacito dei,qui o- Ephesi.1
mnia operatur secundum propositum voluntatis suæ,non secundum merita hominum. Alioquin gra- Roma.11.
tia iam non esset gratia. Hæc sunt Christianæ fidei argumēta. Incōprehensibilis nanq; supernaturalisq; Marci.16.
veritas supnaturalibꝰ atq; diuinis eguit argumētis. Vnde & in euāgelio scribitur,Illi profecti prędicaue- 1.Ioann. 5.
C rūt vbiq; dño cooperāte,& sermonē confirmante sequētibus signis. Hinc in Ioānis epistola scriptū est,
Qui non credit in filium,mendacem facit patrem:quoniam non credit in testimonium,quod testifica- Ioann. 10.
tus est deus de filio suo. De quo testimonio ait & filius,Opera quæ dedit mihi pater,testimoniū perhibent de me. Quod autem non effugimus vltionem diuinam, si tantam neglexerimus salutem,probat
apostolus per qđ christus sublimior est atq; potētior angelis [*Non enim angelis subiecit deus orbem terræ futurum*].i.orbem terræ,seu modum secundū statum quem habebit post diem iudicij,q̄uis interim aliquo modo subiectus sit,qm̄ mouent cælestia corpora, quorū motu & influentia trāsmutantur hæc inferiora.[*De quo*]orbe terræ futuro,[*Loquimur*] De orbe enim terræ quantùm ad statū futurū intendit
Apostolus loqui. Oportet ergo adueuertere,cp cum omnia corporalia & terrena ordinentur ad homi-
nem,sicut duplex est status seu perfectio hominis,vna secūdum suam institutionem in via huius exilij, Matth. 24.
alia secundum suam glorificationem in patria cælesti,sic duplex est status orbis terræ seu mundi:vnus
secundū suam successionē generationis & corruptionis, donec cōpleatur numerus electorū, qui dicitur status præsens,durās vsque ad diē iudicij:alius secūdū futurę renouationis stabilitatē,quę fiet in die
nouissimo. Quāuis autem mūdus seu orbis terrę in vtroque statu sit substantialiter idem,tamē propter Dionysi⁹.
differentiā statuum dicitur orbis terræ prędens,& orbis terrę futurus,Quēadmodū autē homines,quā-
tū ad statum prędentē,subiecti sunt angelis,quia reguntur,purgātur,illuminātur ac perficiuntur ab eis,
secundū Dionysiū,quę tamē prędatio in futuro statu cessabit,quantū ad nouā influētiā. Sic orbis terrę
D secundū prędentē statum,angelis est subiectus,iuxta modū prędictū. Sed secundū statum futurū,eis nō Psalm.8.
erit subiectus. Tunc enim alterationes & generationes cessabunt. Hęc expositio videtur mihi textui magis conformis,Glossa tamē aliis modis exponit hunc locum:quam inspicere potest, qui alium sensum Sapien.6.
requirit. ¶Porrò quòd Christo orbis futurus subiiciatur,probat apostolus authoritate Psalmistę,[*Testatus est autem in quodam loco,quis*].i.quidam famosus,puta Dauid propheta prędarus[*Dicens, Quid est homo*]quicunque sit ille[*Quod memor es eius*]ò domine deus omnipotens. Tanquam dicat,Vilis & modicus est comparatione tuę maiestatis,cum sit corporalis, mortalis ac fragilis,propter quod mirum est,
quòd tam benignē dignaris eum respicere, adiuuare & sublimare, prędertim assumendo eius naturam
[Aut]quid est[*Filius hominis*].i.Christus,secundum naturam assumptam,[*Quoniam visitas eum*] vniendo
tuę increatę personalitati eius humanitatem,& habitando in ea,quasi in templo. Quasi dicat, Hoc humanitati Christi ex sua naturali dignitate seu meritis non conuenit.[*Minuisti eum paulominus ab angelis*]
.i.quatenus Christū secūdū humanitatē sic visitaueris atque sublimaueris,tamen quantū ad aliquid,fe- Ioann.1.
cisti eum angelis inferiorem,videlicet quo ad corporis sui passibilitatem ac mortem, quę angelis nō cō
ueniunt propter naturę ipsorum excellentiam,cum sint immaterialis essentię.[*Gloria & honore coronasti eum.*]Gloria, est clara cum laude notitia. Honor verò est exhibitio reuerentię in signū virtutis. Deus
ergo pater seu trinitas coronauit ,id est vndique & multipliciter decorauit Christum hominem gloria,

Universidad de Deusto
Biblioteca

infundendo cordibus hominum claram cognitionem excellentiæ Christi:& honore, inducendo fideles ad venerationem & cultum ipsius. Vel gloria, id est beatitudine animæ, vel corporis glorificatione in resurrectione. Et, honore, id est eleuatione ad dexteram tuam in ascensione coronasti eum [*Et constituisti eum super opera manum tuarum*] hoc est, omnibus creaturis eum præposuisti, faciens eum regem
Apoc.19. regum & dominum dominantium. Quod post resurrectionem factum est, quantùm ad manifestationem. [*Omnia*] visibilia & inuisibilia, suprema, media, & infima, [*Subiecisti sub pedibus eius*] id est ei perfectè subdidisti, quantùm ad potestatis collationem etiam ab exordio incarnationis. Tùc enim data est
Matth. 28. homini Christo potestas atque prælatio super vniuersa creata, [*In eo autem quod*] deus [*Ei*] videlicet christo, [*Omnia subiecit, nihil dimisit non subiectum ei*] id est vniuersaliter sine exceptione cuncta ei subiecit. Veruntamen quoniam nondum subiecta sunt ei omnia, quantùm ad potestatis executionem & plenam manifestationem, subiungitur: [*Nunc autem*] id est tempore isto vsque ad diem iudicij, [*Necdum videmus*
Esaiæ. 45. *omnia subiecta ei*] quantùm ad executionem & plenam manifestationem, quod tamen fiet in die nouissimo, quando iuxta Esaiæ oraculum, Ad eum venient & confundêtur omnes qui repugnant ei. Nunc enim multi Christo resistunt, & nullam sentiunt pœnam, eum blasphemant vel inhonorant, & nullum
Phil.1 experiuntur supplicium. Sed post diem iudicij ita non erit. Extunc enim coacti erunt ei subiecti, pœ-
Psal.109. nas luendo, qui nunc liberi repugnant illi impiè conuersando. Ideo conuenienter prædictum est futurum orbem Christo subiiciendum. [*Eum autem qui modico, quam angeli minoratus est*] hoc est, qui in par- F
uo minor factus est angelis, scilicet quantùm ad corporis passibilitatẽ [*Videmus*] oculo fidei [*Iesum*] scilicet minoratum [*Propter passionem mortis*] id est merito suæ passionis, letalis mortem sibi inferentis,
Esaiæ 53. [*Gloria & honore coronatum*] sicut expositum est. Vnde dictum est alibi, Factus est obediens vsque ad
Matth.20. mortem. Propter quod & deus exaltauit illum. Et in Psalmo. De torrente in via bibet, propterea
Marci. 16. exaltabit caput. Ideo autem modico quàm angeli minoratus est, id est mortalis effectus, assumendo na-
Prouer.16. turam passibilem, [*Vt gratia dei*] id est non humanis meritis, sed gratuita dei volũtate & pia liberalitate [*Pro omnibus gustaret mortem*] id est pro vniuersorum salute, quantùm in se est, mortis amaritudinem experiretur. Vnde & Propheta, Dominus (inquit) posuit in eo iniquitatem omnium nostrûm. Pro so-
Ephes.1. lis tamen electis passus est Christus, quantùm ad efficaciam, prout ait, Venit filius hominis dare animam suam redemptionem pro multis. [*Decebat enim eum propter quem omnia & per quem omnia*] id est conueniens erat deo patri propter quem omnia facta sunt ab ipso sicut propter causam finalẽ. Omnia enim propter seipsum operatus est dominus: & per quem omnia, id est à quo omnia facta sunt, sicut ex causa efficiente, Vel, per quem sicut per causam exemplarem, [*Qui multos filios*] adoptiuos, videlicet homines electos, [*In gloriam adduxerat*] id est ad æternam beatitudinem perducere præordinauit in sua prædestinatione æterna, [*Authorem salutis eorum*] hoc est, Christum electorum saluatorem, qui eis sa-
Iob.24. lutem promeruit sua passione dignissimam, [*Per passionem consummare*] id est per mortem crucis ab hac vita tollere, exponendo videlicet, imò tradendo eum morti crucis pro nostra redemptione. Vel, per passionem consummare, id est ad finem seu consummationem nostræ liberationis, merito passionis adducere. Conuenientissimus quippe modus humanæ redemptionis fuit, quòd pater vnigenitũ suum humana natura vestiuit, & morti pro hominum saluatione exposuit. Quia per hoc maximè commenda-
Gene.3. tur bonitas & misericordia eius, qua miseris & aliunde seductis tam clemẽter subuenit. Iustitia quoq;, quoniam peccata hominum nõ reliquit inulta. Nulla etiam pura creatura digna erat pro hominibus satisfacere, tãta est enormitas culpæ per cõparationẽ ad deũ, & dignitas vitę ęternæ cõsistẽtis in deo, sicut in immediato obiecto. Decuit etiã eandẽ naturã pati in saluatore, quę erat in saluandis reparãda. Quòd verò decuit christũ pati, ostẽdit apostolus, Quoniã decet sanctificatorẽ & sanctificatos esse eiusdẽ natu-
Lucæ. 2. rę, quatenus satisfaciat quod offendit. i. eadẽ natura patiẽdo reformet, quę malè agẽdo peccauit. Natura ergo humana in primo parẽte, posterisque infecta, per christi humanitatẽ fuerat reparãda, Dicit igi-
Ioann.21. tur, [*Qui enim sanctificat*]. i. christus qui peccatores à vitiis purgat, [*Et qui sanctificatur*]. i. electi qui meritò passionis suę mundantur, [*Ex vno omnes*], i. ex eodẽ patre atque principio profluxerũt. christus nẽpe
1. Petri 2. secundũ assumptam humanitatem defecẽdit de Adam, sicut & nos, excepta infectione originalis peccati,
Psalm. 21. & q; immediatè de virgine natus est. Secundũ diuinã verò naturã, & natus est ex patre æterno, de quo,
Matth. 28. & nos nati sumus, difformiter tamen: quoniã ipse est filius naturalis & vnicus, nos autẽ adoptiui & plu-
Ioan .20. rimi. [*Propter quam causam*] videlicet quoniam Christus & membra eius (puta fideles) vnum paternum H
Actu.1. principium habent, & natura cõmunicant. Vnde & ait in Ioanne, Ascendo ad patrem meũ & patrẽ vestrum, [*Non confunditur fratres eos vocare*] non obstante q; ipse sit deus verus, & homo à peccato im-
1. Corin.15. munis. Illi verò propter peccatum degeneres, [*Dicens*] ad patrem in Psalmo, [*Nunciabo nomen tuum fra-*
Marci. 4. *tribus meis*] id est te ipsum & gloriam tuam ó pater prædicabo Apostolis, aliisque discipulis. De his enim dixit Mariæ Magdalenæ, Vade & dic fratribus meis, [*In medio ecclesiæ*] primitiuæ, videlicet inter fideles primò conuersos, [*Laudabote*] Stetit enim Iesus in medio discipulorum suorum, quibus & sæpe apparuit per dies quadraginta intrãs & exiens, & quadam vice plus quàm quingentis fratribus apparens. Hæc fecit saluator ante passionẽ, quando seorsum discipulis suis disseruit omnia. Potest quoque generaliter de omnibus fidelibus accipi, quibus christus per apostolos & successores eorum nomen patris æterni prædicauit, atque in medio ecclesię, id est vbique in omni congregatione fidelium, eum laudauit, imò & laudat & prædicat. [*Et iterum*] Christus ait per Esaiam, quantùm ad sensum, quamuis verba non habeantur in nostra translatione, secundum hanc formam. [*Ego ero fidens in eum*] id est ego Christus secundum quod homo passibilis, sperabo in deum, non per spem quæ est virtus theologica, quam non habuit: sed per quandam fiduciam, qua resurrectionem & corporis glorificationem ab eo certissimè expectauit. Hoc autem Christo non competeret, nisi verus homo fuisset, ideo non con-

A sunditur homines vocare fratres. [*Et iterum*] Christus ait, [*Ecce ego et pueri mei*] id est discipuli & spiri- Esaiæ. 8.
tuales filij mei, quibus & dixi, Pueri, nunquid pulmentarium habetis? [*Quos dedit mihi dominus*] id est per Ioann. 21.
charitatem & gratiam mihi tanquam capiti copulauit, eosque per me saluare decreuit. De talibus dicit
in euangelio, Tui erant, & mihi eos dedisti. Itemque: Pater manifestaui nomen tuum hominibus, quos Ioann. 17.
dedisti mihi de mundo. Ex hoc testimonio patet, quòd tam ipsi quàm Christus sint ex vno principio Ibidem.
scilicet deo. Hanc authoritatem Esaiæ intelligit Lira melius hoc loco, quàm super Esaiam. Hic nanque
dicit eam ad literam de discipulis Christi debere intelligi, ibi verò exponit eam literaliter de discipulis
Esaiæ. ¶ Deinde ostenditur quòd decuit Christum incarnari & pati, ex parte saluandorum. [*Quia ergo*
pueri] id est fideles electi [*Communicauerunt carni et sanguini*] id est ex corpore & anima facti sunt, & homines mortales fuerunt, [*Et ipse*] Christus [*Participauit eisdem*] id est carnem veram & animam rationalẽ assumpsit, factus mortalis, [*Vt per mortem*] id est propriè passionis merita, [*Destrueret*] id est superaret
& foras eiiceret, [*Eum qui habebat mortis imperium*] id est diabolum mortis authorem, qui homines ad Apoc.21.
mortem culpæ induxit. Ex qua secuta est mors naturæ, & mors secunda, videlicet mors gehennæ, Deus Sapienti.1
enim mortem non fecit, sed inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Habuit autem diabolus Sapien. 16.
mortis imperium, quoniam ante Christi aduentum omnes quodammodo in morte detinuit. In li- Apoc.1.
bro tamen Sapientiæ dicitur deus habere imperium vitæ & mortis. Et in Apoca. ait Saluator, Habeo
B claues mortis & inferni. Sed deus dicitur habere mortis imperium, quia quos vult in morte relinquit, &
quos vult à morte reducit. Non autem inducit mortem culpæ. Christus verò habet claues mortis, hoc
est potestatem relaxandi peccata. [*Et liberaret*] Christus sua passione, [*Eos qui timore mortis*] corporalis
[*Per totam vitam obnoxij*] id est rei & subditi, [*Erant seruituti*] culpæ ac dæmonis. i. homines vniuersos, Matth. 10.
qui maluerũt peccare, quàm corporalem mortem incurrere, magis timentes eos qui corpus occidunt q̃
qui corpus & animam perdere potest in gehennam. Tales erant homines vt plurimum ante Christi pas
sionem. Sed ipse sua passione præstitit nobis exemplum moriendi pro iustitia, & abstulit suis hunc in- Ephe.2.
ordinatum timorem. Secundo exponitur specialiter de Iudæis, Vt liberaret eos, puta Iudæos, ab oneribus legis, per gratiam & meritũ suæ passionis, qui timore mortis corporalis, quã lex inflixit trãsgressoribus suis: vel gehennalis, quam lex minabatur per totam vitam præsentem, obnoxii, id est subiecti Matt.1.
erant seruituti legis. Nam timore pœnarum potius quàm amore iustitiæ legem seruabant. Christus e- Matth. 15.
nim sua passione legem, quantùm ad cærimonialia, euacuauit. Qua euacuata, fecit Iudæos liberos, vt per
fidem & gratiam saluarentur, sine obseruantia cærimonialium, ministrarentque deo, amore potius quã
timore.

¶ Denique quòd Christus pueris communicauit in carne & sanguine, hominesque redemit, ostendit
C apostolus, [*Nusquam enim angelos apprehendit*] id est nunquam legitur angelos apostatas ad gratiã redu- Marc. 14.
xisse, aut angelicam naturam assumpsisse, [*Sed semen Abrahæ apprehendit*] id est carnem humanam ex se- Lucæ.22.
mine Abrahæ sibi vniuit, & populum Iudæorum specialiter reuocauit. De quibus locutus est, Nõ sum Matth. 4.
missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israël. [*Vnde*] id est propter hanc causam, videlicet, quia se- Matt. 11.
men Abrahæ apprehendit, [*Debuit*] debito condecentiæ, non obligationis, [*Per omnia*] id est in omnibus Ephes. 5.
naturalibus proprietatibus atque defectibus indetrahibilibus, [*Fratribus*] id ceteris hominibus [*Similari*]
non autem in defectibus detrahibilibus, scilicet in culpa & defectu necessariorum. Non enim debuit
esse claudus, cæcus aut languidus, quamuis tempore passionis elanguit. Fuit ergo aliis similis, q uiamor 1. Ioann. 1.
talis, vberibus lactatus, creuit, esurit, manducauit, mortem perpessus est, [*Vt misericors fieret*]. i. miseri- 1. Petr2.
cordiã impartiret. Vel, misericors fieret actu & habitu in natura humana, qui æternaliter misericors est Matth. 22.
natura diuina, [*Et fidelis pontifex*]. i. verus mediator atque sacerdos pro nobis, [*Ad deum*] patrem vel tri- M tth. 4.
nitatem, immolãdo seipsum deo in cruce hostiam immaculatam in odorem suauitatis, [*Vt repropitiaret*] Lucæ.10.
. i. deum placando, deleret [*Delicta populi*] id est totius generis humani, sicut dicit Ioannes, Ipse est pro- Ioan. 1.
pitiatio pro peccatis nostris. De hoc pontifice ait quoque Petrus, Conuersi estis ad pastorẽ & episcopum animarum vestrarum. [*In eo enim in quo*]. i. in natura humana assumpta, in qua [*Passus est ipse*] Christus à præsidẽ & eius ministris, [*Et tentatus*] à dæmone in deserto, atq; Iudęis, quibus & loquitur, Quid
me tentatis hypocritæ? [*Potens est et eis qui tentantur auxiliari*] ne superentur. Sua enim passione & ten-
D tatione promeruit nobis gratiam omnibus tentationibus efficaciter reluctãdi, & non solùm, vt deus, sed
etiam, vt homo, de plenitudine sua influit nobis, quemadmodum caput membris.

Cap. III. [*Vnde fratres sancti vocationis cælestis participes, &c.* Artic. iij



Stensa excellentia Christi per comparationem eius ad angelos & prophetas generaliter: nunc idem ostẽditur specialiter per cõparationẽ ad Moysen, Per quod etiam declaratur eminentia noui testamẽti præ veteri. [*Vnde fratres sancti*]. i. quia sic potens est Christus auxiliari tentatis, idcirco ó fratres sancti, per regeneratio- 2. Petri, 1.
nem baptismatis & munditiam religiosæ conuersationis [*Vocationis cælestis partici-*
pes]. i. prædicationis & inspirationis ad cælestem beatitudinẽ inuitantis, seu gra- Finis.
tiæ ad illam perducentis, consortes. Hæc enim vobis exhibita sunt, [*Considerate*]
causa imitationis [*Apostolum*]. i. nuntium diuinitus missum [*Et pontificem*]. i. qui
viam seu pontem veniendi ad deum nobis ostendit ac fecit, dando exemplum, [*Confessionis nostræ*]. i. põ
tificem quem confitemur esse verum filium dei saluatoremque mundi [*Iesum, qui fidelis est*] secundum
naturam assumptam [*Ei qui fecit illum*]. i. deo patri, à quo secundum humanitatem creatus est. Dicitur autem Christus fidelis, non à fide, quæ est virtus theologica, quam ipse non habuit, quoniam non fue- Ioann. 8.
rat verus comprehensor, sed à fidelitate quam efficaciter adimpleuit, quicquid complacuit patri. Pro- Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pter quod ipſe ait, Quæ placita ſunt ei facio ſemper. Et, Non quæro gloriam meam, ſed honorifico patrem meum, [*ſicut et Moyſes in omni domo eius*] id eſt in tota ſynagoga ſeu Iudeorum congregatione quę E
Num.12. eſt domus dei. Vnde dominus proteſtatur Aaron & Mariæ, Seruus meus Moyſes in omni domo mea fideliſſimus eſt. ¶ Inſuper oſtenditur Chriſtus excellentior Moyſe. [*Amplioris autem gloriæ*] .i. maioris dignitatis [*iſte*] Ieſus [*Præ Moyſe*] .i. ſupra Moyſen ſeu plus quàm Moyſes [*Dignus habitus eſt*] à deo & fidelibus hominibus [*Quanto ampliorem honorem habet domus*] .i. de domo, vt ſcilicet domus ſit genitiui caſus, ille [*Qui fabricauit illam*] .i. fabricator dom⁹, q̃ eius inhabitator ſeu diſpẽſator. Quod itelligẽdũeſt de principali fabricatore qui alios ad fabricãdũ inducit & miniſteriali inhabitatore [*Omnis nãq; domus*] tã materialis ex lignis atque lapidibus conſtans, quã ſpiritualis ex diuerſis fidelibus congregata, [*Fabricatur ab aliquo*] artifice, diuerſas partes ab inuicem copulante. Per ſe enim non fit, ſed ſicut partes mate-
Sapient. 1. rialis domus copulantur cæmento & clauis, ſic perſonæ fideles vtuntur per fidem & charitatem. [*Qui*
Ioann.4. *autem omnia creauit deus*] eſt. Ergo & ipſe domũ eccleſiæ fabricauit. Chriſtus autẽ eſt deus. Ergo & ipſe ædificauit eccleſiam, cuius mẽbrum eſt Moyſes, Chriſtus verò eſt dominus eius, ideo habet ampliorem honorem quàm Moyſes. [*Et Moyſes quidem fidelis erat in tota domo eius*] id eſt in omni ſynagoga Iu-
Num.12. Luc.9.4. dæorum, qui fuit domus dei, [*Tanquam famulus in teſtimonium eorum*] id eſt ad proferendum cum atteſtatione diuina, ea [*Quæ dicenda erant*] id eſt quæ deus iuſſit per eum dici ad populũ, [*Chriſtus vero tan*
quam filius] dei naturalis & vnicus, fidelis eſt [*In domo ſua*] id eſt in eccleſia [*Quę domus ſumus nos*] Chri- F
1.Corin.6. ſtiani per charitatem & fidem vniti. Templum enim dei ſanctum eſt, quod eſtis vos [*ſi fiduciam*] id eſt actualem confidentiam, ſcilicet expectationem fœlicitatis futuræ, & adiutorij gratiæ ad fœlicitatẽ obti-
Matth.7. nendam neceſſarij, [*Et gloriam ſpei*] id eſt iucunditatem cæleſtem, ad quam ſpes tendit, [*Vſque in finem*] vitæ præſentis incluſiuè [*Firmam retineamus*] ſtabiliter ac perſeueranter ſperando, atque futuram beatitu-
Collo.1. dinem deſiderando. Hoc dicit Apoſtolus, quia ſicut ad domum materialem requiritur ſtabile fundamẽtum, ita ad domum ſpiritualẽ, ſcilicet vt fideles ſint domus dei, exigitur firmitas ſpei ac fidei: aliter deus
Pſalm.94. non habiteret in eis per gratiam conſummatam. ¶ Ex prædictis de excellentia Chriſti admonet conſequenter apoſtolus diligenter obedire ſermoni Chriſti. [*Qua propter*] id eſt cum tãta ſit eminentia Chriſti præ Moyſe, [*ſicut dicit ſpiritus ſanctus*] in pſalmo, quod ſubditur: [*Hodie*] id eſt tempore euangelicæ prædicationis & gratiæ [*ſi vocem eius*] id eſt verba Chriſti [*Audieritis*] vel ab ore eius, vel ab eius miniſtris.
Pſalm.77. Hoc eſt, quia ea audietis [*Nolite obdurare,*] id eſt verbis dei claudere [*corda veſtra*] ne ſitis rebelles atque increduli. Hæc ad literam dicuntur ad Iudeos, qui tempore Chriſti & poſtea fuerunt, [*ſicut in exacer-*
batione] id eſt quemadmodum contigit, & à patribus veſtris factum eſt in prouocatione, ſeu dei offenſione [*Secundum diem*] id eſt in die [*Tentationis*] factæ [*in deſerto*] quando ex infidelitate voluiſtis experiri potentiam meam, ſicut ait pſalmiſta, Et tentauerunt deum in cordibus ſuis, vt peterent eſcas animabus ſuis, [*Vbi*] .i. in quo deſerto, [*Tentauerunt me patres veſtri*] frequẽter. Vnde dominus ait ad Moyſen G
Num.14. in numeris, Tentauerunt me iam per decẽ vices [*Probauerunt*] .i. experti ſunt quid agere poſſem, [*Et vi-*
Exod.7.8. 10. *derunt opera mea*] mirabilia in Aygipto, in mari rubro, in deſerto, [*Quadraginta annis*] Tanto enim tẽpore in deſerto fuerunt vel circiter, [*Propter quod*] .i. ob tantam peruerſitatem iſtorum [*Offenſus*] id eſt iratus
Exod.12. [*Fui generationi huic*] hoc eſt, hominibus iſtis incredulis, [*Et dixi*] per angelum ſeu Moyſen, [*Semper hi*
Exod. *errant corde*] id eſt intelectum excæcatum habẽt, & ex malitia peccant. [*Ipſi vero non cognouerunt*] id eſt ſpiritualiter non intellexerunt [*Vias meas*] id eſt opera mea miraculoſa ac iuſta. Quæ viæ vocantur, quia perducũt ad dei notitiam. Vnde in Deuteronomio Moyſes loquitur, Vos, inquit, vidiſtis vniuerſa magnalia, quę coram nobis dominus fecit, & non dedit vobis dominus cor intelligens, & oculos videntes
Deu.29. vſque in præſentẽ diem, [*Quibus iurauí*] id eſt firmiter dixi per Moyſen [*In ira mea*] id eſt in zelo iuſtitiæ meæ, quo eorum peccata vindicare propoſui, [*ſi introibunt*] id eſt non intrabunt [*In requiem meam*] id eſt terram promiſſionis, in qua eis, ſi non peccaſſent, manſionem quietam dediſſem. Hoc deus iura-
Exod.33. uit quando filij Iſraël murmurauerunt contra dominum, auditis ſermonibus nuntiorum, qui explora-
Mum.14. uerunt terram Chanaan, Tunc enim iurauit quòd nemo eorum, qui murmurauerunt, ingrederetur hãc terram præter Caleph & Ioſue. ¶ Ex præallegata ſcriptura infert Apoſtolus ſalutarem doctrinã. [*Vi-*
Roma.7. *dete fratres ne forte ſit in aliquo veſtrum cor malum incredulitatis*] hoc eſt, mẽs vitioſa perfidię ſubdita [*Diſ-*
1.Tim.4. *cedendi*] id eſt paratum diſcedere ſeu auerti [*A deo viuo*] à quo diſceditur per inobedientiam, non per H
localem diſtantiam: iuxta illud Oſee, Dereliquerunt dominum in non cuſtodiendo [*Sed adhortamini*
Oſee.4. *voſmetipſos per ſingulos dies*] id eſt quotidie admonete vos inuicem, ſeu quilibet ſemetipſum verbis ſacrę
Eſaiæ.46. ſcripturæ [*Donec hodie cognominatur*] id eſt q̃diu tempus gratiæ durat, & eſſe aſſeritur. Dequo alibi di-
1.Corin.6. citur. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. De hoc quoque ſcriptum eſt per Zachari-
Zach.2. am, Applicabuntur gentes multę ad dominum in die illo, [*Vt ne obduretur quis ex vobis*] .i. ne aliquis ve-
1.Corin.6. ſtrum obſtinatus fiat, ſeu habituatus in malo, [*Fallacia peccati*] .i. delectatione alliciente & rationẽ excę-
cante, quæ eſt in peccato. Peccatum nanq; delectat, vnde & triſtitiã promeretur. [*Participes enim Chri-*
Ioann.1. *ſti effecti*] .i. Chriſto incorporati, [*ſumus*] vt membra capiti, & de plenitudine eius accipimus, eius quoq;
Ephe.1. hæreditatis conſortes erimus, [*Si tamen initiũ ſubſtantiæ eius*] .i. ſi fidem formatam, per quam primùm deo
Epheſ.3. coniungimur, & eius poſſeſsio efficimur [*Vſque in finem*] .i. perſeueranter [*Firmum retineamus*] .i. ſtabiles & efficaces in fidem manſerimus, [*Dum dicitur*] .i. quandiu dicitur [*Nobis, Hodie ſi vocem eius audieritis,*
nolite obdurare corda veſtra quemadmodum in illa exacerbatione.] Quidam enim Iudæorum in deſerto
Sapient.12. [*Audientes*] verba dei [*Exacerbauerunt*] id eſt non credendo, & impiè operando deum graiter offendẽ-
runt ſeu prouocauerunt. Non quòd inuariabilis deus veraciter irritetur, vel exacerbetur: de quo legitur
Hiere.7. Tu autem dominator dũm cũ trãquillitate iudicas, & cum magna reuerentia diſponis nos, ſed quia per modũ exacerbati ſe habet, dũ noſtra peccata diſtrictè vlciſcitur, ideo apud Hier. dicitur. Nũquid me ad

A iacundiam prouocant, dicit dominus? Nũnne ſemetipſos in confuſione vultus ſui? [*ſed non vniuerſi qui*
profecti ſunt ab Aegypto per Moyſen] id eſt non omnes deum exacerbauerũt, qui per Moyſi ductum exierunt Aegyptum. Caleb enim & Ioſue non offenderunt tam grauiter. [*Quibus autem offenſus*] .i. iratus
Num.14. [*Eſt deus*] in deſerto [*Quadraginta annis?*] quibus filii Iſraël in deſerto ãbulauerũt, nõ quod quotidie pec-
Deu.29. cauerunt ita enormiter, ſed quia frequenter ſic peccauerunt. [*Nunne illis qui peccauerunt*] enormiter diſ credendo, deum tentando ſeu murmurando, [*Quorum cadauera proſtrata*] id eſt deiecta & beſtiis tradita [*ſunt in deſerto? Quibus autem iurauit non introire in requiem ipſius*] id eſt in terram promiſſionis, [*Niſi il-*
Deut.18. *lis qui incredull fuerunt?*] verbis Caleb Ioſue, qui cum aliis nuntiis redeuntes, dixerũt, Nolite rebelles eſſe contra dominum, neque timeatis populum terræ huius, quia ſicut panem, ita poſſumus eos deuorare.
Num.14. Dominus nobiſcum eſt, nolite timere. Quid autem fecerunt increduli? Voluerũt vtique lapidibus opprimere eos. [*Et videmus*] oculo fidei, teſtimonio ſcripturarum; [*Quia non potuerunt introire*] in requiem ipſius, terram hanc deo eos prohibẽte, [*Propter incredulitatem*] ipſorum.
Roma.11.

Cap.IIII. [*Timeamus ergo ne forte relicta pollicitatione et c.*] Artic.iiij.

B 
Enique ex præinducta authoritate ſcripturæ hortatur Apoſtolus ad debitam ſolicitudinem [*Timeamus ergo*] .i. quoniam illi Iudæi propter ſuam incredulitatẽ & murmurationem prohibiti ſunt introire terrã promiſsionis, idcirco formidemus
Ezech.18. [*Ne forte relicta pollicitatione*] .i. oblita ſeu ſpreta promiſsione diuina nobis facta [*Introeũdi*] .i. de ingreſſu noſtro poſt hanc vitam [*In requiem eius*] cæleſtem. i. fœlicitatem eternam, [*Exiſtimetur aliquis ex vobis deeſſe*] .i. aliquis noſtrũm inueniatur à conſecutione huius promiſſę quietis deficere propter negligentiam ſuam. Nam inexcuſabiles ſumus, ſi eam non obtineamus. Cuius ratio ſubinfertur. [*Etenim et*
nobis annunciatum eſt] .i. à Chriſto in Euangelio prædicatum de requie cæleſti, [*Quemadmodum et illis*] Matth.5.
Iudæis per Moyſen annunciatum eſt de requie terrena. Ait enim ſaluator, Beati pauperes ſpiritu, quo-
Matt.22. niam ipſorum eſt regnum cælorũ. Et alibi, In futura reſurrectione nec nubent neque nubẽtur, ſed erũt
Ioann.17. ſicut angeli dei. Et rurſus, Pater quos dediſti mihi, volo vt vbi ſum ego, & illi ſint mecum, vt videãt claritatem meam, [*ſed non profuit illis*] Iudæis [*Sermo auditus*] id eſt quem à Moyſe audierunt de poſſeſsio-
Eſaiæ.26. ne terræ promiſſæ, [*Non admixtus fidei*] id eſt non receptus fideliter. Fidei, inquam, habendæ [*Ex his*] .i. de his [*Quę audierũt*] de bonis ſibi promiſsis. Et hoc patet ex oppoſito. [*Ingrediemur enim in requiem*] ſem
Ioan.11. piternam [*Qui credimus*] verbis auditis de promiſsione illius quietis fide formata, de qua ait Chriſtus, Omnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum, [*Quemadmodum dixit*] .i. ſicut ſpiritus ſanctus
Pſalm.94. ex oppoſito de incredulis proteſtatus eſt in pſalmo dicens, [*Sicut iurauí in ira mea, ſi introibunt*] .i, nõ in-
C trabunt [*In requiem meam*] .i. terram promiſsionis, ſicut in præcedenti arti. explanatum eſt plenius. [*Et*
Hebr.3. *quidem operibus abinſtitutione mundi perfectis.*] Iam in ſuperioribus mentionem fecit apoſtolus de tẽporali requie Iudæis promiſſa, atque ex hoc intulit de promiſsione ęternę quietis nobis in cælis promiſſa.
Matth.11. In quibus verbis ſupponitur quòd temporalis illa requies fuit figura requiei cæleſtis. Et hoc nũc probat Apoſtolus, ſimulque oſtendit quando annunciatum eſt de requie ſempiterna. Et quidem, Tanquã dicat. Nunciatum eſt nobis de requie illa, quod vtique factum eſt, operibus. i. creaturis, ab inſtitutione
Gene.1. mundi. i. quæ à principio creationis fieri cœperunt, perfectis. i. diſtinctis atque ornatis vſque ad ſextum diem, in quo creatus eſt homo. in illis nanque ſex diebus perfectæ ſunt ſpecies rerum. Poſt conſummationem itaque operum ſex dierum, ſtatim facta eſt mentio in ſcripturis de requie quadam, non tẽpo-
Gene.2. rali, ſed ſempiterna. [*Dixit enim*] ſcriptura ſeu ſpiritus ſanctus, [*Quodam loco de die ſeptimo*] .i. ſabbato [*ſic*] ſicut ſubiungitur, Dies quippe dominica erat prima, ergo & ſabbatum ſeptima, [*Et requieuit deus*] .i. operari ceſſauit, & in ſemetipſo quieuit, [*Die ſeptimo ab omnibus operibus ſuis cauſe productis,*] .i. nouis rerũ ſpeciebus creandis, quia ex tunc non creauit opera noua ſecundum ſpeciem ſiue materiam. Nihilominus de materia tunc facta, & ad ſimilitudinem tunc factorum nunc vſque operatur, animas rationales creando, & totum vniuerſum adminiſtrando, atque per cauſas ſecundas plurima producendo. Propter
Ioann.5. quod ait ſaluator, Pater meus vſque modo operatur, & ego operor. Virtus ergo rationis & intellectus
D huius ſcripturæ conſiſtit in hoc. Cùm ab exordio deſcribitur productio mundi, fit mentio de quadam
Matt.11. requie qua deus quieuit. Hæc autem requies eſt cæleſtis non tẽporalis, ſed per tẽporalẽ deſignatur. Requies enim dei in ſeipſo cõmunicatio eſt electis in patria, vt & ipſi in deo immediatè quieſcãt, qui in nullo poſſunt alio contenti reddi ſeu quieti. Non enim ſufficit rationali creaturæ, niſi bonum immenſum.
Gene.2. Ergo de requie nobis in cælis parata, fit mentio ante legem in qua & figurata eſt requies vera, cæleſtis & ſempiterna. ¶ Deinceps oſtenditur, quòd etiam poſt legiſlationem fit ſermo de requie ſem piterna ſub figura temporalis quietis. [*Et in iſto rurſum*] id eſt in pſalmo iam dicto, iterum dicit ſpiritus ſanctus, [*ſi*
Pſalm.94. *introibunt in requiem meam*] .i. increduli illi tempore Moyſi exiſtentes non ingredientur terram promiſſionis, Per quod deſignatur, quòd impij cæleſtem requiem non intrabunt. [*Quoniam ergo ſupereſt*] .i. reſtat [*Quoſdam*] electos [*Introire in illam*] requiem beatam ac figuratam, [*Et hi quibus prioribus*] .i. Iudęis, quibus ante nos [*Annunciatum eſt*] per Moyſen de ingreſſu terrę promiſsionis ſeu requiei tẽporalis [*Non*
introierunt] eam [*Propter incredulitatem*] ſuam. [*Iterum terminat*] .i. ſcriptura ſacra determinat ſeu inducit
Roma.11. [*Diem quandam hodie*] .i. tempus gratiæ, quod vocatum eſt hodie, quoniam quotidianum eſt, & durat vſque in finem ſeculi, de quo dictum eſt Romanis. Nox præceſsit, dies autem appropinquauit. Et in E
Eſaiæ.4. ſaia, In illa die erit germen domini .i. Chriſtus filius dei, de quo alibi legitur, Suſcitabo Dauid germen
Hiere.13. iuſtum, in magnificentia & gloria, [*In Dauid*] .i. in pſalmo à Dauid compoſito. [*Dicendo poſt tantum tem*
Hebr.3. *poris*] .i. poſt tam longum ſpatium, ex quo illa dicta ſunt patribus in deſerto per Moyſen. Dauid enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

propheta longo tempore post Moysen fuit,[*Sicut supra dictum est*] de die isto cap. præcedenti, iamque E
Psalm.64. repetitur.[*Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra,*] quæ verba satis iam declarata sunt.
Ex his palam est, quòd Dauid loquatur de alia terra & requie quàm illa, quam Moyses promisit, & ad
Iosue.14. quam Iosue introduxit. Illa enim ante tempora Dauid possessa fuit à filiis Israël. Dum ergo Dauid ad-
1.Reg.75. monet eos, qui terram promissionis possederunt, vt cum audierint vocem dei, non obdurent corda sua,
significat eos ad aliam requiem, scilicet cælestem patriam ingressuros, si obedierint deo. Quod figuratũ
fuit in eis qui terram promissionis ingressi sunt. Ideo sequitur,[*Nam si eis*] videlicet filiis Israël [*Iesus*]
Iudas apo- Christus, qui (vt Iudas dicit) populum saluans de Aegypto, eos qui non crediderunt perdidit. Quod
stolus. conuenit Iesu secundum suam diuinam naturam, secundum quam verè æteruus est,[*Requiem*] veram
2.Petri.3. atque finalem[*Præstitisset*] in terra promissionis, vel per Iesum intelligitur Iosue, qui dictus est Osee, &
Iesus, qui minister fuit donationis terræ istius,[*Nunquam*] spiritus sanctus per Dauid[*De alia loqueretur*
posthac die] id est in nullo tempore post diem seu requiem illam loqueretur de alia requie hac die, id
est quæ nobis annunciatur atque proponitur hodie, vt pote tempore gratiæ.[*Itaque relinquitur*], i. para-
Nume.13. tur & conseruatur[*Sabbatismus*] id est plena quies in cælo significata per sabbatum & terræ promissio-
Eccle. 46. nis quietem[*Populo dei*] id est electis fidelibus, qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt.[*Qui enim in-*
Actu.7. *gressus est in requiem eius*], i. qui cælestẽ quietem adeptus est,[*Etiam ipse requieuit ab operibus suis*]. i. à la-
borioſis exercitiis vitæ præsentis,[*Sicut & a suis,*] operibus[*Deus*] quieuit septimo die. Vnde & legimus F
Apoc.19. Beati mortui qui in domino moriuntur. Amodo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Nec
obstat id quod in Apoca. asseritur, Requiem non habebant die ac nocte dicentia, Sanctus, sanctus, san-
Gene.2. ctus, &c. quia requies sumitur ibi impropriè, pro cessatione ab actu. Sancti autem in patria indesinẽter
Apoc.14. aliquid agunt, deum laudando, amando, videndo. Propriè autem requies sumitur pro cessatione à labo
Apoc. 45. re aut motu.[*Festinemus ergo ingredi*] feruenter amando, & efficaciter operando [*In illam requiem*] sem-
Esaiæ. 6. piternam, [*Vt ne in idipsum incidat quis incredulitatis exemplum*] id est ne aliquis nostrũm incidat in eã-
dem pœnam quam infideles Iudæi inciderunt propter incredulitatem, quæ pœna nobis in exemplum
proponitur, quatenus eam considerando vitemus peccata, propter quæ infligitur. Cur autem festinan-
dum sit, subditur [*Viuus est enim sermo*] id est verbum seu vnigenitus filius [*Dei,*] Sicut enim pater ha-
Epist. bet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso,[*Et efficax*] id est omnipotens, pro-
ut Sapiens ait, Dum medium silentium tenerent omnia, omnipotens sermo tuus, domine, à regalibus se-
dibus veniens. Et rursus idem, Omnium enim est artifex, omnem habens virtutem, omnia prospiciens,
Ioann.5. [*Et penetrabilior*] id est acutior[*Omni gladio ancipiti*] id est ex vtraque parte acuto. Non enim potest gla-
dius tam intimè corpori imprimi, quàm intimè filius dei illabitur omnibus rerum essentiis. Cum nan-
Sapient.8. que sit verus deus, omnia penetrat, implet & cõtinet, estq; intimior omni rei quã ipsa aut pars eius sibi, G
Sapient.7. [*Et pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus*] id est tam intimus homini, vt inter sensualitatem &
rationem discernat. Vel per animam & spiritum eadem hominis forma signatur, quæ dicitur anima
quantùm ad vires sensitiuas: & spiritus, quantùm ad vires intellectiuas. Tanta est autem perspicacitas
verbi dei, vt distinguat animam secundum partem sensitiuam à seipsa secundum partem intellectiuã,
1.Corin.2. [*Compagum quoque & medullarum*] id est subtilissima quæque corporis interiora perspicit & distinguit.
Compages autem sunt iũcturæ corporis neruis colligatæ. Medullæ verò intra ossa inclusæ sunt[*Et*] hic
sermo, verbum seu filius dei est[*Discretor*], i. diiudicator & cognitor [*cogitationum*] non solùm earum,
quæ sunt in virtute cogitatiua organica, sed & earum quæ sunt in potentia intellectiua inorganica. [*Et*
intentionum cordis] id est ordinationum finalium. Deus quippe non solùm inspicit cogitationes, sed cer-
nit ad quam finem quælibet cogitatio ordinetur à cogitante. Vnde Iob dicit, Scio quia omnia potes, &
Iob.42. nulla te latet cogitatio. Et iterum scriptura, Homo videt quæ patent, deus autem intuetur cor.[*Et non*
1.Reg.16. *est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius*]. i. omnia sine exceptione manifesta seu nota sunt conspectui
Rom.1.1. filii dei. Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse fecit.[*Omnia autem nuda*] id est inti-
Ioann.5. mè certa & sine velamine patula.[*Et aperta sunt oculis eius*] id est menti eius diuinæ, imò & animæ Chri-
Matth.10. sti omnia creata sunt cognita. Ideo scriptum est, Oculi domini multo plus lucidiores super solem, cir-
Eccles.23. cuspicientes omnes vias hominum. Domino enim deo antequam crearentur, omnia sunt cognita,[*Ad*
Roma.14. *quem*] increatum dei sermonem seu filium [*Est nobis sermo*] id est ei tanquam iudici nos astare, & ra- H
2.Corin.5. tionem reddere oportebit. Ideo cum tanta sit potestas, sapientia & eminentia iudicis nostri, meritò fe-
stinare debemus ingredi requiem eius, ne tanquam ingrati & accidiosi condemnemur ab ipso. Propte-
2.Petri.2. rea hortatur Apostolus,[*Habentes ergo pontificem magnum*]. i. summũ sacerdotem atque episcopum, qui
Actu.1. seipsum immolauit pro nobis,[*Qui penetrauit cælos*]. i. sua ascensione super omnes cælos ascendit cum
penetratione dimensionum,[*Iesum filium dei*] naturalem, non adoptiuum [*Teneamus*] id est firmiter
Psal.9.85. obseruemus & exerceamus [*Confessionem*] duplicem, scilicet laudis diuinæ & propriæ culpæ, dicen-
120,137. tes cum propheta, Confitebor tibi domine in toto corde meo. Hoc est, Christum laudemus semper, &
Mat.4.22. nostra vitia accusemus. Sic autem fiducialiter agere debemus.[*Non enim habemus pontificem, qui non pos-*
Luc.4.29. *sit compati*]. i. condescendere atque clementer succurrere [*Infirmitatibus nostris, tentatum autem*] id est,
Marci.1. sed habemus pontificem tentatum à dæmone & Iudæis [*Per omnia*] principalia genera tentationis, [*Pro*
Philip.2. *similitudine*] id est propter similitudinem quam cum aliis hominibus habuit. Ideo enim dæmon & eius
ministri ausi fuerunt Christum tentare, quoniam eum mortalem viderunt. Habitu enim iuuẽtus est vt
Psalm.33. homo. Vel, pro similitudine. i. pro exẽplo, videlicet vt omnibus nobis formã vincẽdę tẽtationis propo-
Matth.11. neret,[*Absque peccato*]. i. tentatio ista nequaquam induxit Christũ ad aliquã culpam, nec ipse peccãdo
meruit sic tentari. Ideo sua tentatione meruit nobis gratiam triumphandi aduersus quaslibet tentatio-
nes.[*Adeamus ergo*] spirituali accessu, de quo ait Psalmista, Accedite ad eum & illuminamini. Et salua-

A tor, Venite ad me omnes qui laboratis, id est cum fide deuota & charitatis affectu accedamus[*cum fidu*
cia] nihil hæsitantes, quemadmodum apud Marcum dicitur, Omnia quæcunque orantes petitis, credi- Matth.11.
te quia accipietis, & euenient vobis[*Ad thronum gratiæ*] id est ad Christum, in quo habitat gratiæ pleni- Iacobi 1.
tudo,[*Vt misericordiam*] id est peccatorũ remissionem [*consequamur, & gratiam inueniamus*] id est quæ- Marc.11.
sitam gratiam sortiamur à Christo,[*In auxilio opportuno*] id est ad habendum auxilium nobis salubre, Finis.
quatenus deus per gratiam, nostram infirmitatem semper corroboret: iuxta illud Hieremiæ, Dominus Hiere.20.
mecum est quasi bellator fortis. Idcirco qui me persequuntur, cadent & infirmi erunt. Postremo, si cõ Luc.9.
templemur, quantùm à Christo dilecti sumus, quanta ipse pro nostra salute assumpsit, egit ac pertulit,
quanta misericordia, plenitudo, liberalitas eius, quanta etiam est miseria ac indigentia nostra, cũ omni
vtique deuotione atque fiducia, ad thronum gratiæ eius pergemus, dicentes cum sancto Iob, Etiam si Iob 13.
occiderit me, in ipso sperabo. Hinc enim dicit Psalmographus, Lætetur cor quærentium dominũ, quę- Psal.104.
rite dominum & confirmamini, quærite faciem eius semper.

Cap. v. [*Omnis nanque pontifex ex hominibus assumptus est, &c.*]
Articulus quintus.

B

Manifestata in superioribus excellẽtia Christi prę angelis & prophetis ac Moyse, Heb.1.2.3.
& ex hoc ostensa eminentia noui testamenti præ veteri: nunc declarat Apostolus excellentiã Christi ratione sacerdotij sui. Et quia in fine præcedentis cap. di- Heb. 4.
xit nos posse per Christũ misericordiam & gratiã consequi, ideo in huius cap. exordio probat hoc per locũ à minori.[*Omnis nanque põtifex*] fidelis, præsertim 1.Petri 2.
legalis, vnde nunc agitur,[*Ex hominibus assumptus*]. i. de numero hominum ad al Epist.
tiora promotus,[*Pro hominibus*]. i. ad subueniendum gregi sibi cõmisso,[*Constitutur*]. i. episcopus ordinatur [*In his quæ sunt ad deum*]. i. in spiritualibus. s. vt quæ
diuina sunt exequatur, & sacramenta dei dispensẽt hominibus. Est enim mediator & sequester dei ac 1.Reg.3.
populi sui. Nã ea quæ populi sunt, offert deo, & ea quæ dei sunt (puta virtutes & gratiã) impetrat homi Leuit.6.
nibus, quibus & erogat sacramenta diuina. Ideo subditur, [*Vt offerat dona*]. i. oblationes spõtaneas po-
puli immolet deo [*Et sacrificia pro peccatis*]. i. pro indulgentia peccatorum, [*Qui*] pontifex [*condolere*
possit]. i. compati & misericorditer auxiliari [*His qui ignorant & errãt*] id est subditis suis indoctis & ma
lè agentibus,[*Quoniam & ipse circundatus est infirmitate*] id est mẽte & corpore fragilis est, & ad peccata Galat.5.
procliuis. Caro quippe cõcupiscit aduersus spiritum, & ratio atque voluntas vulneratæ sunt propter o- Gene.7.
C riginale peccatum. Ex cõsideratione igitur propriæ infirmitatis moueri debet ad cõdolendum, succur- Rom.8.
rendúmque aliis,[*Et propterea*] scilicet, quia circundatus est infirmitate,[*Debet quemadmodum et pro po-*
pulo] sibi cõmisso,[*Ita etiam pro semetipso offerre*] hostiã placationis domino[*Pro peccatis*] suis expiandis,
sicut offert pro peccatis suæ plebis. Horũ nullum conuenit Christo pontifici nostro. Non enim subia 1. Petri 2.
cuit infirmitati peccati, nec eguit pro seipso offerre.[*Nec quisquam sumit sibi*]. i. vsurpare debet[*Honorẽ*]
pontificatus[*Sed qui vocatur a deo*]. i. per diuinam reuelationem, siue legitimã electionem instituitur, il 2. Cor. 10.
le honore cõdignus est, & rectè sit põtifex. Vocatur autẽ à deo, qui iustè eligitur,[*Tanquam Aaron*] qui Num.17.
deo iubente & per virgæ floritionem ostendente, ordinatus & confirmatus est pontifex. His verbis no Ioan. 5.
tantur ambitiosi, qui nõ vocati ingerunt semetipsos.[*Sic et Christus*] prout homo[*Non semetipsum clarifi* Ioan.8.
cauit]. i. exaltauit,[*Vt pontifex fieret.*] Vnde ait, Claritatẽ ab hominibus non accipio. Et rursus, Ego nõ Psalm.2.
quæro gloriam meam,[*Sed qui loquutus est ad eum*] id est pater qui ait ad eum,[*Filius meus*] naturalis & Heb.1.
vnicus[*Es tu, ego hodie*] id est in æternitate [*Genuite*] secundum diuinam naturam. Ille clarificauit eũ, Ioan.12.
prout ait, Et clarificaui, & iterum clarificabo. Sic & clarificauit Christum in baptismo & transfigura- Matt.3.19.
tione. ¶ De sacerdotio itaque Christi inducit Apostolus aliam authoritatem ad ostendendum quòd Marc.9.
Christus à patre factus sit pontifex.[*Quemadmodum et in alio loco dicit*] pater ad Christum.[*Tu es sacer-* Psal.209.
dos] secundum quod homo, mediando inter deum & homines, & offerendo teipsum pro ipsis [*In æ-*
ternum] à parte posteriori. Non ad tempus duntaxat, vt Aaron, cuius sacerdotium erat temporale ac ty 1.Tim.2.
D picum, Christi autem sacerdotium est verũ ac æternum. Nam & ipse semper viuit ad interpellandum
pro nobis, ostẽdens patri latus ac vulnera, introducítque nos in beatitudinem patriæ, in qua offert nos Rom.8.
deo hostiã sempiternam, perfectam atque gratissimam. Propter quod per Zachariam de Christo dici- Zach.6.
tur, Ipse portabit gloriam, & sedebit, & erit sacerdos super solio suo. Ideo subditur,[*Secundum ordinem* Finis.
Melchisedec] id est secundũ modum, dignitatẽ ac ritum sacerdotij, quo functus est Melchisedec sacer- Gene.14.
dos dei altissimi. Hoc infra diffusè tractabitur.[*Qui*] Christus[*In diebus carnis suæ*] id est tempore mor- Ioan.17.
talitatis suæ in hoc mundo, præsertim passione iam imminente, [*Preces*] pro seipso, videlicet vt à pas- Luc.23.
sione liberaretur si fieri posset, & vt statĩ passione clarificaretur, resuscitaretur & glorificaretur in cor- Marc.14.
pore. Dixit enim, Pater, saluifica me ex hac hora. Et alio loco, Pater veni, clarifica filiũ tuum. Itémque, Ioan.2.17.
Si fieri potest, transfer à me calicem istum.[*Suplicationesque*] pro corpore suo mystico, puta pro suis e- Matth.26.
lectis, dicens, Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos. Et ad Ioan.17.
Petrum, Ego, inquit, pro te rogaui, vt non deficiat fides tua [*Ad eum*] videlicet ad deum patrem, [*Qui* Luc. 22.
posset saluum illum a morte facere] id est qui Christum potuit à morte eripere, ita vt non moreretur, quẽ- Matth. 26.
admodũ Christus testatur, An putas quia nõ possum rogare patrẽ, & exhibebit mihi modò plus quàm
duodecim legiones angelorũ? Vel, posset saluum illum à morte facere. i. à morte resuscitare, quod & se
cit tertio die. Pro qua saluatione Christus frequenter precatur in psalmis: sicut cũ ait, Erue à framea Psalm. 21.
dens animam meã, & de manu canis vnicam meam, [*cum clamore valido*] vel oris, vel cordis. i. alta voce Luc.23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal.87. & feruida intentione,[Et *lachrymis*]oculorum[*Offerens*]sicut in psalmo,Oculi mei languerunt præ ino E
Psalm.34. pia. Et rursus,Quasi lugens & contristatus sic humiliabor.Hoc accidit,quando factus in agonia,proli-
Luc.22. xius orabat. Et quando in cruce suspensus,omnium pereũtium damnationem, ingratitudinémque de-
Ioan.21. planxit. Quamuis enim in Euangelio non legatur hoc ipsum,propter authoritatẽ tamen Apostoli cer-
tissimè est tenendum,quoniã multa fecit Iesus quæ non sunt scripta.[Exauditus est]quantũ ad id quod
secundum deliberatam rationẽ optauit,[*Pro sua reuerentia*]id est propter suæ personæ dignitatem,& o-
perum suorum sanctitatem,quibus patrem in omnibus honorauit. Propter quod ait, Gratias ago tibi
Ioan.11. pater,quoniam audisti me.Ego autem sciebam,quoniã semper me audis. ¶Sed videtur obuiare quod
Psal.21. in psalmo ait,Deus meus clamabo per diem,& non exaudies,& nocte, & non ad insipientiam mihi.Et
respondendũ,quòd omnis oratio Christi(absolutè loquendo)exaudita fuit,omnis videlicet quę ex de-
liberata ratione seu integra voluntate processit.Aliqua tamen oratio eius,secũdum quid accepta,vide-
licet in ordine ad appetitum naturalem,quo mortem abhorruit,exaudita non fuit. Talis quippe oratio
Luc.22. erat interpres naturalis desiderij, ad demonstrandam veritatem assumptæ naturæ, sicut cũ dixit, Pater
Matth.26. aufer à me calicem istum.Sed quia adiecit,Non quod ego volo,sed quod tu,constat quòd oratio eius,
Ioan.11. simpliciter loquẽdo,prout ex ratione processit,fuerit exaudita.Ideo Martha pfessa est,Scio quia quæ-
Ioan. 1. cunque poposceris à deo,dabit tibi deus.[Et *quidem cum*].i.quamuis[Esset *filius*]dei vnigenitus[*Didicit*]
notitia experimentali,non habituali,in qua nunquam profecit, nisi fortè ponamus in Christo scientiã
Philip.2. acquisitam, à scientia infusa distinctam [Ex *his quæ passus est*]obedientiam Virtutem enim obedientiæ F
Ioan.19. quam habitualiter sciuit,expertus est patiendo,[Et *consummatus*].i.occisus,quando & dixit, Consum-
matum est. Vel,cõsummatus.i.perfectè glorificatus in anima & corpore, in resurrectione & ascensio-
ne,[*Factus est omnibus obtemperantibus*]id est obedientibus[*sibi causa salutis æternæ*]quam salutem virtu-
te sacramentorũ consequimur,per quæ meritũ dominicæ passionis nobis applicatur,[*Appellatus a deo*
Psal. 109. *pontifex secundum ordinem Melchisedec.*]Sic enim ait pater ad Christum.Tu es sacerdos in æternum se-
Ioan.6. cundum ordinẽ Melchisedec.Christus nanq; non obtulit bruta,sicut sacerdos legalis:sed corpus suum
Gene.14. & sanguinẽ sub speciebus panis & vini,quod significatũ fuit per sacrificium Melchisedec, qui obtulit
panem & vinũ. [*De quo pontifice nostro*] Christo filio dei[*Grandis*] id est profundus & magnus [*Nobis*
sermo est, & interpretabilis ad dicendũ].i.difficulter interpretabilis seu exponibilis,& pene exponi non
valens propter materiæ altitudinem,& itẽ ob vestram incapacitatem.Propter quod subditur,[*Quoniã*
imbecilles].i.infirmi mente[*Factis estis, ad audiendum*],aure cordis, tam profunda mysteria.Aliqui textus
habent,& interpretabilis.i.interpretatione indigens, quia ob suam difficultatẽ indiget expositione in-
genti.Meritò autem dixi vos imbecilles.[Et *enim cum deberetis magistri*].i. multũ eruditi & spiritualiter
exercitati[Esse *propter tempus*].i.eò quòd diu ad fidẽ conuersi estis, & ante in legẽtq; prophetis instru G
cti fuistis,[*Rursus indigetis*]sicut & ante indiguistis,[*Vt vos doceamini quæ sint elementa*].i.principia pri-
ma[*Exordii*].i.simplicis doctrinæ,seu symboli fidei [*sermonum dei*].i.sacræ scripturæ, in qua,doctrina
& symbolum fidei continentur ac describuntur.Per elementa itaque exordij sermonis dei intelliguntur prima & cõmunia in fide,puta articuli fidei,quos quilibet scire debet. Quemadmodũ in naturali-
bus elementa dicuntur prima atque cõmunia principalia,ex quibus mixta cõponũtur. Et in grammati
ca,literę alphabeti,quas primò pueri discunt,ex quibus syllabæ componuntur,elementa vocantur.Nõ
est autem putandum,quòd Hebræi conuersi tam rudes fuerunt,quòd fidei articulos nescierũt,sed in-
strui indigebant circa intellectũ eorum,[Et *facti estis*] id est ad tantam imperfectionem redacti,[*Quibus*
lacte opus sit]id est qui facili doctrina,& mediocri sermone indigetis more infantium,qui lacte aluntur
propter naturæ mollitiẽ, [*Non solido cibo*].i.perfecta atque sublimi doctrina instrui non potestis [*Om-*
1.Cor.3. *nis enim qui lactis est particeps*]id est cui⁹ cibus & pars est tenera,rudis & imperfecta instructio. [*Expers*
est sermonis iustitiæ].i.eruditione conueniente,perfectis(quæ & perfectionem inducit)priuatus est.[*Par-*
Esa.28. *uulus enim*] id est imperfectus & puero similis[*Est.*]Vnde Corinthiis dixit Apostolus,Tanquam paruu
lis in Christo lac vobis dedi,nõ escã.Et Esaias,Quẽ docebit dominus sciẽtiam,& quẽ intelligere faciet
1.Petri 2. auditum? Ablactatos à lacte, auulsos ab vberib⁹.Verũtamen nomine lactis interdũ significatur puritas
seu dulcedo,vel simplicitas mentis.Sicque admonet Petrus,Quasi modò geniti lac concupiscite [*Per-*
fectorum autem].i.spiritualium,virtuosorum,& contemplatiuorum hominum[*Est solidus cibus*]spiritua H
lis,id est mystica sapientia,subtilis doctrina,iuxta quod alibi dictum est,Sapientiã loquimur inter per-
fectos[*Eorum qui pro consuetudine*]id est ex vsu & habitu lectionis & informationis, sanctæque conuer
sationis,quæ maximæ promeretur sapientiæ infusionem.[*Exercitatos habent sensus*] id est eruditos, ex-
pertos & validos intellectus [*Ad discretionem boni ac mali*] id est ad distinguendum & separandum ve-
Hiere.15. rum à falso,& bonum à malo,prout dominus per Hieremiam ait,Si separaueris pretiosum à vili, quasi
1.Ioan.5. os meum eris.Denique in scripturis frequenter ponitur sensus pro intellectu, vt est illud Ioannis,Sci-
Luc. 14. mus quia filius dei venit &dedit nobis sensum,vt cognoscamus deũ verum.Et Lucas quoque ait,Tunc
aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas.

Cap. VI. [*Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem.*] Artic. VI.

Matth.5. Ositа increpatione Hebræorum, subiungitur blanda exhortatio eorundem [*Quapro-*
pter] videlicet quoniam perfectorum est solidus cibus, [*Intermittentes inchoationis chri-*
P *sti sermonem.*] id est prima atque communia Christianæ doctrinæ principia, sunt arti-
culi fidei, [*Ad perfectionem*] id est ad veram sapientiam & sanctam conuersationem
[*Feramur*] id est moueamur, deo per gratiam nos intus excitante, & proximo adiu-

A uante,vel anima seipsum hortante.Deinde ostendit Apostolus quæ sunt quę velit iam prætermittere, Ioan.15.
eò quòd spectent ad inchoationem sermonis Christi,tanquam fidei rudimenta,quibus nouelli in fide 1.Cor.3.
instrui habent.Sunt autem sex,sicut patebit.[*Nõ rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ*]id est non ite Matth.3.
rum tractantes de sacramento pœnitentiæ,quæ est primum fundamentum, quantũ ad peccatores adul Ezec.18.
tos,baptizatos,gratiam adipisci conantes.quæ pœnitentia est [Ab *operibus mortuis*] id est recessus ac do- Heb.11.
lor de peccatis.quæ interficiunt animam.Nec rursus iacientes fundamentum[*Fidei ad deum*]id est non
iterum de ipsa fide,quæ est fundamentum virtutum,loquentes,videlicet de nuda ac simplici fide. In-
fra tamen fit sermo prolixus de fide idonea atque perfecta,[*Baptismatum doctrinæ*]id est non denuo de-
terminantes de baptismo Christianę legis.Dicit autem pluraliter,baptismatum,propter triplex baptis-
ma,videlicet fluminis,flaminis,& sanguinis, [*Impositionis quoque manuum*] id est non iterum tractantes
de sacramento cõfirmationis, in quo datur spiritus sanctus ad robur animæ per impositionem manũ Ioan.5.
[Ac *resurrectionis mortuorum*]id est non de generali mortuorum resurrectione rursus agentes, [Et *iudicij*
æterni] id est non de finali iudicio denuo pertractantes. Quod ideo appellatur æternum, quia effectus Apoc.22.
sententię iudicis,scilicet merces reddẽda æternaliter durat.[Et *hoc faciemus*]id est prædicto modo pro-
cedemus, faciliora prætermittendo,& ad perfectionem tendendo,[*Si quidem permiserit deus*]id est si tẽ-
B pus viuendi, gratiámque adimplendi præstiterit. [*Impossibile est enim eos, &c.*] Hoc tribus modis ex-
ponitur. Primò sic, ad perfectionem feramur, nec opinemur nos posse per baptismum sæpius emun-
dari.Impossibile est enim eos[*Qui semel sunt illuminati*] id est fidem & gratiam primò receperũt in fon
te baptismatis,[Et *gustauerunt donum cæleste*]id est diuinæ pietatis affectum,videlicet peccatorum remis Esa.11.
sionem & consolationem internam experti sunt,[Et *participes facti sunt spiritus sancti*]id est septem dona
spiritus sancti sortiti sunt.quæ omnia simul cum gratia gratum faciente infunduntur, & simul cum ea
habentur atque perduntur.[*Gustauerunt nihilominus bonum dei verbum*]id est Christi dulcedinem secun Psalm.44.
dum eius diuinitatem contemplando ac diligendo,sensерunt. De quo verbo pater testatur, Eructauit Psal.118.
cor meum verbum bonum. Vel,bonum dei verbum,id est euangelicæ doctrinæ sermonemita vt dice Hiere.20.
re valeant,Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Illud quoque Hieremiæ, Factus est sermo domini
in corde meo quasi ignis exæstuans,clausúsque ossibus meis,& defeci,ferre non sustinens.[*Virtutesque*
seculi venturi]id est cælestes perfectiones seu animæ & corporis dotes in patria habendas iam gustaue-
runt per spem seu aliquam prælibationem ac inchoationem,[Et *prolapsi sunt*]id est post tanta beneficia
in vitia corruerunt[*Renouari rursus*]id est spiritualiter regenerari[Ad *pœnitentiam*] id est ad gratiam pœ
nitendi,videlicet vt gratiam reparent per baptismũ, [*Rursum crucifigentes in sibimetipsis filium dei*]id est
illi qui per baptismi iterationem resurgere putent à culpis:iterum quantũ in ipsis est, & ad propriam
C damnationem crucifigunt Christum,[Et *ostentui habentes*] id est eum irridentes. Nam & crucifixoribus
& irrisoribus Christi consimiles sunt. Cùm enim in baptismo configurentur Christo passo atque se- Rom.6.
pulto,iuxta quod dictum est ad Romanos, Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ip-
sius baptizati sumus.Consepulti enim sumus cum illo per baptismum,&c.Dum ergo asserunt baptis-
mum iterari posse,passionem quoque ipsius iterabilem fore protestari videntur. ¶Secundò exponitur
de quocunque recidiuante,qui post prædicta beneficia in magna peccata prolabitur, & in his quodã-
modo habituatur.Non enim homo prædictas gratias experitur,nisi sit valde perfectus.Talis verò non
subitò euacuatur,sed paulatim donec penitus obtenebretur.Tales ergo ad pœnitentiam renouari.i.ite-
rum emendari & pœnitere impossibile est.i. difficile secundum quem modum peccata in spiritum san
ctum dicũtur irremissibilia.Et Christus Iudæis dixit,Quomodo potestis loqui bona,cũ sitis mali?Sic
enim apud prophetam legitur,Si mutare potest AEthiops pellem suã,& vos poteritis benefacere.Hu- Matth.12.
iusmodi quoque iterum crucifigunt sibi filiũ dei,quoniam quantũ in ipsis est,causam suę crucifixionis Hiere.12.
reiterant.¶Tertiò exponitur pro statu futuri seculi,vt sit sensus, quòd prædicti renouari non possunt
ad pœnitẽtiam post hãc vitam,secundum quod scriptum est.Venit nox quando nemo potest operari. Ioan.9.
Primus autem intellectus conuenientior est.Apostolus enim loquitur Hebræis,amputans eis occasio-
nem errãdi circa baptismũ.videlicet ne sic arbitrarentur repeti posse baptismatis sacramentũ,quẽadmo
dũ ablutiones & baptismata legis Moysi iterabantur. Denique ex præinductis verbis Apostoli Noua- Error No
D tius Romanæ ecclesiæ diaconus sumpsit occasionem hæreticæ impietatis, affirmans sacramentũ pœni uatij diaco
tentiæ iterari nõ posse. Ad cuius erroris cõfirmationem aliqui adduxerũt quod scriptũ est in Iob, Ecce ni.
hæc tribus vicibus operatur deus per singulos.Et in libro Regum,Si peccauerit vir in virum placari ei Iob 33.
potest deus,Si autem in deum peccauerit,quis exorabit pro eo?Et multa similia in scripturis habentur: 1.Reg.2.
vt cum ait Ioannes,Est peccatum ad mortem.Non dico vt pro illo quis oret. Quæ omnia prodẽti indi 1.Ioan.5.
gent intellectu,ne verba vitæ & veritatis fiant pabula mortis & falsitatis.¶Præterea quòd prædicto mo
do recidiuantes, vel rebaptizari volentes,non renouentur ad pœnitentiam secundũ expositiones præta
ctas,ostendit per simile.[*Terra enim sæpe venientem super se bibens imbrem*].i.humorẽ seu pluuiã sibi de-
super incidentem consumens[Et *generans herbam opportunam*].i. fructum conuenientem [*Illis a quibus*
colitur]mediatè vel immediatè.i.agricolis,seu possessoribus,qui eã faciunt arari & exerceri,[*Accipit bene*
dictionem a deo].i.deo eam fœcundante à suis cultoribus cõmendatur,tanquam fructifera. Vel, accipit Luc.8.
benedictionem,id est fœcunditatem à deo tanquam à prima principalique causa. [*Proferens autem spi-*
nas et tribulos]id est infructuosa existens,[*Reproba est et maledicto proxima*]id est reprobatur & tanquã
sterilis maledicitur.[*Cuius consummatio*]id est fructificatio,scilicet spinarum ac tribulorum productio,
[*Erit in combustionem*]id est igni tradetur.Spiritualiter terra ista est homo, cuius anima accipit imbrem
super se venientem,id est cælestis gratiæ vel sapientiæ salutaris profluuium.Cum autem producit her
bam opportunam,id est opera virtuosa,conuenientia illis à quibus colitur.i.angelis,custodibus & prę-

Universidad de Deusto Biblioteca

latis,ac prædicatoribus accipit benedictionem,id est gratiæ incrementum á deo. Habẽti enim dabitur, E
& abundabit. Proferens autẽ spinas & tribulos,id est passiones acutas ac opera praua,reproba est: cuius
consummatio,id est finis,erit in combustionem ignis æterni,prout saluator ait, Si quis in me non man
serit,mittetur foras sicut palmes: & colligent eũ,& in ignem mittẽt. Sed ne propter prẽinductæ increpa
tionis rigorem exasperentur,vel pusillanimes fierent,adiungit blandam consolationem. [*Confidimus au
tem de nobis dilectissimi meliora et viciniora saluti*] id est perfectiora opera, & beatitudinis magis meritoria,vobis inesse speramus,quàm superius insinuasse videmur,vel quàm sint spinæ ac tribuli,quæ suffocant verbum dei,[*Tametsi ita loquimur*] id est quamuis tam durè vos increpauimus, & rationabiliter ita confidimus. [*Non enim iniustus est deus*] cuius virtus iustitiæ initium est, [*Vt obliuiscatur operis vestri*] i. per modum obliuiscentis se habeat,non attendendo nec remunerando vestra opera bona, [*Et dilectionis*] dei ac proximi. [*Quam*] intus latentem, [*Ostendistis*] foris per actus charitatiuos. Nam exhibitio operis,probatio est charitatis. Ideo dicit quoque Saluator, Si quis diligit me,sermones meos seruabit. [*In nomine ipsius*] id est propter amorem dei,& gloriam eius, [*Qui ministrastis*] id est necessaria vitæ præbuistis,& obsequia congrua impendistis [*Sanctis*],id est fide & opere Christianis, [*Et ministratis*] eis perseuerando in opere inchoato,sicut & Galatis iam dictum est, Per charitatem seruite inuicem. [*Cupimus autem*] zelo vestræ salutis accensi [*Vnumquemque vestrum eandem ostentare solicitudinem*] id est prẽmemoratam solicitam ministrationem frequenter ostendere, [*Ad expletionem spei*] id est ad adipiscendum bonum æternum, præmiúmque cæleste speratum,videlicet propter consequutionem veræ fœlicatis,quæ F
est expletio, id est actuatio spei. Ostentare,inquam, [*Vsque in finem*] vitæ præsentis. Qui enim perseuerauerit vsque in finem,saluus erit, [*Vt non segnes*] id est pigri ac tepidi, [*Efficiamini*] prout in Apocalypsi cuidam improperatur, Habeatur aduersum te quòd charitatem tuam primam reliquisti. Et in eodem libro, Vtinam calidus esses aut frigidus, [*Verum*] id est sed [*Imitatores eorum*] efficiamini, [*Qui fide et patientia*] id est meritò seu actibus fidei atque patientiæ, [*Hæreditabunt promissiones*] id est promissa cælestia hæreditarie possidebunt, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec cor capere valet. Quod autem factæ sint hominibus promissiones diuinæ, deinceps ostenditur. [*Abrahæ nanque promittens deus*] bona terrena atque cælestia. s. possessionem terræ Chanaan dandam semini suo, & omnes gentes benedicendas esse in semine suo, videlicet benedictione salutis æternæ, [*Quoniam neminem*] id est nullum [*Habuit per quem iurasset maiorem*] Nil enim maius seu dignius deo est, per quod possit deus iurare, [*Iurauit per semetipsum dicens. Nisi benedicens benedicam te*] id est in spiritualibus ac temporalibus bonis copiam tibi præstabo: quod si non fecero, non mihi credatur, nec æstimer deus, [*Et multiplicãs multiplicabo te*] id est multos ex te filios procreabo. De hoc legitur in Genesi, quemadmodum deus iurauerit Abrahæ, quòd semen eius esset, sicut stellæ cæli, & sicut arena maris, [*Et sic*] Abraham [*Longanimiter ferens* id est diu patienter expectans] [*Adeptus est repromissionem*] id est bona promissa, videlicet vitam æternam, & reliqua G
iam expressa. Cur autẽ deus iurauit, subiungitur, scilicet ad condescendendũ infirmitati humanæ. [*Homines enim per maiorem sui*] id est per aliquem verè vel opinatiuè digniorem, [*Iurant*] Confirmatio nanque non fit, nisi per aliquid certius atque stabilius. Idololatræ verò iurant per idola, quibus ipsi dignio res sunt. Ipsi tamen idola sua deos esse putãtes, arbitrantur se idolis inferiores, [*Et omnis controuersiæ eorum finis*] id est terminatio totius altercationis hominum, [*Est iuramentum*] valens ad confirmationem eius quod dicitur, cui aliter non crederetur, nisi iuramento firmaretur, [*In quo*] hoc est per quod iuramẽtum Abrahæ factum [*Abundantius volens deus ostendere pollicitationis*] suæ [*Hæredibus*] id est electis diuinas promissiones æternaliter possessuris, videlicet Abrahæ & semini eius, [*Immobilitatem cõsilij sui*] id est inuariabile propositum sapientiæ suæ, seu consilium suum immobile de saluandis. Cõsilium enim dei immobile est. Et quamuis deus mutet sententiam, non tamen consilium. Dum ergo consilium dei iuramento firmatur, multùm abundanter ostenditur hominibus immobilitas diuini consilij. Ideo subditur, [*Interposuit iusiurandum*] id est sermoni quem habuit ad Abraham miscuit iuramẽtum, [*Vt per duas res immobiles*] id est per immobilitatem diuini consilij & infallibilitatem diuini iuramenti, [*Quibus impossibile est mentiri deum*] qui est prima totius veritatis mensura, & veritas ipsa, [*Fortissimum solatium*] id est iucundam atque præcipuam securitatem siue fiduciam, [*Habeamus*] de adoptione promissorum bonorum [*Qui confugimus*] ad deum: dicentes, Domine refugium factus es nobis, [*Ad tenendam propositam spem*] id est ad firmiter conseruandam futuræ beatitudinis expectationem. [*Quam*] spem [*Sicut ancoram* H
habemus animæ tutam ac firmam] id est quemadmodum ancora corporalis tenet nauim in fluctibus fixa, ne mergatur aut defluat, sic spes est spiritualis ancora animæ tuta & firma, id est secura & fortis, quoniam tenet animam inter prospera & aduersa in domino fixam atque illæsam. Vnde in libro Machabæorum habetur, Omnes qui sperant in domino, non infirmantur. Et in Psalmo, Sperent in te, qui nouerunt nomen tuum, quoniam non dereliquisti quærentes te domine, [*Et incedentem*] id est tendentem & nos introducẽtem, [*Vsque ad interiora velaminis*] id est vsque ad patriam beatorum, quam modò non cernimus nisi fide, de cuius ratione est quædam obscuritas seu veritatis velamen. Interiora ergo velaminis sunt secreta cælestia seu beatitudo futura iam nobis velata. Inter ecclesiam quippe militantem ac triumphantem interpositum est velamen, [*Qui*] hoc est quæ secreta patriæ, [*Præcursor pro nobis*] id est ad nostram vtilitatem, [*Introiit*] in ascensione, videlicet. [*Iesus*] qui exultauit vt gygas ad currendam viam, &c. & ante nos festinauit ad patriam, [*Secundum ordinem Melchisedec, pontifex factus in æternum*] Hæc verba iam dicta sunt atque exposita.

Matth.25.
Ioan.15.
Ioan.14.
Galat.5.
Matth.24.
Apoc.2.
Apoc.3.
Esa.64.
1.Cor.2.
Gene.12.
Gene.22.
Galat.3.
Gene.22.
Esa.46.
Hiere.32.
Gene.22.
Psalm.89.
Galat.5.
2.Mac.2.
Psalm.9.
Rom.1.
Psalm.18.
Psalm.109

A Cap. VII. [*Hic enim Melchisedec, rex salem, sacerdos dei summi, &c.*] Artic. VII.

DIxit superius Apostolus grandem sibi esse sermonem ad dicẽdum de Christo. Heb.5.
Hunc ergo sermonem nunc prosequi incipit, manifestãs excellentiam sacerdotij Christi, comparatione sacerdotij Leuitici seu legalis. Iam quippe plenius doceet, quemadmodum Christus sit sacerdos secundum ordinem Melchisedec, nõ Psalm.109
secundum ordinem Aaron. Itaque rationẽ assignãs cur dixerit Christũ esse pontificẽ in æternum secundũ ordinẽ Melchisedec: ait, [*Hic enim Melchisedec rex Salem,*] Secundũ Hebræos Melchisedec fuit primogenitus Noë, alio nomine dictus Sem, quẽ dicunt habuisse tẽpore natiuitatis Abrahæ trecentos & nonagin- Gene.14.
ta annos, vixisséq; eũ vsque ad tẽpora Isaac: imò & Iacob. Quod enim in Genesi legitur Rebeccã tran Gene.25.
siisse ad cõsulẽdũ dominũ super filiis quos in vtero habuit, dicũt q; ad Melchisedec pro cõsilio iuerit. Gene.14.
¶Denique per Salem Isidorus intelligit Hierusalem, quæ alio nomine dicta est Salem. Quam asserit à Melchisedec primò ædificatam, regnasséque eum in illa. Probabilius tamen est dictum sancti Hieronymi asserentis Salem fuisse oppidum terrę seu regionis Sychem, quod nunc vsque Salem vocatur. V- Hieron.
B bi ex magnitudine ruinarum palatium Melchisedec demonstratur. Vnde legimus de Ioanne Baptista, Erat Ioannes baptizans in Aenon iuxta Salem. [*Sacerdos dei summi*] nõ idolorum, quorum tunc viguit Ioan.3.
cultus. Tempore enim legis naturæ primogeniti fuerant sacerdotes, [*Qui obuianit*] id est occurrit [*Abrahæ*] sibi propinquo [*Regresso*] id est redeunti, [*A cæde*] id est percussione [*Regum*] Legitur enim in Gene Gene.14.
si, quomodo quatuor reges impugnauerunt quinque reges, sub quorum vno, videlicet sub rege Sodomæ habitauit Loth, qui à quatuor regibus captiuus abductus est quinque regibus superatis. Quo audito, Abraham collectis trecentis & octodecim vernaculis suis, insecutus est quatuor reges, quibus deuictis & præda excussa, reduxit nepotem suum Loth [*Et benedixit*] Melchisedec [*Ei*] videlicet Abrahæ: di Gene.14.
cens, Benedictus Abraham deo excelso, [*cui & decimas*] id est decimam partem [*Omnium*] spoliorum quæ de regibus sumpta fuerunt [*Diuisit Abraham*] tãquam maiori ac sacerdoti præcipuo. Et quoniã Melchisedec præstitit Abrahæ spiritualia eum benedicendo, ideo Abraham reddidit ei temporalia bona.
¶Deinde ostenditur quòd Melchisedec rectè figurauerit Christũ. [*Primum quidem*] hoc dico de Mel- Psal.109.
chisedec, [*Qui interpretatur*] id est cuius nomen imponitur, [*Rex iustitiæ*] Dicitur enim à Melchos, quod est rex, & Sedec, id est iustitia, quasi rex iustitiæ. [*Deinde autem*] vocatus est [*Rex Salem quod est*] interpretatum, [*Rex pacis*] Propter vtrunque istorum significat Christum, de quo ait Psalmista, Orietur in die- Psalm.71.
C bus eius iustitia, & abundantia pacis. Iustitia nanque & pax se concomitantur: iuxta illud Esaiæ, Erit o- Esa.12.
pus iustitiæ pax, Melchisedec inquam, existens [*sine patre, sine matre*] non quia non habuit, sed quia scriptura non exprimit, in figura Christi, qui fuit sine matre in cælo secundum naturam diuinam: & sine patre in terra, secundum naturam humanam, [*Sine genealogia*] id est generatione seu prole, vel quia non habuit, vel quia scriptura hoc subticet, [*Neque initium dierum, neque finem vitæ habens*] secundũ sensum prætactum, videlicet quia nõ describitur ortus vel occasus vitæ eius. Et hoc in figura Christi, quia per diuinam naturam æternus est. Ex his videtur stare non posse dictum Iudæorum, quòd Melchisedec fuit Sem. Parentes enim & genealogia atque initium dierum Sem describuntur in Genesi. Nisi for- Gene.10.
tè dicatur, quòd scriptura non dicit hæc de eo sub nomine Melchisedec. Apparet præterea q; aliter dicit, vt dicatur Melchisedec fuisse de patre & matre. Quia ob nimiam eius senectutem nemo tempore senectutis Melchisedec, notitiã seu mẽmoriam habuit parentum eius. Et simili modo dicitur sine initio & fine dierum, sicut de re vltra solitum cursum durante dicimus, quod nunquam cessabit. Sed tũc latius obiici posset, quod simili ratione illi qui ante diluuium erant, & multo diutius isto Melchisedec vixerunt, possent dici sine patre & matre, &c. Ad quod facilè respondetur, quòd tunc cõsuetũ erat homines tam diu viuere, non autem post diluuiũ. Vnde & dominus dixit, quòd anni humanæ vitæ essent exinde cẽtum viginti. [*Assimilatus autem*] Melchisedec iste in omnibus iam prædictis est, vt tactum est, Gene.9.
[*Filio dei manet sacerdos in perpetuum*] hoc de sacerdotio Melchisedec dicitur, quoniam finis eius in scriptura non enarratur, nec aliquis ipsi Melchisedec succesisse describitur, quod totum fit in figura Chri-
D sti, ac sacerdotij eius. [Adhuc autem ostendit Apostolus dignitatẽ ipsius Melchisedec, excellentiámq; sacerdotij eius vltra sacedotium Leuiticum. [*Intuemini autem*] id est solerter pensate, [*Quantus*] id est Gene.14.
quàm dignus [*sit iste*] Melchisedec [*Cui & decimas dedit de præcipuis*] id est de melioribus rebus. Vel de præcipuis. i. vnus præcipuorũ dignissimorum hominũ. s. [*Abraham patriarchæ*]. i. princeps patrum, qui decimas dando cognouit se inferiorem ei cui decimas dedit. ¶Insuper præfert ipsum Melchisedec Leuitis [*Et quidem de filijs Leui sacerdotium accipientes*]. i. filij Aaron nati ex filiis Leui fungentes sacerdotio Exod. 29.
secundum legem, [*Mandatum habent*] in lege [*Decimas sumere a populo*]. i. ab inferioribus, nõ ab excellentioribus. Et hoc [*Secundũ legem,*] id est à fratribus suis puta Iudæis, & etiã ab inferioribus Leuitis. Inferiores enim Leuitæ sacerdotibus decimas dabant, in signum suæ subiectionis. Hęc autem decima vo- Num.12.
cabatur decima decimæ, quia de decimis sibi datis decimas persoluerunt [*Quan quam & ipsi*] fratres sacerdotum (puta Iudæi) omnes ferè & inferiores quoque Leuitæ [*Exierunt de lumbis Abrahæ*] id est de semine eius nati sunt, quemadmodum sacerdotes. Quasi dicat Sacerdotes aliis pares sunt genere, sed maiores sunt sacerdotij authoritate. Non ergo Iudæi dedissent sacerdotibus decimas, nisi propter excellẽ- Malac.3.
tiam sacerdotũ, quã ex diuina ordinatione habebant, Ergo Abrahã decimas non dedisset Melchisedec, nisi maior eò fuisset. Et quoniã iste Melchisedec à tam excellenti patriarcha, sine legis mandato quasi propria authoritate decimas sumpsit, constat quòd eius sacerdotium excellentius sit sacerdotio Leuiti eo. [*Cuius autem generatio non annumeratur in eis*]. i. Melchisedec, cuius generationẽ scriptura nõ recitat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui etiam non fuit de semine Abrahæ,sicut Iudæi,à quibus Leuitæ decimas acceperunt [*Decimas sumpsit ab Abraham*]tanquam ab inferiori. Ergo maior fuit eo & posteris eius. Cuius aliam rationem subdit Apostolus,[*Et hunc*]Abrahã patriarcham[*Qui habebat repromissiones*]id est cui deus multa promisit,videlicet,quòd in nomine eius benedicerentur omnes gentes, & ipse in bona senectute moreretur, [*Benedixit*]ipse Melchisedec,dicens,Benedictus Abrahã à deo excelso. [*Sine vlla autem contradictione*] id est nullo negante[*Quod minus est*]id est inferius [*A meliore*]id est à sublimiori[*Benedicitur*] Benedicens enim inter deum & eum qui benedicitur medius est.Quod intelligendũ est de benedictione consecrationis.Ergo Melchisedec maior fuit quàm Abraham.Tertiam quoque rationem ad idem subdit Apostolus,[*Et hic quidem*]in sacerdotio Leuitico[*Homines moriẽtes*]id est sacerdotes mortales, per mortem sibi inuicem succedentes[*Decimas accipiunt*]à Iudæis[*Ibi autem*]id est in ipso Melchisedec [*contestatur*]scriptura[*Quia viuit*]ipse Melchisedec.Quoniã nil dicit de morte ipsius,quasi sit sine fine dierũ. Quod sit in figura Christi pontificis nostri, cuius sacerdotium discernitur à sacerdotio Leuitico per Melchisedec.Hæc verba quidam malè intelligentes,dixerũt Melchisedec immortalem fuisse. Patet ergo quòd sacerdotium Melchisedec dignius erat sacerdotio Leuitico. [*Et vt ita dictum sit*] id est sic loquendo,videlicet per figuram,quæ appellatur Synecdoche[*Per Abraham*] dantem decimas ipsi Melchisedec [*Et Leui*]id est ordo sacerdotum Leuiticorum[*Qui decimas accepit*] secundum legem à populo Israël [*Decimatus est*]id est decimas dedit sacerdoti Melchisedec.Et rectè dixi quòd Leui per Abraham seu in Abraham , non per seipsum decimas dedit, quoniam nondum erat. [*Adhuc enim in lumbis patris*] sui,videlicet Abrahæ[*Erat*]Leui[*Quando obuiauit ei*] scilicet Abrahæ,ipsi[*Melchisedec*] Per lumbos autem significat Apostolus membra, in quibus est semen,id est virtus generatiua. Quemadmodum ergo Adam peccante omnes peccauimus,qui eramus in lumbis eius:sic Abraham dante decimas,Leui & cæteri existentes in lumbis eius,decimas præstiterunt.Ideo inferiores fuerunt ipso Melchisedec,quia dãs decimas inferior est recipiente. Nõ tamen Christus in Abraham decimatus est,sicut nec in Adam peccauit,quamuis fuerit in lumbis amborum.Fuit nempe in lumbis Adæ ac Abrahæ,alio modo quàm cæteri, vtputa tantùm secundum corporum substantiam, non secundum rationem seminalem, quia non fuit conceptus naturali virtute seminis,sed supernaturali potentia sancti spiritus. Sacerdotiũ ergo Melchisedec dignius sacerdotio fuerat Leuitico,non autem sacerdotio Christi aut Christiano.

¶Deinde probat Apostolus, quòd sacerdotium Christi præstantius sit sacerdotio Leuitico,ipsumque euacuet,& per consequens legem veterem cessare faciat.[*Si ergo consummatio*] id est hominum perfectio[*Per sacerdotium Leuiticum erat*]id est si sacerdotium illud legale in se perfectum,alióque perficiẽs fuit.[*populus enim*] Israël[*Sub ipso*]sacerdotio[*Legem accepit*]in monte Sinai. Vetus enim lex ministrata est populo Israël per sacerdotes Leuitici generis . Quoniam ergo populus sub illo sacerdotio legem accepit,indiguit perfici illo sacerdotio. Ideo rectè quæsiui an consummatio per sacerdotium Leuiticũ erat.Si ergo sic fuit[*Quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedec alium*]ritu ac tribu[*surgere sacerdotem*] videlicet Christum, qui non est sacerdos ex tribu Leui descendens, nec ritum legalium sacerdotum obseruans, [*Et non secundum ordinem Aaron dicit*?] id est Christum non appellari sacerdotẽ secundũ ordinem Aaron,sicut vocatus est sacerdos secũdum ordinẽ Melchisedec?q.d. Apostolus,Si per sacerdotium Leuiticum potuissent homines à peccato purgari,& gratia perfici,non prædixisset scriptura alium sacerdotem surrecturum non secundum ordinem Aaron, sed Melchisedec. Aliàs nanque sacerdotium huius superfluum esset.Cùm ergo scriptura prænũciauerit Christum fore sacerdotem secundum ordinem Melchisedec, constat quòd sacerdotium Leuiticum fuerat imperfectum ac figuratiuum.Propter quod adueniente sacerdotio Christi cessare debebat,quemadmodum figura & imperfectum cessant aduenientẽ re figurata atque perfecta.

¶Porrò,quod frustra alius sacerdos surgeret, si sacerdotium Leuiticum cõsummaret,declarat Apostolus[*Translato enim sacerdotio necesse est vt legis translatio fiat*] Lex nanque & sacerdotium simul sunt, & se concomitantur, nec vnum prodest sine officio alterius. Ideo quod de vno dicitur, de alio intelligitur:vnde vno mutato,aliud quoque mutatur. Quoniam ergo teste scriptura,surgit alius sacerdos, à sacerdotibus legalibus,scilicet Christus,de quo scriptum est,Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec,liquet quòd lex vetus per Christum cessauerit.Cessationem verò legalis seu Leuitici sacerdotij adhuc probat Apostolus eò quòd Christus non sit de tribu Leui. [*In quo enim hæc dicuntur*] id est Christus de cuius persona, ista de sacerdotio secundum ordinem Melchisedec recitantur. [*De alia tribu*]quàm sit tribus Leui[*Est*]scilicet de tribu Iuda[*De qua nullus altario præsto fuit*] id est nemo ad ministerium altaris accessit . Quod autem de alia tribu sit Christus, ostenditur.[*Manifestum est enim quod ex Iuda*] patriarcha [*Ortus sit dominus noster*] Iesus Christus. Virgo enim Maria (sicut & Ioseph)de tribu Iuda processit.Vnde in Apocalypsi habetur,Vicit leo de tribu Iuda.[*In qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses loquutus est*].s.vt aliquis de tribu Iuda esset sacerdos legalis.[*Et amplius*] id est alia ratione [*Adhuc manifestum est*]quod in præcedente ratione ostensum est.s.quòd sacerdotium Leuiticum sit translatum,[*si*]pro quia[*Secundum similitudinem*][hoc est ritum & ordinem[*Melchisedec exurget alius sacerdos*[videlicet Christus,sicut scriptura prædixit,qui sub speciebus panis & vini corpus suũ & sanguinem dedit discipulis,sicut Melchisedec panem & vinum obtulit,[*Qui*] Christus [*Non secundum legem mandati carnalis*].i. non secundum institutionem legis Mosaicæ carnalia præcipientis [*Factus est*] sacerdos. Non enim fuit de tribu Leui,nec legalia sacrificia immolauit, [*sed secundum virtutem vitæ insolubilis*].i.potestate diuina qua dat suis electis vitam insolubilem seu æternam.Diuina enim virtute ac ordinatione factus est Christus sacerdos. ¶Quod autem Christus sit sacerdos secundum similitudinem Melchisedec probat.[*Contestatur enim*] Dauid in psal.[*Quoniam tu*]Christe [*Es sacerdos in æternum*

Num.18. Gene.22. Gene.14. Gene.14. Pſal.109. Gene.14. Gene.5. Num.18. Luc.1. Exod.14. Pſal.109. Pſalm.109 Act.15. Gene. 49. Luc.1. Matt.1. Apoc.5. 1.Cor.11. Ioan.6. Gene.14. Ioan.10.

secundum ordinem Melchisedech.Reprobatio quidem fit præcedentis mandati] . i.nunc tempore gratiæ vetus lex reprobatur,seu euacuata docetur ,ita vt non liceat eam seruari[*Propter infirmitatem*] .i. propter imperfectionem quam habuit quando stetit.Non enim plenè iustificauit , nec ad beatitudiné introduxit, eò quòd non continuit gratiam,[*Et*]etiam propter[*inutilitatem eius*]pro tempore gratiæ . Iam enim eius obseruantia nil cõfert,nec ad gratiam præparat,sed potius obest[*Nihil enim ad perfectionem adduxit lex*] .i. propria virtute nullum ad perfectionem perduxit:imò nihil operabatur ad perfectionem internam, quia non continuit gratiam.Non enim sacramenta eius gratiam continebant,quemadmodum sacramẽta nouæ legis, quæ ratione suorum sacramentorum dicitur gratiã continere atque præstare. Quamuis ergo lex perfectionem præcepit per mandata moralia , non tamen virtutem implendi donauit . Idcirco sua virtute nullum perfecit.Et quãuis multi inveteri lege erant perfecti,hoc tamen non fuit per legem, sed fidem & gratiam Christi tunc vẽturi.Eluescit itaque quòd lex etiam quo ad præcepta moralia nõ adduxit ad perfectionem sua virtute.Propter quod dictum est ad Galatas , Si data esset lex quæ posset iustificare , verè ex lege esset iustitia . [*Introductio vero melioris spei*] id est exhibitio spei nobis à Christo proposita,qua non terrena, sed cælestia bona expectamus, est [*Per quam*]id est cuius virtute [*Proximamus ad deum*] .i.ad deum accidimus,acquirendo perfectionem gratiæ in præsenti,& perfectionem gloriæ in futuro .Hæc enim est vera atque formata spes,quæ non confundit, sed saluat.¶Insuper probat Apostolus sacerdotium Christi firmius ac dignio esse sacerdotio Leuitico,quoniam Christus institutus est sacerdos à deo cum iureiurando. Sacerdotes verò legales sine iureiurando , seu iuramento diuino.[*Et quantum est*].i.illud quod de sacerdotio Christi perhibetur,[*Non sine iureiurando*] factum est nec intelligendum sine eo.[*Alij quidem*]puta Leuitici sacerdotes nõ in perpetuum duraturi,[*Sine iureiurando*].i.sine confirmatione diuini iuramenti[*Facti sunt sacerdotes*] Vnde in Exod.vbi de ordinatione sacerdotum legalium agitur,nullum interponitur iuramentũ. Sic quippe dominus ait ad Moysen Applica fratrem tuum cum filiis suis de medio filiorum Israël, vt sacerdotio fungantur mihi. [*Hic autem*] videlicet Christus,sacerdos effectus est secundum assumptam naturam cum[*iureiurando*]per eum.i.ab eo,puta à deo patre[*Qui dixit ad illum*]in psal.[*iurauit dominus*] primò haud dubium , quin perseipsum [*Et non pœnitebit eum*]iurasse:nunquã enim pœnitet de eo quod semel decretum est in suo æterno consilio,quãuis interdum pœniteat.i.per modum pœnitentis se habeat,mutando factum,seu variando sententiam.Vnde in libro Regũ legitur,Porrò triumphator in Israël non parcet,& pœnitudine nõ flectetur.Neque enim homo est,vt agat pœnitentiã.[*Tu es sacerdos in æternum*]in quo patet iuuariabilitas sacerdotij christi.[*Iuramentum*].i.tam multùm sicut Christi præfulget sacerdotium Legali.videlicet quòd est æternum & iuramẽto firmatum[*Melioris testamenti*].i.perfectioris legis[*sponsor*].i.assertor[*Factus est Iesus*] Docuit enim euangelicam legem seu nouum testamentum,quod veteri testamẽto vehementer præfertur.Promittit nanque bona æterna,gratiam continet,& ad fœlicitatem,quæ finis est legis, introducit.Vel sic,Melioris testamenti.i.præstantiorum bonorum,puta cælestiũ,sponsor & promissor factus est Iesus.Qui in exordio suæ prædicationis,pœnitentiam(inquit)agite, appropinquabit enim regnum cælorum .Nomine autem testamenti interdum exprimitur bonum,quod per testamentũ præstatur. Vetus verò testamentum spondebat terrena. ¶Præterea agit Apostolus de vnitate sacerdotij Christi.[*Et alij quidem*]Leuitici generis[*Plures facti sunt sacerdotes*]summi sibijnuicem succedentes [*Secundum legem*]quæ præcepit filium succedere patri in sacerdotio[*Idcirco quod morte*] .i. per mortem [*Prohiberẽtur permanere*].i.iugiter viuere,[*Hic autem*]Christus[*Eo quod maneat in æternum*]nõ solùm secundum diuinitatem,sed & secundum humanam naturam post resurrectionem. Vnde Iudæi dixerũt. Nos audiuimus ex lege,quia Christus manet in æternum[*Sempiternum habet sacerdotium*] Ex his elicit Apostolus efficaciam sacerdotij Christi,[*Vnde*].i.propter sempiternitatem sacerdotij sui,[*Et saluare*].i. salutem conferre [*In perpetuum potest*]videlicet quandiu est aliquis saluandus. Vel saluare in perpetuũ ,i.perpetuam beatitudinem dare,[*Accedens*]spirituali accessu[*Per seipsum*].i.in propria persona ,secundum quod homo,non per aliquem mediatorem seu aliam hostiam,ad deum patrem,tanquã aduocatus noster ac mediator [*Spe viuens*].i.vigorosus ac viuax existens. Resurgens enim ex mortuis,iam nõ moritur[*Ad interpellandum pro nobis*] Quomodo autem conueniat Christo interpellare.i.orare pro nobis, diligenter tractatum est ad Romanos,vbi hæc in eadem verba ponit Apostolus . Quod verò Christus sit idoneus ad interpellandũ ,p nobis,deinde ostẽditur.[*Talis enim*]sicut subscribitur,[*Decebat vt nobis*] .i.ad nostram salutem procurandam,[*Esset pontifex*]vt pote[*sanctus*]in anima per omnis culpæ carentiã [*Innocens*]quantùm ad alios,quia non est inuentus dolus in ore eius[*Impollutus*] corpore [*Segregatus a peccatoribus*].i.à grege iniquorum remotus nunc,loco,& opere. Veruntamen Christus in hac vita non erat corporaliter à peccatoribus segregatus,nec eos vitauit.Nam cũ pharisæi dixissent discipulis,Quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit magister vester?Christus respondit , Non indigent qui sani sunt medico,sed qui malè habent.Venit enim filius hominis quærere & saluũ facere quod perierat . Opere tamen & consensu separatus fuit ab eis,[*Et excelsior cælis factus*] Ascendit enim super omnes cælos,& vniuersis creaturis cælestibus dignior est,quoniã pater omnia subiecit sub pedibus eius. [*Qui*]Christus[*Non habet quotidie necessitatem,quemadmodũ sacerdos*] legalis necessitatẽ habebat[*Prius*] pro suis delictis hostias offerre.[*Deinde pro populo*].i.populi delicto expiãdo.Hoc nanque erat imperfectionis in sacerdotibus veteris testamenti, quod prius pro reconciliatione hostias immolabant. Sed Christus qui peccatum non fecit,talis non fuit,nec indiget quotidie offerre pro populo hostiam. [*Hoc enim fecit semel*]hoc est,vna vice obtulit hostiam pro populo[*seipsum offerendo*] deo patri in ara crucis pro nobis.Quæ hostia tantæ est dignitatis,vt pro omnium peccatis sufficientissima fuerit,ideo non indiget iterari.Sed sacrificia legis propter insufficientiam suam iterabantur quotidie.Ideo sequitur,[*Lex*

Pſal.109. Act.15. Roma.3. Gala.3. 1.Petri.1. Ioann.1. Roma.5. Pſal.109. Exdo.28. 1.Reg . 15. Dan. 2. Matth.4. Epiſt. Num.20. Ioann. 12. Apoc.1. Roma.6. Rom.8. Eſaiæ . 53 Matth . 9. Ephe.4. Pſalm. 8. Eſaiæ.53. Finis

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim]Mosaica[*Homines*]de semine Aaron[*Constituit sacerdotes infirmitatem*]peccandi ac moriendi [*Habentes*]qui & peccabant sicut & cæteri,ideo pro se ipsis indigebant offerre.[*Sermo autem iurisiurandi*].i. sermo dei iuramento firmatus,seu iusiurandum sermone prolatum,[*Qui*]sermo[*Post legem*].i.legislationem in monte Sinai factam[*Est*]dictus per Dauid in Psal.vbi dicitur,Iurauit dominus & non pœnitebit eum[*Filium*]dei incarnatum constituit sacerdotem[*Perfectum*].i.plenum gratiæ & veritatis,[*In æternum.*]Christus enim secundum diuinam naturam est simpliciter perfectus,quemadmodum pater,Secundum naturam verò humanam tantæ extitit perfectionis,quantam capere potest natura creata, quia non ad mensuram dat deus spiritum homini Christo. E

Exod.24. Psalm.109. Ioann.1. Ioann.3.

Cap.VIII. [*Capitulum autem super ea quæ dicuntur.* Artic.viij.

Psalm.8.

VItris iam de dignitate sacerdotij Christi præmemoratis:nũc summariè breuiterque perstringit Apostolus ea quę materiã istam concernunt,ostẽdens etiam eminentiam sacerdotij Christi,ratione sacerdotalis officij.[*Capitulum autem*].i.breuis multorum complexio.Capitulum namque à capite nomen sortitur,quoniam sicut in capite omnes sensus vigent & continentur, sic capitulum totam summã breuiter comprehendit.¶Itaque capitulum[*super ea*].i.de his[*Quæ dicuntur*]de sacerdotio Christi,est hoc quod immediatè subiungitur, vbi & capitulũ incipit, [*Talem habemus pontificem qui consedit*]. i. simul cum patre sedit ab hora ascensionis secundum humanitatem,secundum diuinitatem verò à principio,[*In dextera sedis*] id est throni vel potius sedentis[*Magnitudinis*].i.paternæ maiestatis,seu dei patris[*In cælis*].i.cęlo empyreo',cæliq; ciuibus. Quomodo autem conueniat Christum secundum vtranque naturã sedere ad dexteram patris, in expositione primi capituli huius epistolæ dictum est plenius[*sanctorũ minister*].i.sacrorũ dei donorũ,videlicet gratiæ in presenti,& gloriæ in futuro,ministrator seu dator instrumentalis, secundũ quod homo.Ipsis etiã sanctis discipulis suis christus ministrauit in terra.Iuxta illud,Ego in medioveſtri sum sicut qui ministrat.Sanctis quoq; in patria ministrat vitã ęternam:secundũ quod scriptum est,Præcinget se,& transiens ministrabit eis.Hęc est seruitus dignationis,non subiectionis, qua & angeli ministrãt hominibus,[*Et tabernaculi veri*].i.ecclesiæ militantis seu triũphantis,de qua legitur in Apocalypsi,Ecce tabernaculũ dei cum hominibus,& habitabit cum eis.Itẽ in psal. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?Quod aliud nihil est,nisi electi & sancti,quorũ Christus minister est secundum sensum iam tactum. Venit enim filius hominis ministrare non ministrari,[*Quod fixit*].i.gratia atque virtutibus stabiliuit[*Deus*]qui solus hoc potest,videlicet mẽtes electorũ per gratiã figere[*Et non homo*]purus. Quod autem Christus sit sanctorum minister hinc patet.[*Omnis enim pontifex*]legalis siue catholicus[*Ad offerenda munera*]spiritualia ac corporalia suiipsius ac proprij gregis[*Et hostias*]laudis pro seipso ac subditis [*Constituitur*].i.pontifex ordinatur.Hoc est enim officium eius, cum sit inter deum & populũ medius. Vnde quæ populi sunt,offert deo,& quæ dei sunt,impetrat populo.[*Vnde necesse est & hunc*]sacerdotem videlicet Christum[*Habere aliquid quod offerat*]non pro se,sed pro suis,vt pote carnẽ, quã propter nos immolauit,quã & necessabiliter pro nobis patris cõspectui præsentat cum desiderio nostræ salutis. [*si ergo esset super terram*]sacrificium à Christo offerendum,esset terrenũ,legale aut trãsitoriũ,[*Nec esset sacerdos*].i.tunc ipse Christus non esset sacerdos secundũ ordinem(vt dictum est)Melchisedec.Nã sacerdotium eius superfluum esset,eò quòd sacrificium eius offerri posset à sacerdotibus veteris legis,secundum quod subditur,[*Cum essent*].i.ex quo forent sacerdotes legales,[*Qui offerrent secundum legem*] scriptam[*Munera*]terrena & sacrificia huiusmodi similia huiusmodi sacrificio Christi[*Qui*]sacerdotes legis[*Exemplari & vmbræ deseruiunt cælestium*].i.circa figuras,& sacramenta legalia occupãtur.Quæ sunt exemplar cælestium,quoniam ad eorum cognitionẽ aliquo modo inducunt. Quia tamen hoc faciunt multùm obscurè ac imperfectè vmbra cælestium appellantur. Vmbra enim inter euidentem imaginẽ,& remipsã est media.Sunt ergo exempla cælestium.i.à cælestibus exemplata, [*sicut responsum est Moysi*]dominum consulenti[*cum*]Moyses[*Consummaret*]id est compleret[*Tabernaculum*]per manum Beseliel.¶Deinde ponitur diuina responsio.[*Vide inquit*]dominus[*Omnia*]ad tabernaculum pertinentia[*Facito*]id est fieri præcipe[*secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte*] id est secundum formã tibi ab angelo demonstratam in monte Sinai.Angelus enim docuit Moysen de omnibus construendis & offerendis in tabernaculo.Differunt autem exemplum & exemplar.Quia exemplum est quod fit ad imitationem alterius,estque posterius illo.Exemplar verò vocatur ad cuius imitationem aliquid fit,vel producitur, & est prius illo.Ea itaque in quibus sacerdotes legis deseruiebant, absolutè loquendo,erãt exempla, respectu exemplaris in monte monstrati, posterioráque illo: sed comparatione ad nos dici possunt exemplaria, prout nostra cognitio tendit ex illis ad cognitionem cælestium[*Nunc autem melius sortitus est ministerium*] id est Christus dignius sacerdotium officiumque susscepit, quàm fuit obsequium sacerdotum legalium ,[*Quanto et melioris testamenti*] id est perfectioris legis, videlicet euangelicæ,quæ præfertur legi Mosaicæ, [*Mediator*] medians dator[*Est.*] Nam inter deum & homines mediat,& ex parte dei legem nouam hominibus contulit,[*Quod*]testamentum nouum[*In melioribus repromissionibus*]hoc est,diuinis atque ęternis promissis,[*Sanctum*]id est confirmatum[*Est*]Vetus quippe testamentum promittebat abundantiam temporalium, nouum autem affluentiam bonorum cælestium. Sacramenta etiam nouam legem confirmantia multo præstantiora censentur sacramentis legis antiquę. [*Nam si illud prius*]id est vetus testamentum[*A culpa vacasset*]id est culpam perfectè deleuisset, suosq; seruatores perfectè mũdasset,[*Non vtique secundi*]id est noui testamẽti[*Locus inquireretur*]hoc est,necessaria non esset,nec exigeretur lex noua,imò superflua esset.¶ Quod autẽ nouũ testamentum neces- F G H

Pſalm.8. Hebr.1. Lucæ.22. Luc.12. Hebr.1. Apoc.21. Pſalm.14. Matth.29. Infra.9. 1.Ioann.2. Pſal.109. Exod.25. & 26. 1.Tim.2. 2.Corin.4.

A sarium sit,probat authoritate scripturæ,quæ habetur apud Hieremiam,quam apostolus hic allegat secundum translationem septuaginta interpretum.[*Vituperans enim eos*].i. Iudæos tanquam per legẽ perfici non potentes,[*Dicit*]Hieremias,[*Ecce dies*]gratiæ & euangelicæ legis[*Veniunt, dicit dominus, et consummabo super domum Israel,et super domum Iuda*] id est complebo populo Iudæorum in duo regna,& duodecim tribus diuiso, [*Testamentum nouum*] Hoc enim Christus in propria persona Iudæis proposuit in sermone facto in monte,& in cœna,de quibus & dixit, Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël, [*Non secundum testamentum quod feci patribus eorum*] id est non tale testamentum, putain terrenis promissis & cærimonialibus iussis consistens dabo istis, quale dedi per Moysen patribus eorum[*in die qua apprehendi manum illorum*]id est cum eos sic ducerem atque præcederem, sicut pater ducit paruulum filium per se ire non valentem,& viæ ignarum,[*Vt educerem illos de terra Aegypti*]quod & feci.[*Quoniam ipsi non permanserunt*]per obedientiam cordis,[*In testamento meo*] id est in lege à me data ,vnum verum deum colendo, sicut lex iubet: sed statim fecerunt vitulum aureum conflatilem ,& adorauerũt eum,[*Et ego neglexi*]id est obliuioni tradidi[*Eos, Dicit dominus*]pietatis meę respectum eis subtrahendo ,& multos eorum occidendo . Quomodo autẽ deus dicatur recordari vel negligere,dictum est sæpius, [*Quia hoc testamentum*] nouum [*Quod disponam*] id est ordinatè proponam [*Domui Israel*]id est electis præsertim Iudęis,quibus primò prædicatum est Euangelium regni, deinde B omnibus gentibus deum per fidem speculantibus dispositum est per apostolos hoc testamentum [*Post dies illos*]id est post tempus diuinitus præordinatum, videlicet consummato cursu veteris testamenti, quando aduenit temporis plenitudo.Disponam itaque testamentum hoc eis,[*Dando leges meas in mente eorum*]id est in intellectibus corũ imprimam euangelica mandata,[*Et in corde*]id est voluntate [*Eorum superscribam eas*] id est promptum effectum obediendi legibus meis dabo eis.Hoc modo mandatum est primitiuæ ecclesiæ nouum testamentum à christo, præsertim in die sancto Pentecostes quando spiritus sanctus per inspirationem , & supernaturalem illustrationem impresit cordibꝰ discipulorũ euangelicam legem [*Et ero eis in deum*].i.piè & gloriosè agam cum eis,[*Et ipsi erunt mihi in populum*]hoc est,deuotè & religiosè me colent.[*Et non docebit vnus quisque proximum suum.et vnusquisque fratrem suum, dicens, Cognosce dominum.*] Secundum Augustinum & alios plerosque intelligenda sunt pro statu patriæ,in qua vnus non docebit alium,quantùm ad cognitionem dei,& in quibus beatitudo cõsistit,quãuis superiores doceant inferiores, quantùm ad quosdam effectus diuinæ prouidentiæ . Omnes nanque beati deum immediatè conspiciunt. Ideo subditur,[*Quoniam omnes scient me a minore vsque ad maiorem*] & ideo scient me in patria[*Quia*]nunc in via[*Propitius ero iniquitatibus eorum*] dando eis gratiam pœnitendi,[*Et peccatorum illorum iam non memorabor*]ad puniendum ea in igne gehennæ.Alij exponunt hęc specialiter de primitiua ecclesia maximè de apostolis, qui omnes immediatè edocti fuerunt à spiritu C sancto . Videtur autem generaliter posse intelligi de ipsa ecclesia militante, sic tamen vt sit distributio pro generibus singulorum & locutio comparatiua.Non enim loquitur dominus de quacunque doctrina seu scientia,sed specialiter de cognitione sui.Quoniam omnes scient me,inquit. Cum ergo per orbẽ terrarum in ecclesia militante extirpata sit idololatria,omnes scient me esse vnum duntaxat verum deũ. Tanta quoque est misericordia dei hoc tempore,vt dicatur tempus gratiæ.vel dicuntur hęc cooperatiuè.Intantùm quippe abundat cognitio dei in mundo tempore euangelicæ legis magis quàm ante,vt iã pene omnes videantur cognoscere deum. Et iuxta hunc sensum scriptum est, Repleta est terra scientia domini,sicut aquę maris operientes.In omnem terram exiuit sonus Apostolorũ. ¶Deinde pandit apostolus cessationem veteris testamenti . [*Dicendo autem*]dominus per Hieremiam [*Nouum*].i,testamentum christi nouum vocando[*Veterauit*].i.vetus esse declarauit,[*Prius*]testamentum datũ per Moysen. [*Quod autem antiquatur, & senescit prope interitum est*].i.citò corrumpetur. Ideo testamentum illud euacuatur adueniente testamento Christi,quod vsque in finem sęculi perseuerabit.

Iob.38. Matth.20. & 28. Actu.11. Gal.4. Actu.2. Augustin. Actu.2. 4. Esaiæ11. Psalm.18. Hiere.31. Hiere .31. 2.Reg . 12. Matth.15.

Chap.IX. [*Habuit quidem & prius iustificationes culturæ, et sanctum seculare.*] Artic.ix.

D

DEnique excellentiam sacerdotij Christi consequenter ostẽdit Apostolus,ex ritu & schemate tabernaculi.[*Habuit quidem et prius*] .i.precedens & vetus testamentum[*Iustificationes culturæ*] id est obseruantias auferentes impedimenta quædam diuini cultus.Quemadmodũ enim sacramenta nouæ legis virtute gratię purgant à vitiis interioribus,quibus fit homo simpliciter ineptus ad cultum diuinum: sic sacramẽta veteris legis gratiã non cõtinentia, emundabant à corporalibus immũditiis & irregularitatibus,ꝓpter quas ꝓhibebãtur Iudęi à cultu diuino.ſ.ab accessu templi & cætu fidelium,sicut erãt cõtactus mortui vel immũdi. Hę ergo obseruationes per quas talia impedimenta tollebantur, dicuntur iustificationes culturæ. Habuit quoque [*Et sanctum seculare*].i.exteriorem quandam immunditiam hominibus apparentẽ . Quidam per sanctũ sęculare,intelligunt templum materiale,quod Iudęi sanctũ putabãt,& aliquo modo erat,quia ad cultũ dei fuerat ordinatum.Cui expositioni consonat litera sequens[*Tabernaculum enim factum est primum*].i. primum tabernaculum humano artificio fabricatum est.Per primũ autẽ tabernaculum, designatur exterior pars tabernaculi à Moyse facti,à qua erat ingressus.Per secundũ verò tabernaculum,significatur interior pars eiusdẽ tabernaculi.Tabernaculũ enim Moysi habẽs 30.cubitos in longitudine, 10 verò in latitudine,& 10 in altitudine,quantũ ad longitudinẽ,diuisum erat in duas partes per cortinam seu velũ intermedium,quarum exterior habuit 20 cubitos in longitudine. Et propter suam venerationem & significationẽ,qua significauit ecclesiam militãtem, dicebatur vel sanctum vel sancta:Interior enim pars tabernaculi post cortinã,dicta est sancta,vel sanctum sanctorum propter præcipuã suamvenerationẽ,& Epist. Exod.7. Exod. 40. Exod.25. Exod.26. Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoniam figurauit ecclesiam triumphantẽ[*in quo*]primo tabernaculo,[*Erant candelabra*]vnum candelabrum aureũ,quod hîc pluraliter candelabra dicitur, quia habebat septem lucernas. Hoc fuit in parte meridionali, [*Et mensa*] propositionis quadrata, facta de lignis Sethim,atq; purissimo auro vestita.Hęc fuit in parte aquilonari[*Et propositio panum*].i.12.panes qui quolibet sabbato ponebantur super mẽsam recentes.Erat quoque in hac parte tabernaculi altare incensi,de quo tacet Apostolus.[*Quod*]primũ tabernaculum [*Dicitur sancta*]sicut iam patuit.[*Post velamentum autem*].i.retro velum seu post cortinam intermedium erat[*Secundum tabernaculum*]id est secunda pars totius tabernaculi.[*Quod*]secundum[*Dicitur sancta sanctorum*]propter rationem prædictam[*Aureum habens thuribulum*]de hoc non legitur in veteri testamento. Propter quod quidam per thuribulum intelligunt incensorium, in quo sũmus sacerdos sanctum sanctorum ingrediens,ponebat incensum, vt fumus inde consergens impediret eos, qui erãt ex alia parte tabernaculi,ne aspicierẽt ea quæ fuerant in secunda parte tabernaculi. Alij opinantur, quòd tempore Dauid vel Salomonis, dum auctus est cultus diuinus, factum, & illic locatum sit thuribulum aureum [*Et arcam testamenti circumamictam ex omni parte,auro*]Erat nanque de imputribilibus
Exod. 25. lignis Sethim intus,& extra aureis laminis cooperta. [*In qua*]arca[*Erat vrna aurea habens manna*]ad mensuram Gomor,in commemorationem miraculi,quo deus pauit filios Israël manna,annis. 40.in deser-
Exod. 16. to,[*Et virga Aaron quæ fronduerat*]intra vnam noctem,in signum quòd Aaron diuinitus electus esset in
Num. 17. sacerdotem [*Et tabulæ testamenti*]id est duæ tabulæ in quibus lex scripta fuit,puta decalogus, superque
Exod.25. eam.i.super arcam,erant duo[*cherubin gloriæ*].i.gloriosè ac splendidè facta instar angelorum. Vel,gloriæ dei figuratiua [*Obumbrantia*].i.alis suis extensis,inuicemque connexis tegentia[*Propitiatorium*]tabulam auream quæ erat super arcam,quæ ideo dicta est propitiatorium,quoniam inde dedit deus responsum Moysi pro multitudine exoranti.[*De quibus modo non est dicendum per singula*] Pauciora nãque suf ficiunt. Apostolus autem prosequitur hæc breuiter & allegoricè tantùm.[*His vero ita compositis*].i.duabus partibus tabernaculi prædicto modo dispositis[*In priori quidem*]tabernaculo(quod dicitur sancta)
Num.28. [*semper*]id est quotidie bis[*Intrabant sacerdotes*] videlicet hora sacrificij matutini ac vespertini. Vtraq; enim hac hora immolabatur agnus,[*sacrificiorum officia consummantes*]id est complentes ea quæ ad ri-
Leui.16. tum sacrificiorum spectabant. Immolatio enim sacrificiorũ fiebat extra tabernaculũ sub diuo in atrio in altari holocaustorum,vbi accenso igne sumpsit sacerdos in thuribulo prunas, sicque procedebat ad altare incensi itra tabernaculũ primũ situm,positoque in thuribulo thure,dimisit super altare incẽsi,& ita sacrificium cõsummabatur[*in secundo autem*]tabernaculo,videlicet in sancta sanctorũ[*semel in anno solus,pontifex*]introiuit,videlicet in festo expiationis,[*Non sine sanguine*]Tulit enim secum de sanguine
Leui. 4. hostiæ immolatæ ad offerendum illum coram propitiatorio.Ideo sequitur,[*Quem*]sanguinem[*Offerret*
Psalm. 14. *pro sua et populi ignorantia*].i.pro repromissione propriorum ac populi sui peccatorũ ex ignorantia cõ missorum.Secundum glossam,pontifex sæpe intrabat sancta sanctorum sine sanguine,sed nõ nisi semel cum sanguine.¶ Deinde ostendit apostolus mysticam significationẽ istorũ,[*Hoc significante*]figuraliter [*spiritu sancto*]per dispositionem tabernaculi Moysi [*Nondum propalatam esse sanctorum viam*].i.nondũ
2.Pet ri. 1. patefactum esse ingressum regni cælestis,vt ipsum Christũ,qui est via qua itur ad patriam,[*Adhuc priore*
Ioann. 14. *tabernaculo*].i.prima parte tabernaculi,quæ dicitur sancta[*Habente statum*].i. prohibitionẽ ingrediendi secundum tabernaculum.s.sancta sanctorũ.Per velum nanque inter partes tabernaculi positum signi-
Exod. 26. ficabatur clausum esse viam regni cælestis,quod significabatur per sancta sanctorum [*Quæ*]res, videlicet dispositio cultus&ritus tabernaculi,[*Parabola*].i.similitudovel figura[*Est temporis instantis*]scilicet tẽ poris gratiæ,id est eorum quæ in nouo test.geruntur sub tempore gratiæ.Omnia enim in figura cõtingebant eis.Et vetus test.erat figura noui,[*Iuxta quam*]parabolam.i.legalem & figuratiuã obseruantiam,
1.Cori. 10. [*Hostiæ*] de carnibus animaliũ,[*Et munera*]de rebus animatis[*Offeruntur*] à sacerdotibus Leuiticę stir-
Ezech.2. pis pro tempore veteris test.[*Quæ*]hostiæ & munera[*Non possunt iuxta conscientiam*]. i.secundũ dictamen rectæ conscientiæ,vel intus in conscientia,[*Perfectum*].i.à vitiis purum &gratia decoratum[*Facere seruientem*].i.eum qui seruit deo,[*Solummodo in cibis et potibus*].i. in esu & abstinentia quorumdã alimẽtorum secũdum legis præcepta,quæ quosdã cibos prohibuit, [*Et varijs baptismatibus*].i.lotionibus cor
Leui.6.13. poris seu mẽbri alicuius in aqua propter cõtactũ mortui seu leprosi, [*Et iustitijs carnis*].i.obseruãtiis cor
15 poralem immunditiam seu irregularitatem tollentibus, [*Vsque ad tempus correctionis impositis*].i.iussis atque durantibus vsque ad tempus euangelicæ legis, quæ legem Mosaicam perficit & obseruatorũ illius vitia corrigit & emendat.Ex diuino enim imperio seruanda erant vsque ad euangelij publicationẽ.
¶ Deinde ostendit apostolus,quid figurabatur per hoc ,quòd sũmus sacerdos seu pontifex in lege, introiuit in sancta sanctorum cum sanguine semel in anno,ad deprecandum pro se & pro aliis.Per pontificem enim figuratus est Christus,per sancta sanctorum,cælum. Itaque præinducta legalia poterãt per-
Epistо. fectum facere seruientem.[*Christus autem assistens*]deo patri ad interpellãdum pro nobis,assistens quo-
Roma.8. que seu paratus succurrere nobis,[*Pontifex*].i.sũmus ac sacerdotalis minister,prout homo. Vel,pontifex,id est in suo pontificatu collator[*Futurorum*] id est cælestium [*Bonorum*] de quibus legitur in Psal.
Psalm.26. Credo videre bona domini,in terra viuẽtiũ,[*Per amplius*]id est multo maius atq; capacius[*et perfectius tabernaculum*]vt puta cælum[*Non manufactum*]id est non hominum manibus fabricatum,[*id est non huius creationis*]hoc est,non humanæ induſtriæ.Vel,non huius creationis, id est nõ existens de natura inferiorum creaturarũ,quę corruptibiles sunt.Illud enim incorruptibile est,[*Neque per sanguinem hircorum et vitulorum*]vt pontifex legalis,[*Sed per proprium sanguinem*].i.cum præuia propria sanguinis effu-
Exod.25. sione[*introiuit semel*]videlicet in die ascensionis,[*In sancta*]id est in cæleste tabernaculum præfiguratum per sancta sanctorum [*Aeterna redemptione inuenta*] id est vera beatitudine nobis recuperata atque
Actu.11. à nobis comperta. Quòd autem sanguis Christi idoneus fuerit ad saluandum,demonstrat Apostolus.

A [*Si enim sanguis hircorum et taurorum, et cinis vitulæ*] combustæ mixtus aquæ[*Aspersus*] cum aqua super immundos [*Inquinatos*]macula exterioris hominis[*sanctificat*]id est purgat à macula tali,[*Ad emendationem carnis*]id est ad acquirendam munditiam corporalem. Talia enim peccata auferre non poterant, sed ab exteriori impuritate mundabant, [*Quanto magis sanguis Christi,qui per spiritum sanctum*].i. cooperante ac inspirante spiritu sancto,[*semetipsum*]ratione naturæ assumptæ [*Detulit*]in cruce [*Immaculatum deo*]patri pro nobis[*Emundabit conscientiam nostram*]in baptismo, vel pœnitentia, seu aliis sacramentis, per quæ virtus seu meritum eius nobis applicatur, [*Ab operibus mortuis*]id est peccatis [*Ad seruiendum*] id est vt à peccatis mundati seruiamus[*Deo viuenti*] omnis vitæ fontali principio in sanctitate & iustitia iugiter coram ipso? [*Et ideo*].i. quoniam Christus obtulit se pro nobis, idcirco [*Noui testamenti mediator*] id est medius dator [*Est*] inter deum & homines medians, & nouam legem proponens, [*Vt morte intercedente*] id est merito passionis Christi pro nobis interueniente,[*In redemptionem earum præuaricationum*] id est ad obtinendam indulgentiam transgressionum, [*Quæ erant sub priori testamento*]id est tempore veteris testamenti vigebant, nec per legem auferri valebant, [*Repromissionem accipiant*] id est bonum promissum consequantur, [*Qui vocati sunt*] vocationæ æternæ prædestinationis. De qua ad Romanos dicitur, Quos prædestinauit, hos & vocauit [*Aeternæ hæreditatis*] hoc est, ipsam æternam hæreditatem seu fœlicitatem hominibus promissam. Christi enim morte aperta est ianua patriæ,
B & merito passionis dominicæ omnes electi saluantur. Porrò vocatio duplex est, scilicet æternæ prædestinationis. Sicq; vocati sunt electi. Alia est vocatio præsentis iustificationis,de qua in Euangelio legitur, Multi sunt vocati,pauci verò electi. Quod autem testamentum nouum confirmatum sit per Christi passionem, probat Apostolus primò per consuetudinem humanam.[*Vbi enim testamentum*]est, [*Mors necesse est intercedat testatoris*]id est ad valorem ac robur testamenti hominis requiritur, vt mors testatoris interueniat seu mediet inter testamenti dispositionem & eius confirmationem,[*Testamentum enim in mortuis*] id est per mortem testamentorum confirmatum est,[*Alioqui non valet*] id est nondum efficaciam habet testamentum,[*Dum viuit qui testatus est*].i. qui testamentum condidit. Hoc ita est secundum leges ciuiles atque canonicas. Nam ante mortem potest mutari, cum sit vltima voluntas testatoris.Simili modo nouum testa.quod est promissio vitæ æternæ, euangelicaque doctrina in morte Christi confirmatum. Vnde in cruce dicebat ,Consummatum est. In assertionem enim promissionis doctrinæ suæ,mori voluit Christus.

¶ Deinde probat Apostolus idem authoritate diuina[*Vnde nec primum quidem*] id est in principio legis datæ. Vel,primum,id est vetus testa.[*Sine sanguine dedicatum*]id est roboratũ [*Est ad figurandum*]quod nouum testa.Christi sanguine firmaretur. [*Lector enim omni mandato legis*]morali,cærimoniali,ac iudi-
C ciali, [*A Moyse vniuerso populo*]Israël [*Accipiens*] Moyses[*sanguinem hircorum et vitulorum*] oblatorum [*Cum aqua*]id est aqua admixtum ,quod præfigurauit mundationem, quæ fit in aqua baptismi virtute sanguinis Christi, de cuius latere exiuit sanguis & aqua, quorum virtute ommia sacramenta efficaciam sortiuntur.[*Et lana coccinea et hyssopo*] De his duobus fecit aspersorium ad sanguinem aspergendum.Veruntamen in Exodo non fit mentio, nisi de sanguine vitulorum ,sed credendum est apostolo, quòd alia nunc expressa tunc aderant ,[*Ipsum quoque librum legit,et omnem populum*] cui lex conferebatur.[*Aspersit*].Fortasis ponit partem pro toto.Non enim videntur tot milia sanguine à Moyse aspersa. Aspersit ergo eos[*Dicens,Hic sanguis testamenti est*].i.roboratiuus testamenti,[*Quod mandauit ad vos deus*] .i. per me vobis misit ac iussit [*Et tam tabernaculum et omnia vasa ministerii*].i.quibus ministrabant Leuitæ ac sacerdotes in tabernaculo Moysi, [*Sanguine similiter aspersit*] non tunc quando librum aspersit & populum. (Nondum enim factum erat tabernaculum & vasa ipsius) sed ista aspersio facta est in die consecrationis tabernaculi atque vasorum. [*Et omnia pene in sanguine*] id est sanguinis aspersione seu effusione, [*Mundantur*] ab exteriori immunditia, vel ineptitudine, [*Secundum legem*] Dicit pene, quoniam aliqua mundabantur per ignem,videlicet quæ ignem poterant sustinere:& aliqua vasa mundabãtur per aquam, [*Et sine sanguinis effusione*]facta in aliquo sacrificio,[*Non fit remissio*]id est non fiebat expiatio culpæ:nisi necessitas impediret oblationem. Tunc enim sufficiebat bonum propositũ. Hoc
D fuit figura,quòd per effusionem sanguinis Christi sit remissio peccatorum. In nobis quippe nihil mundatur interius, sine sanguine Christi,[*Necesse est ergo exemplaria quidem*] id est figuras[*Cælestium*] id est ecclesiæ militantis,cuius conuersatio est in cælis. [*His mundari*]videlicet sanguine sacrificiorum. Exemplaria dicit ea quæ erant in veteri test.& figurabant ea quæ in ecclesia fiunt, [*Ipsa autem cælestia*]id est personas ecclesiasticas ad cælum tendentes necesse est mundari,[*Melioribus istis*]legalibus, vt puta corpore & sanguine Christi. Aliter non ingrederentur regnum cæleste, sed ingrediuntur post mortem in illud,sequendo caput suum ,videlicet Christum,ideo subditur,[*Non enim in manufacta sancta*]id est in tabernacula terrena hominum artificio fabricata,vt erat tabernaculum Moysi, [*Introiuit Iesus*]finaliter, scilicet in ascensione, quamuis ante passionem ingressus sit templum & synagogas, [*Exemplaria*]id est figuras[*Verorum*]id est cælestium. Sunt enim æterna tabernacula,de quibus in euangelio legitur,quorum figuræ sunt manufacta sancta vitæ præsentis,[*sed in ipsum cælum*]empyreum introiuit Iesus in ascẽsione,[*Vt appareat nunc vultui dei pro nobis*]id est patri seipsum præsentet ad interpellãdum pro nobis. Hæc est vna causa ascensionis Christi.[*Neque vt sæpe offerat semetipsum*]id est non ideo Christus intrauit in cælum & patri pro nobis apparet,vt frequenter pro nostra salute patiatur,[*Quemadmodum pontifex*]legis[*intrat*]id est intrauit,sub veteri testa.[*In sancta*]sanctorum[*Per singulos annos*] id est vnoquoque anno semel,[*In sanguine alieno*]id est cum sanguine hircorum ac vitulorum quem offert. Propter insufficientiam enim hostiarum legalium,necesse erat eas sæpius iterari.Nec pontifex ingreditur sancta sanctorum per proprium sanguinem.Hostia verò quam obtulit Christus ob suæ dignitatis efficaciam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sufficientissima est omnium auferre peccata, ideo non oportet eam reiterari, seu Christum denuo pati. E
[*Alioquin*].i. si ita non esset, sed oportet eam iterari, sequitur quod [*Oportebat eum*] videlcet Christum
[*Frequenter pati ab origine mundi*] vsque in presens, imò & vsque in finem seculi hui⁹. Ab origine nanq;
Apoc.13. mundi vsque ad finem continuantur, multiplicantur & vigent scelera hominum. Veruntamen Ioānes
in Apoc. Agnus (inquit) qui occisus est ab origine mundi. Sed hoc intelligendum est, quòd passio chri
1.Cori.10. sti profuit futura, sicut & facta. [*Nunc autem*] id est in principio temporis gratiæ, [*Semel*] puta in die para-
1.Ioann.2. sceues [*in consummatione seculorum*] id est in fine seu vltima mundi ætate. Nos enim sumus in quos fines
Roma.6. seculorum deuenerunt. Vnde Ioann. testatur, Nouissima hora est, [*Ad destructionem peccati*] id est pro-
pter tollenda peccata, [*Per hostiam suam apparuit*] id est per suiipsius oblationem omnibus in cruce
Esaiæ.53. præsentatus est. Præterea probat apostolus quòd Christus non debuit nisi semel pro hominibus pati,
Roma.8. per simile seu exemplum. [*Et quemadmodum statutum*].i. à diuina sapientia ac iustitia determinatum seu
Esaiæ.50. præfixum, [*Est hominibus semel mori*] in pœnam originalis peccati, [*Post hoc autem*] id est post mortem fit
Phil.3. eis, [*iudicium*] particulare sigillatim statim dum moriuntur, & vniuersale in fine mundi, [*sic & Christus
semel oblatus est*] in cruce [*Ad multorum exhaurienda*].i. extrahenda ac dirimenda, [*Peccata*] Ad omnium
enim exhaurienda peccata oblatus est secundum sufficientiam, sed ad electorum tollenda peccata obla
tus duntaxat est secundum efficientiam. Hoc quoque iam dictum est sæpius. [*Secundo autem*] id est post F
hęc, nempe in secundo suo aduentu, [*Sine peccato apparebit*] id est sine similitudine peccati videbitur.
Non in carne passibili, quæ est similitudo carnis peccati: sed in glorioso corpore, cuius puritas erat ho-
minibus conspicua, [*Expectantibus se*] longanimiter. Apparebit autem eis, [*In salutem*].i. ad æternam fæ-
licitatem eis tunc largiendam.

Cap. x. [*Vmbram enim habens lex futurorum bonorum, etc.*]

Articulus decimus.

Hebr.9. Colloss.2. Dionysi⁹. G

Voniā in præcedenti capi. dictum est, quòd per sacrificia legis nō auferebantur
peccata, sed quòd Christus vnica suipsius oblatione absterfit omnium vitia, quā
tùm in ipso est. Ideo nūc declarat Apostolus hoc ipsum lucidius. [*Vmbram enim*]
id est obscuram & remotam similitudinem [*Habens lex*] Moysi [*Bonorum futuro
rum*] id est cælestium præmiorum, [*Non ipsam imaginem rerum*] id est non expres
sam & propinquam similitudinem eorumdem. Vt enim Dionisius protestatur,
status euangelicæ legis, medius est inter statum synagogæ seu veteris testa. ac pa
triæ, ideo sacramenta & cærimonialia nouæ legis habent imaginem, id est perfe-
ctam similitudinem bonorum cælestium. Apertè enim ea promittunt, significant, & ad ea immediatè
introducunt. Sacramenta verò & cærimoniæ veteris legis vmbram eorum habuerunt. Non enim pro-
Sup.7. mittebant nec figurabant bona ista futura in lege, nisi sub velamine & confusè, [*Per singulos annos eiusd
dem ipsis hostiis*] id est eiusdem sacrificiis, [*Quas offerunt*] sacerdotes [*Indesinenter*] videlicet bis omni die in
Matth.9. sancta, & semel in anno pōtifex in sancta sanctorum, [*Nunquam poterit accedentes*] id est lex per hostias
istas nunquam valet populum pro quo offertur vel sacerdotem qui hostiam offert, [*Perfectos facere*] id
est à vitiis expurgare, & gratia decorare [*Alioquin*] id est si possent perficere sacerdotes, [*Cessassent*]
Hiere.11. hostiæ istæ deo [*Offerri, ideo quod non haberent vltra*] videlicet post hostiam immolatam [*Conscientiam
peccati cultores*] id est legis obseruatores, [*semel mundati*] intus à vitiis propter hostiæ oblationem semel
factam, [*Sed in ipsis*] hostiarum oblationibus, [*Commemoratio peccatorum per singulos annos fit*] quoties
hostia pro peccato iteratur. Non ergo erant ablata peccata omnia per hostiam primam. [*Impossibile est
enim sanguine hircorum et vitulorum*] vel similium holocaustorum [*Auferri peccata*] quia nec virtute
Lucæ.1.4. propria habent vim purgatiuam peccati, (cum sit quid corporeum, non attingens, nec agens in ani-
6. mam) nec ex influxu diuinæ virtutis, quemadmodum sacramenta nouæ legis, quamuis sint corpora-
Psalm.39. lia. Multoties tamen Moyses dicit, quòd qui obtulit illud vel illud pro peccato tali vel tali, dimittetur
ei. Sed illa remissio non fiebat virtute sacrificij, sed fide & deuotione offerentis, & propter orationem
sacerdotis. [*Ideo*] Christus filius dei [*Ingrediens mundum*] id est humanam naturam assumens, [*Dicit*] in H
Psalm. ad patrem. [*Hostiam*] de rebus animatis [*Et oblationem*] de inanimatis [*Noluisti*] ô pater, id est non
Hiere,6. acceptasti quasi per se idonea ad auferenda peccata, & gratiæ tempore nullo modo ea acceptas, [*Cor-
Osee.6. pus autem aptasti mihi*] id est corpus conueniens ad redimendum genus humanum animæ meæ seu di-
uinitati vnisti, videlicet corpus passibile & immaculatum, atque per omnia rationi obedientissimum.
Nostra translatio habet, aures autem perfecisti mihi. Et redit in idem, quoniam sensus est, Aures obe-
dientes ad sustinendum crucis tormētum mihi donasti. [*Holocaustomata*] id est sacrificia quæ totaliter
incendebantur ad diuinę maiestatis honorem, & erant cæteris digniora, [*Et pro peccato*].i. sacrificia pro
Mich.6. remissione peccati oblata, [*Non tibi placuerunt*] per se seu propria efficacia, sed ex deuotione offerentis.
Hiere.11. Non enim poterant iustificare. Tempore autem nouę legis nullatenus placent deo. Ideo scriptum est
Psalm.49. apud prophetam, Quid dignum offeram domino? Nunquid offeram ei holocausto mata? Nunquid pla
cari potest deus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium? Et apud aliū Nunquid
carnes sanctæ auferent à te malitias tuas? Et dominus quoque ait in psalmo, Non accipiam de domo tua
Psalm.1. vitulos, neque de gregibus tuis hircos. [*Tunc*] quando videlicet vidi tibi omnia illa displicere, & mi-
hi corpus aptum adesse, [*Dixi*] Ecce venio paratus ad passionem, vt me ipsum tibi pro hominibus offe-
ram. [*In capite libri*] id est in principio totius sacræ scripturæ. Vel, in capite libri, id est in primo psal-
mo. qui est caput libri psalmorum, In quo psalmo habetur, In lege domini volūtas eius. Vel, in capite li

A bri, id est in notitia prædestinationis æternæ, quæ potissimum ueam humanitatem concernit, per
quam omnes electi saluantur. Ideo dicitur in capite, quasi in principali huius notitia, [*scriptum est de me
vt faciam voluntatem tuam*] ô [*Deus*] pater.
¶ Insuper præinductam scripturam ad propositum applicans, & quasi exponens Apostolus, subdit. [*Su
perius*] id est paulò ante, [*Dicens*] Christus ad patrem, [*Quia hostias et oblationes et holocaustomata et pro
peccato noluisti*] quæ iam exposita sunt, [*Nec placita sunt tibi*] sacrificia exteriora, [*Quæ secundum legem of
feruntur*] iuxta intellectum præmemoratum. Hoc tamen supra dictum non est formaliter, sed virtuali-
ter, quia ex dictis infertur, [*Tunc dixi, Ecce venio, vt faciam, deus, volūtatem tuam*] hoc iam dictum est atq;
expositum. [*Aufert primum*] id est legale sacrificium, & per consequens vetus testamentum tanquam in-
utile, [*Vt sequens statuat*] id est, nouæ legis sacrificium, scilicet Christi sacramentum stabiliat, iugitérque Daniel.9.
frequentandum affirmet. Vnde per Danielem inducitur, In medio hebdomadæ deficiet hostia & sacri Esa.1.
ficium. De hoc in Esaia multa habentur, [*In qua voluntate*] dei, id est deo clementer volente, seu volun-
tate eius, quia voluit Christum pati, [*Sanctificati sumus*] effectiuè ac principaliter, suscipiendo remissio-
nem culpæ, infusionémque gratiæ [*per oblationem corporis christi semel*] factam in crucis patibulo, tan-
quam per causam meritoriam ac instrumentalem. Ephe.5.
B ¶ Ex his infert apostolus differentiam inter sacerdotem legalem, & Christum sacerdotem nostrum. [*Et* 1.Petri 3.
omnis quidem sacerdos] legalis, [*Præsto est*] id est paratus. Loquitur autem Paulus in istis capitulis de
præterito per modum præsentis, [*Quotidie ministrans*] in prima parte tabernaculi, [*Et eadem*] specie,
[*sæpe offerens hostias*] id est frequenter immolans agnum vel aliud simile, [*Quæ nunquam possunt auferre peccata*] vt dictum est sæpius. Quotidie nanque fiebat iuge sac ificium, id est duorum agnorum
oblatio, vnius de mane, alteriúsque de vespere in prima parte tabernaculi. [*Hic autem*] Christus Exod.29.
[*Vnam pro peccatis*] omnibus [*Offerens hostiam*] vtique semetipsum [*In sempiternum sedet*] id est
sine] sine iam requiescit, [*In dextera dei patris*].i. in potioribus bonis, seu ad æqualitatem ipsius, [*De cæ
tero*] id est pro tempore restante, [*Expectans*] impletionem ordinationis diuinæ de hominum iu- Psalm.109
sta præmiatione, [*Donec ponantur inimici eius*] id est, peruersi ac reprobi, [*Scabellum pedum eius*] id est sug
potestati perfectè subiiciantur', quantùm ad exequutionem & manifestationem, vt sæpius dictum re-
cordor. Hoc est vsque in diem iudicij, in quo venient ad eum, & confundentur omnes qui repugnant
ei. [*Vna enim oblatione*] id est merito suæ vnicæ passionis, seu immolationis in cruce, [*Consummauit*] id Esa. 41.
est plenè redemit, & quantùm in se est, ad perfectionem adduxit, [*In sempiternum sanctificatos*] id est ele
ctos, seu omnes qui in hoc seculo per gratiam sanctificantur. A Eternam enim beatitudinem eis pro-
meriut, imò gratiam in præsenti, & gloriam in futuro. Præterea hanc efficieutiam oblationis seu pas- Psalm.83.
C sionis Christi semel factæ probat Apostolus authoritate Hieremiæ superius allegata. [*Contestatur au-
tem et nos*] id est testimonium nostræ assertioni, seu omnibus nobis exhibet & affirmat, [*Spiritus sanctus*] Hiere.31.
per Hieremiam, [*Postquam enim dixit*] hoc loco spiritus sanctus. [*Hoc autem testamentum, quod testabor ad
illos post dies illos, dicit dominus*] Christus, in cuius persona hæc propriè asseruntur, [*Dabo leges meas in* Supra 8.
*cordibus eorum, et in mēte eorum superscribam eas, et peccatorum et iniquitatum eorum iam non recordabor am
plius.*] Hæc Hieremiæ authoritas superius iam inducta est & ex planata, idcirco hoc ipsum prætereo.
¶ Deinde concludit intentum suum Apostolus. [*Vbi autem horum remissio*] id est in populo dei, cui
peccata remissa sunt merito Christi [*Iam non*] requiritur, [*Oblatio pro peccato*] id est iterata Christi pas-
sio, seu legalis oblatio pro remissione peccati. Vna nanque Christi oblatio facta in cruce, sufficiens est.
Propter quod omnia sacrificia legis cessare debent.
¶ Deinceps ponit Apostolus instructionem moralem. [*Habentes itaque*] scilicet quia per vnam o- Ephe.3.
blationem Christi redempti sumus, ô [*Fratres*] idcirco habentes [*Fiduciam in introitu sanctorum*] id est Psal.121.
de ingressu cælestium mansionum, seu patriæ quam sancti introëunt, [*In sanguine Christi*] id est vir-
tute & merito dominicæ passionis, quia per sanguinem Christi aperta est ianua vitæ, [*Qui*] Chri-
stus, [*initiauit*].i. primò parauit ac demonstrauit, [*Nobis viam nouam et viuentem*,] id est ingressum ad pa-
triam. Qui dicitur via noua, quoniam primò à Christo inuenta. Et viuens, quia ad vitam ducit æter- Esa.63.
nam. Initiauit autem seu inchoauit nobis Christus hanc viam [*Per velamen, id est carnem suam*] id est 2.Tim.3.
D est per corporis sui occisionem & ascensionem. Quod appellatur velamen, quoniam erat diuinæ na- Esa.63.
turæ seu verbi vestimentum atque latibulum. De quo apud Esaiam angeli dicunt, Quare ergo ru- 1.Petri 5.
brum est indumentum tuum? Habentes quoque [*Et sacerdotem magnum super domum dei*] id est Ie-
sum principem pastorum, & summum pontificem toti ecclesiæ militanti ac triumphanti præsiden-
tem, [*Accedamus*] ad deum orando, laudando, contemplando, bene viuendo. Non cum corporis
motu, sed [*Cum corde vero*] id est recto & iusto, non ficto, [*In plenitudine fidei*] id est fide pleniſ- Iacobi 1.
sima, nihil hæsitantes, [*Aspersi corda*] id est quantùm ad animas, seu intus in mentibus nostris spiri-
tualiter perfusi gratia eruente nos [*A conscientia mala*] id est à remorsu peccati, vt nihil nobis con-
scij simus, [*Et ablui corpus*] id est corpore loti ac emundati, [*Aqua munda*] id est vnda baptismatis. Esa.30.
Tales itaque Christo operante effecti, [*Teneamus*] perseueranter inter prospera & aduersa, [*spei no-
stræ confessionem*] id est confesionem eorum quæ speramus à deo obtinere, quæ confesio procedit
ex spe nobis infusa, [*Indeclinabilem*] id est regia via ad cælos tendentem, ita vt nec ad dexteram neque
ad sinistram declinet. [*Fidelis est enim*] Deus [*Qui repromisit*] id est frequenter promisit nobis futura bo Deut.32.
na in patria. [*Et consideremus inuicem*] id est nos mutuò aspiciamus, pensando quid singuli quique habe- 1.Ioan.3.
ant dignum imitatione vel increpatione, [*In prouocatione charitatis et bonorum operum*] id est ad hunc fi-
nem vt in charitate dei ac proximi accendamur, atque in bonis operibus excitemur dum quisque bo-
num alterius imitatur, eiusq; defectū charitatiuè redarguit. Quæ omnia sunt charitatis effectus, eamq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prouer.17. accendunt. Non tamen esse debemus curiosi scrutatores vel obseruatores aliorum, sed moderatè, pro- E
ue charitas postulat, vnusquisque alium admonere debet siue corripere, [*Nõ deferentes collectionem nostram*] id est congregationem fratrum seu cœtum fidelium, inter quos habitamus, [*Sicut est consuetudinis quibusdam*] qui tempore persecutionis, vel ex præsumptione, leuitate aut impatientia recedere quærũt.
Vnde Sapiens, Sicut auis, inquit, transmigrans de nido suo, sic vir qui relinquit locum suum. [*Sed consolantes*]
Psal.132. collectionem, id est fratres nostros, animando eos ad patientiam, & inseparabilem vnionem, [*Et tanto magis*] hoc facite [*Quanto amplius videritis*] oculo cordis [*Appropinquantem diem*] mortis atque iudicij particularis. Qui dies, quia quotidie appropinquat, debemus quotidie magis ac magis inuitè collectionem nostram deserere. Scriptum est enim, Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum. Hæc ergo bona agenda & vitanda sunt. [*Voluntarie enim*] id est ex habitu, electione, certa
Roma.6. malitia seu deliberatione, [*Peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis*] id est post cognitionem Christianæ doctrinæ, in qua pœnæ impiorum, gaudiáque iustorum describuntur [*iam non relinquitur*
Prouer.6. *pro peccatis hostia*] id est talibus non restat sacrificium pro peccatis eorum immolandum aliud à sacrifi-
Psalm. 96. cio seu hostia quam pro nobis obtulit Christus. Et per consequens nulla hostia pro peccatis relinqui-
Iob 14. tur eis, sicut in lege. Christus enim non rursus offeretur pro eis in cruce, imò passio eius eis nõ prode-
Matth. 28. rit, cùm perseuerent in malis, [*Terribilis est autem quædam expectatio iudicij*] id est metuẽdum est ipsum dei iudicium, & solicitè expectandum, [*Et ignis æmulatio*] id est pœna seu infestatio ignis gehennalis, seu F
eius qui præcedet faciem iudicis. De quo legitur, Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius, [*Quæ*] pœna seu æmulatio [*consumptura*] non annihilatura seu corruptura, sed eternaliter afflictura, & quantùm ad bene esse consumptura, [*Est aduersarios*] veritatis, hoc est æmulos Christi seu reprobos. Quod ostenditur per locum à minori. [*Irritam enim*] id est vacuam, [*Quis faciens*] hoc est transgrediens quis [*Legem Moysi, sine vlla miseratione*] iudicis, [*Duobus vel tribus testibus moritur*] id est ad testimonium tot testium occiditur, secundum legis præceptum, si tamen peccati magnitudo id exigat, [*Quanto magis putatis deteriora*] id est grauiora, [*Mereri supplicia, eum, qui filium dei conculcauerit*] eum inhonorando, eiúsque mandata spernendo, [*Et sanguinem testamenti pollutum duxerit*] id est sanguinem Christi quo confirmatum est nouum testamentum, paruipenderit, & quasi insufficientem putauerit ad auferenda peccata, ob hoc asserens legalia simul cum euangelio obseruanda, [*In quo*] sanguine, id est cuius effusione [*Sanctificatus est*] id est à vitiis expurgatus & gratia decoratus, primum in baptismo, deinde in pœnitentia, [*Et spiritui gratiæ contumeliam fecerit?*] id est gratiam spiritus sancti contempserit, seu spiritum sanctum, omnis gratiæ collatorem à se repulerit, eiúsque effectum, videlicet peccatorum remissionem, non ei, sed obseruantiis legis ascripserit? Talis grauiter punietur. [*Scimus enim qui dixit,*] id est veracem esse cognoscimus deum, qui ait, [*Mihi*] reseruate, [*Vindictam*] id est mihi vel vicariis G
Deut.31. meis, puta iudicibus, [*Et ego retribuam*] iustam vltionem per me vel meos ministros. Hoc dominus quan-
Ezec.9. tùm ad sensum loquitur in Deuteronomio, Mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore. Secundum
Psal. 134. quosdam habetur in propria forma apud Ezechielem, secundum translationem septuaginta interpretum. [*Et iterum*] dicit scriptura [*Quia iudicabit dominus populum suum*] bonos ab impiis liberando. [*Horrendum est incidere in manus*] id est in iudiciariam potestatem & iustum rigorem, [*Dei viuentis*] præsertim post vitam præsentem. Tamen in hac vita melius est incidere in manus dei quàm hominum. Propter quod Daniel. ait, Melius est mihi incidere in manus domini, (Multę enim sunt miserationes eius) quàm
Daniel.13. in manus hominum. Melius itaque nobis est in hac vita à superioribus nostris ac fratribus increpari &
2.Reg.24. corrigi quàm in futuro à deo redargui.
Epist. ¶ Deinde Apostolus instruit eos, commemorando præterita bona eorum, vt sic prouocẽtur ad meliora. [*Rememoramini autem priſtinos dies*] id est ad memoriam reuocate conuersationem vestram quam in principio conuersionis vestrę habuistis, [*In quibus*] diebus [*illuminati*] à spiritu sancto, [*Magnum certamen sustinuistis passionum,*] id est validam impugnationem persecutionum. [*Et in altero quidem*] id est in vno genere impugnationis, [*Opprobriis & tribulationibus*] id est conuicia & tribulationes patiendo in propria persona, [*spectaculum*] hominum [*Facti*] qui vos cum admiratione inspexerunt propter magnitudinem calamitatis, afflictionisque vestræ. [*In altero autem*] id est alio genere tribulationis, [*Socij taliter conuersantium*] id est aduersa patientium estis, [*Effecti*] condolendo afflictis, eorum miseriam quasi propriã
Rom.13. æstimantes. Ideo subditur, [*Nã et vinctis compassi estis*]. i. corde & opere eis subueniſtis, [*Et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis,*] id est hilari animo toleraſtis, quòd vestra vobis violenter ablata sunt. Infideles nanque Iudæi rapuerunt bona primitiuæ ecclesiæ in Hierusalem & Iudæa collecta. Ideo autem feciſtis ista ac sustinuistis, quia eratis [*cognoscentes vos habere meliorem et manentem substantiam*] id est cœlestes diuitias, quas nec oculus vidit, nec auris audiuit. Hæc modo habetur in spe, & si pro
Esa.64. pter eam temporalia contemnantur, acquiretur citò in re. [*Nolite itaque amittere confidentiam vestram*] id est non cessetis in deo confidere, in quo hucusque confisi estis inter tot diuersa & aspera, [*Quæ*] confidentia [*Magnam habet*] id est meretur, [*Remunerationem*] gratiæ & consolationis in præsenti, & gloriæ in futuro. Vnde Esaias testatur, Deus iudicij dominus. Beati omnes qui expectant eum. [*Patientia enim*]
Esaiæ.50. quæ est virtus moralis passionem tristitiæ reprimens, éstque æquanimis tolerantia aduersitatum, [*Vo-*
Luc. 21. *bis necessaria est*] Hęc virtus præcipuè necessaria est Christiano, volenti pacem cordis habere, & deo trã-
Iudith.8. quilla mente seruire: Ideo dicit saluator, In patiẽtia vestra possidebitis animas vestras. Et Iudith, Illi qui
Prouer. 4 tentationes non susceperunt in timore domini & in patientia sua, exterminati sunt. Denique vt Salomõ
Prouer.10. profitetur, Qui impatiens est, operatur stultitiam. Et, Melior est patiens viro forti, [*Vt voluntatem dei*] .i. diuina præcepta, [*Facientes*] non cessando à bonis operibus propter quæcunque aduersa [*Reporteris*] .i. pro vestro labore recipiatis ac referatis in futuro, cum dimissi fueritis à tribunali Christi, [*Promissio-*

A *nem*] id est promissam fœlicitatem, iuxta illud, Venientes autem venient cum exultatione, portantes ma- Psal.15.
nipulos suos. Vnde dicit Petrus, Videntes Iesum exultabitis lætitia inenarrabili, reportantes finem fidei 1. Petri 1.
vestræ, salutem animarum vestrarum.
¶ Meritò autem seruanda est patientia. [*Adhuc enim modicum aliquantulum*] id est valde breue restat spatium, [*Et qui venturus est*] Christus [*Veniet*] vel in die finalis iudicij per localem descensum à cælo super vallem Iosaphat, vel in morte cuiuslibet, per iudicij exhibitionem. Dicitur enim deus ad
Apoc.3. aliquem venire, quando visitat eum per pœnam vel gloriam, prout ipse loquitur, Si non vigilaueris, ve-
niam ad te tanquam fur, [*Et non tardabit*] Vita enim nostra breuissima est. Et quamuis tempus præsens
Psalm. 89. vsque ad diem iudicij longum videatur, tamen comparatione æternitatis sequẽtis breuissimum est: si-
Iacobi 5. cut ait Psalmista, Quoniam mille anni ante oculos tuos, tãquam dies hesterna quæ præteriit. Hinc scri-
Abacuc 2. ptum est, Patientes estote vsque ad aduentum domini, & confirmate corda vestra, quoniam aduentus
Rom.1. domini appropinquabit. Ecce iudex ante ianuam assistit. [*Iustus autem meus*] id est homo iustus mihi
Finis. acceptus atque electus, [*Ex fide*] hoc est per fidem & meritum eius, tanquam per fundamentum vir-
1.Ioan.5.23 tutum, [*Viuit,*] vita gratiæ, loquendo de fide formata, de qua ait Ioannes, Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra. Qui enim incredulus est, infideliter agit, [*Quod si subtraxerit se*] id est à fide
B & æquitate recesserit, [*Non placebit animæ meæ*] id est voluntati meæ. Anima enim non conuenit deo secundum diuinitatis naturam, nisi metaphoricè. Sine fide autem impossibile est deo placere. vt infra habetur. Hæc verba habentur apud prophetam Abacuc secundum translationem septuaginta interpretum. Nostra verò translatio talis est, Ecce qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso. Iustus autem ex sua fide viuet. [*Nos autem non sumus subtractionis,*] id est auersionis à deo, [*Filij*] id est huic vitio non sumus subiecti vel dediti, sicut patri subiicitur filius [*In perditionem*] id est ad acquirendam damnationem æternam quam meretur ista subtractio, [*Sed*] sumus filij [*Fidei*] dei adoptiui per fidem formatam. [*In acquisitionem*] id est ad obtinendum saluationem. [*Animæ*] nostræ, quia per fidem venitur ad beatificam dei visionem.

Cap. xi. [*Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium.*] Artic. xi.

C Voniam in fine præcedẽtis capituli dicit Apostolus spiritualem vitam iusti de- Hab.10.
pendere ex fide tanquam ex fundamẽto, idcirco iam pandit præconia fidei: primò causam definiens, deinde efficaciam eius per diuersa exempla ponens. Sic ergo eam definit, [*Est autem fides sperandarum substantia rerum*] id est habitus de rebus sperandis, videlicet de bonis futuris in patria. [*Argumentum*] id est adhæsio 2. Cor. 10.
[*Non apparentium*] id est supernaturalium veritatum, quę per rationem comprehendi nequiuit vel videri. Sumitur itaque hoc loco substantia non prout condistinguitur accidenti, sed pro quacunque entitate. Et argumentum accipitur pro affectu argumenti, scilicet pro adhæsione. Fides ergo vocatur substantia rerum sperandarum, id est prima inchoatio per quam res sperandæ non insunt. Apostolus verò non ponit definitionem fidei in propria forma, sed sic rediguntur verba eius in definitionẽ fidei. Fides est habitus intellectus, quo inchoatur vita æterna in nobis, per quem consentit ratio non apparentibus, seu supernaturalibus veritatibus. Cui definitioni cõcordat descriptio fidei quam septimo capitulo de diuinis nominibus Dionysius tra- Dionysius
dit, dicendo, Fides est manens credentium fundamentum, collocans eos in veritate, & veritatem in ip- August.
sis. Augustinus quoque, Fides, inquit, est virtus qua creduntur quæ non videntur. Et Damascenus, Fi- Damasce.
des est non inquisitus consensus. ¶ Denique quòd fides sit substantia, id est inchoatio, per quam insunt nobis speranda, id est beatitudo æterna, & ea per quæ ad eam pertingimus, quæ iam in nobis sunt per quandam inchoationem, declarat Apostolus, [*In hac enim*] fide formata (quæ est virtus theologica) id est per fidem vel potius per interiorem & exteriorem actum eius [*Testimonium*] id est attestationem iustitiæ à deo [*Consecuti sunt senes*] id est patres antiqui. Perhibuit nanque eis testimonium deus, quòd iu-
D sti essent propter fidem ipsorum. [*Fide*] qua supernaturale lumen mentis [*Intelligimus aptata*] id est or- Ioan.1.
dinatè producta, ac sapienter disposita [*Esse secula*] id est entia vniuersi [*Verbo dei*] id est per filium de Psalm. 32.
quo dicitur, Omnia per ipsum facta sunt. Vel, verbo dei, id est diuino præcepto: iuxta illud, Ipse man- Gene.1.
dauit & creata sunt, [*Vt ex inuisibilibus*] id est informibus elementis. Vnde in Genesi vbi habemus, Ter- Origenes
ra erat inanis & vacua. Translatio qua vtitur Origenes, sic habet: Terra erat inuisibilis, [*Visibilia*] id est mixta vel ipsa elementa formata, & visu perceptibilia. [*Fierent*] ex inuisibilibus, id est post creationem spiritualium substantiarum visibilia fierent, non posterioritate temporis, sed dignitatis. Vel ex inuisibilibus, id est æternis idæis in mente diuina splendentibus, quasi ex formis exemplaribus visibilia fierẽt. Boëtius.
Omnia enim condidit deus secundum idæas seu exemplares suæ sapientię rationes, quemadmodum ait Gene.4.
Boëtius, O qui perpetua mundum ratione gubernas. Et post pauca, Tu cuncta superna, Ducis ab exemplo pulchrum pulcherrimus ipse. Mundum mente gerens. simili quoque imagine formans. [*Fide*] id est ex fide diuinæ prouidentiæ ac remunerationis futuræ, [*Plurimam*] id est pretiosiorem [*Hostiam Abel quam Cain*] frater eius [*Obtulit deo.*] Obtulit enim Cain de fructibus terræ. Abel verò de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum [*per quam*] fidẽ seu plurimam hostiã [*Testimonium consecutus est*] à deo [*Esse iustus*]. i. deus testatus est eum esse iustũ. Ideo subditur, [*Testimonium perhibente muneribus eius deo*] Testimonium nempe perhibuit deus muneribus seu hostiis Abel, quod sibi accepta essent tam verbo Ibidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm facto. Verbo, cùm dixit per Moysen: Respexit deus ad Abel, & ad munera eius. Facto, quoniam E
ignis de cælo descendens super hostiam, eam consumpsit. Vnde transslatio Theodotionis sic habet,
Inflammauit dominus super Abel, & super munera eius. [*Et per illam*] fidem atque fidelem oblatio-
Gene.4. nem. [*Defunctus,*] hoc est à fratre occisus [*Adhuc loquitur*] id est merito suæ iustitiæ iustam vindictam
exquirit de innocenti sua occisione, prout dominus aiebat ad Cain, Vox sanguinis fratris tui clamat ad
me de terra. Vel, defunctus adhuc loquitur, id est loquendi materiam nobis ministrat. Nam fides & o-
pus eius reddunt eum tam commendabilem ac imitabilem, vt semper commemoranda sint nobis, nec
Iudith 13. deficiat laus eius de ore hominum vsque in æuum. [*Fide*] id est merito fidei. [*Enoch translatus est*] in pa-
Gene.5. radisum terrestrem, angelico obsequio [*Ne videret*] id est ne experiretur [*Mortem*] naturalem & corpo-
ralem in seipso, tamen in fine mundi morietur, sicut Helias, Occidentur enim in Antichristo. Vel, ne
videret mortem aliorum, præsertim tempore diluuij, quam videre, miserabile erat, [*Et non inueniebatur*]
ab hominibus eum quærentibus, [*Quia transtulit illum deus*] in paradisum terrestrem. Hoc est quod le-
Ibidem. gitur in Genesi, Enoch ambulauit cum deo, & non apparuit, quia transtulit illum dominus. [*Ante trans-*
Eccle. 44. *lationem eius testimonium habebat placuisse deo*] quoniam deus testabatur ad aliquos, quòd Enoch sibi pla
ceret, & multi iusti testimonium perhibebant iustitiæ eius antequam transferretur in paradisum. De
hoc Enoch scriptum est per Sapientem, Placens deo factus dilectus, & viuens inter peccatores transla-
tus est. Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius. [*Sine fide enim impossibile est placere deo*] Oportet F
Sap. 4. nanque habere habitum fidei, & interiorem actum eius ad hoc vt opus sit meritorium, quoniam fides
dirigit intellectum ad finem supernaturalem. Vnde Romanis dixit Apostolus, Quicquid non est ex fi-
Rom.3. de, peccatum est. [*Credere enim oportet accedentem ad deum*] id est colentem seu exorantem ipsum deum.
[*Quia est*] hoc est quòd deus verè sit vnus verus deus, cui maximè conuenit esse. Hoc tamen per natu-
Rom.14. ralem rationem cognosci potest, & multis philosophis ex proprij ingenij studio patuit. Nihilominus
Psalm.32. credendum proponitur, quia cõmunitas hominũ cui prouidet deus, nõ vacat huiusmodi naturalibus
considerationibus de deo. Credere quoque oportet quòd [*Et inquirentibus se remunerator sit*] id est quòd
Psal.104. deus cultoribus suis mercedem impendat. Sine horum duorum fide nemo adultus vnquam salua-
ri potuit. Nec sufficit fides ista, sed alia multa credere est necesse. Forsitan tamen suffecit ante legem
Esa. 40. scriptam, & item sub lege, quantùm ad Gentiles, quibus sola lex naturalis data erat, nec obligabantur
ad legem Mosaicam dummodo implicitam habuerint fidem de aduentu, incarnationéque Christi.
Qui enim credit quòd deus remunerator est, credit prouidentiam dei. Et per consequens credit mo-
dum humanæ saluationis saltem implicitè. Nunquam verò potuit aliquis saluari ex puris naturalibus
cùm & fides sit supernaturale donum, & gratia dei vita æterna. [*Fide Noe responso accepto*] diuinitus
Rom.6. [*De his quæ adhuc non videbantur*] id est de futuro diluuio, & hominũ generali interitu, de quibus ei G
oranti pro hominum emendatione, deus respondit, Finis vniuersæ carnis venit coram me, &c. [*Me-*
tuens aptauit] id est conuenienter fecit & distinxit, [*Arcam*] de lignis læuigatis pro receptione anima-
Gene. 6. lium, [*In salutem domus suæ*] id est ad præseruandum seipsum & filios suos, suámque ac filiorum vxo
res à morte diluuij. [*Per quam*] arcam seu fidem, [*Damnauit mundum*] id est homines ostendit damna-
Gene.7. biles, qui sibi arcam fabricanti credere noluerunt de futuro diluuio, neque pœnitentiam agere, sicut
1. Petri3. & Petrus in sua testatur epistola, Qui increduli fuerunt aliquando, sicut in diebus Noë cùm fabrica-
retur arca. [*Et iustitiæ quæ per fidem est*] id est quæ ex fide procedit, [*Hæres*] id est perpetuus possessor
seu patrum suorum dignus successor, [*Esi institutus*] per gratiam dei. Cæteris enim pereuntibus, in eo
& domo sua duntaxat fides permansit.
Gene.17. ¶Insuper ponit Apostolus exempla de patribus Iudæorum, ostendens quòd per fidem iustificati sunt.
[*Fide qui vocatur Abraham*] quod interpretatur pater multarum gentium, qui ante vocatus est Abram,
Gene.12. id est pater excelsus, [*Obediuit*] deo iubenti, Egredere de terra tua & de cognatione tua, Obediuit ergo,
Act.7. [*In locum exire*] videlicet in terram Chanaã, [*Quam acceperus erat*] à deo [*In hæreditatem*] non vtique in
se, nec pro se: sed pro semine suo longo post tempore. Ait enim Stephanus in Actibus, Non dedit do-
minus ei in ea hæreditatem, nec passum pedis, [*Et exiit*] de terra propria [*Nesciens quo iret*] donec deus
ei viam & terram monstrauit. Vnde fuerat quasi vagabundus, [*Fide moratus est in terra repromissionis tan*
quam aliena] quia in ea hæreditatem non habuit, [*In casulis*] id est paruis tabernaculis seu tentoriis de
loco ad locum portabilibus, [*Habitando cum Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem*] quibus H
promissa est terra hæc, sicut & Abrahæ. Dicit glossa hoc loco quòd non eodem tempore inhabitaue-
runt in terra hac. Veruntamen si litera Geneseos diligentius attendatur, inuenimus Abraham vixisse
Gene.17. post natiuitatem Iacob. Quod etiam Lyra satis declarat, idcirco dimitto. Eodem ergo tempore habi-
tauerunt in terra præfata, vt alij dicunt, Ideo verò morari non horruit in terra aliena. [*Expectabat enim*
fundamenta habentem ciuitatem] id est firmiter sperauit tandem ingredi cælestem patriam in æternum
fundatam, seu immobiliter stabilitam, [*cuius artifex & conditor*] est [*Deus*] non homo. [*Fide*] id est
merito fidei Abrahæ, vel propria fide. [*Et ipsa sara sterilis*] per naturam, [*Virtutem*] id est fœcundita-
tem, [*In conceptionem seminis*] id est ad concipiendum ex semine viri, [*Accepit, etiam præter tempus ætatis*]
quoniam nonagenaria erat, defierántque ei fieri muliebria, [*Quoniam fidelem*] id est in promissis vera-
cem, [*credidit esse eum qui repromiserat*] quòd Isaac nasceretur ex Sara. Dicunt quidam, hoc non posse
exponi de Sara, quia ex infidelitate risit, propter quod angelus eam redarguit. Sed de Abraham, qui li-
cet risserit, non tamen ex dubitatione seu admiratione & gaudio. Alij verò exponunt de Sara, dicentes
eam post increpationem, iteratæ promissioni angelo credidisse. [*Propter quod*] id est propter hanc fi-
dem Abrahæ vel Saræ, [*Et ab vno*] patriarcha Abraham [*Orti sunt*] Iudæi [*Et hoc emortuo*] id est ab ipso

A Abraham vetustate confecto ac insœcundo, quantũ ad Saram seu quamlibet vetulam. Vnde ad Rom.
dictum est q̃ non considerauit corpus suum emortuum. Postmodũ tamẽ plurimos generauit filios de Rom.4.
Cethura fœmina iuniore. Senex nanque deiuuencula generare potest. Vel, ab vno, vtero Saræ, & hoc Gene.25.
emortuo. i. naturali calore destituto. Orti ergo sunt denuo filij, [*Tanquam sydera cæli, in multitudinem, & sicut arena quæ est ad oram*] id est ad littus [*Maris innumerabilis.*] Propter multitudinem enim comparati Gene.15.
sunt stellis cæli, & arenæ maris, secundũ quod dominus locutus est Abrahæ. Suspice cælum & nume-
ra stellas si potes, sic erit semen tuum. Quoniã tamen in populo isto ex Abraham & Sara nato, fuerunt
quidã electi, & alij reprobi per stellas intelligi possunt electi, per arenam innumerabiles reprobi: [*Iuxta*
fidem]. i. in fide seu fidei adhærendo, [*Defuncti sunt omnes isti*] qui post diluuiũ fuerunt, vel omnes præ-
ter Enoch translatum, [*Non acceptis repromissionibus*] id est non adeptis cælestibus bonis eis promissis,
[*sed a longe*] id est de terra & valle hac lachrymarum, seu fidei obscuritate, [*Eas aspicientes*] oculo fidei. Ioan.8.
Contemplabantur enim promissa cælestia, [*Et salutantes*] id est affectuosè ad eas suspirãtes hilariter eis
applaudantes, quẽadmodum nautæ ciuitatem, ad quam naũigãt, intuentes salutant tandem [*Et confiden-*
tes quia peregrini & hospites sunt super terram] Hic enim quasi in exilio habitauerunt. iuxta illud in psal- Psalm.36.
mo, Ne sileas quoniam aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei, [*Qui enim hæc di*
B *cunt*]. i. qui se in hac vita hospites & peregines esse veraciter asserunt, [*significant*] id est verbo & facto
ostendunt, [*Et patriam inquirere*] non terrenam, sed cælestem. Sicut subiungitur, [*Et si quidem illius*] pa-
triæ [*Meminissent*] id est si Chaldææ ac Mesopotamiæ recordati fuissent cum affectu redeũdi, [*Habebant*
vtique tempus reuertendi] ad patriam illam. [*Nunc autem meliorem appetunt*] id est modò sic est, quòd suo Gene.27.
tempore meliorem patriam optauerunt [*id est cælestem*] respectu cuius peregrinos se esse professi sunt.
Iacob tamen rediit in Mesopotamiam, sed non ad perseuerandum in ea. [*Ideo non confunditur*] id est, in- Act. 10.
dignum vel indecens non arbitratur [*Deus*] omnipotens, qui est omnium deus, [*Vocari deus eorum*] spe-
cialiter, eò quòd ei specialiter adhæreant, cúmque honorent in omnibus, & ipse singulariter prouidet Exod.3.
eis. Propter quod dominus ait ad Moysen, Hæc dices filiis Israël, Deus patrum vestrorum, deus Abra-
ham, deus Isaac, & deus Iacob misit me ad vos. Hoc nomen mihi est in æternum, & hoc est memoriale
meum in generatione & generationem. [*Fide obtulit*] id est offerre paratus fuit [*Abraham Isaac*] filium Gene.22.
suum [*Cum tentaretur*] ipse Abraham à deo, qui tentat, non vt fallat, aut sciat: sed vt occasionem prome- 1.Mac.2.
rendi ministret, & alios scire quid faciat, [*Et vnigenitum offerebat*] Non quòd solũ Isaac pro tunc habe- Deut. 8.
bat in filium. Habuit nanque & alios multos de Cethura, sed solus Isaac fuit hæres, & natus de libera. Gene.25.
[*qui*] Abraham [*susceperat repromissiones*] id est iteratas promissiones implendas per Isaac, scilicet quòd Gene.21.
multos filios procrearet, & terram Chanaan possideret in semine Isaac,] *Ad quem*] Abraham [*Dictum* Galat.3.
C *est*] à deo. [*Quia in Isaac vocabitur tibi semen*] id est nati ex Isaac vocabuntur filij tui, & bona tibi promis- Rom.9.
sa consequentur. Huic autẽ promissioni repugnare videbatur oblatio Isaac, qui tempore illo nondum
genuit prolem, sed Abraham non dubitauit de veritate promissionis diuinæ. Cuius ratio subditur, [*Ar-* 1.Reg.2.
bitrans] scilicet Abraham [*Quia & a mortuis suscitare potens est deus*] non solùm Isaac filium suum, sed
omnem defunctum. Non enim videbatur alius modus, quo posset impleri diuina promissio de multi-
plicatione filiorum ab Isaac, si Isaac oblatus fuisset, nisi resuscitaretur. Et quoniam Abraham sciuit
deum hoc posse, non dubitauit in fide, [*Vnde &*] Abraham [*Eum*] videlicet Isaac [*In parabolam*] id est Gene.22.
typicam significationem [*Accepit*] Intellexit nanque per Isaac significari Christum, & per immolatio-
nem Isaac, Christi passionem. Per hoc tamen quòd non Isaac, sed aries immolatus est, præfigurabatur,
quòd Christus secundum diuinitatem suam impassibilis fuit: secundum humanitatẽ verò occisus est.
[*Fide & de futuris*] id est de futurorum bonorum collatione [*Benedixit Isaac*] patriarcha [*Iacob et Esau*] Gene.27.
filiis suis. Benedictio nanque eorum fuit de bonis futuris; quia impleta non fuit in illis duobus filiis I-
saac. (Non enim Esau seruiuit Iacob) sed impleta fuit in populis natis ex illis. Nam tempore Dauid &
Salomonis Idumęi orti ex Esau seruierunt Iudęis filiis Iacob. Per hoc autem quòd Iacob ante Isaac be- 1.Reg.8.
nedictionem sortitus est, mystícè signabatur, quod populus Christianus iunior consequeretur benedi
ctionem Iudæorum. [*Fide Iacob moriens*] id est morti propinquans [*singulos filiorum Ioseph benedixit*]
videlicet Effraim & Manassem, præponens Effraim iuniorem Manasse seniori. Quoniam deo reuelan Gene. 48.
D te prænidit regnum decem tribuum transferendum ad filios Effraim, quod in Hieroboam cœpit im-
pleri, & quoniam nouit tribum Effraim maiorem futuram, [*Et adorauit fastigium virgæ eius*] id est ipse 1.Reg.14.
Iacob post benedictionem filiorum Ioseph, & iuramentum quo Ioseph iurauit, quod sepeliret patrem Gene. 49.
suum in terra Chanaan, in spelunca duplici, tunc ipse Iacob adorauit deum innixius, erectus vel incum
bens super fastigium, id est cacumen virgæ eius, id est baculi sui, quem propter senectutem tenebat in
manibus eius. Vel, virgæ eius, id est sceptri quod Ioseph portauit in signum traditæ sibi potestatis su-
per AEgyptum, quod Iacob accepit in manibus suis, quando Ioseph iurauit. Quo iuramento comple
to, Iacob innitens sceptri fastigio adorauit, conuersus ad caput lectuli, vt nostra habet translatio. Loco
cuius translatio septuaginta interpretum continet. Adorauit fastigium virgæ eius, sicut hîc allegatur.
[*Fide Ioseph moriens de profectione filiorum Israel memoratus est*] id est egressum eorum ex AEgypto præ-
dixit, [*Et de ossibus suis mandauit*] hoc est filiis Israël præcepit, vt tollerent secũ ossa sua, sepelirentq́; ea in
spelunca duplici (secundũ quod dicitur) in qua sepulti sunt Adam & Eua, Abraham & Sara, Isaac, Ia- Gene. 40.
cob & Lya. Vnde dixit Ioseph, Deus visitabit vos, efferte ossa mea vobiscũ. In hac quippe terra sepe- Gene.25.
liri volebant sancti patriarchæ secundũ Hieronymũ, quia nouerant in ea Christũ nasciturũ atque pas- Gene.35.
surũ, vt simul cũ eo resurgerent cũ quo scimus multorum sanctorũ qui dormierãt corpora resurrexis- Gene. 49.
se. [*Fide Moyses natus, occultatus est mensibus tribus a parentibus suis*] ex fide parẽtũ. Diutius autẽ eũ cęlare Gene. 50.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hieron. non poterant. Occultauerunt verò eum, [*Eo quod vidissent elegantem infantem*] id est præter solitum ve- E
Matth. 27. nustate & gratia magis decoratum. Propter quod sperauerunt deum aliquid magni operaturũ per il-
Exod. 2. lum infantem [*Et non timuerunt*] timore completo, quamuis aliqualiter timuerint [*Regis edictum*] id est
Eccles. 43. Pharaonis præceptum, qui iusit omnes masculos Hebræorum necari, & in flumen iactari. [*Fide Moyses*
Exod. 1. *grandis factus*] mente & corpore, id est virtuosus atque adultus, [*Negauit*] operibus, quamuis non verbis,
Exod. 2. videlicet occidendo AEgyptium, & fugiendo regis palatium [*Se esse filium*] adoptiuum [*Filiæ Pharao-*
Exod. 1. *nis*] quæ eum adoptauit in filium [*Magis eligens affligi cum populo dei*] id est cum filiis Israël, qui tunc
vehementer ab AEgyptiis opprimebantur [*Quam temporalis peccati habere iucunditatem*] id est quàm
esse in regis palatio, atque corporalibus trãsitoriisque frui delitiis [*Maiores diuitias æstimans thesauro* AE-
gyptiorum, improperium christi] id est persecutionem & tribulationem figuratiuam passionis Christi, vtiliorem & fructuosiorem iudicans vniuersis AEgypti delitiis. [*Aspiciebat enim in remunerationem*] id
2. Cor. 4. est iustum dei iudicium, & vniuersorum debitam retributionem pensauit. Quàm scilicet momenta-
Psalm. 118. neum, & breue tribulationis præsentis, æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Vnde Psalmista, Inclinaui, inquit, cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter retributionem. Veruntamen magis conuertendus est oculus mentis ad dei honorem, quàm ad propriam mercedem, potiúsque induci debemus ad bene agendum ac patiendum ex diuino amore quàm remunerationis desiderio: aliter essemus mercenarij, non serui fideles neque amici. [*Fide reliquit AEgyptum non veritus animo-*
Ioan. 10. *sitatem regis*] id est superbiam Pharaonis. Hoc quidam intelligunt de fuga Moysi ab AEgypto statim F
Exod. 2. percusso AEgyptio. Vnde Chrysostomus dicit, Quòd Moyses primò fugit in terram Madian, nõ fuit
Chrysost. metus, sed fides, quia credebat se liberari à deo. Noluit in AEgypto manere, ne esset causa iactantiæ si se in apertum præcipitaret periculum. Veruntamen in Exodo manifestè habetur, quòd Moyses timuit, cùm audisset patefactum esse homicidium quo occidit AEgyptium, & fugit à facie Paraonis. Ideo
Exod. 2. alii exponũt hæc de egresso Moyse ex AEgypto simul cum filiis Israël. Quibus obuiare videtur quod
Act. 2. subditur de celebratione Paschæ, quæ præcesserit egressum prædictum, nisi dicatur quòd non seruatur
Exod. 12. hoc loco ordo rei gestæ, [*Inuisibilem enim*] deum [*Tanquam videns sustinuit*] id est tam fiducialiter expectauit, & in eius auxilio confidebat ac si eum vidisset. [*Fide celebrauit*] Moyses [*Pascha*] id est agni paschalis immolationem, e sum ac ritum, credens populum hoc modo saluandum. [*Et sanguinis agni*] illius [*Effusionem*] celebrauit, liniendo postes & superliminaria domorum sanguine agni secundum impe-
Exod. 10. rium domini, [*Ne qui vastabat primitiua*] id est ne angelus occidens primogenita hominum & iumen-
Exod. 12. torum in tota AEgypto, [*Tangeret eos*] id est Hebræos vastaret. Iusserat enim dominus Moysi, vt filij Israël sanguine agni postes & superliminaria domorum suarum linirent, quatenus angelus cernens domos ita linitas transiliret, nec tangeret habitatores. Quo figurabatur, quòd signati sanguine Christi,
Exod. 14. non opprimuntur à tentatore. [*Fide*] filij Israël [*Transierunt mare rubrum*] id est per alueum exiccatum, in quo paulò ante aqua maris fluebat, [*Tanquam per aridam terram*] aqua maris diuina virtute diuisa, & existente ea filiis Israël pro muro à dextris & à sinistris, [*Quod*] iter [*Experti*] id est attestantes [*AEgyptij*] sequentes filios Israël per viam maris rubri [*Deuorati sunt*] hoc est submersi, occurrentibus eis aquis, & domino eos inuoluente in mediis fluctibus. [*Fide*] id est merito fidei Israëlitarum
Iosue 6. credentium deo, [*Muri Hierico corruerunt*] miraculosè virtute diuina, [*Circuitu dierum septem*] id est
Iosue 2. completo circuitu qui per septem dies factus est semel vno quoque die à toto populo Israël. [*Fide*] id est propter fidem [*Raab meretrix non periit*] id est occisa non est [*Cum incredulis*] Chananæis, quoniam credidit deum esse verum ac omnipotentem, ita vt daret filiis Israël terram Chanaan, sicut promisit, [*Excipiens exploratores*] duos viros missos à Iosue [*Cum pace*] Nam occultauit eos atque pacifice dimisit eosdem, [*Et quid adhuc dicam?*] id est totum quod præsentem concernit materiam explica-
Iudic. 6. re non possum. [*Deficiet enim me tempus enarrantem*] id est spatium vitæ vel conscriptionis huius e-
Iudic. 45. pistolæ mihi nimis breue erit ad eloquendum [*De Gedeon*] cui angelus dixit, Dominus tecum virorum fortissimè. Qui cum viris trecentis debellauit numerosissimum exercitum Madianitarum. [*Ba-*
Iud. 16. *rach.*] filio Abinonem, qui cum decem millibus pugnatorum occidit centum millia aduersariorum.
Iud. 12. [*Sampson*] id est de Sampsone filio Manue ex tribu Dan, qui Philistæos oppressit. [*Iepte*] Galadite, qui
1. Reg. 17. filios Amon deiecit. [*Dauid*] rege, qui adhuc adolescens, leonem, vrsum atque gigantem extinxit. [*Sa-*
1. Reg. 9. *muel*] filio Elchanæ, qui post Heli iudicauit Israëlem. [*Et aliis prophetis veteris testamenti.*] Ex iis cõstat, H
Iud. 8. quòd omnes iam nominati sancti fuerunt, qui in sanctorum ponuntur catalogo. Vnde si aliqua illicita
Iud. 11. commiserunt, pœnitentiam fecisse creduntur. Vt Gedeon de hoc quòd contra legem fecit sibi Ephor,
Iud. 16. seu vestem sacerdotalem. Et Iepte, de hoc quòd propriam obtulit filiam. Nisi dicatur hoc fecisse ex oc-
Epist. culto spiritus sancti instinctu. Ex quo motus est & Sampson ad occidendum seipsum cum hostibus suis. Ideo de sanctitate Sampsonis dubitandum non est. [*Qui* iam præfati [*per fidem vicerunt regna*] Ma-
Abacuc 2. dian, Ammonitarũ, Philistinorum, Syrorum, &c. quæ omnia in libro Iudicũ plenius continentur, [*O-*
Rom. 4. *perati sunt iustitiam*] Iustus enim ex fide viuit, & prædicti iudices iusta exercuerunt iudicia [*Adepti sunt repromissiones*] id est bona eius promissa. Aliqua enim promissa in præsenti sortiti sunt vita, puta victorias, principatum & pacem. Aliqua verò post vitam hanc, maximè post Christi aduentum, videlicet bona cælestia. Quod autem supra dictum est. Iuxta fidem hi omnes defuncti sunt, nõ acceptis promissio-
1. Reg. 17. nibus, intelligitur de promissionibus patriæ, [*Obturauerunt*] id est occidendo, vel à deuoratione prohi-
Iudi. 14. bendo clauserunt. [*Ora leonum*] vt Dauid, Sampson & Daniel [*Extinxerunt impetum ignis*] vt Aaron, vt
Daniel. 6. tres pueri in camino [*Effugauerunt*] id est in fugã verterũt [*Aciem gladii*] id est exercitum gladiis cinctũ,
Daniel. 3. sicut in lib. Iudicũ, Regũ, & Paralip. sæpissimè recitatur, [*Conualuerunt*] miraculosè [*De infirmitate*] lęta-

A li, vt Ezechias & Iob. [*Fortes facti sunt in bello*] corporali contra hostes visibiles, & spirituali contra hostes inuisibiles, vt patet de Dauid, & Machabæo, & fratribus eius, [*castra verterunt*] .i. destruxerunt [*Ex-*
terorum] .i. alienigenarum [*Acceperunt mulieres*] videlicet mulier Sunamitis & vidua Sydona [*De resurre-*
ctione] .i. mediante resurrectione, sed per resuscitationem ex mortuis [*Mortuos suos*] .i. filios suos defunctos. Helias nanque resuscitauit filium viduæ Sydonę, Heliæus filium mulieris Sunamitis. [*Alij autem*] sanctorum [*pro fide distenti sunt*] .i. in tormentis extẽti, vt legitur de septem fratribus Machabæis & aliis quibusdam, [*Non suscipientes redemptionem*] .i. præsentium pœnarum euasionem. [*Vt melhorem inueni-*
rent resurrectionem] in die nouissimo: quam inuenturi non erant, si præsentes pœnas curassent euadere. Hoc est, quatenus beatam immutationem, atque fœlicem suscitationem in die iudicij consequi mererentur, de qua 2. Mach. vnus fratrum illorum dicebat, Rex mundi deus defunctos nos pro suis legibus in æternæ vitæ resurrectione suscitabit. [*Alij vero ludibria*] .i. irrisiones, contumeliásque verborum, [*Et*
verba experti, insuper et vincula et carceres] .i. incarcerationes. In eo q; ait, insuper, notat hæc in eisdem facta personis, videlicet in Hieremia, Sampsone, Michea. [*Lapidati sunt*] vt Hieremias in AEgypto, Zacharias filius Ioiadæ pontificis inter templum & altare, [*Serti sunt*] vt Esaias à manasse, [*Tentati sunt*] aduersitatibus, vt Tobias. Vel blandis promissionibus, vt auerterentur à deo: vt Mathatias & Eleazarus, [*In*
B *occisione gladij*] id est gladio facta, [*Mortui sunt,*] Nam & Manasses impleuit Hierusalem sanguine innocentum vsque ad os. [*Circuierunt*] varia mundi loca, [*In melotis*] .i. vestibus factis de pilis camelorum, sicut Ioan. Bapti. Vel melota, est pellis hispida animalis quod dicitur melus, [*In pellibus caprinis*] vt Helias [*Egentes*] victu atque amictu, [*Angustiati*] .i. diuersis animi afflictionibus pressi, [*Afflicti*] in corpore [*Quibus dignus non erat mundus*] id est mundanorum hominum cœtus: quia & ipsi ea quæ mundi sunt vilipenderunt, & mundus propter suam impietatem dignus non fuit conuersatione ipsorum. [*In solitu-*
dinibus] id est, locis desertis, [*Errantes*] per deuia, vt Dauid cum suis tempore Saulis. Et Mathatias cum suis tempore Antiochi illustris, [*In montibus, et in speluncis, et in cauernis terræ*] commorantes, vt legitur de Helia, & filiis prophetarum, quos abscondit Abdias tempore Iezabel. Vnde & Dauid, Ecce, inquit, elongaui fugiens, & mansi in solitudine, Fugerunt enim hominum aspectus ac strepitus, vt deo vacarẽt liberius. [*Et hi omnes testimonio fidei*] id est actione procedente ex fide, vel passione propter fidem fusce pta, dante testimonium eis quòd verè fideles fuerunt, [*Probati*] id est diuinitus approbati, commendabilésque effecti. [*Non acceperunt repromissionem*] id est cæleste hæreditatem promissam ante Christi
C passionem, [*Deo aliquid melius pro nobis,*] id est pro nostra vtilitate [*Prouidente*] videlicet, [*Vt non sine no-*
bis consummarentur,] id est ne ante ministros noui testamenti æterna beatitudine perfruerentur. Detinebantur enim in lymbo vsque ad Christi passionem, antequam decollatus est Ioannes Bap. noui testamenti minister & præco. Sicque propter maius gaudium procurandum simul beatificati sunt sancti antiqui, & aliqui qui erant tempore Christi. Vel sic, non acceperunt repromissionem, id est corporis stolam seu glorificationem, deo pro nobis aliquid melius prouidente, vt non sine nobis consummarentur, .i. ne ante diem iudicij hanc gloriam consequerentur: sed tunc omnes simul suscitemur & conglorificemur, atque de beatitudine tanta mutuò congratulemur.

Cap. XII. [*Ideoque et nos tantam habentes impositam nubem testium, etc.*]

Articulus XII.

Acta in præcedenti cap. exhortatione ad fidei stabilitatem: nunc introducitur admonitio ad pacem ac patientiam. [*Ideoque*] videlicet propter rationes in superiori cap. tactas [*Et nos tantam*] id est tam copiosam seu numerosam, [*Habentes*
impositam] id est exemplariter propositam nobis, [*Nubem testium*] id est multitudinem sanctorum. Qui ad similitudinem nubium alti sunt contẽplatione, splendidi cordis puritate, spiritualiter pluentes, influendo stillicida sapientiæ & refrigeria concupiscentiæ: de quibus propheta, Qui sunt isti qui vt nubes volant? Hi quoque sunt testes dei, quoniam verbo & facto ostendunt vera esse diuina elo-
D quia, dum ipsum deum in cunctis glorificãt [*Deponentes omne pondus*] id est inclinationẽ aduitia pertrahentem, quemadmodum grauitas trahit deorsum. Quod enim in corporalibus facit põdus, hoc in spiritualibus efficit amor. Trahit etiam quémque sua voluptas. [*Et circumstans*] .i. ex omni parte imminens & impugnans, [*Nos peccatum*] quia in prosperis impugnat vana gloria, in aduersis inordinata tristitia, [*Per patientiam*] id est omnia obstacula atque aduersa fortiter transiliendo & sustinendo, nec propterea à bonis cessando, [*Curramus*] animo prompto, & corde spontaneo, & si opus est, etiam motu corporeo, [*Ad propositum nobis certamen*] id est ad prælium nobis iniunctum contra diabolum, carnem ac mundũ, vel ad martyrium seu iustitiæ defensionẽ. Vnde in Ecclesiastico legitur, Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa, pro iustitia, & deus expugnabit pro te. [*Aspicientes*] id est oculũ mentis proiicientes, [*In authorem fidei, et consummatorem Iesum*] id est in dominum saluatorem. Qui dicitur author fidei, quia vt deus eam infundit, atque vt homo, eam potissimum prædicauit ac docuit. Dicitur quoque fidei consummator, quoniam eam miraculis confirmauit, & fideles à fide transfert ad speciem faciens fidei succedere beatificam visionem, quæ est consummatio siue perfectio fidei, [*Qui! proposito*
sibi gaudio] .i. gloria regni sibi oblata, quando Iudæi voluerunt eum constituere regem, & in die palmarum honorificè eum persequebantur. Vel proposito sibi gaudio .i. præmio accidentali, ad quod patiendo peruenit. Vel, proposito sibi gaudio, quia in superiori parte animæ plenus semper erat gaudio sem-
per beatæ fruitionis, [*Sustinuit crucem*] id est crucifixionem sponte ex ardentissima charitate. Oblatus

Hebræ. 11.
Esaiæ 60.
Eccles. 4.
Ioan. 6.
Matth. 20.

Universidad de Sevilla Biblioteca

Esa.53. Sapie.6.2. est enim quia voluit,[*confusione contempta*]hoc est tam ignominiosam passionem non reputans fugiẽ- E
dam,sed suam confusionem pro nihilo reputans,seu æquanimiter sustinens,dummodo nos per eam ad
cælestis paradisi honorem reduceret, [*Atque in dextera sedis dei sedet*] id est ad æqualitatem dei patris in
throno gloriæ residentis requiescit.[*Recogitate eum*] id est repetitis vicibus, seu frequenter memores
estote eius,videlicet Christi,[*Qui talem sustinuit a peccatoribus*]peruersis Iudæis,[*Aduersus semetipsum con-*
Epist. *tradictionem*]id est blasphemiam,negationem, & impiissimam impugnationem in verbis & factis. Dixe
runt namque euangelistis testantibus,Non est hic homo à deo.Et,Nos scimus quia hic homo peccator
Ioan.9. est.Et,Nunc scimus,quia dæmonium habes.In passione quoque dixerunt, Hunc inuenimus subuer-
Ioan.8. tentem gentem nostram,[*Vt non fatigemini*]propter tribulationes & labores vitæ præsentis, [*Animis*].i.
Luc.21. cordibus seu spiritus vestris deficientes.i.à bono cessantes,& aduersitatibus seu tentationibus succum-
bentes.Christus enim omnibus nobis in exemplum proponitur,semperq; à nobis aspiciendus est,qua-
tenus eius vestigia imitemur. Idcirco exemplo Christi cuncta aduersa læto animo sustinere debemus,
quoniam non est seruus maior domino suo.Meritò denique non debetis desicere, [*Nondum enim vsque*
Ioan.13. *ad sanguinem*]id est sanguinis effusionem seu martyrium,[*Restitistis*]aduersariis veritatis,[*Aduersus pec-*
catum repugnantes]id est infidelitati & cæteris vitiis reluctantes.

¶ Deinceps increpat Apostolus eos quòd non attẽderunt sacram scripturam ad patientiam inuictissi-
mam dulciter excitantem,[*Et obliti estis consolationis*].i.scripturæ consolatoriæ, [*Quæ vobis tanquam fi-* F
lijs]dei adoptiuis[*Loquitur, dicens*]in persona sapientis.[*Fili mi, noli negligere*]id est desperare,non aduer
tere seu refutare,[*Disciplinam domini*]id est pœnam vel tribulationem à deo inflictam,[*Neque fatigeris*]
Prouer.3. per impatientiam aut pusillanimitatem, [*Dum ab eo argueris*] per iustam increpationem verborum seu
verberum,mediatè vel immediatè.Ideo legitur apud Iob,Beatus homo qui corripitur à domino. In-
crepationem ergo domini ne reprobes.Et Hieremias precatur,Corripe me domine,veruntamen in iu-
Iob 5. dicio,& non furore.[*Quem enim diligit*]id est cui bonum gratiæ in præsenti & bonum gloriæ in futuro
Hiere.10. vult,[*Dominus castigat*].i. paternè corrigit in præsenti,ne postea durius crucietur[*Flagellat autem omnem*
filium quem recipit]numerum beatorum,& quem habet acceptum.Nam& proprio,naturalíque filio nõ
Roma.8. pepercit.Hoc est quod in Apocal.protestatur,Ego quos amo,arguo & castigo.Imò periculosissimum
est,&maximum diuini odij,reprobationísque signum,non castigari nec argui à deo in seculo isto:pro-
Apoc.3. ut per Ezechielem dominus ait populo reprobo, Zelus meus recessit à te,non irascar tibi amplius. Itẽ-
Ezec.16. que in Psal.Dimisit eos secundum desideria cordis eorũ,ibunt in adinuentionibus suis. Ex præinducta
Psalm. 80. insuper authoritate infert apostolus institutionem moralem, [*In disciplina*] .i. correctione iuste illata,
[*Perseuerate*]vsque in finem eam æquanimiter sustinendo,dicentes singuli illud Iob.Peccaui & verè de
liqui,& vt eram dignus,non recepi.Hinc enim scriptum est,Egestas & ignominia ei qui deserit disci-
Iob.33. plinam:qui autem acquiescit arguenti,glorificabitur.Alio quoque loco Salo.loquitur, Qui abiicit di- G
Prouer. 13. sciplinam,despicit animam suam:qui autem acquiescit increpationibus,possessor est cordis.
Prouer. 15. ¶Cur autem in disciplina perseuerandum sit,subditur.[*Tanquam filijs offert se vobis deus*].i.tam clemẽ-
ter & prouidentialiter se habet ad vos,sicut decet patrem se habere ad filios,ideo corripit.[*Quis enim fi-*
lius,quem non corripit pater?]si peccauerit,tanquam dicat:nullus.Scriptum est enim, Qui parcit virgæ,
odit filium suum.Qui autem diligit illum,instanter erudit.Et alibi, Qui diligit filium suum, assiduat
Prouer. 13. illi flagella,vt lætetur in nouissimo.[*Quod si extra disciplinam estis*]ita quòd virga dei non est super vos,
Eccle.30. sicut de impijs legitur,[*cuius*]disciplinæ[*Participes facti sunt omnes*]filij & electi,eam experiendo,[*Ergo*
Iob.30. *adulteri*]id est non spiritualiter à deo geniti, sed filij adulterini, filij vtique huius seculi atque diaboli
[*Estis*]prout apud Ioannem scribitur de quibusdam,Vos ex patre diabolo estis.
Ioan.8. ¶ Deinde probat apostolus per locum à maiori,& per exemplum in naturalibus,quòd obediendum sit
deo,recipiendo disciplinam patienter ab eo[*Deinde*]id est,ex sequentibus idem patescit,[*Patres quidem*
carnis nostræ]id est patres nostros carnales,à quibus corpus,non animam sortiti sumus,[*Habuimus erudi-*
tores]præsertim tempore nostræ iuuentutis.Pater enim debet filio nutrimentum ac documentum, [*Et*
reuerebamur eos]id est honorem cum timore eis impendebamus. [*Non multo magis obtemperabimus*] id
obediemus,[*Patri spirituum*]id est deo creatori animarum,[*Et viuemus?*]vita gratiæ? q. d. Hoc multo ra
tionabilius est,sicut & anima corpore est nobilior, Quantò enim plura ac potiora à deo bona suscepi- H
Finis. mus,tantò amplius ei parere tenemur. [*Et illi quidem*] patres nostri carnales, [*in tempore paucorum die-*
rum]videlicet durante adolescẽtia nostra,[*secundum voluntatem suam erudiebant nos*]id est in his quæ eis
bona apparuerunt,videlicet in honestate humana,& traditionibus secularibus. [*Hic autem*]pater spiri-
tuum erudit nos per inspirationem internam & sacræ scripturæ lectionem seu prædicationem, [*Ad id*
quod vtile est].i.ad bona gratiæ,& beatitudinem gloriæ,vt ea assequamur, [*in recipiendo sanctificationem*
eius].i.cordis expurgationem à vitiis,& puritatem diuinæ illustrationis.Hæc est enim voluntas dei,san
. Thessa.4 ctificatio nostra. Præterea admonet in disciplina persistendum propter copiosissimum fructum ex ea
sequentem.[*Omnis autem disciplina*] .i. correptio pro peccatis inflicta,[*in præsenti quidem*]seculo. Vel in
præsenti.i.ea durante,[*Videtur non esse gaudij,sed mœroris*].i.non delectabilis,sed molesta. Talis enim vi
detur carnalis, quamuis spirituales eam delectabiliter patiantur propter vtilitatẽ ipsius, quemadmodũ
Esa.24. æger libenter recipit potionẽ amaram propter spem sanitatis.Verè tamen disciplina ista est in se mole-
sta,cum sit quędam pœna.Disciplina verò(quę à discendo nomen accepit,quę & scientia dicitur)in sua
natura iucũda & dulcis est,[*Postea autem*].i.in vita futura(*Fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet*
iustitiæ].i.in patria reddet.i.dari faciet,per modũ causæ meritorię,fructum pacatissimũ iustitiæ.i.quie-
tissimam mercedem,seu beatitudinem desideriũ quietantem.Qui fructus ex iustitia oritur,& iustè cõ
fertur,exercitatis.i.in actibus virtuosis habituatis,per eã disciplinam. Ideo dictum est alio loco, Non

A sunt condignæ passiones huius temporis ad futurã gloriã quæ reuelabitur in nobis. Et rursus,Id quod
in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum æternũ gloriæ pondus ope- Roma.8.
ratur in nobis.[*Propter quod remissas manus*].i.pigras & tepidas affectiones,[*Et soluta genua*].i.fortitudinẽ 2.Cor.4.
qua ante steristis,nunc debilitatam,[*Erigite*] ad deum .i. perficite vt charitatis affectus in vobis flamme-
scant,& ad cælos vos subleuent. Fortitudo quoque animæ corroboretur in vobis,Corporis etiam ma-
nus ac genua debemus ad deum leuare stando erecti ad deum in oratione ac contemplatione : iuxta il-
lud,Leuemus corda nostra cum manibus ad deum in cælos,[*Et gressus rectos*].i.opera iusta,[*Facite pedi-*
bus vestris].i.ex interioribus virtutibus animæ.quibus itur ad deum,videlicet ex fide,spe & charitate,si- Tren.3.
ne quibus nulla actio meritoria est,[*Vt non claudicans*].i. instabilis,vagus & in via domini nutãs,[*Quis*]
vestrũm[*Erret*]ab vltimo fine,[*Magis autem sanetur*]à vulneribus animæ.i.peccatis.[*Pacem*], i.tranquil-
litatem,siue concordiam[*sequimini*].i.seruare curate[*cum omnibus*] proximis amicis & æmulis. Quod
intelligendum est de vera spirituali pace,propter quod & Romanis dictum est, Si fieri potest,cum Rom.12.
omnibus hominibus pacem habentes,[*Et sanctimoniam*].i.cordis munditiam,iuxta illud,Omnia custo- Prouer. 4.
dia custodi cor tuum,[*Sine qua*]pace & sanctimonia[*Nemo videbit deum*] in patria. Beati enim pacifici, Matt.5.
quoniam filij dei vocabuntur.Beati quoque mundo corde,quoniam ipsi deum videbunt,[*Contemplan-* Ibidem.
tes].i.solicitè præcauentes [*Nequis desit gratiæ dei*].i.ne aliquis vestrũm elongetur,ac separetur à gratia
B dei,quæ omnibus præsto est,dummodo fecerint quod in se est.Vel,ne quis desit gratiæ dei.i .ne gratia
dei in vobis imperfecta sit propter negligentiam vestram.Sed potius in ea proficite,[*Ne qua radix amari-*
tudinis].i.ne aliqua passio vitiosa,prænalis,seu pœnam promerens,[*Sursum germinans*] . i .in consensum
vel opus prorumpens,[*Impediat*]gratiam & salutem, [*Et per illam*]amaritudinem[*Inquinentur*].i. scanda Osee.12.
lizentur seu perturbentur,[*Multi*]ex impatientia.Vnde in lege præcepitur, Non sit inter vos radix ger-
minans fel & amaritudinem.Et quidã sapiens,Non est sensus,vbi abundat amaritudo.[*Ne quis*]sit[*For-* Deut.29.
nicator]spiritualis,recedẽdo à fide.Est enĩ spiritualis fornicatio,quia deꝰ relinquitur.De qua propheta, Eccle.21.
Fornicati sunt à deo. Et in Psalmo,Fornicati sunt in adinuẽtionibus suis.Vel,ne quis sit fornicator cor Osee.4.
poralis,illicitum concubitum committendo,[*Aut prophanus*].i.penitus irreligiosus, tanquam procul à Psalm.105.
phano.i.remotus à templo,seruiens suo ventri magis quà deo,vt gulosi,[*Vt Esau,qui propter vnã escam*] Roma.16.
puta lenticulam à Iacob paratam,[*Vendidit*]ipsi Iacob[*Primitiua sua*].i.primogenita.i.dignitatẽ primo- Gene.25.
genitorum,hoc est honorem sacerdotij,prout in Genesi narratur.Primogeniti autem in lege naturæ e-
rant sacerdotes,& speciales vestes habebant,quibus tempore sacerdotij vtebantur habebantque dupli-
cem portionem in hæreditate.Ius autem primogenituræ,& dignitas sacerdotij,spirituale sunt bonum.
Ideo Esau in vendendo,incidit in symoniam:non tamen Iacob, quoniam propriè non emit ea, sed sui
vexationem redemit,quoniam ex ordinatione diuina ei debebantur primogenita. Itaque non aliquis ve
C strũm fornicator aut prophanus, vt Esau.[*Scitote enim quoniam est postea*]reuersus de agro,& Iacob iam
benedicto,[*Cupiens*]Esau.*Hæreditare*].i. hæreditariè possidere vel sumere[*Benedictionem*]Isaac, [*Re-* Gene.27.
probatus est]à deo,& ab impetratione benedictionis prohibitus.Veruntamẽ in Genesi legitur Isaac be-
nedixisse Esau filio suo,sed non benedictione progenituræ, quam Esau primò & principaliter postu-
lauit,[*Non enim inuenit pœnitentiæ locum*] ad recuperandam amissam benedictionem,[*Quanquam cum la-*
chrymis inquisisset eam].i.pœnitentiæ veniam seu benedictionem. Non enim ex amore iustitiæ, vel vera
contritione profluxerunt lachrimæ illę, sed ex temporalis damni mœrore, vel indignatione siue ran- 2.Mac.9.
core.Simili modo de Antiocho scribitur,Orabat scelestus dominum,à quo nõ esset misericordiã con Eccle.29.
sequuturus .Neminẽ tamẽ deus repellit.si recta intentione conuertatur ad eum. Quis enim inuocauit
deum,& despexit eum?¶ Deinde assignat Apostolus rationem,cur nullus deesse debet gratiæ dei,eò q; Exod. 20.
noua lex sit lex pietatis,amoris & gratię.Vetus aũt lex,erat lex timoris,rigoris& mortis,[*Nõ enim accessi-*
stis ad tractabilem]id est palpabilem[*Et accessibilem*] motu corporeo, [*Ignem*] qualis fuit ignis ardens in
monte Sinai tempore dationis legis antiquæ.Nec accessistis,[*Et*]ad[*Turbinem*].i.ventum vehementem,
qui fit cum grandine & pluuia,[*Et caliginem*]id est ignis tenebrositatem, &[*Procellam*] id est ingentem Exod. 19.
tempestatem,[*Et tubæ sonitum*]qualis audiebatur in monte Sinai, [*Et vocem verborum*] id est vocem an-
geli loquentis cum Mose.De his nanque legitur,Cœperunt audiri tonitrua,& micare fulgura,& nubes Actu.15.
densissima operuit montem:clangor quoque buccinæ vehementius perstrepebat, totúsq; mõs Sinai fu
D migabat.In his quippe terribilibus data est lex, ad significandum eius rigorem, [*Quam*] procellam & Exod.20.
vocẽ[*Qui audierunt*] videlicet filij Israël perterriti,[*Excusauerunt se*]suam infirmitatem allegando[*Ne eis*
fieret verbum]immediatè ab angelo,loquente in persona dei,sed à Mose,dicẽtes, Loquere tu nobis & au
diemus.Non loquatur nobis dominus,ne forte moriamur. Quid enim est omnis caro, vt audiat vocem
dei loquentis de medio ignis?Ideo subditur . [*Non enim portabant*] .i. sustinere & audire non poterant
[*Quod dicebatur*].i.verbum angeli cum Moyse terribiliter loquentis.[*Et si bestia tetigerit montem, lapida-*
bitur].i.hoc quoque dictum fuit à deo per angelum,& per Moysen ad populum, quòd si bestia tetige-
rit montem Sinai,transeundo vltra terminum præfixum,lapidibus obrueretur. Hoc dictum fuit etiam
de hominibus.[*Et ita terribile erat quod videbatur*]in monte Sina. [*Moyses dixit,Exterritus sum*]corde[*Et* Exod. 19.
tremebundus] in corpore.Multo magis alij formidabant .Hoc Moyses non legitur dixisse,in datione le-
gis,sed in visione rubi ardentis ostendit se territum,abscondendo faciem suam, quoniam non audebat
respicere cõtra dñm.¶Per ista ostendit Apostolus q; non sumus sub lege timoris,sed amoris & gratię: Exod.3.
ideo gratia nobis parata est.Vnde subiungitur,[*Sed accessistis*]per baptismatis susceptionẽ,[*Ad Sion mon-*
tem]id est ecclesiam militantem,deum in alio contemplantem.Sion enim interpretatur speculatio.Ec-
clesia verò mons dicitur propter vitæ & gratiæ eminentiam. Accessistis quoque per spem,[*Et*]ad[*Ci-*
uitatem dei viuentis, Hierusalem cælestem]id est ecclesiam triumphantem,[*Et multorum milium angelorum*

Universidad de Deusto
Biblioteca

frequentiam]id est frequentem multitudinem. Nunc enim sperat's pertingere ad societatem angelo- E
Daniel.7. rum,qui pene innumerabiles sunt:iuxta illud,Milia miliũ ministrabãt ei,& decies milies centena milia
Iob.25. assistebant ei.Et Iob, Nunquid est numerus militum eius, & super quem non surgit lumen ipsius, [*Et ad ecclesiam primitiuorum*].i. congregationẽ & societatem Apostolorũ,& aliorũ qui primò crediderũt in Christum,[*Qui conscripti sunt in cælis*].i.in libro vitæ,quatenus ad cælestem gloriã perducãtur.Quẽ-admodum dixit eis saluator,Gaudete & exultate , quia nomina vestra scripta sunt in cælis . Accessistis quoque per fidem & charitatem,[*Et*]ad[*iudicem omnium deum*].i.ad deum patrem,cui ex propria autho ritate primariè cõpetit iudicare.Vnde ait saluator,Ego non iudico quenquã: est qui quærat & iudicet. Tamen prosecutio iudicij collata est Christo homini,[*Et spiritus iustorum perfectorum*].i.ad spiritũ sanctum,qui facit atque inhabitat iustos & perfectos,tanquam familiaris cum eis,[*Et testamenti noui mediatorem Iesum*].i.ad Christũ filium dei qui est medius dator euangelicę legis,inter deum trinitatẽ & homi nẽ medians,pacemque faciens,[*Et sanguinis aspersionem*]hoc est.ad participationẽ efficaciæ,seu fructus
Luce.13. ac meriti sanguinis Christi,per quem mundamur à pœna & culpa in baptismo,in quo aspergimur me-rito sanguinis Christi.i.infusione gratię.Aspersionem,inquam[*Melius loquentem quam*] loquitur effusio
Abel sanguinis [*Abel*]Sanguis enim Christi clamat & efficit pacem ac veniam . Sanguis verò Abel vindictam & damnationem.[*Videte ne recusetis loquentem*].i.ne Christum in euangelio vos exhortantẽ audire sper natis.[*Si enim*].i.quia[*illi*]rebelles Iudæi[*Non effugerunt*]debitam pœnam[*Recusantes*].i.audire contem F
Exod.20. nentes.[*Eum qui super terram loquebatur*]eis.i.Moysen vel angelum loquentẽ in mõte Sinai,[*Multo magis nos qui de cælis loquentem nobis*].i.Christum in cælo iam residentem,& nobis in Euang.loquentẽ,[*Auertimus*].i. per inobedientiam à cordibus nostris repellimus,[*Non euademus*]pœnas condignas[*Cuius*]chri
Ioann.14. sti[*vox*].i.potestas & sermo[*Mouit terram*]id est montem Sinai,qui tremere videbatur [*Tunc*]cum lex dabatur.Vox enim angeli mouentis tunc terram,dicitur vox Christi,quoniam in persona dei,& percõ sequens in persona Christi loquebatur,cum ipse sit verus deus.Vnde & ipse ait,Creditis in deum,& in me credite,[*Nunc autem*].i.pro tempore noui testamenti,Christus [*Repromittit, dicens, Adhuc semel*]præ-
Aggæi.2. ter id scilicet quod ante feci in monte Sinai,hoc est,in primo meo aduentu,[*Et ego mouebo non solum ter*
Matth.27. *ram*]quæ mota est tẽpore passionis,[*Sed et cælum*] aëreũ. Quod in solito more motũ est,angelis tẽpore
Luce.2. natiuitatis christi apparentibus,& nouo sydere radiãte de cælo,christo quoque cũ sanctis innumerabi
Actu.1 libus ascendente in cælum . Quemadmodum autem per motum terræ intelligi potest motio & admira tio hominũ,sic per motũ cæli intelligi potest ascensus atque descensus, & admiratio angelorum,qui in
Esaiæ.59 primo christi aduentu frequenter apparuerunt,& vehementer mirati sunt de mysteriis christi,dicẽtes
Psalm.23. in ascensione.Quis est iste qui venit de Edom? Et,Quis est iste rex gloriæ? ¶ Deinde exponit quedam
Aggæi.2. verba authoritatis inductæ.[*Quod autem adhuc semel dicit*].i. per hoc quòd Propheta hęc duo cõnectit, G
adhuc, & semel[*Declarat mobilium*].i.variabilium rerum.s.elementorum & orbiũ,[*Translationem*]hoc est,corruptionẽ,quantùm ad statũ,& formas quasdam accidẽtales seu transmutationẽ in meliorẽ statũ.
Psal.10. [*Tanquam factorum*],i.à deo creatorum.Idcirco cum sunt à deo creata,possunt ab eo transferri in alium statum.Quod erit in die iudicij,[*Vt maneant ea quæ sunt immobilia*].i.hęc eadẽ in melius transmutata,in æternum perseuerẽt,Quia post diem iudicij cessabit generatio & corruptio in rebus corporeis.Vel sic, Quod autẽ adhuc semel,dicit.i.per quod de tẽpore gratiæ loquitur declarat mobilũ translationẽ.i. cæ rimonialiũ veteris legis cessationẽ tanquam factorũ.i.quasi ad tempus institutorũ à deo , nõ vt semper durarent,vt maneant ea quæ sunt immobilia.i.status,ritus ,& sacramenta nouæ legis vsque ad finem sę
Epist. culi perseuerent.[*itaque regnum immobile*]id est cælestę [*Suscipientes*]modo in spe,susceputi illud in re [*Habemus gratiam*]gratum facientem, [*Per quam seruiamus*]obseruando præcepta , [*Placentes deo*] id est opera meritoria perpetrantes . Seruiamus , inquam , [*Cum metu*]inquantùm est dominus, [*Et reue-*
Malach.1. *rentia*]id est veneratione amorosa, inquantùm est pater noster . Vnde conqueritur apud Malachiam, Filius honorat patrem,& seruus timet dominum suum.Si ergo pater ego sum,vbi est honor meus ? Et si dominus ego sum,vbi est timor meus?Sic ergo seruire debemus.cuius ratio subinfertur,[*Et enim deus*
Deu.4. *vester ignis consumens est*]similis igni deuoranti,Deus enim peccatores cõsumit & cruciat. Electos verò calore amoris incendit,atque à fecibus criminum purgat . Hoc est, quod in Deuteronomio inducitur,
Esaiæ10. Caue ne obliuiscaris pacti domini dei tui,quoniam dominus deus tuus ignis consumens est deus emula H
tor.Ex quo innotescit,quod ad literam loquitur de consumptione impiorum per pœnas. Quemadmo-dum in propheta Esaia scribitur,Ardens furor eius,& grauis ad portandum.

Cap. XIII. [*Charitas fraternitatis maneat in vobis.*] Articulus XIII.

X hoc loco vsque ad finem epistolæ ponit Apostolus moralia documenta,[*charitas fraterni-tatis*]id est fraterna seu proximorum dilectio [*Maneat in vobis.*] Qui enim diligit proxi-
Roma.13. E mum,legem impleuit.Vnde & Petrus iubet, Ante omnia mutuam charitatem in vobis cõ
1.Petri.4. tinuò habentes,quoniam charitas operit multitudinem peccatorum [*Et hospitalitatem no-lite obliuisci*]sed eam pro viribus exercete . Sicut & Petrus hortatur , Hospitales inuicem
Ibidem.. sine murmuratione,ne Christus in die iudicij vobis improperet, Hospes fui,& non collegistis me. [*Per hanc enim*] hospitalitatem,quæ est actus charitatis & misericordiæ , [*Placuerunt*]deo [*Quidam*]vi-
Matth.25. delicet Abraham & Loth,[*Angelis hospitio receptis*,]vt fertur in Genesi, Angeli namque in specie homi
Gene.19. num eis apparuerunt,vnde & primò putabãt eos homines esse.Quod patet, quoniam corporalem refe-
Gene.23. ctionem parauerant eis. Ex quibusdam tamen iudiciis videbantur eis esse homines sanctι,in quibus deus honoraretur . Propter quod adorauerunt eos. Postmodum verò cognouerunt,quòd angeli essent.

A [*Mementote vinctorum*] id est captis succurrite , necessaria ministrando, auxilium impendendo [*Tan-quam simul vincti*]id est in carcere corporis huius detenti. Vel tanquam simul vincti,id est sic ac si esse-tis vincti cum eis,& sicut vobis fieri velletis,si vincti essetis.Mementote quoque [*Et laborantium*]id est pauperum & infirmorum,infirmitatibus & laboribus fatigatorum,vt eos repausetis[*Tanquam et ipsi in corpore morantes*]id est corporales necessitates quotidie sentientes.Per quod experti estis quid illis ne-cessarium sit.[*Honorabile connubium*]id est honestum matrimonium sit [*In omnibus*] vobis coniugatis, vt tria bona matrimonij inueniantur in vobis,videlicet fides & sacramentum,[*Et thorus immaculatus*]id est non nisi legitimè copulati condormiant, [*fornicatores enim*] simplici fornicatione[*et adulteros,*]nisi Sap.3.
pœniteant,[*Iudicabit deus*]iudicio reprobationis æternæ.Ex quibus constat, quòd actus matrimonialis posit esse sine peccato.Et quòd fornicatio simplex sit peccatum mortale.[*Sint mores*]id est actus & vi tа vestra[*Sine auaritia*]Auaro enim nihil est scelestius.Et radix omnium malorum est cupiditas,[*con-tenti præsentibus*] id est bonis iam habitis, vt non studeatis æmulare superflua: sed habentes victum , & Eccle. 10.
quibus tegamur,contenti simus.[*ipse enim*]dominus [*Dixit*]in lib.Iosue, Quod ad literam dicitur ipsi 1.Tim.6.
Iosue,moraliter autem vnicuique in deo speranti.[*Non te deseram*]quin tibi necessaria tribuam, [*Neque* Ibidem.
*derelinquam in aduersis.*Hoc & Christus in Euangelio ait, Scit pater vester,quia his omnibus indigetis. Iosue 1.
Quærite ergo primùm regnum dei,& hæc omnia adiicientur vobis[*ita vt confidenter dicamus*]singuli
B illud Psal.[*Dominus mihi adiutor est,non timebo quid faciat mihi homo*] quamuis rapiat mea. Si enim deus Matth.6.
pro nobis,quis contra nos?Nam etsi permittat nos tribulari,expoliari,siue occidi,hoc facit propter ma Psalm.117.
ius commodum nostrum & gloriam ampliorem . Idcirco debemus nos eius dispositioni confidenter Rom.8.
committere.[*Mementote præpositorum vestrorum*]apostolorum & discipulorum, seu successorum eorũ, [*Qui vobis locuti sunt verbum dei quorum intuentes*]id est considerantes [*Exitum conuersationis*]id est finẽ & passionem quæ vitam hanc terminauerunt. Vel exitum conuersationis,id est conuersationem ad a-lios,[*imitamini fidem*]vt sitis parati mori pro fide,tanquam fideliter agatis vt ipsi.Sic autem in Christo sperandum est.Nam[*Iesus Christus heri et hodie,ipse et in secula*] id est Christus qui fuit adiutor præce-dentium sanctorum,est adiutor & posterorum, omniúmque qui vsque ad finem mundi in ipso spera-bunt.Vel per has differentias temporis designatur æternitas Christi secundum diuinitatem.Quemad-modum & alibi dicitur,Gratia vobis ab eo qui est,& qui erat, & qui venturus est.¶ Deinde docet vi- Finis.
tare magistros fallaces,in cathedra pestilentiæ sedentes [*Doctrinis variis*] id est à sacra scriptura diuersis
ac dissonis[*Et peregrinis*]id est extraneis,[*Nolite abduci*] à fide catholica. Ne quis vos decipiat per inanẽ
philosophiam, aut falsam scripturarũ interpretationẽ,vel simili modo. [*Optimum est enim gratia*].i.per Apoc.1.
gratiam gratificantem[*Stabilri cor*]id est animam confirmari in deo.Quoniam gratia ista est omnium Psalm.1.
C operum meritoriorum principiũ,sicut natura principiũ est operationum naturalium.Idcirco per gra- Coloss.2.
tiam vitantur errores ac hæreses . Et tantò perfectius bona aguntur ac mala vitantur, quantò amplius
cor in gratia stabilitur.Optimum ergo est gratia stabiliri cor,[*Non escis*].i.non superfluitate ciborum,
vel non discretione escarum secundum legẽ , quoniam escæ secundum legem licitæ non magis confe-runt gratiã quàm illicitę.Ideo subditur,[*Quæ*]escæ[*Non profuerunt*]spiritualiter[*ambulantibus in eis*].i.
gulosis vel obseruatoribus legis,quantũ ad esum quarundam escarum,& aliarum euitationem Talia e-nim cærimonialia tempore noui testamenti mortifera sunt, nec propria virtute gratiam conferebant,
etiam tempore veteris legis.[*Habemus enim altare de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deser-uiunt*]Altare istud intelligi potest corpus Christi, vel crux in qua Christus oblatus est,vel materiale al Rom.14.
tare ecclesiæ.De corpore autẽ Christi,vel de altari & cruce.i.de sacrificio oblato in altari materiali, in
quo Christus quotidie immolatur. Vel in cruce in qua oblatus est semel,nõ habent potestatẽ.i.licen-tiã manducandi,qui tabernaculo deseruiunt.i. cultui veteris testamenti seu obseruationibus legalibus, Apoc.8.
quæ fiebant in tabernaculo,dediti sunt,volentes obseruare legalia simul cũ euangelio. Tales enim cen- Rom.3.
seruntur hæretici,ideo sacramentũ Christi manducare nõ possunt.Vnde constat,q; escæ legales nõ pro-sunt,sed optimum sit gratia stabiliri cor,quod fit in participatione corporis Christi.
¶ Quod deinde probat Apostolus per allegoriam veteris testamenti, seu figurã huius rei significatiuã.
[*Quorum enim animalium*]scilicet hirci & vituli,qui in die expiationis offerebãtur solẽniter intra castra,
D [*Infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem*] Horum quippe animalium sanguinẽ intulit sum- Leuit.16.
mus sacerdos in sancta sanctorum , [*Horum*] quoque animalium [*Corpora*] id est carnes oblatæ [*Cre-mantur extra castra*]Non enim licuit alicui his carnibus vesci. Quoniam pro peccato pontificis erant a-nimalia ista oblata,propter quod carnes eorum comburebantur omnino extra castra.
¶ Porrò hircus & vitulus præfiguraverunt Christum pro nostris peccatis oblatum, & similitudine car nis peccati indutum . Quod verò pontifex tulit sanguinem illorum animalium intra sancta sancto-rum, signauit, quòd per sanguinem Christi patefactus est aditus regni cælorum . Combustio autem Marc.15.
corporum præfigurauit, quòdChristus extra portam pateretur. Sed quòd sacerdotes vesci non po-terant carnibus illis,significauit quòd Iudæi legalibus inhærentes,& tabernaculo deseruientes non ha bent potestatem edendi de altari nostro,videlicet participando corpus & sanguinem Christi, propter
quod declarandum introduxit Apostolus hanc figuram legalem.[*Propter quod*] id est quia corpora a-nimalium illorum eremebantur extra castra, ideirco vt figuratum corresponderet figuræ, [*Et Iesus vt*
sanctificaret] id est à peccato purgaret, gratiámque conferret , [*Per suum sanguinem*] id est precio san- Ioan.17.
guinis suí[*Populum*]id est genus humanum,[*Extra portam*] Hierusalem[*Passus est*]scilicet in loco Cal- Marc.15.
uariæ.Nunc tamen locus ille intra Hierusalem reædificatam includitur.[*Exeamus ergo*] gressibus men Luc.25.
tis , videlicet credendo ac diligendo , [*Ad eum extra castra*] id est extra propria corpora , ea spirituali- Ioan.19.
ter mortificando. Qui enim sunt Christi carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Galat.5.

Rom.8. Et, Qui in carne sunt, deo placere non possunt, [*Improperium eius portantes*].i. passioni eius nos confor E
Luc.9. mantes, & crucē nostram quotidie post ipsum baiulantes, patiendo libenter pro Christi amore, omnia
dura atq; aduersa. [*Non enim habemus hic*].i. in seculo, vel corpore isto mortali. [*Manentem ciuitatem*] id
2. Petri 1. est stabilem mansionem. Velox nanque est depositio tabernaculi nostri, & nec diem scimus nec horā.
Matth.25. Quemadmodum scriptum est, Nescio quandiu subsistam, & si post modicum tollat me factor meus.
Iob 32. Et rursus alibi, Dies nostri quasi vmbra super terram, & nulla est mora. [*Sed futuram*] id est cælestem
1.Par.29. ciuitatem, ac patriam beatorum. [*Inquirimus*] De quo in Apocalypsi legitur, Ciuitas nō eget sole neque
Apoc.21. luna. Nam charitas dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus. [*Per ipsum ergo*].i. quatenus ad hanc
ciuitatem futuram perducamur, per ipsum Christum mediatorem, aduocatum atque pōtificem nostrū
Psal.40. [*Offeramus hostiam laudis*] id est orationem deuotam, obedientiam prōptam, & diuini nominis lauda-
Eccles.35. tionem. [*semper*] id est omni hora cōuenienti ac debita [*Deo*] trinitati, qui ait in psalmo, Sacrificium lau
dis honorificabit me. De tali sacrificio scriptum est & alibi, Salutare sacrificium est attendere manda-
Esaiæ 50. tis, & discedere ab omni iniquitate. Quid autē dicat hostiam laudis, declarat, [*Id est fructum*] hoc est ser
Osee 14. monem nostrorum [*Labiorum confitentium nomini eius*].i. laudantium deum. Quemadmodum in Pro-
Psalm.108. pheta legitur, Tollite vobiscum verba, & dicite ei, Reddemus vitulos labiorum nostrorum. Et in Psal-
mo, Confitebor domino nimis in ore meo. [*Beneficentiæ autem*] hoc est liberalitatis & bonæ operatio-
nis in alios [*et communicationis*] id est charitatiuæ cōmunicationis bonorum vestrorū spiritualium, [*No* F
lite obliuiscī] sed opere exercete [*Talibus enim hostiis*] id est operibus ad dei honorem exhibitis [*promere-
tur*] id est pro præmio acquiritur, [*Deus*] cū sint opera meritoria vitæ æternę, [*Obedite præpositis*].i. præ-
latis ac superioribus [*Vestris*] Christi vicariis, eorum præcepta seruando. [*Et subiacete illis*] reuerentiam
Luc. 13. exhibendo. Ait enim saluator suis vicariis, Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. [*Ipsi
enim perui gilant*] id est de vestra salute soliciti sunt, [*Quasi rationem pro animabus vestris redditui*] Chri-
sto [*Vt cum gaudio hæc faciant*] id est lætanter pro vobis peruigilent aspicientes se non inaniter desuda-
re pro vobis, sed de vestro profectu gratulentur. Maxima quippe consolatio boni prælati, est digna cō
uersatio subditorum, prout Ioannes in tertia sua testatur Canonica, Maiorem horum gratiam non ha-
Ioan.3. beo, quàm vt audiam filios meos in veritate ambulare. [*Hoc enim expedit vobis*] id est in hac obedientia
Esa. 63. & subiectione salus vestra consistit. Melior nanque est obedientia quàm victimæ: & auscultare magis
1.Reg. 15. quàm offerre adipem arietum. Quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare: & quasi scelus ido-
lolatriæ, nolle acquiescere. Cum gaudio ergo hoc faciunt. [*Et non gementes*] id est non desolati propter
Esa.5. rebellionem & ingratitudinem vestram. [*Orate pro nobis*] Ecce Paulus cōfirmatus in gratia, petit ab in-
ferioribus orationis suffragium. Nemo ergo adeò magnus aut sanctus sit in propriis oculis, vt spernat
aut negligat petere orationis auxilium à proximis seu subiectis. ¶ Insuper manifestat Apostolus, se esse
1.Cor.4. capacem effectus orationis aliorū. *Confidimus enim*] in domino, [*Quia*] id est quòd [*Bonam conscientiam* G
habemus] id est de nullo peccato, præsertim mortali, nobis conscij sumus [*In omnibus*] locis, horis & cau
sis. [*Bene volentes conuersari*] id est laudabiliter viuere, & neminem decipiendo [*Amplius autem deprecor
vos hoc facere*] id est pro nobis orare, [*Quo celerius restituat vobis*] id est vt citò permittat redire ad vos, ad
1. Petri 5. vestram vtilitatē. [*Deus autem pacis*] amator ac dator. [*Qui eduxit de mortuis*] id est de morte suscitauit,
Ioan.10. [*Pastorem magnum ouium*] id est Christum summum, principémque pastorem hominum humiliū, in-
Ioan.21. nocentium & electorum. De quibus ait, Animam meam pono pro ouibus meis, Et ad Petrū, Pasce, in-
quit, oues meas. Qui facti sunt oues, [*In sanguine testamenti æterni*] id est per meritum effusionis sangui-
nis Christi. Quo sanguine cōfirmatum est nouum testamentū, quod appellatur æternum, quoniā aliud
ei nō succedit. & quia æterna bona promittit [*Dominus noster Iesus christus aptet*].i. per gratiā expeditos
[*Vos*] faciat [*in omni bono*] id est in cogitatione pura, locutione vera, operatione, & passione sancta & re-
Philip.8. cta, [*Faciens in vobis*] id est dans vobis gratiam agēdi id [*Quod placeat coram se*] id est suæ iustitiæ sit ac-
Esa. 26. ceptum. Ipse enim operatur in nobis, & velle & perficere. Et omnia opera nostra operatur in nobis, fa
ciátque hoc [*Per christum Iesum*] id est merito Christi, per quem omnia diuina nobis charismata confe
runtur. [*Cui est gloria in secula seculorum*] id est fine fine. [*Amen. Rogo autem vos fratres vt sufferatis*].i. vt
gratanter ac patienter audiatis [*Verbum solatii*] id est epistolam hanc solatiosam & consolatoriam [*Et-
nim perpaucis*] id est valde breui sermone [*scripsi vobis*] respectu sententiarum quæ in hac continentur H
epistola, [*Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum*] à carcere, in quo dudum vinctus iacebat, [*Cum
Roma.5. quo si celerius*] id est festinanter [*Venerit*] ad me [*Videbo vos*] visitando vos cum eo, si deus sic dederit [*Sa
Act. 16. lutate omnes præpositos*] id est prælatos [*Vestros, et omnes sanctos*] id est viros perfectos inter vos existen-
tes. Ex hoc elicitur, quòd præsentem epistolam scripsit communitati seu inferioribus, non rectoribus,
quia fortassis non indigebant. [*Salutant vos*] id est beatitudinem vobis dicunt & optant omnes [*Fratres*]
id est Christiani, [*De Italia*] cuius metropolis est Roma. Ex quo patet, ex Roma hanc scriptam esse epi
stolam. [*Gratia*] gratum faciens finalis & consummata, sit [*Cum omnibus vobis, Amen.*] Ipsa enim est donū
supernaturale, ad supernaturalem finem perducens, quam solus creator infundit. Qui est super omnia
deus sublimis & benedictus, Amen.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. DIONYSII

Carthusiani in vii. epistolas canonicas,

IACOBI I.
PETRI II.
IOANNIS III.
IVDAE I.

EIVSDEM

ACTA APOSTOLORVM.

IN APOCALYPSIM,

HYMNOS ECCLESIASTICOS.

Omnia accuratius diligentiúsque quàm antehac recognita fuere.



PARISIIS,

Apud Ioannem Foucherium, sub scuto Florentiæ, via ad diuum Iacobum.

M. D. LI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

REVERENDO IN CHRISTO PATRI ET DOMINO, DOMINO

Nicolao Vvestf, Episcopo Elienſi in Anglia, ac Carthuſienſis ordinis fautori præcipuo, F. Theodericus Loer a ſtratis, Carthuſiæ Colonien. & monachus & vicarius S. D.

OVm tanta hodie vndique penè terrarũ verſetur apud homines malitia, pręſul ornatiſsime idémq; reuerendiſsime, vt nullus proborũ virorũ in libris edendis conatus & zelus (quantũuis pius, quantũuis ſanctus) reperiatur, qui non ab aliquibus perſecutionẽ patiatur: inoleuit iã nõ pœnitẽda conſuetudo, vt nihil nouũ recensve literarũ in lucẽ edatur, maximè typis excuſum, quod nõ prius alicui viro heroico dedicetur, qui authorẽ à maleuolo malignorũ incurſu ſtrenuè vindicet, ac ora obſtruat loquentiũ iniqua. Hinc ego iampridẽ elucidationẽ illã præclarã Dionyſii noſtri in Euãgelia cũ dare cœpiſſem in me diũ, mox illi (quod hodie ſolet fieri) meditabar patronũ, Sereniſſimũ videlicet dñm. Angliæ regẽ. Neque enim illo magis congruũ, neque dare potuimus potẽtiorẽ. Quippe cũ in euãgelio quidẽ catholicè elucubrato nemo alius debuit patrocinari, q̃ germanè euãgelicus, cuiuſmodi rex Angliæ creditur: qui vel à ſummo põtifice, vel à cardineo patrũ cœtu dignus fuit merito ſuo vocari fidei defenſor. Scripſit nanque in Lutherũ pro ſacramentorũ aſſertione tam diſertẽ, tamq; efficaciter, vt neſcias vtrũ plus armis an literis rex ille vtrobiq; potentiſsimus valeat. Specioſior tamen eſt victoria multóq; glorioſior, ſi rex magis philoſophando q̃ pugnãdo ſuperauerit: nec tã eſt rarũ armis, q̃ literis atq; virtute regẽ præſtare. Itaq; cũ maieſtati eius regię longiori epiſtola librũ nuncupare ſtatuiſſem, atq; prę manibus abũdè adfuiſſent hęc aliáque præſtantiora laudũ argumenta, vnũ hoc nos impediuit, quòd chalcographus abſoluere nimiũ feſtinauit opus. Vnde præueniens nos id egit, ne, quod volebamus, cum rege longius fas eſſet loqui. Arbitror (tametſi tãto regi parũ loqui meã exiguitatẽ deceat) pro fauore tamen quẽ ſemper in pectore habeo, tum erga regẽ, tum erga Angliã illam nobiliſsimã, & liberior fortaſſe fuiſſem in epiſtola & prolixior. Verũ quicquid quod tũ dici potuit aut debuit, eſt negle ctũ, id regis nomine tua nunc reuerendiſsima paternitas accipiat. Gaudeo nanque occaſionẽ mihi datã per tuã humanitatẽ, qua vltro occurrentẽ ꝓuocaſti, vt ad tuã amplitudinem auſim ſcribere liberius, nec metuam quod grauatè id feras, qui etiã beneficiis me impellas. Scio equidẽ me indignũ, qui tã docto, tã ſeni, tã maturo, tã pio, tãq; reuerẽdo Antiſtiti iuuenis ego indoctus monacl úsq; ſcribã. Verũ ꝓfectò digniſsimus es tu, quẽ nemo taceat, quẽ certatim laudent oẽs: quippe quẽ modeſtia, integritas, ætas, ſcientia, humanitas atq; in ſtudioſos fauor munificẽtiáq; tã faciunt cũctis celebrẽ, q̃ vulgatũ, nec minor tibi ab omnib⁹ pro virtute exhibetur, q̃ pro dignitate, reuerẽtia. Porrò liberalitas nemini te nõ reddit amabilẽ. Nã quis, reuerẽdiſsime pater, eſt ſtudioſorũ, qui tui fauoris, tuę fuerit beneficẽtię expers? Libros, ſtudia, virtutẽ, & quicquid pietatẽ redolet, amas, foues, promoues. Nihil luxui, nihil voluptati, nihil oſtẽtationi, nihil deniq; das vanitati, ſed Chriſto à quo habes repẽdis oſa. Quæ expert⁹ ſum loquor. Ioãnes Hougthõ Londoniẽ. Carthuſię prior, vir admodũ venerabilis, cũ tuas mihi ſcripſiſſet & virtutes & laudes, q̃ iucũda tibi pariter Dionyſij noſtri foret lectio, addidit. Porrò q̃ gratuletur paternitas tua labori ac operę, quã pro hui⁹ editione nauam⁹, quãque ſit iuuare parata, ſubindicat haud vulgare illud ſubſidiũ, quod huic negotio ꝓmouẽdo iamdudũ vltro miſiſti. Tuæ id gratiæ, tuę beneuolẽtię acceptũ refero, amplisſime pater, nõ meis meritis: atq; ideo tui cãdoris argumẽta hinc ſentiẽs, ſi vni, inquã, Dionyſio Reuerẽdus hic pater tantũ impẽdit, ſi in me hactenus ignotũ tãta cõfert beneficia, quid in pauperes, quid in orphanos, quid in viduas, quid deniq; in afflictos oẽs ſuę gẽtis facit? Hęc tacit⁹ ipſe mecũ cogitãs, quod è patria tua ab oibus clamatur, nõ taceo. Quis æquè xenodochia cõſolatur? Quis monaſteria ſic amat? Quis miſeris cõſolationẽ, patrociniũ, ſtipẽmq; quotidianã perinde largitur? Damnũ reuera graue æſtimas, ſi te prętereat nud⁹ abs te nõ veſtiẽdus. si quiſpiã pietatis tibi prępiat officiũ, nõ leuẽ iacturã arbitraris. Imò quẽadmodũ ſibi ipſis inuidẽt auari, ſi alienа viderint augeri lucra: ita religioſa tu afflicteris triſtitia, ſi pietate te putes à quoquã ſuperatũ. Doles vehemẽter ſi quopiã humanitate te cõſp exeris inferiorẽ. Hęc munera ſunt epiſcoporũ: iis ornamẽtis fulget eccleſia. Oportet, inquit Apoſt. epiſcopũ ſine crimine eſſe, ſicut dei diſpẽſatorẽ. Quis pater, quęſo, amplisſimè ad ſeniũ vſque, atque tu, tãta viuit innocẽtia? quis (ne pręteream qđ Apoſt. nõ tacet) dei ſic agit diſpẽſatorẽ, vt bona ſua in egenos, in pios, in doctos, imò in Chriſtũ eroget? Amãt religioſi, amãt pauperes. Monaſteria te cũcta venerẽtur patrem. Et cũ in oẽs ſis piſsim⁹, in religionem tamen carthuſia. q̃ prępicu⁹ ſis benefactor, ſentiũt quotquot ſunt in Anglia noſtri ordinis, potiſsimè Lõdoniarũ domus. Videbor iã ſuperfluus, videbor oneroſus, ſi quę enumerat Apoſt. reliqua in te voluero cõmendare. Scit enim vniuerſa Anglia, virũ te eſſe virtutis, vt pote q̃ non ſolũ in teipſo, verũ in omnib⁹ quoque virtutẽ colis, deuotionis pariter & ſanctimonię obſeruãtiſsim⁹. Heu reuerẽdiſsime pater, quãtis eſt gemendũ lachrymis, quod huiuſmodi nõ ſunt omnes Epiſcopi. Heu quãto eſt mœrore plãgẽda illorũ deformitas, qui neq; ſciẽtia, neque virtute inſtructi, externis ſe dũtaxat implicãt actionib⁹? principes ſe magis gloriãtur vocari q̃ Epiſcopos. Siquidẽ, quicquid negotiorũ eſt tẽporaliũ, tractãt: reliqua propter quę ſola ſunt Epiſcopi, vicariis cõmittunt. Prętereo quòd nõnulli cũ ſint eccleſiaſtici, quos eccleſia à cunabulis aluerit, imò q̃ à parẽtibus ꝓpemodũ nihil, ab eccleſia habeãt & honores, & diuitias: hoſtes tamẽ ſunt eccleſiæ, impia hęreticorũ dogmata cõniuentibus oculis admittẽtes. Quid agitur de ouibus pater, ſi lupi ſunt paſtores? Cęterũ quãtas Lutheri aliorũve hæreticorũ dogmata, calamitates pariãt, quãta hinc reipublicę eueniãt pericula (nã animarũ quę grauiora ſunt dãna atque exitia taceo) vniuerſa hic Germania, quãuis cæca ſentit. Ciuitates certè quę ab initio dogmati peſtifero reſtiterũt, pace gaudẽt haud vulgari. At que in tẽpla, in diuorũ imagines, in monachos debacchatæ ſunt (hoc ſeculo inſignes, q̃ in eos qui ſe aut nõ potuerũt, aut noluerũt defendere, audaces puguarint) quãtos ꝓpterea rerũ tumult⁹, quãtas factiones, rebellionẽ, timorẽ, pfidiã, ærũnas ſibi cõſciuerint, nulli nõ eſt manifeſtũ. Nulla ibi fides, nulla amicitia, nullus honor parentũ, nulla in pauperes miſericordia, nulla in ꝓximũ iuſtitia, nullũ fœdus, nulla virtus, nulla pietas: ad extremũ nihil manet apud eos ſanctũ, nihil nõ inquinatum: ſeũ furor, egeſtas, libido ſimul omnia miſcẽt. Eapropter nũquã ſatis laudari poteſt optimi ſapiẽtiſsimiq; regis Angliæ cõſiliũ, qui dũ ab impietate Lutherana ſuũ tutatur regnũ: à ſeditionib⁹, à tumultu, à rebellione quoq; interim illud ſeruat immune. Qũo enim populũ haberet ſubiectũ, ſi deo, ſi eccleſiæ hũc repugnare ſinat? Nã ſi dei aut eccleſię ſemel excuſſerit iugũ, ridiculũ eſt expectare, vt regis imperata ſeruet plebs ſeditioſa. Quocirca, ſi plebẽ voluerit ſibi rex habere ſubiectã, cõpellat hanc neceſſe eſt vt deo primũ, deinde eccleſiæ obediat. Deflenda eſſet proh dolor riuis lachrymarũ angelica illa Anglia, ſi (quod deus auertat) à fidei ſynceritate, ſi ab eccleſiæ obedientia ſemel deſciuerit. Nã eũ omnia ſecunda, omnia ſerena, omnia fortunata atq; iucũda iſtuc nõ aliter atq; in aceruũ cõgeſta ſunt, q̃ dolendũ foret, ſi cũcta hæc ſimul obnubilaret Lutherana tẽpeſtas? Nã ſi iis qui laudarũt, eſt credendũ, reuera eſt Anglia angelica terra atq; paradiſus altera: cuius ſi prædicare voluero vbertatẽ, ſi amœnitatẽ vrbiũ, ſi hominũ ciuilitatẽ, excedã neceſſe eſt epiſtolæ modũ. Hoc igitur loco haudquaq̃ recẽſebo, quę hãc gentẽ antiquitas produxerit, quibus ſit illuſtrata maioribus, quorũ fuerit armis aucta & propagata, aut qui mores, quæ leges hãc gentẽ venuſtauerint, ſed nec quo ſit tẽpore fidei ſalutẽ aſſecuta. Hæc enim omnia grãdi vix poſſent volumine diſſeri. Agnoſco præterea ad hoc, ingenij mei tenuitatẽ haudquaq̃ ſufficere: quare pro horũ maieſtate quæcũque dicerẽ, nõ ſatis digna offerrẽ. Quapropter Anglię excellẽtia me ſuperatũ ſatius eſt fatear, q̃ vt minora atque pàr eſt de illa prædicẽ. Habuit hęc olim, quibus ſit laudata, authores: nec hodie deſunt, qui q̃ auguſtũ ſit regnũ, quòd nulli cedat, nulla ſit laude inferius: quòd denique cũ quauis alia ꝓuincia queat de excellẽtia certare, poſſint oſtẽdere. Nemo certè habere Angliã ibit inficias, cur vel opulẽtiſsima eidẽ inuideãt regna: nec latet quib⁹ olim gẽtibus, quibúſve imperauerit regnis, nõ parũ ſuperbis ſcilicet. Verũ ea de re tacere præſtat. Huius te decet eſſe gẽtis Epiſcopũ, & Angliæ ornamentũ & decus. Huic nãque regno licet (quod dixi) opes, fortuna, fruges, paſcua, cæteraq; id genus varia exuberẽt, præclarius tamẽ eſt, fide, virtutibus, diſciplinis, ſciẽtia, dexteritate ab initio quo Chriſto inauthorata eſt, præſtãtiſsimam hãc ſemper floruiſſe. Nã reges, epiſcopos, abbates ſanctiſsimos atq; miraculis claros, quib⁹ Anglia eſt nobilis, quis enumeret, quãdoquidẽ tot legitur referta ſanctis viris, vt cæteris quoque tũ gẽtibus tũ regnis exteris nõ paucos miſerit & põtifices & apoſt? Quid igitur mirandũ, ſi etiã nũc clara ſit doctiſsimis iuxta ac ſapientiſsimis viris? Quis epiſcopũ Roffenſ. qui ferè primus impiũ eſt aggreſſus Lutherũ, ſatis prædicet? Hic, vt in vno reliquos omnes cõmẽdẽ, adeò eſt doctus, vt quicquid arguerit, quicquid cõfutarit, nullus audeat hęreticorũ reſellere. Hic adeò eſt ſcripturis potẽs, adeò rõne armatus, vt nemo queat refragari. Hic adeò eſt integer, vt vel inimiciſsim⁹ quiſque illũ non audeat calũniari. Quantò piè deus ille cũ noſtro Fabro, cũ Eckio, cũ Ioãne Cochleo, cũ Iudoco Clichthoueo, atque cũ reliquis id genus doctis admirandiſque viris, ſudauit labores? quibus affecit ſe vigiliis, ne nõ caſtã omnibus integramq; tutaretur fidẽ? Hi viri, hi heroës cũ aliquot aliis multis & piis & doctis niſi fuiſſent, niſi pro dei domo murũ ſe obieciſſẽt, prorſus de tota Europa actũ eſſe nullus ambigeret. Adeò enim creſcit, adeò graſſatur hæreticorũ peſtiferũ hoc virus, vt haud parũ ſit formidandũ id quod Romanę atque occidẽtali eccleſiæ per diuã Brigittã dñs interminatus eſt, futurũ aliquãdo (quod iã videtur inſtare) vt quẽadmodũ olim à Iudęis, & nũc à Chriſtianorũ cordibus eiectus eſt: ita à nobis ad nouã & hactenus incognitã gentẽ & fidẽ & eccleſiã ſuam tranſferat. Satis ſuperq; ſatis profectò eò nũc cõfluũt omnia, quò fides à Germania explodatur: tãta eſt vbique & ſcribẽdi & ſentiẽdi licẽtia, tã pertinax furor hæreticorũ, tãta piorũ ac verè Chriſtianorũ oppreſsio, tãta denique ſuperiorũ, præſertim eorũ qui reſiſtere debẽt, dormitãtia. Vnde nõ multũ abeſt, quin Chriſti euãgeliũ, Chriſtiq; virtus in factis miraculis diuina negetur. Atqui librũ huius impietatis plenũ, totumq; execrabilẽ, iã nuper vidim⁹. Verũ quid hoc (quęſo) aliud eſt q̃ Mahumetanę perfidię initiũ? quid, inquã, aliud eſt q̃ fidẽ Chriſtianã abrogare, radicitúſque exterminare, dũ impunè impiiſsima quæque vel ex Hebraicis, Arabicis, ſiue Chaldaicis ſuperſtitionibus euulgantur? Eã ob rẽ nos è diuerſo pro euulgãdis Dionyſij operibus feruẽtiores inſiſtimus, quo clauũ clauo retundamus. Nihil ea in re intermittemus, quod poſsit à nobis deſiderari. De tua haud ſecus cõfidimus integritate, Reuerẽdiſsime pater, tuo cõfidimus zelo, qui primus ex Anglia nobis aduerſus hæreticorũ caſtra ſuppetias miſiſti. Nõ inferiora de reliquis doctiſsimis viris expectamus, quo oẽs vno agmine, vno impetu, adunatis copiis auxiliiſque cõportatis, impia dogmata deturbemus. In euãgelia iã pridẽ (quod dixi) quæ noſter ſcripſerat Dionyſius, Angliæ regi potẽtiſsimo dedicauimus: nũc quæ in Epiſtolas canonicas, Acta apoſtolorũ, & Apocalypſim, & Hymnos aliquot veterũ eccleſiaſticorũ è prælo vemũt eius lucubrationes, tuę R.P. debẽtur. Sic enim cõgruũ maximè duximus, apoſtolicã eruditionẽ epiſcopo (vtpote qui in apoſtolorũ locũ ſucceſsit) ejq; docto, & apoſtolicã vitã imitãti dedicare. Suſcipias igitur clemẽti pietate amplisſimeq; prælul, virtutũ ac literarũ antiſtes, D. Dionyſij tui, mei, noſtri, imò Chriſti (& quia Chriſti, ideo pl⁹ noſtri) op⁹ nomini tuo dicatũ, patronũq; te ſentiat cãdidũ, cõtra tibi hoſtes inſurgẽtes, qui illã eius phraſim humilẽ planè ac piã in calũniã trahere nõ verẽtur, quaſi nil pręter eloquẽtiã & ſermonẽ phaleratis floſculis ornatũ in legẽtiũ cordibus iã fructificet: quũ tũ (q; Chriſtiana doctorũ omniũ pace dixerim) poſtq̃ ſancta mater eccleſia huiuſmodi viris ſacũdis & eloquẽtibus, ſcriptiq; ſua coloratis curioſisq; ſentẽtiis ornãtibus multiplicata fuerit, nõ tã virtutibus ac meritis creuiſſe, q̃ vitiis decreuiſſe cernatur vndiq;, imò vtinã cõcerneretur. Nõ q; eloquẽtia illa & ſermonis facũdia in cauſã fuerint, ſed q; pauciſſimi hodie reperiantur (heu miſeros nos) qui quũ pręclara ſciẽtia cęteris pręemineãt, inflationẽ, quę ex ea velut à pãno tinea naſci ſolet, deprimere & extinguere ſtrenuè conẽtur. Hos pręcipuè veluti digito mõſtraſſe videtur D. Paulus, dicẽs, Sciẽtia inflat. Horũ pingue iudiciũ & ſentẽtia prępoſtera nõ accipiatur: ſed illi interrogẽtur, qui Chriſti nõ tã verbis q̃ moribus imitãtur veſtigia, qui pro voluptate habẽt ieiunia, orationes pro delitiis, quib⁹ crux Chriſti delicata eſt refectio, qui paupertatẽ pro ſummis apud ſe cõputãt diuitiis, quorũ mẽtes occulta ſuauitate pietas penetrat, qui terrã pedibus calcãt, quorumq; cũ apoſtolo cõuerſatio in cęlis eſt: hi (inquã) interrogẽtur, hi teſtimoniũ perhibeãt, quid de ſacratiſsimi D. Dionyſij Carthuſiani operibus ſentiãt. Nã horũ teſtimoniũ non poteſt nõ eſſe veriſsimũ. Denique, poſtq̃ celſitudinẽ tuã hoc opus nomini tuo dicatũ, ſolita tua benignitate amplexã agnouero, nõ ambigo, quin & me pauperculũ, cuius in reliquis eiuſdẽ pij patris operibus corrigẽdis, & caleographorũ typis tradẽdis, nocte diẽque verſatur ſtudium, inter clientulos tuos aſciſcere quoque dignaberis. Bene vale in Chriſto Ieſu, præſul ornatiſsime, quẽ ille inſtaurãdæ pietati ac bonis literis prouehẽdis quamdiutiſsimè ſeruet incolumẽ. Ex ædibus noſtris Carthuſianis in Agrippina Colonia, feriis diui Georgij glorioſiſsimi militis & martyris, Anno à Chriſto nato. M. D. XXXIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX RERVM MAgis insignium, Ex commentariis in Epistolas Canonicas, Acta Apostolorum, Apocalypsim, & Hymnos.

A

ABrahæ præceptum, vt de terra sua egrederetur & cognatione, quomodo intelligendum 73.d.
Acceptor personarū quomodo non est deus 80.c
Accidia quæ 17.d
Actionum omnium finis deus esse debet 7.g
Actio actionem trahit 37.d
Actio quæ ordinata 43.a
Actio quælibet tripliciter consideratur 47.c
Actio omnis cùm sit à deo, an prauæ & vitiosæ sint ab eodem 47.e
Actuum Apostolorum libri quadruplici ratione legendi 62.b
Adam quibus vitiis tentatus & victus 47.b
Aduenæ qui dicantur 18.g
Aeternus rerū creator, & æterna lux quomodo deus dicatur 143.h
Adaffluentiā quomō vnicuique dat deus, cùm tot sint egentes 2.g
Agere quomodo accipiatur 9.a
Agens quicunq; quod in se est, gratiam & illuminationem à deo consequitur 79.b
Agit deus omnia propter se 148.a
Albumezaris Mauri insana opinio de signo leonis in zodiaco 154.g
Ambulare quomodo Christus dicitur in medio fidelium 104.a
Amen variè sumitur 108.a
Amethistus lapis 140.h
Amor sui quomodo omnium vitiorum radix est 47.e
Amor dei increatus, origo & causa omnis boni creati 53.d
Amor dei quomodo nobis præuenit 52.d
Amore duplici nos diligit Christus 101.e
Amor primùm domini 152.b
Angelum bonū pro sui custodia, sic & malum habet quisq; p̄ sua exercitatione & probatione 14.c
Angeli quomodo desiderāt prospicere in spiritum sanctum, qui deo sedulò sunt intenti 21.f
Angeli an mereri demereríue possint 38.g
Angelorū p̄miū crescet ex saluandorum numero in die iudicij 38.g
Angeli post primam ad deū conuersionem non promeruerunt 39.e
Angelus Mosi cur in igne splendente in rubo apparuit 74.c
Angelos incarnationis mysterium non cognouisse 154.g
Anima omnis rationalis aut sponsa dei est per fidem. aut adultera 23.d.
Anima quantò intentius occupatur circa operationem vnius potentiæ, tantò in aliarum actibus est remissior. 78.a
Anima deo trino ac simplici asscribitur 110.b
Animæ vestimenta quæ 107.c
Antichristus eiúsque ministri an vera facient miracula 126.d
Antichristus quis & vnde dicitur 48.a.52.g
Antichristus ex tribu Dan nascitur. 116.d
Antichristus etiam electos fallet, & cur deus hoc permittet 125.e
Antichristi tēpus inquirere non debemus 63.d
Apocalipsis quid 100.d
Apollinaris hæresis 38.f
Apostoli magis illuminati, de Christo clarius multipliciúsque nouerunt mysteria quàm vates mosaicæ legis 38.a,b
Apostoli an se nouerāt certitudinaliter esse in charitate 51.d
Apostoli quomodo ex aduentu spūs variis linguis loquebantur 65. d
Apostolatus, vocatur episcopatus 64.d
Aquę nomine spirituſſ. eiúsque gratia exprimitur 63.b
Aquarum vox seu sonus quid 103.b
Ara ignoto deo cur Athenis consecrata 90.c
Archidiaconorum origo 72.g
Argumētū tripliciter sumitur 62.g
Arii hæresis 38.f
Arij interitus 64.c
Ascensionis die Christus bis apparuit discipulis 63.b
Asina Balaam quomodo locuta dicitur 40.b
Auarus quàm detestabilis 16.a
Audiuerunt homines verbum æternum dei dupliciter 42.f

B

BAbilonis appellatione quid significetur 127.e.133.a.b.c
Balaam quomodo ab asina correptus 40.a
Baptizati à Ioanne rebaptizabantur. 64.b
Baptizauit Ioannes baptista, & baptismus non fuit: contra à Iuda baptismus fuit 64.b
Baptisma primum & veluti ianua ad alia sacramenta 31.a
Baptismum quomodo Christus instituit 55.d
Baptismus Christi quomodo in aqua & sanguine simul 55.d
Baptismus Apostolorum cur in nomine Iesu Christi fiebat 97.c
Beatitudo quid 141.g
Beneficiorum à deo pluritas magis magísque obligat 40.c
Benignitas spirituſſ. maximè appropriatur 146.a
Beryllus lapis 140.f
Bona temporalia sunt possidentis quo ad proprietatem, quantùm ad vsum tamen eis indigentium. 51.f.g
Bruno Carthusianus archiepiscop⁹ Regynensis electus 99.c

C

CAEsareæ tres famosæ 79.a
Calami significatio varia 121.c
Calcedonius lapis 140.d
Canticum canere deo quid 126. h
Caput Christi quid 102.h
Ceremonialia Christus in melius cō mutauit 73.b
Certitudo duplex 37.c
Charitatis signum executio actus. 32.b
Charitas proximi an eadem est quæ dei 32.b
In charitate & gratia nos esse an haberi certitudo possit 37.b
Charitatis infusæ dignitas & efficacia 44.a
Charismata gratiæ nobis merito & virtute passionis dantur 43.e
In charitate se esse quomodo quis nouisse possit 45.b
Charitas perfecta est præceptorum impletio 45.e
Charitas, dei perfecta perhibetur dupliciter 45.d
Charitatis perfectōis gradus 45. d
Charitas nobis à patre deo data quā ta fuerit 49.c.d
Charitas informis esse non potest. 49.h
Charitas sola inter filios dei & diaboli distinguit 50.g
Ex charitate diligenda quatuor 51.e
Charitas virtutū excellentissima & eius commendatio & virtus 53. b
Charitas quem timorem expellit. 54.c
Charitas duplex, infusa, & increata: sed differens 53.c
Charitas deus est quomodo 54. a
Charitas oīa communia facit 67.g
Charitas quò perfectior, eò liberalius se communicat 70.c
Cherinti hæresis 38.f
Chrysoprasus 140.g
Chrysolitus lapis 140.f
Christiani nominis appellatio vnde 81.d
Christus multis rationibus diligendus 20.g.
Christus lapis quomodo dicitur. 24.c

Christus sicut templū est dei (vt est homo) & sacerdos ac hostia: ita & fideles per gratiam inhabitantem in eis 24.f
Christus quibus & qūo fuit lapis offensionis & petra scandali 24.h
Christus ad dexteram dei patris esse dicitur dupliciter 31.b
Christus secundum quod homo super omnium angelorū choros exaltatus 31.c
christus secdū quod homo an fuerit angelis maior an inferior 31.g
Christus nō solū in carne passus est, sed & in anima & potentiis omnibus 31.d
Christus secundū humanitatem assumptam omnia ab incarnationis exordio nouit 37.g
Christus cur lucifer dicatur 38.b
Christus per humanitatem aduocatus noster, secūdum diuinitatē propitiator 44.g
Christus iustus secundum vtranque naturam 44.g
christus aduocat⁹ noster apud patrē esse quomodo intelligatur 45.g
christus propitiatio nostra quomodo esse intelligatur 45.g.h
Ex christo nasci & renasci quomodo intelligimur 44.b
Christus fuit propitiatio pro vniuersi generis humani vitiis sufficiēter, quamuis pro solis electis efficienter 45.h.
Christus quibus vitiis tentatus, vicit 47.b
Christus solus dominator quomodo 59.c
christus, vt homo, spiritu in omnib⁹ dirigebatur: vt deus, à seipso 63.f
Christus post resurrectionē quoties manducauit cum discipulis 62.b
Christi nomine tota trinitas quomodo intelligatur 67.d
Christum oportuit pati, quomodo intelligendum 88.f
christus quomodo dicitur princeps regum terræ 101.e
Christi caput, oculi, aspectus, pedes, vox dextera 103.a.b
Christo cur iudicium verè datum. 109.d
Christus lignum vitæ 104.g
Christus fortem armatum ligauit. 109.d
Christus ostiū quomodo est 109.g
christus secundū q̄ homo est fundamentum Ecclesiæ instrumentale: vt deus, per authoritatē 144.a
Christus cum sit filius Dauid, quomodo radix est eius 142.f
christus quomodo credentiū, etiam hominum vniuersorum, beatorum item lux esse dicatur 144.a
Christus omnium redemptor quomodo 144.c
Christus ante latronē moriens, ante eum in lymbum descēdens patres ibi visiōe sua illustrauit, deinde latronem eō peruenientem 145.a
Christi duplex natiuitas atque natura 146.b
Christus cur potissimū crucifixionē & in ligno passus est. 147.e.f
Christus ascendentes, quomodo no biscum tamen remansit 151.e
Citharæ dei, sancti omnes 126.f
Claues mortis & inferni habet Christus 103.f
Clauis dauid quæ 107.f.g
Cæli qui diluuio perierint, & repositi sint 40.g
cæli duplices in scrip. 40.g. 41.d
Cęli noui quomodo erunt post iudicij diem 41.g
Cæli in die iudicij quatenus transibunt 41.d.138.c
Cæli quomodo peribunt post iudicium christi 138.c
Cœnobitarum vita ex quo fundatur 70.c.d.h
Cognitio vna certior redditur alia modis quatuor 42.h
Cognitio dei duplex 45. a
Cognitio quomō generetur 49.f
Cognitio dei infernus quæ 53.a
Cognitio quomodo dilectionis causa 54.g
Commissione peccare quid 47.d
Concupiscibilis motus in nobis dupliciter exponi potest 5.c
Concupiscentia duplex, mundana, & spiritalis 36.f
Concupiscentia oculorum quid: & è tribus, omnium vitiorum radix. 47.b
Concupiscentia carnis, & quanta in se complectitur 47.b
Conditor rerum æternus deus quomodo intelligitur 164.e
Condolere & dolere quaten⁹ Christo conueniat 154.e
confessio qua deū cōfiteri iubemur quid quantúmque requirat 52.g
confessio triplex in scripturis 53.h 147.h
Confessio fidei duplex 53.h
confessio triplex 147.h
conformamur quomodo christo. 36.c.d
conscientiam mūdam deo, proximo bonum exemplum debemus 26.a
consilij donum quantùm 140.e
consortes diuinæ naturæ quomodo efficimur 36.c.d
contentionis peccatum quid 12.e
contentio vnde generatur 12.e
contristari quid significet 20.c
contritio summus in natura dolor. 159.g
Conuerti ex se ad deum an quis possit 14.d
Cooperantur quomodo deus & fidelis sibi inuicem 43.h
Corpus nostrum tabernaculo assimilatur 37.f
corpus christi cur dissolui non potuerit 66.h
creator, quælibet in diuinis persona vocari potest 151.h
creatura esse in deo dicitur multipliciter 45.e
credere in filium dei quid 55.h
cura duplex moderata & immoderata 24.g
curiositas interdū famulos dei tentat, & quando 47.e

D

DAemones an credere & quomodo dicantur 9.a
Dæmones an mereri demererí ve possint 38.g
Dæmonum pœna in die iudicij augebitur, ex numero damnatorum & pro ipsorum tentationum magnitudine 38.g
Dæmonum pœna ante iudicij generalis diem quænam est 38.g
Dæmones hominibus eminentiores & fortiores esse 39.d
Dæmones post vnam transgressionem positi sunt in termino, nec interim vnquam meruerunt 39.e
Dæmones nō sunt omnes æquæ iniqui 39.e
Dæmonum varios ordines posuerunt gentiles 89.c
Dæmonis nomine quid intellexerīt veteres christiani 89.c
Dęmonum prælium contra angelos cur 121.h
Dæmones vniuersos deus virtute passionis suæ in inferno non ligauit 136.h
Dan tribus cur in commemoratione tribuum in Apocalypsi omissa. 116.b
Dare melius esse quàm accipere quomodo intelligendum 93.f
Datio duplex 8.g
Dauid & prophetarum quantum ad Iudæos testimoniū firmius fuit de christo quàm Apostolorum 38.b
Declinare à malo quid 45.g
Demeriti meritíque ratio 4.g
Dependentia & imperfectio est in omni creatura 43.d.
Desiderium quid 21.f
Desideria carnalia quæ 25.g
Definere quid in scripturis 31.e
Detractionis vitium quàm detestabile 15.a
Deus fidelis quomodo dicatur 33.g
Deus quomodo lux est 43.c.d.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deus quòd in nobis maneat quõ certõ cognoscere posimus 52.e
Deus charitas est quomodo 54.a
Deus in hac vita an videri possit 75.f
Deũ in his quæ creauit indesinenter operari 89.h.
Deus nouissimus quõ dicatur 142.e
Deus æternus rerum creator, & æterna lux quomodo dicatur 143.h
Deus diligit plus humanitatem christi quàm totum residuum, & quare 146.a.b
Deus saluator & author salutis nostræ secundum vtranque,naturam, sed differenter 160.
Deus conditor rerum æternus quomodo dicatur 164.e
Ad dexteram dei esse Christus dicitur dupliciter 31.b
Dextera Christi quid 103.c.154.e
Diabolo quomodo resistendũ 14.a
Diabolus semel victus ab aliquo an postmodum ad tentandum eundẽ redeat 14.b
Diabolũ victum non recedere 14.c
Diabolo quibus modis resistere possimus 35.a
Diabolus quomõ nos circuit 35.a
Diabolus mendacij pater & origo 48.d
Diabolus quomodo ab initio peccauit 50.d
Diabolus quo impellente aduersarius salutis humanæ verba dei interdum protulerit, ipsumq; deum confessus sit 87.h
Diabolus pluribus nominibus insignitus 136.h
Diei appellatione lux significatur 39.g
Dei voluptas quid 39.f
Dies boni vel mali quomodo dicantur 29.a
Dies vnus apud deum mille anni, & contra quomodo intelligendum 41.a
Dies domini,dies iudicij cur dicatur 41.d
Dies mali vnde dicuntur 90.b
Diligendum ex charitate quatuor modis 51.f
Diligendi deum ratio quadruplex efficacissima 54.f
Diligere quid 54.d
Dilectio dei dilectionem proximi & cuncta præcepta eo pertinentia includit 50.h
Diminutiuorum vsus in scripturis 45.f
Dionysius areopagita describitur 90.d
Dissensio pauli & Barnabæ qualis fuerit 87.a
Distinctio inter filios dei & diaboli an hic esse certa possit 50.g
Diuitias proprias in seculo erogare, an in religione mendicare, sit perfectius 93.f
Dominium duplex 43.a
Dominium prælatorum verius seruitus dicenda est 34.a
Dona spirituſſan.quid 152.d
Dona spirituſſ.an à virtutibus realiter distinguantur 152.d
Donari seu fieri aliquid in scripturis quomodo dicatur 49.c
Donec vocis acceptio 67.b
Dormire quid dicitur 107.b
Dulcedinis dei magnitudinem quõ hîc gustare possimus 24.b

E

EBionis hæresis 38.f
Elementa quomodo transibunt iudicij die 41.d
Eleemosyna quomodo de necessitate præcepti & necessario facienda sit 51.g
Ad ecclesiastica beneficia ex consanguinitate atque carnali affectu non sunt eligendi 64.h
Ecclesia quomodo candelabro assimilatur 102.f
Electorum an aliqui ab Antichristo decipientur 125.e
Ecclesiæ fundamentum primarium vnicum Christus: secundaria verò plura 139.g
Ecclesiæ fundamentũ primariũ christus,secũdariũ petrus & alij 165.a
Eclipsis sub Christo q̃ fuerit admirabilis 90.d
Effraim tribus cur in commemoratione in Apocalyp.omissa 116.b
Effusio duplex,bona & mala 60.b
Electionis nostræ an hac in vita certitudo haberi possit 37.b
Electio ad sacerdotiorum dignitatẽ qualis esse debeat 72.f
Episcopi ritè angeli vocantur , & quare 103.g.h
Essentia diuina immediatè à mente creata videri non potest 49.f
Euangelistarum per animalia varia interpretatio 111.g.d
Euangelicæ legis præ cæteris excellentia multiplex 6.h
Exaltatio corporis Christi corporũ nostrorum est exaltatio 151.e
Exẽpla virtutis vel maximè in prælatis requiri.34.c
Exorcismorum origo 91.g
Extasis quid 68.b

F

FAcere quomodo accipiatur 8.h
Facere bonum quid 45.g
Facies dei triplex 142.a
Facies dei quid 142.a
Falsitas triplex 142.f
Ferè dictionis significatio 64.a
Flumen aquæ viuæ quid 141.e
Fides,mentis oculus 2.h
Fides quàm necessaria 2.h
In fide quomodo deum orare debeamus,cùm incerti simus an Christo placeamus 3.b
Fidem formatam se habere an quis certò possit 8.h
Fides mortua quæ 8.g
Fides viua quæ 8.h
Fides an in dæmone sit 9.a
Fides,rationis oculus 9.b
Fidem iustificare sine operibus quomodo intelligendum 9.d
Fidei ac spei ratio quæri potest dupliciter 29.g.h
Fidei rationem reddere qui debeant esse quærentibus parati 29.h
Fides propugnaculum cõtra vniuersas insidias diaboli 34.h
Fides vna quomodo dicitur 35.g
Fidei veritatis certitudo quomodo patet 42.h
Fides qũo mundum vincit 55.c
Fides in persequutione perficitur 76.c
Sola fides quomodo iustificat 154.
Fidelis vnde,& quomodo deus fidelis dicatur 33.g
Fiduciã conscientia bona facit 49.a
Fieri seu donari aliquid in scripturis quomodo dicatur 49.c
Filios dei fieri nobis deus quomodo potestatem dedit 36.e
Filioli in scriptura quid 44.f
Fortitudinis actus duo 139.h.
Fotini hæresis 38.f
Fraterna correptio & à peccatis conuersio deo gratissima 18.b.c
Fratres vocat eos qui sunt de eadem cognatione,scriptura 64.a
Fundamentum ecclesiæ primarium vnicum Christus: secundaria verò plura 139.g
Futurorũ contingẽtium certa præcognitio soli deo propria 38.c

G

GAudemus in deo dupliciter 43.a
Gaudium duplex,ordinatum & inordinatum 43.a
Gaudiũ quid & vnde oriatur 43.c
Gaudium plenum qũo per bona opera perfici dicatur 43.b.c
Gñatio in scrip variè accipitur 51.g
Generatio dei quomodo conseruat nos 56.f
Genus dei quomodo sumus 90.a
Gentes contra Christum frementes quæ fuerunt 69.h
Giezitę qui dicantur 76.f
Gladius dei quid 103.c
Gog & Magog quid 137.d
Grabbatum quid 71.a
Gratia duplex 79.b

Gratia quid,& eam quisnam habeat 101.a
Gratiæ varia acceptio 90. b

H

HAEreticorum aliquot nomina recensentur insigniorum 38.f
Hæresiarcharum maior futura damnatio , quàm diluuio euersorũ , ac dæmonum quorundam 39.d
Hæresiarchas dæmonibus esse nequiores 39.e
Hæresiarcharum peccata spiritualia esse in deũ grauissima 38.e
Hæretici cur dicũtur indocti & instabiles 42.a
Hæretici definitio 52.h
Hyacinthus 140.h
Hymnus quid appellatur 143.d
Homicidium triplex 51.d
Homicida quis quatuor modis 51. d
Homicidij origo,odium 51.d
Homo ex se gratia destitutus, in omne malum pronus est 147.f
Honorandi quinam sint 8.g
Hospitalitatis commendatio 32.c
Hospitalitas quàm commendabilis 39.a
Humilitas nostra , nostra est exaltatio 34.f
Humanitas Christi satisfaciẽdi idoneitatem habuit iufinitam 44.h
Humanitatem Christi plus diligit deus q̃ totum vniuersum, & quare 146.a

I

IAcobus Christi cõsanguineus 1.a
Iaspis lapis 10.b
Iaspis lapis 140.c
Idololatria,fornicatio dicitur 27.c
Idololatria dicitur vinum 127.c
Ieiunium cur ordinatũ 148.a
Ieiunij effect⁹ salutares multi 148. b
Ieiunia nostra quando sunt fructuosa 148.b
Ignorantia quomodo vitiorum maximum 37.a
Ignorantia quæ & quatenus excusat 40.d
Ignoto deo Athen. cur aram consecrauerunt 90.c
Imaginatiua vis imprimitur dupliciter 5.c
Immortalitas corporis non ante diẽ iudicij consequitur 154.f
Impij quomodo etiam ante iudicij diem dãnentur & cruciẽtur 39.c
Inané quid dicatur 9.b
Incarnationis mysterium potissimè spirituisan.appropriatur 146.a
Infantib⁹ in quo assimilari debemus 23.h
Infideles se excusare non poterunt, de eo quod pater dixerit Christũ esse Messiam 55.h
Ingratitudinis pars pessima non attendere beneficia impartita 161.g
Iniquitas 49.h
Iniqui citra cõdignum punientur in inferno 133.e
Instinctus diuinus cunctis hominibus datur, quem boni sequuntur 109. b
Intellectus dicitur homo 93.b
Intellect⁹ suprema animæ vis, & voluntate nobilior 153.g
Interpellat Christus pro nobis an voce an miseratione 45.h
Interpellat Christus pro conseruatione perfectorum, & offendentiũ reconciliatione 45.h
Interpellat an Christus pro solis verè pœnitentibus 45.h
Inuocandus deus quomodo 23.a
Ioannes quomodo dignus & indignus fuit Christũ baptizare 82. e
Ira dupliciter sit mortalis 6.d
Israëlitici regni restitutio quæ 63.c
Iudas cur primus in nomenclatura tribuum in Apocalypsi 116.b
Iudas Thadæus , Iacobi, & Corculus vocatus est,author epistolæ canonicæ 58.h
Iudicare quãuis Christo conueniat secundum diuinitatem per authoritatem , tamen iudicij exequutionem meruit per suã humilitatẽ & passionem 109.d
Iudicium Christi duplex , generale seu finale,omniũ:particulare,singulorum 34. d
Iudicij dies in ictu oculi fiet , nõ per mille annos durabit 41.b
Iudicij dies cur differatur 41.d
Iudicij diem cur præsciri nolit deus 63.c
Iudicium dei duplex 39.c
Iudicium generale quoddam,sdque triplex 129.g
Iudicia dei quomodo manifesta, & incõprehensibilia dicãtur 129.g
Iurare quid 17.d
Iurare quatenus liceat 17.b c
Iuramenti comites tres 17.b.c
Iustificari hominem dupliciter 9.e
Iustificari quid 84.a
Iustitia sub se habet virtutes omnes 35.h
Iustitiæ viam non agnouisse, quàm post agnitã retrorsum redire,quomodo melius esse intelligatur. 40.c.d
Iustitia hominum etiam perfectorũ, hîc est imperfectissima 49.b
Iustitiæ actus duo 137.h
Iustus vix saluabitur, quomodo intelligendum 33.e.f
Iustos deus de tẽtatione eripere quo nouit modo 93.b.c
Iustus deus secundum vtranque naturam 45.g

L

LAtro non præuenit existentes in lymbo in visione diuinæ essentiæ 145.a
Laus siue laudatio ex cognitione est laudati 143.e
Laus beatorum & viatorum in quibus inuicem distinguãtur 143.a
Lex euangelica,lex charitatis 7.a
Lex euangelica , lex spiritus vitæ 7.a
Lex euangelica,lex gratiæ 7.a
Lex euangelica,lex amoris.7.a
Lex vetus,lex timoris 7.a
Lex euangel.lex perfectionis 61.a
Lex euangelica,lex libertatis 7.a
Lex diuina,æquitas est : sic iniquitas trãsgressio æquitatis & legis 49.h
Lex tota quomodo in duobus præceptis pendeat 50.h
Legis diuinæ partes duæ, testimonia & mandata 54.g
Libido inaccessibile delictũ cur 39.g
De libro vitæ quomodo quis deleri dicatur 107.e
Lignum vitæ Christus 141.f
Lymbus patrum qui locus 146.
Linguæ refrenatio 7.e
Linguam nullus homo domare potest quomodo intelligendum 11.e
Linguæ etymon 12.a
Loth iustitia 39.b
Lucifer Christus cur dicatur 38.b
Lux in spiritualibus rebus quomodo dicatur 143.h
Lux credentium Christus, etiam hominum vniuersorum, item & beatorum quomodo 144.a

M

MAchometi hæresis,diem iudicij per quingenta milia annorum duraturum 41.d
Mali qui & quatenus sustinendi 104.b
Manichæi hæresis 48.f
Marcionis hæresis 38.f
Mariæ ad Ignatium epistolæ 1.b
Maria filium dei portare meruit de congruo magis quàm condigno 159.h
Maria quibus virtutibus potissimũ deo placuit vt in se dei filium conciperet 159.h
Maria mater gratiæ & misericordiæ quomodo 160.g
Mendacij perniciosum est & iocosum 127.a
Mendacium triplex 142.f
Mendacij varia significatio 127.b
Mentiri deo quid 70.f
Mens creata an naturali amore plus diligere possit deũ , quàm seipsam 163.f
Meriti demeritique ratio 4.g
Merendi demerendique statum excipit hominis mors 30.g

Universidad de Deusto
Biblioteca

Meritoria actio omnis à charitate est 50.c
Meritũ Christi quomodo nobis applicatur 96.b
Michaëlis & diaboli cõgressus & pugna vnde & quando fuit 59.h
Michaël archangelus quomodo dicitur 59.h
Miracula cur etiã per reprobos fieri permittat deus 91.g
Mysterium quid signet 148.d
Mors secunda quid 105. b
Mors cõfixorum pœnalissima.148.g
Mors triplex 154.f
Mulieres in preciosis curiosisque vestibus & ornamentis an peccent 28.a
Mundus quomodo peribit post iudicium 138.c
Mundus variis modis capitur 46.g
Mundum & qui in mũdo sunt quomodo nõ amare præcipimur 46. g
Mundus quomodo transibit 47. f
Mundum vincere quid 55.b

N

NAsci & renasci ex Christo quomodo intelligimur 49.b
Nationis nomine Gentiles appellabant Iudæi 148.h
Natiuitas triplex Christo asscribitur 145.h
Natiuitas duplex 160.f
Naturæ dona à donis gratiæ perficiuntur 36.c
Naturę duę,interdum tres,quomodo perhibentur esse in Christo 146.g
Nazarçorũ votum quod 91.a
Nequitia quid 69.a
Nicolaitæ qui & vnde 72.g
Noë octauus esse saluatus quomodo intelligitur 38.h
Notitia veritatis & fidei quàm exoptãda & necessaria, etiamsi post agnitionem eius grauissimè peccatur 40. d
Noui testamenti librorum quadripertitum genus 62.a
Nouissima ætas quæ 47.h
Nouissima ætas cur cæteris protractior 47.h
Numerus pluralis pro singulari sæpe in script. 124.d
Numerare solum rationales posse. 40.a

O

OBsecratio quid 25.f
Oculi Christi 163.a
Odium ad homicidium via 51.d
Omissione peccare quid 47.d
Operatio vitę præsentis seminatio quædam est 13.a
Operum appellatione in scripturis, non exteriores tantùm, sed etiam quicũque actus virtuosi intelligũtur, siue interiores siue exteriores 8.g
Opus bonum quia liberè facimus, reputatur nobis in meritum, quãuis sit donum dei 36.f
Operis omnis boni author principalis deus, homo dei minister & instrumentum 36.
Opera bona sine peccato omitti nõ possunt 45.f
Opera quomodo morientes sequantur 128.c
Oratio,desiderij interpres 17.h
Orationes ministrorum ecclesiæ etiã iniustorũ in persona ecclesię fusæ efficaciam habent 18.a
Oratio quid 45.a
Orbes cælestes in iudicio innouabũtur 138.b
Orbis pro hebdomade 153.e
Ordo in electione qui seruandus 72.f
Oreb & Sinai idem mons 74.d
Os Christi quasi gladi' 103.c
Osculo salutãdi mos apostolis 35.e
Ostium Christus quomodo 109.g
Ostium in scriptura multimodè accipitur 107.h

P

PAcem sibi facere vnusquisq; debet 13.a
In primo parẽte peccare, cadere,inficri,damnari, antequam nati, quomodo potuimus.154.e
Paschalis dies cur verus dies dei dicatur 149.f
Pascere quibus debent plebem pastores 33.h
Passionibus Christi quomodo variè communicare debemus 32.h
Passionis meritum applicatur hominibus per sacramenta ecclesiæ 144.c
Passionem saluatoris quotidie variis modis debemus recolere 161.f
Pastorum vita qualis esse debeat 34.b.c
Pastores animarum non solùm pro suis actibus,sed & subditorũ præmiabuntur vel dãnabuntur 34.d
Patientiæ commendatio 2.b.c.d
Patientiæ opera sex 2.b.c
Patientia duplex 2.a
Patientia electorum & probatio fidei cur auro cõparetur 20. f
Patientiæ gradus triplex 27.a
Patres vet.legis in quẽ saluati 89.c
Pauli epistolarum commẽdatio per Petrum 42.b
Pauli & Barnabæ dissẽsio qualis fuerit 87.a
Pax charitatis & dilectionis effectus 13.a
Pax in quo fundatur 36.a
Pax quid 101.a
Pax pectoris & temporis quę 159.a
Peccare post iustitiæ notitiam & veritatis quàm sit enorme 40.c.d
Peccare quomodo quis non possit 37.c
Non peccare, quid & quãta in se cõplectatur 44.f.45.f.g
Peccare neminem ex certa scientia 46.d
Peccantes quomodo ex diabolo esse intelligantur 50.b.c
Peccãs mortaliter, perdit omnia anteacta meritoria opera:quæ rursus viuificantur, cũ pœnitet & resurgit57.e
peccator in vno offendẽs quomodo omnium reus 9.a
In peccato duo considerantur 9.a
peccata quatuor clamantia ad deum 16.c
peccata spiritalia & in deũ, grauiora esse peccatis carnalibus & in proximum 39.e
peccatum recidiuum 40.c.d
peccati mortalis immunem an quis se dicere possit 44.a.b
Sine peccato mortali anquis esse possit 44.a.b
peccata distingui tripliciter 47.c.
peccatum quid sit.47.c
Peccata omnia in hoc conueniunt,vt nos à deo auertant 47.c
Peccatorum omnium initium quomodo superbia,& alio loco, cupiditas siue auaritia esse dicatur 47.d
Peccata nostra Christus multimodè tollit50.a
Peccata venialia quibus mediis deleantur 56.e
Peccata in spiritũsan. quomodo irremissibilia dicantur 56.f
Peccatum cur dicitur mors 105.c
Pedes Christi, etiam prædicatores 20.b
Pedum nomine affectiones significare 120.a
Pedes Christi qui 163.b
Pellices vnde dictæ 39.h
Peregrinari quis dicitur modis quatuor 32.f
Perfectio nostra tota in imitatione conuersationis & passionis Christi consistit 31.d
personarum acceptio quid 7.h
Personarum acceptio quæ, & quomodo deus nõ sit personarum actor 8.c
personæ dignitatis consideratio duplex8.e
personarum acceptio in quibus cõmittitur 8.f
personarum acceptio an deo conueniat 8.g.
Petrus Iudæorum apostolus 18.e

Petrus non primũ sed secundariũ ecclesiæ fundamentum 165.a
Pietas duplex 41.f
Pythones vnde dicantur 87.g
Placere sibi quid 39.c.d
Plenitudinis spiritus gradus multiplices 65.d
Polycarpi martyrium 105.c
Pontifex summus cur se seruum seruorum vocet 34.b
Pœnitentia, secunda post naufragiũ tabula 44.c
Pœnitentiæ partes tres 44.c
Pœnã pati pro culpa propria secundum rigorem iustitiæ, nõ esse meritorium 27.a
Populi contra Christum frementes qui fuerint 69.h
Potestas omnis quomodo dicatur esse à deo 125.a
Præcepta decalogi an homo ex naturalibus suis possit implere 45.b
Præcepta implet perfecta charitas: 45.c
Præceptũ dilectionis vetus & nouũ quomodo dicatur 45.g
Præceptũ geminæ dilectionis est de naturalis dictamine rationis 46.g
Præcepta diuina grauia nõ esse quadruplici ratione 55.a
Præcepta nõ implendi difficultas vnde consurgat 55.b
Præcepta moralia vet.leg. euãgelicis consiliis perfecit Christus 73.b
Præcepta legis quomodo Iudæis importabilia fuisse intelligũtur.86.b
Præcepta legis tot fuerunt,quot ossa in homine apud Iudęos 86.b
Præcepta legis triplicia erant 94.g
Prędestinati quantũcunque ad tempus iniqui sunt,semper sunt populus dei 25.d
Prædestinationis nostrę certitudo qũo haberi possit à nobis 37. a.b
Prælatis quomodo dominari in subditos liceat,& quid sit 34.a
Prælatus stellæ & candelæ assimilatur 103.c
Præsentis pro futuro vsus frequens apud Ioannem 48.a
Probatio fidei & patientia cur auro comparetur 20.f
Prophetas omnes de Christo esse vaticinatos 21.g
Prophetię gratia actum dicit,non habitum 38.c
Prophetæ ex sua libertate propria nõ habuerunt notitiam prophetalem 38.c
Prophetarũ in potestate non esse ad libitum vaticinari 38.c
Propitiatio & propitiator noster esse quomodo Christus intelligatur 45.g.h
Propitiatio ꝓ peccatis nostris quomodo esse intelligatur Christus 44.g.h
proprietatis vitiũ in religiosis quàm detestandum 70.h
pro proximi salute quãdo quis propriũ corpus in mortem dare tenetur 51.e
Prudentiæ actus duo 139.h
psalmus quid 143.d
pueris assimilari in quibus debemus 23.h

Q

Quiescere dei quid 75.d

R

RAdices vitiorum omniũ tres, cõ cupiscentia carnis, oculorum, & superbia vitæ 47.b
Recidiuum peccatum quàm enorme & graue 40.c.d
Redemptor omniũ quomodo Christus 44.b
Reges quomodo dicãtur etiam omnes fideles 25.b
Regum terræ princeps quomodo Christus 101. e
Regnum dei quomodo sumus 101.f
Regem esse secundum vtranque naturam Christo competit 148.d
Religio quid 7.d.65.e
Religionis actꝰ interni & externi 7.e
Religiosi dupliciter dicuntur 65.b
Religionis actꝰ principales sunt interiores 89.f
Reprobi ꝓ diuersitate & gradu demeritorum dæmonibus coequabũtur 39.e
Res in deo esse dupliciter 89.h
Resurrectio Christi specialem dignitatem credendi habet 31.b
Resurrectio Christi quid nobis ꝓmeruit 31.b
Roma cur Babylon dicta 35. e

S

SAbelli hæresis 38.f
Sacerdoti confiteri peccata tenemur 44.b
Sacramenta Euangelicæ legis quid præstent 17.g
Sacramẽta ecclesiæ virtutẽ & gratiã fortiũtur à merito saluatoris 46.e
Sacramẽta vasa sunt medicinalia,domini passionẽ & gratiam continentia 101.e
Sacramenta omnia efficaciam suam à passione sumunt 101.e
Sacrificia lege naturæ atque scripta nõ ex se bona vel mala dicebantur, sed offerentium virtute 51.a.b
Sadducęi vnde dicti 71.c
Saluari hominem, ex deo esse: vt eũ non saluari, ex deo non esse 33.f
Saluatorẽ esse mũdi secũdũ vtrãque naturã Christo cõueniebat 55. g.h
Saluator & author nostrę salutis dicitur secundum vtranque naturam,sed differenter 160.e
Saluos fieri omnes quomodo velle deus intelligatur 41.b
Sanctum quid 22.e
Sancti ante deum quomodo stare dicantur 116.d
Sapientię veræ descriptio 12.f
Sapientia quid 33.h
Sapphirus 140.d
Sardonix 140.e
Sardius lapis 140.f
Scandalum duplex 25.a
Scandalum quid 46.b
Scandalum actiuum & passiuum 46.b
Scientia quid 33.h
Scripti in libro vitæ qui & quomodo dicantur 107.e
Sedere & stare à dextris dei quid signent 75.h
Sedes Christi quæ 151.a
Seductores qui sint 48.g
Semen dei quod 50.e
Seniores communiter ætate in primitiua ecclesia pastores erant 33.g
Senioribus omnibus honor est exhibendus 34.e
Sepeliri viros & cõiuges eodem tumulo apud Iudæos cur moris fuit 70. h
Septenarij numeri significatio 101.b
Septenarij numeri perfectio 153.e
Seruitus duplex 35.g
Silentij religiositas à patribus Dionysij instituti 12.a
Syluanus 35.c
Smaragdus 140.d
Societatem cum deo quomodo habemus 43.g
Socij qui appellantur 43.g
Sodomitarum & diluuio euersorũ peccata qualia fuerint 39.e
Solem in paschate clarius choruscare quomodo intelligendum 144.g
Solicitos esse nos non debere quomodo intelligendum 34.g
Solicitudo duplex 34.g
Somnus mentis duplex 165.e
Sortis nomine quid intelligendum 64.e
Sortibus quadrifariam vti licitum 64.b
Spes & timor molæ duæ 2.b
Spes quid.3.b
Spes quid 49.h
Spiritussan. spiritus Christi quomodo dicatur 22.d
Spiritussan.quomodo super nos requiescere intelligatur 33.b
Spiritus veritatis & spiritus erroris qui 53.b
De spiritu sancto quomodo deus apostolis dedisse dicitur 53.f.g
Spiritum sanctum in nobis esse quo probabiliter cognoscamus 53.g

Universidad de Deusto
Biblioteca

Spiritusſan. quomodo teſtatur Chriſtum eſſe veritatem 55.e
Spirituſſ. vnctio 63.b
Spirituſſ. donum dei 63.e
Spūſſ. vehemens cur dicatur 65.b
Spirituſſ. cur in linguarū ignearum ſpecie apparuit 65.b.c
Spiritusſan. cur quinquageſimo die à paſcha datus 65.g
Spūſſ. cur hora tertia deſcēdit. 66.a
Spirituſſ. promiſsionē accipere competit Chriſto ſecundum humanitatem: ſpiritūſan. dare ſecundū diuinitatem 67.a
Spirituiſan. mentiri quid 70.f
Spirituſſ. cur in columbæ ſpecie deſcendit 76.h
Spiritus Ieſu qui 87.d
Spiritus, quælibet in diuinis perſona vocari poteſt 151. h
Spiritum dare quid 152.b
Spiritus charitas eſt 152. c
Spiritus vnctio eſt 152.f
Stare à dextris dei & ſedere quid ſignent 57. h
Stephanus quomodo vidit deū ſtantem à dextris dei 75. f.g
Stultus & ſtultitia quid 40.e
Subditorum circa ſuos ſuperiores officium 34.d
Superbia vitæ quid, & à tribus, omnium vitiorum radix 47.b
Superbiæ quatuor ſpecies 47.c
Superbis cur ſpecialiter reſiſtere dicatur deus, cū omnem tamen vitioſum deteſtur 13.h
Superſtitio quodnam vitium 89.d
Suſurratio quid 15.b

T

Tēperātiæ actus duo 139.h
Tempori aſſcribi ea quæ fiunt in tempore 149.h
Tempus agere vel pati quomodo dicitur 31.c.
Tempus in patria qūo erit 153.e
Tenebrarum locus, mundus eſt iſte, ſeu genus humanum 38.b
Tenebræ quomodo in deo eſſe nullæ dicantur 43.d
Tenebræ quid in ſcriptura deſignēt 43.d
Tenebræ quid in ſcripturis 46.c
Tentationē omnē à deo nō eſſe 4.c
Tractatio duplex, & qua deus dicitur tentare, & qua non 4.c
Tentatio mundi quid 4.c
Tentatio an ſit appetenda 4.h.5.a
Tentare quid 4.e
Tentatio actiua & paſsiua 4.e
Tentatio fit tribus modis 4.g
Tentatio, an ſit peccatum, quæ ſit ab hoſte 5. b.c
Tentatio quomodo longanimiter à nobis ferri poſsit 39.c
Tētatio propter duo fit 42.d
Tentatio omnis ex tribus contingit, cōcupiſcentia carnis, oculorum, & ſuperbia vitæ 47.b
Tepidi deo deteſtabiles: & quid ſit tepidum 108.f
Terra quomodo per aquā ſubſiſtat 40.g
Theatrum quid 42.b
Timere hominem quid, & quatenus bonum & licitum 26.g
Timor duplex 35.g
Timor qui imperfectam charitatem oſtendit 54.e
Timor caſtus & filialis deo debetur vt patri 22.h
Timor dei omni Chriſtiano quàm neceſſarius, quamq; ſit efficax 22.h
Timor ſeruilis deo debetur vt domino 22.h
Tribulatio quomodo longanimiter ferri poſsit 39.b.c
Tribulationis tēpore licet de rigore propoſiti etiam remittere 81.h
Tribus tabernis locus 99.c
Tribuum in commemoratione cur à Iuda ſumptū exordiū: tribus autē Dan & Effraim omiſſæ 116.a
Tribuum duodecim nominū interpretatio 116.c.d
Triſtitia duplex 17.d.e
Tunica immaculata quid 61.d

V

VAnitas in homine quid 43.d
Venialia peccata euitare prorſus homo non poteſt 37.c.
Verbum dei quomodo hominē ſaluare dicatur 6.g.
Veritas triplex 142.f
Veritatis agnitio quàm neceſſaria, etiamſi poſt eius notitiam grauiſsimē peccetur 40.d
Veritatis poſt agnitionem cadere q̄ ſit graue 40.c.d
Veritatis fidei certitudo quatuor modis haberi poteſt 42.h
Veritas quomodo Chriſto appropriatur 55.e
Verum omne à quocunque profertur, à deo eſt, deóque attribuendū. 44.d
Verum & veritas multis modis in ſcript. capiuntur. 58.e
Veritas creata quæ, & quæ increata 88.e
Veritas creata multiplex 58.e.f
Veritas iuſtitiæ dupliciter dicitur 58.g
Veteris teſtamenti allegatio, ſenſus magis quàm verba ſunt 64.g
Veteris teſtamenti librorum quadripertitum genus 62.a
Via veritatis quæ 38.e
Viis duabus ingredi qui dicantur 3.e
Vigilādum quomodo nobis eſt 32.a
Vinum iræ quid 127.e
Vinum furoris quod 136.e
Virgines an in præſenti ſint meriti maioris, & præmij in futuro, quàm cæteri electi non virgines 126.h
Virginitas ſola cogitatione amiſſa, pœnitentia recuperatur 126.h
Virginum victoria maior quàm angelorum 127.a
Virginitatis excellentia 127.a
Virginum prærogatiua 127.c
Virtus ſeu potentia cur patri appropriatur 23.b
Virtus dei agit in inſtāti 68.a
Virtus quælibet habet proprium ſibi gaudium annexum 72.b
Virtutis perfectæ ſignum, delectatio in opere 155.
Viſio dei ineffabiliter iucunda multis de cauſis 20.h
Viſio dei, merces completa 20.h
Viſione beatifica beati deo q̄ proximè aſsimilantur 49.g
Viſio multiplex, & qua deus videri vel non videri poſsit 53.e
Viſio triplex 109.f
Viſio dei, merces viatoris 142.a
Vitiorum omnium radices tres, concupiſcentia carnis, oculorum, & ſuperbia vitæ 47.b
Vita triplex 154.f
Vitæ noſtræ fructus omnis, peccati vitatio & ablatio 45.f
Vnum & idem ſecundum diuerſas conſiderationes rectè ſuadetur & diſſuadetur 93.h
Vnctionis extremæ ad ſacramētum neceſſaria quinque 7.g
Vnctio fieri debet ſub cōgrua & certa forma verborum 17.g
Vnctiones ſacramēti effectus & virtus 17.h
Voluptas mala quæ 39.f
Voluptas bona quæ 39.f
Voluptas dei quid 39.f
Voti fractio enormior quàm violatio iuramenti 165.g
Vulnera quatuor ex peccato originali ſecuta 147.f

FINIS.

D. DIONYSII CARTHVSIANI
IN VII. EPISTOLAS CANONICAS, PROOEMIVM.

COmedite amici, & bibite, & inebriamini. Canticorum quinto. Deus omnipotens & æternus, qui ciues ſupercæleſtis Hieruſalem, ſuiipſius clara per ſpeciem cognitione alit & ſaciat: ciues huius in terra peregrinantis Hieruſalem, militantis eccleſiæ, non relinquit impaſtos: imò multiplici cibo ac potu nos recreat & confortat, atque interim etiam gratioſè inebriat: in præſenti nempe ſacramentali corporis & ſanguinis Chriſti refectione, cibo bonæ operationis, pane lachrymarum, pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris. Denique inter ſpiritales cibos & potus, quibus cælitus paſcimur in hac vita, locum habet ſublimem ſacra ſcriptura: quæ hoc facit in anima, quod materialis cibus & potus agunt in corpore. Corporalis etenim cibus & potus primò conſeruant hominem in eſſe naturę: ne per conſumptionem humidi radicalis à calore naturali, protinus moriatur. Sic ſacra ſcriptura ſui lectione, auditione, meditatione, informatione conſeruat hominem in eſſe gratiæ ac virtutum: ne per conſumptionem roris ſupernaturalis, videlicet ſanctæ ac meritoriæ compunctionis, lachrymoſæ deuotionis, charitatiuæ & piæ affectionis (de quo rore loquitur Eſaias, Ros tuus deus, ros dulcis) à calore concupiſcentiæ ſenſualis & paſsionum feruore, anima ſpiritaliter moriatur peccatis ſuccumbens. Hinc quippe beati qui audiunt verbum dei, & cuſtodiunt illud. Quia non ſuperantur impetu paſsionum, nec vitiorum deiiciuntur impulſu. Idcirco in ſpe, inchoatione & merito ſunt beati. Iuſtitia namque eleuat gentem, miſeros verò populos facit peccatum, Secundò, materiales cibi ac potus perducunt hominem ad debitam quantitatem in longum, latum atque profundum: Sic diuina ſcriptura facit hominem ſpiritaliter in altum creſcere, per contemplationem diuinorum, & ſpem cæleſtium præmiorum. Et in latum, per charitatis affectum: quę vndique ſe extendit, & vſque ad inimicorum amplexum diffunditur. Proprer quod deo dixit propheta, Latum mandatum tuum nimis. Et Apoſtolus, Cor, inquit, noſtrum dilatatum eſt. Dilatatur ſiquidem cor humanum, dum charitatis feruore profunditur, omniúmque cupit ſalutem. Et tunc virtutum inſiſtit operibus mente promptiſsima: ſicut hoc ipſum expertus dixit vir ſanctus. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum. Facit quoque ſcriptura animam creſcere in profundum: quia ad ſpiritalem ſoliditatem eam perducit, ita vt conſtans fiat, ſtabilis, ac matura in moribus, omniúmque vanitatum ac ſimulationum vacuitatem ac leuitatem deteſtans. Quemadmodum Paulus hortatur, Stabiles eſtote & immobiles, abūdantes in opere domini ſemper. Hinc impii ſunt tanquam puluis ante faciem venti: quoniam omni tentationum, paſsionum, vitiorum agitatione hincinde mouentur: nec mente in deo quieſcunt: ſed inquieti ſunt iugiter. Iuſtus verò quaſi fundamentum æternum. Porrò cum homo hoc modo per eruditionem ſcripturę in ſpiritalem altitudinem, charitatiuam latitudinem, virtuoſam profunditatem excreuit: perfectus cenſetur, & ſpiritualiter plenus ac ſolidus eſt. Quod conſiderauit Ambroſius: Plenitudinem, inquiens, vita iuſti habet: inanes verò ſunt dies impiorum. Idcirco nil vanæ gloriæ, nihil ſiniſtræ intētionis, nihil deteſtandę hypocriſis in corde reſideat Chriſtiani: ſed recti & ſynceri ſimus in omnibus. Tertiò materiales cibus & potus ad naturalē ac debitā qualitatē, puta corpoream fortitudinē, perducunt ac prouehunt hominem: ſic pagina ſancta animā in deo confortat, ſpiritaliter armat, victorioſámque efficit, intātùm vt vitiorū deiiciat aciem, & dæmonun turbam proſternat: imò & pro creatore, pro fide, pro iuſtitia parata ſit mori. Et hæc omnia facit ſcriptura, nuc cę leſtia præmia pollicendo. vt dū ait ſaluator, Gaudete in illa hora, (Quando videlicet aduerſa multa ac magna patimini) & exultate quoniā merces veſtra copioſa eſt in cęlo, nūc infernalia ſupplicia cōminando: ſicut dum rurſus loquitur Chriſtus, Nolite timere eos, qui corpus occidunt animam autem non poſſunt occidere: Sed eum timete, qui habet

Universidad de Deusto
Biblioteca

poteſtatem & corpus & animam perdere in gehennam: Nunc animam in dei amore inflammando: ita vt dicat, Qui nos ſeparabit à charitate Chriſti? Nunc Chriſtum & cæteros ſanctos in exemplum hominibus proponendo: ſicut dum ait, Qui ſe dicit in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare. Item Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Nunc ad aliarum virtutum exercitia inducendo, atque ad ſpiritalia prælia animando: ſicut dum ait, Non coronatur, niſi qui legitimè certauerit. Et denuo. Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis. Denique vt ait Apoſtolus, Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad corripiendum, ad arguendum, ad erudiendum in iuſtitia: vt perfectus ſit homo, ad omne opus bonum paratus. Inſuper materiales cibus ac potus alios habent diuerſos effectus in corpore. Nam vires reparant, triſtitiam pellunt, iucunditatem adducunt, floridam faciunt diſpoſitionem in vultu ac membris. Sic plane ſcriptura virtutes per negligentiam debilitatas ad priſtinum reducit vigorem, mœrorem inordinatum ac tædium fugat, mentem exhilarat, & renouationem facit internam: vt renouetur quaſi aquilæ iuuentus animæ. Propterea ait Hieronymus, Pinguiſsimus eſt ſermo diuinus, omnes in ſe habet delitias, quicquid voluerit ex diuino ſermone naſcitur: quèadmodum manna ſecundum vniuſcuiuſque ſapuit voluntatem. Et Beatus Gregorius quoque teſtatur, Scriptura, inquit, ſacra aliquando nobis cibus eſt, aliquando potus. Cibus eſt enim in locis obſcurioribus, in quibus per expoſitionem quodammodo frangitur, vt maſticanda deglutiatur, Potus verò eſt in locis apertioribus, quia ibi ſorbetur vt inuenitur. Sed & Hugo de ſancto Victore diſſeruit, Nihil, inquiens, in hac vita dulcius ſentitur, nihil auidius ſumitur, nihil mentem à mundi amore ſic ſeparat, nihil ſic animam contra tentationes confortat, nihil hominem ad omne opus bonum & ſanctum laborem ſic excitat & inflammat, vt ſtudium ſacræ ſcripturæ. Hinc in ſcripturis libentiſsimè exerceri debemus, & eius intellectui eſt diligentiſsimè inſiſtendum. Præterea vniuerſos effectus prætactos, ſcriptura ſeu liber ſeptem Epiſtolarum Canonicarum iam exponendarum, ſublimiter parit in anima. Sunt enim epiſtolæ iſtæ mirabiliter ſententioſæ, compendioſæ, & inflammatiuæ: à quarum digno præconio deficit mens humana, Vnde in prologo totius ſcripturę ſanctus fatetur Hieronymus. Iacobus, Petrus, Ioannes, & Iudas ſeptem epiſtolas ediderunt myſticas & ſuccinctas, breues ſimul & longas: breues in verbis, longas ſententiis: vt rarus ſit, qui in earum non cæcutiat lectione, hoc eſt, à claro & pleno earum intellectu non deficiat & ſuccumbat. Sic & ſanctus Dionyſius in libro de myſtica theologia allegat beatiſsimum Bartholomæum Apoſtolum (quem ibidem vocat diuinum) dixiſſe, Quòd euangelium correptum ſit & productum. Quod tamen glorioſus Dionyſius ibi valde alte exponit. Præterea iſtæ ſeptem epiſtolæ meritò appellantur Canonicę, tanquam ad ſcripturam canonicam veraciter pertinętes: & propter dignitatem authorum earum, qui omnes fuerunt ſancti, ac diuini apoſtoli. Qui in ſuis ſcriptis à ſpiritu ſancto infallibiliter dirigebantur, propter quod eorum ſcripta ad canonicam ſpectant ſcripturam. Dicuntur quoque Canonicæ, id eſt regulares: quia in eis reuera ſunt ſaluberrimæ atque certiſsimæ regulæ credendorum & agendorum. Et quamuis propter has rationes etiam Pauli apoſtoli epiſtolæ poſſent dici canonicæ, conuenientius tamen nomen iſtud reſeruatum eſt iſtis epiſtolis: eò, quòd à diuerſis authoribus ſint conſcriptæ: & ita ab vno eorum commune nomen ſortiri nequibant. Idcirco commune aliquod nomen fuit eis attribuendum. Nomẽ vtique venerabile & condignum. Epiſtolæ autem Pauli ab vno ſuo authore & conſcriptore rite denominantur. Harum itaque ſeptem epiſtolarum expoſitioni nunc intendendum eſt diligenter, quantùm ſpiritus veritatis, ſuperſuauiſsimus, & adorandus paracletus præſtare dignabitur.

A

EXPOSITIO PRIMI CAP. EPISTOLAE SANCTI Iacobi Apoſtoli.

Articulus Primus.

Iacobus dei et domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruus] Iſte eſt Iacobus, reſpectu alterius Iacobi Apoſtoli, minor vocatus. Minor, inquam, vocatione ad apoſtolatum, nõ ſanctitate & perfectione virtutum. De huius enim Iacobi miranda atque præcipua ſanctitate, in eius legenda multa leguntur: & de eo in Actibus apoſtolorum frequenter fit mentio. Erat ſiquidem primus Hieroſolymitarum Chriſtianorum epiſcopus: eratque excellentiæ tantæ, vt Paulus dicat apoſtolus, Iacobus, Cephas (qui & Petrus) & Ioannes, qui videbantur columnæ eſſe, dexteras dederũt mihi, & Barnabæ ſocietatis: vt nos in gentibus, ipſi autem in circunciſione euangelizarent. Itaque Iacobus iſte ſanctiſsimus, Iudæorũ conuerſioni ac gubernationi ſpecialiter deputatus, hanc Iudæis ſcripſit epiſtolam. Et in hac, ſua patet profunda humilitas, quòd. ſ. cum eſſet famoſiſsimę æſtimationis, & conſanguineus Chriſti (vt pote qui filius erat ſororis virginis Mariæ Chriſtiferæ: & primus, vt dictum eſt, Hieroſolymitarum præſul) nõ tamen Chriſti Apoſtolum ſe appellat, ſed ſeruum. Seruum vtique, non ſeruitute ſeruilis, ſed filialis timoris. Cui ſeruo in euangelio dicitur, Euge ſerue bone & fidelis, &c. Sic quippe & Chriſtus, quem reprimit ſpiritus timoris domini, ſeruus dei ſecundum aſſumptam naturam vocatur, iuxta illud Eſa. In ſcientia ſua iuſtificabit ipſe ſeruus meus plurimos, & peccatũ eorum portabit. Denique Iacobus opportunè vocat ſe ſeruũ Chriſti, non apoſtolum: quoniam ſcripſit Iudæis, qui ad ſuperbiam proni erant, & contempſerunt gentiles: atque ex gentilitate conuerſis ſe præferebant, vt in Actib. & in epiſtolis Pauli, pluribus patet locis. Illos ergo volens ſuo exemplo ad humilitatẽ inducere, Chriſti ſe nominat ſeruum potius, quam Apoſtolum. Sic & excellentiſsima atque humillimavirgo Maria in ſuis ad ſanctum Ignatium epiſtolis, non genitricem ſeu matrem, ſed ancillam Chriſti ſe nuncupat. Quibus exemplis percutitur & damnatur ſuperbia noſtra. Quia ſi aliquid ſublimitatis competit nobis, hoc proni ſumus manifeſtare directè aut indirectè: explicitè, ſiue implicitè. Quod verò imperfectionis, vitij, aut vilitatis noſtræ eſt, ſubticemus. ¶ Porrò quòd ait, [*Dei & domini noſtri Ieſu Chriſti*] poteſt exponi dupliciter, ſcilicet tranſitiuè & intranſitiuè. Poteſt enim ad eandem referri perſonam, vt ſit ſenſus, Iacobus ſeruus Ieſu chriſti, qui eſt deus & dominus noſter. De quo apud Ioan. legitur, Hic eſt verus deus & vita æterna. Et alibi, Vocabitur nomen eis admirabilis, conſiliarius, deus, fortis. Poteſt quoque ad diſtinctas perſonas referri, eritque ſenſus, Iocobus ſeruus Chriſti domini noſtri & dei, id eſt patris æterni: cuius Chriſtus eſt filius, cuius & Chriſtus in ſcipturis vocatur, prout homo, inquantùm plenitudine gratiæ vnctus eſt ab eo. Iuxta illud, in Pſalmo, Vnxit te deus, deus tuus oleo lætitiæ.

B

C

Vnde & in Actibus ait ſacratiſsimus princeps apoſtolorum, Ieſum vnxit deus ſpiritu ſancto & virtute. Et apud Lucam habetur, Reſponſum accepit Simeon à ſpiritu ſancto non viſurum ſe mortẽ, niſi prius videret Chriſtum domini. Et rurſus apud Luc. vbi recitatur Chriſtus interrogaſſe Apoſtolos, Quem me dicunt homines eſſe? Petrus legitur reſpõdiſſe, Chriſtum dei. Inſuper non ſolùm à patre vnctus eſt Chriſtus, vt homo, ſed & item à ſpiritu ſancto, ſecundum quod ipſemet proteſtatur, Spiritus domini ſuper me, eò quòd vnxerit me. Imò cum opera ſuperbenedictę trinitatis ad extra ſint indiuiſa, Chriſtus homo à ſeipſo, prout deus eſt, vnctus eſt. Idcirco dum ipſe vocatur Chriſtus dei, nomine dei intelligi poteſt, non ſolùm perſona patris, ſed & deus trinitas, ac quælibet increata perſona. Quamuis vſitatius & magis propriè dicatur Chriſtus patris, quàm perſonæ alterius. Si exponatur primo modo, tũc per verba iſta deſtruitur hęreſis impiſsimi Arrij, deitatem Chriſti negantis. Si ſecundò modo, per ea deſtruitur perfidia condemnati Sabellij, qui patris & filij vnam dixit eſſe perſonam. Itaque Iacobus Chriſtus ſeruus, non ſeruitute, vt tactum eſt, ſeruilis timoris. De cuiuſmodi ſeruo ait Saluator, Seruus non manet in domo in æternum. ¶ Hic Iacobus ſcribit ac mandat, imprecatur, & optat [*Duodecim tribubus, quæ ſunt in diſperſione, ſalutem.*] Ante Babylonicam captiuitatem, captæ erant decem tribus Iſraël ab Aſſyriis, nec interim ſunt reductæ. Poſt captiuitatem autem Babylonicam, tribus Iudæ ac Beniamin redierunt in propria, & cum eis tribus Leuitica, vt patet in Eſdra. Quomodo ergo Iacobus ſcribere potuit duodecim tribubus Iſraël diſperſis, cum aliquæ earum eſſent reductæ? certumque eſt quòd non ſcripſit decem tribubus remotè à Iudęa tranſlatis, incredulis, & vltra montes Caſpios conſtitutis? Et reſpondendum quòd ex decem tribubus aliqui remanſerunt in Iudęa, & crediderunt in Chriſtum. Similiter ex tribu Iuda & Leui ac Beniamin multa milia fuerunt ad Chriſtum conuerſa, vt patet in Actibus, vbi & Lucas euangeliſta teſtatur, quòd etiam multa ſacerdotum turba obediebat fidei, & quòd erant in Hieruſalem habitantes Iudæi, viri religioſi, ex omni natione quæ ſub cælo eſt. Ex quibus plurimi ſunt conuerſi. Quo & paulò poſt Stephano protomartyre lapidato, ſunt ab obſtinatis incredulisque Iudæis à Hieruſalem pulſi, & per regiones Iudææ atque Samariæ, & per alia loca diuerſa diſperſi. Ex qua diſperſione non minorata, ſed aucta ſunt euangelica fides, quia diſperſi vndique prædicabãt. Hinc & illud habetur, Facta eſt autẽ in illa die perſecutio magna in eccleſia quę erat Hieroſolymis, & omnes diſperſi ſunt per regiones Iudææ & Samariæ, præter apoſtolos. Et qui diſperſi erant, pertranſibant euangelizantes verbum dei. Ex præinductis conſtat ineptam eſſe expoſitionem dicentis, Quod Iacobus ſcripſit diſperſis extra terminum Iudææ, ita vt eis non ſcripſerit qui intra Iudæam erant diſperſi, eò quòd illos potuit verbo docere. Imò dicendum, quòd non potuit illos verbo docere, qui per tam diuerſas vrbes, regiones, & diſtantias diſperſi fuerunt. Nec Iacobus iſte legitur paſſim extra Hieruſalem iuiſſe ad prędicandum. Nec ſequitur, Potuit eos verbo informare, ergo non docuit eos ſcripto. Quoniam etſi informatio per verba vocalia efficatior ſit, quàm per verba ſcripta: tamen inſtructio per ſcripta perſeue-

D

Actu. ii. 15. Gala. 2. Iacobus Chriſti cõſanguineus. Matth. 25. Lucæ. 19. Eſaiæ. 53. Actu. 6. Mariæ ad Ignatium epiſtolæ. 1. Ioan. v lt. Eſaiæ. 9. Pſalm. 44. Actu. 10. Lucæ. 2. Lucæ. 10. Eſaiæ. 71. Ioan. 8. 4. Reg. 25. 1. Eſdræ 2. 1. Actu. 2. 68. Actu. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Actu.1. rantior perhibetur, atque ad posteriorum quoque magis manet memoriam. Vnde Paulus apostolus E
multos instruxit per epistolas, quos & ante & postea docuit verbis. Ioānes quoque apostolus ab exilio
Pathmos reuersus, scripsit euāgelium iis quos & quotidianis instruxit sermonibus. Sic & Lucas in exor-
dio Actuum apostolorum insinuat se ei actus apostolorum euangeliumque scripsisse, puta Theophi-
lo, quem & verbis edocuit. Insuper Marcus scripsit euangelium suum Romæ, rogatus à fidelibus ibi:
qui non solum à Marco, sed etiam à principe apostolorum Petro quotidie edocebantur vocaliter. Mat
thæus etiam Nubianos verbo instruxit ac scripto.

¶ Itaque dispersis tribus mandauit Iacobus iste [*salutem*] videlicet, beatitudinem viæ ac patriæ. Hoc est,
meritum & profectum gratiæ ac virtutū, & gloriam patriæ. Et quia in dispersione & tribulatione fue-
runt, informationem eorum à patientia incipit. Dispersi nāque & afflicti tali instructione consolatione-
que indigent. [*Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias inciderit*] Ecce quàm charita-
tiua & sapientialis cōsolatio, quàm dulcis & pia, quàm compendiosa efficaxque instructio. Spirituales
filios suos ac subditos vocat humiliter fratres suos. Per quòd quorumdam in oculis suis magnorū ani-
mositas reprobatur: qui subditos suos, aut inferiores, aut certè æquales nesciunt quasi fratres apprehen-
Eccle.33. dere, & humili appellatione exprimere, illud Ecclesiastici non aduertentes, Rectorem te posuerunt, no-
Deute. 17. li extolli, esto in illis quasi vnus ex eis. Curam illorum habe, & sic considera. Hinc in Deuteronomio. Deus
præcepit de Rege, Non eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos. Si igitur regibus & prælatis F
tam prohibitum est atque damnabilē se super subiectos suos extollere, quanto est iniquius damnabi-
liusq;, si quis se eleuet super eos quibus nō præest, aut sup æquales, & potissimū super maiores superio-
résque suos? quod prorsus diabolicum est. Itaque fratres mei. Fratres vtique conformitate naturæ spe-
cificæ, ac identitate originalis propagationis humanæ. Fratres quoque fide & religione, & quia eiusdem
patris cælestis filij adoptiui, atque ad eandem hæreditatem supernam vocati. Propter quod quotidie di-
Matth.6. cimus, Pater noster qui es in cælis, adueniat regnum tuum: hoc est, ad cælestis regni participationem nos
Psalm. 50. proueh̄e, vt ædificentur ex nobis muri cælestis ac triumphantis Hierusalem, & regnum impleatur cæ-
Malach.2. leste. Fraternè ergo nos inuicem diligamus: nec vnus alium aspernetur. Hinc enim scriptum est in Ma-
lachia. Núnquid non pater vnus omnium nostrūm? Núnquid non deus vnus creauit nos? Quare ergo
despicit vnusquisque fratrem suum? Sic ergo ó fratres omne gaudium existimate, i. perfectam iucundi-
tatem iudicate contiistere in hoc, cum in diuersas tentationes inciderit is. i. in multas & magnas tribula-
tiones & aduersitates veneritis. Quoniam quamuis tribulatio in seipsa amara sit, & pœnalis: tamē mul-
Tribula- tiplicitervtilis est, & fructuosa quàm maximè. Idcirco cum gaudio spirituali est acceptāda, & sustinēda.
tionis vtili Si enim dei intuitu & amore æquanimiter toleretur, purgat à vitiis, disponit ad gratiam: eamque auget,
tas multa. & virtutes augmentat, & Christo propter nos passo patientem conformat. Est quoq; signum probabi- G
Apoc a.3. le prædestinationis æternæ, & filiationis adoptiuę, ac dilectionis dei ad hominē, deo testante, Ego, quos
amo, arguo & castigo. Sed & per eam à futuris eripimur pœnis, & ad beatitudinem pleniorem compen
diosius peruenimus. Cùm ergo quàm fructuosissimum ac salubertimum sit, in præsenti parernè castī-
gari, multipliciter tribulari, aduersitatibus exerceri, corripi, & tentari, dummodo patienter feratur: núm
ne insipientiæ & nimiæ imperfectionis, imò insaniæ est indiciū, quòd nolumus aduersitates, correptio
nes, tentationes correctiones, libenter sufferre? Sed statim irascimur, indignamur, turbamur, deiicimur:
imò vix pro peccatis & excessibus nostris corripi ac corrigi volumus: cùm tamen princeps Apostolorū
1.Petri.2. in prima sua dicat canonica. Hæc est gratia, si propter conscientiam dei sustinet quis tristitias, patiēs in-
iustè. Quæ enim est gratia, si peccantes & colaphizati sustertis? Si autem benefacientes sustinetis, hęc est
gratia apud deum. In hoc enim vocati estis. Hęc est Christianæ sapientiæ altitudo, hæc Christi doctri-
na, In aduersis, sicut in omnibus diuitiis, gloriari: sicque Saluatoris sectari vestigia, qui ait in euang. Bea-
Matth.5. ti estis, cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum
vos mentientes propter me, Gaudete in illa hora & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cę-
Lucę.6. lis. Sic igitur omne gaudium existimate. i. omni gaudio dignum arbitramini, in diuersas tentationes in-
cidere, & eas æquanimiter sustinere: quia per hoc spiritualem consolationem in via, & plenā fœlicitatē
in patria promeretur ac obtinet homo: imò, teste Apostolo, Non sunt condignę passiones huius tēporis.
ad futurā gloriā. Etenim futurę mercedis ac glorię comparatione, omnibus tribulatio in hac vita est mo
Roma.8. dicissima reputanda: iuxta illud Apostoli, Id quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis H
2.Corin.2. nostrę, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Cum ergo infirmi pa-
tiantur se vri, secari, insciди pro transitoria sanitate: quid est quòd aduersa perpeti dedignamur pro æter-
na salute? Rectè itaque disseruit Salomon, Qui impatiens est, operatur stultitiā. Deniq; in tribulationi-
bus maximè pronus est deus misereri & parcere. Quemadmodū ait, Cum ipso sum in tribulatione, eri-
piam eum & glorificabo eum. ¶ Deinde subiungitur ratio cur tētationes seu tribulationes pro deo, pro
Psalm.90. fide, pro iustitia sint cum gaudio perferendę. [*Scientes quod probatio fidei vestræ*] id est ipsa vestri persecu
tio, tribulatio, siue tentatio pro causis prætactis, per quem fides vestra probatur, examinatur, & exer-
cetur: vt pateat an verè & firmiter insit vobis: & vosipsi probamini, an verè in fide sitis constantes, & deo
fideliter adherentes. Quod probatur, inquiritur, & declaratur per hoc, quòd nec propter aduersa fidē
Sapient. 3. eius relinquitis, neque ab eo vos separatis. Hinc scriptum est, Tanquam aurum in fornace probauit
electos deus. Dicitur autem deus electos & fidem eorum probare & examinare per aduersa, non vt ei
innotescant, sed vt electi cognoscant seipsos, eorumque virtus & fides aliis ad eorum ędificationem, &
Zach.13. dei honorem pateſcant. Propter quod loquitur deus, Ducam eos per iguem, & vram eos, sicut vritur
argentū, & probabo eos, sicut ꝓbatur aurū. Porrò per tribulationē æquanimiter toleratā, fides & virtus
hominis ꝓbātur. Hoc est, à summo iudice approbātur, atq; hominibus demonstrātur, vt eas sectentur.

A Sic ergo probatio fidei vestræ [*Patientiam operatur*]. i. ad habitualem & firmam patientiam vos inducit.
Quia ex actibus sæpe reiteratis habitus generatur. Et ex frequentibus patientiis in aduersis, seu patienti-
bus aduersitatum tolerationibus frequentatis, generatur in homine patientiæ virtus, seu patientia firma
& habitualis per quā homo facilè ac hilariter patitur, quod ante cum difficultate & remissione patieba-
tur. ¶ Quocirca sciendum, quòd duplex est patiētia, puta, infusa, & acquisita. Et eadem distinctio in aliis Patientiæ
virtutibus assignatur. Estque questio non minima, an virtus infusa & acquisita circa idem obiectū ver- duplex.
santes, specificè distinguantur. Patientia autem infusa inest omni homini in charitate & gratia existenti.
Sed patientia ista non statim in principio sui aufert ab homine difficultatem sustinendi aduersa. Quia
virtutes infusæ non statim tollunt reliquias vitiorū præteritorū, nisi forsan in magna abundantia & ex-
cellentia infundatur. Patientia verò acquisita tollit difficultatem sufferendi aduersa: quia virtutes acqui- Tullius.
sitæ vitiorum tollunt reliquias, Vnde huiusmodi virtus à Tullio definitur, quòd sit habitus rationi cōsentaneus, in modum naturę operās. Atque, vt ait philosopus, signum huiusmodi virtutis est, delectatio
siens in opere. i. delectatio operationi suæ annexa. Veruntamen virtutes infusæ etiam paulatim crescūt,
& perficiuntur. Et tunc excellentius tollunt reliquias vitiorum, videlicet pronitatē ad malū, inclinatio-
nē ad culpā, & debilitatē resistendi peccatis, ij virtutes acquisitæ. Gratia nanque superior est ꝙ natura.
Tunc quoq; maiorem delectationē sibi annexā habet virtus infusa, quā acquisita. Sed præinducto ver- Roma.5.
B bo apostoli Iacobi, asserentis quòd probatio patientiam operatur, contrarium videtur, quod ad Roma-
nos habetur, vbi dicitur, Tribulatio patientiā operatur, patientia autē ꝓbationem, ꝓbatio verò spem. Si
ergo patientia operatur probationē, quomodo probatio operatur patientiā? Sequeretur enim quod esset
circulatio in causis & causatis, & idem esset causa suiipsius: quoniā quod est causa causæ, est causa cau-
sati. Et respondendū, ꝙ in causis & causatis nō est circulatio in eodē genere causæ, sed vnū potest esse
causa alterius, & ediuerso in diuerso genere causę. Quemadmodū ambulatio est causa sanitatis in gene-
re causæ efficiētis: sanitas verò causa est ambulationis, in genere causæ finalis. Sic in proposito patientia Beda.
operatur probationem efficiēter: probatio autē formaliter sumpta, operatur patiētiā in genere causæ fi-
nalis: quia patientia ordinatur ad fidei probationē. Hinc ait Beda, Ideo homo tētatur aduersis, vt patien-
tiam discat, & per eam ostendere possit atque probare quòd firmam fidē futuræ retributionis gestet in
corde. Patientia autem operatur probationē, quia cuius patientia vinci nō potest, ille perfectus esse pro-
batur. Vnde hoc loco subiungitur. [*Patientia autem opus perfectum habet.*] Porrò probatio fidei patientiā
operatur. quia hac ratione fideles per patientiam exercentur, vt per eam fides eorum ꝙ sit perfecta, pro-
betur. Sed cum multæ sint virtutes patientia digniores & perfectiores, videlicet virtutes theologicæ, iu-
stitia quoque & fortitudo, latria atque prudentia, cur dicitur opus perfectū habere? Respondetur, quòd
multiplici ratione patientia dicitur opus habere perfectum. Prima & potissima ratio est, quia per inte- Patientiæ
C gram & constantē patientiam in aduersis, præcipuè declaratur extirpatio priuati amoris, & aliarum vir- cōmēdatio
tutum firmiter radicata syncoritas. Quod enim homo propter aduersa impatiens redditur & tristatur,
hinc accidit, quoniā amat se in se, & nondū spiritualiter mortuus est sibimetipsi, seu ꝓprævoluntati, &
naturali inclinationi: sed adhuc amat honores & cōmoda sua. Similiter si homo sit veraciter humilis, mi
tis, timoratus, & fractus, per patientiam maximè declaratur & inuestigatur, Nempe, si quis sit fictè seu
apparenter mitis, humilis, factus: & in camino aduersitatis ponatur, seu tribulationibus exerceatur, pro-
tinus interiorem suā imperfectionem ostendit, & per impatientiæ suæ impetū ebullit, suamque elatio-
nem, irā, infractionē demōstrat. Quemadmodū si mala olla ponatur in igne, mox crepat & exilit. Qui 2.Corin. 5.
verò inuincibiliter patiēs inuenitur, à præfatis vitiis immunis probatur, & verè virtuosus esse cognosci- Albertus.
tur, viuens deo non sibiipsi. Secunda ratio huius est, Quia, vt scribit hoc loco Albertus Magnus, patien-
tia habet opera sex suo modo perfecta. Primum est, probatio hominis & virtutum ipsius: quia, vt dictū
est, Patientia operatur probationem. Hinc religiosi à superioribus suis, & à seinuicem, per quædam ad-
uersa exerceri consueuerunt, vt quales sint cōprobetur ac innotescat. Secūdum est, gaudiū spirituale ex-
pectatioque letitiæ: propter quod in Eccle. scriptum est, Vsque ad tempus sustinebit patiens, & postea Eccle.1.
erit ei redditio iucunditatis. Et Apost. quoque, Gloriamur, inquit, in tribulationibus. Per patientiā nan- Roma.5.
que meretur homo etiam in præsenti diuinitus consolari. Quemadmodum Paulus fatetur, Benedictus 2.Corin. 5.
deus, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Et iterum, Sicut abundāt passiones Christi in no- Eodem.
D bis, ita per Christum abundat consolatio nostra. Hoc est, quod ait psalmista, Secundū multitudinem do Psalm.93.
lorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerūt animā meam. Sed hanc cōsolationē qui-
dam per impatiētiam & murmurationem suā auferunt sibi. Idcirco in Iob scribitur, Núnquid grande Iob.15.
est, vt consoletur te deus? Sed verba tua praua hoc probibent. Tertiū opus est, iræ ac rancoris extinctio.
Iuxta illud Sapientis, Vir iracundus prouocat rixas: qui autē patiens est, mitigat suscitatas. Quartum est, Prouer. 23.
passionū subiectio, & surpsius salubris possessio: propter quod ait Saluator, In patientia vestra posside- Lucę.21.
bitis animas vestras. Impatiens quippe seipsum non possidet, sed à sua impatientia, ira, tristitia, turbulen
tia possidetur. patiens autem se possidet, quoniam inferiores vires, & passiones subiicit rationi. Quintū
est, suipsius gubernatio circunspecta. Vnde in prouerbi. Qui patiens est, multa gubernatur prudentia: Prouer.14.
qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam, Sextum est, vitę æternę adeptio: prout ad Hebr. legitur, Hebr.10.
patientia vobis necessaria est, vt voluntatem dei facientes, reportetis promissionem. Hinc scriptura pa-
tientiam valde cōmendat. Et patientiā semper amplecti & obseruare debemus: cum Salomon dicat, Me Prouer. 16.
lior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium. Tertia ratio huius est, quo-
niam patientia refrenat tristitiā. Qua refrenata, refrenantur & ira ac odium. Patientia nanque circa pas-
sionem tristitiæ refrenandā versatur. In tribulationibus autē & persecutionibus passio quę prima occur
rit sustinenti, est tristitia. Ex qua protinus nascitur ira, quę est appetitus vltionis de persequēte, iniuriam

Universidad de Deusto
Biblioteca

irrogãte,seu offendente. Deinde oritur odium. Qui igitur per patientiam refrenat tristitiã, amputat irã E
ac odium. Vnde qui de tribulatione sibi inflicta non constristatur: contra tribulantẽ nequaquã irascitur,
nec odit eundẽ. Sicq; quantũ ad hęc, patiẽtia habet opus perfectũ. Ideo subditur, [*Vt sitis perfecti*] in om-
Psal. 9, 80. 110, 36. ni virtute [*Et integri*] in recta intentione, & tota mente deo adhærere, ac complacere intendatis, atque co-
nemini. Et ita cum propheta cantare possitis, Confitebor tibi domine in toto corde meo, vt puta intel-
lectu & affectu, ratione & voluntate, actu & intentione. Ista est spiritualis interiorque integritas, qua
quis tota mente deo intentus est, non partim deo, & partim mundo: vt hi qui deo & mundo cupiũt de-
seruire ac cõplacere. Contra quos loquitur Christus, Nemo potest duobus dominis seruire. Et rursus,
Matth. 6. Luc. 16. Non potestis deo seruire & mammonæ. De quibus Propheta, Diuisum est cor eorũ, nũc interibunt. Sit
Osee. 10. ergo semper tota nostra intẽtio, & omnis affectio ad deũ, & in deo, videlicet reducta, simplificata, fixa,
& adunata in eo [*In nullo deficientes*] ab executione operum bonorũ, nec tentationibus succũbentes, sed
2. Cor. 9. perseuerantes vsque in finẽ. Quemadmodũ monet Apost. In omnibus semper omnẽ sufficientiã habẽ-
Esaiæ. 64. tes, abundetis in omne opus bonũ. Sed cum omnes iustitiæ nostræ, Esaia testante, sint quasi pannus mẽ-
struatæ, quomodo possumus in vita hac in nullo esse deficientes. Et respondendũ, quòd in his quę sunt
de necessitate salutis, & secundum statũ præsentis peregrinationis, homines virtuosi dicuntur in nullo
deficere. Quemadmodum loquitur & propheta, Nihil deest timentibus deum. Corinthiis quoq; scribit
Psal. 33. apost. In omnibus diuites facti estis in Christo, ita vt nihil vobis desit in vlla gratia. Deniq; sitis perfecti F
1. Corin. 1. in interiori dispositione, in omni cogitatu & affectione integri, & veraces in verbis, nõ deficiẽtes in virtu
tũ operibus. Rursus sitis perfecti in fide, habendo fidẽ cũ rationibus credendorũ, & purificatæ mẽtis in-
telligentia, integri in spe, nõ deficientes in charitate. Plenitudo enim legis, dilectio. Insuper istud cõple-
Rom. 13. xum, vt sitis perfecti & integri & cætera, ad totã prẽinductã exhortationẽ est referendũ. Propterea nã-
que debemus omne gaudium æstimare, cũ in varias inciderimus tẽtationes: vt simus perfecti & integri,
in nullo deficientes. ¶ Et quia ad intelligendũ, quã fructuosa sit homini varia tribulatio in præsenti: atq;
ad discernendum inter bonũ & malũ, inter verum & falsum, indiget homo illuminatione diuina, subiũ-
gitur [*si*] pro quia [*Quis*] imò quicũque [*Vestrum indiget sapientia*] .i. discretione & intelligentia pertinen
Sapien. 9. Iob. 37. tium ad salutem, ac notitia scripturarum seu dono sapientiæ, quo per gustum internum bene sentit ac
Eccles. 1. iudicat homo de deo, Hac multiplici sapientia omnes iugiter indigemus: præsertim in dubiis, arduis, &
Psalm. 90. Eccle. 2. obscuris, in quibus quid postulemus, sicut oportet, nescimus. Propter quod scriptũ est. Cogitationes
mortalium timidę, & incertæ prouidentiæ nostræ. In Iob quoque fertur, Nos quippe iuuoluimur tene-
bris. [*Postulet a deo*]. Omnis enĩ sapientia à domino deo est, ad quẽ tanquam ad benignissimum patrem,
infallibilem directorem, omnipotentem adiutorem, in omni necessitate debemus confugere. Quia non
deest nec deficit confugientibus ad se. Iuxta quod in Ecclesiast. asseritur. Nullus enim sperauit in do- G
mino, & confusus est. Aut quis inuocauit illum & despexit eum? Cũ enim, teste philosopho, natura nõ
deficiat in necessariis: multòminus creator, naturæ author, in necessariis deficit. [*Qui dat omnibus affluen-*
Dionysius *ter*] .i. liberaliter & abundẽ. Ipse etenim abundantia suæ pietatis merita supplicum excedit & vota, & si-
cut infinita est bonitas ac opulentia dei, sic infinita est munificentia eius. Qui (vt diuinus Dionysius do-
cet) per omnem naturæ vultum sua dona diffundit, nec aliquid existentium suæ bonitatis communi-
catione expers relinquit, & vnicuique secundũ suam capacitatẽ dispositionemque influit. Omnibus
quippe dat dona naturæ, necessaria vitæ: atque ad danda dona gratiæ semper exhibet se paratum: dum-
modo quod in se est, faciat homo. Imò quosdam gratiosissimè præuenit, & omnem gratiæ obicem ac
cordis duritiam tollit ab eis, gratiamque largitur eisdem: non solùm supra eorũ merita, sed & cõtra eo-
rum demerita. ¶ Sed obiici potest, quòd multi sunt pauperes: & in naturalibus etiam defectuosi, & o-
mni gratiarũ carentes charismate. Quomodo ergo dat omnibus affluenter: præsertim cum aliqui mo-
riantur ex fame? Et respondendum, quòd deus non dat omnibus æquè affluenter. Et quòd vnicuiq; dat
Psal. 144. quælibet munera abundanter, sed vni hoc, alteri illud. Et tamen omnibus tribuit dona aliqua affluen-
ter in proprio genere, suóque tempore. Quemadmodũ scriptum est, Aperis tu manum tuam, & imples
Psalm. 103. omne animal benedictione. Suo etiam tempore ex rationabili causa subtrahit dona sua. Sicut ait Psalmi
sta, Omnia à te expectant, vt des illis escam in tempore. Dante te illis colligent, aperiente te manum tuã,
omnia implebuntur bonitate. Auertente autem te faciem, turbabuntur: auferes spiritum eorum, & defi-
cient, & in puluerem suum reuertentur [*Et non improperat*] Nũnne deus per Moysen & prophetas filiis H
Israël sæpissimè improperauit beneficia quæ eis impendit? Nũnne etiam deus ingratitudinem homi-
Num. 14. Esaiæ 1. num grauiter punit, & quotidie per se & suos ministros reprehendit eos de ingratitudine sua? Vnde per
Moysen ait de filiis Israël, Vsquequo multitudo hæc pessima non credet mihi in omnibus mirabilibus
2. Reg. 12. meis, quæ feci coram eis? Et alibi, Filios, inquit, enutriui & exaltauit, ipsi autem spreuerunt me. Sic &
in libris Regum impiis regibus Israëlis legitur improperasse, quòd eleuauit eos de puluere: & reges cõ-
stituit populi sui: ipsi verò nequiter egerunt. Imò & per Nathan improperauit regi Dauid beneficia
Matth. 13. sua, cum adulterium homicidumque fecisset. Quomodo ergo deus non improperat muneratis à se, be-
neficia eis collata? Et respondendum, quòd deus quãtùm est ex parte suæ bonitatis, inuariabilitatis, ac sa
Luc. 19. pientię, non improperat eis: sed propter eorum abusiones atque demerita facit hoc exigente sua iustitia
Ingratis ergo improperat, gratis verò maiora largitur, prout Christus disseruit, Habenti dabitur: ei etiã
Fides ne- cessaria. qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo [*Et dabitur ei*] sapientia à deo, si fideliter ac per-
seueranter petierit. Ideo subditur, [*Postulet autem in fide nihil hæsitans.*] Quod ait in fide, referri potest
ad verbum, postulet, & ad participium, hæsitans. Si referatur ad postulationem, sensus est, vt deum
roget fideliter, secundum veræ fidei directionem. Cum enim fides sit totius spiritalis ædificij fundamẽ-
tum: oportet in primis vt simus firmi in fide, & certi de veritate ipsius. Fides verò est interior oculus

A mentis, finẽ vltimum, ad quem ordinanda sunt cætera, ei ostendens, ipsamq; dirigens in petendis. Imò o-
mnes actus nostri ex fide procedere debent, & ad supernaturalẽ beatitudinem, quã fides docet ac mon-
strat, referri. Præsertim cũ ad Romanos scribat Apost. Omne quod non est ex fide, peccatũ est. Sic ergo Rom. 14.
in fide postulet deũ, nihil hæsitans. i. de misericordia dei & gratiosa eius exauditione nihil ambigens nec
diffidens. Porrò si referatur ad hæsitationem: sensus est, vt postulet deũ, nihil dubitans de fidei veritate,
sed firmus & certus in ea. Habet siquidem fides certitudinẽ adhærentiæ, quamuis non euidẽtiæ. Habet
quoque certitudinem ex parte obiecti, videlicet ęternę & infallibilis veritatis, cui innititur: quamuis nõ
omnifarie ex parte subiecti, puta intellectus humani, cuius capacitatem excedunt fidei veritates in vita
præsenti. Quotidie ergo, imo omni hora, deum deuotissimè deprecemur, vt mẽtem nostram iugiter illu Psal. 17.
minare, dirigere, roborare dignetur: cum propheta orantes, Deus meus illumina tenebras meas. Et, gres- Psalm. 118.
sus meos dirige secundum eloquium tuũ, & non dominetur mei omnis iniustitia. Itemque, Illustra fa- Psal. 30.
ciem tuam super seruum tuum. Beatus etenim homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris Psal. 93
eum. Atque vt Salomon vbertim testatur, dei est mentẽ docere. Vnde & in Prouer. habetur, Dominus Prou. 2.
dat sapientiam: & ex ore eius sapientia & prudentia. Nullus itaque de sua præsumat peritia, sed summæ
sapientiæ innitatur directioni. Cum scriptum sit, Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo, & ne in Prou. 3.
nitaris prudentię tuæ. Denique illuminationem diuinã inuocare oportet cum omni auiditate, diligẽtia,
B atque instantia. Prout Salomon loquitur, Si sapientiam inuocaueris, & quęsieris eam quasi pecuniam, & Prou. 7.
quasi thesauros effoderis eam, tunc scientiam dei inuenies. Veruntamen non sic debemus pro sapientia
deum adorare, vt negligamus à proximis & prælatis, ac doctoribus informationem expetere: sed & an-
gelum sui custodem vnusquisque debet quotidie inuocare, vt se illustrare dirigere, ac tueri dignetur.
¶ Præterea queri potest, quomodo debeamus deum orare in fide, nihil hæsitantes de auditione eius be- Angelus
nigna, cum ignoremus an simus in charitate & digni amore. Imò præsumptuosum videtur, vt quis præ- prius in
supponat se exaudiendũ à deo, quem tam grauiter, toties q; offendit. Et respondendum, quod quæstio uocãdus.
ista inquirit, qualiter spes nostra ad deum certitudinem sortiatur, & qualiter non. Spes quippe dicitur Eccles. 9.
certa expectatio futuræ beatitudinis. Ad quod Thomas respondet, quod spes certitudinẽ habet ex par-
te misericordię & omnipotẽtiæ dei. cui innititur, & ex qua nõ erit defectus nostrę salutis. Sed ex cõside
ratione proprię fragilitatis & dispositionis, habet timorem & incertitudinẽ quandã. Vnde spes & timor
dicuntur duæ molæ, inter quas quotidie spiritaliter moli debemus. Vt ex consideratione diuinę pietatis
confidamus de meliori: & ex cõsideratione proprię imperfectionis labilitatisq; vereamur iugiter de pe- 1. Tes. 4.
iori, ac de periculo simus suspecti. Vt sit spes mola superior, & timor mola inferior. Sic in ꝓposito quã
do oramus, debemus sine hæsitatione orare ex cõsideratione veritatis, ac pietatis altissimi, qui frequen-
ter in scripturis se promittit exauditurũ orantes, dũmodo. s. orẽt, sicut oportet: qui & oĩpotẽs, piissimus
C liberalissimus, atq; ditissimus est ad dandũ. Sed ex cõsideratione ꝓpriæ dispositionis, insufficiẽtię, imper
fectionis aut culpæ, bonũ est formidare, & cũ timore ac tremore orare. Hinc Beda circa verba prehabi- Beda.
ta, postulet in fide nihil hæsitans, ait, Hoc est, talem se exhibeat bene viuendo, vt dignus sit exaudiri, dũ
postulat. Qui enim meminit se non obtẽperasse dei præceptis, meritò hæsitat. Quoniã scriptũ est, Qui Proue. 28.
obdurat aurẽ suam ne audiat legẽ, oratio eius erit execrabilis. Hinc de quibusdã loquitur deus, Tũc in- Prouerb. 1.
uocabũt me, & non exaudiã. Atq; in libro Iob legitur, Nũquid deus exaudiet vocẽ hypocritæ, cũ vene- Iob. 13.
rit super eum angustia? [*Qui enim hæsitat*] de fidei veritate, aut de misericordia dei [*similis est fluctui maris*
qui] fluctus [*A vento mouetur & circumfertur*] .i. mente omnino instabilis est, non fixus in deo. Errores nã-
que, vitia, & impetus passionum, instabilem reddunt mentem, & exauditione indignã, cum nec syncerè
nec fixè cohęreat deo. Maximè autem prætacta hęsitatio de fidei veritate ac pietate diuina, est euitanda.
Hinc scriptũ est, Impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest. In Iob quoquę, Si iniquitatem, Esaiæ. 57.
quę est in manu tua, abstuleris, tunc leuare poteris faciẽ tuã absque macula & eris stabilis, & non time- Iob. 11.
bis. Et in Psalmo, Non sic impij, non sic: sed tanquam puluis, quem proĩcit ventus à facie terræ. Et de- Psalm. 1.
nuo, In circuitu impij ambulant. Siquidem vndique euagantur. [*Non ergo æstimet homo ille*] sic hæsitans, Psalm. 15.
D [*Quod accipiat aliquid*] .i. aliquod donum gratiæ gratum facientis [*A domino*] qui naturalia & temporalia
bona, ac dona gratię gratis datæ tribuit bonis & malis, reprobis & electis. Talis ergo quandiu permanet
talis, non exauditur, quantùm ad dona pertinentia ad salutem. Iuxta illud, Scimus quoniã deus peccato- Ioann. 6.
res non audit. Qui. s. in peccandi manent proposito. Vnde & in Treñ. dicitur deo, Nos iniquè egimus, Treno. 3.
& te ad iracundiã prouocauimus: idcirco tu inexorabilis es. Veruntamen si talis pœniteat seque dispo-
nat ad gratiã, faciẽs quod in se est, deus clementer eũ exaudit. Propter quod rursus ibidem fertur, Scrute Treno. 3.
mur vias nostras, & quæramus, & reuertamur ad dominũ. Leuemus corda nostra cũ manibus ad domi-
nũ in cælos: quia nõ repellet in sempiternũ dominus: quia etsi abiecit, miserebitur secũdũ multitudinẽ
misericordię suę. Vt ergo mereamur desup exaudiri, studeamus in veritatis cognitiõe & bonitatis amo
re cõstabiliri, in fide, spe & charitate firmari: in salutari sapiẽtia radicari, ne passionibus exagitetur cor- Ephes. 4.
nostrũ: nec seducamur erroribus, sed in omni euẽtu perseueremus fixi in deo: quemadmodum hortatur
Apost. Iam nõ simus paruuli fluctuãtes, nec circũueniamur omni vẽto doctrinæ, in nequitia hominũ, in Eccle. 5.
astutia, ad circumuentionẽ erroris. Vnde in Eccles. pręcipitur, Nõ vẽtiles te in omnẽ ventũ. esto firmus
in via domini, & in veritate sensus tui. Hinc Christus cõparat obedientẽ diuinis pręceptis viro sapiẽti, Matth. 7.
qui ædificauit domũ suã supra petram: cuius domũ nec venti, nec flumina potuerunt euertere. Inobe-
dientẽ autẽ cõparat viro stulto, qui ędificauit domũ suam super arenam: ideo vẽtis atque fluminibus in duplex ani
eam irruentibus cecidit. [*Vir duplex animo*] qualis est hæsitans [*inconstans est in omnibus viis suis*] id est in mo quis.
cũctis quę agit, in, psperis & aduersis, in verbis & factis. Imò & in interiori intẽtione & affectione. Porrò Matt. 10.
duplex animo appellatur omnis hypocrita, & cuius intentio non est recta, qui plica dolositatis se ope-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rit. Cui contrarium iubet Saluator, Estote, inquiens, prudentes, sicut serpentes: & simplices, sicut colũbæ. Est enim bona simplicitas, columbina, videlicet per exclusionem doli & simulationis vocata. Quæ est pura & recta intentio. De qua ait Saluator, Si fuerit oculus tuus simplex, totum corpus tuum lucidũ erit. Huic bonæ simplicitati est contraria duplicitas ista vulpina, quæ est praua & duplicata intentio. De qua item loquitur christus, Si oculus tuus nequã fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Qui taliter duplex est animo, vt puta simulator & callidus, foris bona ex genere operans, & se iustum ostendere volens, quãuis verò hominibus placere desiderans, inconstans est in omnibus viis suis. Quoniã & aduersis deiicitur, & prosperis vanè erigitur. Est quoque mẽdax & dolosus in verbis. Et talis interdũ ad horulã vult deo placere, atque post vitam hanc cũ Christo regnare: & paulò post cupit placere hominibus, & gaudere cum seculo. Ideo nusquã virtuti ac synceritati iustitiæ manet cohærẽs: sed leui occasione p diuersa rapitur vitia. Hinc scriptũ est. Ne accesseris ad deum duplici corde, & ne fueris hypocrita in conspectu hominũ. Itemq;, Væ duplici corde, & labiis scelestis. Meritò igitur ait scriptura alia, Simulatores & callidi prouocãt iram dei. Et Salomõ ait, Vir versutus, odibilis est. Et rursus scriptura testatur, Vę peccatori ingredięti terrã duab' viis. Duabus siquidẽ viis peccator terrã ingreditur, quãdo foris operatur quod bonũ videtur, & intus ad ꝓpriã laudẽ temporaleq; cõmodũ intuetur. Cũ ergo tã detestãda sit ista duplicitas, eam prorsus abiiciamus, & colũbina simplicitate coram deo resplendere conemur ei sup omnia, & cęteris nõ nisi in ipso, placere optãtes. Nẽpe vt iterũ Salomon ait. Abominatio est dño omnis illusor, & cũ simplicibus sermocinatio eius. Et idẽ alibi, Qui recti sunt, habitabũt in terra, & simplices pmanebunt in ea. Itemq;e, Sapientes ꝓteget gradientes simpliciter. Sic sanctus Iob fuit vir simplex & rectus. Cuius vestigia imitemur: quia qui ambulat simpliciter, ambulat cõfidẽter. Verũtamẽ est & asinina simplicitas, per exclusionẽ sapientiæ ac discretionis, sic dicta, quã vitare oportet, cum dicat Apost. Nolite pueri effici sensibus. Vt ergo à simplicissmo deo iugiter diligamur, columbina simplicitate semper ornemur. [*Glorietur autem frater humilis*]. i. corde simplex, seipsum sponte humilians, atque ab hominibus spretus, oppressus, iniuria lacessitus. [*in exaltatione sua*]. i. ex consideratione & spe suę futuræ fœlicitatis: quia tantò sublimior erit in regno cęlesti, quantò profundius seipsum modo humiliarit, & plura aduersa propter Christum patienter pertulerit. Nam, vt ait vnigenitus dei, Qui se humiliat exaltabitur. In Iob quoq; habetur, Qui humiliatus fuerit, erit in gloria, Et in Prouerb. scribitur, Gloriã præcedet humilitas. Ideo princeps Apostolorũ hortatur, Humiliamini sub potenti manu dei: vt vos exaltet in tempore visitationis. [*Diues autem*] glorietur [*in humilitate sua*] Hoc secundum Bedam & glossam ironicè dicitur. Vt sit sensus, Diues sciat se citò humiliandum, & vilipẽdẽdũ, atque damnandũ. Iuxta illud Qui se exaltat humiliabitur. Quod intelligendum est de diuite terrena inordinatè amante, seu cupido. De huiusmodi in euangelio loquitur dominus, Possibilius est camelum per foramen acus transire, quã diuitem intrare in regnum cęlorũ. De quo & Iob loquitur, Diues, cum dormierit, nihil secũ auferet, apprehendet eum, quasi aqua, inopia. Et itẽ in Psal. Nihil inuenerunt omnes viri diuitiarũ in manibus suis. Hinc subditur [*Quoniam sicut flos fœni transibit*]. i. citò de huius vitæ prosperitate ac opulentia auferetur. Sicut de impiis fertur in Psal. Quoniã tanquã fœnum, velociter arescent: & quamadmodũ olera herbarũ, citò decident. Deinde exponit similitudinẽ istam [*Exortus est enim sol cũ ardore*] quẽ efficit radiorũ suorum repercussione in terra, pręsertim quãdo ascendit in altum [*Et arefecit fœnũ*]. I. gramina terræ [*Et flos eius*]. i. fœni [*Decidit*] ex caloris adustione [*Et decor vultus eius*]. i. pulchritudo viriditatis superficiei fœni [*Deperiit: ita & diues in itineribus suis marcescet*]. i. in actibus suis vitiosis peribit. Et dum foris tẽporali floret prosperitate, carnali voluptate, potentia, atq; diuitiis: intus spiritualiter magis ac magis putrescit, corrumpitur, & fœdatur, imò ab omni gratiæ ac virtutum floriditate tabescit. Iuxta illud, Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus. Hãc eandẽ sententiam scriptura in multis continet locis. Scriptum est enim in Iob, Vidi iniquos domino flante perisse. Itemq;e, Laus impiorum breuis est, & gaudium hypocritæ instar puncti. Si ascenderit vsque ad cælũ superbia eius, & caput eius nubes tetigerit: quasi sterquilinium in fine perdetur, velut somnium auolans non inuenietur, trãsiet quasi visio nocturna. Et in Psal. Deiecisti eos dum alleuarentur. Quomodo facti sunt in desolationẽ? Subitò defecerunt, perierunt propter iniquitatẽ suã. Hoc est quod loquitur Esa. Et quidẽ neq; satus neq; radicatus in terra truncus eorũ: repente flauit in eos, & perierunt. Hinc iniqui fatẽtur, Quid profuit nobis superbia, aut quid diuitiarũ iactantia cõtulit nobis? Transierunt omnia illa tanquã vmbra, & tanquã nũcius præcurrens, & tanquã nauis pertransiens fluctuantẽ aquam. Porrò præinducto Apostoli Iacobi verbo consonat illud, Omnis caro fœnũ, & omnis gloria eius quasi flos agri, Exiccatum est fœnum, & cecidit flos &c. Veruntamẽ his obiici potest, quia videmus ad oculũ multos iniquos vsque ad decrepitã senectutẽ viuere, prosperari, & quantùm naturaliter fieri potest, vigere. Vnde Iob, Impij viuũt, subleuati sunt, cõfortatíque diuitiis: semẽ eorum permanet coram eis, propinquorum turba & nepotũ in cõspectu eorũ, Domus eorum securę sunt & pacatæ: & nõ est virga dei super illos. Hiere. quoq; ait, Quare via impiorum prosperatur, & bene est omnibus qui præuaricantur & iniquè agunt? Plantasti eos, & ꝓficiunt. Atque in psal. Quorum filij sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua. Non est ruina maceriæ, neq; transitus, neque clamor in plateis eorũ. Verum hæc omnia facilè cõcordãtur, quoniã omnis tẽporalis ꝓsperitas, quantũcunque longa appareat, tamẽ futuræ retributionis respectu est breuissima. Multi quoque ob scelera sua ante tempus suum de medio subtrahuntur. Quemadmodũ ait scriptura, Semitã sæculorũ calcauerunt viri iniqui, qui ante tempus suum sublati sunt. Præterea spiritualiter exortus est sol cum ardore, id est Christus sol iustitiæ, iudex cælestis rigore suæ sentẽtiæ: arefecitque fœnum, quoniam iniquorum prosperitatem dissipat & condemnat. Vnde Lucas, Væ vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram. Despiciamus ergo temporalem prosperitatem, & omnem delectationem illicitam.

Matth. 6.
Ibidem.
Eccles. 1.
Eccles. 2.
Iob. 36.
Prouer. 12.
Prouerb. 3.
Prouerb. 2.
Ibidem.
Iob. 1.
prouer. 10.
1. Cori. 14.
Luc. 14. 18.
Iob. 12.
prouer. 15.
1. Petr. 5.
Lucæ. 18.
Matth. 19.
Iob. 27.
Psalm. 75.
Psalm. 36.
psalm. 52.
Iob. 4.
Iob. 20.
psalm. 72.
Esaiæ. 40.
Sapient. 5.
Esaiæ. 40.
Iob. 21.
Hiere. 12.
psalm. 143.
Iob. 22.
Lucæ. 6.

¶Prosecutio huius cap. ab eo loco, [*Beatus vir qui suffert tentationem*] Artic. 11.

COnsequenter sanctus Apostolus Iacobus docet tribulationes vitæ præsentis æquanimiter sustinẽdas, propter earum perpetuã remunerationẽ [*Beatus vir*]. i. fœlix homo est iam in spe & in merito [*qui suffert tentationem*]. i. impugnationem, tribulationem, afflictionem, siue ab inuisibili, siue à visibili hoste inflictam, aut ex somite seu sensualitatis infectione exortam, æquanimiter tolerat, eámque superat: non ruendo ad impatientiam, iniquum consensum, aut aliam culpam. Et præsertim beatus est, qui pro fide atque iustitia persecutionem patitur, nec superatur [*Quoniam cum probatus fuerit*] id est per aduersitatum & impugnationum victoriam approbatus, & deo acceptus factus, seu sufficienter examinatus & expurgatus [*Accipiet coronam vitæ*] id est præmium essentiale, quod aurea appellatur. Præmiũ quoque accidẽtale ac speciale in signum præmiúmque victoriæ, quod nũcupatur aureola, si pro iustitia pertulerit mortem. De hac corona fertur in Psal. Posuisti in capite eius coronã de lapide precioso. Denique istud est quod spopondit Christus, Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronã vitæ. Sic ergo omnipotẽs deꝰ quos ad modicũ tempus probat, affligit, exercet, in æternum copiosè remunerat. Propter qd Sap. lib. dicitur, In paucis vexati, in multis bene disponentur. Quoniã deus tẽtauit illos, & inuenit illos dignos se. Hinc sanctus Iob, Probauit me, inquit, tãquam aurum, quod per ignem trãsit. Et Tobiæ angelus dixit, Quia acceptus eras deo, necesse fuit vt tentatio probaret te. Accipiet ergo post vitam præsentem, cũ fuerit plenè purgatus, coronam vitæ [*quam repromisit deus diligentibus se.*] Quia per angelos sanctos, per Apost. & prophetas promisit hoc Imò Christus dei filius, deus verè incarnatus proprio ore eã promisit in euangelio palàm ac sæpe. Porrò per hoc quod ait, quam repromisit deus diligentibus se, duo innuũtur. Primũ est, qꝺ nulla actio, nullaque passio, sine charitate, sit meritoria. Tentationes autem & tribulationes meritoriæ sunt vitæ æternæ, inquantũ ex charitate æquanimiter tolerantur, acceptantur, atq; vincuntur. Ideo ait Apost. Si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem nõ habuero, nihil mihi prodest. Secundum est, quòd deus iis quos amplius diligit, frequenter plures & grauiores tribulationes immittit. Idcirco in aduersis & tentationibus nequaquam frãgamur, nec pusillanimes efficiamur, nec fatigemur animis nostris. Imò eas tanquam probabile argumentum diuinæ dilectionis ad nos suscipiamus ac superemus, correptiones & correctiones amemus, illud Iudith pensantes, Memores esse debemus, quomodo pater noster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus, amicus dei effectus. Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses. & omnes qui placuerunt deo, per multas tribulationes transierunt fideles. Qui autẽ tentationes nõ susceperunt in timore domini, in impatientia sua exterminati sunt [*Nemo cum tentatur, dicat, quia a deo tentatur*] Postquam apostolus Iacobus locutus est de tentationibus, quas externus causa probationis patimur: nunc agit de tentationibus quas intus suadente diabolo, aut infectione naturæ nostræ mouẽte, causa deceptionis toleramus. Vnde Beda hîc ait, Duplex est genus tẽtationis. Vnũ, quod decipit. Aliud, quod probat. Loquendo de tentatione quæ decipit, seu intẽtione fallendi inducitur, deus neminẽ tentat. Sed loquendo de tentatione quæ probat, tẽtauit Abraham deus. De qua & ait propheta, Proba me domine, & tenta me. Denique secundum Albertum, per verba prætacta Apost. Iacobus remouet quãdam dubitationem. Dixit enim superius, in tẽtationibus esse gaudendum. Ex quo aliquis posset opinari vniuersas tẽtationes nobis immitti à deo. Quod nõ est verum: quia, secundum glossam, exteriorem tẽtationem immittit deus ad suorum probationem fidelium. Interiorem verò, qua concupiscitur quod lege diuina prohibetur, deus nõ immittit. Porrò secundum Bedam, per verba iam tacta Iacobus illorum destruit errorem, qui sicut bonas tentationes, ita & malas dixerunt nobis diuinitus inspirari. Est autem secũdum glosam duplex tẽtatio. Vna exterior, sicut paupertas, infirmitas, incarceratio, & alia quæuis exterior tribulatio, cuius deus nõ est solũ permissor, sed etiam author. Tales nãque afflictiones sæpe immittit fidelibus pro bono eorum. Alia est tentatio interior: vt praua suggestio, praua cogitatio, qua furtũ seu aliud peccatum cõcipitur: cuius deus permissor est, nõ immissor seu author. ¶Pro clariori huius intelligẽtia quæritur: Cuius sit tẽtare: an. ſà solo tẽtemur diabolo, an etiam tẽtet nos deus. Et videtur qꝺ tẽtemur à deo: iuxta illud, Tẽtauit deus Abraham. In Deut. quoque habetur, Recordaberis cũcti itineris per quod adduxit te dominus deus tuus, vt affligeret atque tẽtaret. Et Sapiens, Deus tentauit iustos, & inuenit illos dignos se. Atque apud Ioan. Hoc dixit Iesus tẽtãs eum (puta Philippũ.) In op positũ est authoritas Iacobi in præsenti. Præterea super illud Pauli, Ne fortè tentet vos is qui tẽtat: dicit glosa. i. diabolus, cuius solius officium est tẽtare. Ad istud Thomas super secundum Sentẽtiarum respondet, Ad perfectam rationem tentationis tria cõcurrunt. Primũ est, vt per tentationem alicuius dubij accipiatur cognitio. Secundum, vt hoc sit à tentante intentum. Tertium, vt ipsemet tentans cognitionem illius rei accipere velit. Et isto modo deus non tentat, sed homo tẽtatur ab homine, & etiam à diabolo. Dicitur autem deus tentare, quantùm ad duo. Primò, vt. ſ. alicuius ignoti cognitio manifestetur nõ sibi, sed aliis. Quod & deus intendit, vt patuit in tentatione Abrahæ: quem deus tentauit, vt eius fides & obedientia aliis, ad eorum ædificationem, insinuarentur. Mundus verò & caro dicuntur tentare, solũ quantùm ad primum trium illorum ad perfectam tentationis rationem concurrentium. Quia ex impugnatione carnis & mundi, manifestatur virtus aut imperfectio mentis: quamuis nec mundus, nec caro intendant hoc. Ipsa ergo impugnatio animæ, seu eius virtutis, tentatio dicitur. Hæc autem impugnatio vel est à principio intrinseco, puta à carnis corruptione: & hæc vocatur tentatio carnis. Vel à principio extrinseco, & hoc dupliciter. Quia illud extrinsecum aut impugnat per modũ obiecti: & sic est tentatio à mundo, cuius rebus corda hominum ad peccandum alliciuntur. Vel per modum agentis ipsum trahit ad peccandum persuadendo, terrendo aut blandiendo. & sic est tentatio à diabolo & à membris ipsius. Dicitur autem diabolus solus tentare, non quòd ipse semper sit immediatus tentator: sed quia primò tentauit hominem. Ex qua tentatione consecutæ sunt aliæ tentationes. Tamen vt asserit Origenes, quamuis non

Pſal. 20.
Apoc. 2.
Sap. 3.
Iob 23.
Matth. 5.
1. Cor. 13.
Iudith 8.
Tẽtatio duplex.
Gene. 22.
Pſalm. 25.
Beda.
Gene. 22.
Sap. 3.
Ioan. 6.
Deut. 8.
Gene. 22.
Origenes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

esset diabolus,adhuc homines tẽtarentur concupiscentia venereorũ & alimentorũ.Vel dicitur diabolus E
solus tentare:quoniã ei & mẽbris suis duntaxat cõuenit tentare,cũ intentione trahendi ad vitiũ.Vel quia vtitur carne & rebus mundi,tanq̃ instrumẽtis ad tentandũ hominẽ.Insuper in prima parte Sũme suæ loquitur Thomas,Tentare est propriè experimentũ de aliquo sumere,vt.s.aliquid circa ipsum,vel de ipso sciatur.Ideo proximus finis tentãtis est cognitio.Ex cognitione autẽ potest vlterius alius finis intẽdi,aut bonus aut malus.Diabolus verò talẽ cognitionem semper refert ad malũ,puta vt fallat & noceat.Sicque propriũ diabolo est tentare, quia etsi homo sic tẽtet, hoc tamen facit vt seruus diaboli. Dicitur quoque deus tẽtare,non vt sciat,sed vt aliquid faciat scire. Mundus autẽ & caro nõ nisi instrumentaliter ac materialiter tentant,præbendo occasionẽ peccandi.Sed homo tentat aliquẽ & bene & malè.Bene,dũ quærit eum cognoscere vt prosit.Malè,dũ quærit eum cognoscere,vt noceat.Verũtamen per tentationẽ mũdi quandoque intelligitur tẽtatio quæ infertur à mundanis & prauis hominibus. Quandoque illa, quæ infertur(vt tactũ est)à rebus seculi huius:puta à diuitiis,deliciis atq; honoribus eius. His præmissis præsens textus facilè intelligetur. Nemo tũ tentatur, tentatione interiori ad fallendũ tendente, & inclinante ad vitiũ[*Dicat quoniã a deo tentatur.*]Ita vt deus inclinet,aut cogat eum ad culpam.[*Deus intentator malorum est*].i.malorum tentamentorũ non est suggestor,aut author : nec est tentator malorũ seu vitiorũ, id est tentatiua causa eorum[*Ipse enim neminem tentat*] tentatione ad malũ ordinata.¶Sed obiici potest,quia tentatio tam actiua q̃ passiua,sunt quidã actus,& aliquid positiuum:ergo à deo sunt,à quo omnis entitas deriuatur:& in quẽ omnes effectus(id est actus tanquã in primũ effectiuum principiũ reducũtur. Et respondendũ,quòd omnis effectus & actus, inquantũ est ens & aliquid positiuum,à deo sunt tanquã à prima causa.Sed inquantũ habent deformitatẽ & obliquitatẽ peccati,nihil sunt,sed sola priuatio:nec habẽt causam efficientem,sed deficientẽ,videlicet voluntatem creatã vt defectiuam, quẽmadmodũ claudicatio,inquantũ est ambulatio quædã,est à virtute motiua & progressiua.Deformitas autem huiusmodi ambulationis est à tibiæ indispositione.[*Vnusquisque vero tentatur a concupiscentia sua*].i.ab inordinata cupiditate seu priuato amore.Nã radix omniũ malorum est cupiditas.i.improbus amor sui:pro quo concupiscẽtia hoc loco accipitur.De quo amore asserit Augustinus,quòd sit omnium vitiorũ origo.Quemadmodum amor dei est omnis boni principiũ, omnis.s.meritorij actus. Vnde amor sui crescens vsque ad contemptũ dei,ciuitatẽ efficit Babylonis:quæ est ecclesia malignantiũ,& regnum diaboli.Quemadmodum amor dei crescens vsque ad contemptũ sui , constituit ciuitatẽ Hierusalem:quæ est ecclesia dei viuentis,& regnũ Christi.Ab hac ergo concupiscentia tentatur.i.radicaliter impugnatur, quicunque tentatur:quia ab ea inclinatur & mouetur ad diuersa peccata. Non tamen per verba hæc excludit Apostolus Iacobus tentationẽ diaboli:quia frequenter diabolus actuat, seu excitat concupiscentiã istam in homine,& per eam tentat eundẽ.Tentatur ergo vnusquisque à concupiscentia[*Abstractus*].i.à recto salutis itinere,& vero rationis iudicio[*Et illectus*].i.ad culpam attractus.[*Deinde concupiscentia cũ cõceperit*].i.ad G
consensum perduxerit[*Parit peccatum*].i.reum facit. Tunc enim est mortale peccatũ interius, cũ plenus adest cõsensus de aliquo cõcupito contra præceptũ.[*Peccatum vero cum consummatum fuerit*].i.fortis ad effectũ perductum,ita q̃ ex cõsensu itur in opus[*Generat mortem*]quia inducit ad cõsuetudinẽ vitiosam & obstinationẽ.Deinde ad damnationẽ æternam,quæ est mors secunda grauissima.Vnde quod ait, Generat mortẽ:non est sic intelligendũ,quasi in solo exteriori opere consistat peccatũ mortale:cũ in interiori cogitatione & affectione deliberatę rationis cõsensum habente,sit culpa mortalis.Imò ratio meriti atque demeriti in opere exteriori,dependet ab interiori.Sed ideo dicit sic,quia in opere exteriori magis apparet deformitas vitij,& culpa augetur,ac praua consuetudo incurritur. Itaque in verbis præhabitis insinuatur processus humanæ tentationis. Nam primò concupiscentia oritur, per quam incipit homo abstrahi à vero & bono.Deinde cõcupiscentiæ delectatio quædam coniungitur,per quam homo in malũ illicitur:tunc tamen stat adhuc in terminis peccati venialis. Deinde cõcupiscentiæ & delectationi cõsensus deliberatus adiicitur:& tunc est peccatum mortale, ex quo ad opus proceditur,& reiteratio frequẽs seu cõsuetudo inde cõsequitur.Hinc loquitur Beda,Tribus modis tentatio agitur:Suggestione,delectatione,consensu.Suggestione hostis,delectatione aut etiam consensu nostræ fragilitatis, consensu cordis. Quòd si hoste suggerente nec delectamur , nec consentimus:tentatio nobis ad victoriã prouenit.Si verò ad hostis suggestionẽ paulatim à recta intentione abstrahi,atque in vitium incipimus illici, delectando offendimus: sed nondũ lapsum mortis incurrimus. Quòd si peccati in corde cõcepti delectationem H
sequatur partus prauæ actionis,aut certè consensus mortis rei efficimur. Hoc quoque pensandũ,quia vt dicunt doctores,non solũ plenus consensus in opus,sed & cõsensus in delectationẽ prohibitam,est mortalis.[*Noli itaque errare fratres mei dilectissimi*]per vitiorum abrupta, per errorum & falsitatum ac perfidiarum obscura(via enim impiorum tenebrosa,nesciunt vbi corruunt) ne serò pœnitentes, dicatis illud Sapientiæ,Errauimus à via veritatis,& iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ nõ est ortus nobis.¶Circa præhabita quæritur,an tentatio sit appetenda.Respondet Albertus,Quædam in sua ratione circumuolutam habent malitiam,vt furtum,quæ nequaquam sunt appetenda. Alia sunt quæ nominata, statim habent circumuolutam bonitatem:vt esse sapiẽtem,& virtute præditum.quæ simpliciter,& absque additione sunt appetenda. Alia sunt, quæ de se non sunt appetibilia,cùm sint quædam mala pœnalia: tamen per comparationem ad finem sunt appetenda,vtpotio amara.Cùm ergo tentationes per se ordinentur ab hoste ad hominis deceptionem , per accidens verò ordinentur ad tentati salutem , ex hoc quòd dei gratia auxiliante vincuntur:idcirco tentari non est simpliciter cupiendum , sed tentari & vincere simul sumptum . Verùm quia considerata nostra fragilitate victoria est incerta, tentatio securius fugitur, quam optatur . ¶Et si obiiciatur , quia vt Iacobus ait apostolus , omne gaudium existimare debemus,cùm in diuersas inciderimus tentationes:ergo sunt appetendæ . Præsertim quia(vt dictum est).

Tentatio actiua & passiua.

1.Tim.6. Augustꝰ.

Apoc.21.

Ratio meriti & demeriti.

Beda.

Prouer. 4. Sap. 5.

An tẽtatio sit appetẽda.

A sunt valde multipliciter fructuosę . Respondetur, q̃ Iacobus loquitur de tentatione tribulationum , ad quarũ patientiam exhortatur,quia nõ nisi per patientiam eas possumus superare.Ideo gaudiũ & fructuositas nõ sunt de talibus tribulationibus & tẽrationibus,secundum se:sed magis de patiẽtia, qua vincũtur. Præterea huic rationi cõcordat responsio Thomæ super secundũ Sententiarum,dicentis, Cũ bonum sit obiectum voluntatis ac desiderij,eo modo aliquid est volẽdum,quod bonum. Inter bona autem aliquid inuenitur,quod est bonum simpliciter & per se:sicut sunt bona honesta,puta virtutes. Quæ tanquam fines aliorum,sui gratia appetuntur:quamuis in aliud ducant. Quia in omnibus honestis vtilitas honestati coincidit,nisi in vltimo,quod est finis finium:quod propter se tantũ est appetendum. Aliquid verò est, quod in se bonitatem non habet vnde appetatur, si absolutè consideretur: sed secundum ordinem ad finem,bonitatem quandã sortitur,quæ vtilitas nominatur.Et sunt propter aliud appetẽda, vt sectio membri propter sanitatem.Porrò ad finem consequendum contingit aliquid dupliciter ordinari , per se scilicet,& per accidens.Per se dico,quod quantùm in se est,in finem debitum est ductiuum. Per accidens autem,quod quantũ in se est,in aliud duceret: sed ex concursu alterius causæ, ducit in debitum finem. Sicut qui comedit venenum,vt moriatur,& contingit ex hoc sanitas . Cùm ergo causa per accidens non sit proportionata ad effectum,sed solùm causa per se: idcirco ex ordine ad finem qui est per accidens, non
B est aliquid bonum,aut appetibile,simpliciter acceptum:sed solùm concurrentibus omnibus quę ad hũc finem determinant . Dico igitur, quòd tentatio per se ordinata est ad hominis perditionem , ad salutem verò non ordinatur nisi per accidens,scilicet ex hoc,q̃ homo eam vincit auxilio gratiæ dei. Ideo tentari non est simpliciter appetendum, sed tentari & vincere simul acceptum . Sed quoniam propter nostram fragilitatem victoria valde est dubia,securius fugienda est tentatio,quàm optanda. Insuper istis responsionibus aliquid videtur esse addendum . Quia vt tactum est, duplex est genus tentationis: vnum quod probat,aliud quod fallit.Quorũ primum est à deo,& ad hominis ordinatur salutem. Aliud à diabolo & membris ipsius,ordinatur̃q; ad tentari seductionem.Rursus sicut præhabitum est,duplex est tentatio,puta exterior, vt est corporalis afflictio: cuius deus non solũ est permissor, sed etiã actor . Est quoque tentatio interior,ad culpam inclinans, seu ordinata:cuius deus permissor est,non immissor. Constat itaque præinductas responsiones non esse prolatas,nisi de tẽtatione hostis ad fallendum tendente. Remanet igitur quæstio,an tẽtatio quæ est ex vel à deo,atque exterior,tendẽs ad probationẽ & salutem, sit appetenda? Ad quod respondendum, quòd appetenda est eo modo, quo medicina amara & afflictiua appetitur propter sanitatem & delectationem. Estq́ue appetenda cum duplici circũspectione, vtpote considerata propria fragilitate & defectuositate,ne homo in viribus suis confidat. Et præsuppositio adiutorio gratiæ dei,in quo spes tota figatur.Et hoc modo,et ã tentationes hostiles appeti possunt.Verũtamen obseruan
C dum quod aliquid est appetibile vni,quod nõ est appetibile alteri : propter diuersam eorum dispositionem. Perfecti ergo, & etiam dignè proficientes, securius possunt tẽtationes appetere,cũ circũspectionibus memoratis,q̃ incipiẽtes & imperfecti.Et de hoc in Vitis patrum multa habentur exempla. Amplius quæritur,an tentatio quæ est ab hoste,sit peccatum:an etiam tentatio quæ est à mundo:& item, an omnis tentatio à carne seu carnis,peccatum sit?Ad hæc Thomas super secundum respondet, peccatũ vnius non consistit in actu alterius,sed in proprio actu.Propter quod in Ezechiele legitur, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. In tentatione autẽ carnis ipse appetitus illicitus, secundũ quem tentari quis dicitur, est actus eius qui tentatur. Non enim sola caro concupiscit, sed coniunctum, videlicet homo. Ideo talis tentatio est peccatũ in eo qui tentatur. Siquidẽ motus concupiscibilis,in illicitũ tendens, tentatio carnis est.Tentatio autẽ quæ est à mũdo,vel ab hoste,est à principio extrinseco:vnde actus non pertinet ad tentatum , sed passio tantùm. Propter hoc non est peccatum in tali tentatione , nisi per delectationem siue cõsensum:quia tunc tẽtatus incipit cooperari tentanti.Præterea,iuxta Thomã,diabolus potest imprimere vim imaginatiuam dupliciter.Vtpote aliqua sensibilia exterius repræsentando,& ipsam vim imaginatiuam intus turbando ac alterando . Idcirco secundum modum quo imprimit in nos , tentare nos dicitur.Hæc tamen impressio non habet rationem peccati:cũ non sit in appetitu,sed in apprehensione,duntaxat.Et tamen tendens in culpam,quantùm est de intentione tentantis.Hoc quoque pensandum, quia, vt Thomas adiungit, motus concupiscibilis potest dupliciter in nobis insurgere . Primò ex qualitate or-
D gani:sicut corpore calefacto, insurgit motus libidinis,absque aliqua imaginatione. Et iste motus est purè naturalis,nec rationem peccati habens.Et hunc motum potest diabolus ex sua potestate in nobis causare,nisi diuina cohibeatur virtute.Secundò ex apprehensione alicuius delectabilis.Et ex parte illa appetitus habet aliquam libertatem in homine, secundum quod potest obedire imperio rationis : sicque in concupiscibili potest esse peccatum.Sed hunc motum diabolus extorquere non potest. Hæc dicta sunt pro pleno huius loci intellectu: quia materia practica est & salubris. At verò sicut nonnulli errauerunt, dicendo interiores tentationes ad vitia inclinantes, esse à deo:sic alij , vt Pelagiani hæretici, errabant, dicẽtes,Opera meritoria esse à nobisipsis,ita quod sine gratia posset homo esse virtute prędituꝰ & deo acceptus,ac vitam promereri æternã.Dicebant enim, A deo habemus quod sumus, à nobisipsis quod iusti sumus . Contra hos subdit Apostolus Iacobus. ¶[*Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est,descendens a patre luminum*]Certum est apud philosophos,omne quod citra deum est, à deo fluxisse,mediatè vel immediatè,Aristotele protestante,Ab hoc ante omnibus communicatum est esse & viuere.atque author liberi de causis, Omnis causa primaria plus influit quàm quæcunque causa secunda. Verũtamẽ aliter dicũt sancti Theologi,virtutes & actiones meritorias esse à deo quàm philosophi.Quia philosophi dixerunt hominem naturali potestate & propria ratione posse virtutes acquirere , & felicitatem mereri . Quod quamuis verum sit aliquo modo de virtutibus naturalibus, politicis, in beatitudine naturali, Theologi tamen affirmant hominem (quia ad supernaturalem beatitudinem est creatus)

Determinant.i. diriguũt ad terminum.

Duplex tẽtatio.

An tẽtatio sit appetenda.

Dominic. 4 post pascha Epistola.

Aristotel.

Ezec.18.

Imaginatiua vis bisariam imprimitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

indigere gratia gratum faciẽte, virtutibúsque infusis supernaturalibus ac theologicis. Et insuper actuali motione spiritus sancti in omni meritorio actu: vt sic media correspõdeant fini. Quãuis itaque per datũ optimũ, possunt intelligi naturalia dona suprema in intellectualibus creaturis, vt sunt memoria, intellectus, voluntas, in quibus supergloriosissimæ trinitatis imago relucet in homine: per donũ verò perfectũ, dona supernaturalia, gratuita & infusa, ac meritoria opera, quæ omnia immediatè descẽdunt, causantur, dependent à deo: possunt tamen per datum optimũ intelligi dona supernaturalia & infusa gratiæ gratis datæ, bonis & malis cõmunia: vt sunt gratia prophetiæ, genera linguarum, sermo sapiẽtiæ, sermo sciẽtiæ, 1.Cor.12. &c. De quibus Corinth. scribit Apost. Per dona verò pfecta, dona gratiæ gratũ faciẽtis, virtutes infusæ, dona & fructus spũs, ac beatitudinis viæ. Nihilominus oĩa ista intelligi possunt per data optima: & per dona pfecta, intelligẽda erũt dona gloriæ, dotes animæ & corporis glorificati, & quicquid ad cælestis beatitudinis plenitudinẽ spectat: quæ verè est status omniũ bonorũ aggregatione perfectus. De quibus Esa. Esaiæ. 64. & Paulus fatẽtur. Oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽderũt, quæ præparauit deus 1.Cor.2. diligẽtibus se. Porrò per patrẽ luminũ intelligi potest pater æternus, à quo lumẽ sibi coæternũ, vnigenitus filius eius, inuariabiliter oritur. A patre quoque & filio tanq̃ ab vno fonte, ac æternali principio oritur spũs sanctus, patri filioq̃ æqualis. Nec tamẽ filius & spũs sanctus sunt duo lumina, imo tota superdignissima, supereſſentialis & incõprehensibilis trinitas, vnũ est lumen, sicut & vna essentia. Ideo pater æternus dicitur pater luminũ, quippe qui sit increati luminis, & omnis lucis creatę principiũ. Aptius tamẽ Matth.6. hoc loco per patrẽ luminũ intelligitur deus trinitas, vniuersorũ creator, cui quotidie dicimus, Pater noster qui es in cælis. De quo in Deut. habetur, Nũne ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te? Deut.32. De quo Esa. Et nũc pater noster es tu, nos verò lutũ. Cui & Helui Iob 34. locutus est, Pater mi ne desinas ab homine iniquitatis, qui addit super peccata sua blasphemiã. Deniq; huic verbo Apost. Iacobi cõ Esa.64. sonat illud Ioã.3. Nõ potest homo accipere quicq̃, nisi fuerit ei datũ de cælo. Et quod loquitur Paulus, Quid habes quod nõ acceperisti? [*Apud quẽ non est transmutatio*] Quia omnimoda incõmutabilitas, quæ est plena immortalitas, cõpetit deo: cũ sit purus actus, in quo nec est potẽtia limitãs, nec differẽtia contrahẽs, neque materia vsquã coartãs, vt in Metaphysica sua sapiẽtissimè docet Philosophus. Et Procus Platonicus in Elemẽtatione sua theologica subtilissimè probat hoc. Vnde Mal. cõtestatur, Ego dñs & non mutor. Quod Balaã quoque astruit loquens, Nõ est deus quasi homo, vt mẽtiatur: nec vt filius hoĩs, vt mutetur. Et sicut cõtingentia, variabilia, corporalia, inuariabiliter intelligit: ita & immutabilis permanẽs, oĩa operatur. Sicut ait Boëtius, O qui perpetua mundũ ratione gubernãs, Tẽpus ab æuo Ire iubes, stabilísq; manẽs, das cũcta moueri. Quod & primo Timæi disseruit Plato. Propter quod asserit veritas, Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor. [*Nec vicissitudinis obũbratio*]. i. alicuius successionis obscuratio. Quia in supersimplicissimo deo sunt penitus idẽ, essentia, potestas & actio: seu esse, posse, & agere. Et ipse vnico, simplicissimo, & æterno actu intelligit, & vult ac disponit vniuersa, & singula in seipso. Vnde & eius mẽsura est æternitas, quę est interminabilis vita, tota simul perfecta possessio. [*Voluntarie genuit nos verbo veritatis.*] Hoc multipliciter potest exponi. Primò quòd pater per vnigenitũ suũ nos cõdidit: iuxta illud Ioan. 1. Ioan. Omnia per ipsum facta sunt. Vnde Apost. Ex ipso, inquit, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Rom.11. Generatio autem in scripturis interdũ pro creatione accipitur. Vt vbi legitur, Istæ sunt generationes Gene.2. cæli & terræ in die quãdo creatæ sunt. Secundò, quòd deus trinitas spiritualiter regenerauit nos. i. ab erroribus & peccatis, ad esse gratiæ ac virtutũ, deduxit nos verbo veritatis, hoc est per doctrinã euangelicę 1.Cor.4. prędicationis, quod fecit per Christi discipulos, quemadmodũ Paulus scribit Corinthiis, In Christo per Galat.4. euangeliũ ego vos genui. Atque ad Galat. Filioli, ait, mei, quos iterũ parturio, donec formetur Christus Ioan.3. in vobis. Tertiò, q̃ deus per sacramentũ baptismi sub debita forma verborũ, spũaliter nos regenerauit. Ephes.5. Accedit siquidẽ verbum ad elemẽtum, & fit sacramentũ. Hinc Christus, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ potest introire in regnũ dei. Ad Ephes. quoque ait Apost. Christus dilexit ecclesiã, mundãs illam lauacro aquæ in verbo vitæ. Denique cũ sacramẽtum pœnitentiæ sit secunda post naufragium tabula regenerãs: ita fit etiã quotidie in pœnitẽtię sacramẽto. Et quoniam Christus verbũ patris incarnatũ instituit sacramenta euãgelicę legis, intelligi potest, q̃ pater verbo veritatis. i. per verbũ suum æternum & increatũ quod est veritas ipsa, præfatis nõs modis regenerauit. Hæc autẽ fecit deus voluntariè non coactè, aut necessitate naturæ, sicut per Osæã testatur, Diligã eos spontaneè. Et teste Apostolo, Osęe 13. Ephe.1. Deus operatur omnia secundũ cõsilium volũtatis suę. Per quod refutatur error quorundã philosophoplato. rum, & hæreticorũ, qui asseruerũt processionẽ creaturarũ à creatore, esse naturalẽ emicationẽ ac emanationẽ nõ liberã. Cõtra quos etiã Plato ait in 1. Timæi, Optimus erat deus. Porrò ab optimo lõgè relegata est omnis inuidia. Voluit ergo deus omnia suæ bonitatis, aut beatitudinis esse participia: quã quidem dei voluntatẽ, si quis rerũ principium dixerit, rectè eum putare cõsentiam. Sic ergo nos genuit [*Vt simus initium aliquod creaturæ eius*]. i. inter corporales ipsius creaturas habeamus primatũ, quibus nõ solũ per donaGene.2. gratiæ, imò & per dona naturæ præferimur. Propter quod dixit deus, Faciamus hominem ad imaginẽ & similitudinẽ nostram: & præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestiis terræ, vniuersæq́ue creatuDeut.4. ræ, Moses quoque. Solem & lunã & omnia astra creauit deus in ministerium cũctis gentibus. Porrò per dona gratiæ, Christiani cæteris omnibus mũdi hominibus incõparabiliter præferũtur: cùm sint adoptiui Rom.1. filij dei, & eius hęredes, & Christi membra ac cohęredes. Et ipsi soli sunt in statu salutis, cęteri omnes in statu damnationis: suntq́ue membra filij, ac ministri diaboli. Propter quod loquitur Moses de excellenDeut.4. tia populi Israëlitici, ad deum tunc pertinentis, dicendo, Non est alia natio tam grandis. Itemque, Quæ Ibidem. est gens vna in terra sic inclyta, &c. Nunc multò præclarius dici potest de populo veraciter Christia1.Petri 2. no, de quo princeps apostolorum testatur, Vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus psalm. 48. acquisitionis. Sed prohdolor, homo cùm in honore esset, nõ intellexit: & multi Christianorũ Gẽtilibus

deterius viuunt. Postremò pro eo, quod hic dicitur, Vt simus initium aliquod creaturæ eius: alia litera contin et, Vt simus primitiæ creaturarũ eius. Primitias nãque frugũ & animalũ iussit lex dño consecrari. i. optima quæque in frugibus ac animãtibus. Ita & deus verbo veritatis nos genuit, vt inter oẽs homines simus optimus populus eius. [*Scitis fratres mei dilectissimi*]. i. notum vobis est vniuersa quæ scribo esse verissima, quia scitis apostolos primitias accepisse spiritus sancti. Verũtamen nõ sufficit vobis hoc scire. Ideo subditur, [*Sit autem omnis homo velox ad audiendum*] verba salutis. Beati enim qui audiunt verbũ dei, & custodiũt illud. Et, Qui ex deo est, verba dei audit. Idcirco in Ecclę. dicitur, Auris bona cũ omni con cupiscẽtia audiet sapiẽtiã [*Tardus autem ad loquendum*] Quia hoc sapiẽtiæ signũ est, eò q̃ Salomone testante, In multiloquio non desit peccatum. Atque idem alibi, Totũ spiritum suũ profert stultus, sapiẽs differt & reseruat in posterum. Et denuo, Vidisti aliquem velocẽ ad loquendũ? stultitia magis sperandа est, quàm illius correctio. In Eccles. quoque legitur, Qui multis vtitur verbis, lædit animam suã. Verũtamen in omnibus istis necessaria valde est discretio, vt sit homo quantùm in se est, velox ad audiendũ, & tardus ad loquendum: quod tamen ad iuniores ac subditos, & indoctos potissimè pertinet. Nihilominus causã rationabili exigente, sit homo velox ad loquendum: præsertim qui præest, dum fraterna correptio, aut iusta correctio, sunt delinquentibus impendendæ. Dum etiam proximus indiget informatiõne, aut reuocatione à culpa, atque periculis quibus appropinquat. Ideo Salomon dixit, Tẽpus loquendi, & tempus tacendi est. Atque in Eccle. dicitur, Est tacens, qui inuenitur sapiens: est autem tacẽs nõ habens sensum loquelæ: & est tacens, sciens tempus aptum. Homo sapiens tacebit vsque ad tempus: Lasciuus & imprudẽs non seruabit tẽpus. Sic & iuniores, ac subditi & indocti, dũ ex ignorãtia sibi periculum vident instare, mox seniores, sapientiores & superiores suos debent interrogare, & eos cum omni reuerentia ac auiditate audire: iuxta illud: In multitudine presbyterorum prudentiũ sta, & sapienti æ illorum ex corde cõiungẽre. Hinc alibi dicitur, Nõ te prætereat narratio seniorum. Denique q̃ salubre est verba salutis audire, tam periculosum est, verba audire vana, scurrilia, detractoria, & iniqua: quæ mentem mitelant audiẽtis, si ea libenter audierit, aut eis cõsenserit. A talibus ergo verbis auertatur auditus, si fieri potest, atque ad minus ratio ea detestetur. Ideo ait scriptura, Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam. Propheta quoque locutus est deo, Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua. Circa hunc locum loquitur Beda, Qui sapientiã diligit, primò postulet eam à deo: deinde magistrum veritatis humiliter audiat, & inter agendum suam cautissimè coërceat linguã. Tutius enim veritas auditur, q̃ prædicatur. Hinc Pythagorici naturalis scientiæ magisterio prædicti, auditores suos per quinquennio iusserunt silere, & postmodum loqui ac docere permiserunt. Vnde & Hieremias propheta, bene instructi adolescentis vitã describens, modestiã taciturnitatis inter prima virtutũ studia cõputat. Bonũ est, inquiens, viro cũ portauerit iugũ ab adolescentia sua, sedebit solitarius, & tacebit. Itaque per prædicta repreprehenduntur, qui ad fabulandũ, ad docendũ, ad prædicandũ, sunt prõptuli: cũ nondũ in virtutibus exercitati, nondũ sufficienter edocti, nondũ à vanitatum vitiis expurgati sint. Verũtamen, cui ex officio incũbit docendi aut prædicandi necessitas, studeat se ad exercendũ hos actus exhibere idoneũ, in virtutibus ac sapientia proficiẽdo quotidie: & interim quod per seipsum facere nequit, per alios idoneos faciat. Sit quoque omnis homo, & [*Tardus ad iram*] Ira est appetitus vindictæ propter illatam iniuriam. Et ista est duplex. Vna, quæ rationẽ præuenit & excæcat, quæ vocatur ira per vitiũ, quæ ratione nõ regitur, nec secundum ordinẽ iuris tendit in vltionẽ. Ad hanc sic tardi esse debemus, vt eam nunq̃ admittamus: vel si oriri cœperit, statim per rationis censurã, manſuetudinisque virtutem frenetur & extinguatur: vel saltẽ sic cohibeatur, ne per verba aut signa erũpat, neque per inhonestos apparatus pandatur, sicq; paulatim suffocetur in semetipsa. Alia est ira per zelũ, quæ rationẽ sequens sponte assumitur, vt actus virtutis robustius exerceatur. Et ista est bona, quia per eã secundum rationis iudicium fit vindicta. Non tamen est passim, atque faciliter admittẽda, quia & ipsa rationẽ aliqualiter turbat, secundum Grego. Idcirco ad eam tardi esse debemus, & tunc eam assumere quando aliter actus iustitiæ tam conuenienter exerceri non valeat: vt si quis durus, incorrigibilisque existat. Et hæc ira fuit in Christo: iuxta illud, Cõristatus est Iesus super cæcitate cordis eorũ, circũspiciens eos cũ ira. Hinc loquitur Beda, Tardos ad irã nos esse præcepit, vt nõ ob quaslibet causas, serenitatẽ nostri cordis ac vultus, in austeritatẽ vertamus: sed certa existẽte rationeDne. Verbi gratia, Si aliter corrigi proximos, maximè eos qui nobis cõmissi sunt, nõ posse cõspicimus, seueritatẽ verbi, aut districtionẽ iudicij erga eos exhibeamus: manẽte tamẽ (quantũ humana natura patitur) statu nostræ mentis sereno. Sic Phinees, Samuel, Helias & Petrus, tardi fuerũt ad irã, qui tamen peccãtes gladio peremerunt, aut verbo. Sic & Moses, cũ esset vir mitissimus, exiuit à Pharaone iratus nimis, cominatus ei pœnã, quam & opere perpetrauit, qui etiã vituli aurei adoratores districtè puniuit. Hinc teste Gregorio, Ira nõ debet rationem quasi domina præcedere, sed tanquã ancilla sequi. Porrò ira per vitium dupliciter fit mortalis. Primò propter cõmotionis immoderantiam nimis immoderatam, rationémque penitus offuscantem. Secundò propter vltionis excessum, vt si quis pro illata sibi iniuria, exercere cupiat siue exerceat vltionem tam grandem, vt directè contrarietur iustitiæ. Denique irã scriptura valde vituperat, & condemnat: stultitiam vocat, & iracundum stulto assimilat. Ait nanque Saluator, Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Salomon quoque, Spiritum ad irascendum facilem quis poterit sustinere? Et iterũ loquitur, Ne sis velox ad irascendum, quoniam ira in sinu stulti requiescit. Et Iob, Virũ stultum interficit iracundia. Hinc ait Hieron. Quid iracundo furor suus confert. quem sæuissimis exagitat stimulis? Sicque ab omni mentis consilio alienat, vt dũ irascitur, insanire credatur. Idcirco abbas Agatho dixit, Iracundus homo etiã si mortuos suscitet, deo non placet. Imò q̃ nociua sit ira, pandit Gregorius, dicens, Per iram iustitia relinquitur, gratia socialis amittitur, manſuetudo aufertur, lux veritatis repellitur. Hinc Iacob[9] subdit [*Ira enim viri iustitiã dei nõ operatur*] Sobriè loquitur sanctus ille apostolus,

Luc. 11. Ioan.8. Eccle.3. Prouer.10. Prouer. 29 Ibidem. Eccle.20.

Eccle.2. Eccle.20. Prouer. 11.

Eccles.64. Eccle.8.

Eccle.28. Psalm. 118. Beda.

Tren.3.

Marc. 3.

Num. 25. 1.Reg.8.12. 3.Reg.18. Matth. 26. Exod.12. Exod.11.

Ira dupliciter fit mortalis.

Matth.5. Prouer.28

Universidad de Deusto
Biblioteca

Siquidē minus dicitur,& maius significatur:vt sit sensus,Ira enim viri.i.ira per vitiū cuiuscūq; hominis, E
iustitiā dei.i. opus verè iustum,& deo acceptū non operatur: sed opus deo displicens atque dānabile fa-
Gregor dit,quia à rationis tramite abducit,& cōtra iustitiā agit.Iracundo quippe bonū & iustum videtur, quic-
quid ab ira suggeritur.Atque,vt ait Grego.menti furore ebriæ quicquid rectè dicitur, peruersum vide-
Iob 11. tur.Et rursus,Per irā,inquit,sapientia perditur:vt quid,quóve ordine quid agendum sit,nesciatur.Hinc
Iob.Nō te ira superet,vt aliquē opprimas.Et Salomon,Ira nō habet misericordiā,nec erūpens furor.Et,
Impetū concitati spiritus ferre quis poterit? Irascamur ergo propriis vitiis, & ea vlciscamur discretè in
nobis.Irascere tibi,quia ad iram irrationabiliter motus es, & cessā irasci.Et maximè qui vel ex vsu mali-
gno,aut ex naturali dispositione ad iram procliues sunt,cōtra irā iugiter debēt pugnare, & pro eius extir
patione studere,ac deū instatigabiliter deprecari.Aduertamus ergo quod ait Saluator, Beati mites.Et di-
Matth.5. scite à me,quia mitis sum,& humilis corde.Superbi siquidē ad iram sunt promptiores, humiles verò mite-
Matth. 11. scunt,& patientes cōsistunt.Denique si ira subitò oriatur,nequaq; perseueret in corde,cū in Eccles. dica
Eccle.28. tur,Homo homini seruat irā,& à deo quærit medelam. Quis exorabit pro delictis illius? Insuper locus
iste etiam de ira per zelum potest exponi.Quoniā etsi ira hæc cōmendetur,tamen per eā iudicans aut vl
ciscens à diuinæ perfectionis tranquillitate,& summi iudicis serenitate occumbit.Scriptum est enim de
deo, Tu dominator domine cū tranquillitate iudicas.Et alibi. Nūquid ad iracundiā me prouocant? Ait
Sap.18. dominus.Nūne semetipsos in cōfusione vultus sui?Hinc asserit Beda,Iudex homo,qui amissa mentis trā F
Hiere.71. quillitate iudicat delinquentē,etiā si iustè iudicet,iustitiā tamen diuini examinis,in quam perturbatio ca
dere nequit,imitari non valet.[*Propter quod abiicientes omnem immunditiam*].i.pœnitendo seu præcauēdo,
2.Cor. 7. de vobis expellite carnalia,ac spiritalia vitia cōsueta. Quemadmodū monet Apostolus, Mundemus nos
ab omni inquinamento carnis & spiritus,perficiētes sanctificationē in timore [*Et abundantiam malitiæ*].i.
grauiora facinora,vt quæ ex cōsuetudine praua,ac deliberato proposito, & pertinaci intentione nascun-
tur,[*In mansuetudine suscipite*]id est mansuetè, & patienter audite, firmitérque tenete [*Insitum verbum*] id
est euangelicæ legis doctrinam vobis à prædicatoribus insinuatam,impressam, infusam. Maturitas enim
Eccle. 5. sapientiæ, seu verbum salutaris doctrinæ,non nisi mansueta & tranquilla mente percipitur:à cuius salu-
bri susceptione impedit ira. Idcirco in Ecclesiastico docetur. Esto mansuetus ad audiēdum verbum dei,
vt intelligas.Nam vt communiter dicitur,Ira impedit animum ne possit cernere verum.Mansuetudo au
tem est quædā tractabilitas mētis,eam dispōnēs ad susceptionem verbi salutis. Quemadmodum tracta-
bilitas ceræ,dispositio est ad impressionē sigilli[*Quod potest saluare animas vestras.*]Nā verbū dei instruit
Luc. 11. hominē de necessariis ad salutem:& ita instrumētaliter, seu dispositiuè, saluare dicitur hominem si ob-
Psalm.118. seruetur & impleatur.Ideo dictū est, Beati qui audiunt verbū dei,& custodiunt illud. Et Psal.Lucerna,
Sap.16. inquit pedibus meis verbū tuum dñe,& lumē semitis meis.Alibi quoque fertur,Non natiuitatis fructus G
pascūt homines,sed sermo tuus eos qui in te credunt conseruat. Cū omni ergo reuerentia, ac diligentia au-
diāt subditi verbū dei āsuperioribus ac sapiētioribus.Hæc autē purgatio mētis necessaria est. Quia opor
Sap.1. tet in primis à malo recedere.In maleuolā enim animā nō intrabit sapiētia,nec habitabit in corpore sub-
Matth.5. dito peccatis.Itaque puritas mentis maximè est appetenda,iugiter exquirenda, diligentissimè conseruan
Prouer.22. da.Quia,vt ait saluator,Beati mūdo corde,quoniā ipsi deū videbunt. Salomon quoque,Qui diligit cor-
Psal. 50. dis munditiā,habebit amicū regem.Ideo cū Psalm.incessanter oremus,Cor mundum crea in me deus.

Elucidatio residui huius cap. Artic. 111.

I Am sanctus apostolus Iacobus admonuit, vt omni immunditia atque malitia eradicatis su-
scipiamus in mansuetudine insitum verbum dei.Sed ne putemus nobis sufficere verbū dei
audire,nunc subdit,[*Estote autem factores verbi,& non auditores tantum*] id est eloquia præce
Domini.5. post pas- ptorum dei & ecclesiæ non solū audite,sed & opere implete Sic & Paulus differuit,Non auditores legis
cha Epist. iusti sunt ante deum,sed factores legis iustificabuntur.Et propheta,Intellectus bonus omnibus faciēti-
bus eū.Scientia enim moralis ordinatur ad opus.Propter quod dixit Philosophus,Quid est virtus scru-
tamur,nō vt sciamus,sed vt boni efficiamur. Et rursus primo Ethicorum testatur, quōd intenti instruc-
tioni morali,& eam non exequentes in opere, similes sunt ægris medicos diligenter audientibus, sed
eorum doctrinam non obseruantibus. Sic ergo estote factores verbi, non auditores tantùm. [*Fallentes*
vosmetipsos]quia sibi sola auditione contenti sunt,seipsos decipiunt,vel formaliter & directè, vt si putēt H
ad salutem sibi sufficere solùm audire,& scire: vel concomitanter seu æquialenter aut materialiter, se-
cundum quod omnis qui peccat se decipit:iuxta illud,Stultus illudit peccatum. Et rursus Salomon lo-
Prouer.14 quitur,Via stulti recta in oculis eius.Hinc omnis peccans dicitur esse ignorans,quia erroneè iudicat, sal-
Prouer.12. tem in particulari. Vnde & in Abacuc habetur, Quomodo vinum potantem decipit, sic erit vir super-
Abacuc 2. bus.Et luxurioso presbytero Daniel dixit[*quia si quis auditor est verbi, & non factor:hic comparabitur viro*
consideranti vultum nativitatis suæ]id est faciem suam corporalē,cum qua natus est[*in speculo:considerauit*
enim se].i.dispositionē vultus sui[*Et abiit,& statim oblitus est qualis fuerit*].i.distinctā suæ dispositionis no
titiam mox amisit,nec perfectā suæ physiognomiæ seruauit memoriam,cuius ratio assignatur.Quia ima
go in speculo habet debile esse,& intētionale potius q̄ reale,vt dicitur:ideo debilem facit impressionem.
Quia modus agēdi sequitur modū essendi.Et quia debilē facit impressionē in oculo,ex tali impressione
sequitur labilis in mente cognitio.Cōformiter,qui verba dei audit,nec implet:imperfectā & informē ha
bet eorum memoriam,aut penitus nullam.[*Qui autem perspexerit*] id est perspicaciter considerauit [*In le-*
ge] perfecta, seu vt alij legunt [*Perfectæ libertatis*] ea quæ scribuntur, docentur & præcipiuntur in ea,
puta in euāgelio.Denique siue legatur perfecta,siue perfectæ,verus est sensus. Lex enim euāgelica,respe
ctu legis Mosi,est pfecta,& excellētias multas sortitur,prout in prologo super Lucā diffusè ostēsum est,

A & ipsa cæteras vniuersas in perfectione superat leges.Dicitur quoque lex euangelica, lex libertatis per- Liber hic
fectę.Primò,quia per eam exoneramur ab obligatione obseruātię veteris legis.Propter quod sacratissi- scriptus à
mus apostolici ordinis princeps glorioſissimus Petrus ait, Quid tentatis deum imponere iugum super Dionysio
ceruices discipulorū,quod neq; patres nostri,neque nos portare potuimus. Sed per gratiam domini no post Euā-
stri Iesu Christi credimus saluari.Et Paulus Apostolus,Lex spiritus vitæ in Christo Iesu, liberauit me gelia.
à lege peccati,& mortis.Et rursus clarius loquens, Nunc sine lege iustitia dei manifesta est per fidē Ie- Actu.12.
su Christi in omnes & super oēs,qui credūt in eum.Secūdò,quia lex euāgelica est lex charitatis & gra- Roma.7.
tiæ.Lex vetus fuit lex timoris,& pœnę.Ideirco secundū Augustū,breuis differentia euangelij & legis est Rom.35.
amor & timor.Lex quippe euangelica dicitur lex amoris,& gratiæ, inquantū continet salutifera sacra- Legis &
menta gratiæ contentiua, & quia in Euangelio præclarissimè describuntur amor & pietas dei ad homi- Euangelij
nes,& beneficia ac promissa ipsius: inducit quoq; lex ista ad sui obseruantiā potius per amorē, & præ- differentia
mij pollicitationē,q̄ per terrorē & cōminationem pœnarum. Porrò lex vetus dicitur lex timoris. Quia amor &
nec gratiam continebat,& trāsgressoribus suis etiā temporalē mortem mox infligi præcepit.Et ita quasi timor.
quadā coactione,atque formidine,ad sui obseruationē induxit.Propter quod ad Hebræos fertur,Irritā Hebr.10.
quis faciens legē Moysi,absq; vlla contradictione duobus aut tribus testibus moritur.Lex autem Euan Hebræ.7.
gelica transgressoribus pœnitentiam consulit,veniamq; promittit.Hinc dicit Apost. Nihil ad perfectū
B adduxit lex,quia videlicet eius sacramenta non erant gratiæ cōtentiua. Itemque, Non dedit nobis deus 2.Timo.2.
spiritum timoris,sed spiritum virtutis,& dilectionis,& sobrietatis.Tertiò,quia per Euāgelicæ legis ob-
seruationem liberamur ab omni iugo diaboli& seruitute peccati,quemadmodum Paulus,Per Iesum re Actu.13.
missio vobis peccatorum annunciatur ab omnibus à quibus non potuistis in lege Mosi iustificari,Quar
tò,quia per Euangelicæ legis implet ionem,ad æternam fœlicitatem,in qua est cælestis ac plena libertas, Ioann.8.
indilatè perducimur, quod per Mosaicæ legis obseruantiam non fiebat.Hinc vnigenitus patris ait,Si fi-
liusvos liberauit,verè liberi eritis.Huic autem libertati nō repugnat seruitus charitatis,cū deo seruire sit
regnare. Atque vt amātissima Agatha dixit, Summa ingenuitas est,in qua Christi seruitus cōprobatur.
Ideo Paulus dissertit.Vbi spiritus domini,ibi libertas.Itaq; qui in hac lege perspexerit [*Et permanserit in* 2.Corin.3.
ea]fide & opere stabilis.Quoniam sola perseuerantia coronatur, Christo dicente, Qui perseuerauerit Matth.24.
vsque in finem,hic saluus erit[*Non auditor obliuiosus factus*].i.verba salutis obliuioni non tradens[*Sed fa-*
ctor operis].i.executor operum,quæ deus præcepit[*Hic beatus in facto suo erit*].i.per opera sua beatitudi-
nem obtinebit:sicut in Euangelio dominus conteſtatur,Si vis intrare ad vitam,serua mādata.Et denuo, Matth.19.
Si hæc scitis,beati eritis,si feceritis ea.Etenim omnis arbor, quæ non fecerit fructum bonum,excidetur loan.13.
& in ignem mittetur.Præterea dupliciter dicitur homo diuinorū obliuiſci verborū.Primò,ea à sua me- Matth.3.
moria penitus amittendo.Secundò,ea nō adimplēdo.Nam & inuariabilis deus dicitur obliuiſci eorum,
C quos iusto iudicio perire permittit, eò quōd per modū obliuiſcētis circa illos se habeat.Vnde Trenorū
vltimo dicitur,Quare in perpetuū obliuiſceris nostri?¶Postquam Apostolus Iacobus docuit nō ſuffi-
cere ad salutē verba dei audire,sed oportere ea operibus exercere:nūc ostendit nec hoc ſufficere,nisi &
peccata locutionis vitentur.Hinc ſubdit,[*Si quis autem putat se religiosum esse*].i.verum Christianæ fidei
professorem,ac latriæ seruatorem,atque deuotum[*Non refrenans linguam suam*]à multiloquio,detractio
ne,mendācio,ac cæteris verbis prohibitis[*sed seducens cor suum*].i.à recto salutis itinere illud auertens,&
per incustoditam negligentiam,errores,& vitia,seipsum fallens,atque obtenebrans.Quemadmodū per
Oseā dominus ait,Ephraim quasi colūba seducta nō habēs cor[*Huius vana est religio*].i.frustra se Chri- Osee.7.
stianum esse fatetur,nec est in eo veraciter latria,siue deuotio:sed fictè,aut apparenter duntaxat.De ta-
libus fertur in Osea,Ventum seminabunt,& turbinē metent.Cū ergo illa sit vana religio,docet quid sit Osee.8.
vera religio[*Religio munda,& immaculata*].i.intus & foris syncera, coram deo & hominibus approbata
in seipsa & in suis operibus pura[*Apud deum et patrem*].i.coram deo, qui est omnium deus & pater, Vel
coram deo filio,& patre æterno, qui cum spiritu sancto sunt vnus omnium deus, vnus creator & vnus
finis[*Hæc est,visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum*].i.opera misericordię proximis impartire.Præ
sertim miserabilibus personis,humano solatio destitutis(vt sunt pupilli & orphani,viduæ,peregrini,tē-
tati,infirmi,captiui,mendici,pauperésque domestici) subuenire, & eos corporaliter visitare,ac conso-
lari.Beati enim misericordes,quoniam ipsi misericordiam cōsequētur. Et Christus in die iudicij dicet, Matth.5.
D Quōd vni ex minimis meis feciſtis,mihi feciſtis.Hinc in Ecclesiast.dicitur, Nō desis plorātib⁹ in con- Matth. 25.
solatione,& non te pigeat visitare infirmum.Ex iis enim in dilectione firmaberis.Iob quoque,Visitans Eccle.7.
speciem tuam nō peccabis.i.proximos & egenos,qui eiusdem tecum sunt speciei. De quibus ait Esaias, Esaiæ.58.
Frange esurienti panem tuum,& egenos vagosque induc in domum tuam.Cum videris nudū,operi eū Roma.12.
[*Et immaculatum se custodire ab hoc seculo*].i.vanitates,& impietates,atque illicitas voluptates mundano- 1.Cori.7.
rum hominum deuitare.Iuxta illud, Nolite conformari huic sæculo,sed renouamini in nouitate sensus 1.Ioann.2.
vestri.Vnde alibi ait Apost.Qui vtuntur hoc mundo,sint tanquam non vtentes.Nam vt Ioannes ait A-
postolus,Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum & ſuper-
bia vitæ.¶Circa præhabita,quærenda sunt aliqua.Primò,quid sit religio,& de actibus eius:qui etiā sint
verè religiosi.Deinde de refrenatione linguæ,præsertim quantùm ad clausirales. Postremò, quid sit se
immaculatum ab hoc seculo custodire. De horum primo dicit hoc loco Albertus, Religiosus idē desi- Religio-
gnat,quōd religatus.Sed religatio ista potest attendi tripliciter. Primò,penes obseruationem præcepto- sus quid.
rum articulorumq; fidei:sicq; omnes veraciter Christiani, sunt religiosi,Secundò. penes obseruationem
euangelicorum consiliorum,& sic cœnobitæ religiosi vocātur. Tertiò, penes custodiam oris & sic qui Cœnobi-
linguā suam ab illicitis cohibet verbis,dicitur propriè religiosus. Verum de ista materia multò plenius tæ Religio
scribit Thomas,in Secunda secundæ dicēdo,Religio dicitur à relegendo, quoniam quę ad diuinū per- quid?

Universidad de Deusto Biblioteca

Eccle.3. tinent cultũ,sepe sunt relegenda,ac reuoluenda.Iuxta illud,Quę precepit tibi deus,illa cogita semper. E
Vel dicitur religio à reeligendo,quoniã deum quẽ peccando amisimus,& cui vana prætulimus, per eã
pœnitentes reeligimus. Vel à religãdo,quia ab exterioribus, & carnalibus hominẽ separat, ac deo con
Actus religionis interni & externi. iungit. Itaq; religio est virtus moralis, quæ alio nomine latria apellatur, per quã deo cultum ceremo
niamq; impẽdimus. Nec est theologica virtus,sed pars subiectiua iustitiæ, circa actiões immediatè ver
sans,habẽtq; aliquos actus interiores,vt sunt deuotio interna,oratio:& quosdã actus exteriores, vt sunt
deo gen uflectere,sacrificare,decimas immolare,Vocalis quoque oratio, psalmodia,laudatio dei,prędi
care verbum salutis,sunt actus religionis,quasi medio modo se habẽtes. Et omnia ista sunt actus religio
nis directè & elicitiuè,quia ab ea elicitiuè procedunt. Actus verò quarundãvirtutũ religione inferiorũ,
quibus religio imperat,dicuntur actus eius imperatiuè, quia imperat eis. Sicq; præfata misericordię ope
Lingue refrenatio. ra religioni attribuuntur,quæ tamen à pietate seu misericordia eliciũtur. Præterea refrenatio linguę ad
Matth.12. omnẽ ptinet Christianũ, cũ in euãgelio Christus testetur, De omni verbo otioso quòd locuti fuerint
Eodem. homines,reddẽt de eo rationem in die iudicij. Itẽque,Ex ore tuo iustificaberis,& ex ore tuo condẽnabe
Matth. 15. ris. Et iterũ, Quæ ꝓcedunt de ore coinquinãt hominẽ. Denique q̃ necessaria sit omni homini refrena-
Marci.7. tio linguæ,cõstat ex eo,quòd ait iudex summus, Qui dixerit fratri suo,racha,reus erit consilio. Qui au-
Matth.5. tem dixerit,fatue,reus erit gehennæ ignis. Præterea claustrales antonomatice, religiosi dicuntur,vt pote
deo in holocaustum oblati,eiusq; cultui totaliter mãcipati:hinc ad eos refrenatio linguæ potissimè pti- F
net,Propter quod sancti patres inter regulares obseruantias obseruationẽ silentij vnã de præcipuis,post
subst antialia statuerũt, & eius fractorẽ per culpæ publicationẽ, ꝓclamationẽ, ac disciplinam vindicari,
seu corrigi præceperunt. Hinc omnis oratio intelligibilẽ ex se habẽs sensum,sine licẽtia ꝓlata,nisi neces-
Psal.139. sitas sit excusans,est silẽtij fractio, vt si dicatur, Quis est istẽ? Attẽdant hæc religiosi remissi,intimorati,
Iob.11. leues,incustoditi,& garruli. Attendant quã sit vana eorũ quam prætendunt,religio. Aduertant quod ait
Eccle.5. Psalmista, Vir linguosus non dirigetur in terra. Et quod rursus ait scriptura, Nũquid vir verbosus iusti-
ficabitur? Imò iuxta scripturam verba sapientis statera ponderabuntur. Non ergo verbis pereffluamus,
quia odibilis est qui procax est ad loquẽdũ. Hinc Ecclesiast. Ne temerè quid loquaris, neq; cor tuũ sit
Actu.12. velox ad proferendũ sermonem coram deo. Deus enim in cælo,& tu super terrã. Idcirco sint pauci ser
mones tui. In multis nanq; sermonibus inuenitur stultitia. ¶ Veruntamen circa hoc quęritur,quomodo
in verbis sit paucitas obseruanda,cũ in Actibus Apostolorũ legatur Paulus protraxisse sermonẽ vsq; ad
Matth.5. mediã noctẽ,& exhortatus est discipulos multo sermone. Christus quoq; in mõte fecit longũ sermonẽ
6.7. Ecclesia etiã facit orationes ꝓlixas,cũ tamen etiam dicat saluator,Orantes,nolite multùm loqui. Et re-
Matth.6. spondendũ,quòd scripturæ intentio est, vt non sine rationabili causa verba multiplicentur ꝓpter peri-
Lucæ.22. culũ incidẽdi in peccata,quod inverbis multis sine gratia vix cauetur. Christus verò nõ prohibuit abso-
Lucæ.6. lutè vti multis verbis in oratione,cum & ipse passione instante ꝓlixius orasse legatur. Et quod erat per-
Matth.6. noctans in oratione dei, Sed dixit,orantes,nolite multũ loqui,sicut Ethnici faciunt. Putant enim, quòd
Proue.21. in multiloquio suo exaudiãtur. Sit ergo religiosus in obseruatione silentij rigorosus. Qui enim custodit
os suũ,custodit ab angustiis animã suã:qui verò inconsideratus est ad loquendũ,sentiet mala. Postremò
immaculatũ se ab hoc sęculo custodire,est ad nullã rem creatã affici inordinatè,diuitias,delitias,& ho-
nores mundi,intuitu & amore dei paruipẽdere,aut omnino relinquere,nec aliquid citra deũ nisi in deo
Deus omnũ actionum finis esse debet. amare,hoc est, inquantũ deus id præcipit, seu vtilè necessariũve existit ad cõplacendum seruiendumq;
deo,atque ad obtinendũ beatificam fruitionẽ ipsius. Cum enim deus glorioso & adorandus sit omniũ
finis,& media iuxta exigentiã finis sint disponẽda,certũ est, quod nulla res creata sit appetenda, aman-
da,seruãda,tractanda, aut quocunq; modo in vsu habenda,nisi secũdũ quod expedit homini ad vnien-
dum se deo,atque ad obtinendũ ipsius visionem fœlicẽ,seu ad seruiendũ ei,& ad proficiendũ in cultu,ac
honorificentia eius,quod totũ ad religiosos maximè spectat,quos oportet esse huic sæculo mortuos, &
soli deo viuentes,vt cum Apostolo dicere queant, viuo autem iam non ego, viuit verò in me Christus.

Expositio Cap. 11. Articul. IIII.

Gala.2. DIxit Apostolus Iacobus in fine precedentis capitis opera misericordiæ viduis & pupillis esse im-
partienda,atq; impietates & vanitates mũdanas Christianis verè religiosis,seu deuotis esse vitan-
das. Nunc ostendit, pauperes non esse despiciendos,sed potius honorandos tanquam à deo elec- H
tos,& Christi membra atque ministros. Itaque ait,[*Fratres mei,nolite in personarum acceptione ha-*
bere fidem domini nostri Iesu Christi gloriæ] Ordo verborum hic esse potest, Nolite habere fidem gloriæ
Matth. 23. domini nostri Iesu Christi in acceptione personarum, hoc est,non credatis quòd accipiendo personas,
valeatis acquirere præmium gloriæ Christi. Quia acceptio personarum peccatum est,ab adeptione fœ-
licitatis,& gloriæ Christi impediens. Contraria nanque est acceptio ista iustitiæ. Solis autẽ iustis paratũ
Psal. 25. est regnum Christi. Vel iste est ordo verborum,Nolite habere fidem domini nostri Iesu Christi, qui est
rex gloriæ dominusq; virtutũ,inquantũ est deus:iuxta illud, Attollite portas principes vestras,& introi-
bit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? dñs virtutũ, ipse est rex gloriæ. Itaq; nolite habere fidem Christi
Acceptio personarũ mala in personarũ acceptione. Hoc est Christi fidẽ habẽdo,nõ sit in vobis vitiũ acceptionis personarũ. Vel sic,
Nolite putare vosverè esse fideles habendo peccatũ acceptionis ꝓsonarũ,quia talis acceptio ꝓsonarum,
nõ stat cũ fide formata. Ex quo patet,quòd Iacobus loquitur de huiusmodi acceptione,secundũ quod
est mortale peccatũ. Porrò acceptio personarũ est,qua aliquid alicui impenditur, seu confertur, qui ad
illud est indignus,seu improportionatus,& alteri digno subtrahitur,aut negatur. Vt si prælatus aliquẽ
ꝓ moueat ad Canonicatũ,nõ quia literatus & virtuosus,sed quia cognatus suus est,aut pecuniosus,aut
seruus. Literato autẽ,& bono,seu sufficiẽti deneget tale donũ. Cũ ergo sit duplex iustitia, vt pote commu-
tatiua quæ in emptionibus vẽditionibusq; seruatur:& distributiua,qua aliqua diuersis cõferuntur,secũ-

A dum mensurã dignitatis eorũ ad illa:acceptio personarũ iustitiæ distributiuę cõtrariatur,dũ aliquid alicui exhibetur,nõ ꝓpter causam,qua ad illud idoneus est,sed intuitu suæ personæ, aut causę, ex qua nõ est illud ad susciendũ condignus,seu aptus[*Etenim si intrauerit in cõuentu vestro*]. i. corã vobis congrega
tis,seu ad vos adunatos [*Vir aureum annulum habens,et in veste candida*]. i. pulchrè ornatus atque vestitus [*intrauerit autem & pauper in sordido habitu, et intendatis in eum qui indutus est veste præclara, et dixeritis ei,tu sede hic bene:pauperi autem dicatis,tu sta ibi,aut sede sub scabello pedum meorum, nunne iudicatis apud vosmet-ipsos*].i. temerè,& secundũ propriũ placitum iudicatis: nec à deo, sed à propria adinuẽtione tale iudiciũ
sumitis,iudicando diuitem pauperi preferendũ honore,dignitate,& loco,quia dives est:pauperem verò
esse despiciendum:quoniam pauper est? Ideo subditur,[*Et facti estis iudices cogitationum iniquarum*].i. co-
gitationibus erroneis ac iniquis consensistis,easq; approbastis. Non enim dives prẽhonorandus est pau
peri ob suas diuitas,nec pauper ob suam inopiam est spernendus. Ideo vitiosum est taliter iudicare, ac
facere. Estq́ue contrarium diuino iudicio,sicut subiungitur. [*Audite fratres mei dilectissimi, nunne deus*
elegit pauperes in hoc mundo?] Tales enim deus solet gratiosius inuisere, & saluare: iuxta illud in Psal Psalm. 9.
mo,Tibi derelictus est pauper. Et in Esa. Cõsitebor tibi domine.quia factus es fortitudo pauperi, & e- Esaiæ. 22.
geno in tribulatione sua. Hinc ad Corinth. hortatur Apost. Videte vocationẽ vestram,fratres,quia non 1.Cor.1.
multi sapientes secundũ carnẽ,non multi potẽtes,non multi nobiles sunt inter vos: sed quæ stulta sunt
B mundi elegit deus,& infirma & contemptibilia,& quę non sunt. Ideo dicit Greg. Hos elegit deus,quos Gregor.
despicit mundus. Deus enim naturaliter bonus & pius specialem habet occasionẽ miserendi & succur-
rendi pauperibus,miserabilibusq; personis. Idcirco in Deut. scriptũ est, Dominus facit iudiciũ pupillo, Deute. 10.
& viduæ,amatq; peregrinum. Atq; in psalmo, Facit iudicium iniuriã patiẽtibus. Dñs custodit aduenas, Psalm.145
pupillũ & viduã suscipiet. Hinc Christus in exordio suæ prædicationis pauperes piscatores,ad discipu- Matth.4.
latũ suũ vocauit. Quj & in Luca testatur, Beati pauperes, quoniã vestrũ est regnum dei. Pauperibus nan- Lucę.6.
que ipsi eorũ paupertas quotidianũ purgatorium inuenitur. Elegit itaq; deus pauperes, quos ab æterno
elegit,& suo tempore per gratiã suã vocauit. Vnde subiungitur,[*Diuites in fide.*]Non quòd ante electio-
nẽ & vocationẽ fuerint spiritaliter,diuites in fide, sed ex sua electione & pietate fecit eos spiritualiter
opulentos per fidẽ,& cætera gratiarum charismata fidei annexa. Veræ quippe diuitiæ sunt, virtutes,ac
meritoria opera. Vnde prima ad Timotheũ scribit Apostо. Diuitibus huius sæculi præcipe diuites fieri
in operibus bonis. Et quia tales electi sunt ad futuram beatitudinẽ prædestinati,de eis subiungitur[*Hæ-* 1.Tim.6.
redes regni,quod promisit deus diligentibus se.]De quibus ait Apost. Scimus, quoniam diligentibus deum Roma.8.
omnia cooperantur in bonũ,his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Quidam enim diligunt
deum ad tempus,sed non perseuerant in charitate finaliter,quos cõstat prędestinatos non esse. Hinc lo-
quitur Christus,Beati pauperes spiritu,quoniam ipsorũ est regnũ cælorũ. Pauperes ergo propter cha-
C rismata gratiæ eis collata sunt honorandi:& maximè, quia frequentius sunt à deo electi. Diuites verò, Matth.5.
ꝓpter suarũ abusus diuitiarũ,& cætera scelera sua,sunt zelo iustitiæ despiciendi, inquantùm sunt tales. Pauperes
Sicut de iusto fertur in psalmo, Ad nihilũ deductus est in cõspectu eius malignus:timẽtes autẽ dominũ honorãdi
glorificat. Vnde & Salomon loquitur, Melior est pauper, qui ambulat in simplicitate sua,quã diues tor- & quare.
quens labia sua. Et rursus, Melius est modicũ cum timore domini,quã thesauri multi. Propterea sub- Psalm.14
ditur.[*Nunne diuites per potentiam opprimunt vos,et ipsi trahunt vos ad iudicia?*] .i. iudicibus vos præsentãt Proue.19.
tanquam reos,eò quòd estis Christiani?[*Nunne ipsi blasphemant bonum nomen*]nominatum [*Quod inuoca-* Prouer.15.
tum est super vos].i. nomen Christi seu Christum, quem negant esse verum Messiam in lege promissum.
Hæc in primitiua ecclesia passim fecerunt diuites infideles,tam Iudęi q̃ gentiles,Christianis qui Christũ
iugiter inuocabant,& quem pro se inuicem exorabãt[*si tamen legem perficitis regalem*].i. legem diuinam,
à rege altissimo datã, regia via incedentẽ, eò quòd neque ad dexteram neq; ad sinistram diuertat,nec a-
liquid obliquitatis contineat. De qua in Esaia legitur, Hęc via,ambulate in ea,& neq; ad dexteram neq; Esaiæ.30.
ad sinistram. Atq; in Psal, Lex domini immaculata. De qua & in Prouerbiis asseritur, Lex lux est. Si,in- Psal.17.
quam,hanc legẽ perficitis.i. perfectè impletis[*Secundum scripturas*].i. prout in scripturis sanctis docetur, Prouer. 6.
ac continetur. Deinde exprimit legem istã in speciali,seu quantùm ad mandatum eius præcipuum,post Leuit. 19.
primum ac summũ legis præceptum.[*Diliges proximum tuum sicut teipsum*].i. spiritualiter desiderando ei Deute. 7.
D dona gratiæ ac virtutum in via,donaq; gloriæ in patria:imò & cooperando ei ad istа pro posse. Cætera Matth.5.
quoque misericordiæ opera,tam corporalia quã spiritualia,ei impartiendo pro viribus,tempore oppor
tuno,exigente rationali causa[*Benefaciis*] quasi dicat Apost. Non ita dico diuites pauperibus non esse
præferendos,quasi sint odiendi, aut simpliciter contẽnendi,cum ex diuino præcepto sint diligendi:
sed eorum dilectio ordinatè est exhibenda eisdem,saluo ordine æquitatis, vt non derogetur iustitiæ in
pauperum depressione[*Si autem personas accipitis,*]iuxta sensum prælabitum[*Peccatum operamini*]faciẽ
do contra præceptum dei. Propter quod subditur[*Redarguti a lege, quasi transgressores*] diuinipræce-
pti. Et ita hæc dictio,quasi, dicit hic veritatem non similitudinem tantùm. Quemadmodum & Ioan- Ioan.1.
nes inquit, Vidimus gloriã eius,gloriã quasi vnigeniti à patre. Ista quippe psonarũ acceptio in lege Mo Leuit.1.
saica,atq; Euangelica prohibetur. Quoniã in Leuit. dominus ait, Iustè iudicabis,nec consideres perso- Deuter.1.
nam pauperis,neq; honores vultum potentis. In Deuteronomio quoq; Moses ait principibus & iudici- Ioann.7.
bus Israël, Audite illos, & quod iustũ est iudicate: siue ciuis sit ille, siue peregrinus, nulla erit distantia. Iob.32.
Ita paruũ audietis vt magnũ, nec accipietis cuiusquã personã. Christus etiã iubet, Nolite iudicare se- Personа-
eundum faciẽ,sed iustũ iudiciũ iudicate. Hinc in libro Iob Heliu cõtestatur,Nõ accipiã psonã viri. De- rum acce-
bemus ergo non personas,sed causas accipere. ¶ Circa prędicta,vt clarius intelligantur,aliqua sunt quæ- ptio quan
renda. Primò,an personarũ acceptio sit peccatũ mortale. Secundò,in quibus cõmittatur hoc vitiũ. Ter- do pctm
tio,an deo conueniat personarũ acceptio. Quantùm ad primum, videtur ex præinductis Iacobi verbis, & quale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

carterísq; authoritatibus allegatis,quòd personarũ acceptio sit mortale peccatum,quod etiã aliunde ꝓ- E
batur. Quia sicut illud est ex suo genere culpa mortalis,quod est contra charitatẽ:ita & istud,quod est
cõtra iustitiam. Sed personarũ acceptio directè cõtrariatur distributiuæ iustitiæ. Veruntamen videtur
oppositũ:quia si diuitem plus honorare q̃ pauperẽ est mortale peccatũ, omnes periclitamur, & in statu
esse dãnationis videmur. Quis enim non facit hoc? Quis ponit pauperẽ ad mensam suã vt diuitẽ? Quis
Albertus. ita salutat egenũ vt locuplete? Ad hæc respondet Albertus, Quod si diues magis honoretur q̃ pauper,
per respectum & promotionẽ ad ecclesiasticas dignitates, ad quas fuerit indignus,mortale est vitiũ. Vt
si diues,sapientia & virtutibus carens,ad ecclesiasticos ꝓmoueatur honores:pauper verò abiiciatur,qui
Augusſt. sapiẽtia,vita,& moribus ꝓmotione tali est dignus. Hinc Beda allegat Aug. dicentem,Si hanc distantiam
sedẽdi & stãdi,de qua Iacobus loquitur,ad honores ecclesiasticos referamus :nõ est putandũ esse leue
peccatũ in personarum acceptione habere fidẽ domini nostri Iesu Christi. Quis enim ferat eligi diuitẽ
ad sedẽ honoris ecclesiæ,cõtempto paupere instructiore ac sanctiore? Quocirca pẽsandũ,quia& in 2.2.
asserit Thomas,Dignitas pſonę cõsiderari potest dupliciter. Primò,simpliciter & in se:& ita qui sapiẽ-
Dignitatis pſonæ cõsideratio duplex. tior virtuosiórq; cõsistit,absolutè est melior. Secundò,per cõparationẽ ad bonũ commune:& sic potest
cõtingere,vt qui absolutè loquendo minus bonus est,vt pote minus virtuosus & doctus,sit bono cõmu
ni vtilior ratione potentiæ,siue industriæ,aut alicuius huiusmodi. Cũ igitur dispẽsationes spiritualiũ ad
cõmunem vtilitatem potissimè ordinentur:idcirco interdũ minus boni melioribus præferuntur in tali- F
bus absq; personarũ acceptione. Porrò secundum iura,ad valorem electionis sufficit eligere bonũ,atq;
idoneum. Nec oportet eligere meliorem, secundum forum iudicale:aliàs electio posset quasi semper ca
lumniari. Sed quo ad eligentis conscientiã,oportet eligere meliorẽ,vel simpliciter,vel per comparatio-
Albertus. nem ad bonum cõmune. Insuper dicit Albertus, Quòd si quis honoret diuitẽ magis q̃ pauperem pro-
pter lucra,& cõmoda propria,quæ per hoc à diuite consequi præstolatur,non potest esse sine peccato,
si pauper propter suam paupertatem spernatur,& diues ei præhonoretur. Quia ex hoc pauper scanda-
lizatur,& datur ei occasio pusillanimitatis,aut desperationis ex sua inopia. Dicendum ergo ad obiectio-
nes. Quòd si diues pauperi proponatur & præhonoretur,nõ quia diues, sed ex aliqua rationabili causa:
videlicet, quia virtuosior,aut quia in potestate est cõstitutus, aut quia sapientior, aut senior,vtilior,seu
beneficentior,vel vt viterur turbatio:nõ est personarum acceptio,nec peccatũ,sed cõmẽdabile opus. Si
autem ob solas diuitias fiat hoc,& paup(quia pauper est)post ponatur,aut vilipẽdatur, vitiosum est, q̃-
1.Tim.1. uis ꝓpter actus modicitatem possit interdũ à mortali excusari. Interdũ quoq; videtur sufficere, vt pau-
per mentaliter honoretur. Ad secundum dicendum, ꝙ personarum acceptio tam in corporalibus q̃ in
spiritualibus bonis committitur. Imò cũ bona spiritualia sint corporalibus potiora, personarũ acceptio
in eis tantò vitiosior comprobatur,quãto huiusmodi bona sunt digniora. Amplius personarũ acceptio G
Honoran di quinã sint. locũ habet in exhibitione honoris. Cũq; deus altissimus sit primũ & summũ honorabile, cui debetur
Exod.20. honor ratione suæ virtutis & sanctitatis,sapientiæ,& causalitatis,beneficẽtię,& dominationis, primęuita
Gregor. tis,ac dignitatis,atque iudiciariæ potestatis: cõstat quòd rationalis creatura tãtò est honorabilior quan-
tò in his magis deo assimilatur,seu plus inde participat. Idcireo virtutibus prędíti & sapientes, sunt ho-
Roma.10. norandi. Similiter iudices & prælati quamuis iniqui,senes quoque & parentes, & homines vniuersi ,in-
quantùm ad superdignissimæ trinitatis imaginẽ similitudinemq; creati ,Christi sanguine liberati, ad su-
Augusſt. pernaturalẽ beatitudinem ordinati , angelica custodia insigniti,& maximè qui à verbo æterno humana
natura in vnitate personæ est assumpta. Idcireo in Homilia ait Greg quòd retunditur superbia nostra,
quæ nescit in hominibus considerare dignitatem naturæ,qua ad dei imaginẽ facti sunt. Sed cum deus sit
diues,sicut & potens,dicente Apost,Diues est in omnes,& super omnes qui inuocant eũ. videtur quòd
diuites sint honorandi secundũ quod diuites,& per suas diuitias deo assimilantur. Et respondendũ quia
vt ait Aug. primo de ciuit. dei,Deus diues est,non peccunia,sed omnipotẽtia. Deniq; diues est spirituali
opulentia,videlicet,perfectione,sanctitate,& beatitudine penitus infinita. Ideo homo ,ppter spirituales
Datio duplex. diuitias,scilicet gratiam & virtutes,honorandus existit. ¶ Postremo videndũ,an deo conueniat persona
rum acceptio. Et videtur quòd imò,quia quibusdam eodem modo dispositis,vni dat gratiam & accipit
eum:alium vero relinquit:imò frequenter grauiores præuẽit,& cõuertit,saluátq; pẽtores. Ad hoc Tho.
respondet, ꝙ duplex est datio. Vna est actus iustitię,qua aliquid alicui datur secundũ dignitatẽ, & meri H
tum eius:& circa illam attenditur acceptio personarũ. Alia est actus liberalitatis, qua alicui aliquid gra-
tis datur,quod ei non debetur:& talis est collatio beneficiorum dei,qui nulli est obligatus:& circa hanc
non est personarum acceptio,quoniã vnusquisque potest propria dare cui vult,& quantùm vult,nisi in
2.Par.19. casu. Tamen deus hoc maximè,& irreprehensibiliter potest. Ideo apud eũ locũ non habet acceptio pso
narum,iuxta illud Paralip. Non est apud dominũ deũ nostrũ iniquitas, nec personarũ acceptio,nec ac-
ceptio munerũ. Et in hoc ipsum imitari debemus. Nihilominus adhuc ꝓpter duas causas dicitur apud
Actu.10. deum non esse acceptio pſonarũ. Prima,quoniã nullum bonũ relinquit irremuneratũ,nec aliquem verè
virtuosum refutat. Et hoc innuit princeps Apo. In veritate,inquiens,cõperi, quoniã non est personarũ
Hiere.30. acceptor deus,sed in omni gente qui timet deũ & operatur iustitiã,acceptus est illi. Secũda est,quoniã
Iob.34. nulli quod in se est faciẽti deus denegat gratiã. Idcirco apud Hier. ait, Quis est iste qui applicet cor suũ,
vt appropinquet mihi? Et in Iob asseritur,Si direxerit homo ad deum cor suum , spiritũ illius & flatum
Deut.10. ad se trahet. Et quia hęc duo ab hominibus cõmuniter nõ seruãtur,meritò ad discernẽdum inter perfe
2.Par.19. ctionẽ diuinæ iustitiæ,& imperfectionẽ fragilitatis humanæ,ait frequẽter scriptura, quòd apud deũ nõ
Iob.24. est personarũ acceptio. Insuper quã periculosa sit personarũ acceptio,imò quodeunque peccatũ: decla
Eccleſ.35. rat Apost. Iac. subdens. [*quicunque autem totam legem seruauerit*].i. vniuersa legis euãgelicæ præcepta im-
pleuerit[*Offendat autem in vno*].i. post tantam iustitiam trãsgrediatur vnum præceptum dei siue Eccle-

A się, seu vnum incurrat peccatũ mortale,per cõmissionem,quę est cõtra præceptũ negatiuum. vel omis- Matth. 22.
sionem,quę est cõtra præceptũ affirmatiuũ[*Factus est omnium reus*]verbũ hoc intricatũ est valde: ex eo Lucæ. 20.
siquidẽ sequi videtur,ꝙ qui diuitẽ pauperi præfert,aut furtum cõmittit, reus sit hęreticę prauitatis atq; Roma.3.
blasphemię,homicidij,adulterij,cęterorũq; criminũ : & quòd tãta erit damnatio eius,qui vnũ solũ cõ- Gala.2.
misit mortale,sicut eius qui mille. Aug. ergo & Beda exponũt dicẽdo, ꝙ quia plenitudo legis est chari- Colloſſ.3.
tas,ideo oĩs qui peccat,agit contra charitatẽ. Nec dicitur peccare nisi cõtra charitatẽ dei aut ꝓximi,ope Actu 10.
rando,aut negligẽter se habẽdo,præsertim quia in charitate præcepta oĩa includũtur. Qui ergo offendit Auguſt.
in vno.i. cõtra charitatẽ agit,siue omittit id ad quod obligatur,factus est oĩm reus:qm agit cõtra chari- Rom.13.
tatẽ,in qua oĩa pendẽt,tota videlicet lex & ꝓphętę. Ista tamen solutio nõ est omnifarie plana. Quamuis
enim qui vnũ cõmittit mortale,violat charitatẽ:nõ tamẽ est reus oĩm vitiorũ,quę sunt cõtra charitatẽ. Matth.22.
Porrò Albertus exponit dicẽdo,quòd in pctõ duo cõsiderãtur. Vnũ formale,quod est à summo bono Albertus.
auersio. Aliud materiale,quod est cõuersio inordinata ad bonũ cõmutabile,& caducũ. Cũ ergo oĩa pec
cata sint ab vno summo auersiua,ex parte huius auersionis,& ex parte boni summi,à quo auertũt,habẽt
quãdã cõnexionẽ & vnitatẽ. Itaq; qui offendit in vno,dicitur omniũ reus fieri,quia sit reus in tali auer-
sione à deo,per cuius auersionẽ oĩa pcta habẽt formaliter,vt sint pcta,& quodãmõ vnũ pctm̃ sunt,quę
admodũ iuxta Greg. oĩa pręcepta vnũ dicũtur in radice charitatis. Sed his obstat,quia secũdũ doctores Gregor.
B cõcorditer quãuis virtutes cõnexę sint,nõ tamẽ pcta. Alij ergo exponũt dicẽtes(sed magister Nicolaus
de Lira specialiter)quòd offendens in vno sit omnium reus,quantùm ad pœnã damni,quę est diuinæ ca
rentia visionis,quam homo meretur,atq; incurrit per vnã trangressionem diuinæ legis : sed pœnam in-
currit maiorem,qui plures transgressiones diuinæ legis cõmisit. Huic expositioni obiici potest ꝙ etiam
per vnãquanq; diuinæ legis transgressionẽ,homo incurrit pœnã sensus,quẽadmodũ pœnã dãni. Aliter
dici potest,quòd in vno offendens sit omniũ reus,nõ formaliter,sed quodãmodo æquiualẽter in gene-
re, inquantũ per vnũ mortale perduntur charismata gratiæ in præsenti,& dona gloriæ in futuro. Pœna
quoq; dãni & pœna sensus in inferno infligũtur,sicut per multa seu omnia. Potest quoq; clarius sic ex-
poni,Qui offendit in vno,sit omniũ reus.i. omniũ præteritorũ operũ suorũ virtuosorũ merito mox pri Ezech. 18.
uatur:quemadmodũ per Ezechielem dominus protestatur,Si auerterit se iustus & fecerit iniquitatem, Exod.20.
omnes iustitiæ quas fecerit nõ recordabũtur. In præuaricatione sua morietur. Hinc subditur. [*Qui enim* Matth.5.
dixit,non mœchaberis: dixit,et,non occides].i. qui fornicatione prohibuit,prohibuit & homicidiũ. [*Quod si*
non mœchaberis,occides autem].i. cõtra præceptũ de mœchatione vitanda nõ feceris,sed præceptũ de ho-
micidio fugiẽdo infregeris[*Factus es transgressor legis*]diuiuæ,eius violãdo præceptũ. Idcirco spiritualiter
mortuus es,& opera tua præterita meritoria, sunt mortificata:esque priuatus omni charismate gratię ac
virtutũ,ac si omnia violasses præcepta,quãuis non sis tam enormis transgressor, nec ita induratus, neque
C tam difficulter curabilis,sed nec tãtæ dãnationi obnoxius,vt ille,qui plura,aut omnia violauit pręcepta.
Cùm ergo tam ardua sit via salutis,ritè subiũgitur.[*sic loquimini,et sic facite*].i. tam discreti,tam virtuo-
si,ac feruidi sitis,in verbis & factis[*sicut per legem libertatis*].i. per legem euangelicam. Quæ cur lex liber
tatis dicatur,expositum est[*incipientes iudicari*].i. ac sic statim effetis iudicandi à deo per Euangelicam
legem,hoc est,iuxta tenorem,& obligationem Euangelicæ legis:quæ quantò cæteris legibus est perfe-
ctior,tantò ad virtuosiorem vitam suos obligat professores. Cùm iuxta doctrinã Apostoli,debeat vnus- Epheſi.4.
quisque dignè conuersari vocatione,qua vocatus est. Quemadmodũ ergo professores legis Moysi tene
bantur perfectius viuere,quàm solã naturalẽ legem habentes:sic Christiam ad perfectiorẽ astricti sunt
vitam,quã in veteri lege tenebantur Iudæi. Præsertim quia & ampliora,ac eminentiora beneficia desu-
per exhibita sunt populo Christiano,quã Iudæis in veteri testamẽto,aut gentilibus in lege naturę. Ideo
Christiani deo subiectiores,deuotiores,& gratiores esse tenentur:dicente Gregorio,Cum augentur do- Gregor.
na,rationes crescunt donorum. Aloquin Christiani grauius iudicabuntur per legem libertatis,quàm Iu
dæi per legem scriptã , aut gentes per legem naturalẽ,Nã teste Apostolo,quicunq; in lege peccauerũt, Roma.2.
per legẽ iudicabuntur. Hinc ad Hebr. inducitur,Abundãtius oportet nos obseruare ea,quæ audiuimus, Hebr.2.
ne fortè perefluamus . Si enĩ qui per angelos dictus est sermo,factus est firmus , & omnis preuaricatio
& inobedientia accepit iustam mercedis retributionem,quomodo effugiemus, si tam neglexerimus sa-
lutem? Hinc ait & Christus,Cui plus datum est,plus requiretur ab eo. Præterea quod Iacobus ait Apo
D stolus,sicut per legem libertatis incipiẽtes iudicari,potest & exponi de iudicio approbationis,seu repro Luc.12.
bationis,ac discretionis, quo deus indesinenter in ipso approbat eos,qui bene viuunt : & detestatur ini-
què agentes , atque inter iustos & iniustos discernit. Futuræ etiam retributionis quendam prægustum
iam quoque interdum suis præstat electis. Hinc apud Hieremiã habetur , Domine deus fortissimè,ma-
gnus cõsilio,& ineõprehẽsibilis cogitatu,cuius oculi aperti sunt super omnes filios Adã, vt reddas vni-
cuique secũdum vias suas. Et Psalmista,Oculi,inquit,domini super iustos,& aures eius in preces eorũ. Hiere.32.
Vultus autẽ domini super facientes mala. In Eccleſ. quoque legitur, Oculi domini multò plus lucidio-
res super solẽ,circunspicientes omnes vias hominũ. Ideo sanctus Iob dixit, Nũnc deus cõsiderat viam Psal.33.
meam,& omnes gressus meos dinumerat? Postremo,fideles incipiunt in hac vita per legem Euangelicã Eccleſ.23.
iudicari à suis superioribus ac prælatis:& qui eorũ correptionem ac correctionẽ patienter ac obedienter Iob.31.
suscipiunt,diuini iudicij euadent rigorem:cùm & Apostolus fateatur , Si nosipsos diiudicaremus, non
vtiq; iudicaremur. Et quia lex euãgelica opera misericordiæ præsertim cõmendat ac præcipit,Christia 1.Cori.11.
ni in verbis & factis debent esse misericordes ,propter quod subditur , [*iudicium enim sine misericordia*]
fiet à deo[*illi*]homini[*qui non fecerit misericordiam*] proximis suis in vita præsenti, antequam tribunali
præsentetur diuino. Quemadmodum enim beati misericordes, quoniam misericordiam cõsequentur:
sic infelices sunt immisericordes,quoniam misericordiam non obtinebũt,sed iustè ac terribiliter dãna- Matth.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lucæ.16. Matth.7. Lucæ.6. Marci.11. Matth.18. buntur. Quemadmodum diues epulo qui misereri noluit Lazaro. Hinc loquitur iudex summus, Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini. Dimittite & dimittemini. Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Et iterum, Si non dimiseritis, nec pater meus cælestis dimittet vobis peccata vestra. Vnde & seruo, qui suo cõseruo non fuit misericors, dominus ait, Serue nequã, omne debitũ dimisi tibi, quoniã rogasti me: nõnne ergo oportuit & te misereri cõserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Iratúsq; dominus tradidit seruũ illũ tortoribus, quoadusq; redderet debitũ vniuersum. Vnde quãtò vnicuiq; maior misericordia à deo impensa est, tantò proximus suis misericordior esse debet. ¶ Sed his obiici potest, quia vt ait ꝓpheta, Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. Quo circa dicunt doctores, & super quartũ Sententiarũ declarãt, quòd in omni opere dei misericordia & iustitia cõmiscentur: ita quòd etiam reprobi citra condignũ in infernis puniuntur. Et respondendũ, quòd immisericordibus dicitur fieri iudiciũ sine misericordia: non quòd nulla eis miseratio fiat, sed quia singularis rigor iudicialis sit eis, & ipsa iustitia in eorũ diiudicatione ac punitione æternaliter cum speciali euidentia perdominans erit, secundũ quod homo sua crudelitate specialiter meruerit. Ex his innotescit, quàm pronus ac feruidus esse debeat vnusquisque pro viribus suis ad corporalia ac spiritualia misericor-

Psalm.14. Prouer.2. Lucæ.6. Matth.25. diæ opera: quia vt ait scriptura, Qui pronus est ad misericordiã, benedicetur. Et Christus in Euangelio loquitur, Estote misericordes, sicut & pater vester cælestis misericors est. Et denuo ꝓtestatur, reprobos in die iudicij ideo condemnandos, quia misericordiæ opera non fecerunt. [*Superexaltat autem misericordia iudicium,*] vel vt alij legũt [*iudicio*]. i. plus placet deo charitatiua miseratio, quàm iudicialis districtio: nisi fortè in certo casu, propter bonum commune, & conseruationem iustitiæ oporteat districtionẽ iudicij exercere: quod tamen cum interna pietate atque ex charitate agendum est. Hinc & iura sunt pia, & ad misericordiã magis prona, magisq; stant iuramento accusati, q̃ accusantis. Atque in dubijs casibus ad misericordię partẽ est declinãdũ. Potest & ita exponi. Superexaltat misericordia iudicium. i. transcẽdit & magis apparet in operibus dei misericordia eius q̃ rigor iudicij, præsertim in vita hac: iuxta id Psal

Psal. 144. Ezech. 18. Esaiæ. 28. misti, Suauis dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Vnde per Ezech. ait, Nũquid voluntatis meæ est mors impij, & nõ magis vt cõuertatur & viuat? Imò, vt loquit Esaias, Vlcisci & punire est peregrinum & alienũ ab eo, cuius natura est bonitas, cuius ꝓprietas pietas. Superexaltat demum misericordia iudiciũ, quia misericordia dei relucet in electis & saluatis in cælo, Iudiciũ verò in reprobis ac damnatis in tartaro. Consequenter docet apostolus fidẽ informẽ nõ sufficere ad salutẽ. Et dicitur fides informis, quæ nõ est charitate formata, ac bonis operibus decorata, in adultis & tempore op-

Fides informis q̃. Lucæ.12. portuno. [*Quid proderit, fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat?*] id est per fidẽ nõ bene viuat implendo præcepta, & fidẽ decorãdo per meritoria gesta. [*Nunquid poterit fides saluare eum*] .i. instrumẽtaliter ad salutem perducere? q.d. nequaquam. Imò reddit eum magis damnabilẽ. Quoniã seruus sciens volũtatẽ domini sui, & nõ faciens, plagis vapulabit multis. Ideo malus Christianus grauius condẽnatur, q̃ infidelis, cæteris paribus. Deinde ostendit per simile, fidem talem neminem posse perducere ad salutem. [*Si autem frater aut soror*]. i. proximi cuiuscunque sint sexus [*Nudi sint & indigeant victu quotidiano: dicat autem aliquis de vobis illis, ite in pace, calefiamini et saturamini*]. i. bene tractemini, [*Non dederitis autem eis quæ necessaria sunt corpori, quid proderit?*] vtique nihil. Quia pulchra verba absque reali subuentione non sufficiunt indigenti. Tamen si aliquis habeat desiderum succurrendi egeno, sed non

Eccle.18. Eccle.4. habeat facultatem, & tunc det cõsolatorium ac informatorium verbum, laudabile est atque proficuũ, iuxta illud Ecclesiast, Nunne ardorẽ refrigerabit ros? Sic & verbũ, melius quàm datũ. Nũne ecce verbũ super datum bonũ? Et iterum scriptũ est, Congregationi pauperũ te affabilẽ facito [*sic et fides si non habet opera*]. i. executionem præceptorum, loco & tempore opportuno [*Mortua est in semetipsa.*] Porrò per

Ioann.6. Iozb34. opera in hoc loco, non solũ intelligenda sunt opera exteriora, sed indifferenter quicũque actus virtuosi ex virtute eliciti aut imperati: siue sunt interiores, siue exteriores. Nã & in Euangelio sumit̃ opus ꝓ opere interiori, cũ dicitur, Hoc est opus dei, vt credatis in eũ quem misit ille. In Iob autẽ ꝓ interiori exterioríque opere sumitur, cũ dicitur, Opus hominis reddet ei deus. Staret enim in casu, quòd alicui sufficerẽt ad salutẽ interiores fidei actus, vt credere in deũ. Itaq; sicut in exterioribus dicit̃ aliquid mortuũ, quod caret sensu & motu: sic fides sensu carens interno, seu charitatis sensificatione, qua homini sapit deus, &

Gala.5. Mar.16. veritas prima cui mititur fides, dulcescit: & quæ bonæ ac meritoriæ actionis motũ nõ habet, rectè mortua phibetur, nõ viuificãs spiritualiter suũ subiectũ, nec excitãs illud ad actũ. Et hęc vocatur fides informis, vt pote charitate nõ decorata. Fides autẽ p dilectionẽ operãs, viua vocatur. Tamẽ quantũ ad substãtiã vtraq; fides eadẽ phibetur. Nã p mortale peccatũ suã, quã habuit à charitate, amittit formationem, decorationem & viuificationẽ: sed charitate per pœnitentiam redeunte, rursus formatur & viuificatur. Vnde quod in Marco legitur, Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, de fide formata accipitur. [*Sed dicet quis*] id est aliquis fidem & opera fidei habens, dicere potest ad proximum. [*Tu fidem habes*] sine operibus [*Et ego opera habeo*] simul cum fide [*Ostende mihi fidem tuam sine operibus*] quasi improperatoriè dicat, Hoc facere nequis, ideo fides tua huiusmodi non sufficit tibi [*Et ego ostendam tibi fidem meam ex operibus*]. i. per opera fidei, quę exerceo, probabiliter tibi ostendã, me fidẽ habere. Veruntamen nõ sine reuelatione certitudinaliter scire quis potest se fidẽ formatã habere ex suis operibus: quãuis scire possit se esse in fide, eò quòd fidei formatę charitas sit annexa. [*Tu credis quoniã vnus est deus*]. i. vnũ esse deũ tu credis. Quod tamen p naturalẽ rationẽ sciri potest ac demõstrari, q̃is eo modo, quo vnũ esse deum credimus. Quãuis illud credere non sit meritoriũ, quia ex charitate nõ oritur, sed ex fide informi: est tamẽ quoddã bonũ ex genere, sicut eleemosynã dare. Sumit̃ aũt facere hoc loco ꝓ actu interiori quia credere vnũ esse

deum, est actus interior. Communiter verò accipitur facere pro actione extramanãte, seu in exteriorem tendente materiam. Agere autem pro actione immanante [*Et dæmones credunt, & contremiscunt*] Idcirco non sufficit nuda fides, nec quæcunque fidei opera: cùm dæmones non solùm credant, sed etiam timeant seruili timore. Nec solùm credunt vnum esse deum, sed eundem etiam credunt trinum consistere in personis, & quicquid ad catholicam pertinet fidem. Legitur enim in Luc. dæmon dixisse, Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Scio te quòd sis filius dei. Et ibidem legitur, Exibant dæmonia multa, clamantia & dicentia, Quia tu es filius dei. Ait hoc loco venerabilis Beda, Qui deum non credunt, aut creditum non verentur, profectò dæmonibus tardiores ac proteruiores sunt æstimandi. Sed nec deum credere & contremiscere magnum est: si non & in eum credatur: hoc est, per fidem charitate formatam in eum tendatur, & eius in corde amor seruetur. Quæritur an dæmones habeant fidem. Respondet Albertus, Fides propriè est de non visis, & de his, ad quorum inuestigationẽ humana ratio non pertingit. Ad quæ credenda potest aliquis moueri dupliciter. Primò, ex habitu fidei diuinitus sibi infuso: & ita nõ est in dæmonibus fides. Secundò, ex aliquibus euidentibus signis atque miraculis, quæ cũ soli deo sint possibilia, & ad fidei confirmationem copiosè sint facta, dæmones naturali acumine intellectuali vigentes inde cognoscunt fidei veritatem. Imò credere compelluntur ex euidentia talium argumentorum, secundum quod intellectus dicitur cogi. Sícque dæmonum fides non est virtus infusa, nec ex voluntatis libertate ac charitate: sed potius ex violẽtia rationis. Hanc autem quæstionem Thomas in secunda secundæ, quæst. quarta plenius tractat, & consonat eius responsio responsioni inductæ [*Vis autem scire o homo inanis*] id est vanus & spiritualiter vacuus, vtpote fidei opera & charitatem non habens, & per cõsequens ad vltimi finis adeptionem indispositus & ineptus? Dicitur enim inane, quod non consequitur debitum finem [*Quoniam fides sine operibus mortua est? Abraham pater noster*] qui omnium fidelium pater spiritualiter vocatur, per fidei & virtutum imitationem. Et fidelium Iudæorum spiritalis atque carnalis extitit pater, infidelium autem Iudæorum solùm carnalis pater fuit. Vnde dicitur ad Galatas, Qui ex fide sunt, hi sunt filij Abrahæ. Et in Ioã. ait Saluator, Si filij Abrahæ estis, Abrahæ opera facite. [*Nunne ex operibus iustificatus est?*] id est iustior factus, atque à deo sublimiter commendatus ac approbatus? [*Offerens*] id est ad offerendum paratum se exhibens, ac disponens Isaac filium suum. Colligauit enim eum, & posuit super struem lignorum. [*Vides*] id est ex his intelligere debes. [*Quoniam fides cooperabatur operibus illius.*] Fides enim est oculus rationis, dirigens in agendis, & opera ad vltimum referẽs finem: qui sola fide, non clarè per speciem in hac vita conspicitur [*Et ex operibus fides consummata est*] id est fides Abrahæ per obedientiam eius, & ex quæ circa Isaac deo iubente exercuit, actuationem & complemẽtum accepit. Habitus nanque & actus ipsius se mutuò ornant ac roborant. Qui ex habitu actus procedit, & habitum actus eius stabilit & conseruat, ac perficit [*Et suppleta*] id est verificata ac aliis manifestẽ probata [*Est scriptura*] Geneseos [*Dicens, credidit Abraham deo*] dicenti ad eum, Suspice cælum, & numera stellas eius, si potes. Sic erit semen tuum [*Et reputatum est illi ad iustitiam,*] id est actus ille credenti fuit deo acceptus, & per eum Abraham à deo iudicatus est iustus: præsertim prout iustitia virtus generalis. sicque credendo meruit iustitiæ incrementum, omniúmque virtutum profectum. Oportet scire, quòd verba ex Genesi nunc introducta dicta sunt Abrahę, antequam deus ei præcepit, vt sibi filium suũ Isaac in holocaustum offerret: imò & antequam ei præceptũ circũcisionis donauit. Sed fidei magnitudo, qua tunc Abraham credidit deo, postmodũ est suppleta seu approbata à deo, ac aliis declarata, per hoc quod filium suum paratus fuit offerre, & circa hoc multa exercuit. Vnde deus tũc dixit ad eum, Nunc cognoui, id est per hæc opera tua alios cognoscere faciam, quòd timeas deum [*Et amicus dei appellatus est*] Abraham non in Genesi, sed in Esaia, vbi legitur deus dixisse, Semen Abrahã amici mei. In libro Iudith quoque legitur, Abrahã per multas tribulationes probatus, amicus dei effectus est. Meruit ergo amicus dei esse, & appellari, deo in tam arduis consentiendo, atque promptissimè obediendo, aduersa quoque patientissimè tolerando. Nempe in Isaac immolatione resplenduit magna perfectio Abrahæ in fide & obedientia. In fide, quia vnicum filium suum ex Sara coniuge sua, paratus fuit offerre: cùm tamen ei deus iam ante promiserit, quòd ex Isaac nasceretur ei semẽ electum & innumerabilis populus. Credidit enim Abraham quòd deus posset filium immolatum suscitare à mortuis, vt Apost. dicit, In eodem resplenduit obedientia maxima, quòd charis. filium promptissimus fuit offerre, propria manu occidere, & occisum incendere: cùm tamen hoc esset opus insolitum, durum, & nusquam auditum. Sed prędictis obuiare videntur multa, quæ ad Rom. scribit Apost. Arbitramur, inquiens, hominem sine operibus iustificari. Et rursus, Si Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam: sed nõ apud deum. Et prolixè probat ibi Apost. ꝙ fides ibi reputata est Abrahæ ad iustitiam, non opera. Vnde ait ibidem Apost. Ex operibus legis nõ iustificabitur omnis caro. Idem etiam ad Galatas docet Apostolus inter cætera, dicens, Qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham. Iustus enim ex fide viuit. Sed & in Actibus legitur, Fide purificans deus corda eorum. Ad ista est duplex responsio. Prima, quòd Paulus apostolus vult probare opera præceptorũ cærimonialium legis non esse necessaria ad salutem, quoniã sine eis Abraham placuit deo, etiã nondum circuncisus. Iacobus verò hîc loquitur de operibus præceptorum moralium, quæ in vtraque lege iubentur. De his item operibus, quæ à deo alicui specialiter iniunguntur, quale fuit ꝙ Abrahæ iussit Isaac immolare. Secunda responsio est, quòd apostolus Paulus probare intẽdit, Nulla opera legis alicui ad salutem suffecisse, sine explicita vel implicita fide Christi, qui omniũ electorum caput est, & saluator. Idcirco fides de eius aduẽtu ab exordio necessaria fuit. Hinc Iacobus infert, [*Videtis*] oculo interiori ex probatis [*Quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum*] vtrunq; enim est necessariũ ad salutem. Imò potissimè charitas: sine qua, nec fides, nec operatio quæcunque potest esse meritoria ac deo accepta. Deniq; dupliciter dicitur aliquis iustificari. Primò per hoc ꝙ à

Luc. 4. Ibidem. Beda. Dæmones quo crede re dicãtur. Inane qd. Galat.3. Ioan.8. Gene.22. 1.Cor.13. Gene.17. Gene.22. Iudith 8. Gene.27. & 21. Rom.9. Heb.11. Roma.3. Act. 17. Gene.22. Rom.4. Ephe.5. Colosſ.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iustificari hominem duplici modo.

viciis expurgatur & gratiam recipit ac virtutes. Quod non fit directè & propriè per opera: cùm ante charitatis & gratiæ infusionem, nulla sit meritoria actio: aut quæ gratiam mereatur de condigno. Ad hanc tamen iustificationem opera bona ex genere, suo modo disponunt & aptant de congruo, dum quod in se est efficit homo. Sic enim & attritio ad contritionē disponere perhibetur. Secundò, dicitur homo iustificari, opera iusta, virtuosa ac meritoria exercendo: atque in gratia, donis virtutibúsque crescendo. Et ita nunc loquitur sanctus Apost. Iacobus. Postremò ne Iudæi, ac alij pusillanimes, ac pigri se excusarent dicendo non posse tanti patriarchæ assequi opera tam perfecta, subiungit Apost. exēplum mulieris peccatricis atque paganæ, quæ tamen per fidem & opera fuit iustificata. Nam subditur, [*Similiter & Raab meretrix nunne ex operibus iustificata est?*] inquantū opera illa processerunt ex fide [*suscipiens nuncios*] id est duos viros exploratores à Iosue in Hiericho missos [*Et alia via eiciens*] id est per aliam viam eos ad Iosue redire persuadens. Cùm enim recepisset eos per ostium suæ domus, & per senestram exposuisset trans murum, cui domus eius hærebat, dixit, Ad mōtana conscendite: quæ omnia in libro Iosue plenius describuntur. Vbi fides eius de deo Israël, hospitalitas, misericordia, liberatio, quas viris præfatis impendit, diffusè narrantur. Propter quæ omnia meruit populo Israëlitico annumerari, & tribui Iuda coniugio sociari, genealogiæq; inseri saluatoris, ex eius semine secundum humanam propaginem descēdentis. Postremò ex præinductis concludit Apost. [*sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita fides sine operibus mortua est*] secundum expositionem præhabitam. Sic etiam dici potest, q; fides sine charitate sit mortua, quoniam charitas est forma, & via virtutum. Et tamen siue dicatur, sine operibus siue sine charitate, redit in idem, quoniam charitas otiosa esse potest. Operatur enim magna, si est, cùm signuū dilectionis sit exhibitio operis. Verūtamen non oportet, nec in vita ista possibile est, vt charitas indesinēter sit in actu, seu exercitio actuali: sed opportuno tempore procedit in actum, operatúrque magna. Et si nō opera exteriora, tamen interiora desideria, & feruores, gaudium, pacem, cōgratulationem, & eleuationem frequenter in deum. Imò nulla forma tam promptè agit, vt charitas.

Iosue 2.

Matth. 1.

Gregor.

Explanatio cap. III. [*Nolite plures magistri fieri.*] Artic. v.

Luc. 1.

POstquam instruxit nos sanctus Apostolus quàm necessaria sint opera virtuosa, ad quæ multi sunt pigri: nunc docet, quàm necessarium sit vitia vanitatis ac leuitatis in docendo ac loquēdo vitare. Ad quæ multi sunt proni, sicut ad cætera quę sunt excellentiæ & gloriationis. Itaque ait, [*Nolite plures magistri fieri fratres, mei*] id est ad cathedram magistralē, ad aliorum informationem, ad magisterium nō ingeratis vosipsos importunè, vanè & inordinatè, desiderio cōmodi proprij, aut honoris, & antequam estis idonei. Vt enim ex prologo Lucæ euangelistæ, quē ipsemet euāgelio suo præmittit, ex epistolis Pauli, atque ex Actibus patet Apost. prędicantibus sanctis apostolis, multi ad prædicandū nondum idonei, conabantur euangeliū scribere, prædicare, & nomen sibi efficere. Quorū etiam aliqui seminauerunt errores, & deceperunt seipsos ac alios: affirmando legalia cū euangelio esse seruanda, per quod sibi dānationem auxerunt. Ideo subditur, [*scientes quoniam maius iudicium sumitis*] i. grauiorem reprobationem & cōdemnationem à Christo accipietis.

1. Tim. 1.

Eorū nanque quos decepistis peccata redundabunt in vos. De talibus ad Timoth. habetur, Quidā aberrantes conuersi sunt ad vaniloquium, volētes esse legis doctores: non intelligentes neque quæ loquūtur, neque de quibus affirmāt. Denique huic Iacobi verbo cōsonat, quod apud Matth. ait Saluator, Nolite

Matth. 23.

vocari rabbi: vnus enim est magister vester. Nec vocemini magistri: vnus est enim magister vester Christus. Per quæ omnia non prohibetur absolutè desideriū magistratus, aut doctoratus, aut appellatio inde sumpta: sed ne ex vanitate propter nomē sublime, aut dignitatē, talia appetantur. Si verò referātur ad debitum finē, vt sactus prædicandi ac docendi charitatiuè, defendendíque fidem efficacius expleātur, &

Ephe. 4.

ipsa prædicatio ac doctrina salubris à populo diligētius audiantur, sunt licita. Cū & Paulus dicat, q; deus dedit quosdā apostolos, quosdā prophetas, quosdā doctores, seipsum quoque doctorē nominat gentiū.

2. Tim. 2.

Et in Act. legitur, Erāt in Ecclesia Antiochiæ prophetæ & doctores. Præterea vt super 4. Senten. Tho.

Act. 13.

ostendit, Mortaliter peccant, qui prædicationis actum indignè exercent, nō agendo quæ docent [*in multis enim offendimus omnes*]. i. non solū vos fratres nondū perfecti in multis estis culpabiles: sed & nos qui

Rom. 8.

primitias spiritus sancti accepimus, frequenter veniale peccatum incurrimus, in cogitatu, verbo, aut o-

Prouer. 24

pere, seu omissione. Propter quod ait scriptura, Iustus septies in die cadit. Et iterum Salomon, Non est

Eccle. 7.

homo super terram, qui faciat bonum, & nō peccet. Sanctus quoque Iob loquitur, Nō iustificabitur ho-

Iob 9.

mo cōparatus deo. Si voluerit cū eo contendere, nō poterit respondere vnum pro mille. Et propheta o-

Psalm. 18.

rauit, Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me domine. Itémque, Nō intres in iudicium cum

Psal. 142.

seruo tuo domine, &c. Verūtamen pro istis venialibus, ex humana fragilitate manātibus, viri heroici, & perfecti quotidie satis faciunt plenè. Et vltra hoc in charitatis feruore, cæterísque virtutibus, donis, & fructibus proficiunt valde: corda sua ad deum sæpissimè eleuando, orando, meditando, pœnitendo, confitendo, corpus suum multipliciter castigādo, dominicā passionem frequenter ac cordialiter reuoluendo, deum laudando, seipsos profundissimè, diuersisq; modis humiliando, accusando, despiciendo, correptiones & correctiones in vita hac libenter suscipiendo. In quibus omnibus nosipsos quotidie exerceamus. [*si quis in verbo non offendit*]. i. non peccauit inordinatè loquendo ac tacendo, ita q; nec protulit non

Esaiæ. 6.

Psalm. 11.

Iob. 39.

loquenda, nec siluit proferenda. Vt nec de indiscreto silentio indigeat pœnitere, illud Esa. dicendo, Væ mihi quia tacui. Et illud in Psal. Quoniā tacui, inueterauerunt ossa mea. Neque de illicita locutione habeat dolere: & illud Iob proferre, Leuiter locutus sum. Vnum locutus sum, quod vtinam non dixissem,

A & alterum quibus vltra non addam [*Hic perfectus est vir.*] Non quòd in euitatione prolationis verbi illiciti, seu taciturnitate verbi proferendi essentialiter, consistat perfectio hominis: alioqui totaliter muti essent perfecti: sed quia non excesisse in verbo, signum est magnæ custodiæ cordis, magnæ sapientię mentis, magnæ perfectionis interioris. Siquidem ea quæ sunt in voce, sunt earum quæ sunt in anima conceptionum, affectionúmque notæ. Idcirco linguam perfectè reprimere, signum ac opus est affectionis, ac grandis illuminationis mentalis, & supra vires humanas. Propter quod in Prouerb. fertur, Hominis est animum præparare, & domini gubernare linguam. In Eccles. quoque dicitur, Beatus vir, qui non est lapsus in verbo ex ore suo. Et denuo ait scriptura, Quis est homo qui non est lapsus ex lingua sua? [*Potest etiam freno circunducere totum corpus*] id est vir perfectus qui nō offendit in verbo, potest totum corpus suum domare, & cætera membra sua, quæ facilius refrenantur quàm lingua, compescere. Quia qui pōtest quod maius est, potest & id quod minus est. Hoc facit qui implet illud Apostoli, Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed arma iustitiæ deo. Et qui exteriores sensus suos custodit, ne peccet per eos (quemadmodum in Eccle. orat vir sapiens, Domine pater & dominator vitæ meæ extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, & omne desiderium prauum auerte à me. Auser à me ventris concupiscentiam) potest custodire sua interio-

Prouer. 16.
Eccle. 14.
Eccle. 25.
Eccle. 23.

B ra. Hinc orauit Psalm. Confige timore tuo carnes meas. Itémque, Auerte oculos meos, ne videant vanitatem. Vnde frenum, quo totum corpus circūducitur, atque ad dei seruitutem mouetur, in perfectis est amor diuinus, seu timor filialis: In incipientibus timor seruilis, aut aliqualiter initialis: In proficientibus timor initialis, ad filialem timorem propinquus. Potius tamen istud diuersis est adscribendum virtutibus, vtpote castitati, æquitati ac latriæ. ¶ Consequenter Apostolus variis modis refrenationem linguæ persuadet ac docet. [*si autem equorum frena in ore mittimus ad consentiendum nobis*] id est quia equis ponimus frena in ore, vt dirigamus eos quo volumus [*Et omne corpus illorum circunferimus*] id est totum corpus equorum freno hinc inde ad libitum mouemus, subaudi, multò plus debemus proprij oris claustra

Psal. 118.
Ibidem.
Prouer. 10.

frenare, linguam compescere, labia moderari ad consentiendum deo ac rationi. Quia, vt Salomon ait, Qui moderatur labia sua, prudentiss. est. Et propheta testatur, Dixi custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam. [*Et ecce naues cum magnæ sint, & a ventis validis minentur*] id est in anteriora appellantur [*circunferuntur tamen a modico gubernaculo, vbi impetus dirigentis voluerit*] id est à gubernatore nauigij diriguntur per gubernaculum suum, quo vult: ita & lingua gubernaculo rationis est dirigenda, ne declinet in verba illicita. Hinc subditur, [*Ita et lingua modicum quidem membrum est*] id est in substantia paruum. propterea turpe est nobis, si eam non coartamus, cùm magnas circunferamus per rationis industriam naues. Est quoque periculosum, idcirco subiungitur [*Et magna exaltat*]

Psalm. 38.

C id est verba iactantiæ profert, lites concitat: & multa producit pericula, nisi compescatur. Propterea in Ecclesiastico dicitur, Odibilis est, qui procax est ad loquendum. Et rursus, Susurro & bilinguis maledictus. Multos enim turbauit pacem habētes. Salomon quoque, Os, inquit, fatuorum ebullit stultitiam. [*Ecce quantus*] id est quàm paruus, [*ignis, quam magnum syluam incendit?*] vtique valde magnam. Nam ignis nunquam dicit, sufficit. Et inter elementa summè actiuus est & formalis, formam suam in alia celeriter introducens [*Et lingua ignis est*] id est similis igni. Quoniam sicut ignis comburit ligna syluarum: sic lingua inordinatè, superfluè, vitiosè loquendo, actus virtutum mortificat, & animam diuersis exponit flagitiis. Propter quod in Prouerbiis inducitur, Sicut vrbs patens, & absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Hinc ait Apostolus, Corrumpunt bonos mores colloquia mala. In Ecclesiastico quoque legitur, Apertio oris illius (qui scilicet multis vtitur verbis) inflammatio est. [*Vniuersitas iniquitatis lingua*] id est per linguam & eius loquacitatē ac incustodiam [*Constituitur in membris nostris.*] Nam vniuersa peccata ex irrefrenatione linguæ nascuntur, cùm & ex verbis inordinatè prolatis hæresis incurrat. Detractiones etiam, mendacia, contentiones, susurrationes, & quicquid iniquitatis est, ex linguæ incustodia nascuntur. Idcirco in lib. Prouerb. fertur, Qui custodit os suū, custodit animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala. Porrò, iniquitas dicitur, in membris constitui, inquantùm exercetur per ea. Ideo sequitur [*Quæ maculat totum corpus*] quia in in illud vitia cordis redundant. Carnalia quoque peccata, quæ ex vitiis linguæ, ex verbis procatoriis, ex

Eccle. 20.
Eccle. 28.
Prouer. 15.
Prouer. 30.
Prouer. 27
1. Cor. 15.
Eccle. 20.
Prouer. 13.

D mulierum alloquio oriuntur, directè inquinant corpus, & eius inquinamenta vocantur. Quoniam teste Apostolo, Qui fornicatur, in proprium corpus peccat [*Et inflammat totam nativitatis nostræ*] id est totum vitæ nostræ circuitum, incessabilemque decursum ab infantia vsque decrepitam senectutem. Quia per omnes ætates, imò per singulos dies ad inordinatè loquendum infœliciter inflammamur, & vitiis linguę spiritualiter deuoramur: iuxta illud Iob, Etiam si locutus fuerit homo, deuorabitur. Hinc ait scriptura, Os quod mentitur, occidit animam. Hoc ergo instrumentaliter facit lingua malè mota ab anima, & ab homine ipso. Lingua inquam [*inflammata a gehenna*] id est diabolo habitatore, & ciue inferni. Sicut enim per terram designantur habitantes in ea, & per ciuitatem ciues, atque per cælum angeli: sic per gehennā diaboli. Diabolus ergo dicitur linguam inflammare, inquantùm ad verba vitiosa incitat hominem. Hoc

1. Cor. 6.
Iob. 37.
Sap. 1.
Beda.

loco scribit venerabilis Beda, Diaboli vbicunque volitent, in aëre aut in terris, vel sub terris vagentur, aut detineantur, suarum semper secum ferunt tormenta flammarum: instar febricitantis, qui & si in electis ponatur eburneis, ardorē aut frigus insiti sui languoris vitare non potest. Sic dæmones quamuis in templis colantur auratis, aut per aëra discurrant, igne semper ardent gehennali, atque ex pœnis suis cōmoniti, somitem vitiorum hominibus suggerunt. Econtra sancta dei ciuitas noua Hierusalem, puta Ecclesia militans de cælo descendere dicitur, quoniam quicquid meritoriū & cæleste in terra gerimus, hoc munere cęlesti accepimus. Deinde ostēdit quàm difficile sit linguā domare. [*Omnis enim natura bestiarum*

Apoc. 21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& volucrum & serpentum] etiam cæterorum brutorum [*Domantur, et domita sunt a natura humana*]id est per humanæ rationis industriam,aliquo modo possunt domari. Estque distributio ista accommoda,& pro generibus singulorum,non pro singulis generum,suo modo intelligenda.Nec dubium,quin virtute Luc.10. diuina per gratiam Christi, fideique virtutem, ista copiosius atque frequentius sint peracta. Quemad- Psalm. 90. modum etiam ait discipulis suis Saluator, Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones.Vnde & in Psalm.Super aspidem & basiliscum ambulabis,&c. Denique maxima bestia elephantus,humana capitur,domatur & informatur industria, vt & regem adoret. Ait demum hîc Beda, Legimus in Plinio immanissimam aspidem in AEgypto, à quodam patrefamilias domitam: quæ de cauerna sua quotidie exiens,à mensa illius suam accepit annonam,&c.Legimus item, scribente comite Marcellino, mansuefactam tigridem, ab India Anastasio principi missam. Sic & Ieo beneficij exhibitione domatur.Vult ergo Apostolus per hæc verba insinuare,quòd prauorum hominum lingua bestiis sit ferocior,auibus leuior,serpentibusvenenosior. Feris nanque assimilantur,de quibus fertur in psalmo, Exacuerunt vt gladium linguas suas.Volucribus,de quibus Psalmista,Posuerunt in cælum os suum.Serpentibus,de quibus idem,Venenum aspidum sub linguis eorum.[*Linguam autem nullus hominum domare potest.*] Quod dupliciter potest intelligi.. Primò,quòd nullus hominum propriam potest compescere linguam,quin interdum venialiter peccet per eam.Sed contra obiici potest.Quia cùm peccatum sit voluntarium, si impossibile est linguam domare, indomantia linguæ non erit culpabilis. Ad hoc potest duplex dari responsio. Prima, quòd nullus hominû dicitur posse linguam domare, non propter omnimodam impossibilitatem : sed difficultatem pergrandem. Iuxta quem modum Christus in euangelio ait Ioan. 8. quibusdam, Hypocritæ quomodo potestis loqui bona , cùm sitis mali? Et apud Hieremiam dicitur,Si Hiere.13. AEthiops potest mutare pellem suam,& pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere, cùm didiceritis malum,id est assueti sitis in malis.Secunda responsio est,quia etsi singulæ oris culpæ queant vitari,non tamen forsitan omnes . Secunda expositio huius est , quòd nullus etiam sapientia potest linguam prauorum domare.Quia etsi ad horam compescantur à verbis illicitis,tamen occasione,opportunitatéque data excedent loquendo . Sed & boni contra propositum , subinde ex fragilitate peccant in Eccles.19. verbis. Propter quod in Ecclesiastico scriptum est, Est qui labitur lingua sua, sed non ex animo. Hinc quidam Gentilium sapientium dixit,Quoties inter homines fui,minor homo redij. Ex quibus constat Luc. 1. quantùm vitanda sint inordinata,inutilia,& non necessaria colloquia ei qui cupit verè proficere,& deo in sanctitate ac iustitia deseruire.[*inquietum malum*]id est lingua est membrum non vtique substantialiter,sed ex abusione propria malum atque culpabile,inquietans mentem prauè loquentis, ac alios. Multæ enim prturbationes & inquietudines ex vitiis linguæ nascuntur . Nec quietem mentis habet in deo Prouer.26 qui linguam suam non reprimit.Hinc lingua in lubrico posita dicitur.Et in Ecclesiastico asseritur, Lin Eccle.28. gua tetra multos commouit, & dispersit illos de gente in gentem . Apostolus quoque ad Timotheum, 2. Tim.2. Lingua,inquit,vaniloquorum,vt cancer serpit [*Plena veneno mortifero*] id est verbis infestiuis,mortalibúsque peccatis:vtpote detractoriis,discordiæ seminatiuis, contumeliosis, & pungitiuis,nisi efficaciter Hiere.9. reprimatur. Quamuis mortale peccatum formaliter sit in anima, in qua est auersio mentis à deo : in lingua verò sunt ista,quasi in instrumento & causa.Verba autem vocalia subiectiuè esse in ore cognoscuntur.Iuxta hunc sensum in Hieremia habetur,Sagitta vulnerans lingua eorum.Qui enim detractoria,lasciua,prohibitáque verba effatur,non solùm seipsum,sed audientes quoque (si consentiant) spiritaliter Eccle.28. trucidare censetur.Hinc multi seipsos malè loquendo occidunt, prout in Ecclesiast . conscriptum est, Multi interierunt in ore gladij,sed non sic sicut qui interierunt per linguam suam.Consequenter ostenditur, qualiter lingua sit plena veneno mortifero. [*In ipsa*] id est per linguæ locutionem [*Benedicimus*] id Gene.15. est laudamus [*Deum patrem*] propter bonitatem, & beneficia eius [*Et in ipsa maledicimus homines, qui ad imaginem et similitudinem dei facti sunt.*] Per quod venenatam habere linguam probamur, quia per talem maledictionem in primis proprias occidimus animas , & etiam animas aliorum , quantùm in nobis est. Matth.5. Siquidé iis quibus maledicimus,rancoris,iræ,detractionis,& remaledictionis contra nos occasionē præstamus . Proximis quoque maledicendo deum offendimus . Primò , quoniam contra eius præceptum hoc agimus.Secundò,quia iniuriatio imaginis redundat in eum cuius existit imago. [Ex *ipso ore procedit benedictio*] dei [Et *maledictio*] proximi.[*Non oportet, fratres mei,hæc ita fieri.*]Minus dicit & maius significat:vt sit sensus,Ista linguæ peccata prorsus illicita sunt, videlicet mala bonis ita miscere. Ideo subdit, [*Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem et amaram aquam*?] Non vtique, nisi fons corrumpatur.[*Nunquid potest, fratres mei*]Ecce quàm dulciter,quàm amorosè atque humiliter loquitur in tota epistola sua sanctus iste Apostolus,quàm crebro subditos suos nominat fratres. Núnquid itaque potest ô fratres mei[Ficus *vuas facere*?] id est arbor ficorum seu ficuum producere vuas [*Aut vitis*] producere[Ficus?]Nequaquam.[*Sic neque salsa*]aqua[*Dulcem potest facere aquam.*] Conformiter contra rationem est,& contra legem diuinam vt eadem lingua verba bona & mala,verba benedictionis & verba maledictionis pronunciet:cùm lingua diuinitus sit instituta , & data ad vsum laudabilem , ad verba virtutum. Verûtamen nonnunquam ex zelo iustitiæ, & debita atque legitima authoritate,viri sancti & præ- Act. 8. lati leguntur transgressoribus maledixisse:non appetitu vltionis, aut liuore rancoris . Quemadmodum Matth.7. princeps apostolorum dixit ad Simonem Magum,pecunia tua sit tecum in perditionem.

¶ Denique verbis his Iacobi consonat quod loquitur Christus, Núnquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Præterea quemadmodum si aqua dulcis & aqua amara in eodem vasculo misceantur, dulcis in amaritudinem vertitur, non amara dulcis efficitur : Sic benedictio eius qui deum benedicit , à maledictione corrumpitur,qua proximo maledicit , sicut & virtus peccato aufertur. Ideo ait Apos- 1.Cor.5. tolus, Modicum fermentum totam massam corrumpit.Et rursus ait scriptura,Non est speciosa laus in ore

peccatoris.Iam audiuimus quàm vehementissimè sanctissimus iste Apostolus irrefrenationem linguæ vituperet , quanta mala dicat de lingua , & quanta vitia oriantur ex ea . Ideo custoditi simus in verbis, Eccle.15. præmeditantes quid & qualiter sit loquendum: vt sermo noster, iuxta doctrinam Pauli, semper in gra- Coloss.4 tia sale discretionis sit conditus.Et deum pro virtute & gratia moderandi loquelam in omnibus feruidè deprecemur cum propheta dicentes, Pone domine custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labiis meis.Hinc ait Hugo de sancto Victore,Lingua dicitur,quoniam lingit adulando,mordet detrahendo,occidit mentiendo:ligat,& ligari non potest.Labilis est,& teneri non valet:sed labitur & sallit.Labitur vt anguilla, penetrat vt sagitta, tollit amicos, multiplicat inimicos, mouet rixas , seminat discordias, vno ictu percutit occiditque plurimos,blanda est & subdola, lata & parata ad exhaurienda bona,ac mala miscenda.Mors & vita in potestate linguæ est.Ait quoque sanctus Bernardus,Leuis sermo leuiter vo- Prou.18. lat,sed non leuiter vulnerat:leuiter transit,sed grauiter vrit:leuiter penetrat animam, sed nō leuiter exit ad eum:leuiter profertur,sed nō leuiter reuocatur. Facilè volat,ideo facilè charitatem violat. Cùm ergo tot vitia pariat lingua non refrenata , meritò sapiens quidam exclamat , Quis dabit ori meo custodiam? & super labia mea signaculum certum,vt non cadam ab ipsis,& lingua mea me perdat? Hinc sancti pa- Eccle.22. tres consultissimè statuerunt sacra silentia à religiosis seruari.Et certè religiosi qui linguam suam refrenant,silentiúmque strictè obseruant,varias euadunt tētationes,inquietudines & ruinas:atque facilè pos- Religiosi- sunt valde proficere.Qui autem incontinentis sunt linguæ,frequenter turbantur & turbant:peccant & tas silentij alios ad peccandum inducunt: potiúsque deficiunt,quàm proficiunt. institutu à

¶ Præterea quia apostolus Iacobus iam instruxit nos,quantæ insipientiæ sit linguam non coartare: con patribus. sequenter docet, quid ad verum pertineat sapientem. [*Quis sapiens*] in cognitione dei & contemplatio- Dionysius nibus diuinorum[*Et disciplinatus*] id est moralibus virtutibus institutus , moribúsque compositus, seu Gene. 46 debitis obseruantiis exercitatus , vel in scripturis bene instructus [*Ostendat ex bona conuersatione operationem suam*] id est virtuosè conuersando , non inaniter se iactando , demonstret se opera sancta iuxta Num 12. euangelicæ legis doctrinam habere.Et hoc ostendat,virtuosèque viuat,[*In mansuetudine sapientiæ*] id est 1.Reg.24. cum mansuetudine & sapientia progrediente omnia faciendo: iuxta illud Ecclesiastici, Fili in mansue- Matth.11. tudine opera tua perfice , & super hominum gloriam diligeris . Mansuetudo nanque facit hominem Psalm.149 deo ac proximis specialiter esse amabilem.Vnde in epistola ad Demophilum monachum diuinus Dio- Iudith. 9 nysius protestatur, quòd Ioseph, Moses & Dauid maximam apud deum gratiam inuenerûr, quoniam Eccle.7. mansueti fuerunt. Ideo Christus, Discite (inquit) à me, quia mitis sum & humilis corde. Vnde Psalmista ait de deo, Exaltabit mansuetos in salutem. Et Iudith ait,Humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio domine. Denique sicut ira in sinu stulti, sic mansuetudo in sinu sapientis requiescit. Eccle.3. Et sapientia mansuetudinem in suis actibus dirigit. Itaque nemo se putet verè sapientem & disciplinatum, nisi inueniat se reformatum, fractum & mitem, diuina præcepta implentem, virtutibus præditum & exemplarem. Quia,vt ait scriptura,In maleuolam animam non introibit sapientia. Atque vt Iob asserit,Non inuenitur sapientia in terra suauiter viuentium,id est in cordibus carnalium hominum,ob- Sap.1. Iob 28. iectamenta carnis quærentium . Propter quod loquitur Esaias, Quem docebit dominus scientiam: & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, auulsos ab vbere . Et Sapiens ait , Qui amat vinum & pinguia ,non erit sapiens . Hæc autem de sapientia quæ est donum , præsertim intelliguntur. Hinc & Leo papa fatetur,Christianæ,inquiens, sapientiæ altitudo, non in abundantia verbi,non in astu- Esaiæ.28. tia disputandi , sed vera humilitate consistit. [*Quod si zelum amarum*] id est indiscretum siue liuorem, Prou. 21. & irrationabilem mentis amaricationem contra vos inuicem [*Habetis, & contentiones sunt in cordibus vestris:nolite gloriari*] sed potius flete propter tantos excessus . Quid enim gloriaris in malitia? [Et *men-* Psalm. 51. *daces esse aduersus veritatem*] existimando aut asserendo , quòd talia placeant deo , vt per ea salutem consequi valeatis. Qui enim amaro zelo afficiuntur contra alium, & contra eum contendunt, solent iustificare seipsos,& suam partem insipienter defendere,propriis vitiis excæcati. [*Non est illa sapientia descendens*] id est talis opinio, ac falsa sapientia non datur à deo : sed error est ab homine adinuentus , atque à dæmone persuasus . Ideo sequitur , [*sed terrena*] id est temporalia ac transitoria quærens [*Animalis*] id est sensuales delitias cupiens [*Et diabolica*] quia à diabolo inspirata , & quasi honoris ac D prælationis est auida. Vel dicitur terrena, prout oritur ex concupiscentia oculorum. Animalis,inquantùm procedit ex concupiscentia carnis: Diabolica,inquantùm nascitur ex superbia vitæ. De hac sapientia falsa (per quam homo statuit sibi finem in diuitiis, delitiis, & honoribus mundi, & media sua astutè disponit ad obtinenda talia) scriptum est ad Romanos, Prudentia carnis mors est. Et rursus, Prudentia carnis inimica est deo. Legi enim dei non est subiecta. De his sapientiæ filiis loquitur Hieremias, Sa- Rom.8. pientes sunt vt faciant mala,bene autē facere nescierunt.Et Christus in euangelio,Filij huius seculi pru- Hiere. 4. dentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Vnde & Baruch ait propheta, Filij Agar qui exquirunt pru- Luc.16. dentiam quæ de terra est,viam sapientiæ nescierunt [*Vbi enim zelus*] id est amaritudo, indignatio seu li- Baruc.1. uor [*Et contentio , ibi inconstantia*] id est fluctuatio cordis, & agitatio passionum, perturbatio , auersio, multiplexque corrosio ac distractio mentis. Animus enim inordinatus sibiipsi est grauis.Atque vt asserit Esaias,Impij sunt quasi mare feruens, quod quiescere non potest. Optimum ergo est,iuxta Apos- Esa 57. tolum,gratia stabilire cor:& virtutibus illud firmare in deo,ne per errores & vitia distrahatur.Specialiter Heb.13. verò vitia ista, videlicet, zelus & contentio, sunt inquietudinis causa & animæ afflictiua : quia putredo Prou.4 ossiū,inuidia,& contentiosus turbat seipsum. Nec solùm est ibi incōstantia,sed [*Et omne opus prauum.*] Non quòd omnia opera mala sint actualiter ac inseparabiliter zelo & cōtentioni annexa,sed quia ex eis procedere possunt ac solent,imò plerunq; diuersa vitia sunt eis cōiuncta.Porrò cōtentio propriè dicta,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam Apostolus inter mortalia peccata annumerat, & de qua nunc loquitur Iacobus, est impugnatio veritatis cum confidentia clamoris, secundum Ambrosium. Contentio autem quæ est impugnatio falsitatis cum moderata acrimonia vocis, est laudabilis. Quòd si modus excedatur, erit culpabilis. Cõtentio autem quæ non est cum intentione impugnandi veritatem, sed dum quisque defendit quod sibi verum aut bonum apparet, non est perfecta contentio, nec mortale peccatum. ¶Contentio verò, de qua nunc sermo, in scripturis valde vituperatur. Ait enim ad Timotheum Apostolus, Noli verbis contendere. Ad nihil vtile est, nisi ad subuersionem audientium. Et rursus ad Corinthios scribit, Cũ sit, inquiens, inter vos zelus & contentio, nũne carnales estis? In Eccles. quoque iubetur, Abstinete à lite. Et in Iob, Respõdete absque contentione. Est quoque inhonestum, & aliorũ scandalizatiuum, contẽdere. Propter quod ait scriptura, Honor est homini cũ separat se à contentione. ¶Postremò contentio ex superbia aut vana gloria generatur. Propter quod Salomõ protestatur, Inter superbos sunt semper iurgia. Vitemus ergo hæc vitia, & dulci charitatis affectu in alterutrum afficiamur. Sed & discretum habeamus zelum iustitiæ absque animi perturbatione. Accendamur quoque zelo diuini honoris, & zelum amarum penitus à corde nostro repellamus. Cũ in Ecclesiast. dicatur, Non est sensus, vbi abundat amaritudo. Et in Deuteron. Non sit inter vos radix germinans fel & amaritudinem. Hinc ad Hebræos dicitur, Pacem sequimini cum omnibus, contemplantes ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illam inquinentur multi. Et rursus ait Apost. Si inuicem mordetis, & comeditis, videte ne ab inuicem consumamini. ¶Consequenter describit apostolis veram sapientiam, illam præcipuè, quæ est vnum & primum inter septem dona spiritus sancti. Illam ergo describit per proprietates & operationes ipsius, subdendo, [*Quæ autem desursum est sapientia*] puta sapientia spiritalis, supernaturalis, infusa, per quam homo contemplatur deum per gustum internum: & bene sentit ac iudicat de eo, per connaturalitatem & conformitatem affectus ad eum, videlicet q. ei soli sit finaliter adhærendum, tanquam summo & incomparabili bono, finisque vltimo [*Primum quidem pudica est*] id est peccati fœditatem, turpitudinémque detestans ac erubescens. Et ita sapientia ista facit à malo recedere, seu peccata vitare. Nempe per hoc, quòd summæ veritatis ac primæ lucis puritatem ac pulchritudinem contemplatur, parit in mente castum pudorem, quo homo erubescit se in diuinæ maiestatis præsentia & aspectu viliter turpitérque habere cogitatione, affectione, verbo, actu, aut omissione peccando. Iste est sapientialis ac optimus pudor: de quo scriptum est, Est confusio adducens gratiam & gloriam. Facit quoque sapientia ista hominem habere de præteritis culpis suis salubrem pudorem. Qui ad deletionem peccati etiam quo ad pœnam non mediocriter confert. Rursus sapientia ista dicitur esse pudica, quia ad cõtemplationem dei reuerenter accedit, non præsumptuosè, impudenter aut temerariè ingerens se ad diuinorum ac incomprehensibilium perscrutationem. Est demum & vituperabilis pudor, quo homo sua peccata fateri, & pro eis corripi ac corrigi erubescit. De quo dictum est, Est confusio adducens peccatum. Et rursus, Non confundaris confiteri peccata tua [*Deinde pacifica*] id est tranquillitatem seu pacem internam gignens in sapiente. Quia per hanc sapientiam quiescit, tranquillatur & figitur mens in deo: iuxta illud Sapientiæ, Intrans in domum meam conquiescam cum illa. Hon enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius, sed gaudium & lætitiam. Pax autem idem est quod gaudium imperturbatum. Ideo ait scriptura, Vir sapiens suauis est animæ suæ. Et ad Romanos habetur, prudentia spiritus vita & pax. Dicitur quoque sapientia ista pacifica, quia per eam fideles concordant in bonis, nec per elationem se ab inuicem diuidunt. Quemadmodum per humanam & naturalem sapientiam fæpe contingit, quia in ea inuenitur opinionum diuersitas, nec est tanta in ea certitudo, sicut in ista: & parit elationem. Hæc verò humiliationem spontaneam, Salomone attestante, Vbi sapientia, ibi humilitas. Est quoque sapientia ista [*Modesta*] id est moderamen seruans in omnibus: cùm sapientis sit ordinare, secundum philosophum. Facítque hominem circunspectum, non impetuosum. Ideo monet Apostolus, In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt. Et Sapiens, Est enim in illa spiritus intelligentiæ, sanctus, vnicus, & modestus, [*suadibilis,*] id est docilis ac dirigibilis. Quemadmodum & iuxta philosophos, prima pars prudentiæ est docilitas. Qui ergo in suo sensu sunt pertinaces, sapientiæ sunt expertes [*Bonis consentiens*] id est rationalibus verbis præbens assensum. Non enim, qui veraciter est sapiens, proprium iudicium aliorum iudicio immansiuè præponit. Hinc princeps apostolorum, increpationi, informationi quoque Pauli humiliter acquieuit. Propter quod in prouerbiis asseritur, Argue sapientem, & diliget te: doce iustum, & festinabit accipere. Propterea iterum Salomon loquitur, Non sis sapiens apud temetipsum. Et ad Romanos fertur, Nolite esse prudentes apud vosmetipsos [*Plena misericordia & fructibus bonis.*] Hæc enim sapientia facit hominem compassiuum atque beneficum aliis, quoniam intuetur quòd deo sit proprium misereri ac subuenire, quòd etiam omnis homo ex seipso sit fragilis, atque in magno periculo constitutus. Idcirco condolet aliis, ac subuenit eis pro posse, ne tanta beatitudine, ad quam conditi sunt, priuentur. [*iudicans sine simulatione*] id est syncere se habens in iudicando, nec vitia sub colore virtutum exercens. Quemadmodum qui ex odio, ira, aut impatientia corripiũt proximos, ex charitate & zelo iustitiæ id se facere confingentes. Idcirco Sapiens ait, Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. Hinc Christus docuit, Vt simus simplices sicut columbæ. Qui hypocrisim in euangelio specialissimè reprobat & condemnat [*fructus autem iustitiæ in pace seminatur*] Fructus iustitiæ interdum vocatur operatio virtuosa ex iustitia manans. Et huius fructus, merces, ac finis est vera fœlicitas. Iuxta illud Apostoli, Habetis fructum vestrum in sanctificatione, finem verò vitam æternam. Vnde in Ioanne ait Saluator discipulis, Posui vos, vt eatis & fructum afferatis. Ioannes quoque Baptista, Omnis, inquit, arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur. Hic itaque fructus seminatur in

2. Tim. 2
1. Cor. 3.
Eccle. 28
Prouer. 13
Eccles. 21
Deut. 24
Hebræ. 12
Galat. 5.
Eccle. 4
Ibidem.
Sap. 8.
Eccel. 37
Rom. 8.
Prou. 11.
Galat. 2.
Prou. 9
Prouer. 3
Rom. 12.
Gene. 8.
Sapien. 1.
Matth. 20.
Mar. 6. 7
15. 23.
Luc. 6. 12
13.
Roma. 6.
Ioan. 15
Matth. 3.

pace, id est exercetur cum pace pectoris, sine qua nemo deo placere potest. Quia oportet mentem concordare cum deo in obseruantia præceptorum, & charitatis tenore. Cuius effectus est pax: quemadmodum scriptum est, Pax multa diligentibus legem tuam. Hinc in libro Iob docetur, Acquiesce deo, & habeto pacem: & per hæc habebis fructus optimos. Seminatur itaque fructus iustitiæ in pace [*Facientibus pacem*]. i. ad meritum, præmiumque eorum. Vel facientibus. i. à facientibus pacẽ, puta à pacificis, de quibus dicitur, Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. ¶Denique vnusquisque facere debet pacem in primis sibiipsi cum deo, eum sibi per pœnitentiam reconciliando, atque per contemplationem & dilectionem cor suum in ipso figendo ac tranquillando. Propter quod ait Apostolo. ad Romanos, Iustificati ex fide, pacem habeamus ad deum. Et iterum, Obsecramus pro Christo, reconciliamini deo. ¶Secundò debet vnusquisque sibi pacem facere, & seruare pro posse, cum proximo suo: sicut in Euangelio præcipit dominus, Vade, reconciliare fratri tuo. Et Paulus, Si fieri potest quod in vobis est cum omnibus hominibus pacem habete. Deinde debemus ex charitate fraterna, proximis nostris pace carentibus, pacem cum deo & hominibus procurare orando, hortando, consœderando, ac aliis viis. ¶Insuper fructus iustitiæ nominatur interim æterna felicitas: iuxta illud Sapiẽtiæ, Bonorum laborum gloriosus est fructus. Porrò operatio vitæ præsentis est seminatio respectu futuræ remunerationis, dicente apostolo, Quę seminauerit homo, hæc & metet. Vnde in Osea legitur, Seminate vobis in iustitia, & metite in ore misericordiæ. Huius seminationis fructus est beatitudo cęlestis: iuxta illud apostoli, Qui seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Hic igitur [*fructus*] qui est beatifica dei fruitio [*seminatur in pace*]. i. per opera virtuosa in pace spiritali peracta, promeretur ac obtinetur. Vel seminatur in pace, id est in pacificatione mentis cum deo in vita hac virtualiter continetur: atque ex ea tanquam ex causa meritoria deriuatur ac condonatur in patria. Nam sicut fructus potentialiter ac radicaliter continetur in semine: ita pax æternitatis in pace pectoris, pax patriæ in paceviæ, plena tranquillatio beatorum in deo, in tranquillatione inchoata viatorum in eo. Hinc paci internę semper studere debemus, quia in pace est locus omnipotentis. Non enim est deus dissensionis, sed pacis.

Psal. 118.
Iob. 22.
Matth. 5.
Rom. 5.
2. Cor. 5.
Matth. 5.
Roma. 12.
Sapient. 3.
Gala. 6.
Osee. 10.
2. Cori. 9.
Psalm. 75.
1. Cori. 14.

Expositio IIII. Capitis. [*Vnde bella & lites*] Articul. VI.

Oc capitulo hortatur apostolus, ne inordinati sint nostri affectus. Et ne ex eis ad ea quæ aliis nociua sunt, procedamus. [*Vnde bella et lites in vobis*] id est ex qua radice oriũtur pugnæ reales atque verbales, quibus vos inuicem impugnatis [*Nunne ex concupiscentiis vestris?*]. i. terrenis, inordinatis, mundanis, & sensualibus affectionibus [*Quæ militant in membris vestris*] id est ministerio membrorum dicuntur ad opus iniquum, siue militant seu dominantur in membris: quia iuxta concupiscentiarum inclinationem ac impetum, membra mouentur in actum, quamuis concupiscentiæ sint subiectiuę in appetitiuis potentiis. Sumitur ergo nomen concupiscentiæ, hoc loco generaliter pro quouis inordinato affectu diuitiarum, delitiarum, siue bonorum. Hinc ad Rom. hortatur apost. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immũditiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Certũ est autem, quòd mali effectus ex prauis procedant affectibus: & quicquid culpæ in verbis aut factis consistit, exinteriori inordinatione dependet ac profluit. Propter quod princeps apostolorum hortatur, Obsecro vos abstinere à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam [*Concupiscentis*] carnalia & mundana [*Et non habetis*] ea. Et sic solo inordinato affectu fœdamini. Et non habituri effectum operis, præcipitatis vos in vitia impiæ voluntatis: quia voluntas inordinata deliberata, reputatur pro opere. Sic multi cũ in egestate viuant, voluntariæ paupertatis priuantur mercede: & cum diuitibus voluptariis, superbis, atque auaris damnantur, quia terrenam abundantiam, delectationem sensualem, ac mundanum præoptant honorem. Isti sunt miseri in præsenti sæculo & futuro. Quia nec hic nec ibi obtinent quæ affectant. Ideo scriptum est, Est dies, cum nihil habeat: & est pauper, cũm in diuitiis multis sit. [*Occiditis*] vel corporaliter alios, vel spiritaliter vosmetipsos. Quia exvitiosis desideriis, quib⁹ homo in primis spiritaliter necat seipsum, interdum corporale homicidium oritur [*Et zelatis*]. i. aliis inuidetis. Quod enim quis sibimet cupit, hoc inuidere aliis solet [*Et non potestis adipisci*] quod vitiosè appetitis. Quia multi consequi nequeunt, nec valẽt implere, quod dãnabiliter querũt & cupiũt. Idcirco in libro Iob asseritur, Deus consilium prauorum dissipat. Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum quod cœperant. Vnde in Esaia legitur, Dat scutatores secretorum quasi nõ sint, & consiliarios in stultum finem adducit. Istud tamen frequenter misericorditer accidit: quia non expedit prauis hominibus obtinere, quod optãt illicitè. Idcirco per Oseam dominus loquitur, Ecce ego sepiam viam tuam spinis [*Litigatis*] verbis [*Et belligeratis*] in opere, cõtra proximos pro terrenis [*Et non habetis*] ea scilicet necessaria vitę [*Propter quod non postulastis*] id est deum humiliter atque ordinatè pro eis habendis non rogastis, primò ac principaliter exorando pro spiritualibus, dei honorem ac animarum salutem concernentibus. Deinde pro corporalibus prout ad spiritualia necessaria sunt siue accommoda. Sicut Christus in euãgelio docet, Primum, inquiens, quærite regnum dei & iustitiam eius: & hæc omnia adiicientur vobis [*Petiis & non accipitis*] id est inordinatè deum rogatis: idcirco non audit vos [*Eo quod male petatis*] non obediendo in primis dei preceptis. Qui enim declinat aurem suam, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Temporalia quoque magis quàm spiritualia postulatis. Vnde apud Ioannem ait Christus discipulis adhuc carnalibus, Vsque modo non petistis quicquam in nomine meo, id est pertinentia ad salutẽ [*Vt in concupiscentiis vestris insumatis*] id est temporalia quæ petitis non ordinatis ad debitum finem, scilicet, ad moderatam & necessariam corporis sustentationem: sed ad superfluitatem ac voluptatem, vt ea insumatis. i. intra vos accipiatis & consumatis in cõcupiscentiis vestris, scilicet iuxta impetum cõcupiscentiarũ, non

Roma. 6.
1. Petr. 2.
Prouer. 13.
Iob. 5.
Esaiæ. 40.
Osee. 2.
Matth. 6.
Proue. 28.
Ioann. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rom.13. 1.Tim.6. Luce.21. Psalm.72. Ozee.4. Ozee.1. Ozee.2. Sapient.8. Hiere.5. Psal.5. Sapien.14. 1.Ioan.2. Roma.12. Galat.1. Psalm.12. Marci.5. Roma.15. Ephes.4. Sapient.1. Psal.142. Genes.8. psalm.8. 1.Cor.1. 1.Cor.3. prouerb.3. 1.Petri.5. prouer.15. 1.Petri.5. Superbis cur deus resistat potius quam aliis vitiosis. Tob.4. Iob.40. Iob.2. Iob.15.

secundum rationis iudicium. Cõtra quod Paul.hortatur,Curã carnis ne feceritis in desideriis. Itemq́ue, E
Habentes victũ & quibus tegamur,his contẽti simus. Christus quoq;,Attendite,inquit,vobis ne grauẽtur corda vestra crapula & ebrietate,& curis huius vitæ[*adulteri*].i.mente à deo auersi,Quæ auersio spiritualis fornicatio est. Iuxta illud Psalmographi,Qui elongãt se à te,peribunt. pdidisti omnes qui fornicantur abs te. Et illud Oseæ,Fornicati sunt à deo. Omnis etenim anima,aut est dei sponsa,aut diaboli adultera. Dei equidem sponsa est,quæ ei fide & charitate cõiungitur. Vnde ꝓ Oseã effatur, Sponsabo te mihi in fide. Talis anima deum spiritali amore amplectitur, atq; ab ipso cælesti semine (quod est verbũ dei)ac lumine gratiæ fœcundetur. Porrò diaboli phibetur adultera,quæ ei peruersæ voluntatis miscetur cõsensu. Spiritalis quoq; sapiẽtia(præsertim æterna & increata)spõsa est hominis iusti. Iuxta illud sapiẽtiæ. Hanc amaui & exquisiui:& quæsiui eam spõsam mihi assumere:& amator factus sum formæ illius. Qui ergo hanc sponsam relinquit ,& ei terrena ꝓponit,atq; carnalia amplexatur,rectè adulter vocatur. Iudæi etiam ad corporalia adulteria erãt ꝓcliues,sicut ꝓ Hieremiã loquitur deus , Vnusquisq; ad vxorẽ proximi sui hinniebat[*Nescitis quia amicitia huius mundi*].i.amor carnalis,ac mũdanus,inordinatus,& sensualis affectio ad complacendum hominibus,nõ in deo,atque ad obtinendũ mundi honores,voluptates & opes[*inimica est deo*?].i.diuinæ legi contraria,ac displicens deo, & charitati repugnans? [*Quicunque ergo voluerit esse amicus huius seculi*].i. hominum mundanorum , secundum quod tales sunt[*inimicus dei constituetur*].i.deo contrarius,& ab eo auersus. De quo ait propheta. Odisti omnes qui operãtur iniquitatem. Vnde Sapiens,Odio sunt deo impius & impietas eius . Itaque quicunque se mundanis cõformat F
hoĩbus,& eis cõsentit,ac placere quęrit in rebus illicitis,eo ipso quo talis est & ita se habet,dei inimicus efficitur. Hoc est quod sanctus Ioannes docet. Nolite diligere mundum , neque ea quæ in mundo sunt. Quia si quis diligit mundũ,nõ est charitas patris in eo. Hinc loquitur & Paulus, Nolite cõformari huic sęculo. Itemq́ue,An quęro hoĩbus placere? Si hoĩbus placerẽ,Christi seruus non essem. Hoc est qđ terribiliter ait ꝓpheta regius,Qm̃ dissipauit deus ossa eorũ,qui hoĩbus placent:confusi sunt,qm̃ deus spreuit eos. Veruntamen debemus mundanos homines spiritali amore diligere, (sicut & inimicos) & orare ꝓ eis:eis quoq; in bonis velle placere,eo modo quo ait Apost. Vnusquisq; ꝓximo suo placeat in bonũ, ad ædificationẽ. Cũ etiã iubeat dñs , Sic luceat lux vestra corã hominibus, vt videant bona facta vestra, & glorificent patrem vestrũ, qui in cælis est[*An putatis quia inaniter scriptura dicat*?].i.nequaquam hoc æstimare debetis,cùm verba scripturę,verba sint spiritus sancti[*Ad invidiam cõcupiscit spiritus, qui habitat in vobis*]Hoc tripliciter potest intelligi. Primò de spũ sancto. Sicq́ue legendũ est interrogatiuè & negatiuè,vt sit sensus, Spiritus sanctus corda vestra gratiosè inhabitans , nequaquã cõcupiscit.i.cõcupiscere vos non facit ad inuidiã. Hoc est,non mouet vos ad inuidẽdũ alicui . Cum sacra scriptura vbiq; doceat, spiritũ sanctũ esse spiritum puræ dilectionis:de quo in lib. Sapiẽtiæ habetur,Benignus est spiritus sapiẽtiæ. Et in psalmo,Spiritus sanctus tuus bonus deducet me in terram rectam. Secũdò,exponitur assertiuè de spiritu hominis.i.anima rationali habitante in corpore suo. Quæ ad inuidiam prona est,& aliis inuidet quod affectat. Sicque scriptura ista accipitur ex eo quòd in Genesi habetur,Sensus & cogitatio cordis humani proni sunt in malũ ab adolescentia sua. Tertiò exponitur de spũ sancto assertiuè. Et est sensus,Spiritus sanctus in vobis per fidem & gratiam habitans,concupiscit,mouet & cõcupiscere facit vos ad inuidiam extirpandã. Quia ad hoc instigat spũssanctus secundũ scripturas, vt inuidiam eradicemus. Iuxta hunc modum loquendi fertur in Psalmo,Ex ore infantium & lactãtium perfecisti laudẽ ꝓpter inimicos tuos,scilicet destruendos ac reprobandos. ¶ Si autẽ quæratur,quomodo in his habitauit spiritussanctus,quos paulò ante vocauit adulteros,litigiosos,cupidos,ac malè petentes? Respondendũ,quòd in Iudæis quibus scripsit,erant carnales & spiritales,boni ac mali:Quemadmodũ &inter Corinth.quib. scripsit inter cętera Paul. Nihil vobis deest in vlla gratia. Et post pauca,Non potui vobis loqui spiritualib. sed quasi carnalibus. Sicq́; diuersa ad diuersos sunt referenda . ¶ Præterea viri sancti parua peccata quasi magna in suis subditis reprehendunt, vt eos magis humilient,exercitent,& accedant. Prima demũ expositio horum verborum literalior esse videtur,quia subiungitur,[*Maiorem autem dat gratiam*].Spũs qui habitat in vobis:puta spiritussanctus,qui dat gratiam maiorem q̃ mundus,vel amicitia eius. Dat enĩ dona supernaturalia atque gratuita[*Propter quod dicit scriptura*]in Prouerbiis secundum translationem. 70.interpretum[*Deus superbis resistit,humilibus autem dat gratiam*]Sic enim septuaginta transtulerunt: vbi H
Hierony.transtulit,Illusores deus deludet,mansuetis autem dabit gratiam. Vel sumitur ista scriptura ex eo, quòd alio loco in Prouerbiis habetur , Superbum sequitur humilitas (quia videlicet humiliatur atque deiicitur à iudice deo) & humilem spiritu suscipiet gloria . Præterea valde pensandum , quòd in verbis istis apostolus Iacobus insinuat spm̃ sanctum esse deũ. Cum enim de eo dixisset , maiorẽ autẽ dat gratiam,mox ad ꝓbandũ hoc ipsum allegat scripturã canonicã asserentem,Deus superbis resistit, Quæ probatio nõ valeret , nisi in illa authoritate allegata per deũ intelligeretur spũssanctus seu trinitas deus: & per consequens quælibet diuina,æterna,increata,adoranda persona. ¶ Sed cum deus omnẽ vitiosum detestetur,damnet,& puniat:cur specialiter superbis resistere perhibetur? Et respondẽdũ,quod quia superbi specialiter se extollunt,séque deo opponunt:& quod deo debetur (videlicet gloriam & honorẽ) sibi vsurpant,& quia superbia omniũ vitiorũ regina & mater est:idcirco deus eis specialiter resistere fertur,eos deiicere,humiliare,cõprimere. Et hoc sibi proprium esse testatur loquens ad Iob, Si habes brachiũ sicut deus,& simili voce tonas,disperge superbos in furore tuo,& respiciens omnẽ arrogãtẽ humilia. Respice cũctos superbos,& cõfunde eos,& cõtere ĩpios in loco suo. Absc̃ode eos in puluere simul, & facies eorum demerge in foueã. Et ego confitebor,ꝙ saluare te possit dextera tua. Absit ergo à nobis omnis elatio, quę tã est odibilis deo , & cui resistit oĩpotẽs. Nõ cõueniat alicui nostrũ id quod in libro Iob scribitur,Quid tumet cõtra deum spũs tuus? Nec illud,Cucurrit impius aduersus deũ erecto collo

A Porrò humilibus deus dat gratiam. Quia & pctõribus seipsos ex corde accusantibus,ac deo subiicientibus,veniamq́ue petentibus,deus pcta remittit , & gratiarum charismata elargitur,vt patet in publicano, Iob.15. Luc.18.
Humilibus verò iam in charitate existentibus dat gratiarum augmẽta . Et quãtò se deo ꝓfundius subdunt, humiliusq́ue substernũt ac supplicãt,tantò gratiæ opulentioribus charismatibus pfundũtur. Semper igitur simus viles ac imperfecti in propriis oculis,& corã altissimo in omni timore ac humilitate iugiter ambulemus [*subditi igitur estote deo*]per veram ac profundam humilitatem, ac diuinorum præceptorum executionem. Quemadmodum enim quicquid habemus & sumus,à deo accepimus : sic totũ ei 1.Cor.4.
subiicere, & eius obsequio mancipare debemus. Sic & psalmista hortatur, Subditus esto domino & ora Psal.36.
eum. Siquidem quis restitit ei,& habuit pacem?[*Resistite autem diabolo*].i.eius suggestionibus non con- Iob.9.
sentiatis,sed eas despicite. ¶ Porrò diabolo debemus resistere. Primò , totam spem nostram in dei adiutorio collocando,nihil de propriis viribus præsumendo. Secundò, nosipsos in omnibus humiliando,& propriam infirmitatem,imperfectionem,vitiositatem,humiliter recognoscendo. Tertiò,diuinæ pietatis Diabolo
subsidium iugiter inuocando. Quartò,dñicam passionẽ cordialiter ac frequenter reminiscendo, Quin- resistẽdũ
tò,quatuor nouissima diligenter atque assidue aspiciendo. Sextò,tantò feruẽtius deuotis insistẽdo exer- quomo-
citiis,quantò acrius diabolicis impugnamur tentationibus. Sunt & alii modi resistendi q̃ plurimi. Debe- do.
mus quippe ritè perpendere quantis periculis simus expositi,quantis laqueis circundati, quanta atrocitate,inuidentiaque infatigabiliter à dęmonibus impugnemur: quanta fœlicitate nos priuare , ad quantã
B miseriam nos pertrahere conẽtur. Ex quorũ omniũ viuaci cõsideratione debemus semp esse soliciti,cu Miche.6.
stoditi,timorati,ac fortiter tanquã dei milites contra aciem vitiorum ac dæmonũ præliantes:cum(teste
Apostolo)non coronetur,nisi qui legitimè certauerit[*Et fugiet a vobis*]videns vos sibi tam viriliter ac p- 1.Tim.2.
seueranter resistere. Qui enim modis prætactis resistit diabolo ,suis resistentiis tam virtuosis ac feruidis ineffabiliter illum tam contumacẽ ac peruersum affligit,incendit,exagitat. Ideo fugit. ¶ Quocirca quæri potest, An postmodum ad tentãdum eundem hominem,redeat. Et videtur quòd non. Quia communiter dicitur,quòd diabolus ab aliquo victus nunquam redeat ad tentandũ eundẽ , saltem de eodẽ peccato. Ad hanc insuper quæstionem Thomas respondet in prima parte summæ suæ dicendo, Aliqui dicunt,quòd dæmon semel victus ab aliquo,nunquã postea tentet nec illũ,nec aliũ nec de eodẽ peccato, Matth .12.
nec de alio. Sed huic non cõsonat, quòd in Matthæo de diabolo scriptũ est,Reuertar in domũ meã vnde exiui. Alij dicunt,quòd diabolus superatus,posset tentare alium,sed non eundẽ. Quòd ꝓbabilius dicitur,si tamen intelligitur,quantũ ad certũ tempus:quia de Christo habetur,Consummata omni tentatione diabolus recessit ab eo,ad tempus. Quod autẽ ad tẽpus à tentatione desistat, congruit diuinæ clementiæ,quę in hoc infirmatis consecndit humanę,ne nimiũ infestetur. Cõgruit quoq; dęmonis astutię. Quia secundũ Ambros. super Lucam,Dęmon formidat instare,quia formidat succũbere. Hęc est sancti Ambros.
C Thomæ responsio. Porrò quòd diabolus ab aliquo victus,redeat ad tentandum eundem de eodẽ pecca Diabolum
to,videtur multipliciter posse ꝓbari. Primò,quia de beato Iob habetur,quòd diabolus à sctõ Iob in pri victũ non
ma impugnatione deuictus est,quod diabolus nequiuit eũ ad impatientiã aut maledictionẽ dei,seu ver- recedere.
borum excessum inducere. Deinde de eodẽ habetur,ꝙ Satan semel sic victus , secundo tẽtauit sanctum Iob.2.
Iob acrius. Rursusq; victus tentauit eum per suã vxorem,deinde per amicos & alios. Et omnes istæ ten- Iob.4.
tationes ad idem peccatum tendebant. Ad idem posset adduci, quòd sanctus Athanasius scribit de bea- Iob.8.
to Antonio,qualiter sæpe à dæmonibus cæsus est,& semper prævaluit . Et satis innuitur in illa legenda, quòd vtique ab eisdem simile refert beatus Hierony. de sancto Hilarione. Multa quoq; similia de aliis Hierony.
sanctis leguntur. Papa sanctus Gregor. dicit in Homilia,quòd diabolus contra duos bellũ mouet,vnum Gregor.
incitans vt iniurias inferat alium,vt iniuriis acceptis, contumelias reddat . Quem dum in primo conflictu superare nequiuit,interim ab aperto certamine cessans,post modicũ redit,& illum eundem acrius q̃ ante impugnat,etiam de eodem peccato,puta,de impatientia & vindicta. Cassiodorus quoq; ait,Bellum graue contra diabolum,quia occultum,quia cum fortiore,quia hostis insidiæ non videntur,aduersarius nec labore deficit,nec victus aliquando discedit(videlicet omnino)sed tantò acrior redit , quantò per gratiam dei debellatus fortius fuit. ¶ Postremò creditur, quòd sicut vnusquisque habet angelum bonũ pro sui custodia in tota hac vita,ita & angelum malum pro sua exercitatione, & probatione. Qui durãte hac vita,quantumcunque vincatur,nõ recedit in toto. Illud ergo verius reor. Idcirco post vnã victo-
D riam non sumus securi,sed ad acriorem conflictum accincti. Militia enim(vel vt alia habet translatio)tẽ Iob.7.
tatio,est vita hominis super terram. Propter quod August. Perseuerã vsq; in finem,quia tentatio perse- August.
uerat vsque in finem [*Appropinquate deo, et appropinquabit vobis*] Huic simile est, quod per Zachariam loquitur deus,Conuertimini ad me,& conuertar ad vos. ¶ Ex quibus sequi videtur,quòd gratia dei in- Zacha.1.
sit hominibus ex eorum primo merito ,pricipiumque merendi sit à libero arbitrio & non à deo : cum tamen dicat Saluator,Nemo potest venire ad me,nisi pater meus traxerit eum. Et alibi,Sine me nihil po- Ioan.6.
testis facere. Atque apost. ait, Quid habes,quod non accepisti? Ad istud Thomas , Petrus de Tarento, Ioan.15.
Richardus de media villa,& alij, dicunt , Quòd sicut deus communi influxu vniuersã conuertit ad se, 1.Cor.4.
tanquam ad finem vltimatũ secundũ esse eorũ naturale : sic rationalẽ creaturã cõuertit ad se speciali influxu,tanquã ad finẽ supernaturalem. Nec iste influxus est aliqua gratia habitualis , sed diuina motio & instinctus,qui ad dona gratiæ mouet hominem,atq; ad meritoriũ bonũ. Et omnibus offertur,ac vicissim influitur iste instinctus . Cui quidã consentiunt,& per hoc ad gratiã habitualẽ de congruo disponũntur, quibus tunc gratia mox cõfertur. Et de ista dispositione potest intelligi verbũ istud apostoli , vt sit sensus, Appropinquate deo,ad eius gratiam vos aptando,& eius instinctui acquiescendo . Aliqui verò huic instinctui resistũt. Nihilominus dispositionẽ istã de cõgruo precedit diuin' instinctus,vt patuit. Ideoq; principium meriti simpliciter est à deo. ¶ Sed aduertẽdum, quòd verba hæc dupliciter possunt exponi.

Universidad de Deusto Biblioteca

Primò, quantũ ad eos qui nondũ in charitate & gratia sunt, qui à deo auersi sunt, & elongãtur ab eo dis E
similitudine culpæ. Ideo dicitur eis, Appropinquate deo, pœnitendo, confitẽdo, satisfaciẽdo, sicq; quod
in vobis est faciendo: & appropinquabit vobis. i. gratiosè applicabit se vobis, dona gratię infundẽdo. Se-
cundò, potest exponi de existẽtibus in gratia & charitate. Qui licet à deo nõ distent dissimilitudine cul
pæ sãltẽ mortalis, distant tamen ab eo minoratione perfectionis, ad quã in hac vita ptingere valẽt. Ideo
dicitur eis vt deo propinquent. i. similiores fiant, eũ ardentius diligendo, quotidie ꝓficiendo, & ei se o-
mni hora intimius siue deuotius vniendo. Veruntamẽ propinquatio siue cõuersio vtraque fit ex prẽuio
Treno.5. quodã dei instinctu ac munere. Ad quod insinuãdũ in Trenis scriptũ est, Cõuerte nos domine ad te, &
Hiere.31. cõuertemur. Et rursus Hieremias loquitur, Cõuerte nos domine, & cõuertar, quia tu es dñs deus meus.
Postquàm enim conuertisti me, egi pœnitentiam: & postquàm ostendisti mihi, percussi fœmur meum.
Istis deo sic appropinquantibus, deus propinquat per gratiæ incrementa, & eis se clarius ostendẽdo, at-
que intimius vniendo per donum sapientiæ, & charitatis augmentũ, diuinorũque gustum & interiorem
amplexum. Insuper deus (qui per Hiere. iterũ cõtestatur, Nunquid non cælũ & terrã ego impleo) distat
Hiere.23. à creatura rationali, nõ loco, sed perfectione, & culpa distat ab eo illa. Propterea in Prouerb. fertur, Lõ-
ge est dñs ab impiis. Et Hier. fatetur, Longe dñs apparuit mihi. Si autem de similitudine, seu de defectu
Proue. 15. perfectionis sit sermo, certum est, quòd omnis creatura distet in infinitũ à creatore. Qui per Esaiã sci-
Hiere.31. scitatur, Cui me similem fecistis & adæquastis, dicit sanctus? A cuius contemplatione intantùm defici- F
Esaiæ.40. mus, vt apud Iob dicatur, Vnusquisque intuetur eum procul. [*Emundate manus*] ô [*Peccatores.*] Per ma-
Iob.36. num, quæ est organum organorum, potestas & operatio designantur. Manus ergo. i. opera nostra, emũ-
dare debemus, vt ex syncera intentione procedant, nec vitiis misceãtur: ne illud Esaiæ nobis conueniat,
Esaię.1. Manus vestræ sanguine plenæ sunt. Sed quod in psalmo dicitur, innocens manibus & mũdo corde, hic
Psal. 23. accipiet benedictionẽ à dño. Vnde & in Iob habetur, Saluabitur innocens. Saluabitur autẽ mũditia ma-
Iob.22. nuum suarum [*Et purificate corda vestra*] per pœnitẽtiã ab omni simulatione, duplicitate, puersitate, cæte
Iacob.1. risque peccatis: quis [*Duplices animo*] fuistis, aut estis. De hac duplicitate dictum est copiosè iam ante, su-
Matth.5. per illud, Vir duplex animo, incostans est in omnibus viis suis, &c. ¶ Hęc autẽ depuratio cordis est ma-
Prou.22. ximè appetenda. Siquidem beati mundo corde, quoniã deum videbũt. Atque vt in lib. Prouerbiorũ in-
Malac.1. ducitur, Qui diligit cordis mũditiam, habebit amicũ regẽ. Illum vtiq; regẽ, qui apud Malachiã testatur,
Esaię.27. Rex magnus ego sum. ¶ Denique propter huius mũditiæ cordis appetibilitatẽ loquitur Esaias, Hic est
omnis fructus, vt auferatur iniquitas. Quod maximè verũ est, prout iniquitatis oblatio charitatis & gra-
tiæ infusionem includit, sine qua fieri nequit [*Miseri estote*] Duplex est miseria. Vna culpæ, de qua le-
Proue.14. gitur, Iustitia eleuat gentẽ, miseros facit populos pctũ. Altera est miseria pœnæ, de qua ait ꝓpheta, Cõ-
Psal.31. uersus sum in ærũna mea, dum cõfigitur spina. Et Apost. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpo G
Roma.8. re mortis huius? Vnde sanctus Bernardus ait de Christo, Misericordiæ dñi multæ, sed & miseriæ domi-
Bernar. ni multæ. De vtrisq; autẽ his miseriis, verificatur illud Iob, Homo natus de muliere, breui viuẽs tẽpore,
Iob.14. repletur multis miseriis. Hortatur ergo Apost. vt miseri simus miseria pœnę, corporales afflictiones, tri-
bulationes, inopiam, famem, sitim, & opera satisfactoria, laboriosa, spontè ac patienter pro nostris sustì-
nendo excessibus, & pro gratia ampliori adipiscenda, qua deinceps videmus pctã: atq; vt Christo ꝓpter
nos passo aliquo modo cõformemur, & futura euadamus supplicia, [*Et lugete*] pro vestris ac ꝓximorũ
piaculis, pro desiderio regni cælestis, & ex aliis piis causis. [*Risus vester*] inordinatus, ex mentis dissolu-
tione & irrationabilibus causis prouenięns [*in luctum*] sălubrem [*Conuertatur*] quẽadmodum per Ioëlem
Ioël.2. dominus monet, Cõuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & plãctu [*Et gaudium ve-
strum*] carnale, sęculare, inordinatum [*Vertatur in mœrorem*] pœnitentialem. Vt contrariis curentur con-
traria, & ꝓ quę quis peccauit, ꝓ hęc puniat & castiget seipsum. Est itaq; risus illicitus, de quo ait Saluator
Lucæ.18. Væ vobis qui ridetis nunc, quia plorabitis & flebitis. De quo itidem in Ecclesiastę legitur, Sicut sonitus
Eccle.7. spinarũ ardẽtiũ sub olla, sic risus stulti. Idcirco verum est vulgare illud ꝓuerbiũ, Per multũ risum possis
Eccle.19. cognoscere stultũ. Hinc in Eccle. scriptũ est, Amictus corporis, & risus dentiũ, & incessus hoïs, annun-
ciant de eo. Quia videlicet per hęc tria exteriora conuincitur qualis sit homo interius. Vitãdus est risus
Eccles.21. immoderatus: cùm rursus in Eccle. dicatur, Fatuus in risu exaltat vocẽ suã, vir autẽ sapiens vix tacitè ri-
debit. Imò secũdum Sanctum Basilĩũ. à risu & omni irrefrenata lætitia nos cohibere debemus: cũ quo- H
Eccles.9. tidie tot pctã fiant in mundo, & deus tam grauiter inhonoretur ac offendatur, & tot animę æternaliter
condẽnentur, & quilibet nostrũ toties tamq; enormiter peccet: atq; in valle haclachrimarũ, in graui exi-
lio, variisq; periculis positi simus, & ignoremus an amore digni simus, an odio, & vtrũ æternaliter simus
dãnandi. Veruntamen est aliquis moderatus ac licitus risus. De quo San. Iob ait. Si quando ridebam ad
Iob.29. eos, non credebant mihi. Qui risus ex laudabili causa oritur, ex gaudio spirituali, ex zelo iustitiæ, aut cau-
sa penitus naturali, vt ex admiratione, ob quam homini naturale & proprium est, esse risibilẽ. ¶ Deniq;
Phil. 4. gaudiũ est spirituale & sanctum in actu virtutis consistens, de creatore aut de creaturis in deo cõceptũ.
Psal.31. De quo ait Apost. Gaudete in domino semper. Et propheta, Lętamini in domino & exultate iusti. Iaco
bus verò loquitur de illicito gaudio, actioni vitiosæ annexo. De quo ait scriptura, Lætãtur cum malè fe-
cerint. & exultãt in rebus pessimis. Et Christus quoq;, Mũdus, inquit, gaudebit. Præterea his Iacobi ver
Prou.2. bis cõsonat, quod in Ecclesiaste fertur, Melius est ire ad domũ luctus, quã ad domũ cõuiuij. In illa enim
Ioan. 16. finis cunctorũ admonetur hoïm, & viuẽs cogitat quid futurum sit. Et rursus, Cor sapientis vbi tristitia:
Eccle.7. & cor stultorum vbi lætitia. Hinc Salomon denuo ait, Risum reputaui errorem, Et gaudio dixi, quid
frustra deciperis? [*Humiliamini in conspectu domini*]. i. coram deo vnusquisque se deprimat, vitia sua in-
Eodem. spiciat, defectus naturæ & culpæ quos habet in se intueatur: q; imperfectè seruiit deo, perpendat. Ex his
Eccle.2. aliis multis ritè cõsideratis, vnusquisq; vilipẽdat se valde: & omni cõfusione, correptione, & castigatione

A dignũ se arbitretur, eáque æquanimiter patiatur [*Et exaltabit vos*] in vita præsenti p sublimia gratiæ do-
na, & in futuro per pręcipua glorię munera. Ideo enim loquitur Christus, Beati pauperes spiritu. i. humi
les (iuxta vnã expositionem) quoniã ipsorum est regnum cęlorũ, Et denuo, Qui se humiliat exaltabitur. Matth.5.
Hinc in Ecclesiastico scribitur, Noli extolli in faciendo opere tuo. Et iterum, Sapientia humiliati ex- Lucæ.18.
altabit caput ipsius. [*Nolite detrahere alterum fratres*]. i. vnus alteri non obloquatur, cum hoc sit contra Eccle.10.
charitatem atque iustitiam, & ex suo genere peccatum valde mortale, multoq; grauius furto, secundũ Eccle.11.
doctores. Peccata nanque in ꝓximũ tantò sunt grauiora, quantò maius nocumentũ inferunt ei. Cũ ergo Detractio-
per detractionem vnus auferat alteri bonũ nomen, & lædat eũ in fama, faciatq; eũ aliis contemptibilem nẽ gra-
aut despectum: ideo magis peccat q̃ fur, qui exteriorem tollit substantiam, qua bona fama est præstan- uius fur-
tior. Iuxta illud Ecclesiastæ, Melius est nomen bonum q̃ vnguẽta pretiosa. ¶ Hinc scriptura detractio- to quid
nem vehementissimè ac sæpissimè prohibet, reprobat, & condemnat. Scriptũ est enim in Prouer. Labia esse
detrahentia procul sint à te. Et in Ecclesiastę, Si mordeat serpens in occulto, nihil minus eo habet qui Eccles.7
detrahit. Sed & Sapiẽs ait, Custodite vos à murmuratione, & à detractione parcite linguę: quoniã sermo Prouer.4.
obscurus nõ ibit in vacuum. Deniq; sanctus Clemens papa, martyr & doctor refert, ꝙ beatissimus prin Eccle. 10
ceps apostolorũ dixit esse tria homicidij genera. Vnũ corporale. Aliud dixit esse odiũ. Tertiũ detractio- Sapient.1.
nem. Per quam is cui detrahitur, occiditur in corde audientis detractionem, quãtũ ad esse bonæ reputa-
B tionis, quod in eo habebat. Præterea de ista materia dicit Thomas in. 2.2. Sicut vnus dupliciter nocet al-
teri facto (puta apertè, vt in rapina: & occultè: vt in furto, & percussione dolosa) ita dupliciter nocet v-
nus alteri verbis. Primo apertè, vt in cõtumelia: & secretè, vt in detractione. Quę est denigratio alienę fa
mæ per verba occulta, Dicitur autem homo detrahere, non quia semper de veritate diminuat, sed quia
quantùm in se est, alterius famã ex intentione corrũpit, & bonũ nomẽ eius diminuit. Quod fit pluribus
modis. Primò, falsum alteri imponẽdo. Secundò, peccatũ alterius exaggerando. Tertiò, peccatũ eius oc-
cultũ inordinatè ꝓdendo. Quartò, dum bonũ dicit quis mala intẽtione esse peractum. Quintò, dũ bo-
na alterius negat, malitios éue reticet, quando rationabilis causa exigit ea manifestari. ¶ Insuper susurra
tio in hoc cõuenit cũ detractione, ꝙ occultè malũ dicit de proximo. Propter quod vnũ frequenter pro
alio sumitur. Propriè tamen differunt. Quoniam susurrator intendit ꝓximorũ mutuam dilectionẽ cor
rumpere, seminando discordias. Idcirco susurratio est grauius crimen, q̃ detractio: quia amicitia maius
bonum est, q̃ fama. Iuxta illud in Eccles. Amico fideli nulla est comparatio. Et sicut rapina est grauior Eccles.6.
furto: sic contumelia detractione. Atque, vt ait Gregor. Sicut contumelia oritur ex ira, sic detractio ex Gregor.
odio. Detractio quoque mentem detrahentis excæcat, ita, vt detrahens proprio vitio obtenebratus, in-
cipiat verum putare quod dicit de alio, quamuis sit falsum. Denique detractor grauissimè peccat. Quia
non solũ occidit propriam animam: sed & animam audientis, quantũ in se est, præbendo ei venenũ mor
C tiferum, & consentiendi occasionem. Si enim audiens detractioni consentiat, mortaliter peccat: cum di- Roma. 1.
cat Apost. Non solùm morte digni sunt qui faciunt mala, sed etiam qui consentiunt facientibus ea. Imò
detractor quantũ in se est, illum quoque qui detrahit, spiritaliter perimit. Quia si ille percipiat qualiter
ei detractum sit, oritur ei occasio odiendi detractorem, & obloquendi eidem. Audiens ergo detractionẽ
increpet detrahentem, & vultum auertat, si congruè potest. Quod si conuenienter non potest, increpet
eum aliquo signo, videlicet tristem faciem ostendendo. Quia vt in Eccles. legitur, Per tristitiam vultus, Eccles.7.
corrigitur animus delinquentis. In prouerb. quoque asseritur, Ventus Aquilo dissipat pluuias, & facies Proue.25.
tristis linguam detrahentem. Abhorreamus ergo iugiterque vitemus hæc vitia, maledicta. s. verba con-
tumeliosa, detractoria, susurratoria, & peccata ex eis nascentia. Et vt docet Isidorus, peccanti non obloquamur, sed compatiamur, formidantes ne & nos in eadẽ, aut similia, vel maiora labamur. Qui enim ꝓ-
ximis peccantibus mox indignantur, irascuntur, ac detrahunt, merentur à deo relinqui, & in eadem aut
maiora incidere. [*Qui enim detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum*]. i. proximum iudicio inordinato, te
merario, suspitioso aut vsurpato [*Detrahit legi*] diuinæ, quæ prohibet detractionem, & inordinata iudi-
cia [*Et iudicat legem*]. i. reprobat eam. Non quod directè detrahat legi aut reprobet eam: sed quoniã con Leuit.19.
tra legem faciendo, ita se habet ac si sentiat eam esse iniquã, & quasi despiciat eã. Ait enim lex vetus, Nõ Eodem.
eris criminator, nec susurro in populo. Et rursus, Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula in
pondere, in mensura, [*Si autem iudicas legem, non es factor legis*]. i. eã non imples, eius prẽceptis obediẽdo.
D [*sed iudex*] quasi superiorem te facis lege diuina, eam transgrediẽdo, & iuxta modũ prętactũ iudicando.
Quod prorsus iniquum est. Propter quod subditur. [*Vnus est enim legislator & iudex*] scilicet deus, qui Exod.34.
est supremus dator legis diuinæ. Moses verò fuit legislator materialis. Deus autem legẽ quã contulit ha
bet interpretari, & dispensare in ea, tanquã superior ipsa. Eiusdẽ nanque est, legẽ cõdere atque expone-
re. Hinc Esaias dicit, Dñs iudex noster, dñs legifer noster, dominus rex noster. Iob quoque, Ecce deus Esaiæ.33.
excelsus in fortitudine, & nullus ei similis in legislatoribus [*qui potest perdere*]. i. iustè damnare. [*Et libera Iob.36.
re*]. i. misericorditer à peccato purgare. & ad sălutem perducere. Qui in Deut. testatur, Ego occidam, & Deute. 32.
ego viuere faciam. In Exodo quoque, Miserebor, cui voluero, & clemens ero, in quẽ mihi placuerit. De
quo ait Apost. Cuius vult miseretur, & quem vult indurat. [*Tu autem quis es*]. i. cuius authoritatis [*qui tu* Exo.33.
dicas proximum tuum?] inordinato iudicio. Sic ad Rom. loquitur paulus, tu quis es qui iudicas alienum ser Roma.9.
uum? Suo domino stat, aut cadit. Itemq́, Tu quid iudicas fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante Rom.14
tribunal Christi. Itaque vnusquisque pro se rationem reddet deo. Non ergo amplius inuicẽ iudicemus. Eodem.
Veruntamen ista non sunt intelligenda, quasi non liceat prelatis, principibus, & iudicibus iudicare sub-
ditos suos. Nec sic quasi de his quę manifestè sunt mala, nec bono animo fieri valent, non liceat vnicui-
que bene dispositio iudicare: sed ne de incertis & dubiis quis presumat temerariè iudicare affirmando
seu definiẽdo aut puniendo. Aliud quoq; est iudicare psonã, aliud actũ. Sit ergo vnusquisque diligens

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſuiipſius examinator, diiudicator & caſtigator,atq; in primis emendet ſeipſum.Sícq; charitatiuè, diſcretè & timoratè,loco &tẽpore opportuno,exigentéq; cauſa iudicet & corripiat alium,prout hoc ſibi incũbit aut licet.Qui enim in eiſdẽ aut maioribus culpis eſt,indignus eſt aliũ iudicare atque corripere de huiuſmodi culpis,in quibus ipſemet iacet.Quidã verò peſsima conſuetudine ſunt infecti, qui alios iudicare ſunt ꝓni,& negligunt ſemetipſos.¶ Cõſequenter ſapientiſsmus Iacobus iſte reprehendit incautã locutionẽ multorũ.[*Ecce nunc*].i.errorẽ veſtrũ modo aduertite, vos [*Qui dicitis hodie aut craſtino ibimus in illam ciuitatem,& faciemus quidem ibi annum*].i.vno anno ſtabimus ibi[*Aut mercabimur,et lucrũ faciemus*] .i.vendendo & emendo lucrabimur[*Qui ignoratis,quid ſit vobis in craſtinum*].i.quid cras vobis eueniet,& an viuetis per diem,quia neſcitis diem neq; horam.Idcirco in Prouer.ſcriptũ eſt, Ne glorieris in craſtinũ,ignorans quid ſuperuentura pariat dies[*Quæ eſt enim vita veſtra*].i.vita hæc corporalis ac temporalis. Et reſpondet,[*Vapor eſt ad modicum parens*].i.ſimilis eſt vapori, ſeu fumo breui horula apparenti,ac ꝓtinus deficienti.Ideo ſubditur[*Deinceps exterminabitur*].i.deficiet talis vapor,ſeu vita hæc præſens, quæ à natiuitatis exordio eſt quaſi continuus atque celerrimus curſus ad mortem.Propter quod ſanctus Iob dixit,Parce mihi domine,nihil enim ſunt dies mei. Et rurſus, Dies mei velocius tranſierunt, q̃ à texente tela ſucciditur.Dauid quoque in Paralipom.Dies noſtri quaſi vmbra ſuper terram,& nulla eſt mora. Et in pſal.Homo vanitati ſimilis factus eſt,dies eius ſicut vmbra prætereunt. ¶ Conſequenter docet Apoſt.ſapientem,timoratum ac ſobrium modũ loquendi[*Pro eo vt dicatis*].i. tam inſipiẽtem modũ loquẽ di habetis, pro eò quòd merito diceretis,Vel ita ſupplẽdum eſt,Hæc doceo vos pro eo, vt dicatis poſthac [*Si dominus voluerit,et ſi vixerimus,faciemus hoc aut illud.*] Sic enim loquendo memores eſtis propriæ fragilitatis atq; incertitudinis vitæ preſentis:& inſinuatis ac preſupponitis totũ vitę veſtrę curſum,euẽtum & actũ ab omnipotentia & voluntate dei indeſinenter pendere.Obſeruemus ergo & nos hũc ſãlubrem modũ loquendi,quẽ proh dolor multi non conſiderant,neque obſeruant:ſed ita de futuris ſibi & faciendis à ſe loquuntur,quaſi certi eſſent ſe tam diu victuros: vel à ſeipſis vitam haberent, nec conſeruatione indigerent diuina,nec prouidentiæ creatoris cuncta ſubeſſent. Idcirco merẽtur improuisè tolli de medio,& interdum ſic accidit eis.[*Nunc autem exultatis in ſuperbiis veſtris*] .i. ſuperbis loquutionibus & verbis præſumptuoſis.Quia vt in Prouerb.dicitur,Lætatur homo in ſententia oris ſui.[*Omnis exultatio talis maligna eſt*].i.vitioſa,& malæ libidinis igne accenſa [*Scienti igitur bonum facere,et non facienti*] .i. qui ſcit ad quæ obligetur,quid facere,quid vitare iam debeat,nec tamen iuxta ſuam peritiam laudabiliter conuerſãti,[*Peccatum eſt illi*].i.ſua ſcientia eſt ſibi maioris culpæ ac pœnę occaſio,& culpabilior eſt atque damnabilior.Quemadmodũ ait ſaluator,Seruus qui ſcit voluntatẽ domini ſui & non facit,plagis vapulabit multis.Et rurſus,Cui plus datum eſt,plus requiretur ab eo. Hinc literati ſpecialiter obligantur eſſe coràm altiſsimo iuſti ac recti,& coràm ꝓximis exemplares.Propter quod glorioſiſsimus archiapoſtolus conteſtatur, Melius eſt non cognoſcere viã iuſtitiæ ,q̃ poſt agnitionem retrorſum reuerti.Circa quæ verba inferius exponendo, plenior erit(ſi deus conceſſerit)de horum intellectu verborũ tractatus.

Elucidatio v.Capitis [*Agite nunc diuites.*] Arti.VII.

Anctus Apoſt.Iacobus ſupra hortatus eſt eos quibus ſcripſit, ad patientiam in aduerſis,ad paupertatis amorem,ad humilitatem in omnibus,inordinatum ad terrena reprehendit affectum. Nunc idem facit oſtendendo calamitatem ac periculoſiſsimum ſtatum diuitum huius ſæculi. Quorum fallacem proſperitatem acriter arguit, quatenus fideles pauperes in ſua ſint inopia patientiores .Quibuſdam equidem nondum perfectis ſua aduerſitas & paupertas moleſtæ ſunt,dum iniquorum proſperitatem vident, nec vilipendent,ſed aliquanti æſtimant. In quorum imperfectorum perſona ait Pſal. Mei autem pene moti ſunt pedes, pene effuſi ſunt greſſus mei . Quia zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum videns, Vnde rurſus hortatur , Noli æmulari in malignantibus,ait, &c. Ait ergo Apoſto.[*Agite nunc diuites*]id eſt vitam corrigite,pœnitentiam facite :cum dicat Saluator,Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis.Et Paulus,Dum tempus(inquit)habemus,operemur bonum ad omnes Quidam exponuut ſic,Agite nunc diuites,id eſt voluntates veſtras iniquas implete,vt ſit loquutio ironica, quæ à contrario intelligenda eſt ſenſu.Iuxta quod in Apoc. ſcribitur, Qui in ſordibus eſt,ſordeſcat adhuc: & qui nocet,noceat adhuc .Sed prima expoſitio melior exiſtimatur .Cum enim in generali dixiſſet Apoſto.Agite nunc diuites,mox adiecit, quid agere debeant[*Plorate vlulantes*]id eſt vehementer dolete, & ex interioris contritionis vehementia in intenſum eiulatum erumpite.Iuxta illud Micheæ,Faciã plãctum quaſi draconum,& luctum quaſi ſtruthionum[*in miſeriis quæ aduenient vobis*] id eſt ex conſideratione atque formidine metuendi iudicij dei,æternaliũque pœnarũ imminẽtiũ vobis, niſi interim dignũ pœnitentiæ fructum feceritis.Deinde ſubditur horum cauſa[*Diuitiæ veſtræ*]naturales,videlicet frumenta,vina & conſimilia[*Putrefactæ ſunt*]ex diuturna & auara retentione,qm tempore apto non communicaſtis eas egenis:prout in Euange.præcepit Chriſtus,Quod ſupereſt,date eleemoſynam.Ex eadẽ quoque cauſa [*Veſtimenta veſtra a tineis comeſta ſunt,aurum et argentum veſtrum æruginauit*]id eſt ex vetuſtate & cupida reſeruatione contraxit æruginem . Veſtimenta autem aurum,& argentum ad artificiales ſpectant diuitias[*Et ærugo eorum*] ſimiliter & naturalium diuitiarum putrefactio [*Erit in teſtimonium vobis*] id eſt materialiter teſtimonium perhibebit aduerſus vos.Quia à iudice ſummo aſſumetur in argumentum & ſignum veſtræ cupiditatis, ac iuſtæ damnationis.Qui enim diuitias ſuas taliter retinent , furtum & rapinam,imò nonnunquam etiam & homicidiũ perpetrant.Quia ſancti patres Ambroſius Baſiliuſque teſtantur, Non minoris criminis eſt habenti tollere,quàm cum poſsis &habeas,indigentibus denegare.Furientiu mpanis eſt,quem tu detines:nudorum indumentũ,quod includis:miſerorũ redemptio,

pecunia quã abſcondis:tantorũ te ſcias bona inuadere,quãtis poſsis nec vis præſtare.Imò vt ait Hieron. Eorũ qui ex fame aut frigore obierũt,mortis reus teneris.Itaq; Iacobus nõ diuitias, ſed eorũ abuſum & tenacitatẽ condemnat.Hinc ſuper illud Pſal. Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere, loquitur Auguſt. Qui nõ habet diuitias,nõ ambiat eas:qui autẽ habet,nõ de eis ſuperbiat.Nec dicit propheta, Nolite eas habere,ſed nolite cor apponere.Nõ enim dãnat diuitias(per quas mereri poſſumus regnum cælorũ)ſed cor appoſitum:quòd eas miſericorditer non expendit,ſed auarè recondit. Hinc quoque in Prouerb.dicitur,Qui abſcõdunt frumentum in tempore,maledicẽtur: benedictio autẽ ſuper caput vendentium[*Et manducabit carnes veſtras ſicut ignis*].i.cauſa erit infernalis incendij, quod corpora veſtra in inferno poſt diem iudicij patiẽtur.Nõ ꝙ ærugo erit cauſa directa ac meritoria cõdemnationis(cũ non ſit peccatum) ſed naturalis affectus:ſed culpa,quã incurriſtis auarè retinẽdo diuitias, ex quarũ reconditione ærugination em paſſæ ſunt,meritoria erit veſtræ afflictionis cauſa. De talibus ſcriptũ eſt, Dominus omnipotens vindicabit in eis,in die iudicij viſitabit illos. Dabit ignem & vermes,& carnes eorũ vt vrantur,& ſentiãt in ſempiternũ.Hinc in Eccleſ.fertur,Humilia valde ſpiritũ tuum, quoniã vindicta carnis impij ignis & vermis. [*Theſaurizaſtis vobis iram in nouiſsimis diebus*].i.per tantã auaritiam veſtrã accumulaſtis vobis cauſam copioſiſsimã reprobationis ac cõdemnationis,quas in die iudicij & deinceps ſuſtinebitis in æternũ. Iuxta quẽ ſenſum dicitur ad Rom.Secundũ duritiam tuã & impœnitẽs cor tuum,theſaurizas tibi irã in die iræ,& reuelationis iuſti iudicij dei.Nẽpe in Eccleſ.legitur,Auaro nihil eſt ſceleſtius,nihil eſt iniquiꝰ q̃ amare pecuniã. Auarus enim animã ſuam habet venalẽ.Idcirco ait Saluator,Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra.vbi ærugo & tinea demolitur.Hinc Timoth.ſcribit Apoſt.Diuitibꝰ huius ſeculi præcipe,nõ ſublime ſapere,nec ſperare in incerto diuitiarũ:ſed diuites fieri in operibus bonis,facilè tribuere,communicare. ¶ Conſequenter deſcribit Apoſt. quoddam crimẽ enorme, quod ex auaritia oritur, quod eſt ſubtractio iuſtæ mercedis operariorũ [*Ecce merces operariorum veſtrorum qui meſſuerunt regiones veſtras*].i.terrænaſcentia agrorũ,quos in veſtris regionibus poſsidetis,depoſuerunt[*Quæ fraudata eſt a vobis*].i.quã mercedem illis iniuſtè atque fallaciter ſubtraxiſtis [*clamat*].i.materialiter vos accuſat, & vltionẽ cõtra vos expetit[*Et clamor eorum*].ſ.præmiorũ,quæ operariis veſtris tenemini: ſeu clamor operariorum dolentiũ & cõquerentiũ de tanta iuſtitia eis facta[*in aures domini ſabaoth introiuit*]ab omnipotente deo iudicatus eſt iuſtus.talium enim operariorũ querelam deus reputat eſſe iuſtiſsimã, atque iniuriam eis illaram iudicat eſſe grauiſsimam. Dicitur autem deus dominus ſabaoth.i. exercituum ſiue omnipotens.Quod verbũ magnificum appoſuit Iacobus ad perterrendũ iniquos: qui ita ſe habẽt circa ege nos,quaſi nõ habeant protectorem ac iudicem.Cũ tamen deus omnipotens, angelicorũ exercituum dominus, ſit illorũ ſpecialis pater,exauditor,tutor & iudex: ſecundũ illud in Pſal. Tibi derelictus eſt pauper, orphano tu eris adiutor. Denique vt ex ſcripturis elicitur,quatuor ſunt peccata, quæ propter ſuam enormitatem,dicũtur clamare ad deum.Primũ eſt homicidium:iuxta illud Gene. Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.Secundũ eſt,oppreſsio miſerabilium perſonarũ:quemadmodum in Exodo loquitur dominus,Clamor filiorũ Iſraël venit ad me,vidiq̃; afflictionem eorũ. Tertiũ eſt vitiũ contra naturam.Vnde in Gene.loquitur dominus,Clamor Sodomorũ & Gomorræorũ multiplicatus eſt. Quantum eſt defraudatio mercedis operariorũ,vt patet hoc loco, Eſtq̃; peccatum iſtud tam graue, vt in Eccleſiaſt.dicatur,Qui effundit ſanguinem,& qui fraudẽ facit mercenario,fratres ſunt.Hinc ſcriptura peccatum hoc multipliciter prohibet:quia in Exodo ait deus per Moſen, Nõ morabitur merces operariorum apud te vſque mane.Et Tobias ait,Quicunque tibi aliquid operatus fuerit,ſtatim mercedem ei reſtitue: & merces operarij tui apud te omnino nõ remaneat. Hinc ſanctus Iob ait, Si aduerſum me terra mea clamat,ſi fructus eius comedi abſque pecunia,& animã agricolarum eius afflixi, pro frumento oriatur mihi tribulus,& pro hordeo ſpina. ¶ Inſuper ex tẽporalium affluẽtia ſolẽt oriri carnalia vitia. Quia, vt ait Valerius,diues currit ad libitum,corruit ad illicitum:& dum abundat diuitiis, abundat & carnalibus vitiis.Idcirco ſubiungitur,[*Epulati eſtis ſuper terram*].i.delicatè & gulosè vos refeciſtis[*Et in luxuriis enutriſtis corda veſtra*].i.deſideriis carnalibus veſtri cordis,ſenſitiuo appetitui cõſentientes, ſatis feciſtis, incõtinenter viuendo abſque freno.Tales ſunt,qui non ſolũ ex paſsione,ſeu infirmitate,ſed ex propoſito & habitu vitioſo viuunt turpiſsimè: qui teſte philoſopho, ſunt brutis incõparabiliter viliores atque peiores . In taliũ perſona ait Salomon in Eccle.Non prohibui cor meum, quin frueretur omni voluptate.Iſtis eueniet,quod de diuite epulone in Euangelio legitur,cui in infernali incendio conſtituto,negata eſt vna aquæ gutta:& quod in Apoc.ait iudex cæleſtis,Quantùm glorificauit ſe, & in delitiis fuit:tantùm date ei tormentum & luctum.Horum carnalium iam innumerabiles ſunt imitatores, quibus in Euangelio ait Saluator,Væ vobis diuitibus, qui habetis conſolationem veſtram. Væ vobis qui ſaturati eſtis.Quibus & per prophetam Amos loquitur dominus, Væ qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris. Vnde & Iudas aſſerit,Hi ſunt in epulis ſuis conuiuantes, ſine timore,ſemetipſos paſcentes. Contra quos loquitur Paulus,Non in comeſſationibus & ebrietatibus,non in cubilibus & impudicitiis.Denique congruo ordine præmiſit Apoſt.epulati eſtis:protinúſque ſubiunxit,Et in luxuriis enutriſtis corda veſtra:quoniam gulam ſequi ſolet luxuria,præbẽtque ei incentinum:dicente Hierony. Venter æſtuans vino,citò ſpũmat in libidinem.Ideo teſtatur ſcriptura, Qui amat vinum & pinguia,nõ erit ſapiens,ſed laſciuus. Et quia Iudæi ex ſuis carnalibus & ambitionibus moti fuerunt ad Chriſti inuidiam,deinde ad eius occiſionem:iuxta illud Sapientiæ, Dixerunt impij, circũueniamus iuſtum, quoniam contrarius eſt operibus noſtris.Promittit ſe ſciẽtiã dei habere,& filium dei ſe nominat: morte turpiſsima cõdemnemus eum.Hinc ſubditur, [*in die occiſionis*]id eſt in die paraſceues[*Adduxiſtis*]ad tribunal Pilati.[*Et occidiſtis*].i. occidi procuraſtis[*Iuſtum*]videlicet Chriſtũ,qui eſt ſanctus ſanctorũ,qui anto nomaticè iuſtus vocatur,quia ſecundũ quod deus, eſt eſſentialiter ſanctus & iuſtus:atq; vt homo oſbus

Hierony. Pſalm.16. Auguſt. Prouer.11. Iudith. 16. Eccle.7. Rom.2. Eccle.10. Matth.6. 1.Tim.6. Pſal.9. Peccata quatuor clamãtia ad deũ ob ſuã enormitatem. Gene. 4. Exod.3. Gene.10. Eccel.34. Leuit. 19. Tob.4. Iob.13. Eccle.2. Luc. 16. Apoc. 18. Amos. 6. Iudas. Rom.13. Hierony. Prouer.21. Sap.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iustior fuit per cõcreatã sibi iustitiã, qua tota suæ humanitatis capacitas fuit repleta: de quo in Act. Stephanus ait, Patres vestri occiderũt eos, qui de aduẽtu iusti annũciauerũt, cuius vos nũc proditores & homicidę fuistis [ET *non restitit vobis*] sed vt ab Esaia est prædictũ, Sicut ouis ad occisionẽ ductus est, & tanq̃ agnus corã tondẽte obmutuit. De istis Christus ante suã passionẽ locutus est apud Ioãnem. Cùm exaltaueritis filium hominis, tunc scietis quia ego sum. Imò sicut ex Actis Apostolorum probatur, multa turba sacerdotum & pharisæorum crediderunt in Christum: qui tamẽ eius occisionẽ specialiter procurasse leguntur. Quidã exponunt hũc locum de iustis cõmuniter, intelligendo per iustum iustos pluraliter: vt ponatur singulare pro plurali. Nam in primitiuę ecclesię exordio iusti ab impiis passim ad iudicia trahebantur, & absque sua renisione occidebantur: iuxta quem modũ Esaias ait, Iustus perit, & nõ est qui recogitet: & viri misericordiæ tollũtur, & nõ est qui intelligat. Cõsequenter Apostolus vertit sermonem ad bonorum cõsolationem [*Patientes ergo estote fratres*] Potest tamen istud ad præfatos diuites iam cõuersos referri, vt sit sensus, Quoniã ante cõuersionem vestrã ad Christum tot scelera cõmisistis, ideo quicquid aduersitatis vobis nũc accidit, patientissimè ferre debetis. Siquidem culpæ debetur pœna. Et deus in vita hac per reprobos purgat electos, quẽadmodum per Esaiã contestatur, vę Assur virga furoris mei, & baculus ipse est. Itaque patiẽtes estote [*Vsque ad aduentum domini*]. i. vsque ad horã iudicij vestri particularis, statim post mortẽ: vel vniuersalis iudicij, quãdo iusta retributio fiet. Nã & sanctis qui sub ara dei clamabant, Vsquequo domine nõ vindicas sanguinem nostrum de his qui habitãt super terram: responsum est, vt requiescãt tempus adhuc modicum, donec impleatur numerus conseruorum eorum, & fratrum, qui interficiendi sunt sicut & ipsi. Insuper terreno exemplo inducit eos ad patientiam istam. [*Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ patienter ferens*] dilationem fructũ sui laboris [*Donec accipiat temporaneum*] id est primi temporis fructum [ET *serotinum*]. i. vltimi temporis terræ nascentia. Terra quippe promisionis (vt fertur) & de qua nunc loquitur, bis in anno fructificat, videlicet in Aprili atque Septembri. Sic sancti accipiunt fructum temporaneum. Statim quippe post corporis resolutionem, eorum animæ coronantur in cælis, & fructum serotinum sortientur in die iudicij, in corporum suorum glorificatione. Cũ ergo fructus æternæ salutis sit omni fructu terreno incomparabiliter dulcior, præstantior, iucundior, plenior, diuturnior, patientissimè ferre debemus omnem præsentis vitæ afflictionẽ, propter æternam remunerationem. Nec enim cõdignę sunt passiones huius temporis ad gloriam illam. Hinc subditur, [*Patientes estote & vos, & cõfirmate corda vestra*] id est virtuosis operibus roborate, & per futuræ beatitudinis fiduciam, per diuinæ iustitiæ contemplationem, per cõsiderationem æternalis supplicij reproborum, per quotidianum profectum virtutum, per fortitudinem mentis constabilite atque in deo defigite ac firmate animas vestras: iuxta illud ad Ephesios, Cõfortamini in domino, & in potentia virtutis eius, induite armaturam dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Vnde Iosue loquebatur dominus, Cõfortare & esto robustus valde, vt custodias omnem legem [*Quia aduentus domini appropinquabit*] imò indesinenter appropinquat. Propter quod in Apocalypsi ait, Ecce venio citò, & merces mea mecum est dare vnicuique iuxta oppera sua. Abacuc quoque propheta inducit, Apparebit in finẽ, & non mentietur: si moram fecerit, expecta eum: quia veniens veniet & nõ tardabit. Porrò deus venire dicitur in morte singulorũ, per iudicij exhibitionem & retributionem mercedis. Vnde apud Marcum legitur, Vigilate, nescitis enim quando dominus veniet, sero, an media nocte, an gallicantu, an mane: ne cùm venerit repente, inueniat vos dormientes. [*Nolite ingemiscere fratres in alterutrum*] id est vnus ex zelo amaro, ac displicentia passionata contra alium, nullatenus ingemiscat: sed alter alterius onera portate, & inuicem charitatiuè ac dulciter supportate. Vel nolite in alterutrum ingemiscere, id est mutuò gemere & dolere propter aduersa quæ sustinetis, quasi iniustus sit deus, qui fidelibus tot aduersa largitur: impios verò in hoc seculo prosperari permittit. Imò vnus alium ad patientiam prouocet, & consoletur in domino: quemadmodum ad Hebræos scribitur, Adhortamini vosmetipsos per singulos dies, vt nõ obduretur quis ex vobis fallacia peccati, Et alibi, Consideremus inuicem in prouocatione charitatis & bonorum operum. Ita fecerunt septem fratres Machabæi cum matre, qui se mutuò ad martyrium hortabantur, prout 2. Machabęorũ plenius continetur. Conformiter & nos debemus nos inuicem animare, accendere, roborare, tanquam eiusdem regis cõmilitones, eiusdem viæ ambulatores, eisdem hostibus circũuallati, & ad eandem patriam gradientes, quemadmodũ ad Hebræos monet Apostolus, Deponentes omne peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspiciẽtes in Iesum: qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem. Recogitate eum, qui talem sustinuit aduersus semetipsum à peccatoribus contradictionem, vt non fatigemini animis vestris. Nempe, vt ait Gregorius, Nihil est quod nõ æquanimiter toleretur, si Christi passio ad memoriam reuocetur. Nolite igitur tam infideliter & iniquè in alterutrum ingemiscere [*Vt non iudicemini*] iudicio reprobationis, id est ne condemnemini. De quo iudicio ait Saluator, Qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit. Apostolus quoque, Si nosipsos diiudicaremus, nõ vtique iudicaremur. [*Ecce iudex ante ianuam assistit*] id est proximus adest, & adiuuare, iudicare, & remunerare paratus est. Vnde in Apocalypsi loquitur, Ego sto ad ostium & pulsò. Veruntamen, quia sancti patres non solùm verbo, sed & exemplo nos docuerunt, Iacobus exemplo illorum hortatur nos ad patientiam indesinentem. [*Exemplum accipite fratres exitus mali*] id est mortis quæ est malum pœnale [*Et longanimitatis*] id est longæ dilationis, seu expectationis cælestis retributionis [*Laboris*] qui in exercitiis virtuosis solet cõsistere. Propter quod ait vir sanctus, Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. Atque Apostolus, Labora, inquit, sicut bonus miles Christi Iesu, [*Et patientiæ*] id est æquanimis tolerantiæ in aduersis [*Prophetas qui loquuti sunt in nomine domini*] id est ex diuino instinctu verè prophetauerunt hominibus: qui vtique prophetæ quamuis essent viri tam sancti & prælecti, nihilominus exitum malum, id est violentã per mar-

Esa. 53. Ioan. 8. Act. 6. Esa. 52. Esa. 10. Apoc. 6. Roma. 2. Ephe. 6. Iosue. 1. Apoc. 22. Abac. 2. Marc. 13. Galat. 6. Heb. 12. Heb. 10. 2. Mac. 7. Heb. 12. Gregor. Ioan. 5. 1. Cor. 11. Apoc. 3. Psal. 16. 1. Tim. 2.

A tyrium mortem, multiplicémque sustinuerunt laborem, & erant valde patientes atque longanimes, vt patet de Abraham, Noë, Dauid, Esaia, Hieremia, ac aliis. Vnde ad Hebræos 11. ait Apostolus, Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed à longe eas aspicientes & salutantes & confitentes, quia hospites & peregrini sunt super terram. Iudith quoque asserit, sic Isaac, sic Iacob, Moses, & omnes qui deo placuerunt, per multas tribulationes transierũt fideles. [*Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt*] aduersa patienter, sicut etiam asserit Christus, Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnũ cælorum, de quibus scriptum est in libro Sapientiæ, Sapientiã sanctorum laudant populi, & laudem eorum nunciat ecclesia, corpora eorum in pace sepulta sunt, & nomina eorum viuent in generationẽ & generationem. In paucis vexati, in multis bene disponentur. Et Iob ait, Beatus homo qui corripitur à domino. [*Sufferentiam Iob audistis*] id est mirabilem patientiam eius, qui quamuis omnium sit exemplar virtutum, præsertim tamem patientiæ forma est. Vnde de Tobia habetur, Hanc tentationem permisit dominus euenire ei (puta Tobiæ) vt posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob [ET *finem domini vidistis*] id est quàm gratiosè deus finaliter egit cum Iob, non solùm post vitam præsentem, sed etiam in seculo isto eum remunerando. Vidistis per fidem, id est ex sacra libri eius historia credidistis. De qua visione Aposto. Videmus, inquit, nunc per speculum in ænigmate. Veruntamen quod dictum est, finem domini vidistis, communiter de Christo exponitur: vt
B sit sensus, Finem domini, id est mortem Christi in cruce vidistis, quia astantes suæ cruci fuistis tunc adhuc increduli, [*Quoniam misericors est dominus*] in sua natura, id est naturaliter bonus & pius, non tamen compassionis affectum in deitatis suæ natura habens, imò quo ad hoc misericors appellatur quantùm ad similitudinem effectus, non quo ad veritatem affectus [ET *miserator*] in effectu. Hoc Iacobus dicit, primò, quia electis suis deus in tribulationibus misericordissimè affuit, eos quoque eripuit, & gloriosissimè coronauit. Secundò, quoniam summa misericordia dei fuit, quòd proprium filium suum pro nostra pati voluit salute [*Ante omnia autẽ, fratres mei, nolite iurare neque per cælum, neque per terram, neque aliud quodcunque iuramentum. Sit ergo sermo vester, est, est: non, non: vt non sub iudicio decidatis*] His consonat quod in Matthæo loquitur Christus, Ego dico vobis, non iurare omnino, neque per cælum, neque per terram. Sit autem sermo vester, est, est: non, non. ¶ Sed quomodo intelligenda sunt ista, cùm in Deuteronomio dicatur, Dominum deum timebis, & per nomen eius iurabis? Et in Psal. Laudabũtur omnes, qui iurant in eo. Itémque, Iuraui & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. Secundo quoque Paralipomenon, In omni corde suo iurauerunt domino, & inuenerunt eum, Helias quoque & Heliseus in libris Regum iurasse leguntur, dicendo, Viuit dominus in cuius conspectu sto hodie. Et Paulus in suis epistolis, Testis, inquiens, est mihi deus. Sed omnium horum solutio atque concordia patent ex eo quod scriptũ
C est in Exodo, Non assumes nomen domini dei tui in vanum. Non enim habebit insontem dominus eũ, qui assumpserit nomen dei sui frustra. Christus igitur & eius apostolus Iacobus non absolutè prohibuerũt iurationem, sed iurationem indiscretam, iniustam & falsam, & ne assuescamus iurare. Et rursus, quia frequentatio iurandi periculosa est cũ periurationi approximet. ¶ Præterea super illud Hiere. Iurabis, viuit dominus, in veritate, & iudicio, & iustitia, scribit Hierony. quòd tres sunt comites iuramenti, videlicet veritas, iudiciũ seu discretio, & iustitia. i. iusta & rationabilis causa. Quia hęc tria requiruntur ad hoc vt iurameutum sit licitũ: & quodcunque eorum defuerit, erit illicitum iuramentum. Si enim veritas desit, est falsa iuratio: si discretio, est temeraria & incauta. Si desit iustitia, iuratio est iniqua, inutilis & leuis atque vana: quia non subest ad iurandum rationabilis causa. Per creaturas verò secundum se consideratas nõ licet iurare, sed inquantũ diuina veritas aut potestas relucet in eis. Si itaque ipsa iuratio debitis virtutum circunstantiis vestiatur, vt scilicet fiat loco & tempore opportunis, causa rationabili exigente, debito fine: tunc est actus virtutis, quæ latria appellatur, per quam cultus deo impenditur. Nam qui sic iurat, deum honorat: quoniam præsupponit eum esse infallibilem veritatem, ac omnium rerũ habere certissimam cognitionem, prouidentiámque infallibilem. Qui verò aliter iurat, nõ excusatur à culpa, quãuis quod iurat, sit verum. Cedit nanque ad irreuerentiam omnipotentis & superdignissimi dei, eum sine rationabili causa & discretione, in testẽ veritatis verborũ propriorum assumere. Cùm ergo ita iurare sit contra diuinum præceptum, & per consequens ex suo genere peccatum mortale, constat, quàm enor
D miter peccent, qui consuetudinem habent iurandi, & qui iurant mendosè, aut non implent quod iurauerunt, dummodo iurauerint licitè. Veruntamen supergrauissimè peccãt, & quasi blasphemi sunt reputandi, qui per membra Christi, & inteſtina ipsius sceleratissimè iurant. Idcirco in Ecclesia. scribitur, Iurationi nõ assuescat os tuum. Multi enim casus in ea. Vir multũ iurans replebitur iniquitate, & non desiciet de domo illius plaga. Vnde cùm Iacobus prohibuisset iurare, adiecit, Vt non sub iudicio decidatis, id est ne cõdemnationis iudicium incurratis. ¶ Hinc dicit Albertus, Cũ iurare non sit aliud quàm deum testem inuocare, idcirco primò ex parte rei, quæ iuramento firmatur, requiritur veritas. Secundò, ex parte causæ, pro qua iuratur, debet esse necessitas. Iuramẽtum quippe non debet fieri nisi pro iusta & legitima causa. Tertiò, ex parte iurantis debet esse discretionis maturitas. Quia ne homo iucurrat periurió, debet magnam cautelam ac maturitatem in iurando seruare, ne linguæ lubricitate contingat eũ aliquando inordinatè aut falsè iurare. Sit igitur omnis homo verax, ad iurandum tardissimus, atque tam verax semper in verbis suis, vt suo simplici verbo quasi iuramento credatur: quod sibi extat salubre, & aliis exemplare [*Tristatur aliquis vestrum, oret æquo animo & psallat*] De duplici tristitia loquitur sacra scriptura, videlicet de inordinata & seculari ac carnali tristitia, quæ est immoderata mœstitia de temporali damno, aut corporali incommodo seu exteriori aduersitate, de qua in Eccles. legitur, Tristitiam longe expelle à te. Multos enim occidit tristitia, nõ est vtilitas in ea. In Prouer. quoque, Sicut tinea vestimẽto, ita tristitia nocet cordi. Alia est tristitia spiritalis bona & ordinata, qua homo de propriis aut proximo-

Iudith. 8. Matth. 5. Sap. 3. Iob. 5. Tob. 2 1. Cor. 13. Esdras in cõfessiõe. Matth. 5. Deut. 6. Psal. 48. Psal. 11. 2. Para. 2 3. Reg. 17. 3. Reg. 3. Roma. 1. 1. Cor. 1. Philip. 1. 1. Tim. 5. Hiere. 4. Hierony. Eccle. 23. Eccles. 30. Prouer. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum dolet peccatis,præsertim de inhonoratione & offensa summi ac sancti dei, vel de propria imperfectione,aut dilatione fœlicitatis perpetuæ.De qua Salomon ait,Cor sapientum vbi tristitia. Et Psal. Tota die contristatus ingrediebar. Atque Apost.ad Rom. Tristitia mihi magna est,& dolor continuus cordi meo,videlicet propter excæcationem Iudæorũ. Et rursus Apost. vtranque tristitiam istam tangit, dicendo, Quæ secundum deũ est tristitia, pœnitentiam in salutẽ stabilem operatur:seculi autem tristitia, mortem operatur. Qui ergo tristatur tristitia inordinata,oret deum vt auferatur ab eo, & psallat,quatenus psallẽdo incipiat spiritaliter delectari,& à praua releuari mœstitia,quæ non solũ animæ,sed & corpori præcipuè nocer,naturã lædit,& vitã abbreuiat:iuxta illud in Prouerbiis, Spiritus tristis exiccat ossa,animus autem gaudens ætatẽ floridam facit.Porrò qui tristatur bona & virtuosa tristitia, oret deũ,vt cõseruetur in ea,& psallat ac spiritaliter iucundetur ex cõsideratione dei,cælestisque præmij,& beneficiorum ac operum Christi:quia & illa tristitia,quamuis sit bona, est tamen quandoque interrumpenda per gaudiũ spirituale:ne homo se nimis deiiciat,aut affligat.¶Quidã hoc loco per tristitiã intelligunt acediã,quæ est torpor & mœror de exercitio virtuoso, seu de dei obsequio. Idcirco orare deũ debet qui acediæ vitio tangitur,vt ab ea protinus liberetur,& feruens alacérq; reddatur. Itaque oratio & psalmodia remedia sunt contra tristitiam & acediã. Est enim admirabilis virtus psalmorũ & orationum, & ex sua natura habent mentẽ orantis ac psallentis dulcedine quadã perfundere. Nam in psalmis & orationibus homo attendit dei omnipotentiã,pietatem, liberalitatem & perfectionem, propriam quoque imperfectionem,& Christi mysteria:quorum cõsideratio est iucũda, inquantũ veritas naturaliter est delectãs. Psalm.17. Per gratiã verò hæc dulcius sapiunt.¶Angeli etiã sancti orantibus psallentibúsque assistunt.& eos exhilarant. Hinc ait Psal. Exultabunt labia mea cũ cantauero tibi. Et Gregorius, Dũ vox psalmodiæ per intẽtionẽ cordis agitur,tunc aut prophetica mysteria reuelantur, aut cõpunctionis gratia inspiratur. Itaque qui tristatur,non se ad carnales vilésque cõsolationes effundat,nõ murmuret, nec loquacitatibus vacet, nec pusillanimis efficiatur,neque à bonis cesset operibus:sed faciat quod est in se,& oret ac psallat,quãuis in hoc spiritualem nõ experiatur saporẽ. Imò deum pro spiritali consolatione stabiliter deprecetur, & eam lõganimiter præstoletur:sicque eam citius obtinebit, secundum quod apud Tobiã dicitur deo, Non delectaris in perditionibus nostris. Quia post tempestatẽ tranquillum facis, & post fletum exultationem infundis. Consequenter apostolus Iacobus cõsulit grauiter ægrotanti. [*Infirmatur quis in vobis*] id est si aliquis vestrũ grauiter infirmatur,ita, vt probabiliter existimetur citò moriturus[*inducat presbyteros ecclesiæ*].i.sacerdotes faciat sibi adduci,si plures sint ibi presbyteri, & conuenienter possint haberi: vt multorum oratione infirmus copiosius adiuuetur. Sufficit tamen vnus sacerdos ad vngendum , imò quamuis plures adducantur & assint,tamen ab vno fit vnctio. ¶Istud autem sacramentum extremæ vnctionis est exeuntium[*Et orent super eum*]id est omnes inuocent misericordiam dei super infirmum[*Vngentes eum oleo*] consecrato,ex debita materia confecto: ita tamen quod vnus faciat vnctionem realiter & alij suo modo cooperentur [*In nomine domini*] hoc refertur ad vngentes. Vnctio enim fieri debet sub certa & congrua forma verborum,& nunc cõmuniter fit cum inuocatione nominis dei seu pietatis diuinæ,per modum orationis,cum dicitur, Per istam vnctionem & suam piissimam misericordiã indulgeat tibi deus quicquid peccasti per visum,&c.[*Et oratio fidei*].i.oratio vngentis facta in fide catholica, atque ex fide procedens[*saluabit infirmum*].i.ad salutem cooperabitur ei,præsertim virtute sacramenti. Quoniam sacramenta euangelicæ legis sunt medicinalia vasa,gratiæ contentiua,& effectiua salutis: quia efficiunt quod designant[*Et alleuiabit eum dominus*] à corporis infirmitate,illam tollendo,aut minuendo [*Et si in peccatis sit,dimittentur ei*]quia virtute huius sacramenti venialia dimittuntur, cõtra quæ creditur institutum,& etiam cætera,de quibus nõ recordatur.¶Itaque ad sacramentũ extremæ vnctionis,quinque de necessitate concurrunt. Primũ,quod vnctionem faciens,sit sacerdos. Secundũ,est intentio eius. Tertiũ,materia,vtpote oleum infirmorum. Quartum,est forma verborum. Quintum,locus inungendi. Potest & sextum addi,quoniam à solis episcopis potest hoc oleum cõsecrari seu confici. Nec datur sacramentum hoc nisi adultis,qui venialia habere videntur. ¶Porrò effectus huius sacramenti est multiplex:vtpote duplex sanitas,scilicet spiritualis, quæ est liberatio à spirituali infirmitate cõtracta ex mortalibus venialibúsque peccatis:estque infirmitas illa quædam debilitas ad actum virtutis. Hinc dicitur sacramentum hoc institutum cõtra reliquias peccatorum. Sanat quoque à venialibus quæ inuenit in eo, qui vngitur. Secũda est sanitas corporalis,quæ causat in parte aut toto, si expediat ad salutẽ, nec obex ponatur. Causat etiam sacramentum hoc spiritualem lætitiã, & valet ad cõtinuandam deuotionem , atque ad celeriorem ingressum in patriam. Et quia ad remissionẽ peccatorum actualium mortalium requiritur sacramentalis cõfessio in facto vel proposito, sine qua nõ est quis aptus sacramentum extremæ vnctionis suscipere,subditur, [*confitemini ergo alterutrum peccata vestra*].i.vnus alteri propria peccata confiteatur. ¶Veruntamen sacramentalis cõfessio soli facienda est sacerdoti , tamen in casu necessitatis,potest non sacerdos confessio fieri de quibuscunque peccatis : quæ tamen confessio non est perfectè sacramentalis , estque reiteranda seu sacerdoti postmodum facienda,si ad hoc detur facultas. Venialium verò cõfessio potest alterutrũ nõ sacerdotibus fieri,cũ sit de necessitate salutis. Quæ omnia super quarum Sententiarũ doctores declarant. Hinc Beda hic scribit, Quotidiana leuiáque peccata alterutrum cõ æqualibus cõfiteamur:grauiorem verò lepram.i. mortalia sacerdoti pandamus. Nec hoc sic intelligendum est,quasi non debeamus venialia sacerdotibus cõfiteri: sed quia nõ ita necessariũ est ea sacerdotibus confiteri,sicut mortalia. [*Et orate pro inuicem vt saluemini.*] Hoc nãque exigit charitas, qua proximorum tenemur desiderare & procurare salutem, quẽadmodum propriam. ¶Oratio quippe desiderij est interpres. Hinc Christus orationem quam docuit,in plurali formauit , insinuans vt pro proximis sicut pro nobisipsis oremus:ita,vt interdũ eadem oratio pro se aliisque fundatur:interdũ verò oret quis,nũc

Ecclc.7. Psalm. 37. Rom.9. 2.Cor.7.

Prouer.17.

Grego.

Tobiæ. 3.

Sacramenta euangelicę legis qd præstent. Vnctionis extremæ necessaria.

Epist.

Mat.6.

pro aliis:& præsertim pro communi bono ecclesiæ,pro reformatione eius in omnibus, pro parentibus, propinquis,cõmissis & benefactoribus,pro cunctis fidelibus defunctis,pro viuis ac mortuis,pro vniuersorum salute,& infidelium conuersione. Qui enim pro omnibus orat, particeps est omnium bonorum quæ fiunt:& bonum quãtò communius,tantò diuinius perhibetur. Hinc debet vnusquisque orationes aliorum humiliter ac feruenter appetere,& eos vt pro se orent rogare. Quò enim alios humilius atque feruentius vt pro nobis orent rogamus,eò capaciores efficimus fructus orationis illorũ. Potissimè tamẽ hominum deuotorum & notabiliter virtuosorum est appetenda oratio. Propter quod subditur, [*Multum enim valet deprecatio iusti assidua*] Iustus nanque est dei amicus,eiúsque filius adoptiuus,& ei consimilis atque amabilis. Siquidẽ iustus dominus,& iustitias dilexit. Amicorum autẽ est eadem velle & nolle. Idcirco scriptum est,Oratio iusti penetrat cælos. Itémque, Voluntatem timentiũ se faciet,&c. Et bene ait Apost.quòd assidua iusti oratio valeat multũ,seu magni vigoris ac meriti seu præcipuæ exaudibilitatis sit apud deum:quia vna conditio ad orationis exaudibilitatẽ requisita est, vt sit perseuerans. propter quod ait Saluator,Oportet semper orare,& non deficere.¶porrò orationes ministrorum ecclesię, quãuis inuistorum,tamen in persona ecclesiæ fusæ quandam efficaciam sortiuntur pro plebe. Quod autem multũ valeat iustorũ oratio, probat exemplo [*Helias homo erat,similis nobis, passibilis*].i.mortalis,qui & timore mortis fugit à facie Iezabel, [*Et oratione orauit*] ista est proprietas idiomatis Hebræorum per talem ingeminationẽ effari:sicut in Esaia,Dissipatione dissipabitur terra,agitatione agitabitur terra,confractione confringetur terra. Vel ideo ait,oratione orauit:quoniã vna oratione impetrauit,quod subditur: vt Beda hic loquitur. Itaque oratione orauit[*Vt non plueret super terram*]decem tribuum Israël,propter eorum facinora,videlicet idololatrias regis eorum,& ipsorum. Hoc enim orauit Helias zelo iustitiæ,vt per aduersa traherentur à vitiis vexatione edocti[*Et non pluit annos tres & menses sex*]Ista historia 3.Reg.7. 3.Regum diffusè describitur.[*Et rursus orauit,et cælum dedit pluuiam.*]Cũ enim vidisset eos humiliatos & nimis afflictos, condoluit eis, orans deum vt pluuiam condonaret [*Dedúque cælum pluuias*].i.sua virtute influentiali concurrit ad hoc [*Fratres mei,si quis ex vobis errauerit a veritate*].i. aliquis vestrũm à fidei rectitudine,aut à veritate doctrinæ,vitæ,siue iustitiæ declinauerit[*Et conuerterit quis eum*]per veram informationem,c haritatiuam exhortationem,iustam increpationem,fraternam correptionẽ[*scire debet,quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ*].i.à via perditionis,ad viam salutis,seu obseruantiam præceptorum,reduxerit, [*Saluabit animan eius a morte*].i.à condemnatione gehennæ, quæ est mors æternæ miseriæ,animam peccatoris cõuersi præseruabit ac eruet. Reuocando enim eum à culpa,eruit eum à pœna perpetua.,[*Et operit multitudinem peccatorum*].i.peccata peccatoris conuersi facit sic regi,vt à iudice summo non videantur ad condemnandum. Nempe per hoc,quòd peccatorem ad contritionẽ & emendationem inducit,cooperatur ad remissionem culparũ illius,quæ remissio est peccatorum opertio siue tectio,vel deletio:iuxta illud,Beati quorum remissæ sunt iniquitates,& quorum tecta sunt peccata. Ali qui textus habẽt,Saluabit animam suam à morte. Quia qui alium ex charitate admonet, corripit & conuertit,sibiipsi maximum præmium promeretur, & charitatis suę feruore quotidiana & propria sua incendit peccata,dimittuntúrque ei. Imò & præteritorum suorum excessuum obtinet remissionem quantùm ad pœnã,omnino aut partim,secundum quod charitatis feruor fuerit in eo maior aut minor. Idcir co in Prouerbiis scribitur,Vniuersa delicta operit charitas. Et princeps Apostolorum,Charitas,inquit, operit multitudinem peccatorum. Idcireo de beatissima Magdalena locutus est dominus, Dimissa sunt ei peccata multa,quoniam dilexit multũ. Veruntamen si quis impiè viuens,non agens quod docet,prędicare pręsum pserit,& prædicando quosdam quasi conuertens, sua peccata sibi indulgeri non promeretur. Imò grauius peccat,& suas transgressiones multiplicat, prædicationis officium indignè exercens. ¶Ex præinductis demũ sancti apostoli Iacobi verbis docemur,quàm salubre & magnum sit apud deũ, peccantes fraternè corripere,piè instruere,charitatiuè conuertere. Nam vt D. Dionysius fassus est,Omnium diuinorum diuinissimum est deo cooperari in conuersione iniquorum ad eum . Atque vt asserit Augustꝰ. Ille in charitate dei est perfectior,qui ad eius amorem plures cõuertit. Gratissimúmque deo sacrificium,zelus est animarũ. Et sicut Christus grauiorẽ pati non potest persecutionem, ꝙ vt quis verbo aut exemplo animas suo sanguine liberatas,ab ipso auertat:sic amplioré honorationem ei impẽdere nõ valemus,quàm animas deuiantes cõuertendo ad ipsum. Fraternam ergo correptionem ad quam omnes tenentur,inquantũ est charitatis effectus,efficaciter ac discretè cũ omni feruore & humilitate exerceamus, errantes & lapsos erigamus pro posse & informemus, talitérque viuamus,& tam timoratè ac fructuosè iugiter conuersemur,vt alios corripere,informare,conuertere simus idonei. Nec verbis dũtaxat, sed oratione quoque & exemplo,pro aliorum conuersione conemur. Imò pro illis oremus instantius, quos incorrigibiliores conspicimus. Deficiente quippe humana virtute, ad omnipotentis auxilium seriosius est confugiendum. ¶Postremò , vt in Ecclesiastico scriptum est , Vnicuique deus mandauit de proximo suo,vt eripiat eum ab omni iniquo. Errori quoque cui non resistitur,consentitur . Zelo ergo diuini honoris ac fraternæ salutis simus semper accensi . Cúmque anima sit incomparabiliter corpore præstãtior,& æterna fœlicitas omni temporali sanitate inæstimabiliter desiderabilior,infernalísq; mors omni corporali prẽsentis vitæ languore formidabilior: propterea incõparabiliter solicitiores operosiorésque simus pro conuersione & salute animarum errantium proximorum,quàm pro curatione corporum aut releuamine corporalium incommodorum illorum, vt sit in omnibus nostra charitas ordinata. Nec dubium,quin omnia ista ad prælatos ac præsidentes potissimè spectent. Omni igitur modo possibili pro propria ac proximorum laboremus salute. Ad laudem & gloriam omnipotentis, qui est super omnia deus sublimis & benedictus,Amen.

Psal.10. Eccle.35. Psal.144 Luc.18.

3.Re. 19.

Psal.31.

Proue.10. 1.Petri.4. Lucæ.7.

Dionysius Augustꝰ. Gregor,

Eccle.17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. DIONYSII CARTHVSIANI
IN PRIMAM EPISTOLAM BEATI PETRI
Apostoli, Enarratio.

Cap. 1. [*Petrus apostolus Iesu christi.*] Artic. 1.

Ioan.21. Galat.2. [*Petrus apostolus Iesu Christi*] Quamuis princeps pastorum vnigenitus dei Iesus Christus, increata & æterna sapientia dei patris, gloriosissimum Petrum toti & vniuersali prætulerit militanti ecclesiæ, plenum, summum ac generalem suum vicarium constituens eum in terra, dicendo, Pasce oues meas, nihilominus dicitur sacratissimus Petrus specialiter Iudæorum fuisse apostolus: iuxta illud ad Galatas, Qui operatus est Petro in apostolatum circuncisionis, operatus est & mihi inter gentes. Quemamodum enim Iacobus constitutus est Hierosolymitanorum Christianorum primus episcopus: sic Petrus omnium in Iudæa, Samaria, Galilæa, ac alibi Iudæorũ institutioni, conuersioni, gubernationi fuit specialiter desuper deputatus atq; intentus. Hinc, vt apostolatus sui officiũ dignè prosequeretur, duas cõuersis Iudæis scripsit epistolas. Itaq; in primæ suę epistolæ ait exordio, Petrus apost. Iesu Christi. Porrò in exordio secũdę suæ epistolæ ait, Symon Petrus. Cur ergo non exprimit nomen suũ vtrunq; in principio huius epistolæ, quemadmodũ in illius? Et cur in vtriusq; initio vocat se Petrum, magis quàm Symonem? An forsan quia hoc nomen Petrus dulcius sapuit sibi, & magis gloriabatur de illo in domino, eò quòd dñs Christus illud Marc.3. proprio sibi imposuerit ore, Tu es (inquiens) Petrus. Tamen, vt in Marco legitur, hoc nomen imposuit ei Christus in monte, quando ordinauit duodecim apostolos. Deniq; cum petrus princeps apostolorũ esset, hoc humilitatis fuit, quòd se simpliciter nominauit apostolũ. Itaq; Petrus Christi apost. scribit, [*Electis aduenis*] secundum Bedam, Aduenę latinè, græcè dicuntur proselyti, quo nomine appellabant Iudæi eos, qui ex gentilitate ad iudaismũ erant cõuersi: sicut iam nuncupantur neophyti, qui infidelitate relicta, ad Christianismũ conuertuntur. De illorum autẽ aduenarũ seu proselytorũ numero fuerũt nõnulli qui in die sacratissimo pẽtecostes, petro prędicãte, crediderũt in Christũ. Iuxta illud Actuũ, Iudæi quoq; & proselyti. His ergo secundũ Bedã, scripsit petrus ambas suas epistolas, quod etiã Glossa ac alii protestãtur. Veruntamen verius reor, quòd nõ eis duntaxat, sed vniuersis Iudæis ad Christũ conuersis scripsit: quẽadmodũ Iacobus: siue ante susceptionẽ iudaismi fuerũt gẽtiles, siue nõ. Omniũ nãque G gñaliter habuit curã, charitatẽ, & prælationem. Indiguerũntq; oẽs exhortatione, institutione, & cõsolatione summi Apostoli. ¶ Deniq; aduenæ non solũ dicuntur proselyti, cũ. 1. paralipomenon sanctus Da 1.Par.29. uid loquatur ad dñm, peregrini sumus corã te & aduenæ, sicut oẽs patres nostri. Et psalmista, Ne Psal.38.ileas (inquit) quoniã aduena ego sum apud te. Omnes etenim Christiani viatores & aduenę vocãtur, quia Heb.11. ad verã & cęlestem atq; perpetuã patriã tendũt, & in sæculo isto tanq; in exilio, in terra aliena, in via lachrymarũmq; valle degunt. prout ad Hebræos loquitur paulus de veteribus sanctis, Iuxta fidem defuncti sunt omnes, nõ acceptis repromissionibus: sed eas à longe aspiciẽtes & salutantes & confitentes, quia peregrini & hospites sunt super terrã: qui enim hæc dicunt, significant se patriã inquirere. Igitur iuxta hanc aduenæ significationẽ, sanctissimus princeps apostolici ordinis, vniuersos ex Iudaismo ad Christũ conuersos vocat aduenas. i. in sęculo isto pegrinos, viatores & exules. Iuxta illud ad Hebręos, Heb. 13. Non habemus hic permanentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Et rectè sic nominat eos, vt implicitè commoneat eos, non iuxta consuetudinem legis Mosaicæ, terrena bona, sed cælestia præmia expectare, appetere, atque accedere. ¶ Vocat quoque eos electos aduenas, quia præ cæteris ad Euangelicæ Esa.10. Roma.9. legis fidem & gratiam erant diuinitus præordinati, vocati, perducti. Erant siquidem de electis illis reli- Rom.11. quiis, de quibus Esaias prædixit, Si fuerit numerus filiorum Israël quasi arena maris, reliquiæ ex eis salua fient. De quibus ad Romanos inter cætera dicitur, Reliquiæ secundum electionem gratiæ dei saluæ factæ sunt. Itaque electis aduenis [*Dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithiniæ*] id est dispersionis factæ per regiones hic nominatas, quæ pertinebant ad Græciam secũdum Bedam & Glossam. Iudæi quippe extra fines propriæ terræ erant per totum mundum dispersi, quorum multi in præfatis prouinciis, scilicet ponto, Galatia, & cæteris, habitabant, & quidam eorum ad tempus in Hierusalem morabantur. Cũmque credidissent, tandem à Iudæis incredulis sunt expulsi, Stephano lapidato, vt legitur Act. 7. in Actis. ¶ porrò quod sequitur, secundum præscientiam dei patris, refertur ad illud, electis aduenis: quia electi fuerunt secundum præscientiam, id est prædestinationem dei patris, vtpote omnipotentis Deut.32 ac sapientissimi creatoris, qui est deus vnus ac trinus: de quo in Deuteron. habetur, Nũquid non ipse est pater tuus qui possedit te, & fecit & creauit te? Itaque electis aduenis, secundum præscientiam dei, hoc est, secundum quod à deo prędestinati fuerunt, seu præordinati ad vitam gratiæ in præsenti, & ad vitã gloriæ in futuro, qui etiam vnum ad maiorẽ beatitudinem pręordinauit, quàm alium. Sumitur ergo hoc Rom.8. loco electio, pro prędestinatione, quemadmodũ etiam ad Rom. vbi dicitur, Quos præsciuit & prędestinauit conformes fieri imaginis filij sui. In generali autem modo loquendi pręscięti refertur ad reprobos, qui idcirco vocãtur pręsciti, hoc est ad damnationem seu dãnari præcogniti. Præcognitio enim electorum ad gloriam, propriè prædestinatio appellatur. propterea nomen præscientię reprobis deputatur [*in sanctificationem spiritus*] vel, vt aliqui textus habent, in sanctificatione spiritus, [*in obedientiam & aspersionem sanguinis Iesu Christi*] & condependent hæc omnia sibiinuicem & ad superiora, vt sit sensus,

A Electis aduenis secundum præscientiam dei patris tendentem in sanctificationem spiritus id est ad hoc vt electi per gratiam spiritus sancti purgentur ab omni peccato, atque virtutibus decorentur, quod primò fit in baptismo. Ista autem sanctificatio est prædestinationis effectus, & appropriatur spiritui sancto, eò quòd propriè opus sit charitatis, pietatis, & liberalitatis, quæ spiritui sancto appropriantur. Tamen quod dicitur, spiritus, posset referri ad spiritum creatum, vt pote animam rationalem, quæ in baptismo sanctificatur, & propriè est gratiæ ac virtutis subiectum. Si verò legatur in sanctificatione spiritus, sensus est, quòd præscientia dei circa electos in præfata baptismali sanctificatione, tanquam per suum effectum est declarata. Vel sensus est iste, quòd præfati aduenæ fuerũt electi secundum prę scientiam dei in sanctificatione spiritus, id est per hoc quod à spiritu sancto sanctificati sunt in baptismo, manifestata est à deo eorum electio. Et quia sanctificatio baptismalis ordinatur ad hoc, vt baptizati de cætero viuant iuxta euangelium Christi, obediendo eius præceptis: hinc additur, in obedientiam Iesu Christi. Interponitur tamen hoc verbum, & aspersionem sanguinis: quia baptismus, sicut & cætera sacramenta, à Christi passione, suam sortitur virtutem: & ita fideles suscipiendo baptismum aut cætera sacramenta, sanguine Christi spiritaliter asperguntur ac perfunduntur, per hoc quod meriti passionis Christi fiunt participes, cuius meriti effectus est sanctificatio iam præfata. Vnde per sacramenta ecclesiæ meritum passionis Christi dicitur hominibus applicari, hoc est, diuinitus communicari seu imperti. Propter quòd in Apocalypsi asseritur, Christus dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sangui- Apoca.1: B ne suo. Sicque quod Apostolus ait in aspersionem, dicit iuxta consuetudinem veteris testamenti: in quo quæ sanctificanda erant, hostiarum sanguine aspergebantur. Denique quod ait, in aspersionem sanguinis Christi, sic potest intelligi, Quoniam Christus præcepit vt fideles suum in sacramento accipiant sanguinem. Ait enim, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. [*Gratia vobis et pax multiplicetur.*] Duplex ponitur gratia, scilicet gratum faciens, & gratia gratis data. Gratia gratum faciens, est habitus supernaturalis, infusus, essentiam rationalis animæ immediatè perficiens, & eam in esse supernaturali, deo accepto, atque ad promerendum vitam æternam idoneo, ponens. Quemadmodum enim ad operationes naturales exercendas, fit homo idoneus per formam substantialem ac naturalem, seu animam rationalem: ita ad actiones meritorias deo acceptas, fit homo potens, dignus & aptus per formam hanc supernaturalem, videlicet gratiam gratum facientem. Et sicut necesse est, vt antequam homo operetur naturales operationes, constituatur in esse naturali specifico: sic antequam faciat actiones meritorias, oportet, vt in quodam supernaturali esse ponatur: quod directè ac primo per gratiam gratum facientem efficitur. Est autem hæc diuinæ essentiæ quædam supernaturalis similitudo, & luminis glorię inchoatio, ac omnium meritoriarum actionum fontana origo, ramificans in habitus virtutum atque donorum. Quidam verò putant, hanc gratiam realiter idem esse, quòd virtutem infusam, potissimè charitatem: sed prætacta positio verior subtiliorq́ue censetur, imò & diuini Dionysij documentis conformior, prout Thomas inducit. Indigemus ergo in primis hac gratia, quoniam actiones nostræ deo acceptæ & meritoriæ nequeunt esse, nisi primò nosipsi simus deo accepti, quod per gratiæ huius infusionem consequimur: per quam & deo supernaturaliter assimilamur atque amabiles reddimur. Idcirco scriptum est, Respexit deus ad Abel, & ad munera eius. ¶ In quibus verbis pensandum est, quod primò dicitur deus respexisse ad Abel, deinde ad Gene.4. munera eius.

¶ Porrò gratia gratis data, propriè dicitur supernaturale donum, pro aliorum vtilitate alicui desuper 1.Cor.12 datum, dicente Apostolo Paulo, Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Veruntamen gratia gratum faciens & gratia gratis data frequenter extensius, quàm nunc dictum est, accipiuntur: ita vt omnis habitus virtuosus, omnis virtus infusa, omne donum spiritus sancti, loquendo de septem donis, omnisque actus meritorius, gratia gratum faciens apelletur, & quicquid ad gratiam sic acceptam atque ad salutem disponit & confert, gratia gratis data vocetur. Orat ergo princeps apostolorum, vt gratia nobis multiplicetur, quod est multipliciter infundatur, augeatur, & conseruetur: quatenus in vtraque gratia concrescamus, ac perficiamur à domino: cuius directione, ope, & exercitatione, assistentia, & conseruatione, incessabiliter indigemus. Non enim sufficientes sumus cogitare aliquid ex nobis 2.Cor.3. D quasi ex nobis: sed deus est, qui operatur in nobis & velle & perficere. Cui loquitur Esa. Omnia opera Esaię.26. nostra operatus es in nobis. Siquidem in omni actione meritoria exequenda, seu producenda, egemus actuali motione spiritus sancti: quæ etiam motio, excitatio, siue vibratio nomine gratiæ hoc loco potest intelligi. ¶ Præterea orat archiapostolus, vt pax nobis multiplicetur, id est abundanter ac multipliciter Pax duplex. diuinitus detur, & conseruetur, videlicet pax pectoris, quę est tranquillitas mentis in deo, pax temporis, quæ est quies ab exterioribus impugnationibus: & pax æternitatis, quæ est tranquillissima quies beatorum in patria, imperturbatumq́ue gaudium eorum in deo. Quantumcunque autem forinsecus impugnemur aut corporaliter molestemur, semper tamen pro posse conemur pacem pectoris conseruare, vt tranquilletur in deo cor nostrum, & spiritaliter gaudeat in aduersis. De qua pace ait Psalmista. Pax multa diligentibus legem tuam. Qui enim diuinæ legis præcepta amorose custodiunt, mentis inquietudinem vincunt in omni euentu, in prosperis scilicet & aduersis in deo se figunt, ac bene agendo gloriantur in domino: estq́ue in eis corpus subditum animæ, sensualitas rationi, ratio deo, ex qua optima ordi- Psal.118. natione consurgit, & manet in eis pax pectoris, quę ab Augustino vocatur tranquillitas ordinis. De qua Esaię. 12. Esaias prophetauit, Erit opus iustitiæ pax. Ad quam hortatur nos Paulus ad Romanos dicendo, Iusti- Roma.8. ficati ex fide, pacem habeamus ad deum.

¶ Consequenter beatissimus petrus incipit epistolæ suæ narrationem siue tractatum [*Benedictus deus, et pater domini nostri Iesu Christi.*] Deus altissim⁹ & æternus dicitur benedictus, quoniam in seipso verissimè Epistola.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sanctus, glorioſus, atque perfectus eſt, omni laude, & honorificentia ſuperdigniſsimus, totiuque benedictionis, hoc eſt, omnis gratiæ omniſque boni collator & conſeruator. Itaque benedictus deus, id eſt in ſeipſo æternaliter ſanctus eſt, & benedicatur, laudetur, ac honorificetur ab vniuerſis. De quo in Daniele legitur, Benedictus es domine deus patrum noſtrorum, & laudabilis & ſuperexaltatus in ſæcula. in Eccleſiaſtico quoque, Benedicentes dominum, exaltate eum quantùm poteſtis. Maior eſt enim omni laude. Exaltantes eum replemini virtute, ne loboretis. Non enim peruenietis. Præterea quod ait, benedictus deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, ad eandem poteſt referri perſonam: vt pater æternus dicatur deus Chriſti ſecundum ſuam humanitatem, & pater ipſius ſecundum ipſius deitatem, & generationem æternam. Vnde & Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam locutus eſt, Aſcendo ad patrem meum, & patrem veſtrum, deum meum, & deum veſtrum. Rurſus quod ait benedictus deus, ad totam ſuperbenedictam poteſt trinitatem referri, quæ eſt vnus omnium deus, creator, ac dominus [*Qui ſecundum magnam miſericordiam ſuam*] quæ verè immenſa eſt & naturalis proprietas eius: cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere [*Regenerauit nos in ſpem viuam*] id eſt ſpem æternæ ſalutis formatam, ſeu charitate ornatam nobis infudit, quando nos ſpiritualiter regenerauit in fonte baptiſmatis, ſeu in conuerſione noſtræ mentis ad eum, & infuſione gratiæ ſpiritalis. De qua regeneratione ait Chriſtus, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum dei. Vel ſic, Regenerauit nos in ſpem viuam, id eſt per infuſionem gratiæ nos ſpiritualiter regenerando, infudit & contulit nobis efficacem fœlicitatis æternæ fiduciam. Fides enim, ſpes, & charitas, infuſioni gratiæ ſeu ſpirituali regenerationi inſeparabiliter ſunt connexæ [*Per reſurrectionem ieſu chriſti ex mortuis*] id eſt per fidem & manifeſtationem reſurrectionis Chriſti, quia reſurrexit de loco & numero mortuorum. Nempe per hoc quod deus pater ſuſcitauit Chriſtum à morte, & ſuæ reſurrectionis fidem, & declarationem nobis donauit, & largitus eſt cunctis fidelibus ſpem plenæ glorificationis in anima & corpore. Quoniam caput membra ſequuntur, & dominum ſerui. Per reſurrectionem etiam Chriſti recuperata fuit fides in eius diſcipulis, quam in ſua perdiderant paſsione. Hinc ait Albertus Chriſtus eſt caput noſtrum, de ratione autem capitis eſt influere ſenſum ac motum in membra. Cùm ergo Chriſtus reſurrexerit, oportet nos ſuæ reſurrectionis eſſe participes. Cum enim eiuſdem naturæ ſint caput & membra, oportet quòd ſicut Adam peccante omnes cecidimus, quoniam ipſe fuit principium totius noſtræ corporalis originis: ſic Chriſto reſurgente omnes reſurgamus, cùm ipſe ſit caput atque principium totius noſtræ ſpiritualis regenerationis. Hinc ad Corinthios ſcribit Apoſtolus, Quoniamquidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum. Et ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. De hac etiam loquitur Thomas in tertia parte Summæ ſuæ. In omni genere primum eſt cauſa ſecundorum in eodem genere, ſicut primum lucidum eſt cauſa lucis in aliis. Cum ergo ſit Chriſtus ptimitiæ reſurgentium, & primus propria virtute reſurgens ex mortuis, conſtat quòd eius reſurrectio cauſa ſit noſtræ reſurrectionis, cauſa, inquam, ſecundaria, inſtrumentalis, & exemplaris. Paſsio quoque Chriſti eſt cauſa meritoria noſtræ reſurrectionis, ſed omnipotentia ſuæ diuinitatis eſt cauſa prima principalis & eſſentialis reſurrectionis noſtræ, tam ſpiritualis quàm corporalis. Hinc dicitur ad Romanos, Mortuus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. vt ſcilicet conuerteremur & crederemus in eum, quòd niſi ipſe reſurrexiſſet, non feciſſemus. Regenerauit itaque nos in ſpem viuam, per Chriſti reſurrectionem, [*In hæreditatem incorruptibilem*] id eſt ad hoc, vt per fidem & ſpem viuam obtineamus poſt vitam præſentem hæreditatem cæleſtem, quæ eſt beatitudo æterna, in quam tendit ſpes tanquam in obiectum, hæreditatem inquam incorruptibilem, quia perpetua eſt, vt pote beatifica viſio dei, ac plena eius fruitio, quæ indeſinenter permanet vna & eadem numero. Nam quantùm ad illam, non erit in beatis cogitationum ſeu cognitionum aut appetitionum ſucceſsio, nec volubiles erunt apprehenſiones noſtræ quantùm ad id quod eſt de eſſentia fœlicitatis. De qua ait Pſalmiſta, Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas domini. De qua Eſaias & Paulus fatentur, Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt quæ præparauit deus diligentibus ſe. Cum enim per Chriſti incarnationem, & cætera eius myſteria ſimus effecti filii dei adoptiui, competit nobis ex gratia dei ius aliquod in participatione hæreditatis ſupernæ, iuxta illud ad Romanos, Si autem filij & hæredes, hæredes quidem dei, cohæredes autem Chriſti. Vnde ad Corinthios ſcribit Apoſtolus. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. [*Et incontaminatam*] quoniam nulla impuritas culpæ, præſtatæ fœlicitati miſcetur: nec poteſt quis cœleſte ingredi regnum, niſi plenariè expurgatus, ſiue in ſæculo iſto, ſiue in purgatorio. Propter quod in Apoca. aſſeritur, Non intrabit in illam, videlicet ciuitatem cæleſtem aliquid coinquinatum. In participatione autem terrenę hęreditatis iniuſtitia ſæpe contingit. Sic verò in participatione cœleſtis hęreditatis non erit, quia non datur niſi purgatis ac dignis [*Et immarceſsibilem*] núquam enim inueteratur, aut ſui decoris minorationem illabitur, imò iugiter ęquè pulcherrima ac ſplendidiſsima perſeuerat: de qua illud Sapient. verificatur, Clara eſt, & quæ nunquam marceſcit ſapientia [*conſeruatam in cœlis*] id eſt in cœleſti paradiſo paratam [*in vobis*]. i. ad veſtram remunerationem, vt vobis pro premio meritorum veſtrorum communicetur. De qua in Ioann. ait Saluator, Pater quos dediſti mihi, volo vt vbi ego ſum, & illi ſint mecum, vt videant claritatem meam quam dediſti mihi. In Apocalypſi quoque, Qui vicerit. dabo ei ſedere mecum, in throno meo: ſicut & ego vici, & ſedi cum patre meo in throno eius. Hinc loquitur Paulus, Repoſita eſt mihi corona iuſtitię. In Geneſi quoque dominus ait ad Abraham, Ego protector tuus, & merces tua magna nimis. De qua rurſus in euangel. dominus conteſtatur, Vende omnia quę habes, & da pauperibus, & veniens ſequere me. Et habebis theſaurum in cœlo, [*Qui in virtute dei*] id eſt ab omnipotentia creatoris [*Cuſtodimini*] id eſt

Daniel. 1. Eccle. 41.
Ioan. 20.
Ioan. 3.
Ephe. 5.
1. Cori. 15.
Roma. 4.
Pſal. 126. Eſa. 64. 1. Cori. 2.
Rom. 5. 1. Cor. 15
Apoc. 11.
Sapient. 6.
Ioan. 17. Apoc. 3. 1. Tim. 4. Gen. 15 Matth. 19.

A ab aduerſariis veſtræ ſalutis protegimini, atque in bonis conſeruamini, vt perſeueritis vſque in finem. Cuſtodimini autem [*Per fidem*] quæ eſt fundamentum virtutum, ac totius ſpiritualis ædificij, ac promerendi principium. Ideirco per eam tanquam per ſuæ omnipotentiæ effectum, ac donum & inſtrumentum cuſtodit nos Deus, ita, quòd Deus eſt noſtræ cõſeruationis atque protectionis cauſa efficiens principalis: fides autem cauſa formalis ac inſtrumentalis. Nam iuſtus ex fide viuit, & ſine ea impoſsibile eſt placere deo. Fides quoque, (vt Ioannes ait Apoſtolus) eſt victoria noſtra, quæ vincit mundum. Cuſtodimini ergo per fidem [*In ſalutem*] adipiſcendam, id eſt ad hoc vt ſalutem conſequamini ſempiternam: ſicut ait Apoſtolus Paulus, Quia qui cœpit bonum in vobis, perficiet illud vſque in diem Chriſti. Et propheta, Cuſtodit, inquit, Deus omnia oſſa eorum, [*Paratam reuelari*] id eſt nobiſipſis manifeſtari, ac aliis propalari: de qua ad Romanos profertur, Non ſunt condignæ paſsiones, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis [*In nouiſsimo tempore*] id eſt in die finalis iudicii, quando electi glorificabuntur plenariè, & coram omnibus glorioſi apparebunt in anima & corpore, eorumque gloria reprobis innoteſcet, vt videntes quid perdiderunt, acrius affligantur. Tunc enim euidentiſsimè apparebit, quid interſit inter iuſtos & impios: & qualiter Deus diſcernat inter electos ac reprobos. Hinc per Malachiam dominus appertiſsimè loquitur, Conuertimini, & videbitis quid ſit inter iuſtum, & impium, & inter ſeruientem Deo, & non ſeruientem ei. Ecce enim dies veniet ſuccenſa quaſi caminus, & omnes ſuperbi & omnes facientes impietatem ſtipula. Et inflammabit eos dies veniens: & orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ, & erit ſanitas in pennis veſtris. Et ſalietis quaſi vituli de armento, & calcabitis impios.

B ¶ Præterea per hoc quod beatiſsimus Petrus ait, Qui in virtute dei cuſtodimini, innuit, quòd nemo propriis ac naturalibus viribus poſsit ſaluari, cuſtodiri, præualere, proficere aut mereri. Propter quod ait Pſalmographus, niſi dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ędificant eam. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, &c. Itemque, Cuſtodiens paruulos dominus. De quo iterum ſcriptum eſt, Quoniã dextera ſua teget eos, brachio ſuo defendet eos. Vnde in Eſaia fatetur, Ego dominus deus tuus, docens te vtilia, gubernans te in via qua ambulas. Hinc omni hora cum propheta toto corde oremus, A reſiſtentibus dexterę tuæ cuſtodi me vt pupillam oculi: ſub vmbra alarum tuarum protege me, à facie impiorum qui me afflixerunt. Nempe vt loquitur Hieremias, Non eſt in homine via eius, nec viri eſt vt ambulet, & dirigat greſſus ſuos. Hoc eſt etiam quod aſſerit Paulus, Non volentis neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei [*In quo die*] nouiſsimo [*Exultabitis*] id eſt tam cordialiter gaudebitis quòd interna iucunditas redũdabit copioſè in corpora veſtra. Vnde per Eſaiam loquitur Deus, Ecce ego declino in eos vt flumen pacis: & vt torrens inundans gloriæ gentium. Et videbitis & gaudebitis & lætabitur cor veſtrum [*Modicum nunc, ſi oportet, contriſtari*]. i. quamuis interim in hac vita oporteat parum affligi, & cauſas triſtitarum pati [*In variis tentationibus*] id eſt in perſecutionibus, infeſtationibus, impugnationibus,

C quas ab inuiſibilibus ac viſibilibus hoſtibus patiuntur electi. Per multas enim tribulationes oportet nos intrare in regnum cęlorum. Atque vt iterum Paulus ait Apoſtolus, Si ſuſtinemus, & cõregnabimus. Vnde in Ioanne ait Saluator apoſtolis, Et vos quidem nunc triſtitiam habetis: iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum: & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.

¶ Sed cum in tribulationibus ſit gaudendum, iuxta quod Iacobus dixit Apoſtolus, Omne gaudium exiſtimate, cum in tẽtationes varias incideritis, Salomon quoque qui dicit, Non contriſtabit iuſtum, quicquid ei acciderit: quomodo nunc ait ſacratiſsimus apoſtolici agminis ſignifer, Modicum nunc ſi oportet contriſtari? Et reſpondendum, quòd contriſtari accipit pro affligi, non pro inordinato mœrore, aut interiori dolore: ſed potius pro corporali moleſtatione, aut etiam interno contra tentamenta conflictu.

¶ Rurſus cum multæ ſint tribulationes iuſtorum: atque (vt tactum eſt) per multas tribulationes regnũ nos oporteat intrare cæleſte, cur ait, modicum contriſtari, præſertim cum in primitiua eccleſia grauiſsimæ fuerint Chriſtianorum perſecutiones? Reſpondetur quòd triplici ratione hoc agit. Primò, quia reſpectu futuri ſupplicij reproborum, modica eſt omnis afflictio vitæ præſentis, quæ etiam compæratione pœnarum purgatorij parua eſt. Secundò, quoniam æternę fœlicitatis reſpectu, permodica eſt tribulatio preſens, iuxta illud ſecundæ Corinthiorum, Id quod in preſenti eſt momentaneum & leue tri-

D bulationis noſtræ, ſupra modum inſublimitate æternæ glorię pondus operatur in nobis. Propter quod & Sapiens dicit, Iuſti in paucis vexati, in multis bene diſponentur. Tertiò, quoniam quicquid in hac vita patimur, modicum reputare debemus, reſpectu multitudinis ſque culparum noſtrarum ſi pro eis ſecundum diuinæ rigorem iuſtitiæ puniamur. Propter quod apud Iob de homine caſtigato, & deſuper illuſtrato inducitur. Dicet, peccaui, & veré deliqui: & vt eram dignus, non recepi. Et rurſus in eodem, Multo minora exigeris, quàm meretur iniquitas tua. Hinc in omni aduerſitate patientiſsimi eſſe debemus, & deo pro paterna caſtigatione gratias agere: iuxta illud Iudith, Non vleiſcamur nos pro his quæ patimur, ſed reputantes hæc ipſa ſupplicia peccatis noſtris eſſe minora, flagella domini, quaſi ſerui qui corripimur, ad emendationem, & non ad perditionem noſtram, eueniſſe credamus. Denique quàm fructuoſa ſit iſta aduerſitatum æquanimis longanimiſque perpeſsio, ſubditur [*Vt probatio fidei veſtræ*] id eſt fides veſtra aduerſitatibus exercitata, & per eas probata, firma & conſtans inuenta. Vel, probatio fidei veſtrę, id eſt patientia quam habetis in tribulationibus, per quas fides veſtra probatur ſeu examinatur, an maneat ſtabilis [*Multo preciоſior auro, quod per ignem probatur*] an verum ſit aurum [*Inueniatur*] à ſummo iudice [*In laudem, et gloriam, et honorem*] ita quòd cedat vobis ad laudem & gloriam, ac honorẽ [*In reuelatione ieſu Chriſti*] id eſt in die iudicij, quo Chriſtus omnibus apparebit, & qualis vnuſquiſque fuerit declarabit: quemadmodum ipſe teſtatur, Non eſt occultum, quod nõ manifeſtetur: nec abſcõditum, quod non cognoſcatur. Ideo ait Apoſtolus, Nolite ante tempus iudicare, quoaduſque veniat

Abac. 2. Hebr. 10. Hebr. 11. 1. Ioan. 5. Phil. 1. Pſalm. 33. Roma. 8. Malac. 4. Pſal. 126 Pſal. 114. Sapient. 5. Eſa. 48. Pſal. 16. Rom. 9. Hiere. 10. Eſa. 66. Act. 14. 2. Tim. 2. Ioan. 16. Iacob. 1. Prou. 12. pſalm. 33. Act. 14. 2. Cori. 4. Sapient. 3. Iob. 33. Iob. 11. Iudith. 8. Lucæ. 8, 1. Cori. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dominus,qui reuelabit abscõdita tenebrarum,& manifestabit consilia cordium.Sed quoniam omne bo E
1. Cor.10. num quod agimus,ad dei laudem & gloriam ordinare debemus,dicente Apostolo, Omne quodcunq; facitis in verbo aut opere, in dei gloriam facite. Sic quippe debemus proprium intendere ac quærere præmium,vt nos ipsos & quicquid boni spectat ad nos,aut conuenit nobis,ad dei gloriam & honorem finaliter ac principaliter referamus:cum ipse creator omnipotens sit vniuersorum vltimus finis,omnisque boni principium dator & conseruator & finis. Idcirco passus iste sic potest exponi, Probatio fidei vestræ multò preciosior auro inueniatur in laudem,& gloriam & honorẽ dei:qui de omni bono,quod procedit ab eo & agitur in hoc mundo,principaliter est laudandus & honorandus. Laudandus,verbis:
Lucæ.6. Glorificandus,admirationibus & magnificentiis cordis:Honorandus,operibus, & diuinorũ præceporum executionibus virtuosis.Deus quoque omnipotens laudem,gloriam& honorem fidelibus suis pro
Matth.8. Lucæ.12. eorum patientia,fide,meritisque rependit.Cum in euangelio Christus testetur,Qui me confessus fuerit
Ioan. 12. coram hominibus,confitebor & ego eum coram patre meo.Itemque,Si quis mihi ministrat,honorificabit eum pater meus,qui est in cælis.In Apoca.quoque,Esto fidelis vsque ad mortem,& dabo tibi co-
Apoc.2. Matth.23. ronam vitæ,In die verò iudicij dicet,Venite benedicti patris mei, possidete paratũ vobis regnum.Fru-
Lucæ.19. ctuoso quoque seruo dicturum se perhibet, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis,
Sapien.3. supra multa te constituam,intra in gaudium domini tui.Simus itaque in omni tentatione & tribulatio-
Psal. 65. ne constantes:& instar auri ex aduersitate inueniamur in omni sapientia ac virtute splendidiores. Quia F
vt Sapiens ait,Tanquam aurum in fornace,probauit electos dominus:& quasi holocausti hostiam,accipit eos.Ideo fatentur in psalmo,Transiuimus per ignem & aquam,& eduxit nos in refrigerium.
¶Præterea secundum glossam ex verbis Bedæ acceptam, patientia electorum & probatio fidei eorum,
Iacob.1. rectè auro comparatur.Primò,ob eius preciositatem. Nam sicut in metalis auro nihil inuenitur præstantius,sic patientia electorum deo est longè gratissima,& est omni laude apud eum dignissima.Siquidem parientia opus perfectum habet. ¶Secundò,propter auri claritatem. Sicut enim aurum rubigine
Matth.5. obfuscatum vile habetur, in ignem autem proiectum & inde eductum fulget, & preciosum censetur,
Prouc.17. ita bonorum constantia inter pressuras iniquorum contemptibilis reputatur,sed aduenięte hora iudicij præclarissima ostendetur, iudice ipso testante,Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiá,quoniam ipsorum est regnum cælorum.¶ Tertiò,propter auri expurgationem ac probationẽ, Quia quod facit lima gladio,baculus bladoignis auro:hoc confert tribulatio homini iusto. Idcirco in Prouer. scriptum est,Sicut igne probatur argentum,& aurum camino:ita corda probat dominus. Etenim quos in tribulationis igne fideles probauerit,hos in beatæ remunerationis iucunditate,tanquam placentissimam sibi oblationem,assumit,

¶Prosequutio huius capitis ab eo loco.[*Quem cum non videritis, diligitis.*] G Artic.11.

Consequenter prosequitur glorioſissimus Christianæ religionis vexillifer, sanctiſsimus Petrus,charismata gratiæ,fidelibus in præsenti collata,dona quoque glorię eis in futuro præstanda.[*Quem*] scilicet Iesum Christum[*Cum non videritis*]oculo corporali in hoc sæculo conuersantem. Vel si aliqui horum,quibus hęc scripsit,Christum corporaliter conspexerunt:non tamen ipsius deitatem clarè viderunt [*Diligitis*]amore infuso,qui charitas appellatur.¶Diligibilis est enim incomparabiliter(imò & infinitè)secundũ quod Deus. Deinde potissimè,inquantùm Saluator & maximus benefactor. Christus nanque secundũ quod deus. sicut infinitæ est bonitatis,ita & infinitæ amabilitatis.Et sicut secundum suam assumptam humanitatẽ, est præ vniuersis creaturis præclarissimæ sanctitatis & perfectionis, sic inquantùm huiusmodi est, post suam deitatem præ omnibus eximię diligibilitatis. Deinde summè amandus est nobis,propter sua beneficia ac promissa. Veruntamen nihil potest amari,nisi aliquo modo sit cognitum:cũ intellectiui appetitus obiectum sit bonum intellectum, id est per vim intellectiuam apprehensum, & aliquo modo notum.Vnpe & isti per fidem & scripturas nouerant Christum,& beneficia ac promissa ipsius [*In quem nunc quoque non videntes*]eius humanitatem oculo corporali,nec eius deitatem clarè per speciem oculo interiori H
Gala.5. [*credentes*]fide formata,quæ per dilectionem operatur[*Credentes autem*]Vel(vt alij,& vt videtur, melius habent)videntes exultabitis. Credentes quippe exultabunt, quia manendo in fide formata ad beatificã iucunditatem merebuntur pertingere.Qua iucunditate aduenięte ac data,excidet fides ac desinet,cùm ei succedat visio clara.Videntes verò Christum,suam deitatem clarè per speciem contemplando,electi exultabunt [*Lætitia inenarrabili*]id est tam ingenti,vt in vita hac comprehendi nequeat aut effari [*Et glorificata*]id est cosummata,quę desiderium electorum plenariè contentabit:iuxta illud Psalm. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo.Et,Satiabor,cum apparuerit gloria tua[*Reportantes*] id est adipiscentes, &
Psal.15. Psalm.16 pro laborum vestrorum mercede vobiscum ferentes[*finem fidei vestræ*] vt pote [*Salutem animarum vestrarum*[.i. fœlicitatem æternam,quæ est catholicæ fidei finis. Quia idcirco incomprehensibilia de deo iam credimus,vt ea in patria clarè intueamur.Sicut etiam ait Apostolo.Paulus,Videmus nunc per speculum in ænigmate:tunc autem facie ad faciem. Quæ visio, tota merces vocatur, & beatitudo completa,
1.Cor.13. Ioan.17. prout dicit Saluator,Hæc est vita æterna,vt cognoscant te verum deum.
¶Denique deò essentialiter & incircunscriptibiliter bonum clarè ac fruitiuè videre, ineffabiliter est iucundũ.Primò,propter ipsius pulchritudinẽ penitus infinitã.Nã quò aliquid pulchrius fuerit, eò ipsum videre naturaliter magis est iucundũ,Secũdò,propter ipsius cõuenientiam incõparabilem.Creator quip-

A pe omni menti creatæ bene dispositę incomparabiliter amœnus conueniensque consistit.¶Tertiò,propter immensam ipsius amabilitatem,virtuositatem, honestatem, sanctitatem & perfectionem. Honestum nanque & sanctum propria vi allicit appetitum.lætificátque cernentem. Imò ex sola fama vehementer diligimus, & videre optamus eos,quos sublimiter virtuosos,probos & sanctos esse percepimus. Incomparabiliter ergo desiderabilius ac delectabilius est, creatorem substantialiter sanctũ, virtuosum, probum,honestum,perfectum,clarè inspicere.¶Quartò,propter ipsius dilectionem, qua à beatis amatur.Quò enim aliquid amatur ardentius,eò videtur iucundius,si prosperè ei succedat.Quemadmodum ergo beati inæstimabili charitatis ardore diligunt deum in semetipso infinitè felicem: ita cum indicibili gaudio intuentur eundem,& eius beatitudini vehemẽtissimè congratulantur.Et sicut eum incomparabiliter amplius diligunt,quam seipsos:ita de eius increata felicitate incomparabiliter plus,quàm de collata eis beatitudine gloriantur. Imò mallent seipsos & totum vniuersum non esse, atque in nihilum redigi, quàm deum per vnum momentum beatitudine sua carere siue destitui. ¶ Quintò,propter ipsius sapientiam infinitam.Naturaliter siquidem cupiunt homines eos videre,qui mirabili sapientia præeminent,quantò magis iucundissimum est illum conspicere in seipso,cuius sapientiæ non est finis?¶ Iuxta Psal.144.
hunc modum possent & aliæ plurimæ rationes induci,cur inenarrabiliter delitiosum sit,deum clarè per speciem intueri.Vt pote,propter omnimodam & immensam eius excellentiam,in omnipotẽtia,opulen
B tia,omníque admirabilitate,dignitate,nobilitate,fama & gloria.Mundemus ergo animas nostras, & ad Matth.5.
tantam beatitudinem eas infatigabiliter præparemus.Beati etenim mũdo corde,quoniam ipsi deum videbũt[*De quæ*]animarum vestrarũ [*salute exquisierunt atque scrutati sunt prophetæ*]Sancti enim prophetæ ex diuina reuelatione nouerunt genus humanum per Christi incarnationem ac passionem esse saluandum,idcirco diligentissimè exquisierunt, & inuestigauerunt de ista salute & redemptione tunc fienda, nunc facta per Christum,quo loco & tempore,quomodo & ordinè Christus liberaret genus humanũ, & animabus fidelium conferret salutem.
¶Exquisierunt autem & inuestigauerunt de his multipliciter. Primò, rogando deum vt eis reuelaret aliquid de Christi mysteriis.Secundò,quæsierunt illuminationem de his ab angelis sanctis.Tertiò,poste riores prophetæ,vel minus illuminati,quæsierunt de his in libris præcedentium prophetarũ,vel ab ore
Daniel.9. vatum magis illuminatorum. Hinc etenim Daniel ait,In anno primo Darij, ego Daniel intellexi in libris numerum annorum,de quo factus est sermo dei ad Hieremiam prophetam, &c. Vnde & Simeon
Lucæ.2. iustus,qui & prophetiæ spiritu splẽduit,respõsum à spiritu sancto legitur accepisse:quia videlicet quotidie exorauit de Christi aduẽtu & tempore eius,certificari.Idcirco responsum est ei, quòd ipso adhuc viuente Christus nasceretur,atque ab ipso corporaliter videretur. Sic igitur sancti prophetæ de Christi mysteriis,& salute facta per ipsum exquisierunt ac prophetauerũt,prout diuersis diuersa à deo pẽr an-
C gelos reuelata fuerunt.Esaias nanque de Christi incarnatione,deitate,&sui matris virginitate:de Christi Esaiæ.7.9.
quoque miraculis,& passione ipsius, de Iudæorum excæcatione, gentium illuminatione, Euangelicæ .11.35.28.
legis per totum mundum diffusione apertissimè ac copiosissimè prophetauit.Dauid quoque de his om 66.
nibus in psalmis inclitè vaticinatus probatur.De quibus & Hieremias multa prædixit.Daniel verò tem Psal.18.
pus aduentus Christi præ omnibus clarius determinauit ac comparauit. Micheas verò,de loco natiui- 21.45.
tatis Christi plenius est locutus pluribus [*Qui de futura invobis gratia prophetauerunt*].i.de magnitudi- Daniel.9
ne gratiæ per Christum concessæ fidelibus. Vnde apud Ioannem habetur, Gratia & veritas per Iesum Hiere.25.
Christum facta est.Propter quod tempus Christi ac Euangelicæ legis,tempus gratiæ appellatur. Hinc 31.
ait idem iste archiapostolus,Omnes prophetæ à Samuel & deinceps, annunciauerunt dies istos. Et si- Miche.3.
cut idem sanctus Petrus allegat,Ioël propheta de eminentia gratiæ spiritus sancti per Christum donata, Ioan. 1.
prophetauit[*scrutantes*]non ratione humana,sed illuminatione diuina[*In quod vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi*]id est quo aut quali tempore spiritus sanctus reuelaret eis aduentum Christi esse Actu.3.
cõplendũ:an scilicet tẽpus illud adhuc longè distaret,& an deberet illud tẽpus esse tẽpꝰ pacis,an preliorum.¶Dicitur autem spiritus sanctus,spiritus Christi, non solùm quia quiescit in eo,sed quoniam verè æternaliterque ab ipso procedit.Quidam tamen per spiritum Christi intelligunt hic spiritum angelicũ,seu angelũ bonũ.Per angelos enim reuelationes propheticæ factæ sunt, vt diuinus Dionysius do- Dionysi.
D cet.Melius tamen per spiritum Christi spiritus sanctus accipitur, qui est principalis & primus reuelationum prophetalium inspirator,doctor & dator.
¶Porrò de isto tempore Christi multa in prophetis leguntur,vt per Aggeum loquitur Deus, Adhuc v- Agg.2.
num modicum,& ego mouebo cælum & terram,& veniet desideratus cunctis gentibus. Per Malachiã quoque,Ecce ego mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam,& statim veniet ad tẽ- Malac.3.
plum suum dominator,quem vultis. Abacuc quoque ait, Apparebit in finem,& non mentietur:si morãm fecerit,expecta eum, &c. Daniel autem clarissimè describit, Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum,&c. Quod verò tempore maximæ pacis Christus nasceretur, per Ysaiam & Micheam iisdem pene verbis est prophetatum,Conflabunt (inquit) gladios suos invomeres.Non leuabit gens contra gentem gladium.Vnde & in Hiere.habetur. In diebus illis saluabitur Iuda,& Israël habitabit confidenter.Quòd verò deficiente Iudęis rege,ac principe propriæ plebis,Christus veniet, Iacob patriarcha in Gen.prædixit. Non auferetur,inquiẽs,sceptrum de Iuda,& dux de fœmore eius,donec veniat qui mittendus est.Et ipse erit expectatio gentium.[*Prænuncians eas quæ in christo sunt passiones*]id est spiritus sanctus fuit prophetis prædicens, quæ & quanta pro hominibus pertulit Christus. Cuius passiones seu pœnæ, quas tolerauit, in Esaia atque in psalmis luce clarius descriptæ sunt .Prænunciauit etiam spiritus sanctus passiones,quę sunt in Christo,id est persecutiones & pœnas quas Chri Esaię.52.
stus in suis sustinet membris,hoc est, quas pro ipso sustinent sui fideles[*Et posteriores glorias*]id est spi- Psal. 21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rituſſanctus etiam fuit prædicens glorificationes Chriſti,& ſuorum membrorum,quæ glorię paſsionem Chriſti ſecutæ ſunt.Nam Chriſtus ſuæ paſsionis virtute promeruit ſibiipſi præmium magnum & multiplex accidentale,ſuis quoque fidelibus meruit glorificationem animarum& corporum.Propter quod ait Apoſtolus ,Humiliauit ſe,factus obediens vſque ad mortem . Propter quod & deus exaltauit illum & dedit illi nomen,quod eſt ſuper omne nomen.Denique poſteriores gloriæ Chriſti,ſunt eius à morte reſurrectio,in cælum aſcenſio,ſuæ maieſtatis per totum mundum prædicatio,quæ in Pentecoſte fieri cœpit,miſſo deſuper ſpiritu ſancto, eius quoque in die finalis iudicij coram omnibus glorioſiſsima manifeſtatio.De quibus omnibus prophetauerũt quàm plurima,ſancti prophetæ,vt facilè eſſet mõſtrare.Sed breuitati ſtudendum eſt. Præſertim cùm de his alibi copioſa teſtimonia ſint inducta[*Quibus*]puta prophetis[*Reuelatum eſt*]ab omnipotente[*Quia*]non ſibiipſis[*Vobis autem*] id eſt ſed vobis [*Miniſtrabant*]id eſt miniſterialiter atque propheticæ prædicebant [*Ea quæ nunc annunciata ſunt nobis*] videlicet myſteria Chriſti.Hoc eſt,tempus,locum & modum ſuæ incarnationis,natiuitatis,paſsionis,&c.Hęc enim non ſunt eorum,ſed veſtris temporibus adimpleta.Nec pro ſua,ſed pro veſtra ad Chriſtum cõuerſione,hæc eis diuinitus ſunt oſtenſa.Gratia quoque prophetiæ,cum ſit donum gratiæ gratis datæ,ad alios ordinatur vtilitatem ,ſicut & cætera huiuſmodi dona.Per hoc enim quòd ea quæ de Chriſto præ dicauerunt apoſtoli,prænunciauerunt prophetæ,patet veritas fidei Chriſtianæ.& multi ad Chriſtũ cõuerſi ſunt.Hinc in Actis dixit Beatus Petrus Iudæis,quibus principaliter prædicauit,*Pœnitentiam agite*, & baptizetur vnuſquiſque veſtrũm,& accipietis donum ſpiritus ſancti.Vobis enim repromiſsio hæc,& filij veſtris,& omnibus quoſcunque aduocauerit dominus deus noſter.Et rurſus,Vos(inquit)eſtis filij prophetarum & teſtamenti , quod diſpoſuit ad patres veſtros deus.Itaque iſta annũciata ſunt vobis annunciatione certiſsima[*Per eos qui euangelizauerunt vobis*]videlicet per me,cæterosq́ apoſtolos,ac primos Chriſti diſcipulos [*Spiritu ſancto miſſo de cælo*] . i. eis in die Pentecoſtes infuſo in viſibili ſigno,ita quòd non ſenſu humano,ſed ſpiritus ſancti inſtinctu infallibiliter prædicauerũt[*In quem*]ſcilicet ſpiritũ ſanctum[*Deſiderant angeli proſpicere*] per quod ſpũs ſancti deitasvera inſinuatur,quia in eum tãquam in in felicitatis ſuæ obiectum,cupiunt angeli intueri. Sed cum deſiderium ſit appetitus boni futuri nondũ adepti,quomodo angeli qui deo ſedulò ſunt intenti,& eo preſentialiſsimè perfruuntur ac vniuntur,dicuntur ſpiritus ſancti aſpectum deſiderare? Et reſpondendum , quòd in deſiderio ſolent duo intelligi. Primum eſt,appetitio boni futuri.Secundum eſt,faſtidium huiuſmodi boni iam diu poſſeſsi,vel vſq; ad ſaturitatem obtenti. Dicũtur ergo beati dei preſentiam,aſpectum inceſſabilem deſiderare, non inquãtũ deſiderium futuri boni appetitum includit,ſed prout faſtidium omne excludit amor adepti iã boni . Vt enim ait Gregorius,Corporales delitiæ cum non habentur,graue in ſe deſiderium accendunt:cum autẽ habentur , protinus per ſatietatem in faſtidium vertunt . Spiritales verò delitiæ cum non habentur ,in faſtidium ſunt:cumverò habentur,in deſiderium.Sicque in eis appetitus ſaturitatem,atque ſaturitas appetitum parit.Augent nanque ſpiritales delitiæ deſiderium in mente dum ſatiant . Porrò,quod dicitur, in quem deſiderant angeli proſpicere , Beda & gloſſa exponunt de Chriſto ſecundum ſuam humanitatem,cuius humanitatis tanta eſt gloria,vt angeli ſancti non ſolùm immortalem deitatis eſſentiam,ſed & aſſumptam verbi æterni humanitatem gaudeant intueri . Melius tamen iſtud de ſpiritu ſancto exponitur:ita,vt ſũmus Apoſtolus de ſpiritu ſancto dicens, In quem deſiderant angeli proſpicere,denotet immenſitatem pietatis diuinæ ſuper nos,eò quòd deus pater ſpiritum ſanctum, cuius tanta eſt maieſtas vt eum ſancti angeli cupiant intueri,miſit in terram propter generis humani ſalutem.

¶Circa præhabita ſcribit Albertus, Omnes prophetæ de Chriſto ſunt vaticinati . Chriſtus autem conſideratur dupliciter.Primò,ſecundum ſe vt eſt caput totius eccleſiæ.Secundò , quantùm ad eius eccleſiam,quæ dicitur myſticum corpus ipſius.Vaticinium ergo maiorum prophetarum totum fuit de chriſto,vt caput eſt noſtrum.Nam vaticinium Eſaiæ fuit de eius incarnatione: vaticinum Hieremiæ,de eius paſsione:vaticinium Ezechielis,de eius reſurrectione:vaticinium Danielis,de ipſius aſcenſione.Prophetæ verò minores vaticinati ſunt de corpore eius myſtico,quod eſt eccleſia. Ideo dicti ſunt prophetę minores,quia de myſtico corpore Chriſti,& non de chriſto capite prophetauerunt. Sed miror quòd tantus doctor,tamque ſubtilis repoſitor dicit hæc, quæ ſtare non valent,niſi forſitan valde piè extenuentur. In primis ergoꝙ ait,quòd totum vaticiniũ maiorum prophetarum fuit de chriſto,vt eſt caput noſtrũ,duplicem habet inſtantiam.Priorem,quia de Iudæorum,chaldeorum,philiſteorum,Moabitarum Ammonitarum,Aegyptiorum,aliarumq́ gentium diuerſarum exceſsibus,punitionibus, reparationibus multa prædixerũt prophetę.Poſterioré,quia de myſtico chriſti corpore,vt pote eccleſia , copioſè prophetauerunt. Vnde ſecundum Hieronymum vniuerſa Chriſti atque eccleſiæ myſteria, tam diffuſè Eſaias deſcripſit,vt non tam propheta , quàm euangeliſta dicendus ſit. Apoſtolus quoque Paulus in epiſtola ad Romanos multa allegat ex Eſaia de eccleſia ex gentilitate collecta. Inſuper ad Galat. allegat ex Eſaia de ipſa eccleſia,Lætare ſterilis,quæ non paris:erumpe & clama, quæ non parturis . Quæ verba apud Eſaiam ſecundum antiquam traſlationem habentur. ¶Præterea vltimam viſionem Ezechielis de templo difficillimam atque longiſsimam Hieron. Gregor. alij que doctores communiter exponunt de chriſti eccleſia.Quod autem ſecundò ait Albertus,vaticinium Eſaiæ eſſe de incarnatione,Hieremię de eius paſsione,Ezechielis de eius reſurrectione,Danielis de eius aſcenſione,nec præcisè nec appropriatè videtur poſſe ſaluari,quoniam Eſaias multò diffuſius vaticinatus eſt de chriſti paſsione quàm Hieremias,vtpatet in locis multis Eſaiæ.Et quod Albertus ex Ezechiele allegat de chriſti reſurrectione, videlicet de acceſsione oſsium ad oſſa,de chriſti reſurrectione, nequaquam ad literam dictũ eſt,nec verificatur de ea:quoniam corpus chriſti non fuit diſſolutum,nec caro eius vidit corruptionem, vt in Actibus docet ac probat princeps Apoſtolorum.Multa huiuſmodi poſſent cõtra hęc verba Alberti induci.

Philip.2. Actu.2. Actu.3. Actu.2. Gregor. Ephe.5. Carpit hic Albertum mag, Hierony. Roma.9. 10,11,12. Eſaię.54. Eſaiæ.53. Ezec.37. Actu.2.

¶Quod demum tertiò ait,minores prophetas nõ prophetaſſe de corpore Chriſti vero, ſeu capite Chriſti,ſed ſolùm de corpore myſtico,prorſus nil valet,nec canonicis concordat ſcripturis, cùm & Matthæus euangeliſta alleget ad literam illud Micheæ, Et tu Bethleem terra Iuda,&c. Eodem quoque capitulo allegat ſanctus Matthæus illud Oſeæ, Ex AEgypto vocaui filium meum. ¶Amplius per Zachariam de Chriſto ad literam , apertiſsimè eſt prædictum, Exulta ſatis filia Sion , ecce rex tuus venit tibi, &c. quod in Matthæo & Ioanne allegatur de Chriſto.¶Iterum de Chriſti reſurrectione prædictum eſt per Sophoniam & Oſeam.Paulus quoque apoſtolus ad Romanos de eccleſia inducit illud Oſeæ,Et erit in loco vbi dicitur eis,non populus meus vos: dicetur eis, filij dei viuentis. Et rurſus illud Oſeæ, Vocabo non plebem meam,plebem meam.Adhuc etiam de Chriſti aduentu,& repræſentatione eius in templo, apud Aggeum & Malachiam euidenter legitur prophetatum.¶Poſtremò,cur duodecim prophetæ dicantur minores prophetæ,dictum eſt alio loco.Nec enim illa eſt ratio,quam aſsignat Albertus. Imò ſi ritè penſetur , Zacharias de prophetis minoribus vnus,diffuſius ac euidentius ad literam vaticinatur de Chriſto,quàm Ezechiel prophetarum vnus maiorum. ¶Conſequenter princeps apoſto.hortatur fideles,ne gratiam ſibi diuinitus oblatam paruipendãt aut negligant,ſed ea ſe dignos exhibeãt [*Propter quod*] id eſt quia prophetæ non ſibi,ſed vobis annunciauerunt de Chriſto[*Succincti lumbos mentis veſtræ*]lumbi carnis, in quibus viget luxuria, partes ſunt corporis.Lumbi mentis ſunt intellectus, qui generat verbum:& voluntas, quæ parit amorem. Lumbos ergo mentis accingere, eſt intellectum à vanarum cogitationum fluxu, à diſtractionibus erroribúſque reprimere, & eum in captiuitatem redigere in Chriſti obſequium,vt ſubiectus ſit fidei.Voluntatem quoque ab inordinatis deſideriis coartare.Lumbos autem carnis accingere,eſt carnalia deſideria,& eorum carnales fœditates domare.Hinc ait & Chriſtus,Sint lũbi veſtri præcincti.Et Paulus ad Epheſ.State,inquit,ſuccincti lumbos veſtros in veritate. Itaque ſuccincti lumbos mẽtis veſtræ,id eſt rationem & voluntatem reformatas habẽtes,quatenus iuxta Pauli doctrinam non ſimus paruuli,fluctuãtes,nec circũueniamur omni vento doctrinæ[*ſobrii*]moderantiam in cibo & potu ſeruantes.Quẽadmodum iubet Saluator, Attendite vobis, ne grauentur corda veſtra crapula,vel ebrietate.[*Et perfecti*]non ſolùm amicos in deo,ſed & inimicos propter deum ſyncerè diligendo, eíſque bona pro malis reddendo:prout in Matthæo loquitur Chriſtus, Eſtote perfecti,ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt.Vel perfecti non ſolũ præcepta,ſed euangelica quoque conſilia adimplendo: iuxta quod & veritas ait,Si vis perfectus eſſe,vade & vẽde omnia quæ habes,& da pauperibus,& ſequere me.Multi autem ſunt gradus perfectionis.[*Sperate in eam quæ offertur vobis gratiam*] id eſt dona gratiæ,quæ Chriſtus in vita hac offert vobis,omnes ad pœniteniam & profectum hortando.Dona quoque gloriæ,quæ eſt gratia conſummata,iuxta illud apoſt.Pauli, Gratia dei vita æterna.Conſtanter confidite adipiſci,eáque obtinere ſatagite.Vnde & Paulus diſſeruit,Hortamur vos,ne in vacuum gratiam dei recipiatis.Et rurſus, Quomodo effugiemus,ſi tantam neglexerimus ſalutem? Porrò ſpes cùm ſit theologica virtus directè & immediatè habet deum pro obiecto , ſecundario verò reſpicit ea per quæ ad ſummum bonum perducimur & iuuamur . Sperate ergo in gratiam , & eam adipiſci confidite [*in reuelatione Ieſu Chriſti*]id eſt in manifeſta ipſius declaratione,cùm ſe vobis oſtenderit intuendum ſicuti eſt.In qua oſtenſione gratia cõſummata,ſeu ſalus veſtra,conſiſtit. Vnde apud Ioannem Chriſtus hanc ſui manifeſtationem promittit pro præmio,dicens, Qui diligit me,diligetur à patre meo,& ego diligam eum,& manifeſtabo ei meipſum. Denique,quia plenaria ſal⁹ in corpore,& anima in die iudicij tribuetur, poteſt quod dictum eſt,in reuelatione Ieſu Chriſti,referri ad natiuitatem,item manifeſtam apparitionem Chriſti in die iudicij:quando illud Eſaiæ implebitur, Replebitur gloria domini, & videbit omnis caro ſalutare dei noſtri [*Quaſi filij obedientiæ*]id eſt deo & veſtris prælatis humiliter ſubditi. Obedientia quippe omnem Chriſti fidelem maximè decet,cùm ipſemet Chriſtus teſtatur, Deſcendi de cælo,non vt faciam voluntatem meam , ſed voluntatem eius qui miſit me. Itémque, Sicut mandatum dedit mihi pater , ſic facio. Imò factus eſt obediens patri vſque ad mortem.Idcirco inobedientiæ filij non Chriſti,ſed diaboli ſunt miniſtri.Porrò hæc dictio,quaſi,notat hîc veritatem,non ſimilitudinem tantùm [*Non configurati prioribus ignorantiæ veſtræ deſiderijs*] id eſt non rurſus conformantes voſipſos vitioſis atque carnalibus affectibus,in quibus tempore veſtræ infidelitatis fuiſtis.Omnes autem inordinati & praui affectus dici poſſunt deſideria ignorantiæ,quia ex ignorantia quadam naſcuntur: eo modo,quo iuxta philoſophum,omnis peccans eſt ignorans,quoniam malè iudicat ſaltem in particulari,quamuis in generali veritatem agnoſcat.Cùm enim,diuino Dionyſio proteſtãte,nullus reſpiciens ad malum operetur, quia videlicet malũ ſub ratione mali non appetitur,cùm bonum ſit appetitus obiectum,conſtat quòd omnis qui peccat,malum ſub ratione boni apparentis apprehendat ſiue admittat:ſicque ignorans & cæcus eſt,atque ex rationis ignorantia, inaduertentia,defectu aut errore contingit quod peccat,quod affectionem ſuam non rectificat,quod inordinationem & carnalitatem non reprimit.Idcirco in Prouerb.dicitur,Via ſtulti recta in oculis eius.Et denuò Salomõ loquitur,Stultis illudit peccatum.Et iterũ dictum eſt,Qui peccat inſipiens eſt,& indoctus [*ſed ſecundum eum qui vocauit vos ſanctum, & ipſi ſancti in omni conuerſatione ſitis*] id eſt quemadmodum deus, qui per gratiam ſuam ad Euangelicæ legis veritatem perduxit vos, in ſeipſo purus & virtuoſus conſiſtit,atque in omni operatione ſua rectè & ſapienter ſe habet : ita & vos pro modulo veſtro,mundi & virtuoſi ſitis in tota vita veſtra[*Scriptum eſt enim*] in Leuitico [*ſancti eritis quoniam ego ſanctus ſum*] Sic nanque in Leuitico loquitur deus, Nolite contaminare animas veſtras. Ego enim ſum dominus deus veſter.Sancti eſtote,quoniam ego ſanctus ſum.Denique aliqua in ſcripturis traduntur non per modum præcepti,& tamen præcepta ſunt,vt cũ deus ait per Moſen, Non adorabis deos alienos,nec ſeruies eis.Et tale eſt iſtud quod dicitur hîc,Sancti eritis,loquendo de ſanctitate ſecundũ aliquem gradũ.Sanctum quippe in vna ſignificatione,eſt idẽ quod firmum,& vnuſquiſque fidelis tenetur

Matth.2. Mich.5. Oſeæ 11. Zacha.9. Matth.21. Ioan.12. Soph.3. Oſeæ 6. Roma.9. Oſeę 1. Malach.3. 2.Cor.10. 1.Cor.13. Eſa.40. Ioan. 5. Ioan.14. Philip.2. Prouer. 12. Prouer.14. Prouer. 10 Ioan.14. Leuit.12. Exod.20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse in fide, spe & charitate tam firmus, vt proponat pro nulla re mundi se à deo mortale peccatũ auertere, aut contra fidem, spem charitatémve agere. Idcirco in Eccle. præcipitur, Esto firmus in via domini, & in veritate sensus tui. Paulus quoque Corinth. scribens, Stabiles, inquit, estote & immobiles abundantes in opere domini semper. Rursus, sanctum est idem quod purum, & vnusquisque tenetur ab omni mortali peccato esse immunis. Sicque orauit propheta, Custodi animã meam, quoniam sanctus sum. Propriè autẽ & cõmuni modo loquendi, sanctus vocatur, qui in charitate & omni virtute perfectus est, vtpote, vir heroicus & diuinus, ad plenã passionum reformationem prouectus: & ita non tenetur quilibet esse sanctus. Præcepit ergo piissimus deus, vt sicut ipse est sanctus, sic serui sui sint sancti. Nam sancti sapientésque domini seruos volũt habere honestos, probos, prudentes, prout eorũ excellentiã decet. Denique ad hoc filius dei venit in mundũ, vt sine timore de manu inimicorũ nostrorum liberati, seruiamus illi in sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris, vt apud Lucam asseritur. Iterũ, quia ad imaginem & similitudinem suam nos cõdidit deus, requirit vt ei virtutibus assimilemur, præsertim cũ ipse velit à nobis pater vocari: pater autẽ vult, vt filij sui suas sequantur virtutes. Et hęc est ingens ac præclarissima dignitas rationalis creaturæ, suo creatori sic conformari. Propter quod væ eis, qui per viã suam carnalem bestiis conformantur. Et grauius væ eis, qui per malitiam, crudelitatẽ, nequitiam ac impiam conuersationem assimilantur dæmonibus. Deo igitur in pietate, charitate, iustitia & sanctitate pro viribus assimilari conemur. Sicut & Paulus hortatur, Imitatores dei estote, sicut filij charissimi. Vnde & Christus, Estote, ait, misericordes, sicut & pater vester misericors est. Itémque, Estote perfecti, sicut pater cęlestis. Hinc & in Deut. locutus est Moses, Perfectus eris, & absque macula cum domino deo tuo. Præterea quæri potest quomodo intelligenda sint, aut fieri possint ista, cũ apud Esaiã dicatur, Facti sumus vt immũdi omnes nos, quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ. Primúsque ille apostata cecidit, quia dixit, Similis ero altissimo. Et respõdendum, quòd cõparatione diuinę iustitiæ dicũtur nostræ iustitiæ similes panno menstruatæ. Quia in multis offendimus omnes, & multę defectuositates ac culpę nostris bonis actibus admiscentur. Imò respectu puritatis & perfectionis ac sapiẽtiæ creatoris æterni, omnis puritas, perfectio, sapientia nostra nullius momenti est, & tanquã immunditia, imperfectio, & insipientia reputatur: quẽadmodum in Hiere. legitur, Stultus factus est omnis homo à scientia sua. Vnde & in lib. Iob fertur, Quid est homo vt immaculatus sit, & iustus appareat natus de muliere? Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, & cęli non sunt mundi in cõspectu eius. Et rursus sanctus Iob protestatur, Nõ iustificatur homo compositus deo. Ideo orat propheta, Nõ intres in iudicium cũ seruo tuo domine, quia nõ iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuens. Postremò sanctitas nostra differt ac deficit à sanctitate dei in multis, & infinitè, cũ deus sit essentialiter, independenter, inuariabiliter, incircunscriptibiliter sanctus. Vt autem iuxta intentionem scripturæ sancti simus in omni cõuersatione, non solũ requiritur, vt mortalia declinemus peccata, sed venialia etiã cum diligentia vitare oportet, & semper coram deo timoratum ac custoditum cõsistere. Cùm in Eccle. scriptum sit, Si non in timore domini tenueris te instante, citò subuertetur domus tua. Et in Prouerb. Omni custodia custodi cor tuum.

Elucidatio residuę partis huius cap. ab eo loco quo dicitur, [*Et si patrem inuocatis eum.*] Artic. iii.

QVoniam, Salomone testante, timor dei est fons vitę, cõsequenter hortatur gloriosissimus apostolici chori hierarcha, sanctissimus Petrus, vt deum filialiter timeamus. [*Et si*] pro quia [*Patrem inuocatis*].i. oraudo patrem nominatis [*Eum, qui sine personarum acceptione, iudicat secundum vniuscuiusque opus*].i. quemlibet iudicat secundum opera sua, intelligendo per opera etiã actus interiores & locutiones, debitorúmque actuum omissiones. Vnde apud Iob inducitur, Absit à deo impietas, & ab omnipotẽte iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorũ restituet. Et Hiere. ait, Domine deus fortissime, cuius oculi aperti sunt super omnes filios Adam, vt reddas vnicuique secundũ vias suas. Qualiter autem personarũ acceptio nõ competat deo, & quid sit personarum acceptio, & de peccato ipsius, dictum est supra in expositione secũdi capitis epistolæ Iacobi [*In timore incolatus vestri tempore conuersamini*].i. tempore quo in hoc seculo subsistitis, viuite in timore filiali, ne tanto patre sitis indigni, & ne in sui iudicij incidatis rigorem propter vestram ignauiã ac periculosam securitatem, ne iudicẽ districtum aliquãdo sentiatis, quẽ nunc pium patrẽ cõtemnitis, & timere ac honorare recusatis. Qui enim sine timore est, iustificari nõ potest. Et Christus in Euangelio iubet, Eum timete, qui habet potestatem & corpus & animam perdere in gehẽnam. ¶ Sed instare quis potest, quia non videtur adaptatio ista Petri apostoli cõuenire adaptationi qua apud Malachiam loquitur deus, Filius honorat patrem, & seruus timet dominum suum. Si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? & si dominus ego sum, vbi est timor meus? Ex quibus verbis elicitur: q̃ deo debetur timor, inquantùm est dominus: & honor, inquantùm est pater. Quomodo ergo ait nunc Apostо. Si patrem inuocatis deum, in timore cõuersamini? Videtur enim debuisse dixisse, si dominum inuocatis, &c. Et respondendum, quòd deo debetur timor castus, sanctus & filialis, inquantũ est pater, quia hic timor ex magnitudine oritur charitatis: Timor verò seruilis aut initialis impẽditur deo, vt domino. Est autem timor filialis, quo vitatur malum culpæ, ne deus pater offendatur aut inhonoretur. Sicque timor filialis realiter est fuga, seu abominatio culpę. De quo in Ecclesiast. multa scribuntur, videlicet, Timor domini super omnia se superposuit. Beatus, cui datũ est habere timorem dei. Timor domini sicut paradisus benedictionis. Est autẽ timor dei omni Christiano præcipuè necessarius, quia præseruat à vitiis, custodit in bonis, & solicitũ facit timẽtem, ne cadat in laqueum inimici. Item semper coram deo soliciti esse de-

Ecclę.5. 1.Cor.15. Psal.85. Leuit.19. Luc.1. Gene.1. Malac.1. Ephe.5. Matth.5. Esaiæ.64. Esaiæ.14. Iacobi.3. Hiere.10. Iob.15. Iob.9. Psalm.142 Mich.6. Eccle.17. Prouer.4. Prouer.14. Iob.14. Hiere.32. Eccle.1. Matth.10. Malach.1. Eccle.25. Eccles.40. Eccle.9.

bemus ac pauidi, quia nescimus an digni simus amore vel odio. Hoc est, an simus in charitate & gratia, an nõ. Et rursus, quoniam ignoramus quid finaliter erit nobis, an scilicet sempiterna damnatio, an salus perpetua. Et quia ad omne malum sumus tam proni, atque in laqueorum medio ambulamus. Præterea ad conuersandum tam timoratè ac virtuosè nos debet inducere, quòd vnigenitus dei verus deus tanta pro nostra salute assumpsit, fecit ac pertulit: ideo subditur, [*scientes*] per fidem, non per naturalem rationem. De qua scientia dixit Iob, Scio quòd redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Martha quoque, Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die [*Quod non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis*] id est originalis infectionis, seu vitiosæ informationis: quia parentes istorum quibus hæc scripta sunt, filios suos pessimè docuerũt, vt scilicet idola colerent, quantùm ad eos qui ex gentibus nati erant. Sacerdotes quoque & scribæ Iudæorum tradiderunt filiis suis ac subditis quędam diuinæ legi contraria: quibus in Euangelio loquitur Christus, Irritum fecistis mandatum dei propter traditionem vestram [*Sed pretioso sanguine, quasi agni incontaminati & immaculati, Iesu Christi*] id est passione & morte filij dei, qui est quasi agnus, quoniam innocentissimo agno assimilatur: de quo ait Ioannes Baptista, Ecce agnus dei qui tollit peccata mũdi. Qui & per Hieremiam contestatur, Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam.

¶ Estque quasi agnus incontaminatus & immaculatus, propter immunitatem suam ab omni peccato, tam originali quàm personali, tam mortali quàm veniali. Christus quippe quamuis pro originalis peccati deletione specialiter passus dicatur, sua tamen passione sanctissima, pro cunctis totius humani generis peccatis, quantùm in ipso est, satisfecit: iuxta illud Esaiæ, Dominus posuit in eo iniquitatem omniũ nostrũ. Propter quod angelus dixit ad Ioseph, Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Christi, inquam, [*præcogniti quidem ante constitutionem mundi*] id est ab æterno ad hoc præordinati ac præuisi à deo patre, secundum naturam assumptam, vt per eum redimeretur genus humanum. Deus nanque ab æterno decreuit per Christi passionem redimere mundum [*Manifestati autem in nouissimis temporibus propter vos*] id est propter vestram salutem: Christus in vltima mundi ætate per incarnationis mysterium apparuit in hoc mundo: iuxta illud Baruch, Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Hoc est quod ait Ioannes, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Hinc ad Ephesios loquitur Paulus, dicendo, Deus elegit in Christo, ante mundi constitutionem, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius. De his demum diebus nouissimis loquitur Paulus, Nos sumus in quos fines seculorum deuenerũt [*Qui per ipsum fideles estis in deo*] id est in virtute & merito passionis Christi, gratiã cõuersionis ac fidei cõsecuti estis à deo, & hucusque fideles manssistis in eo. ¶ Meritum etenim Christi in sacramento baptismi ac pœnitentiæ applicatur hominibus, & quicquid virtutis & gratiæ eis cõfertur à domino, per Christum & eius passionem ac meritũ ipsis donatur, inquantũ per Christi mysteria deus proposuit sibi recõciliare atque saluare genus humanũ. propter quod ad Ephesios habetur, Deus prædestinauit nos in adoptionẽ filiorum per Iesum Christum in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. Vel, per ipsum fideles estis in deo, quoniam Christus suos misit discipulos ad aliorum cõuersionem vbique, & per apostolos dedit hominibus legẽ salutis: quẽadmodum apud Esaiam ait, Lex à me exiet, & iudicium meum in lucem populorum requiescet. Idcirco ait apost. Paulus, In Christo, qui eratis longè, facti estis propè [*Qui suscitauit eum a mortuis tertia die*] quæ suscitatio toti superbenedictę trinitati, cuius opera ad extra sunt indiuisa, asscribitur. Potest tamen patri appropriari, quia diuina virtute effecta est. Virtus autẽ seu potentia patri appropriatur: imò Christus secũdum quod deus est, suscitauit seipsum, vt homo est. propter quod dixit, Soluite tẽplum hoc, & in tribus diebus excitabo illud [*Et dedit ei gloriam sempiternam*].i. perpetuam corporis glorificationem accidentaléque præmium, & iudiciariam potestatẽ, in resurrectione & ascẽsione. Nã in beatifica dei visione, anima Christi fuit ab exordio suæ creationis & vnionis cũ verbo perfecta. Hinc Christus passione sua instante, orauit illud Ioan. pater venit hora, clarifica filium tuum. Et ad Heb. habetur, Videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum. In Esaia quoque legitur pro eo quod laborauit anima eius, videbit & saturabitur [*Vt fides vestra et spes esset in domino*].i. firmiter crederetis in deum & speraretis in eo. Ex hoc enim quod deus Christũ ita glorificauit per resurrectionem, ascensionem, & sancti spiritus missionem, inducti sunt homines ad Christianæ fidei ac spei susceptionem, credentes & sperantes se tandem merito Christi resuscitandos, & plenè glorificandos. [*Animas vestras castificantes*].i cælesti sponso castas & puras exhibentes [*in obedientia charitatis*] id est obediendo diuinis præceptis ex charitate, sine qua nulla est actio meritoria, deoque grata. Omnis siquidem actus meritorius est à charitate elicitiuè, vt actus aliarum virtutum, quibus præcipit charitas [*in fraternitatis amore*] id est etiam in proximorum spiritali dilectione, sine qua nemo potest saluari: ideo subditur, [*simplici ex corde*] omni duplicitate & fictione exclusa [*Inuicem diligite attentius*] id est valde attentè, cùm dicat Saluator, In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Atque vt asserit Paulus, Qui diligit proximum, legem impleuit. porrò de cordis simplicitate & duplicitate dicta sunt multa super canonicam Iacobi. ¶ Omnis autem anima rationalis, aut est sponsa dei per fidem & charitatem, aut certè adultera diaboli per infidelitatẽ, seu quęcunque culpam mortalem. Ideo animas nostras castificare debemus modo prætacto, & omni virtute ornare, sanctis actibus decorare, incessabilitérq; fructuosè, timoratè ac feruidè cõuersari: præsertim quoniã tanti æstimauit nos dominus deus noster, quòd propter nostram recuperandam salutem, nostrã in vnitate personæ assumpsit naturã, & in ea pro nobis tot & tanta fecit ac passus est. ¶ Núnne ex dignitate legati magnitudo causæ pensatur? Cũ ergo vnigenitum suum miserit deus pater legatum ad pacificãdum nos sibi, quis magnitudinem causæ, quã cum deo habemus,

Iob.19. Ioan.11. Matth.15. Ioan.1. Mat.1. Baruch.3. Ioan.1. Ephe.1. 1.Cor.10. Ephes.1. Matth.16. Esa.50. Ephes.2. Ioan.1. Ioan.17. Heb.2. Esa.53 Ioan.13. Rom.13.

Universidad de Deusto Biblioteca

excellentiamq; beatitudinis ad quã sumus creati,eõcipere valeat aut effari? Hinc & aliã causam, ob quã E
timoratè viuere debeamus, dignissimus apostolici chori vertex subiungit, [*Renati non ex semine corruptibili*].i.deũ timere,inuicemq; attentius amare debetis,qui renati estis seu spiritaliter generati per emun
dationem à culpa,& susceptionem gratiæ ac virtutum,non ex materiali impuroq; semine[*sed incorrupti
bili*].i.virtute cælesti in sacramento baptismatis operãte, seu gratia spiritali & gratum faciente, quæ con
Ioan. 1. fert homini esse spiritale,supernaturale,deiforme,idoneum ad promerendũ [*Per verbum dei viui & per
manentis in æternum*].i.per Christũ:de quo Ioannes ait,Omnia per ipsum facta sunt.Nã Christus est qui
principaliter,interiusque baptizat,purgat,regenerat.Ipse quoque baptismum instituit, & omnibus dari
præcepit,& ipse est verbũ increatum,æternũ,vnigenitum dei viui & permanẽtis in æternũ,videlicet pa-
Matth.16. tris æterni:quẽadmodũ Petrus disseruit, Tu es Christus filius dei viui. Vel per verbũ dei viui, intelligit
formam verborũ sacramẽtalium,operantiũ in baptismo,per quæ dispositiuè & suo modo, causaliter fit
regeneratio spiritalis.Quoniã accedente verbo ad elementum, fit sacramentum. Vnde Paulus testatur,
Quod Christus dilexit ecclesiam,mundãs eam lauacro aquæ,in verbo vitæ.De hac regeneratione dicta
Ephe.5. sunt plura super illud Iacobi,Voluntariè genuit nos verbo veritatis.Vnde Ioannes ait,Dedit eis potesta
Iacobi.1. tem filios dei fieri,his qui credunt in nomine eius,qui non ex sanguinibus,neque ex volũtate carnis,ne-
Ioan. 1. que ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt [*Quia omnis caro fœnum*]tanquam dicat,Regeneratio spirita-
Ephe.4. lis ex carnali & corruptibili semine esse nequit.Quoniam caro,carnaléve semen,fœno assimilatur,idcir F
Eccle.14. co ad spiritale & supernaturale esse non potest perducere,nec talis generationis semẽ existere. Vnde ait
Iaco.1. Saluator,Quod natum est ex carne,caro est:& quod natum est ex spiritu,spiritus est.[*Et omnis gloria e-
Ioan.3. ius*].i.viror,vigor,voluptásque carnis[*Quasi flos fœni*]citò pertrãsit & deficit sicut flos graminis [*Exaruit
fœnum*].i.gramẽ postquam viruerit & excreuerit,mox aresçit,[*Et flos eius decidit*]sic caro in pueritia ha
bet virorem,in adolescentia decorem,in iuuentute robur & florem,in senectute desiccationem,in mor-
Ioan. 1. te corruptionem[*Verbum autem domini manet in æternum*]Quod primò verum est de verbo increato pa-
Psal. 118. tris æterni. De quo scriptum est,In principio erat verbum. De quo Damascenus intelligit illud in Psal-
mo,In æternum domine verbum tuum permanet in cælo.Secundò,verificatur de verbo creato.i.diuinę
Psalm.142. virtutis præcepto,effectu,seu lege qua cuncta subsistunt. De quo verbo cantatur,Ignis,grando,nix,gla
Ibidem. cies,spiritus procellarum,quæ faciunt verbum eius.Et rursus,Præceptum posuit,& nõ præteribit.Ter-
tiò,de verbo sacræ scripturæ,quod dicitur nõ transire,sed in æternũ manere.Nã inuiolabilis atque per-
petua est veritas scripturarum,quamuis verba vocalia sonando transeant ac desinant esse,vtpote de nu-
mero successiuorum, quibus idẽ est esse, & fieri.Ideo loquitur Christus, Cælũ & terra transibunt,ver
Matt.24. ba autem mea non transibunt.Quartò,de verbo sacramentali,quod manet in suo effectu.Nã character
qui in baptismo imprimitur,indelebilis perhibetur.Et gratia quæ ibi infunditur, ex se nõ habet vt cor- G
Esaiæ. 40. rumpatur,quamuis per accidens desinat esse in transgressore. Quæ etiam gratia arra vitæ æternæ voca-
tur.Denique locus hic ex Esaia assumptus est,vbi habetur,Omnis caro fœnũ,& omnis gloria eius,quasi
flos agri, &c. [*Hoc autem est verbum, quod euangelizatum est in vobis*] id est inter vos prædicatum est per
2.Cor.4. Christi apostolos,cæteróque discipulos.Qui Paulo testãte, nõ prædicauerunt seipsos,sed Iesum Chri
stum,qui est verbum æternum,& eius doctrinam, præcepta ac sacramenta.

Expositio secundi cap. [*Deponentes igitur omnem dolum.*] Artic. IIII.



1.Petri 1. AM circa finẽ præcedentis cap.docuit princeps apostolorum,quàm precioſi sint
fideles per Christum redempti,quámque sublimiter regenerati,idcirco nũc ple-
nius instruit eos,quàm virtuosè debeant cõuersari, ne tantis beneficiis sint ingra
ti:quia cui plus datũ est,plus requiretur ab eo.Itaq; ait,[*Deponentes igitur*] id est
Luc.12. cùm sitis taliter liberati atque renati,idcirco per contritionem seu anticipationẽ,
Epist. remouentes à cordibus vestris [*Omnem malitiam*] id est excogitatam ac deliberata-
tam prauitatem, seu omnẽ habitum vitiosum, cõsuetudinémque peruersam [*Et
Psalm.5. omnem dolum*] in verbis & factis. Siquidẽ virum sanguinũ & dolosum abomina-
Proue.14. bitur dominus.Dolus nanq; charitati & iustitiæ atque prudentiæ veræ cõtrariatur.Ideo Salomon pro-
Iob.36. testatur,Vir versutus odiosus est[*Et simulationes*]simulatores enim & callidi prouocant iram dei,& [*In- H
nidiat*].i.rancores seu tristitias de prosperitatibus proximorum [*Et omnes detractiones*] quæ sunt peccata
mortifera.Quid autẽ sit detractio,& quot modis contingat,quàm etiã enorme peccatum sit, & quomo
do à detrahente sit fugiendũ,dictum est supra,circa illud Iaco.Nolite detrahere alterutrum fratres mei
Iaco. 4. [*sicut modo geniti infantes*].i.instar paruulorũ infantium statim natorum,quantùm ad innocentiam,non
quantũ ad nescientiam:ideo subditur,[*Rationabiles*].i.discreti,& iudiciũ rectæ rationis sequẽtes. ¶De-
bemus enim infantibus assimilari,quantũ ad bonas eorum proprietates,quæ sunt nulli nocere, non con
Matth.18. cupiscere,non irasci,citò placari,nõ superbire.Propter quod ait Saluator, Nisi conuersi fueritis, & effi-
ciamini sicut paruuli,nõ intrabitis in regnum cælorũ. Nõ autem debemus infantulis cõformari discre-
tione carendo,instabiliter nos habendo,poma,pira rebus precioſisimis præferendo. Propter quod lo-
Ephe.4. quitur Paulus,Nõ simus paruuli fluctuantes.Et denuò, Nolite pueri effici sensibus,sed malitia paruuli
1.Cor.14. estote.Et in Prouerb.habetur,Vsquequo paruuli diligitis infantiam?Est ergo bona & virtuosa infantia,
Prouer. 1. quæ vocatur infantia Christianæ simplicitatis, quæ est innocẽtia atque synceritas mentis. Ad quã bea-
tiſis.Petrus hoc loco redire nos admonet,ne alicui simus nociui,imò cũctis pro posse proficui.Est quo-
que vituperãda infantia, quæ est asinina simplicitas,& imperitia periculosa. Vnde apud Esaiã asseritur,
Puer centũ annorum morietur.Quid enim est puer centũ annorum, nisi senex puerilis,insipiens,& in-
Esa. 65. cõstans? Talis morietur morte æternalis miseriæ,sicut iam mortuus est morte culpę.Itaque rationabiles

A [*sine dolo*] Maledictus enim dolosus,vt in Malachia scriptum est [*Lac concupiscite*] id est faciliora fidei Malac.1.
documenta cum auiditate à doctoribus & prælatis vestris suscipite, vt paulatim proficiatis. Nam neo-
phytis & nouiter baptizatis, incipientibus & imperfectis sunt primò faciliora fidei pabula exhibenda,
quia difficiliorum mysteriorũ nõdum capaces sunt. Talibus quippe loquitur Paulus ad Heb. Indigetis Heb.5.
vt doceamini quæ sunt elementa exordij sermonis dei, & facti estis quibus lacte opus est,non solido ci 1.Cor. 3.
bo.Et alibi, Tanq; paruulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam. Non enim poteratis accipere
[*Vt in eo crescatis in salutem*].i.per lactis huius spiritale edulium, pertingatis ad charismata meliora:ad vi
ciniora saluti,ad contemplationem cælestiũ,atque purissimum diuinitatis amorem, vt de eorum situs ca
talogo,de quibus loquitur Paulus,Sapientiam loquimur inter perfectos.Et item, perfectorum est soli- 1.Cor.2.
dus cibus,eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus.Ideo vas electionis hortatur, Aemu- Heb. 5.
lamini charismata meliora. Cùm etenim in via dei non proficere sit deficere, debemus quotidie in gra- 1.Cor.12.
tia dei,virtutibúsque proficere,bonis bona adiicere.& omne tempus vitæ præsentis fructuosè expende- Bernar.
re:quẽadmodum ad Ephesios docet Apost. Charitas vestra semper magis ac magis abundet in scientia, Ephe.1.
vt probetis potiora,& sitis synceri & sine offensione[*si tam gustatis quam dulcis est dominus*].i.tunc præfa
ta documenta poteritis adimplere, si diuinæ bonitatis suauitatem interiori gustatis palato. ¶Quemad-
modum enim homo diu esse non potest sine dilectione,ita nec sine delectatione,quia delectationẽ na-
B turaliter appetit.Ideo sicut qui spiritalis amoris expertes sunt, carnalibus affectibus detinẽtur: ita qui in
deo nõ delectantur,eius dulcedinẽ degustãdo,carnales,viles & exteriores delectationes,delitias,cõsola-
tiones requirunt.Nec potest carnalia vitia superare, spiritalibus inhærere, qui nihil diuinæ consolatio-
nis ac interioris dulcedinis experitur. ¶Porrò quàm dulcis est deus,aliqualiter in hac vita gustamus,ip- Psal. 76.
sum per donum sapiẽtiæ,& fidem formatã cognoscẽdo seu cõtemplãdo,eúmque synceriter diligendo. Psalm.36.
In eo nãque quod magis diligimus,magis delectari solemus.Ideo ait Psal. Memor fui dei, & delectatus Psalm.35.
sum.Et rursus,Delectare in domino.Itémque,Gustate & videte quoniã suauis est dominus. ¶Sed pos-
set quis interrogare,qualiter poterimus ad diuinæ suauitatis gustũ interdum pertingere?Et respon- Micheę. 6.
dum,q; oportet successiuè proficere,coram deo solicitè ambulare,carnalia oblectamẽta despicere,ope-
ribus insistere virtuosis,& deo ex charitate prõpto corde seruire, atque in omnibus dei honorẽ optare,
& zelum habere iustitiæ:charitatis quoque & pietatis redũdare visceribus, sicque ad copiosissimum ac
frequẽtissimum diuinæ suauitatis pertingemus saporẽ,& dei amici & ei familiares efficiemur: ita, quod
cum propheta ex sentẽtia proferemus,Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine.Præterea quo- Psal.30.
niã vnusquisque in charitate existens, habet donũ sapientiæ secundũ aliquem gradum: potest quilibet
talis aliqualiter degustare,quàm dulcis est deus in suis orationibus,meditationibus,affectionibúsque ad
C eum,in bonis quoque operibus delectãdo:iuxta illud,Seruite domino in lætitia.Deus etiã ex sua pieta- Psal.99.
te immensa,frequẽter gratiosè præuenit homines, etiã imperfectos & insipientes:infundẽdo eis suæ bo
nitatis dulcem saporẽ,co[illegible]ationem internam, iucundæ alacritatis perfusionem: sicq; allicit eos sibi,& Grego.
à terrenis carnalibúsque auertit. Quia gustato spiritu desipit omnis caro. Conemur ergo ad prætactum
diuinæ dulcedinis saporem pertingere,vt carnalia cordialius atque facilius cõtemnamus, & spiritalibus
ac diuinis stabilius immoremur, imò pro gratia ista obtinẽda deum precemur.Propter quod subditur,
[*Ad quem accedentes lapidem viuum*].i.dominum Iesum Christum,qui est viuus lapis, spiritaliter accedẽ
tes,credendo & desiderando gratiosam assistentiam,& eius illuminationem simpliciter postulando: iu- Psal.33.
xta illud in psal.Accedite ad eum & illuminamini. Et ad Heb.Adeamus cum fiducia ad thronum gra- Hebr.4.
tiæ eius,vt misericordiã consequamur.Ad eum quippe vbique præsentem,nõ passibus pedum,sed desi
deriis cordium, actibus virtutũ,accedimus. ¶Dicitur autem Christus lapis, ratione firmitatis & funda-
tionis. Est etiã lapis viuus, quia secundũ deitatem suã, est essentialiter viuens & vita: quemadmodũ ait, Iob.14.
Ego sum via,veritas & vita.Itémque,Sicut pater habet vitam in semetipso,sic dedit & filio vitam habe- Ioan.5.
re in semetipso.¶Porrò secundũ naturam assumptam,viuens est,vita naturę humanæ in optimo gradu,
vita gratiæ in summo statu,vita gloriæ in excellentiæ termino,possibili menti creatæ.Omnis quoque vi
ta procedit ab ipso. Accedentes ergo ad lapidẽ istum [*Ab omnibus quidem reprobatum*] primò videlicet à
Iudæis incredulis,qui multas blasphemias euomuerunt in Christum,dicẽdo,Dæmonium habet & insa Ioan.10.
D nit,homo vorax, potator vini.In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia.Atque in passione Matth.11.
quando dixerunt,Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram,&c.Deinde reprobatus est à philo- Matt.12.
sophis & tyrannis,ac aliis perfidis[*A deo autem electum*]secundum naturam assumptã, vt per eum salua- Luc.23.
retur genus humanum. De quo per Esa.loquitur dominus, Ecce seruus meus, susceipiam eum, electus
meus,cõplacuit sibi in illo anima mea.Imò Christus antonomaticè vocatur dei electus,vtpote omnium Eccle.24.
electorum saluator & caput. Qui spiritum nõ ad mensuram accepit,cuius merito alij electionis conse- Ioan. 3.
quuntur effectum[*Et honorificatum*]Christum enim deus pater multipliciter honorificauit.i.honore di
gnũ effecit ac demõstrauit: dicẽdo ad eũ,Tu es filius meus dilectus:eumque omnibus præferendo, eius
quoque excellentiam per prophetas atque apostolos,& per miracula insinuando: in die quoque ascen- Matth.3.7.
sionis eum super omnes cælos ad suam dexteram collocando,[*Et ipsi*]id est vos ipsi fideles [*Tanquam la* Matth.1.2.
pides viui]id est per fidem & charitatem spiritaliter viuentes ac infirmi,qui tempore fidelitatis & impie- Luc.3.6.
tatis fuistis tanquam lapides duri ac mortui. Propter quod dominus dixit per Ezechielem,Auferã à vo-
bis cor lapideum,& dabo vobis cor carneũ [*Superædificamini domos spirituales*].i.super Christũ qui est Ezech.11.
verũ ecclesiæ fundamentũ,ædificamini in domos spirituales,ita vt sitis dom' seu habitacula Christi,qui 1.Cor.3
per dona gratiæ suæ demoretur in vobis.Christus nãque per fidẽ(vt loquitur Paulus)habitat in vobis.
Hoc est ita habere vos,vt deus per gratiarũ suarũ charismata,faciat vos domos seu habitacula sua:& vos
ipsi bene viuẽdo facite vos habitacula saluatoris.Imò proficiẽdo in omni bono magis ac magis sitis ha- Ephe.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bitacula dei. Christus enim est fundamentum ecclesiæ, super quod vnusquisque ædificare, fundare, & E
stabilire se habet, per fidem, spem, charitatem, aliásque virtutes & actus ac profectus earũ. Propter quod
1.Cor.3. 1.ad Corinthios scriptum est, Vnusquisque videat, quomodo superædificet. Fundamentum enim aliud
nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Quẽadmodum autem sunt
multæ particulares ecclesiæ, quæ omnes sunt vna vniuersalis ecclesia militans, in seculo peregrinans ex
omnibus populis constans: ita sunt multæ particulares spiritualésque domus, quæ omnes sunt vna ge-
neralis domus ac ciuitas dei. Vnde ad Heb. legitur, Moses fidelis erat in tota domo dei, tanquam famu-
Heb.3. lus: Christus verò tanquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos. Atque ad Timotheum loquitur
1.Tim.3. Paulus: Scias quomodo oporteat te conuersari in domo dei, quę est ecclesia dei viui. Superædificamini
quoque modo prætacto [*sacerdotium sanctum*] id est in sacerdotes sanctos dei, ita, vt sitis spiritaliter dei
sacerdotes [*Offerre*] id est ad offerendum [*spirituales hostias*] idest orationes & sanctas affectiones, eleemo-
synas, bonaque opera, non sacrificia legis carnalia [*Acceptabiles deo*] .i. ei placentes & meritorias vitæ
æternæ, quia ex charitate procedunt. Acceptabiles inquam [*Per Iesum christum*] cuius virtute, gratia &
merito superędificamur modo prehabito, & opera deo placita operamur. Propter quod asserit Christus,
Ioan.15. Sicut palmes nõ potest ferre fructum à semet ipso, nisi manserit in vite: sic nec vos nisi in me manseritis.
Ibidem. Et rursus ibidem, Sine me (inquit) nihil potestis facere. Idcirco in fine oblationum & orationum ecclesię
communiter dicitur, Per dominum nostrum Iesum Christum, &c. quia per ipsum nostrę oblationes & F
orationes sunt deo gratæ siue acceptæ, & per ipsius perfectionem ac meritum suppletur imperfectum
nostrum, dummodo illud humiliter recognoscamus, & actus nostros merito actuum passionisque
Christi, capitis nostri, per fidem & charitatem sapientialiter vniamus, rogando deum, vt virtute ac meri-
to conuersationis passionisque Christi in seculo isto, piè suscipiat actus nostros, & imperfecto nostro
Hebre.7. indulgeat. ¶ Denique sicut Christus (secundum quòd homo) est templum dei, & pontifex seu sacerdos
Colos.1. ac hostia: templum, quia in eo habitat omnis plenitudo diuinitatis, secundum Paulum: sacerdos autem,
Hebre.9. quia vt dicitur ad Hebræos, ipse per spiritum sanctum obtulit semetipsum immaculatum deo: Ita fide-
les sunt domus, templum & habitaculum dei, inquantũ per gratiam habitat in eisdem. Propter quod ad
1.Cor.3. Corinth. dicitur, Nescitis, quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis? Sunt etiã sacerdotes &
Rom.12. hostia dei, inquantũ seipsos offerunt deo. Vnde ad Romanos scriptum est, Exhibeatis corpora vestra ho
stiam sanctam, viuentem, deo placentem. Idcirco quod dictum est, Sacerdotium sanctum, ad vniuersos
rẽfertur fideles, in charitate existentes, non ad eos duntaxat, qui sacramento ordinis sacri sunt insigniti,
vt quidã exponunt. Propter quod ait venerabilis Beda, Omnem ecclesiam sacerdotium sanctum appel-
lat: quòd nomen & officium sola domus Aaron in lege Mosi habuit. Quoniã omnes summi capitis mẽ-
Deut.13. bra sumus, & oleo sancto in baptismo vncti consistimus [*Propter quod continet scriptura*] .i. ob hoc quod G
Christus est lapis viuus, & quia ad ipsum debetis accedere, deus per Esaiã testatur, [*Ecce ponam in sion*]
Esaiæ.28. id est in ecclesia speculãte cælestia. Sion enim speculatio interpretatur. Vnde ad Hebręos scribitur, Ac-
Hebre.12. cessistis ad mõtem Sion, & ciuitatem dei viuentis [*Lapidem summum*] Nam inter eos, qui ratione solidita-
tis siue constantiæ lapides appellantur, est Christus altissimus, qui est omnium rex sanctorum. De quo
Daniel.2. in Daniele habetur, Quod lapis qui abscissus est de monte sine manibus, factus est mons magnus & im-
pleuit vniuersam superficiem terræ. [*Angularem*] Christus vocatur lapis angularis, quia sicut in lapide
angulari duo concurrunt & connectuntur parietes: sic in Christo duo populi conuenerunt, vnitique
sunt, & vnus populus per fidem & charitatem effectus. Propter quod loquitur Paulus, Christus est pax
nostra, qui fecit vtraque vnũ, vt duos condat in semetipso. Hinc in Zacharia de Christo prædictum est,
Ephe.2. Ecce vir oriens nomen eius, & ædificabit templum domino, & consilium pacis erit inter duos illos [*Ele
Zacha.6. ctum*] secundum naturam assumptam, in omnium redemptorem. De quo & in Canticis sponsa fatetur,
Cant.5. Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex milibus [*Precio sum*] Imò dignissimum, quoniã Chri
stus secundum quod deus, est dignitatis prorsus incomparabilis & immensæ: secundum assumptam ve-
rò humanitatem, vt verbo æterno vnitam, & omni gratiarum plenitudine perornatam, dignior est toto
Matth.20. vniuerso. [*Et qui crediderit in eum*] fide formata, & perseuerauerit vsque in finem [*Non confundetur*] cùm
fuerit diuino tribunali oblatus, id est non reprobabitur à iudice summo, quamuis in seculo isto à prauis
hominibus confundatur, vituperetur, diiudicetur: quemadmodum iusti fatentur in Psal. Posuisti nos in H
Psalm.43. similitudinem gentibus, commotionem capitis in populis. Tota die verecundia mea contra me est, & cõ
Psal.33. fusio faciei meæ cooperuit me. Hinc in alio fertur psalmo, Accedite ad eum illuminamini, & facies ve-
Ioan.6. stræ non confundentur. Hoc est quod de seipso ait Saluator, Omnis qui videt filium & credit in eum,
1.Ioan.2. non morietur in æternum. Vnde Ioannes apostolus in sua hortatur canonica, Manete in eo, vt cùm ap-
paruerit, habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentu eius. [*Vobis igitur honor credentibus*]
qui in Christum credendo meremini ad cælestem gloriam promoueri, atque à deo in cælestibus hono
rari, videlicet angelis foctari. Propterea asserit Christus, Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pa
Ioan.12. ter meus, Nam honor debetur virtuti. Hinc perfidi, reprobi, & iniqui dicent in die iudicij, Nos insensati
Sap 5. vitam illorum æstimabamus insaniam, quomodo ergo computati sunt inter filios dei, & inter sanctos
sors illorum est? [*Non credentibus autem*] id est cæteris in incredulitate sua durantibus, etsique nolentibus
seu inuitis [*Lapis quem reprobauerunt ædificantes*] id est Christus, quem doctores & sacerdotes Iudæo-
rum plebem communem instruentes, & eam per hoc spiritaliter ædificantes, verbis & factis perseque-
bantur, iuxta illud Hieremię, Negauerunt dominum & dixerunt, Non est ipse. [*Hic factus est in caput an-*
Hiere.5. *guli*] id est principium angulare, in quo duo populi conuenerunt, sicut expositum est. [*Et lapis offen-*
sionis & petra scandali] factus est Christus, non directè, neque ex culpa sua, sed occasionaliter. [*His*
qui offendunt verbo] id est obstinatis Iudæis, & cunctis incredulis, blasphemantibus Christum [*Nec ere-*

A *dunt in quo positi sunt*] id est scripturis legis & prophetarum, secundũ verũ earum intellectũ nõ credũt,
cum tamen facti essent & positi ad credendum. Quia scriptura legis & prophetarum fuit dispositiua ad
Christum, & data vt per eam Iudæi præparentur ad Christi fidẽ ac legẽ. Propter quod dicitur ad Galat. Galat.1.
Lex pędagogus noster fuit in Christo. His excæcatis Iudæis Christus in euangelio ait, Si crederetis Mo- Ioan.8.
si, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit. Et rursus, Scrutamini scripturas, quia illę sunt quę Ioan.5.
testimoniũ perhibent de me. De quibus & per Danielem prędictũ est, Nõ erit eius (.i. Christi) populus, Daniel.9.
qui eum negaturus est. Per Esa. quoque, Quis cæcus, nisi seruus meus? & quis surdus, nisi ad quẽ nũcios Esa.42.
meos misi? ¶ His itaque fuit Christus occasionaliter lapis offensionis, petráque scãdali. Nã ex sua peruer Matth.15.
sitate offenderunt & impegerunt in Christũ: atque ex eius beneficiis, informationibus, increpationibus Lucæ.7.
deteriores & damnabiliores effecti sunt. Hinc sæpe in Euangelio leguntur scandalizati in Christo. Et in Ioan.15.
Ioan. loquitur Christus, Si non venissem, & locutus eis fuissem, peccatũ non haberent: nunc autem excu
sationem nõ habent de peccato suo. ¶ Denique scandalum actiuè directè & propriè dictum, est semper
peccatum, cum sit dictum vel factum minus rectum, alteri prębẽs occasionem ruinæ. Et sic Christus nõ
fuit lapis offensionis, petra ve scandali. Scãdalum verò occasionaliter & indirectè, & quasi passiuè dictũ,
non est peccatum. Sic enim scandalum est aliquod verbũ aut opus bonum, ex quo ex propria abusione 1.Cor.1.
& de ordinatione aliqui sumunt occasionem ruinæ & peccati: sicque Christus fuit lapis offensionis & Sapien.1.
B petra scandali. Propter quod loquitur Paulus, Nos autem prædicamus Christum, Iudæis quidem scan-
dalum, gentibus autem stultitiam. Vnde & in lib. Sapien. dicunt iniqui, Grauis est nobis, etiam ad viden-
dum, quia dissimilis est aliis vita illius. ¶ Postremò, quod dictum est, lapis offensionis & petra scandali. Esaię.8.
sumptum est ex Esaia, vbi habetur, Dominum sanctificate, & erit vobis in sanctificationẽ. In lapidẽ au-
tem offensionis, & petram scaudali, duabus domibus Israël. ¶ Reprobatis itaque Iudæis incredulis, po-
nit princeps apostolorum, fidelium Iudæorumque in Christum credentium, sublime præconium,
[*Vos autem*] ad Christum conuersi, estis [*Genus electum*] id est ad specialem gratiã præ cæteris à deo prę-
ordinatum, vtpote ad fidem catholicam, cæteraſque virtutes, & ecclesiastica sacramenta, vocatum atque
perductum. Non enim omnium est fides. Et dici potest de vobis illud ex Psalmo, Non fecit taliter om- 2.Thes.3.
ni nationi [*Regale sacerdotium*] id est sacerdotes regi seu regales, videlicet Christo summo regi ac sacer- Psal.147.
doti assimilati & incorporati, ac pertinentes ad eum. Siquidem vt dictum est, quemadmodum Christus
homo, est templum dei, sacerdos ac hostia: sic Christianus fidelis est templum, sacerdos ac hostia dei.
Et quoniam summi regis sacerdos est, & sacerdotium eius ad regnum ordinatur cæleste, meritò rega-
lis sacerdos vocatur. ¶ Denique omnes fideles, reges dicuntur seipsos per rationem regendo, passiones ac
vitia superando. Sacerdotes quoque dicuntur, hostiam laudis, sacrificium orationis, munera eleemosy-
C narum, & cætera spiritualia exercitia, virtuosáque opera domino offerendo. Propterea in Apocal. fatẽ- Apoc.1.
tur, Christus fecit nos regnum, & sacerdotes deo & patri suo. [*Gens sancta*] diuino cultui deputata, in ba-
ptismo mundata, virtutibus decorata. Quemadmodum autem lex Christi, est lex totius perfectionis: sic Roma.12.
veri Christiani, Christi legem splendidè obseruantes, rectè prę cunctis populis sancta gẽs appellantur. 1.Cor.37.
Et tales præcipuè erant Christiani in primitiua ecclesia, quos Paulus in suis epistolis tam frequẽter no- 2.Tim.1.
minat sanctos [*Populus acquisitionis*] id est Christi sanguine de manu inimicorũ humanæ salutis ereptus,
liberatus, adeptus. Venit enim filius hominis quærere, & saluare quod perierat, vt ipsemet in Euangelio
protestatur: quia iterum ait, Congratulamini mihi, quia inueni ouem quã perdideram. Vnde in Actib.
loquitur Paulus, Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos posuit spiritus sanctus episcopos, regere
ecclesiam dei, quam acquisiuit sanguine suo. Et ad Hebr. Non sumus subtractionis filij in perditionem,
sed fidei in acquisitionem animæ. Inductum autem præconium ait Moses ad populũ Iudæorũ. Quod
multò excellentius competit plebi Christianorum, cui maiora gratiarum charismata sunt collata. Qui-
dam exponunt hæc specialiter de sacerdotibus Euangelicæ legis. Qui dicũtur genus electum, id est ad
consecrationem corporis & sanguinis Christi, præ cæteris consecrati & assumpti: quibus valde singula-
ris dignitas, supernaturalis potestas, admirabilis ordo collata sunt, ad quos ecclesiasticorum sacramento-
rum confectio, & administratio pertinent. Cùm enim in Numer. Moses dicat Leuitis, Num parum vo-
bis est, quòd separauit vos dominus à populo & iunxit sibi, vt seruiretis, ei, in cultu tabernaculi? Multò
D magis istud sacerdotibus Christi poterit dici. Sacerdotibus quoque & leuitis veteris testamẽti Ezechias
rex ait. 2. Paralipomenõ. 29. Nolite negligere, vos elegit dominus, vt stetis coram eo, & ministretis ei: co-
latis eum, & cremetis ei incensum. Multò ergo sublimius constituti in sacris ordinibus Euangelicæ le-
gis dici possunt genus electum, qui etiam sunt regale sacerdotium, id est sacerdotes Christi regis altissi-
mi. Et gens sancta, quia ad eos præcipuè pertinet vita perfecta, conuersatio exemplaris. Quod autẽ se-
quitur, ad vtranque expositionem congruè applicatur [*Vt virtutes annuncietis eius*] id est dei omnipoten- 1.Timo.6.
tis charitatem, pietatem, sapientiam, iustitiam potestatem laudetis ac prædicetis, seu inuicem enarretis. Ioan.17.
[*Qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum*] id est de caligine ignorantiæ & ad peccati atq; perfi- Ioan.14.
diæ, ad splendorem fidei lucémque gratię ac virtutum vos transtulit, imò ad lumen gloriæ & increati
luminis sui (quod ipse est, qui lumen habitat inaccessibilem) beatificam visionem inuitauit. Hanc enim
Christus suis promittit fidelibus, qui ad patrem suum ait, Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum,
& illi sint mecum, & videant claritatem meam. Et alibi, Manifestabo ei meipsum [*Qui aliquando non po*
pulus, nunc autem populus dei] id est ante conuersionem vestri ad fidei veritatem, fuistis non populus dei,
secundum præsentem iustitiam: quia non pertinuistis ad deum per charitatem & gratiam ac debitam
subectionem, sed auersi fuistis ab eo, & ratione peccati attinebatis diabolo, cuius membra ac ministri
fuistis.
¶ Veruntamen per prędestinationem æternam omnes electi, quantùmcunque ad tempus iniqui sunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

semper sunt populus dei. Sed & reprobi, omnesque cõmuniter homines sunt populus dei, per creationem ac prouidentiam. Nam & de talibus loquitur deus apud Esaiam, Populus meus non intellexit. In Actis quoque Paulus de bonis & malis communiter protestatur, Genus dei sumus. Fideles autem & iusti sunt specialiter populus dei iuxta illud Psalmi, Nos autẽ populus eius, & oues pascuæ eius. Quia per charitatem & gratiam deo coniuncti & subditi sunt [*Qui non misericordiam consecuti*]. i. ante conuersionẽ vestri nondum fuistis adepti misericordiam hanc magnam, qua facti estis mẽbra & milites Christi. Nullus tamen in sæculo isto expers est penitus misericordiæ dei. Nã & infideles ac impij misericorditer tolerantur, & expectantur à deo, vt conuertantur, atque per angelos eorum custodes retrahantur à diuersis periculis & peccatis, quotidianis quoque beneficiis dei vtũtur. Propter quod saluator ait, Altissimus benignus est super ingratos & malos. Et alibi, Solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Damnati etiam in inferno aliquid misericordiæ sortiuntur, quia citra condignum torquẽtur. Imò in omni opere dei misericordia & iustitia eius relucent: iuxta quod scriptum est, Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. Electi tamen specialiter dicuntur misericordiam consequi, vnde & vasa misericordiæ appellantur, non autem iniqui & reprobi, qui vasa iræ vocantur. Ideo subditur, [*nunc autem misericordiam consecuti*]. i. gratiosè à deo vocati & conuersi. Donum enim dei est, non ex operibus. Istud ex Osea sumptum est, vbi dominus ait, Vocabo non plebem meam, plebem meã: & nõ misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. Quod & paulus ad Rom. de gentilium conuersione allegat, quia de ea ad literam loquitur Oseas propheta. Inter eos verò, quibus beatiss. princeps apostolorũ hanc scripsit epistolam, aliqui erant ex gentilitate conuersi, ad quos istud specialiter applicatur. ¶ Præterea quoniam tantò spiritalior debet esse Christi fideliũvita, quantò præclariora gratiarum charismata eis sunt condonata, ideo rectè subiungit, & hortatur nos summus apostolus [*Charissimi obsecro vos*] hoc suæ fuit profundiss. humilitatis, quòd eos tam affectuosè rogauit, quòd cũ authoritate præcipere potuit. Sic & Paulus philemoni scribens, Fiduciam, inquit, habens imperandi tibi, quòd ad rẽ pertinet, propter charitatem magis obsecro. Multi nanque facilius vincuntur, flectuntur, alliciuntur, humilitate & pietate quã rigore & feueritate. ¶ Obsecro quoque est potissima species orationis. Est enim Obsecratio, per sacra rogatio. Fitque interdum per sacrum increatum, vt cum ait propheta, Secundũ misericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam domine. Et Paulus ad Rom. Obsecro vos fratres per misericordiam dei. Interdum per sacrum creatum, vt cum dicimus, Per passionem & crucẽ tuã libera nos domine. Et fieri potest pariter per vtrunque, vt si dicamus. Propter infinitam pietatem tuam miserere mei deus, per omne meritum Christi. Fit autem per sacrum increatum, tanquam per principale & superdignissimum inductiuum: per sacrum autem creatum, tanquã per inductiuũ & mediũ secundariũ instrumentale ac meritoriũ. Et quando fit per sacrũ vtrunque simul, tunc est efficacissima prorsus oratio. Itaque obsecro vos [*Tanquam aduenas et peregrinos.*] fideles dicuntur aduenæ, inquantũ degunt in terra non sua. Sunt enim in mundo isto quasi in exilio & peregrini: quia ad cœlestem patriam gradiuntur, prout in exordio expositionis huius epistolæ dictum est [*Abstinete vos a carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam*] id est à concupiscentiis prauis animam impugnantibus. Quia inclinant ad illicita, quæ sunt animarum saluti contraria: iuxta illud ad Gal. Caro concupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur. Vnde quo lex Christi diuinior spiritaliorque cõsistit, eò carnalia desideria, eorumque opera magis dedecent Christianos. Quia brutis assimilant hominem, rationẽ prorsus obtenebrant, & turpitudo maxima est in eis. Pariunt quoque fastidium diuinorum, & spiritalia bona faciunt homini esse insipida. Idcirco in Ecclesiastico legitur, Vinum & mulieres apostatare faciũt etiam sapientes. Et in Osea habetur, Fornicatio, & ebrietas, & vinum auferunt cor. ¶ Sed posset quis dicere, Si à carnalibus desideriis abstinere oportet, ergo à desiderio ciborum & potuũ erit cauendũ, nec licebit coniugatis inuicem cognoscere, cũ hoc sine carnalibus desideriis fieri nequeat. Et respondendũ, quòd carnalia desideria propriè nominantur concupiscentiæ inordinatæ, seu irrefrenatæ appetitiones sensualitatis. Desideria verò gustus & tactus sub rationis ordine posita, licita sunt, & quodãmodo spiritualia, vtpote moderata atque ad debitũ spiritualemq; finẽ relata. Ideo hortatur paulus, Curã carnis ne feceritis in desideriis. Et denuo, Debitores, inquit, sumus non carnis, vt secundũ carnem viuamus. Si enim secundum carnẽ vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Carnales igitur affectus, & eorum effectus, oscula & amplexus, ludos, iocos, cachinnos, voluptates, vanitates, vilesque cõsolationes despiciamus: neque in rebus seculi huius mentẽ figamus, sed ad patriam fœlicitatis æternæ totis properemus præcordiis. Quẽadmodũ peregrini nõ quærũt in via morari aut delitiari, sed ad patriã properant & aspirant. Istud ad omnẽ ptinet Christianũ, cũ dicat Saluator, Væ vobis diuitibus, qui habetis cõsolationẽ vestrã. Vę vobis qui saturati estis, quia esurietis. Vę vobis qui ridetis nũc, quia plorabitis. Vnde ad Gal. inducitur, Qui autem sunt Christi, carnẽ suam crucifixerunt cũ vitiis & concupiscentiis. Itaq; in cibo, potu, somno, vestitu, & cæteris ad corpus spectantibus, non superfluitatẽ aut voluptatem, sed necessitatem quæramus: quẽadmodum vas electionis hortatur, Habẽtes alimẽta & quibus tegamur, cõtenti simus. Propter quod Sapiens deprecatur, Tribue tantũ victui meo necessaria. Cùm igitur regali ac sacerdotali simus nomine insigniti, vitiorum iugo subiici dedignemur, ne à cõdonata gratiæ nobilitate, promissæque gloriæ sublimitate degeneremus. Nẽpe, vt asserit Beda, hoc in vita hac inter electos & reprobos solet distare, q̃ electi tantò minus gaudiis delectantur caducis, quãtò plus perpetua gaudia præstolantur: reprobi verò hic patriam habent, quia terrenis & carnalibus magis quàm spiritualibus inhiant. Ideo post hanc vitam in perpetuum relegantur exilium [*Conuersationem vestram inter gentes*] sitis. [*Habentes bonam*] id est virtuosam & exemplarem [*Vt in eo quod detractant de vobis tanquam de malefactoribus*] Carnales enim & impij vituperant iustos, & detrahunt eis quorum virtutes assequi nolunt,

Esaiæ.1. Actu.17. Psalm.78. Lucæ.6. Matth.5. Psal.24. Roma.9. Rom.5. Osee.2. Rom.9. Epistola. Ad philemonem. Psal.24. Roma.12. Beda. Ecclę.19. Osee.4 Roma.13. Roma.8. Lucæ.6. Gala.5. 1.Titum.6. Proue.30.

A quemadmodum in Prouerb. legitur, Ambulans recto itinere & timens deum, despicitur ab eo qui infami graditur via. Et rursus Salomon contestatur, Viri sanguinum oderũt simplicem. Iob quoque ait, Deridetur iusti simplicitas. Et in Eccl. scriptum est, Abominatio superbo humilitas [*Ex bonis operibus vos considerantes*]. i. opera vestra euidenter excellenterque virtuosa pensantes, & ex eis ipsa veritate conuicti, bonos vos esse recognoscentes [*Glorificent deum in die visitationis*]. i. deum in suis seruis collaudent, atque ex puritate & eminentia vitæ seruorum, sanctitatem domini pensent ac fateantur, in die visitationis cum corda eorum irradiauerit ac visitauerit gratia spiritus sancti, dum. s. exprędicta consideratione compuncti fuerint & conuersi. Vel in die iudicij, cum viderint remunerationem iustorum, & velint nolint, fateantur sanctitatem atque iustitiam dei. Hoc est, quod Christus docet ac iubet, Sic luceat lux vestra corã hominibus, vt videant bona facta vestra, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. ¶ Proximis enim debemus bonum exemplum, & deo conscientiam mundam: quia tenemur proximos spiritaliter semper diligere, idcirco tenemur eorum scandalizationem vitare, & ipsos ędificare. Deum quoque tenemur pro viribus honorare in nobisipsis ac alijs. Ideo debemus alios pro posse ad dei venerationem verbis & factis inducere, quod agendo, ipsum sanctificare, magnificaréque dicimur. Qui verò alios scãdalizant, & impiè conuersantur, deũ, quantùm in ipsis est, vilificare & maculare feruntur. Propter quod deus per Ezechielem ait Iudæis, Commaculastis nomen sanctum meum. Et iterum, Poluistis nomen meum in gentibus. Denique omnia, videlicet à carnalibus desideriis abstinere, exemplariter cõuersari, deum in se ac aliis honorare, ad prælatos & sacerdotes, ad religiosos & prædicatores potissimè pertinent.

Prou.14. Proue.30. Iob.12. Eccles.13. Matth.5. Matth.22. Eodem. Ezec.28. Psal.3. Ezec.39. Eodem.

B

Explanatio residui huius capitis. [*Subiecti ergo estote.*] Artic.v.

HVcusque introduxit sacratissimus Petrus documenta ad vniuersos fideles spectantia, nunc certis personis ac diuersis suppositis, speciales tradit doctrinas ac iussiones, quatenus vnusquisq; secũdum suæ exigentiam vocationis ambulet dignè deo. Diuersi nanque ad diuersa sunt obligati, secundũ varias conditiones & proprietates, quæ eis conueniunt. Itaque ait, [*Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter deum*] hoc dupliciter explanatur. Primò, per omnem humanam creaturam intelligendo omnem hominem. Nã omnis homo, inquantũ ad dei imaginem factus est, ad æternã fœlicitatẽ creatus, & Christi passione redemptus, aliquo modo est honorandus. Præsertim, quia humana natura in dei vnigenito ad esse * supersubstantiale verbi æterni assumpta est in vnitatem personæ. Quilibet etiã, secundum aliquam sui considerationẽ, potest se alio quolibet, secundũ aliquã illius cõsideratione reputare inferiorẽ. Sicque alteri cuilibet se potest ex humilitate aliquo modo subiicere, & hoc propter deũ,

C & propter ipsius honorẽ, & quia hoc cõplacet ei, & quoniã eius imago resplendet in homine. Hinc loquitur paul. Honore inuicẽ præueniẽtes. Et rursus, per charitatẽ seruite inuicẽ. Ad phil. quoque, Nihil (inquit) agatis per cõtentionem, neq; per inanẽ gloriã, sed per humilitatem superiores sibi inuicem arbitrantes. Hinc & Christus ait, Si ego laui pedes vestros dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Et alibi, Qui maior est vestrũm, sit vester minister. Propterea quoque in Eccle. scriptum est. Quantò magnus es, humilia te in omnibus, & coram deo inuenies gratiam. ¶ Secundò, exponunt intelligendo per omnẽ humanam creaturã, omnẽ præsidentem, sicq; Beda exponit, dicendo, omni humanæ creaturæ, dicit omni hominũ dignitati, omni principatui, quam expositionẽ sequitur Glossa. Illis ergo debet se omnis inferior subdere propter deum, inquantùm eius repræsentant personã seu eius vicarij sunt in terra, & quoniam deus id exigit, atque vt bonum æternũ consequamur finaliter pro beatitudine obiectali, hoc est, propter deum fruitiuè ac æternaliter posidendum, & item propter eum nũc honorandũ, vt scilicet, eum in suis veneremur ministris, quibus locutus est, Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Ideo ad Rom. dicitur, Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non enim est potestas nisi à deo. Itaque qui resistit potestati, dei ordinationi resistit: qui autẽ resistunt, ipsi sibi dãnationem acquirunt [*Suæ Regi quasi præcellenti*]. i. regi tanquam eminenti principi debent se subditi eius subiicere, eique obedire in hisq; cathedrã suam concernunt, seu suum respiciunt principatum: quæ vtique non sunt contra dei honorem, nec contra bonum iustitiæ [*Siue Ducibus tanquam a deo missis*]

D id est, inferioribus principibus officiatisque regum debet se homo subiicere, & eis parere in his quæ eis ritè commissa sunt, nec eorum potestatem seu iurisdictionem excedunt: idcirco subiungitur [*Ad vindictã malefactorum, laudem vero bonorum*]. i. ad hoc à rege directis, vt prauorum vitia vleiscantur, iustisque laudem ac dignam mercedem rependant. Ad hoc enim mittendi sunt, quamuis frequenter ad alia dirigantur agenda. Quia multoties reges potestate abutuntur collata: quæ tamen eis collata est, vt malos per pœnas coërceant, peccata extirpent, subditos ad virtutes inducant, & bonum cõseruent commune. Propter quod ad Roma. fertur, Principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem, fac bonum, & habebis laudem ex illa: dei enim minister est, tibi in bonum. Si male egeris, time. Nõ enim sine causa gladium portat: dei enim minister est, vindex in iram ei, qui malè agit [*Quia sic est voluntas*] id est doctrina ac iussio [*Dei, vt benefacientes*] id est præfato modo obedientes [*Obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam*] id est peruersos ac perfidos seu impios præsidentes per vestram obedientiam virtuosamque vitam reprimatis à detractione ac cęteris vitiis: quæ inciderent, si vos inobedientes terrenæ potestati cõspicerent. Vnde bene agendo subtrahitis eis obloquẽdi materiam, & vestra bonitate ac sapientia eorum improbitatem insipientiamque cõuincitis, quantùm in vobis est, ita quòd rationabiliter contradicere nequeunt. Quamobrem ad Tit. loquitur paulus, In omnibus temetipsum præbe exemplum bonorum operum, verbum sanum sit & irreprehẽsibile, vt is qui ex aduerso est, vereatur, nihil mali habens loqui de nobis. Ad Ephesios quoque, Sitis (inquit) sine querela, simplices filij dei,

Roma. 13. Titum.2. Ephe.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2.Cor.6. in medio nationis prauæ atque peruersæ,inter quos lucetis sicut luminaria mũdi , verbum vitæ continẽ E
tes.Et alibi,Nemini dantes vllam offensionem,vt nonvituperetur ministerium nostrum[*Quasi liberi*].i.
Ioan.8. ea quæ dicta sunt adimplete,quasi verè liberi libertate spiritali,quæ est immunitas à iugo diaboli & ser-
uitute peccati,à quibus per Christi gratiam estis erepti . Propter quod ipsemet Christus de se ipso fate-
tur,Si filius vos liberauit,verè liberi eritis[*Et non quasi velamen habentes malitiæ libertatem.*]ordoverborũ
& sensus sunt,Non quasi habentes libertatem,velamen malitiæ,hoc est,libertatem præfatam non veri-
tatis,nec assumatis in velamen seu excusationẽ,aut palliationem erroris aut prauitatis:putando quòd i-
deo non debeatis esse subiecti terrenis aut infidelibus dominis,quia à Christo constituti estis in liberta-
te.Hæc enim libertas prædictæ subiectioni non derogat,sed seruituti peccati atque diaboli. ¶Quidam
verò dixerunt se non obligatos dare tributum aut perfidis terrenis ve principibus subiacere, quoniã fi-
lij dei & liberi facti fuerunt per Christi baptismum. Quod fuit erroneum,cum dicat Saluator, Reddite
Matth.22. quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo . ¶ De hac libertate dicta sunt multa super illud Iacobi,
Iacobi.1. Qui autẽ perspexerit in lege perfectæ libertatis, & cætera.[*sed sicut serui dei*].i.sicut deo veraciter subdi-
Sapient.6. ti,Deus nanque requirit,vt potestati ab ipso collatæ rectè obediatur.¶Denique libertatem suam in ve-
lamen assumunt malitiæ,qui tantò irrefrenatius peccant,quò minus humanæ potestati subdũtur,vt prã-
ui prælati , principesque iniqui faciunt , in quibus non est timor dei:nec pensant illud Sapientiæ,
Altissimus citò & horrendè apparebit vobis : quia iudicium durissimum in his qui præsunt , fiet. Qui F
Galat.5. autẽ verè sapientes & timorati sunt , tantò virtuosius conuersantur , quò minus se vident hominibus
subditos , ac magis diuino iudicio reseruatos , quò etiam pluribus præsident , atque pro pluribus da-
turi sunt rationem .Hinc loquitur Paulus,Vos in libertatem vocati estis fratres,tantũ ne libertatẽ in oc-
Gene.1. casionem carnis detis[*Omnes honorate*]inquantùm ad dei imaginem sunt creati & propter alias rationes
Psal.14. iam tactas.Impij tamen,secundum quod tales,sunt contẽnendi,sicut de iusto ait propheta,Ad nihilum
Prou.19 deductus est in cõspectu eius malignus.Et in Prouerb.habetur,Abominantur iusti virũ impiũ.Verũ-
tamen iudicando de aliis,an sint tales,necesse est grãdi vti discretione,atque cultodia[*fraternitatem dilige-*
Ioan.1. *te*].i.fratres seu proximos,præsertim Christi fideles ac virtuosos:cũ asserat Christus,Hoc est præce-
ptum meum,vt diligatis inuicẽ,sicut dilexi vos,[*Deum timete*]filiali timore,ne eum offendatis , inhono-
Matth.10. retis,& ne ab eo separemini,cũ ipse sit summum, & incõparabile bonũ.Propter quod ait Saluator.Eũ
Esaiæ.8. timite qui habet potestatem corpus & animam perdere in gehennam.Et apud Esaiam inducitur. Dñm
exercituũ sanctificate,ipse pauor vester,&ipse terror vester.Hoc sanctus Iob eminẽter impleuit,qui sa-
Iob.23. pus est,Deus solus est,& cogitationem eius nemo auertere potest . Idcirco considerans eum timore so-
Iob.31. licitor,Et rursus,Semper(inquit) quasi tumentes super me fluctus timui deũ.Et certè si consideremus
Psal.65. quã terribilis sit deus in consiliis super filios hominum,q̃ incõprehensibilia sint iudicia eius, quã hor- G
Roma.11. rendũ sit incidere in manus eius,timebimus eum timore ingenti,incõparabili,incessãti[*Regem*].i.terre-
Hebr.14. num principem[*Honorificate*]ei obediendo in his quę sui sunt officij.Quemadmodum autem deus ho-
norandus est cultu latriæ,sic homines honorificentia duliæ.Hæc autem iam dicta ab exordio huius ar-
ticuli , secundum Bedam intelliguntur de Christianis liberis seruos sub se trahentibus , tamen principi
terreno & ducibus subiectis. Quæ autem sequuntur,exponenda sunt de seruis dũtaxat[*serui*]ó vos mi-
nistri conductitij siue emptiti[*subditi estote in omni timore*].i.perfecta & filiali formidine[*Dominis*] tem-
poralibus[*Non tantum bonis*] id est virtuosis interius [*et modestis*] id est ordinatis & exemplaribus foris
[*Sed etiam discolis*]id est indisciplinatis & iniquis,quandiu non iubent vltra quã se extendit eorũ iurisdi
ctio,siue dñium Vnicuique nanque obediendũ est in his,quæ præfidẽtiæ suæ respiciũt cathedrã ¶ Sed
Proue. 29. his obiici potest illud Prou.Qui timet hominem,citò corruet.Et quod rursus Salo.fatetur,Fili honora
proue.7. deum,& valebis:præter eũ verò ne timueris alienum.Ex quibus sequi videtur , quòd nõ sit hominibus
cũ timore obediendũ aut seruiẽdũ. Et respondendũ,q̃ timere hominem secundũ se,nõ per respectũ ad
deũ, & secundũ ordinẽ æquitatis,vituperabile existit,& diuersorũ occasiovtiorũ. Homines verò time-
re in deo,secũdũ deũ,& ꝓpter deũ,inquantũ sunt eius vicarij,aut aliquid diuinæ proprietatis participã-
tes,est laudandũ.Sicq; intendit princeps apostolorumvt dominis temporalibus obediatur cũ timore dei
filiali & casto,non cũ timore carnali humano.Illud enim meritoriũ est,nõ istud.Omnia quippe cũ hu-
Ephe.6. iusmodi timore dei agenda sunt,ne.s.eum in aliquo offendamus . Vnde hanc ipsam sententiã Paul . ad H
Ephe.clarius exprimit dicens, Serui obedite dominis carnalibus, cũ timore & tremore, in simplicitate
cordis vestri,sicut Christo,nõ ad oculũ seruientes quasi hominibus placentes,sed vt serui christi,faciẽ-
tes voluntatẽ dei ex animo,cũ bonavolũtate,seruiẽtes sicut dño,& nõ quasi hominib⁹:sciẽtes qm̃ vnus-
quisque quod fecerit bonũ,hoc percipiet à dño,siue seruus,siue liber.Ex quibus ostẽditur,quòd tẽpo-
ralibus dominis obediendũ ac seruiendũ est,principaliter atq; finaliter ꝓpter cælestem felicitatẽ & dei
honorẽ,ex charitate cũ diuino timore. Deinde subditur ratio , cur etiam sit discolis dominis ꝓpter deũ
formidolosè obediendũ. [*Hæc est enim gratia*].i.res deo grata,accepta & gratiosa [*si propter conscientiam*
dei].i.propter bonam coram deo conscientiam habendã [*sustinet quis tristitias*] .i.persecutiones, pœnas,
iniurias,quæ solent inferre tristitias patienti[*Patiens iniuste*]id est eas æquanimiter tolerans, absque suis
demeritis.[*Quæ est enim gratia*]id est quod meritum vobis debetur,vel quid deo acceptum peragitis
Deute.15. [*Si peccantes et colaphizati sufferetis?*] id est si correctionem pro vestris peccatis patimini à dominis ve-
stris? q. d. nihil. Quia de iure pœna debetur culpæ [*sed si benefacientes patienter sustinetis*] tribulatio-
nes vobis iniustè inflictas[*Hæc est gratia*] id est res valde accepta [*Apud deum*] talis nanque sustinentia
satisfactoria est pro peccatis in deum commissis,&meritoria gratiæ amplioris in via,ac gloriæ plenioris
in patria.Per eam quoque conformantur homines Christo iustissimè passo.Ideo subditur,[*In hoc enim*
vocati estis]id est ad fidem & legem euangelij gratiosè adducti, vt sitis in aduersitatibus iniustè inflictis

A patientes,propter quod Christus ait discipulis,Si me persecuti sunt,& vos persequentur.Quia non est Ioan.15.
seruus maior domino suo.Et denuo protestatur,Sicut dilexit me pater,& ego dilexi vos.Tanquam di-
cat,Sicut à patre diligor,& nihilominus aduersis in sæculo isto affligor:ita vos diligo,& tamen tribula- Ioan.15.
tionibus vos expono.Hinc Paul.fatetur,Omnes qui volũt piè viuere in Christo,persecutionẽ patiẽtur.
¶Sed præinductis obiici potest quia pro peccatis propriis in hac vita puniri,meritoriũ esse videtur , cũ Timot.5.
nõ puniat deus bis in idipsum,vt secundũ antiquã trãslationẽ habetur apud Naum prophetam,vbi no-
stra habet translatio.Nõ consurget duplex tribulatio.Alioquin pœnitentia, seu emẽdatio in confessio-
ne iũcta,non esset satisfactoria ac meritoria,cũ tamen omne quod ex charitate quis agit ac sustinet,me-
ritorium asseratur.Respondetur quòd secundũ rigorẽ iustitiæ pati debitã pœnã pro ꝓpria culpa,nõ est
meritoriũ,habendo respectũ ad cohabitudinẽ pœnę & culpæ inter se. Veruntamen inquantũ quis pœ-
nam illam pro suis culpis,sponte ex charitate cũ contritione acceperat,ac suffert ad dei honorẽ,in illatę
ci iniuriæ recõpensam,meritoriũ phibetur. Cũ itaque tam acceptũ sit deo iniurias absque propria cul-
pa æquanimiter ferre,meritò obediendum est etiã discolis dominis cũ timore, quamuis nonũquã mo-
lesti & iniurioti sint suis ministris.¶Denique triplex est patientiæ gradus.Primus,pro ꝓpriis culpis cor
reptiones & correctiones patienter sufferre.Sicut religiosi interdum à suis patribus corripiuntur, vt ꝓ-
bentur,exerceantur,perfectique fiant.Secundus,absq; propria culpa pati libenter aduersa : non tamẽ ꝓ
B iustitia.Tertius, absque propria culpa pro iustitia ea æquanimiter tolerare.Primus,gradus est bonus,se-
cundus melior,tertius optimus & perfectus. Cõsequẽter exemplo Christi docet beatissimus Petrus pa-
tientiam plenam,& beneficia Christi commemorat [*Quia et Christus passus est pro nobis*].i.pro nostra sa
lute pro nostris peccatis delendis,pro gratia multiplici nobis promerenda, pro gloria nobis impartiẽda. Ioan.10.
Propter quod ait apud Ioannem,Animam meam pono pro ouibus meis.Et per Esaiã loquitur deus pa- Esaię.53.
ter.Propter scelus populi mei percussi eum[*Vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius*] .i. eius
inuitu & amore sustineatis libenter aduersa,quoniam serui membra suo capiti ac domino debẽt se cõ-
formare.Propter quod ipsemet ait,Qui vult venire post me,abneget semetipsum , & tollat crucem suã Lucæ.6.
quotidie , & sequatur me . Et rursus, Qui non baiulat crucem suam & sequitur me , non est me di-
gnus.Hinc ait Ioannes Apost.Qui se dicit in Christo manere,debet sicut ille ambulauit , & ipse ambu- 1.Ioan.2.
lare.Cùm dixisset sanctus Petrus,Christus passus est pro nobis,cur adiecit vobis,& nõ potius nobis nisi
forsitanvt exhortatio sua cordibus eorũ quibus scripsit,fortius inculcaretur.[*Qui pecc atum non fecit, nec*
inuentus est dolus in ore eius]Hoc idem apud Esa.scriptum est. Fuit enim deus & homo omniumque sal- Esaię.53.
uator.Idcirco nequaquam decuit culpam esse in eo . Fuitque eius humanitas ab incarnationis exordio
ꝑfectissimè confirmata in bono .[*Qui cum malediceretur*]à Iudæis dicẽtibus,Blasphemauit,reus est mor
C tis:& Crucifigatur[*Non maledicebat eis,cum pateretur,non comminabatur*]imò pro crucifixoribus suis ora- Lucæ.23.
uit,& tanquam agnus coram tondente obmutuit[*Tradebat autem iudicanti se iniuste*].i.Pilato,qui ipsum
iniustè adiudicauit morti dirissimæ,permisit se tradi à Iudæis . Imò & sponte ac libentissimè iuit ad ip-
sum ex ardentissima charitate & obedientia summa,qua pro nobis pati optauit,prout deus pater dispo-
suit.Ideo loquitur Esaias,Tradidit in mortem animam suam.Et ipsemet loquitur,Nemo tollit animam
meam à me, sed ego pono eam[*Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum*] id est pœnam Esaiæ.53.
amarissimam pro nostris peccatis in cruce sustinuit, in proprio corpore immaculatissimo,tenerrimo ac Ioan.10.
nobilissimè complexionato,ideóque maximè perceptiuo doloris & summè passiuo . Hoc est quod lo-
quitur Esaias,Verè languores nostros ipse tulit,& dolores nostros ipse portauit:& deus posuit in eo ini Esaiæ.53.
quitatem omnium nostrũ (*Vt peccatis mortui*].i.à vitiis expurgati[*Iustitiæ viuamus*].i.virtuosis actibus
simus intenti ac subditi.Et Christo ,qui est iustitia vera,in omnibus obsequamur . Ipse enim factus est
nobis à deo iustitia,& sanctificatio & redemptio,vt asserit Paul.De quo & per Esaiã loquitur dominus, 1.Cor.1.
Prope est iustitia mea vt reueletur[*Cuius liuore sanati sumus*]à vitiis,quæ sunt animarũ infirmitates.[*Era-* Esaiæ.56.
tis enim aliquando sicut oues errantes]scilicet ante conuersionem vestram ad Christum.Omnia autem ver
ba ista quasi ex Esaia sumpta sunt,vbi & legitur , Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viã
suam declinauit.Psalmista quoque ,Errauit(inquit)sicut ouis quæ periit[*Sed conuersi estis nunc ad pasto* Esaiæ.53.
rem & episcopum animarum vestrarum]id est ad Christũ qui multiplici alimento animas vestras alit ac ro Psal.112.
D borat ,videlicet proprio corpore & sanguine,pane bonæ operationis, pane lachrimarum & cõpunctio-
nis,refectione cõtẽplationis,dulcedine interne cõsolationis.Qui etiã episcopus animarũ vocatur.i. earũ
saluti intẽtus,seu superintẽtor salutis eorũ Episcopus quippe superintẽdens interpretatur,ab epi , quod Luc.1.
est supra& scopos intentio. Alia litera habet ad pastorẽ & visitatorẽ animarũ vestrarũ.Nam Christus vi Roma.7.
sitauit nos oriens ex alto. Qui & quotidie visitat animas electorum luce gratiæ ac miserationum suarũ. Hebr.4.
Ipse quoque Saluator est rex & pontifex noster,aduocatus interpellans pro nobis.De quo ad Hebr.fer
tur,Christus eò quòd maneat inæternum,sempiternum habet sacerdotium. Vnde & saluare potest in-
perpetuum,accedens per semetipsum ad deum,semper viuens ad interpellandum pro nobis.

¶Expositio 111 Cap.[*Similiter et mulieres subditæ sint viris suis.*] Arti.vi, 1.Cor.8.

Ost instructionem dominorum,& seruorum, iam informantur coniugati [*similiter et*
mulieres subditæ sint viris suis] Vir enim (vt asserit Paulus) caput est mulieris . Idcirco
p spectat ad virum regere mulierem. In rebus domesticis,& in regimine domus , ac dis-
pensatione possessionum est vir principalis . Nam & naturaliter, atque vt plurimùm,
viri sunt mulieribus prudentiores,constantiores & fortiores in ratione. Mulieres au-
tem plerumque molles sunt & mente instabiles,ac inopes in consulendo.in Genesi dictum est mulieri, Gene.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Subviri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Veruntamen subiectio vxoris sub marito non est penitus talis, qualis serui sub domino suo, sed inter talē subiectionem & equalitatem medio modo se habet, vt etiā docet Philosophus. In quibusdam nanque equales sunt, presertim ad debiti petitionē & redditionē. Propter quod deus in exordio fecit mulierem non de capite aut pede viri, sed de latere eius, vt eam haberet pro socia, & iuxta se collocaret in lecto & mensa. Hinc fœminæ sine virorū consensu non possunt magnas eleemosynas facere, aut multùm abstinere & vouere vel peregrinari. Debent ergo viris suis esse subiectæ in licitis & honestis, prout ius matrimonij exigit quantū ad ea in quibus superioritas viri super suam cōiugem se extendit, puta in pertinentibus ad regimen domus. ¶ Deniq; subditur ratio huius subiectionis. vt puta fructus inde proueniens. [*Vt si qui non credunt verbo*] .i. si aliqui viri verbo euangelicæ prædicationis non credunt, nec per prædicationem couerti possunt [*Per mulierum conuersationem sine verbo lucrifiant*]. i. per virtuosam suarum vxorum vitam, sine prædicatione conuertantur ad Christum [*considerantes in timore sanctam conuersationem vestram*]. i. viri pensantes sanctam vitā vestram, quā in dei timore filiali habetis, ô mulieres. Sicque ex consideratione virtuosæ conuersationis perpendant veritatē fidei Christianæ, ac puritatem euangelicæ legis. Quoniam sicut operatio arguit formam, sic conuersatio fidem ac legem. Possent hic aliqua introduci de cohabitatione coniugatorū disparis cultus, an licita sit. Ad quod ex dictis doctorū est respondendum, quòd dispar cultus impedit matrimonium, ita quòd impedit contrahendū, dirimitq; contractū. Qui autē in infidelitate pariter cōtraxerunt, ita quod tempore contractus coniugalis ambo infideles fuerunt, in ecclesia primitiua simul habitare permittebātur, quāuis alter eorū, vir aut mulier, conuertebatur ad Christum. Et hoc ex spe alliciendi cōparē ad fidei veritatem, dūmodo infidelis cōpar seu coniūx sine blasphemia Christi voluit cōmanere. Tamen fidelis cōiunx nō fuit præcepto astricta ad cōmanendū: sed fuit consiliū, præsertim q̄diu fuit spes de cōparis cōuersione. Si verò infidelis asseruit se velle conuerti, nō licuit fideli coniugi contoralē infidelē relinquere intra tempus determinatū. Nunc autē obduratis Iudeis atque gentilibus, sacri canones prohibent cohabitationē coniugū disparis cultus, præsertim dū non est certitudo nec spe multū probabilis de infidelis contoralis conuersione, Si autē esset certitudo aut spes multùm probabilis, possent sustineri simul ad aliquantulū tēpus, De hac re scribit ad Cor. Paulus multa, inter cætera dicens, Si quis frater (.i. Christianus) vxorē habet infidelē, & hęc consentit habitare cū illo, nō dimittat illam. Et si quę mulier (supple fidelis) virū habet infidelē, & hic consentit habitare cū illa, nō dimittat. Sanctificatus est enim (.i. ad fidē cōuersus) vir infidelis per mulierē fidelē. Et sanctificata est mulier infidelis (.i. cōuersa) per virum fidelem [*Quarum sit non extrinsecus capillatura*] .i. crinium cōpositio, seu conuolutio aut circunligatio foris apparens ad oculum. Cùm hoc sit pompę & curiositatis indicium, ac libidinis prouocatiuum [*Aut circūdatio auri*]. i. decoratio ex auro, argento, aut margaritis. Quæ humilitati & simplicitati Christianæ religionis non consonat. Quia vt sanctus ait Basilius, Quicquid in talibus ad necessitatem vel vtilitatē non attinet, vanum superfluumq̄ censetur. Ideo subdit [*Aut indumenti vestimentorum cultus*] .i. mulieres nō habeant cultum, hoc est, immoderatum ornatum indumenti, id est tegumenti vestimentorum quæ induunt. ¶ Circa hoc venerabilis Beda allegat verba sancti Cypriani dicentis, Serico & purpura indutæ, Christum induere non possunt. Auro & margaritis & monilibus decoratæ, ornamenta cordis & pectoris perdiderunt. Quod si beatus Petrus mulieres admonet coërcendas, atque ad ecclesiasticam disciplinam religiosa obseruatione moderandas, quæ excusare cultus suos solent per suos maritos, quantò plus id obseruare virginem fas est, cui nulla ornatus sui cōpetit venia, nec deriuari in alterum possit mendacium culpæ, sed sola ipsa remaneat in crimine? [*Sed qui absconditus est cordis homo*] id est homo interior, videlicet anima rationalis. Vnde & Paulus fatetur, Licet is qui foris est, noster homo corrumpatur: tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Hic, inquam, homo interior, ornetur [*In incorruptibilitate quieti et modesti spiritus*] id est in parte sua superiori, videlicet intellectuali, quę incorruptibilis est atque perpetua: ita vt mēs spiritualiter pura & integra sit, atque per fidē, spem, & charitatem virgo & spō sa sit Christi. Virginitas siquidem mentis potest quotidie recuperari: vt quæ adultera fuit diaboli per peccata, sponsa fiat dei per virtutes & dona, quę faciunt animā spiritualem incorruptā, virginalē & integram. De qua incorruptione scriptum est, Incorruptio facit proximum esse deo [Qui] spiritus rationalis [*in conspectu dei est locuples*]. i. verè & spiritaliter diues, quando prætacto modo virtutibus earumque actibus perornatur. Veræ nanque diuitiæ hominis sunt, gratia, sapientia, virtutes, dona & actus copiosi procedentes ex illis. Quæ diuitiæ homini inuito auferri non valent. Vnde Corinth. loquitur Paulus, In omnibus diuites facti estis in Christo, & in omni verbo, & in omni sapientia. Hinc aliter diuiti (pura homini virtuoso) dicitur in Apoca. Scio tribulationem & paupertatem tuam, sed diues es. Similiter ad Corinth. habetur, Altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum. E contrario homini defectuoso rursus in Apoca. dicitur, Dicis quia diues sum, & nullius egeo: & nescis, quia tu es miser & miserabilis, pauper, cæcus, & nudus. ¶ Porrò spiritus hominis rationalis, seu animus, est quietus, quādo tumultu caret passionum ac strepitu vitiorū, vtpote virtutibus moralibus decoratus ac reformatus. Dicitur quoq; quietus, inquantū est diuinorum contēplatiuus, atque in deo fixus ac stabilis, Nā vita cōtemplatiua vocatur vita quieta & secreta. ¶ Dicitur itē modestus, quādo in actibus suis discretionē obseruat, & moderatē se habet, quēadmodū admonet Paulus, Omnia (inquiens) decenter, & secundū ordinem fiant in vobis. Qui iterum exhortatur, Modestia vestra nota sit omnibus. Denique hāc ipsam principis Apostolorum doctrinam ponit & vas electionis, cum ait ad Timotheum, Volo mulieres esse in habitu ordinato (id est humili & decenti) cùm verecundia & sobrietate, ornantes se, non in tortis crinibus aut auro aut margaritis, vel veste pretiosa: sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona. Hinc & Pythagoras philosophus dixit, Vera matronarum ornamenta pudicitiam esse, non

Gen.2.

Simile de fide.

1.Cor.7

Cyprianus

2.Cori.4.

Sapien.6.

1.Cor.1.

Apoca.2.

2.Cori.1.

Apoc.3.

1 Cor.4.

Phil. 4.

1.Tim.2.

Pythago.

vestes. Præterea quàm detestanda sint prætacta fœminarum ac virginum decoramenta, constat ex eo quod apud Esaiam legitur, In die illa auferet deus ornamenta calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & perischelides, & murenulas, & olfactoriola, & inaures, & annulos, & gēmas, in fronte pendentes, & mutatoria, & palliola, & specula, & teristra. Et erit pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispante crine caluicium, & pro fascia pectorali cilicium. ¶ Circa præhabita quæritur, an mulieres mortaliter peccent in ornamentis præfatis, & preciosis curiosisque vestibus? Ad hoc respondet Albertus. Quædam mulieres se ornant exterius atque interius, & excusantur quatuor modis. Primò, si ornent se quatenus viros suos ab adulterio retrahant. Secundò, si ornent se quatenus viris suis precisè complaceant. Tertiò, si ornent se propter decentiam status maritorum suorum, ne viri sui reputentur viliores. Quartò, si ornent se propter commune bonum, sicut ornauit se Iudith, quatenus populum Israëliticum de manibus erueret Holofernis. Quædam verò mulieres se ornant interius, quarum magna est virtus & laus. Quædam autem se ornant solum exterius, quæ in præfatis ornamentis & vestimentis non excusantur à culpa. Quoniam negligunt ad quæ tenentur, nec ad debitum finem referunt suos ornatus, atque carnaliter complacere, & alios prouocare intendunt. ¶ Insuper secundum albertum, in prædictis contingit peccare quinque modis. Primò, in nimia preciositate, dicente Gregorio, Nemo putet in studio preciosarum vestium deesse peccatum. Secundò, in mollitie & suauitate, eò quòd vita hominis debeat esse in pœnitentia & ploratu. Hinc veritas protestatur, Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt. Tertiò, in nimia speciositate. Quartò, in nimia curiositate. Propter quod in Ecclesiastico inducitur, Auerte faciem tuam à muliere compta. Quintò, in superfluitate. Propter quod ait beatissimus Ioannes Baptista, Qui habet duas tunicas, det non habenti. Potest autem addi & sextus modus, puta in exquisita nouitate, cùm per Sophoniam dominus dicat, Visitabo super omnes, qui induti sunt veste peregrina. Imò sunt & alij modi diuersi, quibus peccatur in vestibus, puta in nimia longitudine, similiter in nimia breuitate. Item in amplitudine immoderata, atque in constrictione valde arcta: sed & in coloribus exquisitis aut mixtis seu variis, & in laciniis, aliisque scissuris seu fissuris. ¶ Nec putandum, quòd solis fœminis ista prohibeantur, imò prohibentur & viris ac iuuenibus, etiam magis quàm fœminis, quoniam in eis magis peccant, quàm mulieres aut virgines, quēadmodum in cæteris: cùm sint fortiores in ratione quàm fœminæ: & plura à deo fortiti sint dona, quàm fœminæ, tenentúrque fœminis esse in omnibus exemplares, tanquam caput earum. Idcirco vt ait Gregorius, Pensate, quæ culpa sit hoc viros appetere, à quo pastor ecclesiæ curauit fœminas prohibere. Imò vniuersaliter omnibus Christianis, vtriusque sexus, vitandæ sunt omnes immoderatæ curiositates, pompositates, preciositates, superfluitates in ornamētis ac vestibus: cùm dicat Hieronymus, Si vir aut mulier se ornauerit, & vultus hominum in se prouocauerit, quamuis nullum malum inde sequatur: tamen æternum supplicium patietur. Quia venenum propinauit si fuisset qui biberet. Ex quo innotescit, quòd sit mortale peccatum. Nam talis discrimini se committit, nec veretur quod ait Saluator, Væ homini, per quem scandalum venit. Non ergo quærat Christianus vestibus complacere, sed moribus. Cùm in Ecclesiast. scriptum sit, In vestitu ne glorieris vnquam. Qui autem se ornant aut liniunt, intentione ac desiderio complacendi hominibus, aut quempiam prouocandi, animas suas diabolo offerunt. Spiritaliter ergo ornent se fœminæ decore virtutum. Nam subditur, [*Sic enim aliquando*] vtpote temore legis naturæ [*Et sanctæ mulieres, sperantes in domino*] non in ornatu vanissimo, aut diuitiarū incerto [*Ornabant*] virtuosis operibus [*subiectæ propriis viris,*] iuxta sensum expositionis inductæ [*sicut sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans*] dicens, Postquam consenui, & dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo? [*Cuius estis filiæ*] per imitationem virtutum: ideo sequitur, [*Benefacientes, & non timentes vllam perturbationem*] id est per vos orituram in domibus vestris, eò quòd pacificè, virtuosè & discretè, instar Saræ, habeatis vos cum maritis vestris ac cæteris. Vel, non immoderatè formidantes perturbationes, quę ab aliis poterunt concitari. Nec tribulationes quæ vobis possunt inferri: cùm multæ sint tribulationes iustorum, & omnes in Christo piè viuentes patiantur interdum persecutiones. Contra quas debemus clypeo patientiæ semper esse armati. Si ergo in lege naturæ tam virtuosè habebant se fœminæ, multò magis in lege gratiæ ita se habere debent. Legitur quoque secundo Regum: quòd filiæ Dauid regis vestibus vtebantur talaribus. Consequenter docet princeps apostolorum maritos, qualiter ad suas se habeāt coniuges [*Viri similiter*] id est virtuosè [*cohabitantes secundum scientiam*] id est cum vxoribus demorantes discretè & circunspectè, ne eos scandalizetis, quia ad malum procliues sunt [*Quasi infirmiori vasculo muliebri*] id est mulieribus vestris, tāquam vasculis naturaliter fragilioribus & imperfectioribus in donis naturæ, quàm sunt viri. Nam & corpore sunt communiter viris debiliores propter mollitiem complexionis [*Impartientes honorem*] non solùm quia eiusdem secum sunt speciei, vtpote ad dei imaginem similitudinemque productæ, sed etiam [*Tanquam cohæredibus gratiæ vitæ*] id est participibus gratiæ vobis collatæ, & ad eandem beatitudinem ordinatis.

¶ Ad eādem nanque fœlicitatem creati sunt viri & fœminæ, eademq̄; gratiarum charismata vtrisq; sunt præstita. Sed & honorādæ sunt fœminæ intuitu & amore virginis gloriosæ, ex qua deus verus incarnari dignatus est. Sūt itaque cohæredes gratiæ vitę. i. gratiæ per quam verè spiritaliter viuitur atque ad vitam glorię peruenitur. Quantò itaque sexus fœmineus fragilior verecundiorque consistit, tantò à viris magis sunt fœminæ honorandæ: saluo tamen ordine disciplinæ, & charitatiua correptione seruata. Quia à viris sunt instruendæ, & dum excedunt corripiendæ, à fœmineis quoque leuitatibus & loquacitatibus compescendæ. Istud sacratissimus Petrus inducit, docet, & præcipit: quoniam viri fœminas suas tempore procedente faciliter solent contemnere, durè affari, & quasi ancillas tractare, quod pessimum est, Debent etiam viri vxoribus suis honorem impendere, eis moderatè vtendo, & eas reuerenter solo ma-

Esaiæ. 3.

Iudith 10.

Gregor.

Matth.11.

Eccle.9.

Luc.3.

Sopho.1.

Gregor.

Hierony.

Matth.18.

Eccle.11.

Gene.18.

2.Reg.3.

Gene. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritali affectu, ex causa rationabili accedendo, nec impudicè eas tangendo, aut cum eis turpiter lasciuiendo: quæ omnia obseruando, merentur frequenter copiosam bonámque sobolem ex coniuge procreare. E
Ecclę.25. Veruntamen non debet maritus coniugi suæ nimiam contribuere libertatem, cùm in Ecclesiastico scriptum sit, Mulier si primatum habeat, contraria est viro suo. Sic ergo ô coniugati vos simul habere debetis, tam decenter, charitatiuè atque concorditer [*Vt non impediantur orationes vestræ*] id est ne à deo iuste despiciantur, & suo priuentur effectu. Nam qui impiè conuersantur, exaudiri indigni sunt: iuxta illud, Peccatores deus non audit. Sed si quis cultor est dei, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. Salo-
Ioan.9. Prouę.18. mon quoque fatetur, Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Vel, non impediantur orationes, id est ne ab actu orandi impediamini. Quia vt ait Saluator, Oportet semper orare, &
Luc.18. non deficere. Ab oratione autem frequenti, cõtinua & deuota, impedit hominem carnalium vocatio voluptatum: non solùm tempore commixtionis, sed & postmodum vsque ad tempus, eò quòd obtusum,
1.Cor.7. & grauem efficiat sensum. Propter quod scribit Corinthiis Paulus, Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi. Iam post specialia documenta ad speciales personas spectan-
Epist. tia, introducit sanctissimus Petrus generales doctrinas, ad vniuersos fideles pertinentes [*In fide autem omnes vnanimes*] id est in his quæ sunt fidei Christianæ estote concordes, acquiescentes sacræ scripturæ, secundum expositionem ecclesiæ. Fides nãque est totius spiritalis structuræ ac vitæ fundamentum. Id-
Roma.12. circo necesse est, vt fideles sint in fide valde vnanimes & constantes, ne modicus error in principio paulatim inualescat, & grandis fiat in fine. Ideo ad Romanos loquitur Paulus, Deus det vobis idipsum sapere in alterutrum, secundum Iesum Christum, vt vnanimes vno ore honorificetis deum. Et ad Corin-
2.Cor.1. thios, Idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Quòd verò in aliquibus libris hîc additur,
Iob.30. In oratione estote, non est de textu. [*Compatientes*] id est mutuò condolentes, prout charitas exigit. Vn-
2.Cor.11. de sanctus Iob protestatur, Flebam super eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Paulus quoque, Alter, inquit, alterius onera portate. Et rursus, Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Errantibus ergo & lapsis cordialiter compatiamur, orantes pro eis. Similiter in quacunque tribulatione & angustia constitutis, tentatis, afflictis, oppressis, intimè condoleamus. Et sicut incomparabiliter maius malum est culpa, quàm pœna: sic multò plus compatiamur proximis peccato derelictis, quàm temporali pœna afflictis. Denique sicut corporale graue pondus ferẽs releuatur, si alter secum onus supportat: sic afflictus & miser releuamen sortitur, si alterum sibi conspi-
Ephe.4. cit condolere. Cúmque, iuxta Pauli doctrinam, fideles sint vnum mysticum corpus, cuius caput est Christus, ita quòd sumus inuicem membra, idcirco debemus inuicem compati, sicut in corpore naturali vno membro patiente, alia compatiuntur [*Fraternitatis amatores*] id est proximorum, seu boni communis, socialisque vitæ dilectores synceri [*Misericordes*] id est tam corporalia, quàm spiritalia misericor- G
Prouer.21. diæ opera pro viribus exequentes. Quia, vt Salomon ait, Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur. Et Christus, Beati, inquit, misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et denuò, Es-
Mar.5. Luc.6. Prouę.17. stote misericordes, sicut & pater vester cælestis misericors est. Non igitur in alterius lapsu quis rideat,
Colos.4. nec de aliorum dissensione quis gratuletur. Quia, vt ait scriptura, Qui in ruina lætatur alterius, non erit impunitus [*Modesti*] id est disciplinati, exemplares, discreti, prout admonet Paulus, Honestè & in sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt [*Humiles*] vt situs parui & viles in oculis vestris. Non enim superborum, sed mansuetorum & humilium, vita, mens, oratio, placet deo. Et Christus in Euangelio iubet,
Iudith.9. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. [*Non reddentes malum pro malo*] id est iniuriæ opus pro illata iniuria [*Nec maledictum pro maledicto*] id est verbum maledictorium pro verbo maledico. Hoc est,
Matth.11. non vindicetis vosipsos inordinatè. Quãuis interdũ secundũ processum & ordinẽ iuris sit inferenda vindicta ex charitate & zelo iustitiæ, propter bonũ cõmune, atque vt impij refrenentur, & ne supplantetur iustitia. Sed hoc nõ est reddere malũ pro malo, sed potius bonũ pro malo. Quãdoque tamẽ laudabilius est pœnã & culpam propter deũ dimittere, quãdo videlicet hoc non cedit in derogationem iustitiæ, nec aduersatur paci communi, & malefactor ex hoc non fit ad peccandum procliuior. [*Sed econtrario*] sitis [*Benedicentes*] maledicentibus vobis, id est bonum eis cupientes & deprecantes. Sicut dominus loqui-
Matth.16. Luc.6. quitur, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vobis. Et alio loco, Benedicite maledicentibus. Hinc in Prouerbiis scriptum est, Ne dicas, H
Proue.10. reddam malum pro malo: expecta dominum, & liberabit te. Et denuò Salomon loquitur, Ne dicas quo-
Proue.24. modo fecit mihi, sic faciam ei. Sed & in Leuitico præcipitur, Non quæras vltionem, nec memor eris in-
Leuit.19. iuriæ ciuium tuorum. Propterea Dauid dixit. Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab
Psal.7. inimicis meis inanis. Itaque non inferre iniuriam alteri, bonum est: illatam æquanimiter pati, melius: pro iniuria reddere gratiam, optimum. Ad quod nos paulus hortans, Noli, inquit vinci à malo: sed vince in
Roma.12. bono malum. Quid ad hæc dicent, qui nec vnum verbum durum volunt propter deum sufferre, nec pro suis excessibus corripi, nec contenti sunt pro malo malum rependere: sed pro modica forsitan iniuria, magnam retribuunt aut retribuere cupiunt vltionem? Aduertant miseri isti, quàm longè distent à doctrina Christi, seque emendent [*Quia in hoc vocati estis*] id est ideirco ad legem & fidem Christi estis perducti, quatenus ista adimpleatis. Quæ nisi impleueritis, infidelibus damnabiliores eritis. Ideo autem ad hæc implenda estis vocati [*Vt benedictionem hæreditate possideatis*] id est à deo benedicamini in æternum, percipiendo ab eo dona gratiæ in præsenti, & munera gloriæ in futuro. Benedictio etenim dei est collatio munerum eius, & multiplicatio eorundem. Vnde & ad Ephesios paulus fatetur, Deus benedixit nos omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo Iesu. Deinde cõfirmat ista archiapostolus testimonio propherali. Ait quippe psalmista quantùm ad sensum, [*Qui enim vult vitam diligere*] id est
Ephes.1. qui voluntate imperatiua & efficaci diligit vitam gratiæ in hoc mundo, cupítque vitam beatam obtine-

re in cælo [*Et videre dies bonos*] id est æternitatis gloriam experiri.
¶Dies nanque dicuntur boni aut mali, sicut & tempus, propter ea quæ sunt aut fiunt in eis. Ideo dies huius vitæ dicuntur mali & tempus malum vocatur, propter mala culpæ & pœnæ, quibus repletur hæc vita. Interdum tamen tempus bonum asserit (iuxta illud, Ecce nunc tempus acceptabile) propter dona gratiæ dei in eo. Dies verò æternitatis in patria simpliciter boni & optimi sunt: quia in eis nulla vnquã in- 2.Cor.6.
uenitur admixtio pœnæ aut culpæ [*Coerceat linguam suam a malo*] id est ab omni verbo illicito, præsertim in verbis dolosis, quæ non solùm loquenti, sed aliis quoque nociua sunt [*Et labia eius ne loquãtur dolum*] id est labia sua à dolosis reprimat verbis. Quia vt in Esaia habetur, Fraudulenti vasa pessima sunt. Et Psalmista, Virum, inquit, sanguinum & dolosum abominabitur dominus. Vitanda ergo sunt omnia verba iniqua, detractoria, mendosa, pungitiua, derisoria, vana, scurrilia, nociua, fraudulenta, iuramenta, periuria, falsa testimonia, imò & verba otiosa. De quibus reddenda est ratio in die nouissimo: Quan- Matt.12.
tò igitur magis de verbis præfatis, iniquis, mortalibus? Vnde loquitur Augustinus, Quomodo irasceris August.
alteri, quando de te malè loquitur: ita irascere tibi, quando de altero malè loqueris. Itémque. Non aliud cor tegat, & aliud lingua proferat. Necessaria igitur ad salutem est refrenatio linguæ, Salomone dicente, Qui custodit os suum & linguam, custodit ab angustiis animam suam. Qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala [*Declinet autem a malo*] id est peccata in opere vitet [*Et faciat bonum*] implen-
B do præcepta. Et istæ sunt duę quasi integrales partes iustitiæ. Nam primò oportet à malo recedere, deinde bonum accedere [*inquirat pacem*] id est pacem pectoris nunc cum deo, & pacem temporis cum proximo habere conetur [*Et persequatur eam*] id est eam perfectè sequatur & conseruet: quatenus per pacem pectoris ac temporis pertingat ad pacem æternitatis. Hinc loquitur Paulus, Obsecramus pro Christo, 2.Cor.5.
reconciliamini deo. Et rursus, Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem haben- Rom.118.
tes. Denique cùm pax pectoris sit tranquillitas ordinis, & quies mentis in deo: non potest quis hanc pacem habere, nisi in primis declinet à vitiis. Quia vt loquitur Esaias, Non est pax impiis. Secundò, oportet bona peragere ex dilectione, cum promptitudine & delectatione. Propter quod ait Psalmista, Pax Esa. 48.
multa diligentibus legem tuam. Hæc etenim pax, realiter est gaudium imperturbatum operationi virtuo- Pfalm.12.
sæ annexum. Tertiò necesse est, vt in homine sit debita subiectio carnis sub anima, sensualitatis sub ratione & voluntate, rationis quoque & voluntatis sub deo, per obedientiam & obseruantiam legis diuinæ. Hinc mali pacem istam non habent, quoniam saluti propriæ aduersantur & diffidẽt, dissentiúntque à seipsis, atque inordinatum cor habent. Quia ergo pax ista difficulter acquiritur, facilitérque amittitur: necesse est eam inquirere, & adeptam diligentissimè custodire. [*Quia oculi domini super iustos*] ideo aduersa æquanimiter sustinere, & dona strenuè debent implere, quia à summo iudice indesinenter aspiciuntur, qui iustum eis aget iudicium. Et rectè oculi dei super iustos esse dicuntur: quia vbi amor, ibi ocu-
C lus. Ideirco ad rem dilectam dirigitur visus. Iustos autem deus specialiter diligit, cùm similitudo amoris sit ratio. Propter quod ait scriptura, Iustus dominus, & iustitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius. Pśalm.10.
Hinc sanctus Iob contestatur, Nónne deus considerat viam meam, & omnes gressus meos dinumerat? Iob. 31.
Et iusto deus ait in psalmo, In via hac gradieris, firmabo super te oculos meos. Porrò oculi domini sunt Psal. 31.
intellectus & sapientia eius, [*Et aures eius in preces eorum*] id est ad exaudiendum preces iustorum paratæ sunt, dum orant salubriter & instanter. Ideirco in Ecclesiastico scriptũ est, Oratio iusti penetrat cælos. In Prouerbiis quoque, Longè est deus ab impiis, & orationes iustorum exaudiet. Iusti etenim sunt a- Eccle.25.
mici dei. Amicorum autem est, eadem velle & nolle [*Vultus autem domini*] id est respectus diuinę iustitię est [*super facientes mala*] & similiter super omittẽtes bona fieri iussa: quia eorũ peccata vlcisci paratus est, Prouer. 13.
nisi pœniteant. Vnde fertur in psalmo, pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui, Et alio in psalmo, vbi prælegata verba conscripta sunt, semiuersiculo huic adiicitur, Vt perdat de terra memoriam Pśalm.20.
eorum. Memoria enim iusti cum laudibus, nomẽ verò impiorum putrescet. Postremò præinductis cõ- Psal.33.
sonat illud Deuteronomij, Dominus deus tuus, est deus fortis & fidelis, custodiẽs pactum & misericor- Proue.10.
diam diligentibus se, & iis qui custodiũt præcepta eius, & reddens odientibus se statim, ita vt disperdat Deut.7.
eos & vltra non differat, protinus eis restituens quod merentur.

D Prosecutio expositionis huius capitis ab eo loco [*Et quis est qui vobis noceat.*]

Articulus VII.



Bundauit in primitiua ecclesia Christianorum persecutio copiosa, ferox, assiduæ: ideirco cõuersi ad fidem indigebant cõfortatione & informatione ad patiẽtiam. Et hoc nũc agit apostolorum dignissimus vertex. [*Et quis est qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis?*] Tanquam dicat, Nullus vobis potest nocere, si æmulatores, hoc est, amatores seu imitatores estis boni, hoc est dei seu Christi essentialiter boni. Vel boni. i. virtutis. Nam qui huiusmodi boni est æmulator, non deiicitur per aduersa, sed deo firmiter est inhærẽs. Ideirco tribulatio cooperatur ei in meritorũ augmẽtum: & si lædatur in corpore, si spolietur substantia, si diffametur, nõ ei hęc nocẽt: sed mirabiliter prosunt, si ea æquanimiter ferat. Quẽadmodum ægro non nocet amara potio, sectio, siue adustio. Ideo dictum est, Nulla nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. Eis verò qui inferũt ista iustis, maximè nocet horum illatio, cũ peccẽt mortaliter. Vniuscuiusque siquidẽ malum in proprium redundat authorem. Et cui hæc nocẽt, ex propria impatientia, ira, seu alia culpa nocent. Ideo Ecclesiast. 10. dicitur, Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui dissipat sepem, mordebit eum coluber.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Sed his obiici potest, Quoniam, vt videtur, impiissimi hæresiarchæ valde nocuerunt multis bonis catholicis, quorum fidem pestiferis persuasionibus euerterunt. Nũne sacrilegus & damnatissimus Arrius totum pene orbem infecit? Vnde & Beda hîc ait, Constat plurimos boni æmulatores læsos esse ab aliis, dum in veritatis, quam diligunt cognitione, malè instructi sunt. Quãtos enim in deum catholicè credere & rectè in ecclesia viuere cupientes Arrij vesania, quantos Sabellij aliorúmve hæreticorum nequitia nescientes seduxit? Lege Ioannis Chrysostomi librum, quem scripsit de eo videlicet, Neminem posse lædi ab alio, nisi à semetipso. Hæc Beda. Verùm de isto longa posset disputatio induci. Sed breuitati studendum est & breuiter respondendum. Quod sicut dibabolus tentando inclinat, non compellit homines ad peccata, ipsi verò liberè cõsentiendo tentanti, seipsos præcipitant: sic hæresiarchæ potuerunt inclinare, non cogere ad errores: nec persecutores, absolutè loquendo, compulerunt fideles ad sacrificandum: sed qui sacrificauerunt ex pœnis inducti, ex propria infirmitate & imperfectione, cesserunt & perierunt. Hinc subditur, [*sed & siquid patimini propter iustitiam, beati*] estis nunc in merito & spe, beati futuri in præmio & re: sicut ait Saluator, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Et rursus loquens diffusius, & iustos plenissimè recreans ac consolans, ait ibidem, Beati estis, cùm maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos, mentientes propter me. Gaudete in illa hora, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Patiendo nanque æquanimiter aspera propter iustitiam, purgamur à culpis, implemur potioribus gratiæ donis, Christo assimilamur, à futuris eripimur pœnis, propinquamus ad regnum & gloriæ promeremur augmentum. Denique qui correptionem & correctionem pro suis peccatis gratanter suscipiunt, vt in vita præsenti purgentur, ac deo complaceant, quamuis pro suis patiantur demeritis: tamen aliquo modo, puta finaliter, propter iustitiam pati dicuntur, & reputatur eis hoc ipsum ad meritum, suntque beati. Miseri verò sunt, & miseri vehementer, qui corripi ac corrigi dedignantur. [*Timorem autem*] id est causam timoris, videlicet crudelitatem & persecutionem [*Eorum*] qui aduersa infligunt [*Ne timueritis*] immoderato timore, à virtutum constantia retrahente. Ideo subditur, [*Vt non conturbemini*] id est ne ordinationem rationis, tranquillitatémque mentis perdatis, & ita aliorum prauitate vincamini. Hinc iubet Saluator, Nolite timere eos qui corpus occidunt. Et in Prouerbiis habetur, Iustus quasi leo confidens absque terrore erit. Et in Esaia, Quis tu, vt timeas ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœnum arescit?

¶Veruntamen timor aduersitatum & mortis, naturalis duntaxat, excusatur à culpa, cùm & Christus timuerit mortem, ex præuio rationis iudicio. Aliqui verò timent, se formidaturos tribulatione instante, qui quod euadere cupiunt, ante tempus assumunt: quibus cõsulitur, vt dominum deprecẽtur, quatenus eos ab omni inordinato expurget pauore, cum Psalmista orãtes, A timore inimici eripe animam meam. Non vt me non occidat inimicus, sed vt non timeam occidentem inimicum.

¶Considerent etiam, quàm salubre sit pati aduersa, quámque proficuum, & quàm breuis sit omnis tribulatio vitæ præsentis, & quanta sustinuerunt Christus & sancti. Ex quorum omnium intuitione constantes ac fortes, imò & læti sint in tribulationibus & tormentis. [*Dominum autem Christum sanctificate*] id est magnificè honorate, firmitérque tenete, & sanctum esse sentite. [*in cordibus vestris*] videlicet in intellectu & voluntate, eum synceriter contemplando, feruidè diligendo, & totis viribus honorãdo. Iuxta hunc sensum oramus assiduè, Pater noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum. Et prophetа hortatur, Magnificate dominum mecum. Per Ezechielem quoque dominus fatetur, Cùm sanctificatus fuero in vobis. Et Esaias ait, Dominum exercituũ sanctificate. [*Parati semper ad sanctificationem omni poscenti vos rationem de ea quæ in vobis est, fide & spe*] id est tam instructi & sapientes in euangelica lege fitis, vt iugiter prompti sitis ad dandam rationabilem responsionem, & causam vniuersis à vobis quærentibus rationes fidei vestræ ac spei. Cur scilicet tam incomprehensibilia credatis, tamque supernaturalem beatitudinem, & secreta ac inuisibilia bona adipisci speretis? ¶Potest autem quis rationem fidei ac spei interrogare à Christiano dupliciter, primò fideliter. Secundò infideliter. Qui fideliter quærit, charitatiuè informandus est, & potest faciliter contentari. Qui verò infideliter scisciatur, non ita faciliter contentatur, sed opponit & arguit, quousque vincatur. Vtrisque tamen eædem rationes fidei ac spei sunt assignandæ. Quòd scilicet ita credimus & speramus, quoniam deus alt⁹imus, omnipotens, verax, qui nec fallere potest nec falli, huic nostræ fidei & spei testimonium perhibuit, primò per Christum. Deinde per sanctos apostolos, cæterósque Christi discipulos & viros sanctos. Imò per vtriusque sexus personas innumerabiles, vsque in præsens, per innumera & præclara miracula soli omnipotentiæ suæ possibilia. Quæ partim in scripturis canonicis sunt descripta, partim in chronicis aliisque historiis & legendis authenticis. Secundò, quoniam quicquid de Christo credimus & speramus in euangelicæ legis scripturis, in veteris testamenti scripturis per Mosen, & beatos prophetas copiosè legimus prophetatũ. Tertiò, quia lex Christi est lex totius sanctitatis & honestatis, ac perfectionis. Quartò, per finalem istam Iudæorũ relictionem probamus Christum venisse. Quintò, ostenditur veritas fidei per hoc, quòd quãtò aduersarij & tyrãni atrocius nitebãtur fidem Christianam prorsus extinguere, tantò plus creuit atque inualuit. ¶Ex quibus omnibus, multisque aliis rationibus, sufficiẽter & certò probatur, q⁹ fidei nostræ ac spei deus sit author ac testis: quãuis per ea fidei veritates supernaturales ita probari nõ queãt, vt cõprehendãtur per rationẽ, certitudinemq; euidentiæ habeant. Verũtamen fidem cõtra aduersariorum disputationẽ defendere, & eã diuersis argumẽtationibus rationabiliter persuadere ac declarare, nõ est omniũ, sed specialiter eruditorũ. Nec est præceptum, vt vnusquisque fidelis paratus sit ad satisfaciẽdum quærẽtibus rationẽ fidei ac spei, cũ multi sint idiotæ, & penitus simplices: sed istud est magis consiliũ, prælati, tamen & superiores atque doctores, seu prædicatores tenentur aliquo modo esse parati ad satisfa-

Beda. Matth.5. Ibidem. Matth.10. Prouer.18. Esa.51 Matth.26. Matth.6. Psal.33. Ezech.29. Esa.8.

ctionem huiusmodi. Cùm apud Malachiam dicatur, Labia sacerdotis custodiũt scientiam, & legem requirent de ore eius, quia angelus domini exercituum est. In primitiua quoque Ecclesia, præparatio & eruditio ista ad satisfactionem talem magis necessaria fuit, quàm nunc: quia tunc fideles inter perfidos vndique morabantur, & sæpe inde interrogabantur, etiam à tyrannis. Fuitque eis necesse fidem contra aduersarios eius defendere [*Sed cum modestia & timore*] id est postulantibus à vobis rationem fidei vestræ ac spei, respondete modestè, id est timoratè, humiliter & decenter: ne interrogatores scandalizentur in vobis: & se despici arbitrantes, contra fidem & eius professores grauius accendantur. Hinc ad Romanos loquitur Paulus, Infirmum in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum. Timoth. quoque scribens, Noli, inquit, verbis contendere. Ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionem audientium. Itémque, Seruum domini non oportet litigare: sed patientem esse, & cum modestia corripientem eos qui resistunt. Denique cum ea quæ fidei sunt, sint tam sublimia, incomprehensibilissima ac profunda: non nisi cum casto dei timore de eis loqui & disputare debemus, nè forsitan dominum offendamus, irreuerenter & præsumptuosè loquendo de ipso, & mysteriis eius. Quia, vt in Prouerbiis asseritur, sicut qui mel comedit multùm, non est ei bonum: sic qui perscrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Propter quod & diuinus Dionysius & Damascenus affirmant, Non est audendum aliquid dicere de substantialibus deitate præter ea quæ nobis sunt in sacris eloquiis tradita [*conscientiam habentes bonam*] ita, vt vobis non sitis conscij de aliqua simulatione, nequitia, aut culpa occulta. Quemadmodum ad Corinthios asserit Paulus, Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quòd in simplicitate & syncritate dei, non in sapientia carnali, conuersati sumus in hoc mundo. [*Vt in eo quod detrahunt de vobis confundantur, qui calumniantur vestram bonam conuersationem*] id est detractores vestri, vobis incautè obloquentes, ex vestra rationabili responsione, quam eis assignatis de fide & spe vestra, atque ex sancta vita vestra, confundantur, ipsa euidentia veritatis ac virtutis conuicti. Aut etiam tandem cõuersi. Vel, confundantur in die iudicij: quando iusti stabunt in magna constantia aduersus persecutores, irrisores, detractóresque suos. Vnde per Hieremiam ait vir iustus. Confundantur qui persequuntur me, & nõ confundar ego. Paueant illi, & non paueam ego. Induc super eos diem afflictionis. Hinc ad Titum habetur, Verbum sanum sit & irreprehensibile, vt is qui ex aduerso est, vereatur, nihil mali habens loqui de nobis. Hæc igitur agite cum bona conscientia, nec ex timore persecutionum omittite ea. [*Melius est enim*] id est magis laudabile, magisque meritorium [*Benefacientes (si velit voluntas dei) pati*] aduersa [*quam malefacientes*] hoc est virtuosius fuerit, vt absque demerito vestro, vtpote bene viuentes, sustineatis aduersa, quàm vt ea pro vestris demeritis sustineatis, vtpote malè viuentes.

¶Quemadmodum Iob & Tobias amplius commendãtur pro eo, quòd tanta perpessi sunt, non pro suis excessibus, sed pro sua exercitatione, & coronatione glorioſi, atque vt aliis in exemplum patientiæ ponerentur, quàm Elimas magus & Ioram, qui pro suis criminibus sunt plagati.

¶Hac quoque authoritate, secundum Bedam, reprehenditur eorum stultitia, qui æquanimiter ferunt correptionem & correctionem, quando culpabiles sunt: si verò absque culpa sua patiantur aduersa aut arguuntur, ægrè accipiunt: & qui hactenus videbantur innoxij, per propriam iram, impatientiam, murmurationem se noxios reddunt. Porrò quòd virtuosius sit absque proprio demerito pati, probat exemplo Christi. [*Quia & Christus semel pro peccatis nostris mortuus est*] sicut ait in psalmo, Quæ non rapui, tunc exoluebam. Et Hieremias in Tren. testatur, Spiritus oris nostri Christus dominus, captus est in peccatis nostris. Mortuus ergo est pro peccatis nostris tollendis, sicut prædixit sanctissimus Ioannes Baptista, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mũdi. Crucifixus est enim, vt merito suæ acerbissimæ passionis, inquantùm illam ex feruentissima charitate atque plenissima obedientia acceptauit ac pertulit, pro nostris satisfaceret culpis, & copiosissimam nobis gratiam plenámque beatitudinem promeretur: iuxta illud ad Hebræos, Sanguis Christi, qui semetipsum per spiritum sanctũ obtulit immaculatum deo, emũdabit cõscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiẽdum deo viuenti. Et rursus. Semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata. Rectéque additur semel, Quia vt Paulus fatetur. Christus resurgẽs ex mortuis, iam nõ moritur, mors illi vltra nõ dominabitur. quòd enim mortuus est, peccato mortuus est semel. Itaque mortuus est pro nobis. [*iustus pro iniustis*] videlicet ipse sanctus & innocens pro nobis transgressoribus [*Vt nos offerret deo*] id est ei recõciliaret, & ad cælestẽ introduceret patriã. Quemadmodum ipse dixit, passione instãte, Vado parare vobis locum, vt vbi sum ego, & vos sitis. Christus quippe est, qui fortem armatum, puta diabolũ, ligauit, & spolia eius distribuit, auferẽs ei quos ille deceperat, & ad deum eos reducens. Atque in altum ascẽdens captiuam duxit captiuitatẽ. Propter quod per Esã. deus pater ait de homine Christo, In scientia sua iustificabit ipse seruus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit. Ideo dispertiã ei plurimos, & fortium diuidet spolia. Etenim spolia fortium erãt peccatores, à dæmonibus victi & capti: quorum multos, omnes. s. electos Christus sua passione nõ solùm sufficiẽter, sed & efficienter saluauit. Hinc scriptum est ad Ephesios 5. Christus dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum per ea, vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiam, nõ habentem maculam neque rugam. Offerret, inquam, nos deo [*Mortificatos quidem carne*] id est à carnalibus desideriis & inquinamentis abstractos, & spiritaliter mortuos [*Viuificatos autem spiritu*] id est mente, viuentes in charitate & gratia: vel, viuificatos spiritu, id est à spiritu sancto, per dona gratiæ eius spiritaliter viuos effectos. ¶Hanc enim mortificationem viuificam merito passionis Christi à deo consequimur, nec sine ea finalem fructum dominicæ passionis, videlicet æternam salutem, adipiscemur. Qui enim sunt Christi, carnem suam cum vitiis & concupiscentiis crucifigunt, vt loquitur Paulus ad Galatas, Qui denuo ad Corinth. fatetur, pro omnibus mortuus est Christus, vt qui viuunt, iam non sibi viuant: sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Itaque qui tribulationes & persecutiones absq; suis demeritis sibi illatas æquanimiter ferũt, Christo

Malac. 2. Roma. 14. 2. Tim. 2. Ibidem. Prouer. 25. Dionysius 2. Cor. 1. Sap. 5. Hiere. 17. Tit. 2. Iob. 142. Iob. 11. Act. 13. 3. Re. 22. Epist. Psal. 85. Hebr. 9. Ibidem. Rom. 6. Ioan. 14. Matth. 32. Marc. 3. Psal. 97. Esa. 53 Galat. 5. 2. Cor. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

assimilantur. Qui verò eas pro suis peccatis tolerant patienter, cõformantur latroni ad dexteram Chri- E
Luc.23. sti suspẽso, qui dixit, Digna factis recepimus: qui & cum Christo paradisum de cruce introiuit. Qui ve
rò nec pro suis excessibus corripi corrigíque dignantur, latroni ad sinistram Saluatoris suspenso æquã-
tur. ¶ Consequenter commemorat princeps apostolorum antiquum opus misericordiæ Christi, quod
tempore Noë fecit, per quod præfigurauit effectum pietatis, quem post suam incarnationem in mundo
hoc viuens, per seipsum ac suos discipulos, impendit hominibus. Est autem locus hic intricatus, & satis
obscurus, ac variis modis translatus. Nam Beda ponit hunc textum, In quo & eis qui in carne cõclusi e-
rant, spiritu veniens prædicauit. Quem textum sequitur & exponit Albertus. Alia verò translatio, teste
Beda, sic habet, In quo spiritu & eis qui in carne erant, prædicauit, &c. Communiter verò ita habemus,
In quo & his qui in carcere erant, spiritu aduenies, vel, spiritualiter aduenies, prædicauit. Exponen-
do ergo hanc literam, primò iste est sensus, in quo, id est ad hoc, vt homines à se conuersos deo offerret.
Vel in quo, id est in spiritu sancto, de quo secundum vnam expositionem, immediatè præmisit, viuifica-
tos spiritu. Itaque in quo & his qui in carcere erant spiritu veniens, id est Christus verus deus per spiri-
tus sancti immissionem seu inspirationem, aduenies, eis qui erant in carcere. i. in profundo vitiorum &
ignorantiarum, & consuetudine vitiosa erant ligati, propriisque iniquitatibus quasi custodia carcera-
Prouer.5. li detẽti, prout in Prouerbiis habetur, Iniquitates suæ capient impium, & funibus peccatorum suorum
2.Tim.2. constringentur. Vnde & Paulus loquens de impiis, Resipiscant, inquit, à laqueis diaboli, à quo captiui F
tenentur. His ergo Christus per suæ miserationis effectum spiritualiter veniens, & spiritu sancto operan
te aduenies prædicauit per Noë, vt infra innuitur. Quem Noë Christus per inspirationem spiritus san
cti instigauit ad prædicandum verbis & factis, futurum esse diluuium propter scelera hominum, quia
tunc omnis caro corruperat viam suam, vt dicitur in Genesi, [*Qui increduli fuerant aliquando*] scilicet
Gene.6. tempore Noë, cuius prædicationi non crediderunt, nec à suis cessauerunt criminibus [*Quando expecta-
bat dei patientia*] id est deus diu & patienter expectauit pœnitentiam, emẽdationémque hominum: quia
per centum annos & amplius deus prænunciauit diluuium esse futurum. Nam & Noë centum annis
occupatus fuit cum suis in arcæ fabricatione, sicut ex Genesi trahitur. Hinc subditur, [*In diebus Noe cũ
Ibidem. fabricaretur arca*] deo dicente ad Noë, Fac tibi arcam de lignis læuigatis. Quidam textus habent, quan
do expectabant dei patientiam: quia iniqui illi distulerunt & neglexerunt se emendare, videntes com-
minationem dei de aduentu diluuij tam diu differri. Sícque expectabant patientiam dei, non desideran
do gratiam emendationis, sed diu manendo in suis peccatis, putantes quòd pius & patiens deus non es-
set eis diluuium inducturus. Sícque vnicuique eorum dici poterat illud ad Romanos. Existimas, quia
tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis dei & patientiæ & longanimitatis contemnis? Ignoras,
quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum duritiam autem tuam, & impœnitens G
cor tuum, thesaurizas tibi iram in die iustí iudicij dei tui.
¶ Porrò prætacta litera, qua vtitur Beda, sic intelligitur, Eis qui in carne erant conclusi, id est carnalibus
concupiscentiis deuincti ac victi. Qui enim carnalibus magis quàm deo & spiritualibus rebus inhæret,
rectè in carne dicitur esse conclusus, quia non leuat se supra se. De quibus ad Romanos asseritur, Qui in
carne sunt, deo placere nõ possunt. Virtuosis autem hominibus ibi mox additur, Vos in carne nõ estis,
sed in spiritu. Cætera exponũtur, vt habitum est. Vult itaque princeps apostolorum asserere, quòd Chri
stus qui nostris temporibus carne indutus veniẽs prædicauit hominibus iter salutis, ipse etiam & ante
diluuium eis, qui tunc increduli erant, spiritu veniens prædicauit. Ipse nanque per spiritum sanctum
erat in Noë, & aliis sanctis qui tunc erant, per quos tunc prædicauit iniquis illius temporis, vt conuer-
terentur. Sícque beatissimus Petrus in verbis istis apertissimè innuit Christi diuinitatem, & vtriusque
naturæ vnam esse personam in ipso. Quamuis enim tunc nondum fuerit incarnatus, tamen verè tunc,
imò & æternaliter fuit & est. Quia suppositum est æternum. Et Christus supponit personam æternam
& increatam. Propter quod ait Ioann 8. Antequam Abraham fieret, ego sum. Ad quod insinuandum,
Iudas apostolus in sua ait Canonica, Iesus populum saluans de terra AEgypti, secundò eos qui non cre-
diderunt, perdidit. Ad Hebræos decimotertio quoque fertur, Iesus Christus heri & hodie, ipse & in se-
cula. Insuper quidam per carcerem intelligunt limbum patrum: vt sit sensus, In quo, vt scilicet plures
deo offerret ipse Christus veniens spiritu, id est secundum animam suam in carcerem, id est in limbum H
vbi sancti patres detinebantur, in quem Christus vt spiritum tradidit secundum animam mox descen-
dit: prædicauit his qui detinebãtur ibidem, id est mysterium suæ incarnationis & passionis impletum
esse annunciauit. Qui increduli erant aliquando, quando expectabat dei patientia in diebus Noë, cùm
fabricaretur arca, &c. quia vt piè speratur, quidam qui ante diluuium increduli erant verbis Noë, ve-
niente ipso diluuio suæ perfidiæ cognouerunt errorem, & pœnituerunt ac saluabantur, ita quòd in pur
gatorio plenè purgati venerunt in limbum patrum, sicque eis cum cæteris ibi manentibus Christus, vt
dictum est, prædicauit. ¶ Quidam verò incautè, imò & insipiẽter dixerunt, quòd Christus in infernum
descendens, prædicauit ibi detẽtis pœnitentiam & viam salutis, seque mundi saluatorem consistere, &
quòd tunc credentes in eum saluabantur: inter quos quidam dixerunt Platonem fuisse primum creden
tium. Istud inter apocryphorũ computãdum est somnium. Et sanctus Cyrillus atque Chrysostomus
huic cõtradicunt assertioni. ¶ Tempus quippe & status merendi ac demerendi finem accipiunt in cu-
iuslibet hominis morte. Propter quod asserit Damascenus, quod angelis est ruina, hoc hominibus
mors. Et in Ecclesiastico legitur, Si ceciderit lignum ad Austrum, aut Aquilonem: in quocunque lo-
co ceciderit, ibi erit. Idcirco de lege communi post vitam præsentem non est reditus ad pœnitentiam
salutarem. Sed deus omni lege sublimior est. Et quibusdam, vt vult, priuilegium facit. [*In qua*] arca [*Pau
ci, id est, octo animæ*] sumẽdo partem pro toto, id est octo homines, vtpote Noë & vxor ipsius, tres quoq;

A filij Noë, & tres eorum vxores [*saluæ factæ sunt*]. i. à periculo diluuij, scilicet submersione & morte [*Per
aquam*] id est per hoc quòd aqua diluuij eleuauit arcam in altum ne mergerentur. Sumitur autem in scri
pturis multoties pars pro toto. Sicut in psalmo, Ad te omnis caro veniet. Et in Actis, Eramus omnes ani- Actu.27.
mę in naui ducentæ sexaginta sex [*Quod et vos nunc similis formæ saluos facit baptisma*] Ordo verborum in
constructione hic est, Quod, supple dico, quia baptisma similis formæ. i. sacramentum baptismatis Chri
sti existens similis formæ. i. comparis modi cum aquis diluuij. Nam sicut per aquam diluuij salui facti
sunt valde pauci, comparatione eorum qui perierũt diluuio: ita electi qui per baptismum soluũtur per-
pauci sunt, comparatione fidelium reproborũ, & aliorum incredulorum. Propterea ait Saluator, Arcta
est via quæ ducit ad vitam, & pauci inueniunt eam. Et rursus, Nolite, inquit, timere pusillus grex, quia
complacuit patri dare vobis regnum. Rursus, sicut aqua diluuij eleuando arcam, saluauit existẽtes in ea: Lucæ.12.
sic aqua baptismi saluat leuando ad cælum. Itaque baptisma similis formæ saluos vos facit, id est, purgat
à vitiis, atque ad alia sacramenta deducit. Est enim primùm inter sacramenta ianua ad alia. [*Non carnis
depositio sordium*] id est, corporalium sœditatum seu immunditiarum depositio non vos saluat, sed spiri-
talis interiorque ablutio. Ideo subditur [*sed conscientiæ bonæ interrogatio in deum*] id est, interrogatio quæ
fit á baptizando adulto. Interrogatio, inquam, bonæ conscientiæ in deum, id est inquisitio an habeat
conscientiam bonam in deo: ita vt non fictus accedat, sed catholicè credens, & boni propositi: hæc inter-
rogatio saluat. i. per eam fit baptizandi saluatio. Aliter enim non consequitur quis baptismi effectum. si
B adultus existat, Tunc enim ab ipso fit interrogatio, personaliterque respondet. Si autem sit infans, patri-
nus respondet pro eo [*Per resurrectionem Iesu Christi*] id est an habeat conscientiam bonam in deo per re-
surrectionem Iesu Christi. i. per viuam & formatam fidem resurrectionis Iesu Christi, rectè credendo
in eum. Qui enim credit Christum resurrexisse à mortuis, alia eius mysteria facilius credere potest: sic-
que resurrectio Christi valde specialem habet difficultatem credendi. Ideo scriptum est Actuum quar-
to. Virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi domini nostri [*Qui est
ad dexteram dei patris.*] Iuxta illud Marci. 16. Dominus Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est in
cælum, & sedet à dextris dei. ¶ Dicitur autem Christus ad dei patris dexteram esse dupliciter. Primò in-
quantùm est deus, sedet & regnat deo patri æqualis: sed inquantùm homo, dicitur ad patris dexteram
residere, id est in potioribus eius bonis consistere: quia præ vniuersis electis fruitur deitate sublimiter, 1.Corin.15.
& omni felicitate impletus est, quantum capere potest natura creata [*Deglutiens mortem*] quia in primis
sua benedicta passione sibiipsi plenam corporis immortalitatem promeruit: deinde genus humanum à
morte culpæ redemit, imò & à morte æternæ damnationis saluauit. Plenam quoque animæ & corporis Eodem.
beatitudinem, quę omnem mortalitatẽ exeludit, promeruit nobis: quam virtute & merito Christi tandẽ
sortientur electi, puta in die iudicij: quãdo mortale hoc induerit immortalitatẽ, & iuxta quod loquitur
Paulus, implebitur sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria. Hinc subditur [*Vt vitæ æternæ hæ
C redes efficeremur*]. i. æternam salutem hæreditate consequamur. Vnde per Oseam prophetam decimoter Matth.25.
tio capitulo ait Saluator, De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Ero mors tua ô mors, ero
morsus tuus inferne. [*Profectus in cælum*] in die ascensionis. Per quod nobis dedit siduciam, præbuítque
exemplum beatificę ascensionis in cælum cũ corpore glorificato & anima, obtinendę in die iudicij: quã-
do dicet, Venite benedicti patris mei, percipite regnũ. [*subiectis sibi angelis, potestatibus et virtutibus.*] Quia
super omnium angelicorum ordinum dignitatem, hierarchiam, & excellentiam eleuatus est Christus in
ascensione, secundum naturam assumptam. ¶ Quocirca sciendum, quòd eo ipso quo Christi humanitas
in incarnatione verbi æterni vnita est verbo hipostatica vnione, videlicet ad personale & increatum esse
verbi assumpta in vnitate personæ, prælata est omni creaturæ, & toto vniuerso dignior sublimiórque ef-
fecta. Tamen inquantùm mortalitati & passibilitati fuit subiecta, erat quodammodo angelis sanctis infe
rior, Sed quia ad immortalem vitam surrexit, & super omnes cælos vsque ad dexterã patris ascẽdit, idcir
co in ascensione dicuntur angeli & cæteri chori cęlestes ei subiecti. Et exprimũtur hic tres chori angeli-
ci, seu tres ordines angelorum, per quos cæteri dantur intelligi. ¶ Quocirca pensandũ quòd glorioſissimę
apostolici agminis vertex paulatim ascendẽdo, primò exprimit angelos, deinde potestates, & tertio loco
virtutes. Ex quo sumitur argumentum, quòd virtutes pertineant ad secundã hierarchiam angelicam, &
D supra potestates existant, prout diuinus Dionysius à Paulo apostolo informatus edocuit. Quanquam
Gregorius & Bernardus ponant virtutes in infima hierarchia chorum supremum.

Expositio IIII cap. [*Christo igitur passo in carne.*] Artic. VIII.

CVm in imitatione cõuersationis passionisq; Christi tota nostra cõsistat perfectio, vbertim princeps Apostolorũ ad dñicæ passionis imitationẽ nos admonet, per ad uersitatum & tribulationũ tolerãtiam virtuosam. Idcirco nunc loquitur [*Christo igitur passo in carne*]. i. quia christus in carne propria passus est, non in deitate sua, quæ fuit impassibilis prorsus. Nec solũ in carne sua patiebatur saluator, sed in ani ma quoque. Habuítque corporales & spirituales, exteriores & interiores dolores, ita quòd in omnibus exterioribus & interioribus suis sensibus affligebatur: atque in appetitu sensitiuo tam concupiscibili ą irascibili. Nam & timorem & tristitiã habuit. Cœpit quippe contristari, & pauere, & tędere: dixítque, Tristis est anima meavsque ad mortem, Lucæ.22.
Nec solùm in prædictis organicis viribus, sed in potẽtiis quoq; superioribus intellectiuis grauiter patie- Matth. 14.
batur, videlicet intellectu & voluntate. Quamuis enim anima eius, quantùm ad superiores has vires, Matth.26.
fuerat tempore passionis in gaudio beatificæ fruitionis, ita, quòd non patiebatur in potentiis istis ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

increatũ obiectum relatis:tamen inquantũ potentiæ illæ erant fundatæ in essentia animæ, & respectum habebant ad obiectum creatum afflictiuum, sic erat in grandi afflictione, prout Thomas in prima parte Summæ suæ hæc plenius docet. Imò, vt Bonauẽtura & alij bene deducunt, in Christo tempore passionis dolor cõpassionis excessit passionis doloré: sicque tota Christi humanitas vehementissimè patiebatur, & tota natura humana in ipso fuit in dolore summo ac maximo: quia tenerrimæ erat complexionis, & summè perceptiua doloris: & erat maximè recens, viuax, nobilis, ac robusta. Nec fuit tunc in ea à superioribus viribus in inferiores redundantia, cõsolatoria, doloris releuatiua. Meritò ergo debemus compati christo, tantùm & tanta propter nos passo, & eius passioni nos conformare. Propter quod subditur [*Et vos eadem cogitatione armamini*] .i. meditatione dominicæ passionis armate vos contra impugnationem delitiarum, seu concupiscentiarum & vitiorum, & clypeo pœnitentiæ vos munite: passionemque Christi sequi proponite, carnem vestram cum vitiis & concupiscentiis crucifigendo [*Quia qui passus est in carne, desijt à peccatis.*] Si desinere accipiatur pro cessare ab actu prꝛterito seu incœpto, certũ est, istud de Christo nõ posse exponi, eò quòd nunquam peccauerit. Si autem desinere accipiatur pro abstinere, potest de Christo intelligi. Nã ipse Christus in carne propter nos passus abstinuit semper à culpis. Communiter verò exponitur istud de imitatoribus dominicę passionis, vt sit sensus, Quia qui passus est in carne .i. tribulationes corporales patiẽter sustinuit, & carnem suam affligendo per abstinentias, ieiunia, discipli- nas, vigilias, eam in animę seruitutem redegit: iuxta illud, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: desijt à peccatis. i. à præteritis vitiis pœnituit, & se emendauit, nec carnalibus inquinamẽtis se fœdat. Vnde sponsã in Canticis, Laui (inquit) pedes meos: quomodo inquinabo illos [*Vt iam non hominum desideriis*]. i. de cætero nõ carnalibus & humanis inordinatis affectibus [*sed voluntati dei*]. i. obseruationi diuinorum præceptorum ad gloriã creatoris [*Quod reliquum est in carne viuat tempori*] .i. residuũ temporis vitæ præsentis in hac carne mortali viuat & obediat, hoc est vosipsi de cætero per omne tempus vitæ vestræ seruiatis obediatisque deo. Tempus quippe dicitur agere vel pati, quod existentes in tempore agunt aut patiuntur: sicut in euangelio ait Saluator, Crastinus dies sibiipsi erit solicitus. Et primò Machabæorum habetur, Videns Ionathas, quia tempus eum iuuat [*sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem gentium consumandam*]. i. satis & plusquam satis est, quòd elapsis temporibus vixistis carnaliter, & irrationabiliũ hominum voluntatibus acquieuistis. Idcirco de reliquo nõ solùm à consuetis peccatis cessetis, sed præteritorum quoque temporum negligentias recuperetis, & vitia deplorate, seriꝛpérque fructuosè viuatis [*Qui ambulauerunt*] ad interitum [*in luxurijs, desideris*] irrefrenatis [*violentis*]. i. assiduis & superfluis vini potationibus, quæ non solùm animæ sed & corpori maximè nocent: quibus dicitur apud Esaiam, Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam [*Comessationibus, potationibus*] quantùm ad aliorum poculorum sumptionem immoderatam [*Et illicitis idolorum cultibus*]. i. idolatriis maximè vitiosis. Hæc nanque & consimilia scelera in gentibus regnauerunt. Prout in lib. Sapiẽtię diffusè conscriptum est: vbi inter cętera fertur, Omnia commixta sunt, sanguis, homicidium, furtum & fictio, corruptio, infidelitas, turbatio, periurium, tumultus, bonorum domini immemoratio, animarũ inquiuatio, inordinatio mœchiæ & impudicitiæ [*In quibus nunc admirantur non concurrentibus vobis in eandem luxuriæ confusionem*]. i. dum vitia ista exercent, mirantur quod vos qui olim fuistis socij eorum in talibus, nunc abstrahitis vos ab eis [*Blasphemantes*] Christum & fidem quam accepistis. Non enim cognoscunt viam iustitiæ, ideo iustos reputant fatuos. De talibus scriptum est per Sapientem, Dixerunt impij, cogitantes non rectè, Venite, fruamur bonis quæ sunt: & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter, vino precioso & vnguentis impleamus nos. Nullum pratum sit, quod nõ pertranseat luxuria nostra. Denique multi sunt Christiani ita carnales & excæcati, vt mirentur si quis ad vitam clausstralem & pœnitentialem confugiat, & ipsorum vitet consortia. Admiratio quippe consurgit ex hoc, quòd insolitus effectus conspicitur, cuius causa ignoratur. Hi autem obtenebrati praui non sciunt nec pensant, quid moueat iustos, & qualiter inspirentur à deo. Propter quod ad Corinth. habetur, Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus dei. Stultitia enim est illi, & non potest intelligere [*Qui reddent*] id est reddere exigentur [*Rationem ei qui paratus est iudicare viuos et mortuos*] vtpote Christo de quo scriptum est, Ipse est, qui cõstitutus est à deo iudex viuorum, & mortuorum. Siquidem pater omne iudicium dedit filio. Salomon quoque protestatur, Cuncta quæ fiunt adducet deus in iudicium pro omni creato, siue bonũ sit siue malum [*Propter hoc enim et mortuis euangelizatum est*] id est existentibus in peccatis & perfidis prædicata est lex Christi ab eius discipulis. De taliter mortuis ait in euangelio Christus, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Et Paul. Vidua, inquit, quæ in delitiis viuit, viuens mortua est. Et rursus, Surge qui dormis, & exurge à mortuis [*Vt iudicentur quidem secundum homines in carne*]. i. ipsi mortui seu inqui iam ad Christum conuersi, & impiorum consortia deuitantes, diiudicentur & reprobentur ab ipsis carnalibus excæcatis hominibus, secundum hominum huius sæculi sensum iudicantibus, quorũ iudicia sunt peruersa. Ista tamen diiudicatio conuersorum ab impiis est præter intentionem prædicantium, & ex eorum prædicatione occasionaliter sequitur: sicque quod ait, vt, tenetur concomitanter, non causaliter. Sicut in psalmo, Tibi soli peccaui, &c. vt iustificeris in sermonibus tuis, &c. [*Viuant autem secundum deum*] id est in obseruantia præceptorum [*in spiritu*] .i. recta mentis intentione, & ex charitatis affectione, ad quod prædicatio directè ordinabatur. Vnde ad Galatas fertur, Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Et meritò sic viuendum est [*Omnium enim finis appropinquabit*] id est dies iudicij incessabiliter appropinquat. Vel, omnium hominum finis, id est mors indesinenter propinquat. Cùm tota hęc vita sit quasi cursus ad mortem. [*Estote itaque prudentes*] id est discreti, circunspecti, & prouidi. Quia horrendum est, incidere in manus dei viuentis. Atque in medio laqueorum & inuisibilium hostium omni ferocitate, calliditate, inuidia repletorum ambulatis: qui tam fortitudine, quàm experiẽtia & astutia

Galat.3.
1.Corin.9.
Cantic.5.
Matth.6.
1.Mach.12.
Esaiæ.5.
Sapien.4.
Sapien.2.
2.Corin.2.
Actu.10.
Ioann.5.
Eccles. 12.
Matth.8.
Lucæ.9.
1.Timo.5.
Ephes.5.
Psalm.50.
Galat.5.
Hebræ.10.

nos valde excedunt, nec aliud machinantur, nisi vt æterna felicitate, quã perdiderunt, nos spoliant, infernalibusque nos secũ inuoluant suppliciis. Idcirco oportet nos iugiter esse maximè circunspectos, timoratos, custoditos, solicitos, prout in Deuter. S. Moses exhortatur, Custodi temetipsum & animam tuam solicitè, ne obliuiscaris verborũ domini: & ne excidãt de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ. Sed quia nõ sufficit diligentia nostra sine continua diuinæ subuentionis assistentia, rectè subiungitur [*Et vigilate in orationibus.*] Quod dupliciter potest intelligi, & debet impleri. Primò, vt orando vigilemus. i. cum cordis vigili attentione oremus. Non enim corde hinc inde vagante inuocandus est deus, sed animo recollecto, aduertente & custodito, cum omni reuerentia, humilitate, & sancto timore. Propter quod in Eccl. scriptum est, Ante orationem prępara animam tuam, & noli esse quasi homo tentans deum. Secũdò, vt protrahamus vigilias in orando, non solùm in die, sed nocturnis quoque tẽporibus orationibus insistẽdo. Iuxta illud in Psalmo, Media nocte surgebam ad cõfitẽdum tibi. Et rursus, In die tribulationis meæ deum exquisiui manibus meis nocte contra eũ, Huius siquidem rei Christus (cuius omnis actio nostra est instructio) nobis dedit exemplũ, de quo scriptũ est, Exiit Iesus in montem solus orare, & erat pernoctans in oratione dei. Hanc doctrinam etiã Christus expresit apud Marcum loquens, Vigilate, nescitis enim quãdo dominus veniat, sero, an media nocte, an gallicantu, an manè: ne cũ venerit repentè, inueniat vos dormientes. Videte, vigilate, & orate. Sed quoniam absque charitate nihil est meritorium, subditur [*Ante omnia autem*] .i. potissime & in primis ante exercitia cuncta, [*Mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes*] .i. charitatẽ fraternã indefinentem, & quãtùm possibile est, etiam actualem, vt tam interiores quam exteriores charitatis actus assiduè procedamus: cum signum charitatis sit executio actus. Vnde & dominus ait, Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Sed cum primum maximumque præceptum sit, vt deus toto corde ametur, quid est quod princeps apostolorũ hortatur, vt ante omnia mutuò diligamus? Et respondendum, quod eadem est charitas habitualis, qua deum proximumque diligimus, eò quòd deus sit ratio proximos diligendi. Sicq; dilectio dei & proximi se mutuò complectuntur. Idcirco in eo quod ante omnia ad mutuam charitatem monemur, datur intelligi, vt super omnia & ante omnia deum amemus, sicq; ad fraternã charitatẽ ante omnia nos hortatur scriptura, inquantùm ista dilectio fraterna charitatem dei includit, ac præsupponit [*Quia charitas operit multitudinem peccatorum*] .i. vniuersa peccata ignis sanctæ dilectionis consumit & delet, non solùm quantùm ad culpam, sed etiam quantùm ad pœnam, in toto aut in parte, secundũ quod feruor amoris intensior fuerit siue remissior. Propter quod Christus dixit de beatissima Maria Magdalena, Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. in Prouerb. quoque Salomon ait, Vniuersa delicta operit charitas. De huius autem verbi expositione dicta sunt plura super illud Iacobi, Qui cõuerti fecerit peccatorẽ ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operit multitudinem peccatorũ [*Hospitales inuicem*] festote [*sine murmuratione*] i. patienter, & gaudiosè, gratis & charitatiuè vnus hospitet alium, & bene tractet eundem. Præsertim autem religiosi peregrini & pauperes sunt hospitandi & taliter repulsandi. Istud nanq; est vnũ de operibus misericordiæ, quæ ad Christianos precipuè ptinẽt, & ad quæ charitas mutua specialiter obligat, vt. i. vnusquisque faciat alteri, prout vult fieri sibi. Vnde istud nõ obseruãtibus christus in die iudicij est dicturus, Hospes fui, & non collegistis me. Hinc ad Hebr. dicitur, Charitas fraternitatis maneat vobiscum, & hospitalitatẽ nolite obliuisci. Et Esaias, Egenos, inquit, vagosq; induc in domum tuã. Quod sanctus Iob implesse se pandit. Foris (inquiens) nõ mãsit peregrinus. Ostiũ meum viatori patuit. Nec solũ hospitalitatẽ debet quilibet exercere, sed cætera quoq; beneficia, sibi à deo collata, proximis communicare pro posse. Ideo sequitur [*Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes*] .i. quilibet vestrũ dona sibi desuper prestita proximis suis piè & charitatiuè diffundat, impẽdat, cõmunicet: vt per ea fructificet deo, impleatq; quod dns ait, Negotiamini dum venio. Et sic talenta sibi tradita virtuosè multiplicet, & ita se habeat circa proximũ, quẽadmodũ deus se habuit circa ipsum. Hoc totũ est, vt opera misericordiæ, tam spiritalia quã corporalia, proximis impendat vnusquisq; pro posse. Cui ergo à deo collata est maior sapientia, aut maior gratia exhortandi, aut maior virtutum perfectio libenter informet ac moneat alios, & eos conetur conuertere. Propter quod ait scriptura, Sapiẽtia abscondita, & thesaurus occultus, quæ vtilitas in vtrisq;? Vnde ad Colossenses dicitur, Docentes & commonẽtes vosmetipsos in hymnis & psalmis. In Apoc. quoque scriptũ est, Qui audit dicat. Veni. Hæc itaque agite [*sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei*] .i. amorosi erogatores & communicatores multipliciũ charismatum aut donorum spiritus sancti: quo vni datur sermo sapientiæ, alteri sermo scientiæ, alij gratia sanitatum, alij discretio spirituum, &c. prout ad Corin. dicitur. Propter quod denuo loquitur Paulus, Vnusquisque propriũ donum habet à deo. Ad hanc cõmunicationẽ hortatur nos Salomon dicens. Diriuentur fontes tui foras. Et Christus, Luceat (inquit) lux vestra coram hominibus. Est itaque dei gratia multiformis. i. varia ac diuersa multipliciterque distincta. Et potest per gratiã dei hic intelligi omne donum gratis à deo impensum, per quod vnus potest alteri aliquo modo prodesse. Specialiter tamẽ potest hic locus exponi de donis gratiæ gratis datæ, quæ ad aliorum dãtur vtilitatẽ. Specialiter quoq; administratio seu communicatio ista ad prælatos, prædicatores, doctoresq; pertinet: vt cũ Psalmista dicere valeant deo, Iustitiam tuã non abscondi in corde meo. Veritatem tuam & salutare tuum dixi. Et illud Sapientiæ, Nõ abscondam à vobis sacramẽta dei, neq; cũ inuidia tabescẽte iter habebo: sed dona dei cõmunico vobis. [*Si quis loquitur quasi sermones dei*] .i. non nisi de deo loquatur, ita, vt ad minus verba sua ad dei referat gloriam & honorem, sintque vtilia iuxta illud ad Ephes. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed qui vtilis est ad ædificationẽ, vt det gratiam audienti. Vel, quasi sermones dei, id est, Nõ aliud quis loquatur aut doceat quã consonũ est scripturis vel cõtinetur in eis. Propter quod Timotheo scripsit apostolus. Paulus, Prophanas vocum nouitates deuita. Vel, quasi sermones dei, id est deo

Deute.4.
Eccles.18.
Psal.118.
Psal.76.
Lucæ.6.
Marc.22.
Ioan.15.
Matth. 22.
Lucæ.7.
Proue.10.
Iacobi.5.
Matth. 7.
Matth.25.
Hebr.16.
Esaiæ.38.
Iob .31.
Lucæ.19.
Eccle .20.
Collos.3.
Apoca 22.
1.Cor.12.
1.Corin.7.
Prouer.5.
Matth. 5.
Psalm.39.
Sapien.7.
Ephes.4.
1.Tim.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ascribat, quicquid boni aut salubriter dixerit. Non enim sufficientes sumus cogitare aliquid ex nobis, E
quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est. Hinc scriptum, In manu dei sumus, & nos & sermones
nostri [*si quis ministrat*]. i. bonum quodcũque alteri exhibet, seu impendit [*Tanquam ex virtute, quam ad-*
ministrat deus]. i. non propria virtute, sed virtute sibi à deo collata id se facere arbitretur: & omne bonum
Ioan.15. quod habet, aut aliis impartitur, deo tãquam superdignissimo fonti liberalissimóque datori grata ac hu
1.Cori.4. mili mente attribuat. Cùm dicat Saluator, Sine me nihil potestis facere. Et Paul. Quid habes quod non
accepisti? [*Vt in omnibus honorificetur*]. i. debito modo à vobis ac aliis honoretur [*Deus*] trinitas [*Per te-*
sum Christum] dei & hominum mediatorem, hominem verum, [*Dominum nostrum*] cuius virtute & me-
rito gratiarum charismata nobis de super infunduntur: hoc est, quod ait Saluator, Videant opera vestra
bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est. Vas quoque electionis Corinthiis scribens, Omnia
(inquit) in gloriã dei facite. Et ad Colossenses, Omne quodcunque facitis, in verbo aut in opere, omnia
Hester.13. in nomine domini agite, gratias agentes deo. [*Cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum, Amen.*] De
quo ait Apost. Paulus Regi sæculorum immortali, inuisibili, soli deo honor & gloria. Ipse est enim rex
omnipotens, in cuius ditione cuncta sunt posita. Est autem deo gloria. i. infinita lætitia, clara quoque cũ
laude notitia, & immensa maiestas. Præterea denuo redit archiapostolus ad exhortandum fideles, vt ha-
beant insuperabilem patientiam in aduersis [*charissimi nolite peregrinari*]. i. à fide fieri alieni, aut à deo a-
lienatos & exteros vos putare [*in feruore*]. i. persecutionum impetu vehementi, seu furioso. [*Qui ad ten* F
Roma.8. *tationem vobis fit*]. i. vobis ab incredulis ac peruersis, deo permittente, insligitur ad vestri probationem &
Iacobi.1. coronationem: quamuis impij alia intentione vos persequantur. Sed deo disponente, omnia cooperan-
tur electis in bonum. De hoc dicta sunt multa super illud Iacobi, Beatus vir qui suffert tentationẽ: quo-
Iudith.8. niam cum probatus fuerit, &c. Itaque ex hac re nolite peregrinari, Vel (vt alia litera, qua vtitur Beda ha-
Sapien. 4. bet) nolite mirari [*Quasi noui aliquid vobis contingat*] Istud enim nouum non est, sed vt dixit Iudith, Om-
Psalm.33. nes qui deo placuerunt per multas tribulationes transierunt fideles. Et Sapiens, Tanquam aurum in for-
proue.7. nace, probauit electos dominus. Psalmista quoque, Multæ, inquit, tribulationes iustorũ. Hoc est, quod
Beda. in Prouerbiis scribitur, Sicut igne probatur argentum, & aurum in camino: ita corda probat dominus.
Act.14. Hinc ait venerabilis Beda, In ecclesia à protomartyre Abel, vsque ad vltimum, qui in fine mundi nasce-
1.Cor.5. tur electum, nunquã persecutio deest. Imò vt electionis vas protestatur, per multas tribulationes opor
tet nos intrare in regnum dei. ¶ Sed cum secunda ad Corinth. dicatur, Dum sumus in corpore, peregri-
namur à domino, quid est quod princeps nũc ait apastolorum, Nolite peregrinari in feruore. &c. cũ fer
uor iste nõ nisi in corpore isto mortali cueniat? Ad hoc respondetur ex verbis Alberti, quòd aliquis di-
citur peregrinari quatuor modis. Primò, propter distantiam loci. Et isto modo in sæculo dicimur pere-
grinari, quoniam multũ distamus à cælo empyreo, quod est locus & patria electorũ. Hinc ait prophe- G
Psal.119. ta, Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Secundò, propter corporis huius corruptibilitatem
1.Corin. 5. & statum mortalem ac corpulentum. Sicque loquitur Paulus, Dum sumus in corpore, peregrinamur à
domino. Verius tamen intelligitur peregrinatio ista propter spiritalem distantiam cognitionis huius im
perfectæ à perfecta notitia dei, quam habent beati. Propter quod præallegatus verbis protinus addit A-
Genes.47. postolo. Per fidem enim ambulamus, non per speciem. Tertiò, propter temporis elongationem. Propter
quod in Genesi ait Iacob patriarcha, Dies peregrinationis meæ super terram, centum triginta anni sunt.
Quartò, propter carentiam gratiæ ac prouidentiæ dei. Et sic nullus fidelis debet se reputare peregrina-
ri à deo propter tribulationes quas patitur, quasi ob hoc sit à deo relictus, & quasi deus prouidentiam
actuũ nõ habeat humanorum, quoniã iustos ab impiis tribulari permittit. Imò hoc ipsum est præcipuũ
Zacha.12. signum suę prouidentiæ, ac prædestinationis circa electos. Cùm per Zachariã protestetur, Ducam eos
per ignem, & vram eos sicut vritur argentum, & probabo eos, sicut probatur aurum. Quidam hunc lo-
cum ita exponunt, Nolite peregrinari. i. ad alia loca vos transferre, in feruore, &c. id est ex timore perse-
Matth.20. cutionum. Nam quamuis interdum liceat fugere, Christo dicente, Cùm persecuti vos fuerint in vna ci-
uitate, fugite in aliam: tamen perfectius est manere, nisi sit persecutio certæ personæ. cuius fuga vtilior
est Ecclesiæ, quã eius festinatum martyrium, & propter maius bonum Ecclesiæ, non ex mortis timore
2.Cori. 11. ineat fugam: sicut Paulus de Damasco clam fugit, Sequitur [*sed communicantes Christi passionibus, gaude-* H
te]. i. imitatione. intuitu, & amore Christi propter vos passi, patiendo aduersa gaudete in domino, pro-
pter multiplicem fructum vobis inde prouenientem. Imò potissimè, quia hoc complacet deo in vobis,
& quia hoc dignũ & iustum est, vt suo capiti membra assimilentur. Propter quod ait ipse, Gaudete in il-
Matth.5. la hora & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælo. Et Iacobus, Omne (inquit gaudium exi-
Iacobi.1. stimate, cum in diuersas tentationes incideritis [*vt in reuelatione gloriæ eius*]. i. in aperta vitione excellen
tiæ Christi [*Gaudeatis exultantes*]. i. tam vehementer gaudentes interius, vt redundet illud gaudium in-
Psalm.16. ternum in corpus post resurrectionem futuram. Propter quod ait psalmista, Satiabor, cum apparuerit
gloria tua. ¶ Præterea Christi passionibus, quas pro nobis sustinuit, debemus variis modis communica-
2.Corin. 5. re. primò, eas in nostro corpore per imitationem assiduè deferendo. Corpus proprium in operibus pœ-
nitentiæ afligendo, seu aliis tribulationibus propter deum viriliter exponendo. Vnde. 2. ad Corinthios
Ephes.1. fassus est Paulus, In omnibus tribulationem patimur, sed nõ angustiamur. Semper mortificationem Ie-
su in corpore nostro circunferentes, vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Et ad Ephesi.
In omni (ait) fiducia magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mortem. Secũdò
de eis gaudendo propter summos & multiplices fructus earum: quia per eas placatus est deus, & libera-
tum est genus humanũ à morte æterna, purgatum quoq; à morte peccati: & particeps factus est homo
Galat.6. gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro. Spiritusq; maligni sunt victi. Idcirco ad Galat. locutus est paul.
Mihi absit gloriari, nisi in cruce domini mei Iesu Christi. Tertiò, de imitatione cruciformi earũ lætãdo.

A Sicut apostoli ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniã digni habiti sunt pro nomine Iesu contume
liam pati, vt scribitur in Actibus. Quartò, de merito passionis Christi & imitatione eiusdem, beatitudinẽ Actu.5.
expectando, quẽadmodũ secunda ad Corinth. inducitur, Scitote quoniã sicut socij passionum estis, sic 2.Cori.1.
eritis & consolationis. Secunda quoq; ad Timot. Si commortui sumus & conuiuemus. Si sustinemus, & 2.Tim.2.
conregnabimus. Quintò, dominicã passionẽ quotidie cũ pia & intima cõpassione reminiscendo: secũdũ
illud ad Heb. Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum cõtradictionem. Hebr.12.
Et in Trenis scriptũ est, Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. Sextò, pro Christo marty- Treno.3.
rium sustinendo, qui tamen modus cõprehendi potest sub primo. Cũ ergo non sit seruus maior domi- Ioan.13.
no suo, nõ renuamus exẽplo Christi, & eius intuitu ac amore, tribulationibus exerceri, aduersa pati, ca-
stigari ac corripi. Imò gaudeamus in talibus, sicut in omnibus diuitiis, vt cũ Paulo dicere valeamus, Ego
stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Et item, Christo cõfixus sum cruci [*Sed etsi exprobramini*]. i.
per verba contumeliosa & iniuriosa vituperamini à perfidis & iniquis hominibus [*In nomine Christi*] id-
circo quia in Christum creditis, aut secundum eius doctrinam præceptáque viuitis [*Beati eritis*] nunc in
spe & merito, deinde in re & præmio: dummodo æquanimiter ex charitate sustineatis, & vsque in finẽ
in bonis perseueretis. Hoc est quod Christus affirmat, Beati eritis, cùm vos oderint homines, & cùm se- Lucæ.6.
B parauerint vos, & exprobauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam malum, propter filiũ hominis.
Gaudete in illa hora. ecce enĩ mercesvestra multa est in cælo. Hinc loquitur August. Socij contumeliæ,
erunt & socij gloriæ. Idcirco nunc subditur, [*Quoniam quod est honoris gloriæ et virtutis dei*]. i. honor quẽ
deus retribuit iustis pro eorũ actibus virtuosis. Nam honor debetur virtuti: & gloria seu beatitudo, quę
eorum meritis correspondet, inquantùm ex charitate procedunt: & virtus seu constantia aut fortitudo,
qua deus suos in aduersis confortat [*vt qui est spiritus eius*] id est spiritus sanctus, qui est spiritus Christi,
sicut & patris: quoniam à patre & filio, tanquam ex vno fonte, atque eodem principio, est procedens,
quemadmodum filius ait de spiritu sancto, Ille me clarificabit, quia de meo accipiet. Paulus quoque fa-
tetur, Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius [*super vos requiescit*]. i. in cordibus vestris est
vnumquódque istorum. Nam honor & gloria, quæ in patria præstabuntur electis fidelibus, sunt modo Ioan.16.
in eis per inchoationem & spem ac meritũ, & radicaliter atque causaliter. Est itẽ in eis formaliter virtus Roma.8.
à deo infusa, & dei confortatio gratiosa. Sed & spiritus sanctus in omni virtuoso humili & quieto quie-
scere perhibetur, prout apud Esaiam loquitur deus, Super quẽ requiesset spiritus meus, nisi super quie- Esaiæ.66.
tum & humilẽ? ¶ Potest & ita intelligi, quod est honoris glorię & virtutis. i. quod deus reputat honora-
bile, gloriosum & virtuosum, seu triumphale, videlicet si inuicta patiẽtia in aduersis requiescit in vobis.
¶ Requiescit etiam spiritus sanctus super electos & iustos, tanquã pius cessor & ductor eorũ, dirigẽs eos
C quomodo vult. Iuxta illud, Iustũ deduxit dominus pervias rectas. Propter quod loquitur Paul. Quicũ- Sapien.16.
que spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei [*Nemo autem vestrum patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus*]. i. Rom.8.
conuiciosa verba in alium proferens, seu maledicens [*Aut alienorum appetitor*]. i. res aliorum auferre desi-
derans. Hoc est, Nolite hæc & consimilia vitia perpetrare, nec per ea tẽporalẽ afflictionẽ & mortẽ me-
reri. Præsertim quia in primitiua ecclesia hoc fuisset valde derogatium iustorum fidelium, & causa deri-
sionis fidei Christianæ à perfidis, blasphemationisq; Christi. Si tamen (quod absit) quis vitia ista commi
serit, debet debitam punitionẽ pro eis patienter sufferre, vt in futuro misericordiã cõsequatur [*si autem*
vt Christianus]. i. si patiatur quia in Christum credit, & ei obedit [*Non erubescat*] cũ non sit inhonestũ, seu
erubescibile: sed iustum & honore dignissimum taliter pati. Ideo subditur [*Glorificet autem deum in isto*
nomine]. i. deum collaudet, & ei regratietur, quòd concesit hanc gratiam, vt scilicet pro iustitia patiatur,
& Christo sic conformetur. Nam in Christum credere, & bona agere, ac pro iustitia pati, dona sunt dei.
Prout ad Philippenses asseritur, Vobis donatum est pro Christo, non solùm vt credatis in eum, sed etiam Philip.1.
vt pro illo patiamini [*Quoniam tempus est vt incipiat iudicium a domo dei*] id est in sæculo isto electi & iu-
sti, qui sunt vera & viua membra domus dei, puta ecclesiæ militantis, variis modis exercentur aduersis,
secundum ordinationem oculti iudicij dei, qui interdum per angelos sanctos castigat electos, interdum
permittit eos à prauis hominibus atque dæmonibus flagellari, siue occidi. In primitiua quoque Ecclesia
tempus fuit persecutionis grauissimæ Christianorum, qui ab impiis morti adiudicabantur quotidie & Ioan.16.
D trucidabantur. Propter quod ait Saluator, Venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium Apoca.3.
se præstare deo, Et alibi, Ego, inquit, quos amo arguo & castigo. Per Ezechielem etiam loquitur domi-
nus, A sanctuario meo incipite percutere [*si autem primum a nobis*] id est si iusti fideles electi in primis ita
quotidie patiuntur aduersa & diiudicantur ab impiis [*Quis finis eorum qui non credunt dei Euangelio?*] id
est qualis & quanta erit incredulorum & reprobrum damnatio, super quos non est virga dei in vita Iob.21.
præsenti, sed eorum vita est impunita nequitia, & letantur cum malefecerint. Quasi dicat, Valde dura Proue.2.
erit illorum punitio in futuro, & quantò nunc diutius tolerantur, tantò tunc grauius dãnabuntur. Vn- Ioan.3.
de in Ioanne legitur, Qui non credit, iam iudicatus est, quia nõ credit in nomine vnigeniti filij dei. Hinc 1.Thess.1.
secũda ad Thessalo. habetur, Gloriamur pro patientia vestra in omnibus persecutionibus, quas sustine-
tis in exemplum iusti iudicij dei. Si tamen iustum est apud deum, retribuere tribulationem his qui vos
tribulant, in reuelatione domini Iesu Christi de cælo, cum angelis, in flamma ignis dantis vindictam his
qui nõ obediunt Euangelio, qui pœnas dabunt in interitu æternas à facie domini & gloria virtutis eius
cum venerit glorificari in sanctis suis. Denique ex his sumitur euidens argumentum veritatis fidei Chri
stianæ, Videmus enim homines pessimos sanitate & prosperitate vsque ad senectutem potiri: homines
verò timoratos, iustos ac deuotissimos omni tempore tribulationibus & aduersitatibus exerceri. Si er-
go non est vita post presentem alia, in qua fiat retributio iusta, vbi est iustitia dei aut prouidentia eius?
Hanc rationem tangit Salomon in Eccle. vbi ait, Peccator ex eo quod centies peccat, & per patientiam Eccle.8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sustentatur. Ego cognoui, quòd erit bonum timentibus deum, qui quærunt faciem eius. De qua re subtilissimè fatur, disputatque psalmista dicendo. Dixerunt, quomodo scit deus, & si est scientia in excelso? E

Psal.72. Ecce ipsi peccatores & abundantes in sæculo. Deinde subdit in personaviri iusti fidelis, Et dixi, ergo sine causa iustificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas. Tãquã dicat, Si iniqui sic prosperabuntur nec iudicabuntur à deo, ergo inaniter iustè innocéterque vixi. Quod quã ab surdũ sit dicere, innuit subdens, Si dicebam, narrabo sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobaui, &c. Et alia multa profunda addit de isto ibidem [*Et si iustus vix saluabitur*]. i. difficulter ad salutem pertinget finaliter: cũ arcta

Matth.7. Act.14. sit via salutis atque per multas tribulationes oporteat nos saluari: difficilè quoque sit perseuerare vsque

Matth.20. in finem, hostiumque euadere laqueos, & vincere tentationes, & in extremis acrius sæuiũt [*Impius*]. i. infidelis [*Et peccator*]. i. malus Christianus, [*Vbi parebunt*]. i. quo modo à vultu dei & à rigore sui iudicij se

Matth.25. abscondere poterunt? Parebunt vtique in iudicio à sinistris, sed in malum ipsorum: & malent non apparere. Et statim in lacum proiicientur tartareum, vbi manebunt in æternum absconditi. ¶ Porrò, vt asserit

Proue.11. Beda, hanc sententiam princeps apostolorum ex prouerbiis Salomonis, secundum antiquam translationẽ, accepit. Pro quo sanctus Hiero. transtulit, Si iustus in terra recipit, quantò magis impius & peccator? Hoc est si iustus in præsenti vita affligitur, quantò magis iniqui, qui hic non castigantur nec emendãtur post vitam hanc damnabuntur. ¶ Veruntamen certum est iustos vsque in finem perseuerantes saluari.

Proue.11. Idcirco quod ait, si iustus vix saluabitur, accipi potest per modum hyperbolicæ locutionis, qua aliquid F dicitur per excessum, ad designandum magnitudinem rei insolitam. Sicque per verba ista insinuatur, q̃ difficilè sit hominem mortalem saluari, non ex parte omnipotentis dei, in cuius manu sunt omnium corda: & quocunque voluerit, vertit ea absque omni difficultate ex parte sua, cum infinitæ eius virtuti omnia sint æquè facilia: sed ex humana fragilitate, & multitudine impugnationum atque tentationum oritur difficultas. Et quamuis deus in hominis saluatione præsupponit liberum arbitrium, quòd non cogitur: non tamen ex parte dei est difficultas, vt aliqui somniant. Quoniam deus omnipotens superfacilè, quando vult infundit gratiam quãdam, quæ omnem cordis duritiam, obicemq; repellit ac tollit, vt sanctus loquitur Augusti. & Thomas in Sũma cõtra gentiles allegat. Cùm igitur iustus vix saluetur ob rigorem diuini iudicij, in quo quæ homini iusta videntur, sæpe iniusta reperiuntur, congruè subditur [*Itaque et hi, qui patiuntur secundum voluntatem dei*]. i. pro iustitia patiuntur aduersa piè, æquanimiter, & constanter, secundum quod complacet deo. Vel etiam correptiones & correctiones pro suis peccatis modò libenter suscipiunt [*videli creatori commendant animas suas*]. i. seipsos deo humiliter fiducialiterque com-

1.Cor.10. mittunt, non præsumendo de propriis viribus aut meritis, sed deo omne bonum attribuentes, cuius dona sunt merita nostra. Idcirco subiungitur [*in benefactis*]. i. in virtuosis suis operibus, quę cupiunt piè acceptari à deo, in quo totam suam figunt fiduciam, eius subuentioni, conseruationi, protectioni iugiter G

Psal.144. Deute.7. inhærentes. De quo ad Corinth. loquitur Paulus, Fidelis deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet cum tentatione prouentum. ¶ Dicitur autẽ deus fidelis à fidelitate, quæ est pars iustitiæ, quia fidelibus suis seruat fidelitatem, prout in scripturis testatur. Propter quod ait propheta, Fidelis deus in omnibus verbis suis. De quo in Deuter. scribitur, Deus fidelis & fortis, custodiens pactum & misericordiam diligentibus se. Non autem vocatur fidelis à fide, quæ est theologica virtus: quæ ei nõ conuenit.

Explanatio .v. Capitis [*seniores ergo qui in vobis sunt.*] Arti.ix.

I Ntroductis documentis ac iussionibus ad quosdam specialiter pertinentibus, scilicet ad coniugatos ac seruos: nunc specialiter instruit prælatos, ac subditos [*seniores ergo qui in vobis sunt*]. i.

Cõsenior. maiores, videlicet prælatos & aliorum instructores siue presbyteros, qui in primitiua Ecclesia

Ioan.16. communiter etiam corporali ætate fuerant seniores [*Obsecro*] quia officio & senio*consors [*Et testis Christi passionum*]. i. testificator suppliciorũ quæ pro nobis sustinuit Christus: quæ partim propriis oculis vidi, idcirco de eis possum testari. Hinc ait Christus apostolis, Vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis [*Et eius, quæ in futuro reuelanda est, gloriæ communicator*]. i. annunciator seu prædicator se-

Matth.17. licitatis ac glorię sempiternæ, in futuro sæculo electis propalandæ & dandæ: quam instrumentaliter vobis communico, ad eius adoptionem vobis cooperando meis prædicationibus, orationibus, meritis, & exemplis. Vnde dicitur sanctissimus Petrus communicator gloriæ Christi, quia in monte Thabor in- H

Marc.9. terfuit transfiguratioi ipsius: in quavultus Christi instar solis resplenduit, & qualis nũc est in cælo empyreo, qualis etiam apparebit in iudicio, demonstrauit. Vidit quoque Christum post resurrectionem & ascendentem in cælum conspexit [*Pascite qui in vobis est gregem dei*]. i. vnusquisque vestrũm plebem si-

Lucæ.9. bi commissam diligenter spiritalibus alimoniis nutriat, vtpote sapientia, quę est cognitio diuinorum: & scientia, quæ est rerum notitia creatarum: vel morali peritia. Pascenda est quoque plebs virtutum exemplis, fama laudabili, oratione assidua, prædicatione continua, ecclesiasticis sacramentis. De talibus

Matth.16. pastoribus loquitur dominus per Hieremiam, Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. Paulus quoque in actis Episcopis loquitur, Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos, regere Ecclesiam. Præterea dulce fuit in ore sanctissimi Petri verbum hoc, pascite, quoniam Christus dixerat ei, Pasce agnos meos. Et sicut Christus præfecit Petrum vniuersali Ecclesiæ & populo vniuerso: sic Petrus fuit solicitus pro totius salute Ecclesiæ, hortando, tum inferiores, tum prælatos, vt vnusquisque dignè exoquatur suum officium [*Prouidentes*] id est salubria procurantes subditis vestris, & prouidè vos habentes ad illos, futura pericula præcauendo pro posse [*Non coacte sed spontanee*] idest charitatiuè & liberè, non ex necessitate, aut sola indigentia rei terrenæ. Coactè enim hæc agit, qui aliunde non habens quo sustentetur, propter temporale commodum duntaxat populo prædicat, ac spiritalia alimẽta impendit. Hinc loquitur Paulus, Si volens hoc ago, mer-

A cedem habeo, Si autem inuitus dispensatio mihi credita est. Prouidendum est ergo spontaneè [*secundum deum*]. i. recta intentione ad dei honorem, vestrã ac subditorum salutẽ [*Neque turpis lucri gratia*] non intuitu proprij quæstus [*sed voluntarie*] propter commodum spiritale [*Neque vt dominantes in clero*]. i. non ex fastu superbiæ, sed ex humilitate. Nempe prælati qui ex cõsideratione suæ dignitatis, seu præsidentię extolluntur, & põpaticè iubent, atque faciliter indignãtur, ac subditos spernunt, hi tales sunt vt dominantes in clero, qui magis propriũ quàm dei honorem respiciũt, nec curãt de dei inhonoratione, dũmodo ipsi à subditis honorentur. Nõ enim habent syncerum zelum iustitiæ, sed ad seipsos vitiosè reflexi sunt. E istud prohibuit Christus in cæna nouissima. Quia vt apud Lucam habetur, Cùm facta fuisset in- Luc.22.

ter discipulos contentio, quis eorum videretur maior: respondit Saluator, Reges gẽtium dominãtur eorum: vos autem nõ sic. Sed qui maior est in vobis, fiat sicut iunior. Et qui præcessor est, sicut ministrator. ¶ Denique duplex est dominium. Vnum ordinatum, videlicet dignitas principatus, siue prælatio ad inferiorum profectum relata. Et istud dominium competit præsidentibus, sicque domini possunt vocari. Vnde & Iosue dixit, Domine mi Moses prohibe eos. Et Aaron ad Mosen, Ne indignetur, inquit, dominus meus. Cui & tribus Ruben & Gad loquebantur, Serui tui sumus. Sic sanctus Clemens voca- Num.11.

uit beatissimum Petrum dominum suum, vt in itinerario Clementis habetur. Et filij Israël dixerunt ad Gedeonem, Dominãre tu nostri. In Act. quoque apostolorum custos carceris dixit Paulo atque Si-

B leæ, Domini quid me oportet facere, vt saluus fiam? Sic & Anselmus in epistola de incarnatione verbi Act.16.

scribit Romano põtifici, Domino & patri vniuersæ ecclesiæ peregrinãtis in terra. Aliud est dominium inordinatum, vtpote præsidẽtia ad proprium cõmodum ex fastu relata, quæ prælatis atque principibus prohibetur. Cũ in Deut. dominus dicat de rege. Nõ eleuetur cor eius in superbiã super fratres suos, neq; declinet in partem dexteram, vel sinistram. In Eccle. quoque habetur, Rectorem te posuerunt, noli extolli. Esto in illis quasi vnus ex eis. Curam illorum habe, & ita cõsidera. De hac re multa scribit Bernardus in lib. de cõsideratione. ¶ Per hanc quoque distinctionem multa verba sanctorum adinuicem concordãtur, quæ inter se repugnãtiam quandam habere videntur. ¶ Præterea quia ordinatum dominium, & recta prælatio, nõ ad proprium cõmodum seu honorem, sed ad subditorum vtilitatem refertur: idcirco prælationes & dignitates ecclesiasticæ, seruitutes vocantur. Et ipsi qui præsunt, seruos se veraciter reputãt eorũ, qui suę gubernationi cõmissi sunt. Vnde & põtifex summus appellat se seruũ seruorũ dei. Propterea prælati & principes debẽt tãtò humiliores, timoriores & custoditiores cõsistere: quãtò plu-

ribus præsident, vtpote districtius iudicãdi, atq; pro pluribus rationẽ daturi [*sed forma facti gregis*]. i. gregi vobis credito exẽplares effecti. Nempe cũ vnusquisque debeat proximorũ scandala deuitare, cósque ædificare, dicente Apostolo, Quæ ædificationis sunt in inuicem custodiamus. Et item, Hoc iudicate, ne

C ponatis fratri offendiculum vel scandalum, multò magis ista ad prælatos superiorésque pertinẽt, qui ex Rom.14.

officio specialiter obligantur subditos à vitiis expurgare, & ad virtutes inducere. Propter quod Timo- Eodem.

theo antistiti præcipit paulus, Esto exemplum fidelium in verbo, in cõuersatione, in charitate. Et rursus, Solicitè cura teipsum probabilem exhibere deo, operarium incõfusibilem, rectè tractãtem verbum 1.Ti.14.

veritatis. Tito quoque archiepiscopo scribens, In omnibus, inquit, teipsum præbe exemplum bonorum 2.Tim.3.

operum, in doctrina, in integritate, in grauitate. Teste quippe Gregor. cùm pastor per abrupta graditur, 1.Tit.2.

grex eius in præcipitium labitur. Et cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio cõtemnatur. Ex vir- Gregor.

tuosa siquidem & exemplari cõuersatione, ac informatione superiorum, intantũ dependẽt profectus & salus inferiorum, vt per Hieremiã dominus protestẽtur, Quoniam stultè egerũt pastores, & dominium

nõ exquisierunt, propterea omnis grex eorum dissipatus est. In Eccle. etiam dicitur, Secũdum iudicem Hiere.10.

populi, sic & ministri eius: & qualis est rector ciuitatis, tales & inhabitãtes in ea. Væ ergo, & væ æternũ Eccle.10.

atque grauissimum præsidẽtibus, vitam carnalem, negligentem, scandalo fãm ducentibus: quoniã vniuer

sa subditorum peccata in eos redundant [*Et ex animo*]. i. integro corde, prompto effectu, recta intentione, firmo proposito, pastorale officium adimplete, cũ omni diligentia & feruore. Cũ hi vobis commissi sint, pro quibus sanguinem suum dei filius fudit: qui his (quorũ negligentiis & vitiis tam preciosissimè à

se redemptos amisit) implacabiliter & supergrauissimè irascetur: iuxta illud Sapien. Citò & horrẽdè ap- Sap.6.

parebit vobis altissimus, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes vestras scrutabitur [*Vt cum apparuerit princeps pastorum*] videlicet Christus, qui est princeps pastorum supremus & principalis. Roma-

D nus verò pontifex est princeps pastorum, & totius vniuersalis militãtis ecclesiæ prælatus, ac præsul vicarialis [*Percipiatis immarcesibilem gloriæ coronam*] id est æternam & indeficientem fœlicitatis remunerationem, beatitudinis brauium, salutis triumphum. Apparebit autem Christus non solùm in finali iudicio, sed in particulari iudicio quoque singulorum, quos suo sisti præcipit tribunali. Propter quod ait, Vigilate, quia nescitis diem neque horam. ¶ Quemadmodum autem grauissima est negligentium, car- Matth.25.

nalióque pastorũ damnatio: sic fidelium diligẽtium, exemplariúmque præsidẽtium copiosissima erit fœlicitas, & præmium inæstimabiliter glorioſum. Quia non solũ pro suis actibus virtuosis, sed pro subditorum etiam meritis coronabuntur. Propter quod ad Thessalo. loquitur paulus, Quæ est enim spes nostra, aut gaudium, aut corona gloriæ, núnne vos ante dominum nostrum Iesum Christum, in aduentu eius? [*similiter adolescentes subditi estote senioribus*] id est superioribus vestris obedite, quomodo eis præcepi vobis præesse, Videlicet non coactè, sed spontaneè, secundum deum, syncera intentione & ex animo: quemadmodum ad Hebræos dicitur, Obedite præpositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilãt, quasi rationẽ reddituri pro animabus vestris: vt cũ gaudio hoc faciant, & non gementes. Subditi itaq; circa suos superiores habere se debent reuerẽter, obedienter, pacificè & amorosè. Hinc ad Thes. loquitur Paulus, Rogam⁹ vos fratres, vt noueritis eos qui laborãt inter vos, & præsunt vobis in domino, & monent vos, vt habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorũ, & pacem habete cum eis.

Universidad de Deusto Biblioteca

Etenim quàm salubre sit superioribus obedire, q̃ item dãnabile sit eis nõ obedire, Christus breuiter pã dit, dicendo suis vicariis, vtpote his qui præsunt, Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. E
¶Nec solũ senioribus præsidẽtibus, sed & omnibus senioribus aliquis honor debetur. Propter quod in Leuitico scriptũ est. Coram cano capite cõsurge, & honora personã senis. Et in Eccle. habetur, In multitudine presbyterorum prudẽtium sta, & sapiẽtiæ illorum ex corde cõiungẽre. In antiquis nanque est sapiẽtia, & in multo tempore prudẽtia, vt in lib. Iob fertur. [*Omnes autem inuicem humilitatem infinuate*]. i. vnusquisque circa alterum se gerat humiliter. ¶Nec subditi tantũ humiliter pareãt, sed prælati quoque humiliter præsint. Nec solũ verbis, sed & exemplis in humilitate instruant sibi cõmissos. Cùm in Eccle. scriptum sit, Quantò magnus es humilia te in omnibus, & coram deo inuenies gratiam, quoniam ab humilibus honoratur. Et Christus testatur, Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, (id est humiles) non intrabitis in regnum cælorum. Subditi ergo circa superiores suos, tanquam circa dei vicarios suos patres, iudices ac dominos, humilitatem demonstrent. Superiores verò circa inferiores, tanq̃ circa Christi membra, adoptionissque dei filios, Christi sanguine liberatos, summæ trinitatis imagine insignitos, se humiliter habeant. ¶Denique quamuis prælatus sit maior ecclesiastica dignitate, piè tamen putare habet, q̃ subditi sui, vel saltem quidam eorum, maiores sint eo, charitate & gratia, ac perfectione virtutum: quod multò salubrius est. Ideo circa eos se humiliter gerat, & se eis viliorem arbitretur: saluo tamẽ
Roma.12. disciplinæ vigore, ac strenua pastoralis officij exequutione. Hinc loquitur Paulus, Honore inuicẽ præ- F
philip.2. uenientes. Et denuo, Per humilitatem sibi inuicem superiores arbitrantes [*Quia deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam*] quod super Iacobi Canonicam expositum est. Et est verbum hoc omnibus nobis semper valde pẽsandum. cùm tanti sit ponderis, vt tam princeps apostolorum, quàm frater domini
Iacobi. 4. Epist. Iacobus, illud in suis allegent epistolis. Quòd cùm ita sit, meritò subditur, [*Humiliamini igitur sub potenti manu dei*]. i. sub omnipotente deo, cui nullus valet resistere, humiliter incedite, defectuositates vestras
Hester. 13. perpẽdite, in eo cõsidite, eius misericordiam iugiter implorate, ei in omni humilitate seruite, omnem arrogantiæ tumorem iugiter abhorrentes [*Vt vos exaltet*]. i. in regno æternæ beatitudinis collocet [*In tempore visitationis*]. i. in hora iudicij vestri particularis quantùm ad animam: in hora quoque vniuersalis iudicij quo ad corpus & animam. Sicque exaltatio ista loco & dignitate, statu & gradu excellẽtior est: cùm fiat de terra super cælos, de imperfectione ad perfectionem, de mortalitate ad immortalitatem, de peregrinatione & exilio ad fœlicitatem ac patriam. Hinc ait Saluator, Qui se humiliat, exaltabitur: & qui se
Luc.14.18. exaltat, humiliabitur. Quod etiam in Proverbiis expressit Salomon loquens, Superbum loquitur humi
Proue.29. litas, & humilem spiritu suscipiet gloria. Vnde & rursus in Prouerbiis cõtestatur, Gloriam præcedit hu
Prouer. 15. militas. In Iob quoque asseritur, Qui humiliatus fuerit, erit in gloria. [*Omnem solicitudinem vestrã proiicientes in eum*]. i. deo committẽtes [*Quoniam ipsi cura*]. i. prouidentia [*Est de vobis*] hoc sumptum videtur G
Iob.22. ex illo psalmistæ versiculo, Iacta super dominũ curam tuam, & ipse te enutriet. Hoc est quod ait Salua-
Psal.54. tor, Nolite soliciti esse, dicentes, Quid mãducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Scit enim
Matth.5. pater vester cælestis quia his omnibus indigetis, Quærite ergo primũ regnum dei, & iustitiam eius: &
philip.3. hæc omnia adiicientur vobis. Vnde & paulus, Nihil, ait, soliciti sitis. ¶Veruntamen ita nõ sunt hæc intelligenda, quasi homo debeat negligere siue omittere, quod in se est, cũ hoc esset deum tẽtare: sed ideo dicta sunt, vt in deo quasi in piissimo ac sapientissimo patre ac domino cõfidamus, atque per eius opem ac prouidentiã necessaria vitæ cõsequi nunc speremus: nõ immoderatam, sed moderatam curã, conatũ ac diligẽtiam apponentes. Quæ cura dicitur moderata, quãdo non est mẽtis perturbatiua, angustiatiua, ac impeditiua deuotionis. Immoderata verò ex oppositio perhibetur. Immoderata enim solicitudo diffidentiæ filia est, quoniã venit ex hoc quòd homo nõ satis cõfidit in deo, nec prouidentiæ eius innititur.
Deut.4. ¶Denique duplex est solicitudo, videlicet spiritalis, quæ est pro vitiis repellendis virtutibúsque adipi-
Mich.6. scendis, quæ commẽdatur iuxta illud Deut. Custodi temetipsum & animam tuam solicitè. Et illud Micheæ, Indicabo tibi quid sit bonum, vtique solicitũ ambulare cum deo tuo. Alia est solicitudo tẽporalis, quę est circa terrena acquirẽda, aut cõseruanda, seu dispensanda. Et ista est duplex, vt tactũ est. Vtpo
Galat.2. Prouer. 11. te moderata, de qua loquitur paulus, Solicitus fui hoc ipsum facere, puta eleemosynas cõgregare pro sanPsalm.72. ctis pauperibus, qui in Hierusalem erant. Et immoderata, de qua in prouerbiis legitur, Expectatio solicitorum peribit. Est demum specialiter deo cura seu prouidẽtia de hominibus præsertim fidelibus, & maximè de electis: quorum quilibet dicere potest deo, Tenuisti manum dexteram meã, & in voluntate tua H
August. deduxisti me. [*sobrij estote*] in cibo, potu, somno & cæteris corpori necessariis moderamen seruantes. Sicut ait Saluator, Nõ grauentur corda vestra crapula, vel ebrietate, aut curis seculi. Qui iterum ait, Væ vo
Hiere.48. bis qui saturati estis [*Et vigilate*]. i. virtuosis operibus diligenter intẽti sitis. Nõ enim dormiẽtibus, & otio
prou.19. desidiáque torpentibus, prouenit regnum cælorũ: sed solicitè ambulãtibus coram deo. Imò maledictus
prou.26. qui facit opus dei negligẽter. Vigilandũ est quoque, vt quantùm rationabiliter fieri potest, abstrahamus
prou. 6. nos de somno, & paucas horas dormitioni indulgeamus, quatenus plus de tempore in virtuosis operibus expẽdamus: cũ in prouerbiis Salomon dicat, pigredo immittit soporem. Et rursus, Sicut ostium vertitur in cardine suo, sic piger in lectulo. Itémque, Vsquequo piger dormies? In Eccle. quoque habetur,
Ecclе.31. Iob.1. Vigilia honestatis tabefaciet carnes, & cogitatus illius auferet somnum. Et certè vehementissima ac co-
Ephe.6. piosissima ratio nobis est taliter vigilãdi. Nam subditur, [*Quia aduersarius vester diabolus*] qui est atrocissimus, implacabilis, & infatigabilis hostis noster [*Tanquam leo rugiens*] id est crudeliter [*Circuit*] homines: prout ait in lib. Iob, Circuiui terram, & perambulaui eam. [*Querens quem deuoret*] id est spiritaliter nocet, & sibi incorporet, atque infernali ergastulo ingerat absorbendum. Dum enim ad mortale vitium pertrahit hominem, spiritaliter perimit eum, facitque eum membrum ac vernam suum. [*Cui resistite fortes in fide*] Fides nanque est propugnaculum Christianorum contra vniuersas insidias dæmonum. pro-
1.Ioan.5.

A pter quod ad Ephe. fertur, In omnibus sumentes scutũ fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea Ephes.6.
extinguere. Et in sancti Ioan. Canonica legitur, Hæc est victoria, quæ vincit mundum fides nostra. Fi- 1.Ioan.5.
des nanque est fundamẽtum virtutum, præcipuúsque vigoris, ac magni meriti apud deum. Propter quod
in Euangelio loquitur Christus, Secundũ fidem vestram fiat vobis. Et, Omnia possibilia sunt credenti. Matth.9.
Et, Fides tua te saluum fecit. Quæ de fide formata sunt accipienda. ¶Insuper diabolo resistere semper Marc. 9.
debemus, nosipsos in omnibus humiliando, in deo plenariè cõfidendo, & gratiosam assistendiam inde- Marc. 5.10.
fessè rogando, dominicam passionem intimè atque assiduè resoluendo, considerando quoque quatuor Luc.7.8.
nouissima, & inuocando virginem gloriosam, angelos sanctos, & sanctos ad quos maiorẽ habemus deuo & .18.
tionem: quilibet etiam angelum sui custodem [*scientes eandem passionem quæ in mundo est vestræ fraternitati fieri*]. i. hoc cognoscẽtes, q̃ passio, tribulatio siue tentatio quæ vobis infligitur ab inuisibilibus seu visibilibus hostibus, etiam vbique terrarum infligitur Christianis seu toti ecclesiæ. Quoniam omnes, qui
volunt piè viuere in Christo, persecutionem patiũtur. Ideo nõ putetis vobis aliquid insolitum euenire: 2.Tim.3.
imò erubescite, si præ cæteris tentationibus tribulationibúsque victi fueritis. ¶Circa verba inducta scribit doctor, præsul & martyr glorioſus sanct⁹ Cypria, qui in decreto inter doctores catholicos primus Laus Cy-
exprimitur: Circuit diabolus nos singulos, & tanq̃ hostis clausos obsidens muros, explorat & tentat, an priani anti
sit pars aliqua mẽbrorum minus stabilis & minus fida, cuius aditu ad interiora penetretur. Offert oculis stitis.
B formas illicitas, & faciles voluptates, vt visu destruat castitatem. Aures per canora musica tentat, vt in sono dulcissimi auditu soluat & emolliat Christianum rigorem. Linguã conuicio prouocat. Manũ iniuriis lacessẽtibus, ad petulantiã cẽdis instigat. Vt fraudulatorẽ faciat, lucra opponit. Vt animã pecunia capiat, ingerit pernicioſa cõpendia. Honores terrenos promittit, vt cælestes adimat. Ostentat falsa, vt vera subripiat. Et cũ latenter non potest fallere, apertè minatur, terrorem turbine persecutionis intentãs. Ad debellandos dei seruos, semper inquietus, & semper infestus. In pace subdolus, in persecutione violentus. Quãobrẽ contra omnes diaboli vel fallaces insidias, vel apertas minas, stare semper debet instructus animus armatus, tam paratus semper ad repugnandũ, q̃ paratus est semper inimicus ad impugnandum. Cõsequenter princeps apostolorum animat, firmat, & cõsolatur eos quibus scripsit, ex spe atq; intuitu pietatis diuinæ [*Deus autem omnis gratiæ*]. i. à quo gratia omnis procedit [*Qui*] per inspirationem internam, & prædicationem externam, atque miracula [*Vocauit vos in æternam gloriam suam*]. i. ad perpetuam fœlicitatem vos inuitauit, virtuosáque opera, quibus illam promeruistis, vobis largitus est: iuxta illud Esaiæ, Omnia opera nostra operatus es in nobis [*in christo Iesu modicum passos*]. i. propter Christũ & secũdũ eius Esa.26.
doctrinam pauca perpessos: quia nõ sunt cõdignæ passiones huius temporis ad futurã gloriam, quæ re- Roma.8.
uelabitur in nobis. Vnde & paulus, Id, inquit, quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis 2.Cor. 4.
C nostræ. Siquidem quæcunque & quantũcunque quis patiatur in seculo isto pro Christo, nullius quasi momẽti est, respectu eorum quæ pro nobis passus est filius dei. Pro quo si quotidie millies moreremur, adhuc permodicum esset, propter incõparabilem dignitatẽ ipsius passionisque eius. Quia vt Climachus loquitur, aliud est sanguis dei, aliud est sanguis seruorum. Permodicum quoque est cõparatione æternę fœlicitatis, quæ talis ac tanta est, vt pro ea vno die obtinenda mille annorum labores non essent condigni [*ipse perficiet*] in vobis quod incepit [*Confirmabit*] in via per gratiam [*solidabitque*] in patria per gloriã. Vel ipse perficiet intellectum vestrũ rationibus credendorum, & purificatæ mentis intelligentia. Confirmabit voluntatem per charitatis seruorẽ, vt neque mors neque vita poterit vos separare à deo. Solidabítque memoriam, vt fixa & stabilis sit in deo, nec vndique euagetur [*ipsi gloria & imperium in sæcula sæculorum*] sicut in præcedenti cap. est expositũ. Deinde archiapostolus certificat eos quibus scripsit hanc Rom.8.
epistolam, verè ab ipso editam ac transmissam. In primitiua nãque ecclesia pseudoapostoli interim sub
persona & nomine verorum apostolorũ aliqua cõscripserunt & dixerunt. Propter quod ad Thessal. loquitur Paulus, Nemo vos seducat, neque per epistolam, tanq̃ per nos missam. In fine quoque ad Thess.
epistolæ dicitur, Salutatio mea manu pauli, quod signum in omni epistola ita scribo. Subditur ergo, [*Per* 1.Petri.4.
siluanum fidelem fratrem vobis, vt arbitror]. i. quem pro vestra salute solicitum iudico, seu cõfido. [*Breuiter scripsi vobis*]. i. cõpendioſam istam vobis direxi epistolam: quæ breuis est verbis, sententiis verò diffusa, mirabiliterq̃ præclara. Quis fuerit iste Siluanus, nec Beda, nec Albertus, nec alius quispiam expositorum, quos legi, exprimit hoc in loco. Porrò paulus apost. in ambabus ad Thess. epistolis exprimit & annu-
D merat sibi in salutatione Siluanũ. Et ibi dicunt expositores, q̃ ille Siluanus fuerit Sileas, de cuius excel- 2.Thes.2.
lentia atque virtutibus multa in Actis apost. leguntur, quia inter cætera dicitur, Quod ipse & Iudas, qui Act.17.
cum paulo & Barnaba ab apostolis à Hierusalem Antiochiam missi sunt, fuerunt viri primi in fratribus, & prophetę. Deinde q̃ paulus secũ assumpsit Sileam, qui cũ paulo varias persequutiones perpessus est. & fortiter prædicauit. propter quod meruit apostolus appellari. Itaque an iste Siluanus fuerit idem ille Sileas, certum non habeo: præsertim quia (vt asserit Beda, & paulò post tangetur) ista epistola scripta & missa est cũ tempore Claudij imperatoris, quo tempore Sileam Romæ fuisse nõ cõstat. Imò tũc potius videtur fuisse cum paulo, nisi dicatur ad tempus Romam profectus. Certum est tamen hunc Siluanum sanctum virum fuisse. Itaque per hunc scripsi [*Obsecrans*]. i. ad obseruanda quæ scripsi, per sacra vos rogans, magis quàm iubens. Vnde superius, Obsecro, inquit, vos tanquam peregrinos & aduenas [*Et contestans hanc esse veram gratiam dei in qua statis*]. i. mente ad deum erecti estis, ita quod estis verè in charitate 1.Pet.2.
& gratia gratum faciente, atque in fide catholica: quod deo reuelante princeps apostolorum cognouit certitudinaliter, aut aliunde per euidentia signa sciuit hoc multũ probabiliter: vel cognouit illud de eis
in generali, quamuis non ita in particulari. Hinc & paulus eos quibus scripsit sæpe appellauit sanctos [*sa* 1.Cor.3.
lutat vos Ecclesia] id est plebs Christiana salutem vobis optat, orat & dicit. [*Que est in Babylone*] id est in
Roma secundum expositores concorditer. Romam quippe nominat Babylonem. primò, propter nomi

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis interpretationem: quoniã Babylon interpretatur cõfusio, & in Roma fuit vitiorum omniumq; ido- E
lolatriarũ ingens cõfusio. Omniũ enim deorum colebãt Romani portẽta. Atque, vt asserit Leo papa, magnam sibi Roma videbatur assumpsisse religionem, quia nullam respuerat falsitatem. Secundò, propter conformitatẽ eius cum Babylone. Quemadmodum enim Babylon illa Caldaica fuit suo tempore vrbs posidens monarchiam, & magna valde, ac idolis plena, in qua pauca congregatio fuit Israëliticæ plebis, illuc translatæ: sic Roma tempore conscriptionis huius epistolæ fuit metropolis mundi, ciuitásque monarchica idololatrijs plena. in qua ad huc modica fuit Ecclesia, de qua subiungitur [*Coelecta*] Vel, vt aliqui textus habent, collecta. Fuit enim instar aliarum ecclesiarum particularium, simul cum eis deo electa: quæ & per fidem ac charitatem fuit collecta, vnúmque in deo effecta [*Et Marcus filius meus*] iste est Marcus Euangelista baptizatus à beatis. Petro, & instructus ab eo. Ex hoc loco elicit Beda, quòd archiapostolus hanc scripsit epistolam antequã misit Marcum ad Alexandriam, vtpote Claudio imperante:
Rom. 16. 1. Cor. 16. 2. Cor. 13. 1. Thess. 5. sub cuius imperio beatissimus Petrus & Marcus Romã venerunt. [*saluate inuicem in osculo sancto*] Hoc in suis epistolis sæpe scripsit & Paulus. Fuit siquidem in primitiua Ecclesia, charitate adhuc abundante ac superfluente, consuetudo, quòd fideles se inuicem cum osculo receperunt ac salutauerunt. Quia & Christus suos discipulos sic osculari solitus fuit. Vnde & proditor, Quemeunque, inquit, osculatus fuero, ipse est. Itaque salutate in osculo, sancto, spiritali, charitatiuo, pacifico: non carnali, blando, facili, iniMatth. 26. 3. Reg. 11. quo: quemadmodum Ioab osculatus est Amasam, proditor Saluatorem, Salomon alienigenas mulieres. F
Quidam verò sub specie osculi spiritalis suam palliant carnalitatem, & osculo vtũtur carnali: quod prorsus cauendum est [*Gratia omnibus vobis*] sit [*Qui estis in christo Iesu*]. i. ei per fidem & charitatem estis vniti, & incorporati, quemadmodum ipse Ioannes fatetur cap. 17. Omnes vnum sint, sicut tu pater in me & ego in te: vt & ipli in nobis vnum sint. Sed cum isti essent in gratia, sicut iam paulò superius dixit, contestans hanc esse veram gratiam in qua statis: cur eis nunc gratiam imprecatur? Sed respondendum, quòd gratiam communicantem & consummantẽ eis exoptat, atque assiduum diuinorum charismatum incrementum. Ad laudem & gloriam omnipotentis, qui est super omnia deus sublimis & benedictus.

D. DIONYSII CARTHVSIANI
in secundam Petri Epistolam, Enarratio.

Cap. 1. [*Symon Petrus apostolus Iesu christi.*] Artic. 1.

PRimitiuam Ecclesiam impugnabãt tyranni gladio materiali, persequutionibúsque diuersis: heretici autem doctrinis pestiferis. Quemadmodum ergo in prima epist. excellentissimus apostolici chori vertex hortatus est fideles ad patientiam in aduersis, ne persequutionibus cederent: ita in hac eos hortatur epist. ne hereticorum decipiantur figmentis. Itaq; ait, [*Symon petrus seruus*] seruitute filialis, non seruilis timoris. Quemadmodum enim duplex est timor, ita duplex est ser-
Ioan. 8. Ioan. 5. uitus. Puta seruilis, & filialis. De seruo seruitute seruilis timoris fertur in Ioan. Seruus non manet in domo in æternum. Et alibi, Iam non dicam vos seruos.
Matth. 5. Ioan. 5. De seruo autẽ seruitute filialis timoris dicitur apud Matth. Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui [*Et apost. Iesu christi*] quem Christus ascensurus ad patrem, reliquit sui amoris & suæ authoritatis vicarium, dans ei plenitudinem ecclesiasticæ potestatis super vniuersalem ecclesiam [*His qui æqualem nobiscum sortiti sunt fidem*]. i. eandem à deo per infusionem acceperunt fidem, quam & nos à deo suscepimus. Quia vt dicitur ad Ephes. 4. Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma. Dicitur autem fides vna vnitate specifica, à suo obiecto: sed ex parte subiectorũ numeraliter multiplicatur. Denicq; princeps apostolorum de se, & alijs ad fidem conuersis in generali iam loquitur. Nam ipsi glorioli Apostoli habuerunt fidẽ perfectiorẽ, seu magis illuminatã, & seruentiore dilectione formatã ac firmiorẽ, q̃ cæteri Christiani. Quia primitias spiritus acceperunt, atque in omni virtute mirabiliter præfulgebant. Nihilominus
multi eorum, quibus hæc scripsit, habuerunt fidem valde illuminatam, & æqualem in perfectione fidei H
Roma. 10. plurimorum, qui cum beatissimo erant Petro [*in iustitia dei et saluatoris nostri Iesu Christi*]. i. cum iustitia nobis p̃ creationem à deo saluatore infusa, Quia non fidem duntaxat, sed & alias quoque virtutes deus infudit fidelibus. Et possunt cæteræ virtutes illæ infusæ sub iustitiæ appellatione intelligi, prout iustitia est virtus communis, & omnis virtus quædam iustitia est, quia per eam habet se homo rectè atq; vt debet. Porrò quod ait dei & saluatoris nostri, quomodo referri possit ad eandem increatam personam, & quomodo ad distinctas personas, dictũ est in expositione præcedentis epistolæ. Vel quod ait in iustitia dei, exponendũ est de increata iustitia dei, vt sit sensus, His qui æqualem nobiscum sortiti sunt fidem in iustitia dei, ita quòd iusto dei iudicio fides illorum reputata est æqualis fidei nostræ. Sicq̃ue quod ait, in iustitia, determinat quod dixerat, coæqualem. Potest etiã indeterminare participium istud sortiti sunt, ita, quod sensus est, Quod iusto iudicio data est eis fides talis ac tanta. Quamnis enim ex misericordia dei principaliter data sit eis fides tanta, tamen inquantùm se præpararunt ad eam, faciendo quod in ipsis
Matth. 5. fuit, iustum quodãmodo fuit seu decens & congruum, vt deus qui dat vnicuique secundũ propriã virtutem, dispositionem seu capacitatẽ, infunderet eis fidem tam magnam. [*Gratia vobis et pax adimpleatur*] id est perfectã gratiam, plenámque pacem deus vobis largiri dignetur: vt quantùm possibile est, habeatis in vita ista pacem perfectam, loquendo de pace mentis. Sicut enim quis dicitur in vita hac esse aliquo modo perfectus in contemplatione, sapientia, charitate, ita & in pace interna. Nõ tamen potest pax

A vitæ præsentis esse incessanter, actualiterque continua. Ideo optat sanctissimus Petrus, vt gratia & pax nobis adimpleatur: quatenus per gratiã & pacẽ viæ ad gloriam patriæ, quæ est gratia consummata: atque ad pacem Christi, quæ exuperat omnẽ sensum, quæ est pax continua nunquã finienda: post vitam hanc philip. 2. perducamur. Adimpleatur, inquam [*In cognitione domini nostri Iesu Christi*] id est, in contẽplatione ipsius. Pax enim (quæ est gaudium imperturbatum) in cõtemplatione fundatur, & ex ea causatur: sicut & gaudiũ mediãte tamẽ dilectione: cuius gaudiũ & pax immediati affectus & fructus dicũtur. Siquidẽ deum cõtemplando, nõ in eo gaudemus, nec in ipso mẽte quiescimus: nisi eũ sincetiter diligamus. Vel gratia & pax adimpleatur in cognitione, id est per cognitionem [*Christi*] vt per eam, tanquam per medium directiuum, ad pacẽ patriæ pertingatis. Iuxta illud Lucæ, Illumináre his, id est eos illumina qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, ad dirigẽdos pedes, id est affectus nostros in viã pacis. Scripsit autem beatissimus Petrus istam epistolã eis, quibus & præcedẽtem. Nã infra ait, Hanc vobis charissimi secundã scribo epistolam. Insuper quæ sequũtur ad verba iam habita cõdepẽdent: vt sit sensus, Pax vobis in Christi cognitione adimpleatur, ita, vt Christo vos illustrante, etiam cognoscatis [*Quomodo omnia vobis diuinæ virtutis suæ*] supple dona siue gratiarum charismata [*Quæ ad vitam*] gratiæ iam habendam, & vitam gloriæ in futuro obtinendam [*Et pietatem*] id est, dei cultum, seu benignitatẽ, vel misericordiam (de qua loquitur Paul. Pietas ad omnia vtilis est) supple necessaria sunt [*Donata sunt.*] Hoc est cognoscatis, qualiter, quàm gratiosè, quàm liberaliter deus vobis donauit omnia dona gratiæ ac virtutum, quæ sunt dona ipsius di- Titum. 3.
B uinæ virtutis. i. omnipotẽtiæ eius, qua ea per creationẽ infundit ac tribuit, quæ requirũtur & nobis sufficiunt ad bene viuendũ in sæculo isto, atque ad vitã beatam adipiscendã in cælo, & ad pietatẽ in omnibus exercendam. Iuxta illud, Exerce teipsum ad pietatem. Donata sunt autem [*Per cognitionem christi*] id est, per fidem ipsius, & per fidelem ipsius notitiã. Quia per fidem creuerũt ad tãtam perfectionem & Christum cognoscẽdo ac inuocando, adepti sunt charismata meliora. Vel quod ait per cognitionem eius, refertur ad id quod dixerat, quæ ad vitam & pietatẽ supple sufficiũt, aut necessaria sunt. Quia non nisi per Christi fidelem cognitionem dona illa sufficiunt ad salutem. Oportet nanque in primis fidei veritatem, & Christum per fidem cognoscere: sicque ex vera notitia ad actus virtuosos procedere [*Qui vocauit vos*] id est, ad statum salutis, apicemque virtutum perduxit [*Propria gloria et virtute*] id est suiipsius excellentissima maiestate & omnipotentia, seu in propria persona glorioſa ac omnipotente. Siquidem non legatum, non angelum, ad redimendum nos misit: sed ipsemet venit, & saluos nos fecit. Et hoc per assumptam humanitatem quæ saluãdi efficaciã habuit à virtute increata diuina: cui totũ est principaliter adscribendum. Iuxta illud Esaiæ. 33. Dominus iudex noster, dominus legifer noster: ipse veniet, & saluabit nos. De quo loquitur euangelicus Zacharias, Benedictus dominus deus Israël, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. [*Per quem*] scilicet Iesum Christum. Vel (vt alij habent) per quã, videlicet Chri- Luc. 1.
C sti fidelem cognitionem [*Maxima et preciosa nobis promissa donauit*] id est, excellentissima dona spiritus sancti & munera præclarissima, tam gratiæ gratis datæ quam gratiæ gratum facientis. Præsertim in die Pentecostes, quando in visibili signo copiosissimè datus est spiritussanctus per infusionem numerũ eius: quæ Christus tam in veteri testamento per prophetas, quàm per seipsum in sermone quẽ fecit post cœnã, dãda prænũciauit atque spopõdit. Prædixit quippe per Ioëlẽ, Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri & filiæ vestræ. Et in Psalm. Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Accepisti dona in hominibus. Deus Israël ipse dabit virtutẽ & fortitudinẽ plebi suæ. Christus quoque ait, Paracletus spiritus sanctus, quẽ mittet pater in nomine meo, ipse vos docebit & suggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis. A scẽsurus autẽ ad cælũ dixit eis, Sedete in ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto, & ego mittam promissum patris in vos [*Vt per hæc efficiamini diuinæ consortes naturæ*] id est per hæc supernaturalia gratiæ dona deo supernaturaliter conformamini, & Ioan. 14. Luc. 24.
tandem ad plenam cum deo assimilationẽ pertingatis in patria. Cum enim sit homo ad summę trinitatis imaginẽ similitudinemque productus, & per cõsequens per dona naturæ aliqualiter cõfors diuinæ naturæ, seu particeps perfectionis ac bonitatis proprij creatoris, certũ est, quòd per dona gratiæ altiori perfectioni quàm modo deo assimiletur. Quia dona naturæ perficiũtur à donis gratiæ. Et quò dono gratiæ fuerint eminẽtiora, eò sublimius dicuntur hominẽ deo cõformare, cúmque deificare seu diuinũ ac deiformẽ efficere. Non quòd esse creatũ amittat, & inducat esse increatũ: sed quia per dona virtutes ac habitus supernaturales, eminẽtes, perfectos, eorumque actus assiduos & præclaros valde supernaturaliter, mi-
D rabiliter ac gratiosissimè creatori reddatur conformis. Et istud fit maximè per charitatẽ ardentem & sapiẽtiæ donũ, & actus ex eis procedẽtes. Deinde per alia dona ac virtutes eorúmque actus, secundũ quòd insunt viris heroicis & perfectis. Vnũquodque siquidẽ dicitur ei potissime cõformari atque cũ illo quasi societatẽ & cõmunionem habere, cuius opera magis exequitur, & cui in actibus suis amplius assimilatur. Propter quod homines carnales dicuntur brutales: & luxurioſi dicuntur porcini. Meritò igitur qui actibus virtuosis insistunt, qui in actionibus intellectualiũ virtutũ (in quibus summæ trinitatis imago resplendet) intenti sunt, qui contẽplando, feruẽter amando, pietatẽ & iustitiã exercẽdo se deo cõformant, & spiritalem, internã, cælestemque vitã ducunt in terra: dicũtur diuinæ naturæ cõfortes, siue participes efici, dei quoque amici ac filij fieri. Filiorũ nãque est suo patri assimilari. Et amicitia in quadam cõmunione fundatur. Et isti cõmunionẽ, consortiũ, seu societatẽ quandam habent cũ domino, cui familiares effecti sunt. Habent, inquam societatem cum deo, quia hoc agunt quod ipse veritatẽ amando, ac cõtemplando, aliosque actus diuinos ac deo placitos exercendo, & ei intenti sunt, eiúsque perfectionẽ & beatitudinẽ aliquo modo participãt, per quæ omnia deo assimilantur. Hæc verò cõmunio, assimilatio, atque coniunctio, consortiũ seu societatẽ efficiunt. Propter quod in Eccl. dicitur, Omnis homo simili sibi as- Eccle. 13.
sociabitur. Et prima Ioannis habetur, Societas vestra sit cum patre, & filio eius Iesu Christo. Et quia 1. Ioan. 3.

Universidad de Deusto Biblioteca

communio assimilatio & vnio iam præfatæ cũ deo, multo perfectius habentur in patria, quàm in via: id- E
1.Ioãnis.3. circo electi & sancti dicũtur deo in cælo perfectè assimilari, & consociari. Propter quod in prima sua ca
Ioannis.1. nonica scribit Ioannes, Similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est. Et alio loco idem Ioan. asserit,
Quotquot receperũt eum, dedit eis potestatẽ filios dei fieri. Quod exponitur de filiatione perfecta, quę
habetur per similitudinẽ gloriæ, per quã electi fiunt præcipuè cõsortes diuinæ naturæ, & societatẽ sor-
tiũtur cũ deo eius beatitudinẽ vsque ad societatẽ participantes, & ipsomet deo beatificè perfruẽtes: quo
& nũc per dona gratiæ aliqualiter fruimur, ei propter se inhærẽdo, atque ad eũ alia cuncta fina iter refe-
rẽdo. Sic ergo efficiamini diuinæ cõsortes naturæ. Denique prędinuctam hãc beatissimi Petri sentẽtiam
Ephes.1. de maximis & preciosis donis desuper nobis collatis, & cognitione, ponit & Paul. ad Ephe. dicens, Pater
gloriæ det vobis spiritum sapientiæ, vt sciatis quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæredi-
tatis eius in sanctis, & quæ sit supereminẽs magnitudo virtutis eius in nos qui credidimus [*Fugientes eius,*
quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptionem] id est, vitiositatem & infectionem mũdanæ ac carnalis con
cupiscentiæ, cupiditatis, libidinis, & omnis inordinatæ affectionis, quæ spiritaliter corrumpit, ac destruit
hominem. Sed & cætera peccata mortalia, quoniam omni spiritali esse gratiæ ac virtutum spoliant eum,
huius cõcupiscentiæ corruptionẽ fugimus, cõcupiscentiæ nõ consentiendo, sed eam frenando ac repel-
Eccle.21. lendo. Iuxta illud Eccl. Quasi à facie colubri fuge peccata. Nam sicut fugimus serpentes inficere nos vo
lentes: sic fugere nos oportet cõcupiscentias corrumpentes: imò eo plus, quo deterior est spiritalis, quàm F
corporalis interius. Hæc corruptio opponitur sanitati interiori, seu integritati virtutum: qua homo tota
mẽte deo adhæret absque diuisione, ita quòd nõ partim mũdo. Præterea rectè ait, eius quæ in mũdo est
cõcupiscẽtiæ corruptionem. Est enim & alia cõcupiscẽtia spiritalis & munda, videlicet desiderium dei
Ioannis.15. & sapientiæ ac virtutum: quæ non est in mundo. i. mundanis hominibus, sed in virtuosis. De quibus ait
Eccles.3. Saluator, De mũdo nõ estis. De qua cõcupiscentia in Ecclesiastico scriptum est, Auris bona cum omni
psalm.83. cõcupiscentia audiet sapientiam. Et psal. Concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Et Sap. Con-
Sapien.6. cupiscentia, inquit, sapientiæ deducet ad regnum perpetuum. Hæc concupiscentia parit incorruptionẽ,
de qua fertur ibidem, Incorruptio facit esse proximũ deo. Sed quia in vita præsenti oportet semper pro-
ficere, ociositatem vitare, tempus omne fructuosè expendere, rectè subiungitur [*Vos autem curam omnem*
Ibidem. *subinferentes*] id est, omnem spiritalem solicitudinem, seu diligentiam apponẽtes, & ab intimo corde in-
troducẽtes, ac assumẽtes ad virtuosè viuẽdum [*Ministrate*] id est, ministerialiter exercete. Deus enim est
author principalis omnis operis boni: homo autem tanquam dei minister & instrumẽtum agit siue exe-
philip.2. quitur id, ad quod à deo mouetur. Propter quod loquitur Paulus, Deus operatur in vobis velle & perfi-
Ibidem. cere. Itemque, Dei cooperatores sumus. Quia tamen liberè facimus istud, reputatur nobis in meritum:
quãuis sit dei donũ. Itaque ministrate & facite [*in fide vestra virtutem*] id est, opera virtuosa. Quoniã fides
sine operibus mortua est in seipsa. Et istud cum omni agẽdum est cura. Quoniã Salomone testãte, Qui G
prouer.18. molis & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipãtis. Apud Hiere. quoque inducitur, Male-
Hiere.48. dictus, qui facit opus dei negligẽter. Ideo admonet Paul. Seruiamus deo cum metu & reuerẽtia. Et rur-
Hebr.12. sus, Cum timore (inquit) & tremore vestrã saluté operemini. [*in virtute autem scientiam*] .i. discretionem,
philip.2. quæ est directrix & auriga virtutũ, docẽs obseruare moderamen, cõgruum locum tẽpusque aptũ: vt om
nia ordinatè agantur, & regia via tẽdamus: vt sit rationabile obsequium nostrum. Ideo dicitur in Esaia,
Roma.12. Discite bene agere. [*in scientia autem*] habete, ministrate, seu exercete [*Abstinentiam*] à carnalib⁹ voluptati-
Esaię.1. bus vos reprimendo. Præsertim à delectabilibus gustus & tactus, & vitia gulæ atque luxuriæ fugiatis.
Iuxta illud prima ad Thessal. 4. Hæc est voluntas dei, sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatio-
ne: vt sciat vnusquisque vestrũm suum vas, id est proprium corpus, possidere in sanctificatione, & hono
re: nõ in passione desiderij sicut & gentes, quæ ignorãt deum [*in abstinentia autem patientiam*] quæ castis
& sobriis suumque corpus castigantibus valde est necessaria: ne ex corporali afflictione ad impatien-
Matth.6. tiam, siue tristitiam moueãtur. Propter quod ait Saluator, Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritę tri-
Hebr.10. stes. Tu autẽ cũ ieiunas, vnge caput tuum, & faciẽ tuam laua. Hinc ad Hebræos fertur, Patientia vobis ne-
cessaria est, vt voluntatem dei facientes reportetis promissionem [*in patientia autem patientem*] ne fatis circa alios nimium rigidi, sed cõdescẽdentes. Solent enim nonnulli, qui sibiipsis rigorosi sunt, etiam aliis du-
ri esse, nõ satis compassiui & succurrẽtes. Rursus, non sufficit aduersa illata ab aliis patienter sufferre, ni-
Matth. 5. si & illis charitatis ac pietatis impẽdamus affectum, & oremus pro ipsis. Cum dicat Saluator, Benefacite H
his, qui oderũt vos: & orate pro persequentibus, & calumniãtibus vos] *in pietate autem amorem fraternita-*
tis] id est fraternam dilectionẽ habete, quatenus opera pietatis ex vera & fraternali exhibeatis dilectione
[*in amore autem fraternitatis charitatem*] id est, dei dilectionem habeatis synceram. Quoniam charitas dei,
cæterarum virtutum vita & forma, vertex & finis, regina & motrix est. Et amor fraternus dei amore est
Colosſ.3. condiendus, formandus, ac perficiẽdus, atque ad dei actualem dilectionem finaliter referendus. propter
quod ad Colossenses dicitur, Super omnia charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. His octo
Ezech. 40 virtutibus, tanquam per octo gradus ad felicitatem & cælestem Hierusalem ascẽditur ac peruenitur. Ad
psalm.83. quod præsignãdum in visione Ezechielis de templo asseritur, Quòd per octo gradus ascẽdebatur ad eã.
Et psalmista loquitur deo de homine virtuoso, Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascẽsiones in corde
suo disposuit. Et subditur ibi, Ibũt de virtute in virtutem: videbitur deus deorũ in Sió.] *Hæc enim* id est,
hæ præfatæ octo virtutes [*si vobiscum adsint*] id est, cordibus vestris semper inhæreãt [*Et superent*] id est,
vitia sibi opposita vincant. Vel superent, id est inualescant atque abundent [*Non vacuos nec sine fructu vos*
constituent in domini nostri iesu Christi cognitione] Minus dicit & maius significat: vt sit sensus, prædictæ vir
Ioannis.17 tutes plenos meritoriis actibus vos efficient, & in regno cælesti vos exaltabunt, in aperta ac beatifica di-
Ioannis.14 uinitatis Christi visione. De qua idem ait, Hæc est vita æterna, vt cognoscãt te verũ deũ, & quẽ misisti

A Iesum Christum. Et alibi, Manifestabo ei meipsum [*cui enim non præsto sunt hæc*] id est cui præfatæ vir-
tutes præsentes non sunt [*cæcus est*] id est mente obtenebratus, vtpote infidelis & indiscretus [*Et manu*
tentans] id est quo eat ignorans, nec qualiter ad beatitudinem progredi debeat, sciens. Ideo similis est cæ
co, qui manu extenta tentat, & scire conatur quò tendere debeat. Idcirco mox cadit in preceps & peccat
ac perit. Propterea teste Ambrosio, Ignorantia est maximum vitiorum: non vtique magnitudine enor- Ambrosſ.
mitatis, sed periculositatis: eum in primis scire oporteat, qualiter sit viuẽdum. Propter quod ait & Paul.
Qui ignorat, ignorabitur. Et apud Baruch scriptum est, Disce vbi sit sapientia, vbi sit virtus, vbi sit in- 1.corin.14
tellectus: vt scias vbi sit longiturnitas vitæ, vbi sit lumen oculorum & pax [*Obliuionem accipiens purga-* Baruch.3.
tionis veterum suorum delictorum]. i. peccata sua pristina & antiqua purgare & emendare obliuiscitur, ne-
gligit, seu omittit: & si baptizatus est, per negligentiam suam, ostendit se esse oblitum purgationis, quam
in baptismo accepit: quoniam tantùm dei beneficium non attendit, nec gratias agit deo. [*Quapropter o*
fratres magis satagite]. i. diligentius insistite & studete. [*Vt per opera bona certam vestram vocationem et elec-*
tionem faciatis] .i. vosipsos in primis, & quodammodo alios certificetis, vos esse à deo ad statum gratiæ
ac salutis vocatos, deductos atque ab ipso electos, seu æternaliter prædestinatos.

¶Hoc enim suo modo agnoscitur, si quis creatori seruiat diligenter, peccata abhorreat, deo semper in-
tendat, delideret, & conetur, ac perseueret in bonis. Posset hic quæri, An quis in vita hac certitudinali-
ter scire valeat, se esse in charitate & gratia, seu esse electum. Et possent pro vtraque parte multæ ex scri-
B pturis authoritates, & ex verbis sanctorum allegari: sed prolixitatem vitando (quia hæc quæstio alibi co
piosè inuenitur discussa) in hoc stat vis responsionis, secundum doctores præcipuos. Quòd tanta est cõ-
formitas amoris naturalis acquisiti. & amoris infusi, cæterarúmque virtutum infusarum & acquisita-
rum, inter se & in actibus suis: quòd nemo absque diuina reuelatione certitudinaliter scire potest, ex qui
buscunque actibus suis se esse in charitate & gratia: quamuis coniecturaliter posset hoc scire, & proba-
biliter valde. Alioquin periculosè agerent sacerdotes deuoti assiduè celebrando, & quantò quis in vir-
tutibus amplius proficit, tantò probabilius potest cognoscere se esse in charitate. Sed & spiritussanctus
testimonium perhibet spiritui nostro, quod filij dei sumus. Quod tamen testimonium diuersimodè po
test intelligi, & multipliciter perhiberi.

¶Nec verũ est quod quidã scribit hoc loco, dicens, Eo ipso quòd aliquis est in gratia, oportet, quòd sit
vocatus & electus: si. de electo sit proprie sermo. Secundum quod ait Sal. Multi vocati, pauci electi. Mul
ti etenim reprobi & præsciti sunt ad tempus in gratia. Vnde quod princeps apost. hic ait, per bona opera
certam faciatis vocationem vestrã & electionem, valde pẽsandum est. Quia videtur innuere, quòd per
bona opera posset quis certificare se, quòd sit electus. ¶Quocirca sciendũ, quòd eo modo quo per quo-
tidiana opera bona certi efficimur, quòd sumus de facto vel impræsentiarũ in gratia: ita perseuerãdo in
eis certificamur de nostra electione. Sed vtraque certificatio intelligenda est, non de certitudine absolu
C ta qualis habetur in mathematicis, sed de certitudine verisimili, coniecturali, probabili, quæ habetur in
moralibus. Vnde Aristoteles Boëtiúsque affirmant, quòd sensati ac disciplinati viri est, in omni mate- Boëtius.
ria certitudinem quærere, prout materia sustinet, & natura rei admittit. Idcirco & sapiẽtissimus archia-
postolus loquitur modò de certitudine huiusmodi, quæ in genere seu proposito isto, atque materia hac
potest haberi. [*Hæc enim facientes*]. i. per opera virtuosa certam vestram vocationem, electionémque fa-
cientes [*Non peccabitis aliquando,*] hoc tripliciter potest intelligi. Primò, quia sic cõuersando ad æternã
beatitudinem pertingetis, in qua nunquam peccabitis. Secundò, quia manẽdo in gratia, nõ peccabitis: cũ
peccatum cõtingat, gratiam amittendo vel ab eius perfectione deficiẽdo. Sícque in Ioan. fertur, Qui ma 1.Ioan.3.
net in eo, non peccat. Tertiò, quia hæc faciendo homo meditatur nouissima sua, quorum meditatio fre-
quẽs expellit peccata: secundum illud Eccle. In omnibus operibus tuis memorãre nouissima tua, & in
æternũ non peccabis. Itaque non peccabitis, loquendo de peccatis mortalibus. Nam venialia prorsus vi- Eccleſi.7.
tare nõ potest homo in vita hac fragili. Quorũ etsi singula, nõ tamẽ omnia queũt vitari. Eo quòd cũ ho
mo intentus est vitare vnum, subito ex fragilitate & instabilitate propriæ mentis, incidat in aliud. Pro-
pter quod 3.Reg. habetur, Non est homo super terram qui faciat bonum, & non peccet. Quoniam ipsis 3.Reg.8.
D bonis operibus venialia se commiscent. Deinde subiungitur alia ratio, cur sic agere debeamus. [*sic enim*
abundanter ministrabitur vobis introitus]. i. promptè & copiosè præstabitur vobis à iudice summo facultas
intrandi [*in æternum regnum dei et saluatoris nostri iesu Christi*] cuius regni nõ erit finis. De quo in Daniele
scribitur, Potestas eius potestas æterna, quæ nõ auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. At- Lucę.1.
que in Psalm. Regnum tuum regnum omniũ sæculorum. Vel, ministrabitur vobis abundanter introi- Danie.7.
tus in regnum Christi: quia sic faciẽdo proficietis quotidie in omni gratia ac virtute, & abundabitis me- Pſalm.144
ritis, per quæ habebitis causam intrandi regnum cæleste. ¶Quẽadmodum enim vnũ peccatũ trahit ad
aliud: sic vna actio virtuosa disponit, & trahit ad aliam. Et quantò quis diligẽtius ac frequẽtius bonis in-
sistit operibus, tantò fit ei facilius & delectabilius talibus immorari [*Propter quod incipiam vos semper com*
monere debis] id est quia tam fructuosum est & salubre, taliter conuersari: idcirco indesinenter exhor-
tabor vos, vt ita agatis. Quamuis enim beatissimus Petrus corporaliter præsens non fuerit eis, quibus
hæc scripsit: tamen per hæc sua scripta & per discipulos suos, assiduè eos de his adimplendis admonuit.
Rectéque ait, incipiam semper, quia quotidie desiderauit eos ista perpendere, & quasi de nouo cum re- Eccleſi.18.
centi feruore implere. Ipse quoque affectuosissimus ac feruentissimus petrus tam feruenter hæc egit,
quasi iugiter in facti huius principio fuisset. Siquidem principium feruet. Vnde in Ecclesiast. legitur,
Cum consummauerit homo, tunc incipiet. propter quod sanctus Franciscus dicere consueuit, Fratres
incipiamus deo seruire [*et quidem scientes et confirmatos in præsenti veritate*] id est incipiam vos hor
tari qui estis scientes ea quæ sunt legis diuinæ, & estis iam radicati per exercitia diuturna in hac ipsa

Universidad de Deusto
Biblioteca

Roma.7. 1.Ioā.1. fidei veritate quam doceo & tenetis. Sic & Paulus, Scientibus (inquit) legem loquor. Et Ioannes in prima sua canonica, Non scripsivobis quasi ignorantibus veritatem, sed quasi scientibus eam. Sed si ista nouerunt & habituati erant in bonis, cur indesinenter voluit eos hortari de istis: nisi vt ea quæ nouerunt factis exequerentur, & fortius accenderentur, copiosius quoque illuminarentur, actualiter considerando quę habitualiter cognoscebant, & ne à bonis torperent aut laberentur? Hinc enim in prouerbiis inducitur, Audiens sapiens sapientior erit. Et rursus Salomon ait, Da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia. Si igitur præsidenti molestum non est salubria sæpe repetere, non pigeat subditos ea frequenter audire. Siquidem beati qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud [*Iustum autem arbitror quandiu sum in hoc tabernaculo*]. i. in mortali hoc corpore dego [*suscitare vos in cōmonitione*]. i. per exhortationē vos

Prou.1. Prou.2. Ioan.25. Luc.22. Ecclē.17. Tob.4. Matt.7. prouocare ad opera virtuosa. Ad hoc quippe electissimus petrus ratione pastoralis tenebatur officij. Et quia Christus præceperat ei, pasce oues meas. Et alibi, Tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Quod etiam ex feruidissima dilectione strenuissimè adimpleuit. Nam (vt sanctus Clemens testatur) immensa charitate erat repletus, Vnusquisque quoque proximum suum loco & tempore opportuno debet hortari, corripere, informare, pro posse. Iuxta illud Ecclesi. Vnicuique mandauit deus de proximo suo, Vt vtique faciat ei, sicut velit sibi fieri [*Certus quod velox est depositio tabernaculi mei*]. i. quòd citò recedam à corpore isto ingressurus regnum cęleste [*Secundum quod dominus noster Iesus Christus significauit mihi*] per reuelationem, siue per angelum, siue immediatè per seipsum. ¶ Circa hunc locum scribit venerabilis Beda, Tabernaculo solent homines in itinere aut in prælio vti: idcirco fideles, quandiu sunt in corpore & peregrinantur à domino, ac contra veritatis aduersarios certant, in tabernaculis se esse ritè testantur. Pulcherrimè quoque sanctus Petrus obitum suum non mortem, sed depositionem tabernaculi sui dicit. Quoniam sic est perfectis dei famulis mortalem carnem exuere, sicut viatoribus completo itinere, propriam domum pro tabernaculi habitatione adire, & sicut bellatoribus hoste prostrato, ad patriam regredi: quia non nisi in cælis, reputant sibi esse domum ac patriam. [*Dabo autem operam*] id est diligentiam, efficaciamque impendam [*Et frequenter vos habere post obuum meum*] id est vt ita vos habeatis post recessum meum à corpore [*Vt horum memoriam faciatis*] id est ea quæ scribo, doceo, ac iubeo, memoriter teneatis, & opere compleatis. Siquidem felicissimus Petrus tam virtuosissimè in sua se habuit vita, tam constantissimè in passione, tam feruenter in prædicando, tam sapienter in scribendo, tam potenter in miraculis quæ in vita, in morte, & post martyrij palmam peregit, quòd omni memoria & imitatione fuit dignissimus.

Beda. 1.Petr.5.

¶ Præterea (sicut in fine expositionis præcedentis epistolæ tactum est) glorioſissimus petrus primâ scripsit epistolam Claudio imperante, antequam sanctum Marcum euangelistam misit Alexandriam. Hâc verò (vt ipse iam inuit) scripsisse videtur passioni propinquus: sicque longum fuit temporis interuallum inter harum conscriptionem epistolarum.

Epistola.

¶ Consequenter tangit Christianæ fidei fundamenta, seu argumenta: & quàm digna sit eius doctrina omni memoria [*Non enim indoctas*] id est falsas & imperitas [*Fabulas sequuti, notam vobis fecimus domini nostri Iesu Christi virtutem*] id est omnipotentiam & deitatem [*Et præscientiam*] id est æternam eius scientiam, qua inuariabiliter ac æternaliter vniuersa intuetur, præterita, præsentia & futura: imò & infinita quæ nec fuerunt, nec sunt, nec erunt. ¶ Christus quoque secundum assumptam humanitatem, omnia ab incartionis exordio nouit, quæ scit secundum quod deus scientia visionis, vtpote vniuersa quæ fuerunt, sunt aut erunt. Hæc autem summus apostolus notificauit fidelibus prædicando, miracula faciendo, scripturas allegando, & ea quæ vidit atque audiuit narrando. Pagani autem indoctas poetarum fabulas sequentes, varia deorum portenta finxerunt. Similiter Manichei, & alij quidam hæretici, diuersas, inanissimas & mendacissimas fabulas sunt sequuti. [*sed speculatores facti illius magnitudinis*] id est nos effecti contemplatores maiestatis & excellentiæ Christi, notificamus virtutem & præscientiam eius. Vnde in Ioanne habetur, Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre. Viderunt sancti apostoli oculo corporali Christi humanitatem, atque miracula: interioríque oculo per fidem illuminatam & sapientiæ donum, conspexerunt eius diuinæ excellentiam maiestatis. Similiter post resurrectionem viderunt eminētiam Christi in multis, quomodo ianuis clausis ad eos ingressus est, & spiritum sanctum per insufflationem contulit eis. Ipsis quoque videntibus ascendit in cælum: deinde in signo visibili, & abundantissima gratiæ copia misit eis spiritum sanctum. Hinc in Actis præstantissimus loquitur petrus, Non possumus ea quæ audiuimus & vidimus, non loqui [*Accepit enim a patre honorem et gloriam*]. i. honorificam & gloriosam attestationem, seu testimonium honorabilitatis & gloriæ [*Voce delapsa*]. i. desuper veniente [*Ad eum a magnifica gloria*] id est magnificentia & excellentia dei patris. Et quæ fuerit illa vox. i. complexio vocum, subiungitur [*Hic est filius meus dilectus*] id est naturalis & vnitus, consubstantialis, coæqualis, coæternus, non adoptiuus: quem, secundum quod deus est, diligo non minus quàm meipsum, vtpote dilectione intensiua, immensa: cùm infinitæ sit bonitatis, & mihi verè æqualis. Porrò inquantùm est homo, prout eius humanitas vnita est hypostatica vnione verbo æterno, diligo eum magis quàm totū vniuersum. Sic enim pater contulit Christi humanitati in eodem esse personali subsistere, in quo consistit verbum æternum. Quod subsistere reliquum omne bonum creatum excedit [*In quo mihi complacui*] id est beneplacitum fuit mihi. Si enim beneplacitum est domino in populo suo, & lætatur dominus in operibus suis: quantò magis in vnigenito filio suo, in quo vtique pater habet complacentiam penitus infinitam? In seipso quoque pater complacentiam habet prorsus immensam. Et complacet sibi in filio suo, id est de hoc pater sibiipsi complacet infinitè, quòd talem ac tantum genuit filium, & quòd in seipso tantæ bonitatis ac fœcunditatis consistit, vt consubstantialem sibi pepererit natū, & sibi omninò simillimū, in nullo à se discordem: cùm eiusdem secum sitvoluntatis, quemadmodum & vnius essentię. Fertur au-

Ioan.1. Ioan.10. Actu.1. Actu.2. Actu.3. Matt.3.17. Matth.1. Lucæ.3.9. Ioann.1.

tem hæc vox ministerio prolata angelico, in dei patris persona [*ipsum audite*] auribus cordis & corporis, & credite obeditéque ei. Vnde ipse Christus testatur, Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam [*Et hanc vocem nos audiuimus de cælo allatam*]. i. cælesti virtute formatam atque in cælo aëreo factam [*Cum essemus cum ipso in monte sancto*] hæc enim vox facta est in Christi trāsfiguratione, in monte Thabor: qui propter transfigurationem Christi in eo peractam, vocatur mons sanctus. Cui transfigurationi interfuerunt apostoli præclari Petrus, Iacobus & Ioannes filii Zebedei. De qua transfiguratione & apparitione super Matthæum & Lucam diffusius scripsi: idcireo nunc transeo.

¶ Consequēter Christi diuinitatem probat testimonio prophetali irrefragabili [*Et habemus firmiorem*]. i. valde firmum [*Sermonem propheticum*]. i. testimonium Dauid regis de Christi diuinitate in psal. vbi loquitur filius, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Imò in pluribus psalmis loquitur Dauid inde, vt est illud, Ex vtero ante luciferum genui te. Et, Eructauit cor meum verbum bonum. Quamuis autem testimonio principis apostolorum de Christo non sit, absolutè loquendo, firmius ac magis authenticum testimonium Dauid prophetæ, aut cuiuslibet in veteri testamento, sed magis contra (quoniam glorioſi apostoli magis illuminati fuerunt de Christo quā prophetæ veteris testamenti, & maiori gratia erant repleti: Christi quoque mysteria clarius conspexerunt, multipliciúsque nouerunt q̄ vates Mosaïcæ legis. Propter quod præferuntur prophetis in sapientia, virtute, fructuositate, sanctitate, miraculis, gratia & gloria) nihilominus quantùm ad aliquos firmius fuit testimonium Dauid de Christo, quàm testimonium beatissimi Petri, quantùm ad Iudæos & cauillatores qui dicere potuerūt, quòd Petrus magistrum suum zelo immoderato præferre conat⁹ est. Et ea quæ narrat, vel ficta sunt, vel in secreto audita: ideo minus credibilia quàm Dauid prophetæ oracula. Cum tamen sanctissimus Petrus per plura & eminentiora miracula ostenderit, se esse loquutum ex spiritu sancto, quàm Dauid [*Cui benefacitis attendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco*] Ordo verborum est, Cui sermoni prophetico tanquam lucernæ lucenti in tenebroso loco attendētes & fidem adhibentes benefacitis, quia hoc bonum ac meritorium est. Locus autem tenebrosus est mundus iste, seu genus humanum, ignorantiarum & vitiorum tenebris obfuscatum. Est autem attendendum sermoni prophetico [*Donec dies illucescat*]. i. dies æternitatis vobis resplendeat, atque ad claram ac beatificam dei visionem perueniatis. De quo scriptum est in Zacha. In die illa erit dominus vnus, & nomen eius vnum [*Et lucifer*]. i. Christus [*Oriatur in cordibus vestris*]. i. per speciem se vobis facie ad faciem manifestet. Vel lucifer. i. lumen gloriæ vobis infunditur, & cognoscatis deum sicut & cogniti estis ab eo. Dicitur autem Christus Lucifer, cum ipse sit origo lucis æternæ candor, & splendor gloriæ, sapientia patris, cui lux, sapientia, ars, idæa, species, pulchritudo, appropriantur. [*Hoc primum intelligentes*]. i. in primis agnoscentes [*Quod omnis prophetiæ scriptura*]. i. omnis scriptura prophetica. Vel vt alij textus habent, omnis prophetia scripturę. i. omnis prophetia in sacra scriptura contenta [*Propria interpretatione non ire*]. i. humana adinuentione nō patuit, nec sensu proprio prophetarum inuenta est. [*Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia*]. i. prophetæ ex propria sua libertate & potestate non habuerunt notitiam ac gratiam prophetalem, vel quòd spiritus sanctus eorum tangeret corda, Quia futurorum purè contingentiū certa prænoscitio, corū quoque quę soli deo patescunt, & ex eius libertate dependent, notitia ipsi omnipotenti superſapientissimo creatori est propria: nec aliis nisi eo reuelante patescit. Propter quod per Esaiam scriptum est, Quæ ventura sunt annunciate nobis: & sciemus, quia dij estis vos, [*sed spiritu sancto inspirati*]. i. instincti & illuminati [*Loquuti sunt sancti dei homines*]. i. sancti prophetæ vaticinati. Propter quod loquitur & Paulus, Alij per spiritum datur gratia prophetiæ. In libro Iob quoque habetur, Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Dicunt item doctores, quòd gratia prophetiæ dicit actum nō habitum. Idcirco in potestate prophetarum non est vaticinari ad libitum, aut de quibuscunque, sed tunc quando à spiritu sancto tanguntur, & de quibus ab ipso illuminantur.

Matt.17. Lucæ.19. Psal.2. Psal.109. Psal.44. 1.Cor.12. Iob.32.

Explanatio 11. cap. [*Fuerunt vero et pseudoprophetæ, etc.*]

Articulus 11.

POstquam præcedenti capitulo glorioſus apostolici ordinis vertex moralia documenta induxit, & dei beneficia commemorauit: nunc contra hæreticorum errores pestiferos armat & præmunit fideles. Nam ait [*Fuerunt vero et pseudoprophetæ in populo*] veteris testamenti. De quibus in Hieremia, Ezechiele, Michea, aliisque locis scripturarum veteris testamenti, frequenter fit mentio. Et parum ante Christi prædicationem fuerunt Theudas & Iudas galileus. De quibus in Actis scribitur [*sicut et in vobis erunt magistri mendaces*] puta Hæresiarchæ [*Qui introducent sectas*] id est speciales & falsas doctrinas, hæreticas prauitates, erroneas collectiones, ad æternam damnationem tendentes [*Et eum qui emit eos, dominum*] id est Christum, qui non corruptibilibus auro vel argento, sed proprio sanguine eos redemit. De quo ait vas electionis, Empti estis precio magno [*Negabunt*] id est prauè de ipso sentient, & non credent, nec prædicabunt eum, sicut in veritate consistit: sed talem, qualem eum esse cōfingent [*superinducentes sibi celerem perditionem*] id est festinatā damnationem, seu damnationis causam, sibi ipsis accumulantes. De talibus ait & Christus, Attend te à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Et Paulus in Actis, Scio, inquit, quia post discessionem meam intrabunt in vos lupi graues, non parcentes gregi: & ex vobisipsis surgent viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se [*Et multi sequentur eorum luxurias*] id est tam corporales quàm spirituales eorum fornicationes. Nam multi illorum hæresiarcharum quatenus plures sibi allicerent, concupiscentiis frena laxabant, qui etiam spiritaliter for-

Hiere.23. 27. Ezechi. 14 Mich.3. Actu.4. 1.Petri.1. 1.Cor.6. Marci.7. Actu.20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nicando cor suum auerterunt à deo,& animas suas dæmonum fecerunt adulteras,verbúmque dei adul- E
terauerunt falsè exponendo scripturas: in quibus omnibus innumerabiles sibi attraxerunt perditionis
Ioan.14. discipulos.[*Per quos via veritatis*]id est Christus:qui ait,Ego sum via, veritas,& vita. Vel via veritatis est
Matth.7. fides catholica,sana doctrina,conuersatio veraciter Christiana.De qua loquitur dominus, Arcta est via
Esaiæ.30. quæ ducit ad vitam . Vnde & Esaias ait, Hæc via,ambulate in ea: & non declinetis , neque ad dexteram
neque ad sinistram[*Blasphemabitur*]quia & ipsi eam blasphemarunt,hæreses & schismata inducendo,& suos infœlices discipulos ad idem alliciendo . Infidelibus quoque dando occasionem blasphemandi Christum,eiúsque legem ac fidem. Videntes nanque infideles turpem vitam & varias abusiones hæreticorum,putauerunt Christum talia docuisse,& omnes Christianos huiusmodi esse . Ideo Christum & eius cultores,fidem catholicam , legémque Euangelicam blasphemauerunt [*Et in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur*]id est ex cupiditate per callida & adulatoria verba vos fallent , & quasi contractum
Roma. 16. quendam de vobis efficient,temporalia bona vestra à vobis fallaciter auferendo,non violenter, sed frau
Lucæ.20. dulenter . Quia,vt asserit Paulus , Per benedictiones & dulces sermones decipiunt innocentium corda.
Rom.16. Et Christus , Hi sunt,qui deuorant domos viduarum . Itémque, Huiusmodi operarii subdoli non seruiunt Christo,sed suo ventri.[*Quibus iudicium iam olim non cessat*]id est reprobationis iudicium dudum de eis præmunciatum in sanctis scripturis,non est reuocatum,neque finitum: quoniam pœna eis instans ac debita est æterna,& in perpetuum reprobati manebunt. [*Et perditio eorum non dormitat,*] quia eorum F
damnatio non quiescit, & nunc in vita hac perditi sunt per demerita propria . De his peruersis hæreti-
Galat.6. císque magistris multa in beati Pauli leguntur epistolis:vt cum ait ad Galatas , Quicunque volunt pla-
2.Timo.3. cere in carne,hi cogunt vos circuncidi.De quibus & secunda ad Timothæum multa effatur.
Hæretico- ¶ Denique tempore apostolorum cœperunt exurgere,vt Paulus testatur. Inter quos fuerunt Ebion &
rum ali- Cherintus, qui Christi deitatem negabant. Et Marcion qui eum phantasticum corpus asseruit assump-
quot no- sisse:cuius perfidiam postmodum auxit sacrilegus Manichæus.Arrius quoque & Fotinus atque Nesto-
mina re- rius negabant Christum esse verum deum.Sabellius verò mentitus est eandem personam esse patrem &
censentur. filium ac spiritum sanctum . Apollinaris rudissimus negabat Christum animam habuisse rationalem.
Itaque isti & eis consimiles,Christum & eius fidem atque doctrinam blasphemarunt. Insuper per exé-
Iob.4. pla ostendit hos esse acriter puniendos. [*Si*]pro quia [*Deus angelis peccantibus non pepercit*]de quibus in libro Iob habetur,In angelis suis reperit prauitatem[*sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit in*
Prouer. 5. *iudicium cruciandos reseruari*]litera hæc intrincata,sic ordinanda est,& exponenda.Sed ipsos angelos qui peccauerunt detractos rudentibus inferni,id est infernalibus funibus seu vinculis, quæ sunt eorum peccata : iuxta quod in Prouerbiis asseritur , Iniquitates suæ capient impium, & funibus peccatorum suorum constringetur:His,inquam,funibus angelos detractos, id est deorsum proiectos & tractos à rigore diuinæ iustitiæ in tartarum.vtpote in aërem caliginosum , qui quibusdam illorum pro carcere infernali est deputatus ad exercitium hominum.Vel in tartarum,id est infernum inferiorem sub terra situm, G
in quem multi proiecti sunt. Illuc ergo detractos tradidit. i. præcepit siue disposuit vel dedit eos reser-
uari cruciandos,quia ignem suum secum ferunt vbique.In iudicium,id est vsque in diem iudicij. Quia tam diu reseruantur hinc inde in aëre siue infernis,& in die iudicij grauiter affligentur, ad iudicis deducti præsentiam,qui tunc eos inferno inferiori sine fine adiiciet. Tuneque augebitur pœna eorum accidentalis ex infœlicium societate,& condemnatione quos deceperunt:quemadmodum accidentale præmium angelorum sanctorum tunc crescet ex eorum consortio quos custodierunt . Quemadmodum ergo angelis peccantibus dominus non pepercit, ita nec hæreticis parcet : quamuis omnes citra condignum torqueatur.Tametsi enim angeli boni & mali sint in termino, nec mereantur quantùm ad essentialem fœlicitatem siue calamitatem :tamen quantùm ad accidentale præmium seu tormentum,possunt interim mereri,aut demereri.Deinde inducit secundum exemplum,in quo euidenter terribiliterque apparuit rigor diuinæ iustitiæ,[*Et originali mundo*]id est generi humano , quod fuit in prima mundi ætate, puta hominibus,qui ante diluuium extiterunt, [*Non pepercit , sed octauum Noe præconem iustitiæ custodiuit,*]In canonica sancti Iudæ apostoli sic scriptum est , Prophetauit septimus ab Adam Enoch . Posset
Iudas. itaque aliquis forsitan opinari,quod sicut Enoch fuit in ordine genealogiæ septimus ab Adam:sic Noë vocetur octauus,quasi ab Adam octauus in ordine habeatur : quod dici non potest . quia decimus fuit H
ab Adam.Siquidem in Gene.fertur,quod Enoch genuit Matusale,de quo natus est Lamech pater istius
Gene.5. Noë. Dicitur ergo Noë octauus,quia inter eos qui erant in arca, fuit octauus,incipiendo numerationem ab inferiori vsque ad supremum,videlicet ipsum Noë.Fuerunt nanque in arca tres filij eius cum tribus vxoribus,vxor quoque Noë & ipse.

¶ Vocatur quoque preco iustitiæ, quia iustitiam dei & pœnitentiam, veritatísque viam hominibus illius temporis denunciauit . Sicut in expositione præcedentis epistolæ patuit. Custodiuit verò deus
1.Petr.3. Noë , quia à subuersione diluuij eum eripuit , [*Diluuium mundo impiorum inducens*] id est hominibus impiis tunc in mundo morantibus,qui viam suam corruperunt . Quorum tanta fuit malitia, vt in Ge-
Genes.5. nes. dicatur , Videns deus quia multa malitia hominum esset in terra,& cuncta cogitatio cordis humani intenta esset ad malum omni tempore, pœnituit eum quòd fecisset hominem in terra, & præcauens in futurum , tactus dolore corde intrinsecus , Delebo , inquit , hominem quem creaui , à facie terræ. Quemadmodum ergo illis deus non pepercit,ita nec hæreticis parcet.
Gene.19. ¶ Deinceps exemplum tertium subditur [*Et ciuitates Sodomorum & Gomorreorum in cinerem redigens*]id
Deute.29 est,Sodomam & Gomorram redegit in puluerem: quoniam ignem & sulphur abundantissimè pluit super eas & habitatores , imò super totam pentapolim,cuius ciuitates in Deuteronomio exprimuntur,videlicet,Sodoma & Gomorra,Adama & Semboüm,quinta vrbs fuit Segor.Quibus in puluerem ex ful-

A phureo igne redactis cum adiacentibus terris,operuit terram illam mari mortuo,in quo nihil viuere potest.Suntque ibi arbores poma apparatu pulcherrima deferentes: quæ poma si manu tractentur , in cinerem resoluuntur , & fumum emittunt quasi adhuc essent ardentia.Vnde in Sapien.libro legitur,Hęc Sapien.10.
iustum à pereuntibus impiis liberauit fugientem,descendente igne in Pentapolim , cuius in testimoniú nequitiæ fumigabunda constat deserta terra ,& in certo tempore fructus habentes arbores[*Euersione dã uauit*]id est præfatas vrbes ita euertens seu destruens ,habitatores eius sic puniuit,& condẽnauit,[*Exemplum eorum qui impie acturi sunt ponens*]id est per illam combustionem & euersionem exemplariter pandens ,qualiter igne æternali sunt puniendi iniqui , præsertim hæritici]*Et iustum Loth*]cuius iustitiam in- Hebr.13.
nuit Paulus ad Hebræos,Hospitalitatem , inquiens ,nolite obliuisci:per hanc enim placuerunt quidem Gene.18.
(videlicet Abraham & Loth) angelis hospitio susceptis , vt patet in Gene.[*A nefandorum iniuria*]id est Gene.19
violentia [*Et luxuriosa conuersatione eripuit ,*] id est à turpissimis Sodomitarum inquinamentis præseruauit ,atque per angelos ex Sodoma duxit. Et rectè Sodomitæ (qui vitiis contra naturam sordebant) vocantur nefandi , tanquam penitus detestabiles & inhumani , qui verbis & factis iniuriam intulerunt beato Loth.Iuxta illud Genesis,Ingressus es,inquiunt , vt aduena , nunquid vt iudices? Te ipsum ergo Eodem.
magis quàm hos affligemus.Vimque faciebant Loth vehementissimè.[*Aspectu enim & auditu iustus erat*]
quod dupliciter potest intelligi.Primò,quòd Loth tã custoditè se habuit quòd nec visis, nec ex auditis Psal. 17.
B Sodomitarum flagitiis à sua puritate & æquitate collapsus est. Cũ tamẽ dicat scriptura , Cũ peruerso Iudith.8.
peruerteris.Secũdò,quòd tã virtuosè vixit,quòd impij illi nihil iniquũ viderunt in eo,nec perceperunt de ipso. Sicut de Iudith vidua fertur,Metuebat dominũ valde, nec erat qui loqueretur de ea verbũmalum . De beatissimi quoque Ioannis Baptistæ parentibus venerandis ac sanctis scriptum est , Incede- Lucæ.1.
bant in omnibus iustificationibus domini sine querela.Sic & S. Iob de seipso fatetur,Auris audiens bea Iob.26.
tificabat me, & oculus videns testimonium perhibuit mihi.Denique istud arduum fuit & magnæ perfectionis indicium in Loth , quoniam (teste Gregorio)inter imperfectos perfectè conuersari , & inter Gregor.
iniquos iustè se habere, est valde laudabile .Et quoniam iustis graue est iniustitiam cernere ,subditur
[*Habitans apud eos*]id est Loth habitans inter Sodomitas [*Qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant*,].i.quotidie ipsum Loth suis prauissimis afflixerunt sceleribus.

¶ Iustus nanque tam ex dei amore ,quàm ex proximorum dilectione atque ex zelo suæ iustitiæ ,de impiorum vitiis contristatur:præsertim cum ea emendare non possit, & dicere potest domino cum propheta . Tabescere me fecit zelus meus ,qui obliti sunt verba tua inimici mei . Ex quibus concludit ar- Psalm.118.
chiapostolus , [*Nouit deus pios de tentatione eripere*]id est de omni tribulatione eruere:cùm dicat in psal
mo,Cùm ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum.

C ¶ Eripit autem eos loco,modo &tẽpore sibi placente, & prout saluti expedit electorum. Ideirco in tribulationibus & tentationibus constituti , patienter & longuanimiter ferre debent:& dominum exorare ,vt eos indesinenter roboret & conseruet , atque cum ei placuerit ipsisque expedit finem tribulationi dignetur imponere.Vnde cũ Ozias princeps Iudæorũ dixisset, quòd nisi infra quinq; dies veniret eis à deo auxilium , vrbem traderet in manus Assyriorum : virtuosa ac sapiens Iudith dixit, Qui estis vos qui tentatis deum? Posuistis vos tempus miserationi domini,& in arbitrio vestro diem constituistis ei? [*Iniquos vero in diem iudicij cruciandos reseruare*] Non est hoc ita intelligendum , quasi iniqui ante diem generalis iudicij non sint damnandi & cruciandi: sed quia tunc in corpore & anima damnabuntur. Qui interim in die particularis sui iudicij condamnantur in anima . Grauissimè verò punientur hæresiarchæ , sicut subiungitur [*Magis autem eos*] reseruet in iudicio cruciandos [*Qui post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulant*] id est carnales & fœdas concupiscentias assequuntur [*Dominationemque contemnunt*] id est tam Christo omnium dominatori, quàm eius vicariis sanctis Apostolis,imò & summo antistiti renuunt obedire [*Audaces*] id est temerarij , ac præsumptuosi,confingendo dogmata noua [*Sibi placentes*] id est magni & sapientes in oculis suis . Quo contra ad Romanos dicitur, Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere : & non nobis placere . Vnusquisque proximo suo Rom.15
placeat in bonum, ad ædificationem . Etenim Christus sibi non placuit . Et apud Esaiam ait scriptu- Esa.5.
ra, Væ qui sapientes estis in oculis vestris , & coram vobismetipsis prudentes . Idcirco in Prouerbiis Proue.3.
D Salomon loquitur,Ne sis sapiens apud temetipsum, & ne innitaris prudentiæ tuę,[*Sectas non metuunt introducere*] id est hæreticas prauitates & schismata inuenire, ac spargere: quia scripturas secundum proprium ingenium præsumunt exponere , & de sua subtilitate atque peritia stultè impissiméque confidunt: cùm scripturæ eo spiritu sint intelligendæ , quo & primum sunt reuelatæ [*Blasphemantes*] (vt dictum est) Christum & eius doctrinam [*Vbi*] id est in eo quod dominationem contemnunt , & audaces sibimet placent [*Angeli*] scilicet mali [*fortitudine*] naturæ [*Et virtute*] potentiæ [*Cum sint maiores*] hominibus,id est naturaliter altiores . Sunt enim speciei eminentioris quam homo , & per consequens naturaliter fortioris naturæ,vtpote incorruptibiliores & in naturalibus viribus vigoriores,puta in intellectu &voluntate: præsertim cum(diuino Dionysio teste)naturalia in dęmonibus manserint in- Dionys.
tegra [*Non portant*] id est sufferre vix valent [*Aduersus se execrabile iudicium*]id est districtum dei iudicium,contra eos iam datum :quod quamuis sit in seipso iustum & sanctum,tamen patientibus durum est & execrandum videtur . Similiter supplicium eis inflictum execrabile eis est . Si ergo angelis tam potentibus,ac potentioribus ipsis hominibus , tam intolerabilia sunt inflicta tormenta : sequitur quod intolerabiliora erunt impiis ,hęreticisque hominibus , maximè hęresiarchis , de quibus ad literam agitur.

¶ Itaq; ex prędictis sequi apparet,quod maior dãnatio sit hęresiarcharũ , quã eorũ qui perierũt diluuio &Sodomitarũ,imò & dęmonũ saltẽ quorũdam.Nã & ipse Christus in Euangelio protestatur,quod in Matth. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lucæ.10. die iudicij remissius erit terræ Sodomorum,quàm ciuitatibus quæ prædicationem eius non receperunt, E
Ezech. 16. nec per eius miracula sunt conuersi. Per Ezechielem dominus quoque testatur,quod Sodoma non peccauit dimidium peccatorum quæ perpetrauerunt Iudæi. Dæmones etiam non sunt omnes æquè iniqui,cum de singulis ordinibus aliqui credantur ruisse. Et sicut homines electi ad singulos angelorum ordines assumuntur,& eis parificãtur in gloria: sic probabiliter creditur, quod diuersi reprobi secundum suorum diuersitatem ac gradum demeritorum, singulorum chororum dæmonibus coæquabuntur in pœnis. ¶ Præterea loquendo in genere, peccata spiritalia grauiora sunt peccatis carnalibus: & peccata in deum,peccatis in proximum. Peccata autem hæresiarcharum sunt inter spiritalia vitia & inter facinora
Gen.9.19. in deum grauissima,præsertim quia & tot homines inuoluunt erroribus,quorum omnia peccata & tormenta redundant in hæresiarchas. ✠ Peccata autem Sodomitarum & diluuio euersorum fuerunt carnalia atque in proximum. Interim dæmones vna transgressione positi fuerunt in termino, nec interim demeruerunt. Sicut nec angeli post primam ad deum conuersionem (qua positi fuerunt in termino) promeruerunt,loquendo de merito ac demerito quantùm ad præmium essentiale, seu calamitatem principalem. Hæresiarchæ verò plurimis & quasi innumeris transgressionibus demeruerunt,& ad sui cursus terminum peruenerunt. [*Hi vero*] hæresiarchæ qui sectas inducunt [*Velut irrationabilia pecora naturaliter in captionem & in perniciem*] id est sicut bruta naturaliter omni ratione carentia faciliter seducuntur, ita quòd cadunt in locum quo capiuntur & occiduntur: sic & hæretici [*In his quæ ignorant blasphemantes*] F
id est in his quæ fidei sunt,quæ non intelligunt,committunt blasphemias,Christi diuinitatem,seu alias fidei veritates,negando [*In corruptione sua peribunt,*] id est propter suos errores & excessus (per quos eorum intellectus & voluntas spiritaliter corrumpuntur, inficiuntur, necantur) condemnabuntur [*Percipientes mercedem iniustitiæ,*] id est debitam punitionem suæ peruersitatis [*Voluptatem existimantes diei de luxu, coinquinationis & maculæ,*] id est hæretici illi intantùm obtenebrantur, quòd delitias coinquinationis & maculæ, id est delectationes carnales, fœdas, venereas (præsertim ad tactum & gustum pertinentes) reputant esse voluptatem diei,id est tam licitas & honestas,quasi alia & melior voluptas haberi non posit in die.

¶ Sicque per voluptatem diei designatur voluptas licita & syncera. Quemadmodum enim duplex est concupiscentia, vt pote carnalis & inordinata,& spiritalis ac ordinata (vt dictum est) sic duplex est voluptas, vel delectatio sequens eam. Voluptas bona & licita, est delectatio actui virtuoso annexa. Quælibet etenim virtus propriam habet delectationem operationi suæ coniunctam, quemadmodum Prouerb. vicesimoprimo scriptum est, Gaudium est iusto facere iustitiam. Et Aristoteles ait, Signum virtutis est delectatio contingens in opere. De hac voluptate ait propheta, Delectasti me domine in factura tua. Et, Torrente voluptatis tuæ potabis eos.

Psal.91. ¶ Voluptas praua & vitiosa est, omnis delectatio actui illicito iuncta. De qua in Ecclesiaste asseritur, G
Psal.14. Adolescentia & voluptas vana sunt. Et in Ecclesiast. Post concupiscentias tuas non eas,& à voluptate
Eccles.11. tua auertere. Cum ergo passiones & vitia,præsertim perfidiæ & delectationes venereæ, mentem obte-
Eccle.10. nebrent: quidam his vitiis sic excæcantur, vt de sua turpitudine non verecundentur: sed potius glorientur, & quasi licitas & honestas reputent delectationes impuras ac sordidas. De quibus scriptum est, Exultant in rebus pessimis. Et in Esaia, Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt. ✠ Itaque per
Prouer.2. voluptatem diei intelligitur lucis voluptas. Lux enim significatur appellatione diei, vt cum asserit Paulus, Nos qui diei sumus, sobrij simus. Nam (vt ait Saluator) Qui facit veritatem, venit ad lucem [*Deliris*] carnalibus & vitiosis. [*Affluentes*] Tales nanque non solùm in venereis, sed in suis quoque perfi-
Ioan.3. dis documentis, adinuentionibúsque vanissimis delectantur [*in conuiuiis suis luxuriantes vobiscum*] iuxta vos corporaliter commorando, aut praue agendo, aut vos ad eadem attrahendo pro posse [*Oculos habentes plenos adulterij, et incessabilis delicti*] id est, signis & incitamentis adulterationis. Quia in oculis lasciuia mentis præsertim apparet: & per corporalem intuitum prouocatur libido.

✠ Quæ incessabilis dicitur, quia quò amplius peruagatur seu exercetur, eò plus incitatur & infœnis ac
Eccles.9. vaga efficitur. Hinc impudicus oculus impudicæ mentis est nuncius. Et in Ecclesiastico habetur, Virginem ne cõspicias, ne scandalizeris in decore eius. Noli circunspicere in vicis ciuitatis. Auerte faciem
Iob 31. tuam à muliere compta. Propter speciem mulieris multi perierunt. Idcirco timoratus & sanctus Iob H
dixit, Pepigi fœdus cum oculis meis, ne cogitarem quidem de virgine [*Pellicientes animas instabiles*] secundum Bedam pellices dicuntur meretrices, sumpto vocabulo à pollutione, vel à pellis suæ formositate, qua incautos alliciunt. pelliciunt ergo animas instabiles, qui homines in fidei veritate & virtutum
Ephesi.4. constantia non bene fundatos pestiferè instruunt, ac seducunt. Quo contra loquitur Paulus, Non circunferamur omni vento doctrinæ. Et in Ecclesiastico præcipitur, Esto firmus in via domini, & in ve-
Ecclesi.5. ritate sensus tui. Et in Prouerb. Filij nisi te lactauerint peccatores, ne acquiescas illis. [*Cor exercita-*
Prouerb. 1. *tum*] id est habituatum [*in auaritia habentes*] quia assiduè cogitant, qualiter temporalia sibi accumulent.
Eccles.10. Quo contra in Ecclesiastico fertur, Nihil iniquius, quàm amare pecuniam. Et auaro nihil est scelestius. Hic enim animam suam habet vænalem [*Maledictionis filij*] id est maledictione digni, quemad-
1.Reg.26. modum primò Regum Dauid ait ad Abner, Filij mortis estis vos, qui non custoditis dominum vestrum regem, id est morte digni. [*Derelinquentes rectam viam*] id est diuina præcepta, scripturarum documenta, fidem & legem Christi, exercitia virtuosa, per quæ omnia itur ad deum, & recto tramite pertingitur ad salutem. [*Errauerunt*] per vitiorum abrupta, iuxta illud Prouerb. 2. Relinquunt iter rectum, &
prouerb.2. ambulant per vias tenebrosas. De quibus vas electionis fatetur, Impij proficient in peius, errantes, & in er-
2.Tim.3. rorem mittentes [*Sequuti viam*] id est iniquitatem [*Balaam ex Bosor*] id est ex vrbe sic dicta venientem, vt tangit Beda. [*Qui mercedem iniquitatis amauit*] quoniam propter munera dedit regis Balach con-

A silium decipiendi filios Israël. Iuxta illud Numerorum, Pergẽs ad populum meũ, dabo oõ silium, quod Numc.24.
populus tuus faciat populo huic [*Correptionem vero habuit suæ vesaniæ*] .i. pro sua insipientissima impieta
te est debitè punitus. Fuit enim occisus à filiis Israël. Correptus quoque fuit ab angelo, atque ab asina, vt Num.32.
subditur [*Subiugale mutum animal*] cui scilicet asina insidebat, loquendi facultatem ex natura sua non habens [*Voce hominis loquens prohibuit prophetæ insipientiam*] A sina quippe virtute diuina insipiẽtiam ipsius
Balaam (qui fuit propheta aliqua ex diuina reuelatione prænunciando) redarguit, & eum à cœpto itinere
quantùm in se erat compescuit, dicẽs, Cur percutis me? ecce iam tertiò. quæ omnia in Numerorum lib.
plenius sunt descripta. ¶ Creditur autem, quòd angelus dei per os asinæ verba illa formauit, nec asina ver Nume.22.
ba illa intellexit: cum & numerare opus sit rationis, & in verbis illis numeratio fuit, cum dixit, tertiò. Vn
de asserit Auicenna, Gallina numerum pullorum suorum nõ nosci t, sed multitudinem percipit. Dicitur
tamen asina reprehendisse Balaam, quoniam verba reprehensoria protulit. [*Hi sunt fontes sine aqua*] .i. doctores ficti carentes vera doctrina, quia doctores se esse præsumunt & iactant, cum deceptores existant,
sicque asimilantur fonti siccato [*Et nebulæ turbinibus agitatæ,*] .i. similes nebulis à ventis hinc inde commotis. quoniam dæmonum suggestionibus & vitiorum impulsibus circũferuntur [*Quibus caligo tenebrarum reseruatur*] quia, vt ait Saluator, proiicientur in tenebras exteriores, vt de tenebris vitiorum præcipitentur
in tenebras tormentorum. Et rectè obscuritas infernalis caligo tenebrarum, quasi caligo caliginum, appellatur, cum sit vehementissima: quemadmodum rosi flos florum vocatur [*superba enim vanitatis loquen*
tes] .i. verba falsitatis, pompos. Vel vt alij legunt, superbia vanitatis. i. ex arrogantia propriæ vanitatis lo-
B quentes [*Pelliciunt in desiderijs carnis luxuriæ*] .i. per concessionem & approbationem cõcupiscentiarum propriæ vã
carnalium fallunt [*Eos qui paulum effugiunt*] .i. imperfectos, qui aliqualiter se ab erroribꝰ ac peccatis cœ nitates,
perũt abstrahere [*Qui*] deceptores [*in errore conuersati*] .i. assuefacti [*Libertatem illis promittunt*] .i. deceptis à se affirmant, quòd liberè sine peccato posint carnalia desideria adimplere. Per quod illos ad talia pronos faciliter fallunt [*Cum ipsi*] hæretici & iniqui [*serui sint corruptionis*] id est fallitati ac impietati subiecti
[*A quo enim quis superatus est, huius et seruus est*] ipsi autem à vitiis & à diabolo victi sunt, idcirco vitiorum
ac dæmonum serui censentur. Propter quod loquitur Paulus, Resipiscãt à laqueis diaboli, à quo captiui 2.Tim.2.
tenentur. Et apud Ioan. asserit Christus, Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. [*Si enim refugientes* Ioan.8.
coinquinationes mundi] id est mundana & carnalia vitia euitantes [*In cognitione*] id est per veram fidem &
fidelem notitiam [*Domini nostri Iesu Christi his rursus implicati superantur*] id est recidiuando pristinis vitijs
inuoluuntur [*Facta sunt eis posteriora deteriora prioribus*] id est peccata, quæ recidiuando & post recidiuũ
commiserunt aut inciderunt, enormiora sunt peccatis ante recidiuum commissis aut per omissionẽ con
tractis. Nam vulnera repetita sunt magis periculosa. Et recidiuatio ista propter ingratitudinem sibi anne
xam, qua quis de priore remissione, illuminatione & gratia, deo ingratus est, & propter præhabitam ve-
ritatis notitiam, valde auget & grauat peccata sequẽtia. Propterea subditur [*Melius enim*] id est minus ma
C lum siue culpabile [*Erat eis non cognoscere viam iustitiæ*] .i. diuina præcepta, & ea quæ necessaria sunt saluti
[*Quam post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato*] .i. ab obseruantia legis
ac fidei Christianæ diuertere. Nempe quò quis plura à deo beneficia est sortitus, eò plus obligatus est
deo gratus esse, ac deseruire. Idcirco doctus grauius peccat quam indoctus, cæteris paribus: præsertim
quia qui viam agnoscit iustitiæ, nec tamen obseruat, plus videtur deum contemnere, quàm iustitię viam
ignorans. Propter quod Christus disseruit, Seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non fecit, pla
gis vapulabit multis. Qui autem non cognouit & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Hinc dictum est Lucę.12.
per Iacobum, Scienti bonum facere, & non facienti, peccatum est illi. Imò quàm enorme sit istud con-
stat ex eo quod ad Hebræos legitur, Voluntariè peccantibus post acceptam notitiam veritatis, iam non Iacob.4.
relinquitur pro peccatis hostia. Et rursus ad Hebr. terribiliter loquitur Paul. Impossibile est eos, qui se- Hebræ.10.
mel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cæleste, & participes facti sunt spiritus sancti, & prolapsi Hebræ 6.
sunt, rursus renouari ad pœnitentiam, rursus crucifigentes in sibimetipsis filiũ dei, & ostentui habentes.
Hinc etiam veritas contestatur, Si cæci essetis, non haberetis peccatum: nunc autem dicitis quia videm*, Ioan.10.
peccatum vestrum manet. ¶ Sed si ista ita se habent, videtur ignorantia hominem excusare. Imò apparet
quòd cùm homo sit fragilis, tutius sit non discere neque agnoscere viam iustitiæ, quàm eam cognosce-
D re ne fortè post eius cognitionem contingat peccare, & grauiorem reatum incurrere. Respõdetur, quòd
ignorantia iuris, quod quis scire tenetur, nõ excusat à culpa, nec ignorãtia crassa, seu affectata: sed ignorãtia facti adhibita diligẽtia bona, ignorãtia quoque inuincibilis, prorsus excusant. ¶ Et quamuis grauius
sit post veritatis notitiam cadere, ipsa tamẽ notitia in se bona est & optãda, & frequẽter à variis malis prę
seruat, & cõfert ad hoc vt homo resurgat celerius. Porrò qui viam nescit iustitiæ, sine retinaculo errat,
nec surgit. Cur autem enormius sit post iustitiæ agnitionem peccare, subiungitur [*Contingit enim illis*] sci
licet recidiuãtibus [*id veri prouerbij*] Idcirco ait veri prouerbij, quia quod sequitur ex libro prouerbio-
rum Salomonis acceptum est [*Canis reuersus ad vomitum suum.*] Sic siquidem Salomon in Prouerbiis lo- Proue. 16.
quitur, Sicut canis qui reuertitur ad vomitum suum, ita stultus qui iterat stultitiam suam. Nam sicut id
quod per vomitum est eiectum resumere, est valde abominabile, fœtens, ac turpe: sic peccata pœniten-
do deleta reiterare. Quod verò adiungitur [*Et sus lota in volutabro luti*] princeps apostolorum de suo ap
posuit, valdéque aptè. Nam sicut ex tali lotione efficitur porca sordidior, quàm fuerat ante: ita ex recidiuo grauius homo coinquinatur. Itaque sicut vomes superfluam eiicit materiam qua premebatur, sic
peccator confitendo ostendit mentis venenum, quod animam presit: dum verò post pœnitentiam re-
cidiuat, instar canis redit ad vomitum, id est quod salubriter euomuit, damnabiliter repetit. Postremò
in scripturis per stultum designatur quicunque in mortali est vitio, & per stultitiam omnis mortalis in- Eccle.12.
telligitur culpa. Sic in ecclesiaste asseritur. Stultorum infinitus est numerus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Expositio cap.tertij, [*Hanc ecce vobis charissimi secundam scribo epistolam.*] E
Articulus III.

HOc vltimo capitulo gloriosissimus apostolici chori hierarcha plenius destruit hæreticas prauitates, & fideles in fide confortat [*Hanc ecce vobis charissimi secundam scribo epistolam, in quibus*] prima & secunda epistolis [*Vestram excito in eommonitione*] id est per hanc charitatiuam exhortationem [*synceram mentem*] à vitijs expurgatam [*Vt memores sitis*] memoria virtuosis actionibus iuncta [*Eorum quæ prædixi verborum prophetarum, & apostolorum sanctorum*] id est verborum à sanctis prophetis apostolisque prolatorum, videlicet documentorum & mandatorum quæ tradiderũt. Aliqui textus habẽt verborũ à prophetis, & redit in idem. Nam sensus est, Verborum dictorum à prophetis. Memores quoque estote [*Præceptorum Domini & saluatoris nostri*] id est præceptorum quæ Christus dominus & saluator in e-
Psalm. 102 uangelio dedit, qui decem præceptis aliqua addidit. Hæc memoria ad executionem operis est ordinanda: iuxta illud in psalm. Memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea [*Hoc primum scientes*] inter ea quæ iam scienda commemoro [*quod venient in nouissimis diebus*] præsertim circa Antichristi aduentum [*in deceptionem*] id est ad introducendum deceptionem [*illusores*] F
scripturarum ac fidei Christianæ atque fidelium [*iuxta proprias concupiscentias ambulantes*] id est vitiosè carnalitérque viuentes [*Et dicentes, Vbi est promissio, aut aduentus eius?*] id est vbi manent, aut quando apparebunt & implebuntur,
quæ Iesus Nazarenus promisit suis cultoribus? Et quando ad iudicium veniet ipse, prout prædixit? tanquam dicant, Omnia vana sunt & conficta, nec erit iudicium, nec resurrectio mortuorum. [*Ex quo enim*
2.Thes.1. *patres*] nostri [*Dormierunt, omnia sic perseuerant ab initio*] id est ab exordio seculi, & generationis humanę, & à temporibus antiquissimis, in quibus obierunt progenitores nostri primæui, mundus iuxta solitum cursum naturæ processit, durauit, nec notabiliter est mutatus: ergo nec in futuro mutabitur, nec generationum cessabit succesio. Quemadmodum ergo Paulus secunda ad Thessalonicẽses redarguit eos, qui
2.Tim.3. tunc secundum aduentum Christi de proximo imminere asseruerunt. Non terreamini, inquiens, quasi instet dies domini: sic princeps apostolorum nunc eos condemnat, qui de nimia dilatione secundi aduentus domini causabantur. Præinductis demum sanctissimi Petri verbis cõsonant, quæ 2. ad Timotheum scripta sunt. Vbi vas electionis fatetur, In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines amantes seipsos, &c. Consequenter probat summus apostolus falsum esse quod illi dicent, omnia à principio creaturæ sic perseuerare [*Latet enim eos hoc volentes*] id est qui illud dicturi sunt
nesciũt. [*Quod cæli erant prius, et terra de aqua, et per aquam consistens dei verbo, per quæ ille tunc mundus inun-* G
datus periit] Oportet aduertere, quòd beatissimus Petrus non loquitur hic de superioribus cælis, supra
Hiere.8. sphæram actionis & passionis subsistentibus, qui ex natura sua sunt incorruptibiles, quantùm ad suum
4.Re.4. esse sustantiale: sed loquitur de cælis aëris, id est partibus aëreis superiori & inferiori. Vnde per Hieremiam dominus loquitur, Miluus in cælo cognouit tempus suum. Et quarto Regum asseritur, Ascendit Helias per turbinem in cælum. Hinc & aues cæli vocantur, quia in aëre volant.
Gene.7. ¶Porrò q̃ de his cælis solummodo iam loquatur sacratissimus Petrus, hinc constat, quia intendit probare quòd mundus semel per diluuium periit, & rursus in fine igne peribit. Idcirco non loquitur nisi de cælis quos attigit aqua, & ignis attinget. Certúmque est, quòd aqua sphæram lunæ non attigit, nec ignis conflagrationis creditur altius ascensurus, quàm illa ascenderat aqua. Et istud Thomas super quar tum affirmat Sententiarum. Beda quoque, Albertus, & alij expositores concordant in isto. Est igitur sensus, Cæli erant prius, id est ab exordio ante diluuium fuerunt cæli aërei, quantùm ad suam substantiam, vtpote inferior pars aëris & pars eius superior, quæ est supra cacumina montium. Quam superiorem aëris partem aqua diluuij partim occupauit, quoniam quindecim cubitis altior fuit altissimis mon
Ibidem. tibus terræ, vt scribitur in Genesi, Et terra etiam prius scilicet ante diluuium fuit. De aqua, id est per
Gene.1. separationem aquarum à superficie terræ apparuit terra: iuxta illud Genesis, Congregentur aquæ in locum vnum, & appareat arida, & factum est ita. Et hæc eadem terra est per aquam consistens dei verbo, id est ex omnipotentis dei decreto siue præcepto terra subsistit, & permanet in esse per hoc quòd H
partibus eius vndique supra superficiem eius, & intra viscera eius aqua miscetur, vt partes terræ sibi cohæreant, aliter redigerentur in puluerem. Propter quod asserit Auicenna, Ex terra pura non fit lapis, quia requiritur aqua, per quam fit continuatio partium terræ. Hinc loquitur Beda, Diuina dispositione venis aquarum terra tota intrinsecus plena est, quemadmodum corpus animalium sanguinis venis repletur, ne ariditate terra deficiat, si aquarum cesset rigatio. Videmus nanque æstatis calore terras consumpto eorum humore flaccentes, atque in puluerem quem proiicit ventus, esse redactas. Per quæ, hoc est per cælos præfatos aëreos & per terram, ille tunc mundus inundatus, id est inferior regio mundialis aquis perfusa operta & occupata periit, quantùm ad viua contenta in terra & aëre, præter ea quæ erant in arca. Nam omnia mortua tunc fuerunt. ¶Periit etiam ille mundus, videlicet terra, aqua & aër, scilicet regio illa elementaris, quantùm ad multa. Nam pristinum fructificandi vigorem perdidit terra, atque in variis locis ac partibus aliam dispositionem accepit. Sed & magna pars aëris corrumpebatur &
Gene.7. vertebatur in aquas. Tunc quoque rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, puta Oceani [*cæli autem qui nunc sunt*] id est prætacti cæli aërei [*Et terra*] quæ nunc est, id est iam in rerum natura subsistunt [*Eodem verbo reposita sunt*] id est ex diuino præcepto ad conuenientem naturalémque formam & statum, quos nunc habent, reducta sunt: per hoc quod aquæ diluuij cessauerunt, & terra & ignis ad pristinum statum ac modum, quantùm ad multa, tunc redierunt [*igni reseruati in diem iudicij et perditionis iniquorum*

A *hominum*] id est igne conflagrationis sunt exurendi atque purgandi in die iudicij, qui est dies perditionis Iob.21.
seu condemnationis hominum iniquorum. De quo die scriptum est, In diem perditionis seruatur ma- Proue.16.
lus, & ad diem furoris ducetur, & de furore omnipotentis bibet. In prouerbiis quoque, Omnia propter
seipsum operatus est dominus, impiũ quoque ad diẽ malũ. ¶Consequenter princeps apostolorum breuiter probat, quod propter dilationem futuri iudicij æstimare nequaquam debemus, futurũ nõ esse iudicium illud, cùm omnis dilatio ista sit modica in dei conspectu, & comparatione perpetuæ durationis
eam sequentis. Nam subditur [*vnum vero hoc non lateat vos clarissimi,*] & quid sit hoc vnum, subiungit. Epistola.
[*Quia vnus dies apud dominum sicut mille anni, et mille anni sicut dies vnus*] id est spatium, quod deus compa
ratione suæ æternitatis atque futuræ retributionis reputat quasi vnum diem, est sicut mille anni, id est,
spatium multo longissimum secundum nostram computationem ac apparentiam: & mille anni apud
nos, id est, spatia temporum quantumlibet diuturna, sunt curam deo quasi dies vnus, quia suæ æternitatis respectu quasi momentum est. Propter quod ait Psalmista, Quoniam mille anni ante oculos tuos, Psalm.89.
tanquam dies hesterna quæ præteriit. Vel sensus verborum istorum esse potest, quod super sapientissimus deus conspiciens omnia in sua æternitate nunc seu momento ita cõtemplatur vnum diem, vt mille
annos, & mille annos. vt diem vnum: quoniam cũcta præterita, præsentia, & futura simul inuariabiliter
intuetur. ¶porrò (vt Beda refert) quidam prætacta verba sic intelligenda putarũt, quasi dies iudicij per
mille annos sit duraturus: nõ attendentes, quòd nõ simpliciter ait, erit vnus dies mille anni: sed vnus dies
B apud dominum vt mille anni. Si autem dicere vellet, quòd iudicij mille annorum spatio tẽderetur, non
opus fuisset ponere apud dominum, quoniam dies illa etiam apud homines tantæ lõgitudinis esset. Vult
ergo beatissimus Petrus insinuare, quòd omnium dierum & annorum finem certissimè noscat deus, certissimè quoque prænouerit quando aduentus sit adimplendus, & quando præmissa præmia sint sanctis
reddenda. Idcirco subiungitur [*non tardat dominus promissum*] id est, promissa sua implere non differt vl- Abac.2.
tra tempus præfixum ac debitum. Sic & in Abacuc habetur, Apparebit dominus in finem, & non mentietur: si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit [*Sed patienter agit*] id est, lon
ganimiter præstolatur, & differt iudicium [*Propter vos*] id est, propter melius vestrũm [*Nolens aliquem* Matth.18.
perire, sed omnes ad pœnitentiã reuerti.] Sic & Christus testatur, Nõ est volũtas ante patrẽ, vt pereat vn* ex 1.Timo.2.
his pusillis. Et ad Timoth. asseritur, Deus omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis ve Ezech.18.
nire. In Ezechiele quoque habetur, Nũnquid voluntatis meæ est mors impij, dicit dominus, & non vt Esaię.46.
conuertatur à vijs suis, & viuat? ¶Sed quomodo possunt hæc stare, cum per Esaiam deus testetur, Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. Cum enim dei voluntas omnipotens sit, vtique adim- Hester.13.
plebitur. Propter quod in libro Hester legitur, Domine rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt po
sita, & non est qui tuæ resistere possit voluntati. Denique si tanta est felicitas ciuium supernorum, vt
quicquid velint præsto sit eis, quantò magis superbeatissimi dei infinita exigit beatitudo, vt nil diuinæ
C voluntati contrarium possit accidere? Ad hæc duplex est responsio. Prima, quòd deus quãtùm in se est,
non vult quenquam perire, sed omnes saluari. Nam omnes ad pœnitentiam ac salutem hortatur, & pœnitentibus semper paratus est indulgere, nec alicui quod in se est facienti, denegat gratiam: imò per angelos sanctos custodit ac dirigit homines, nec ex parte dei est defectus salutis cuiuscunque pereuntis:
cum deus variis modis homines ad meliora inuitet. Secunda responsio est, quòd deus nõ vult quẽquam
perire, sed omnes saluari, loquendo de voluntate antecedente, hoc est, considerando homines secundum quod homines sunt, vtpote rationalis naturæ felicitatis capaces: non autem loquẽdo de voluntate
consequente, vtpote considerando eos, vt tales aut tales. Quemadmodum rex terrenus vult omnes subditos suos prosperari æ viuere, inquantùm sunt subditi sui: non autem, inquantùm quidam eorum malefici sunt, & rebelles, fures, homicidæ, latrones. ¶Insuper (vt recitat Beda) qui dixerunt diem iudicij per
mille annos duraturum, ideo hoc dixerunt, quia putabant necesse, vt electi qui in fine mundi in peccatis
aliquibus moriẽtur, intra spacium tantùm purgentur: non attendentes quantæ sit impudentiæ dicere,
quòd cæteri vniuersi electi & iusti suis corporibus in oculi ictu resumptis, per tot annos in terra aut aëre præstolabuntur finem iudicij, atque à præparata ac debita eis beatitudine differentur. Quod cũ ita sit
D quàm sacrilegum & mendosum est, quod sceleratissimus asserit Machometus in scripturis suis, diem iu
dicij per quingenta milium annorum spatium duraturum. Itaque deus differt iudicij diem, vt inte- Hebr.11.
rim compleatur numerus electorum, & homines per pœnitentiam se expurgent. Quemadmodũ ad Hebręos scribitur, Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, nõ acceptis repromissionibus, deo melius aliquid Apoca.6.
prouidẽte de nobis, vt non sine nobis cõsumarẽtur. Vnde vt in Apoc. inducitur, animabus martyrũ diẽ
vltionis optãtibus, respõdetur diuinitus, vt requiscãt tempus adhuc modicum, donec compleatur nume Matth.12.
rus conseruorum eorum. [*Adueniet autem dies domini*] i. dies iudicij, qui specialiter dicitur domini, seu
Christi iudicis summi: qui est dominus sabbati & temporis vniuersi. Dies inquam, iudicij specialiter dicitur dies domini, quia in eo ipse præcipuè suam omnipotentiam, sapiẽtiam, iustitiam, declarabit. suam
operationem efficiet, suam voluntatem complebit [*Tanquam fur*] i. repente & improuisè: paulo testante. 1.Thes.5.
Cùm dixerint pax & securitas tunc repentinus eis superueniet interitus. Et rursus, Dies domini, tanquã
fur in nocte, ita veniet. Ideo ait Saluator, De die illa & hora nemo scit. Et in Actis, Nõ est vestrũm nosse Matth.24.
tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate [*in quo cæli magno impetu transibunt*] id est cæli Actu.1.
aërei, de quibus iam locutus est, grandi impulsu per ignem conflagrationis alterabũtur, atque à statu quẽ
nunc habent deficient. Aliquę etiam partes aëris illo igne tunc corrumpentur. Denique aër terrę proxi- Iob.2.
mus in scripturis interdum vocatur cęlum. Cùm in Iob dicatur, Amici Iob sparserunt puluerem super
capita sua in cælum [*Elementa vero calore*] ignis, quo conflagabitur & purgabitur mundus inferior [*Solu-*
uentur] eo modo, quo cæli tunc transibunt. Elementa nanque transibunt & soluentur. Primò, quo ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

cessationē motus & operationis eorū: quia nō mouebuntur vt modo, nec erit in eis generatio siue corruptio. Secundò, quantū ad mutuā transmutationē, quia per qualitates suas cōtrarias nō alterabūt se inuicē, nec in se mutuò agēt vt nūc. Quia cessante primi mobilis motu, cessabunt ista in inferioribus. Tertiò, quantū ad innouationē, quia tunc transferētur ad dispositionē nobiliorem, & claritatem mirificam sortientur. Quia, vt creditur, terra splendebit vt aurū, aqua sicut crystallus, aër vt cælum, ignis vt astra. [*Terra autem et quæ in ipsa sunt opera, exurentur*] quia non solùm terra igne purgabitur, partimque caloris vehementia consumetur: sed & plantæ, ac bruta, ac cætera mixta, secundum se tota corruptibilia penitus corrumpentur. Elementa verò, quia secundum se tota corruptibilia non sunt, secundum substantiam & modo præfato manebunt, præsertim cum sint de integritate consistentiæ, ac ordinis vniuersi. Quamuis Beda videatur aliter hic sentire. Nam ait, Quatuor sunt elementa, quibus mundus iste consistit, ignis, aër, aqua, & terra: quæ cuncta ignis maximus ille absumet. Nec cuncta intantùm consumet, vt funditus non sint, sed duo in totum cōsumet, duo verò in meliorē restituet faciem. Duo autē, quæ dicit
Augustin. penitus cōsumenda, sunt ignis & aqua. Aug. quoque in lib. de ciuitate relinquit sub dubio de aqua, cum
Apoc 17. in Apocal. legatur, Mare iam non est. Sed doctores scholastici, asserūt, elementa omnia secundū substan-
Matth.24. tiam permāsura, præsertim cū ignis & aqua nobiliora sint terra. Porro quod dicitur, mare iā non est, in-
Marc.13. telligitur sicut & illud, Cælum & terra trāsibunt [*cū ergo hæc omnia*] iam predicta [*Soluenda sint*]. i. cor-
Lucę.21. rumpenda seu alteranda, vel immutanda, iuxta sensum præhabitum [*Quales*] id est quàm diligenter, assiduos, & constantes [*oportet nos esse in sanctis conuersationibus?*] id est, virtuosis operibus. præsertim in ope
Matth.5. ribus misericordiæ, tam corporalibus quàm spiritualibus. De quibus specialiter fiet iudiciū, vt in Matthæo habetur. Ideo additur, [*et pietatibus*] quod etiam potest exponi de duplici pietate. Vtpote de ea, quę
Genesi.1. est virtus moralis, & subuenit proximo inquantùm est indigens: & ea quæ est vnum de septem donis spiritus sancti, & subuenit proximo inquantùm ad Dei imaginem & similitudinem est creatus: vt quidam distingunt [*expectantes*] districtum dei iudicium [*et properantes in aduentum*] id est celeriter ac feruenter vos præparantes ad secundum aduentum, qui erit in fine. Aduentum inquam [*Domini nostri Iesu Christi, per quē*] id est cuius imperio ac virtute [*cæli ardentes*] id est cæli ærei igne qualificati [*soluentur*] secundum sensum inductum [*et elementa*] videlicet aqua & terra [*ignis ardore tabescent*] id est à suo statu & modo deficient, partimque desinent, sicut expositum est. Quasi diceret, Valde virtuosos, timoratos, exemplares oportet vos esse: consideratione rigoris diuini iudicij. Si enim tam horribilia signa illud præcedent, & si tantam horribilitatem ac districtionem omnipotens, iustus, metuendus creator in rebus inanimatis monstrabit: certum est, quòd illud iudiciciū in seipso incomparabiliter ineffabiliterque durissimum erit. Et in ipsis hominibus impiis ineffabilem deus ostendet seueritatem: tantò certè maiorē, quantò nunc clementius diuturniusque expectat. propter quod sanctus Iob loquitur, Quis mihi tribuat, vt
Iob.14. in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, & cōstituas mihi tempus in quo
psalm.96. recorderis mei? Et psal. Nubes & caligo in circuitu eius, iustitia & iudicium correctio sedis eius. Ignis
Esaię.30. ante ipsum præcedet & inflammabit in circuitu inimicos eius. Apud Esaiam quoque fertur. Ecce nomen domini venit de longinquo, ardens furor eius, & grauis ad portandum. Labia eius repleta sunt indigatione. Spiritus eius velut torrens inundans ad perdendas gentes [*Nouos vero cælos, et nouam terram, et promissa ipsius expectamus*] Non ait alios cælos & aliam terram, sed nouos, id est quantùm ad mo-
Esaię.64. dum & proprietates innouatos ac meliores effectos, & similiter terram nouam & meliorem effectam.
1. Corin.2. Cætera quoque dei promissa. quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderūt, do-
Roma.8. tesque corporum glorificatorum, & animarum felicium præstolamur. Quia & ipsa creatura liberabitur
Esaię.65. à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei, vt dicitur ad Rom. Hinc apud Esaiam domi-
Apoca.21. nus contestatur, Ecce ego creo cælos nouos, & terram nouam. In Apoc. quoque ait Ioan. apost. Vidi cælum & terram nouā, & dixit qui sedebat in throno, Ecce noua facio omnia [*in quibus iustitia habitabit*] id est habitat, vt sit sermo propheticus, de futuro per modum præsentis, propter certitudinem prophetiæ,
Ibidem. loquens. Tunc enim in corporeis illis cęlis ac terra diuina, præclarissimè relucebit iustitia, vniuersis tunc tribuens quod promeruerunt, & electorum gloriam augens in cęlorum ac elementorū innouatione, in quorum inspectione gaudebunt. Habitabit etiam in illis iustitia. Quia vt in Apoc. habetur, Non intrabit in ciuitatem cęlestem ac patriam beatorum aliquid coinquinatum: sed soli iusti, in quibus nūquam injustitia locum poterit obtinere. Quia confirmati erunt in bono, & erunt tunc omnia ad iustitiæ æqualitatem plenè redacta. Ex quibus infertur salubris monitio, dum subditur, [*Propter quod charissimi hæc expectantes satagite immaculati et inuiolati*]. i. mente & corpore purificati, fide & opere integri, à mortalibus, & venialibus vitijs emundati [*Ei inuenire*] . i. ad dei honorem ac gloriam veraciter apparere. Tanta enim felicitas omni diligentia & labore est dignissima, nec vt de* cernetur nisi à purgatissimis mētibus.
Matth.5. Propter quod loquitur Iudęis, Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Et ad Hebręos dici-
Hebrę.12. tur, Pacem sequimini & sanctimoniam, sine qua nemo deum videbit. Hanc sententiam introduxit vas
2.Cor.6. electionis secunda ad Corinth. Has, inquiens, habentes promissiones mundemus nos ab omni inquina-
psalm. 118. mento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore domini. Itaque beati immaculati in via,
psalm.31. qui ambulant in lege domini. Beatus vir, cui non imputauit dominus peccatum. Hinc ait Saluator, Beati
Luc.12. serui illi quos cum venerit dominus, inuenerit vigilantes [*et domini nostri Iesu Christi longanimitatem*] id est diuturnam seu piam præstolationem, ac dilationem suæ remunerationis [*Salutem arbitramini*] id est salutarem esse vobis sentite. quia confert vobis ad gloriæ incrementum, vt & interim quotidie proficiatis, & plures saluentur [*Sicut et charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam*] id est ei infusam in raptu suo vsque ad tertium cælum, quando vidit deum per speciem secundum Augusti.
2.Corin.12 & audiuit verba arcana, quæ non licet homini loqui [*scripsit vobis*] quod enim scripsit vni Ecclesiæ

omnibus scripsit. Quemadmodum Christus in Euangelio ait, Quod vobis vel vni dico, omnibus dico. Marc.13.
Et quia beatissimus Petrus ambas suas scripsit epistolas electis aduenis dispersionis Ponti, Galatiæ, A- 1.Petri 1.
siæ, &c. videtur, quod eisdem scripsit & Paulus, qui Galatis Asianisque scripsit: vt certū est, quod & verba sequentia videntur prætēdere. Nam subditur, [*Sicut & in omnibus epistolis*] id est cæteris vniuersis [*Loquens in eis de his*] de quibus ego iam scripsi vobis, vtpote primo & secundo Christi aduentu, innouationéque mundi, moralibus documentis, salutaribus præceptis, & de vitandis hæreticis, de patientia quoq; & constantia ad martyrium [*in quibus*] Pauli epistolis [*sunt quædam difficilia intellectu*] id est ad intelligendum. Quia in singulis eius epistolis sunt talia multa, ea quę Philemoni scripta est, exempta. Præsertim in epistola ad Rom. aliquot locos reperias quouis labyrintho magis extricatu difficiles [*Quæ indocti & instabiles*] præsertim hæretici [*Deprauant*]. i. falsè exponunt, malè intelligunt, peruertunt, corrumpunt: addendo, subtrahendo, seu aliis modis [*sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem*]. i. ad propriā cōdemnationem grauissimam. Quia non Paulo, sed sibiipsis enormiter nocuerunt, sic faciendo. Qui rectè indocti vocantur, quoniam veris atque catholicis caruerunt doctrinis. Et erant instabiles, quoniam Psal.11.
suis erroribus, vitiis & passionibus vndique fluctuabant, nec in deo, nec in ratione, nec in virtutibus fixi. Psalm.1.
De quibus ait propheta, In circuitu impij ambulant. Et, Impij tanquam puluis ante faciem venti. Vnde Prouer.10
in prouerbiis fertur, Quasi tempestas transiens impius non erit, Iustus autem quasi fundamentum æternum. ¶ Denique beatissimus & sapientissimus princeps apostolorum epistolas Pauli specialiter cōmendat & approbat: tum, quia tam Iudæi obstinati quàm hæretici specialiter detraxerunt Paulo, & epistolis eius. Secūdò, quoniā Paulus difficilius scripsit, idcirco de suarum depravatione epistolarum maius fuit periculum. Præterea in his resplendet profundissima archiapostoli Petri humilitas, qui Paulū Psal.118.
tam excellenter collaudat, cū Paulus in sua ad Galatas epistola reprehenderit Petrum, quod eum non laTuit. Sancti etenim viri nō proprias quærunt aut diligunt laudes, sed veritatis præconia, virtutum sublimia, iustitiæ zelum, dei honorē, animarum salutem, propriā quoque reprehensionem beneficium arbitrantur præcipuum. Nō enim ad seipsos reflectuntur inordinatè, sed in deum firmiter sunt cōuersi. Deinde finalis exhortatio subinfertur, [*Vos ergo fratres præscientes*] Christum iudicē esse venturum, hæreticos quoque diuersa falsitatum portenta esse docturos [*custodite*]. i. ea quæ scripsi memoriter retinete, & opere adimplete. Iuxta illud psalmi, In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Quod au Galat.2.
tem aliqui libri habent, vosmetipsos, non est de essentia veri textus, sed additus [*Ne insipientium errore traducti*]. i. hæreticorum aut aliorum prauis doctrinis infecti atque extra veritatis limites ad falsa translati [*excidatis a propria firmitate*]. i. à fidei ac virtutum cōstantia deficiatis. Hinc ad Thessal. loquitur Pau- 2.Thes.2.
lus, Ne quis vos seducat vllo modo. Itémque, Stabiles, inquit, & immobiles estote, abundantes in opere 1.Cor.15.
domini semper. Vnde & Christus hortatur, Videte ne quis vos seducat. Surgent enim pseudoprophetæ Matth.24.
& pseudochristi, & dabunt signa magna & prodigia, ita, vt in errorem ducantur (si fieri potest) etiam electi [*Crescite vero in gratia*] bene agendo, viriliter laborando, mentem assiduè custodiendo, proficite in omni virtute ac dono spiritus sancti: præsertim cū nō crescere sit decrescere. [*Et cognitione domini nostri et saluatoris Iesu Christi*]. i. in formata ipsius notitia, & in contemplatione suæ diuinitatis syncera, in intelligentia mysteriorū ipsius, & in omnibus quæ sacra scriptura docet de eo. In quorū cognitione proficit homo legēdo, ab aliis audiēdo, per se diligēter cōsiderando, præsertim diuinam illuminationē sū scipien Coloss.1.
do, in dono sapiētiæ, donoq; intellectus proficiēdo, angelicam instructionem sumendo. Hinc ad Coloss. philip.3.
loquitur sanctus Paulus, postulamus vt impleamini agnitione voluntatis dei, in omni sapiētia & intelle- Oseæ 6.
ctu spirituali, per omnia crescentes in scientia dei. Ad philippenses quoque, Existimo omnia detrimen Ioan.17.
tum esse propter eminētem scientiā domini nostri Iesu Christi. per Oseam quoque ait deus, Scientiam dei volo plus quàm holocausta. Siquidē hæc est vita æterna, vt cognoscamus patrem verū deum, & quē misit Iesum Christum [*ipsi gloria*]. i. maiestas, beatitudo, lætitia, & clara cum laude fama [*Nunc et in die æternitatis*] id est in militanti & triumphanti ecclesia, in præsenti & in futuro, in via ac patria: qui cum patre & spiritu sancto vnus est deus super omnia sublimis & benedictus, Amen.

D. DIONYSII CARTHVSIANI
IN PRIMAM SANCTI IOANNIS APOSTOLI Epistolam, Enarratio.

Cap. 1. [*Quod fuit ab initio.*] Articulus 1.

SVblimis Euangelista Ioannes multis & magnis à Christo priuilegiis decoratus, atque per aquilā volantem designatus, præ cæteris de Christi diuinitate scripsit profundius. Et sicut in principio euangelij sui destruit Ebionis ac Cherinti, Christum purum hominem esse dicentium, hæresim: Marcionis quoque, Christum verum corpus assumpsisse negantis, perfidiam: sic & in huius suæ epistolæ primę initio eorundem perditissimorum hæresiarcharum prosternit vesanias, dicens, [*Quod fuit ab initio*] id est verbum æternum increatum ac genitum: de quo alibi habetur, In principio erat verbum. Pater enim, cuius sapientiæ non est Ezech.1. Ioan.1. Ibidem. Psalm.144
finis, seipsum intuendo ac intelligendo quod de se & in se videt atque intelligit, hoc intra se intelle-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctualiter profert ac gignit, vtpote suiipsius conceptum ac verbum, quod est vnigenitus filius eius, in quo E
Sapien.7. quicquid patris est, plenissimè splêdet. Estque verbũ hoc patri æquale, cum sit naturalis & perfecta eius imago. Ex quo cõsequẽs est, quòd tota dietatis plenitudo in ipso cõsistit, idcirco cõsubstantiale est patri. Hoc verbum est æterna ac genita sapientia patris, quæ in Prouerbiis de sua intellectuali æternali generatione apertissimè protestatur, Dominus possedit me initio viarum suarum: antequam quicquam faceret à principio, ab æterno ordinata sum [*Quod audiuimus*] Dupliciter audierunt homines verbum hoc
prouer.8. dei æternum. Primò percipiendo auribus sermocinationẽ, loquentẽ de verbo ipso: & ita qui nõ viderũt Christum in carne, audierunt eum. De quibus loquitur Paulus, Nunquid non audierunt? Et rursus, Fides (inquit) est ex auditu. Secundo, audiendo verba immediatè ex ore Christi. Sicque Ioannes iste, cæteri quoque apostoli cum Christo in terris conuersati, audierunt hoc verbum, non in deitatis suæ natura, sed in humanitate assumpta. Ex cuius ore verba cælestia audiendo, verbum æternum audierunt, propter vnitatem personæ in Christo, quæ in duabus subsistit naturis, diuina scilicet & humana [*Quod vidimus oculis nostris*] corporalibus per assumptam naturam. Siquidem verbum hoc caro factum, inter apo-
Roma.10. Ioannis.1. stolos visibiliter habitauit, & cõuersatum est. Iuxta illud Baruch, In terris visus est, & cum hominibus
Baruch.3. conuersatus est. Vnde per Esaiam testatur, Propter hoc sciet populus meus nomẽ meum in die illa, quia
Esa.52. ego ipse qui loquebar, ecce assum. Apud Zachariam quoque ait, Lauda & lætare filia sion, quia ecce ego
Zacha.2. venio & habitabo in medio tui [*Quod perspeximus*] id est, clarè inspeximus, quia vidimus gloriã eius gloriam qua si vnigeniti à patre [*Et manus nostræ contrectauerunt, de verbo vitæ*] id est, ipsum verbum æternũ, F
Ioannis.1. quod est verbum vitæ, à quo omnis vita naturæ & gratiæ ac gloriæ profluit. Est etiam verbum vitẽ, id
Ioannis.14 est, patris viuentis. Vel verbum vitæ, id est, verbum quod est vita. Nam ait, Ego sum via, veritas & vita.
Luc.24. Hoc verbum incarnatum apostoli tractauerunt, quia sensibiliter ipsum tetigerunt, palpauerunt, & oscu-
Ioannis.13 lati sunt. Quibus & post passionem suam ac resurrectionem locutũ est, Palpate & videte, quia spiritus
Ioannis.31. carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Ioannes quoque in cœna recubuit in sinu Iesu, & super pectus ipsius. Ex quibus verbis vera diuinitas Christi, & vera incarnatio eius euidentissimè compro batur. Atque hæreticæ prauitates, Ebionis, Cherinthi, Fotini, Nestorij, Marcionis, Manichei, Valentini, Apellis, atque similium hæreticorum penitus confutantur [*Et vita manifestata est*] id est, verbũ istud æternum, quod est vera vita, quæ secundum suam deitatem incomprehẽsibilis fuit & latuit homines, & non nisi perpaucis per explicitam fidem innotuit. Hæc vita per naturam (quam assumpsit) humanam manifestauit seipsum, docendo, miracula faciendo, suos discipulos per totum mundũ ad prædicandum mitten-
Matth.10. Luc.10. do. De qua scriptum habetur, Vita erat lux hominũ, & lux in tenebris lucet. De qua etiam alio loco asse-
Ioannis.1. ritur, Hoc fecit initium signorum Iesus, & manifestauit gloriam suam. De quo ab Esaia prædictum est,
Ioannis.2. Simul laudabunt, quia oculo ad oculum videbunt. Itemque, Parauit dominus brachiũ sanctum suũ, in
Esaię.32. oculis omniũ gentium, & videbunt omnes fines terræ salutare dei nostri. Et rursus loquitur Esa. Reuela- G
Esaię.40. bitur gloria domini. Atque psalmista, Notũ fecit dominus salutare suum. Et denuo, In sole (inquit) po-
Psal.97. suit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo [*Et vidimus*] verbum hoc
Psalm.18. interiori exterioríque oculo [*Et testamur*] de eo quæ vidimus & cognouimus. Vnde passione instãte dis-
Ioannis.5. ruit nobis, Vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis [*Et annunciamus vobis vitam æternã*] id est, Christum vobis prædicamus: qui, Ego sum, ait, resurrectio & vita. Est enim essentialiter viuens & vita, vtpote sapientia ipsa increata, immensa. Propter quod ipsemet ait, Sicut habet pater vitam in semet ipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso [*Quæ erat apud patrem*] id est, secundum diuinitatem suam fuit æternaliter in patre & cum ipso, quia personaliter à patre distinguitur: immanenter ab ipso egreditur, substantialiter idem cum ipso censetur. De quo in Ioanne habetur, Verbũ erat apud deum.
Ioannis.1. Vnigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarrauit. Et in psalmista. Apud te est fons vitæ [*Et apparuit*
Psalm.35. *nobis*] visibiliter per corpus assumptum. Post resurrectionem quoque apostolis frequenter apparuit
Matth.28. [*Quod vidimus et audiuimus annunciamus vobis*] sicut expositum est. Frequenter autem & euidenter hæc
Luc.24. repetit, vt nullum hæreticis locum latendi aut effugiendi relinquat [*Vt vos societatem habeatis nobiscum*]
Actuum.1. id est, communionem in fide, spe, & charitate, & sacramentis ecclesiæ [*Et societas vestra sit cum patre et filio eius Iesu Christo*] id est, etiam cum patre & filio, vnionem & assimilationem supernaturalem habeatis per charitatem & gratiam, cæteraque charismata spiritus sancti, qui nominato patre & filio dantur in- H
telligi, cum sit amor & nexus amborum, inseparabilis ab eisdem: & verè patri ac filio consubstantialis,
Ioannis.17. æqualis, & sempiternus. Pro qua societate Christus post cœnam orauit: iuxta illud, Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, vt sint vnum, sicut & nos. Et rursus, Non pro his, puta apostolis rogo tantum: sed pro eis, qui creduri sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum sint sicut tu pater in me, & ego in te: vt & ipsi in vobis vnum sint. ¶ Ex præinductis patet certitudo veritatis fidei christianę, de qua hoc loco scribit Albertus, Vna cognitio redditur certior alia, ex quatuor. Primò, ex parte sensus per quam accipitur. Cum enim cognitio intellectiua ex notitia sensitiua dependeat, illa cognitio fit certior, quæ euidentius ex sensu aut ex pueribus sensibus habetur. Ea autem quæ apostoli prædicauerũt de Christo, per visum, auditum, & tactum, nouerunt. Secundò, ex patre obiecti. Cum teste philosopho secundo primę philosophię, Vnũquodque se habeat ad veritatẽ sicut & entitatem, cõstat, quòd sicut deus est purissima essentia, & perfectissimum esse: sic est purissima veritas, & natura rei de ipso veritas habetur certissima. Tertiò, ex parte luminis cui innititur. Cúmque veritas fidei increate, infallibili, & supernaturali lumini innitatur, certior est omni sciẽtia alia quæ creato innititur lumini. Quartò, ex parte docentis. Cũ ergo apostoli cũ Christo sint cõuersati, tanta sanctitate & sapientia perornati, tã supernaturaliter à spiritu sancto edocti, tam præclara miracula, soli omnipotenti deo possibilia, in attestationẽ fidei
Ioannis.21. operati, palam quod eorum doctrinę credẽdum sit. Propter quod in fine Euãgelij sui sanctus ait Ioãnes

A de semetipso. Hic est discipulus qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc: & scimus quia verum est testimonium eius. Paulus quoque ad Galatas fatetur, Licet angelus de cælo euangelizet vobis præ-
Galat.1. terquam euangelizauimus, anathema sit. Porrò quod de fidei certitudine dixi, intelligendum est de certitudine adhærentiæ magis quàm de certitudine euidentiæ. Et quia societas viæ, inchoatio ac præparatio est ad societatem felicitatis & gloriæ, ritè subiungitur [*Et hæc scribimus vobis, vt gaudeatis*] in domi-
Philip.4. no gaudio spirituali, de quo loquitur Paulus, Gaudete in domino semper. Et, Qui gloriatur, in do-
1.Corin.1. mino glorietur. Vnde & apud Hieremiam dominus ait, De hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse
2.Corĩ.10. me. Est autem & gaudium inordinatum carnale & seculare, quo quis gloriatur in actu illicito, & de re
Hiere.9. prohibita aut non licita eo modo quo de ea gaudetur. de quo in Ecclesia. fertur, Cor stultorum, vbi lætitia. Porrò homo naturaliter appetit gaudium: sed ne gaudeat inordinatè, diligentia magna est adhi-
Ecclesia.7 benda. Omnis autem delectatio actui annexa illicito, est inordinata. Similiter si quis de actu in se bono vanam concipiat gloriam, in seipso non in domino gloriando, aut de tali actu gaudendo inquantùm
2.Corĩ.10. est aut esse putatur seu potest causa siue occasio proprię laudis, proprij commodi, seu honoris. Denique omne gaudium inordinatum, vtpote actui virtuoso annexum, dici potest spirituale, & haberi in domino, quia aut est de deo, & in deo, tanquam de immediato obiecto: aut est de obiecto creato, ad deum finaliter relato. Sicque dupliciter gaudemus in deo. Primò, tanquam in obiecto immediato, vt quando in
B eius contemplatione seu dilectione gaudemus. Secundò, tanquam in fine omnis boni actus, & mediato obiecto. Hoc est, quando gaudemus in actu virtutis circa creatum obiectum versante, secundum beneplacitum dei, & per reuelationẽ ad ipsum: sicut qui gloriatur eleemosynam dando, aut castè & sobriè se habendo, inquantùm deo hoc placet, seu ab ipso præceptum est. Vt ergo sic gaudeamus in vita presenti, hæc scripsit Ioannes. Hoc est, vt virtuosè viuamus, & virtuosè viuendo spiritaliter iucũdemur. Sed quoniam vitæ præsentis gaudium nec plenum esse potest, neque continuum, imò multis tribulationibus, mœroribus, interpellationibusque miscetur & obfuscatur, idcirco subiungitur [*Et gaudium vestrum sit plenum*] id est ad cælestem iucunditatem, æternamque gloriam plenariè contentam & quietantem omnis creatæ mentis desiderium pertingatis: iuxta illud Psalmistæ, Adimplebis me letitia cum vultu
Psal.15. tuo. Et, Satiabor cum apparuerit gloria tua. Sic & Christus fatetur, Petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum. Sed cum omnia ad beatitudinem sint ordinanda, & beatitudo essentialiter sita sit,
Psal.16. non in gaudio, sed in actu perfecto cui adiungitur gaudium [*puta in contemplatione, sicut ait Saluator,*
Ioan.16. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum deum*] cur Christus & eius apostolus hortantur nos ad opera bona, vt plenè gaudeamus, & non potius vt beatificè contemplemur, seu bene fruamur? Et respondendum, quòd loquuntur de gaudio pleno secundum quod optimam operationem cui vnitur inclu-
Ioan.17. C dit. Sicque loquuntur, quatenus ab inordinatis delectationibus nos auertant, ad bene agendum accendant, atque vt in vitæ præsentis afflictionibus consolemur, audiendo quòd ad plenum gaudium perducemur. Præterea cum gaudium sit diffusio animi in conceptu boni, & oriatur ex vnione potentiæ cum obiecto conuenienti, tunc gaudium intellectualis creaturæ est plenum, dum summo bono clarè & immediatè vnitur, & eo ad libitũ fruitur, ipsumque securè & inamissibiliter possidet. Et ita gaudiũ ciuium supernorum est plenum, quoniã deum in se ipso clarè per speciem contemplantur, eo ad libitum perfruuntur, ac tutè possident ipsum. Sicque eorũ capacitas est repleta, auiditas satiata, affectio contẽtata, & potentialitas ad actum reducta, quod totum in sanctis animabus post resurrectionem glorificatis resumptis corporibus, perfectè erit impletum, quando non solùm in essentiali, sed in accidentali quoquæ præmio erunt perfectæ. Idcirco erit in eis tunc omnis potentialitas ad actum perfectè reducta, [*vt hæc est annunciatio*] id est prædicatio [*Quam audiuimus ab eo*] puta à Christo [*quoniam deus*] trinitas, & vnaquæque
Ioan.1. diuina ac increata persona [*Lux est*] lux vtique spiritalis, & pulchritudo immensa. Deus nanque est ipsa sapientia, ipsa veritas, ipsa puritas simplicissima, sanctitas infinita. Sapientia autem & veritas lux est
1.Corin.1. mentis: & sicut solus deus essentialiter sapiens, & ipsa sapientia sua: sic ipse solus substantialiter lu-
Ioan.14, cens est, & lux sua. Denique si in corporalibus lux vocatur, quod alia immediatè manifestat atque
Ioan.8. clarificat, quantò magis deus lux est, qui cuncta illuminat, & abscondita manifestat? Hinc alio loco ait idem Ioannes de Christo, Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mun-
D dum. Hanc autem prædicationem apostoli audierunt à Christo frequenter cum ait, Ego sum lux mun-
Ioan.1. di. Et rursus, Quamdiu in mundo sum, lux sum mundi. Deus ergo est lux supereſſentialis, pura, & infini-
Ioan.8. ta. viua, sapientialis, munificentissima, & superpulcherrima, ideo subditur [*Et tenebræ in eo non sunt vllæ*]
Ioan.9. Si per tenebras, errores, & ignorantiæ ac vitia intelligantur, quis nesciat nullas in deo tenebras esse? De quo ait Psalmista. Quoniã rectus dominus deus noster, & non est iniquitas in eo. De quo & Iob.34. Heliu contestatur, Absit à deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. Imò hoc modo in beatis tenebrę nõ
Psal.146. sunt vllæ, nisi quis quandam nescientiam in eis esse affirmet, quia non omnia sciunt quæ deus, cuius sapientiæ non est numerus. Loquendo de sciẽtia intelligentiæ simplicis, qua deus scit penitus infinita, quæ nunquam fuerunt, nec sunt, nec erunt. Verũtamen potest illud subtilius explanari, vt per tenebras intelligatur quæcũque defectuositas seu defectibilitas, aut imperfectio à qua nulla creatura inuenitur immu-
Eccles.4. nis. Propter quod in Eccles. asseritur, Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. In omni etenim creatura est dependentia, qua indesinenter dependet à creatore, eiusque conseruatione tam incessabiliter eget, quòd nec ad momentum sine illius manutenentia queat subsistere aut durare, sed protinus redigeretur in nihilum, si relinqueretur à deo altissimo per momẽtum. Hæc itaque depẽdẽtia est defectuositas quædã. Est item in omni creatura imperfectio aliqua, quia cum sit finita, vtpote in numero, pondere, & mensura constituta, ibi incipit eius imperfectio, vbi finitur eius perfectio. Hinc quoque in ea est vanitas id est, quædã cõmutabilitas & defectibilitas, atque distantia à vero, pleno & incommutabili esse, quod deo est
Sapien.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

proprium. Iuxta hanc expositionem deo proprium perhibetur, tenebras in se nullas habere. [*si dixerimus quia societatem habemus cum illo*] puta cum deo [*Et in tenebris ambulamus*] id est in peccato quocũque E
mortali, & ignorantia iuris quod scire tenemur, conuersamur, & ad inferos gradimur, [*Mentimur*] qui
enim societatem habet cum deo, charitatem habet & gratiam, quibus caret qui in præfatis ambulat tene
bris. [*Et non facimus veritatem*] vitæ & diuina præcepta non adimplemus. De qua veritate loquitur do-
Esai.2.61. minus per Esaiam, Dabo opus eorum in veritate. Et Apostolus, Diuitibus huius seculi præcipe non
1.Timo.6. sublime sapere, diuites fieri in operibus bonis, vt apprehendant veram vitam. [*Si autem in luce ambula-
mus*] id est virtuosè sapienterque viuimus, perseuerando in fide & gratia virtuosaque vita, [*sicut et ipse est in luce*] id est in suiipsius supersplendiss. veritate atque iustitia inuariabiliter manet. Ei etenim
competit in luce incommutabiliter esse ac permanere, qui in se ipso immobiliter est consistens, & in
seipso prorsus perfectus existens, non potest, imò potiùs non eget proficere. De quo ait propheta,
psalm 1.01. Tu autem idem ipse es. Et Apostolus ad Timothæum contestatur, Qui solus habet immortalitatem,
1.Timo.6. & lucem habitat inaccessibilem. Boni verò fideles in luce ambulant, quibus incumbit de virtute in
virtutem procedere, in gratiarum donis proficere, meliora & viciniora saluti exquirere. quibus ait &
Hebr.6. Paulus, Vt filij lucis ambulate [*societatem habemus ad inuicem*] id est charitate connectimur atque per
Ephes.5. fidem & charitatem concorditer conuersamur, in sacramentis ecclesiæ, & virtutum operibus commu- F
nicamus. Sicque per hæc socialiter inuicem viuimus, & deo vniformiter assimilamur, sumusque ciues
ciuitatis dei, vtpote militantis ecclesiæ. Quamuis autem hæc de qualibet diuina intelligi possint perso-
na, tamen hoc loco de persona patris æterni introducuntur. Nam subditur [*Et sanguis Iesu Christi filij
eius, emundat nos ab omni peccato*] id est dominicæ passionis fructum consequitur, ita quòd virtus & me-
ritum passionis Christi operatur in nobis. ¶ Siquidem virtute & merito passionis Christi dantur ho-
minibus charismata gratiæ, per sacramenta ecclesiæ realiter aut effectualiter, seu in voto accepta, per
quæ meritum passionis Christi applicatur hominibus, tanquam per medicinalia vasa. Vnde in Apoca.
Apoca.1. habetur, Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et in Actibus Iudæis loquitur
Act.13. Paulus. Per Iesum remissio peccatorum vobis annunciatur ab omnibus, à quibus non potuistis in lege
Mosi iustificari. Ad Hebræos quoque habetur, Si sanguis hircorum & vitulorum inquinatos sanctifi-
cat ad emundationem carnis, quantò magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum obtulit semet-
ipsum immaculatum deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendum deo
viuenti? At verò qualiter fidelibus virtuosis conueniat societatem habere cum deo, atque consortes
esse diuinæ naturæ, diligenter & diffusè expositum est in elucidatione. 2. canonicæ beatissimi Petri, su-
2.Petr.1. per illud, Maxima & preciosa nobis promissa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ consortes natu- G
re, &c. Nihilominus de hac ipsa materia, quia subtilis est ac deuota, nunc aliqua addam. Et quia ex
creaturis ad creatoris cognitionem ascendimus, saltem in multis, pensemus quid ad societatem pertineat in rationalibus creaturis, vt sic charius innotescat, qualiter cum deo societatem habeat Christianus
deuotus. ¶ Socij appellantur, qui libenter sunt simul & familiariter colloquuntur, separationis quoque
sunt impatientes, atque ad specialem vnionem aspirant: qui & secreta sua sibi inuicem pandunt, fide-
litatem simul conseruant, de mutua iucundantur præsentia, & in actibus suis communicant: quoniam
eadem libenter efficiunt, imò sibi inuicem cooperantur, & mutuò opem impẽdunt, & vnus prosperita-
psalm.2. tem cupit alterius. Ita reuera verus & deuotus Christianus libentissimè est cũ deo, cum Psalmista prote
psalm.61. stans, Mihi adhærere deo bonũ est. Et item, Adhæsit anima mea post te. Et inter deum ac talem Christi-
fidelem est familiare assiduumque colloquium. Ipse quidem vbertim affatur deum orando ac meditan
Luc.18. do salubria: sciens Christum dixisse, Oportet semper orare, & non deficere. Atque apostolum Pau-
1.Thes.5. lum, Sine intermissione orate. Deus quoque alloquitur eum, per diuinos instinctus, per illuminationes,
& vnctiones internas, per sacras scripturas, & per inspirationes angelicas. Talis demum Christifidelis se
parationis à deo est impatiens. Mallet nanque totum mundum amittere & occidi, quàm per peccatum à
domino separari. Quia incomparabiliter super omnia toto corde diligit deum. Imò dum gratiosam
dei præsentiam, dum alloquutionem internam & diuinæ familiaritatis signa non experitur, ingemiscit
& animo consternatur, ne fortè dum offenderit & ab ipso relictus sit. Idcirco ad vnionem cum deo
aspirat, & ei semper vicinius vniri molitur. Deus quoque multis modis allicit eum sibi. Insuper beni- H
gnissimus deus & deuotus Christifidelis secretissima sibi inuicẽ manifestãt. Christianus nanque, iuxta
Treno.3. Hieremiæ oraculum, Effundit sicut aquam cor suum in conspectu domini dei sui, & deus per vnctio-
1.Ioan.2. nem suam de omnibus edocet eum, ac sæpe incerta & occulta sapientiæ suæ ei reuelat: cum & Christus
psalm.5. discipulis dixerit, Omnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis. Talis quoque Christifidelis
Ioan.5. deo fidelitatem conseruat, cum Apostolo Paulo exclamans, Quis me separabit à charitate dei? Vitat
Roma.8. enim carnales & mundanas affectiones, & animam suam custodit, ne per mortale peccatum prostituatur diabolo, & eius fiat adultera, sed cælestis sponsi permaneat sponsa ac socia. Deus verò eum nequa-
quam relinquit, nisi prius relinquatur ab eo. Deus item & talis Christifidelis de mutua gloriantur præ-
sentia. Siquidem deliciæ dei sunt, esse cum tali hominis filio, qui & ipse delectatur in domino, & renuit
consolari anima eius nisi in illo. Insuper agendo communicant, id est, libenter eadem agunt. Quemad-
prouer.8. modum enim deus seipsum incessabiliter intuetur ac diligit, iustitiam amat, pietatem exercet, bonitatẽ
psal.76. suam comunicat aliis, vniuersos ad salutem hortatur, inimicis beneficia multa largitur: sic talis Christi-
fidelis summæ & increatæ veritatis contemplationi, & infinitæ bonitatis dilectioni libenter intentus
est, iustitiamque zelatur, pius ac liberalis cõsistit, dona gratiæ sibi collata aliis munificẽter impartit, om-
niũ cupit salutẽ, aduersarios diligit, & bona repẽdit pro malis. Amplius, deus & talis Christifidelis sibi
inuicem cooperantur. Nam deus operatur per eũ, opem ei impẽdit, & eum tuetur. Ipse quoque est deo

A cooperans dupliciter. Primò, in seipso, quia diuinæ aspirationi acquiescẽs iuxta eius viuit directionẽ. Se- philipp.2:
cundò in aliis, eos ad cõsentiendũ obediẽdumque deo exhortãs. Propter quod asserit Paul. Dei coope-
ratores sumus. Postremò deus huiusmodi Christifideli cupit verã prosperitatẽ beatitudinemque perpe-
tuã. Ipse etiã deum ab omnibus honorari atque glorificari totis optat præcordiis. Ecce quanta est digni-
tas charitatis infusæ, quàm admirabiles excellẽtissimosque effectus causat in anima. Nec mirũ, cũ ipsa sit
supernaturalis similitudo increati amoris, videlicet spiritus sancti. O quanta est rationalis creaturæ ista
nobilitas, habere cũ diuina natura cõsortiũ, atque cũ proprio creatore societatẽ fortiri ac possidere. Sed
heu homo cũ in honore esset, nõ intellexit, cõparatus est iumẽtis insipiẽtibus, & per spiritalia atque car- psalm. 4 8.
nalia vitia plurimi se dæmonibus bestiisque associãt & cõformãt. Quorũ vanitatẽ vilitatẽ & peruersita-
tem vitãtes, studeamus modis prætactis societatẽ habere cũ deo. Qui sicut in Genesi legitur, dixit ad Ia
cob, Ego socius itineris tui. Cæterũ ne quis incautè præsumat se societatẽ habere cũ deo, subiungitur [*si
dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est.*] Hoc cõmuniter de Gene.33.
venialibus culpis exponitur, sine quibus præsens vita nõ agitur, cũ in Prouerb. dicatur, Iustus septies in
die cadit. Et iterũ Salomõ cõtestatur, Nõ est homo super terrã, qui faciat bonum, & nõ peccet. Vnde &
Iacobus ait apostolus, In multis offendimus oẽs. Aug. quoque de venialibus exponit hunc locũ. Aliqui Prouer. 24
verò exponunt de mortali peccato, quia & si quis iustus existat, tamen sine reuelatione diuina non valet 2.Reg.8.
B certitudinaliter scire se esse absque mortali. Idcirco si asserat se illo carere, peccatum incurrit superbiæ Iaco.3.
atque iactãtiæ, imò & falsitatis, si se asserat scire mortale se vitiũ nõ habere. Sed huic expositioni cõtra-
riari videtur quod loquitur Augu. Excepta virgine gloriosa, si omnes sancti & sanctæ essent collecti, &
quæreretur an peccatũ haberent, quid respõderẽt, nisi quod ait Ioan. Si dixerimus quia peccatũ non ha Auguſt.
bemus, &c. Hoc autẽ de mortali nõ videtur posse intelligi, cũ multi sanctorũ ex reuelatione agnouerint,
se mortali nõ subiacere. Insuper sanctus Ioan. apostolus per hæc verba intendit insinuare, quòd omnes
habemus peccatũ. Propter quod post verba hęc protinus subdit, Si cõfiteamur peccata nostra, &c. Non
autẽ omnes habent mortale peccatũ, cum in Ecclesia dei semper sint aliqui virtuosi. Item sanctus Ioan.
tam generaliter loquitur, secundum sanctos doctores, vt seipsum quoque sub ista cõprehendat senten-
tia. Et tamẽ ipse se nouerat esse in charitate. postremò, si is qui in charitate est dicat simpliciter absque te
meraria assertione, cũ probabili cõfidentia, se esse sine mortali, nõ mentitur. Itaque qui dicit se esse sine
peccato omnimode, fallit se, nec veritas est in eo, quantũ ad hoc quòd id dicit, quãuis quo ad alia multa
in eo sit veritas, quia adhuc potest esse in vera fide informi, & multa veraciter noscere. Deinde inducitur
contra quotidiana, imò & cõtra vniuersa peccata remediũ [*Si confiteamur peccata nostra*] In nouo enim
testamento necesse est, si adsit facultas, cõfiteri peccata confessione sacramentali, sacerdoti iurisditionem
C habenti. Nec sufficit cõtritio aut cõfessio deo facta, nisi cũ desiderio atque proposito sacramẽtaliter cõ
fitendi, si possibilitas suppetat. porrò in lege naturæ & lege scripta sufficiebat cõtritio & confessio deo fa
cta. Si ergo peccata nostra ritè confessi fuerimus deo, & eius vicario sacerdoti [*Fidelis et iustus est*] de* [*vt
remittat nobis peccata nostra*] id est in hoc se ostendet fidelem & iustum, quòd peccatis nostris ignoscet.
Hoc enim prædixit atque promisit, quòd confitentibus indulgebit. Idcirco sic faciet, iuxta illud in psal-
mo, Fidelis dominus in omnibus verbis suis. Et iustum est, vt sic agat, cum promissum aliquo modo ca
dat in debitum [*Et emundet nos ab omni iniquitate*] per sacramentum pœnitentiæ, quòd est secunda post psal.144.
naufragium tabula. Omnia enim in confessione lauantur, nec vnũ mortale dimittitur sine aliis, si adsint.
Non enim dimittitur mortale, nec ab illo quis emundatur, nisi per charitatis & gratiæ infusionem, sine
qua nullus sit deo acceptus. Charitas autem cum mortali nõ potest stare peccato. Ideo dicitur, larga dei
pietas veniam non dimidiabit. Aut nihil, aut totum te lachrymante dabit. Hæc itaque Christus denun-
ciauit dicendo, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. ¶ Pœnitentia autem sacra-
mentalis tres partes habet, quæ sunt contritio cordis, cõfessio oris, satisfactio operis. Vnusquisque ergo
coram deo quotidie humiliter se accuset, castiget, despiciat, opportunoque tẽpore confiteatur. Et dum Matth.4.
quis à proximo suo fraternè corripitur, aut à superiori suo charitatiuè increpatur, nequaquam ægrè, sed
gratanter accipiat, & coram deo se culpabilem fateatur, vt misericordiam consequatur. Iuxta illud in
Psalmo, Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti iniquitatẽ peccati mei.
D propter quod in prouerbiis asseritur, Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autẽ confessus fuerit
& reliquerit ea, misericordiam consequetur. Hinc sanctus Iob, Vias meas in conspectu eius arguam, &
ipse erit saluator meus. Denique quàm periculosum, superbum, & stultum sit se indebitè excusare, con- psalm.31.
stat ex eo quod subditur [*si dixerimus quoniam non peccauimus, mendacem facimus eum*] id est cõtradicimus prouer.28.
deo, qui in scripturis testatur oppositum: & sic quantùm in nobis est, facimus deum in verbis suis men- Iob.12.
dosum. Vnde cum propheta dixisset, Dixi cõfitebor aduersum me iniustitiam domino: addidit, pro hac
orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Et in Iob habetur, Si voluerit homo cum deo cõten-
dere, non poterit respondere vnum pro mille. Esaias quoque inducit, Facti sumus vt immundi omnes psalm.31.
nos, quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ. Et rursus, Omnes nos quasi oues errauimus, Iob.15.
vnusquisque in viam suam declinauit. Itemque, Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrũ. Et Iob.9.
omnes peccato sumus obnoxij. Quod etiam Esdras in sua oratione & confessione testatur. ¶ Quidam Esa.64.
verò allegant ad istud Iob, Quid est homo vt immaculatus sit, & iustus appareat natus de muliere? Vbi Esaię.53.
antiqua translatio habet, Nemo mundus à sorde, neque infans cuius est vnius diei vita super terram. Sed
hanc allegationem reprobat quidam, eò quòd verbum non est verbum dei, nec verbũ beati Iob: sed Ele
phat Themanitis, qui falsam conclusionem intendit. Idcirco verbũ eius non videtur deo attribuendum.
Cui obiectioni multa obiici possunt. primò, quoniã sancti doctores, Aug. Greg. & alij verba ista tanquã
authẽtica & diuina allegant. Secundò, quoniam teste Ambrosio, Omne verum à quocunque proferatur Ambroſi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

à deo est, & deo attribuẽdum est. Tertiò, quoniã Helui Buzites etiã falsam cõtra Iob cõclusionem inté- E
debat, nihilominus deus verba ipsius Helui sententiosa esse testabatur, dicẽdo, Quis est iste qui inuoluit
sententias sermonibus imperitis? Simili ratione, in quibus deus seu scriptura aliorum trium cum Iob dis-
putãtium verba nõ reprobat, ea intelligitur approbasse. Quartò, quoniam de philosophis ait apostolus
Paulus, Deus illis reuelauit. Non minus ergo & Elephat suo modo est reuelatum à deo, quicquid vera-
citer protulit. Itaque si dixerimus, quia nõ peccauimus, mendacem facimus deum. [*Et verbum eius non est in nobis*] .i. sacrã scripturã nõ verè intelligimus, nec sermo dei effectum salubrẽ sortitur in nobis, nec in-
creatum dei verbum per charitatem & gratiam corda nostra inhabitat. Necesse est ergo vt semper nos
humiliemus, accusemus, discutiamus, & emendemus. Si tamen alicui culpa notabilis obiiciatur, de qua
sibi cõscius nõ est, potest se humiliter excusare, præsertim ne alij scãdalizentur in eo. Sed præinductis
obiici potest illud beati Iob, Neque reprehendit me cor meum in omni vita mea. Et quod in fine secũ-
di paralipomenon in oratione Manasses habetur, Tu domine nõ posuisti pœnitentiam iustis, Abrahã,
Isaac, & Iacob, his qui tibi non peccauerunt. Denique aliqui ita perfecti sunt, vt euolent id est, à corpo-
re sine pœna post hãc vitam sequente beatitudinẽ intrent. Ad quòd respondendum, quòd sanctus Iob
nõ intẽdit se à venialibus penitus excusare, cum ipsemet deo loquatur, Signasti quasi in sacculo delicta
mea. Et rursus, Peccaui. Itemque, Tu quidẽ gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis. Item di- F
cendum ad verba illa Manasses, q scilicet nõ intendit patriarchas à venialibus immunes asserere. Ad vlti
mum respõdetur, q licet viri sancti quotidie venialiter peccẽt, tamẽ pro eisdem quotidie satisfaciunt, &
cũ hoc in virtutibus valde crescũt, in omni puritate & perfectione miro modo proficiũt: q ita nõ solùm
non desinunt esse sancti, sed & sanctiores redduntur, atque ad horulam possunt omni culpa carere.

Iob.18. Psalm.3. 1.Petri.5. Iob.27. Iob.14. Iob.7. Iob.14.

Expositio secundi cap. [*Filioli mei.*] Articulus 11.

Epistola. Esaiæ.27.

VAuis in vita hac fragili sine quotidianis & venialibus culpis esse nõ valeamus, sal
tem per tẽpus notabile: nihilominus diligentiã omnem adhibere debemus, vt au-
xiliante domino peccata mortalia ac venialia, quãtùm fragilitati nostræ possibile
est, euitemus. Nam etsi venialia omnia vitare nequimus, tamen singularia possu-
mus. Idcirco sanct⁹ Ioãnes núc ait, [*Filioli hæc scribo vobis vt nõ peccetis*] .i. peccata
cũ diligẽtia omni vitetis. Nã, vt asserit Esa. propheta, Hic est omnis fructus, vt au-
seratur peccatum. Porrò quod ait, filioli, non ex suiipsius magnificatione, & disci
pulorũ paruipẽsione: sed ex charitatis magnitudine, atque dulcissima affectione
processit. Ob quam causam etiam nos interdũ diminutiuis nominibus vtimur.

¶ Hoc quoque sciendum, quòd non peccare non solùm dicit cessationem ab actu illicito seu culpabili
omissione: sed etiam exequutionem operum debitorum seu obseruantiam præceptorum, quæ sine pec- G
cato omitti non valent. Quid ergo est dicere, hæc scribo vobis vt non peccetis, nisi hæc scribo vobis, vt
virtuosè viuatis? Quatenus nec omitenda committatis, nec committenda omittatis. Hoc est, quod ait
Psal. Declina à malo, & fac bonum. Declinare quippe à malo, est omittenda seu illicita nõ committere:
& facere bonum, est committenda non omittere [*Sed et si quis peccauerit*] nõ tamen desperet [*Aduocatum habemus*] id est patronum & oratorem [*apud patrem*] [id est æterni patris personã. Vel apud patrem. i. deũ
trinitatem seu deum vnum ac trinum: cui quotidie dicimus, Pater noster qui es in cælis. Christus secun-
dum q homo, aduocatus & orator noster est etiam apud semetipsum, inquantùm est deus. Quoniã to-
ta superbenedicta trinitas, cuius indiuisa sunt opera, est vnus deus qui inuocatur, qui exaudit, indulget,
confortat, & saluat [*Iesum Christum iustum*] qui secundum vtranque naturam suã iustus est. Quia vt deus,
essentialiter iustus est: secundum assumptam quoque humanitatẽ, antonomaticè iustus vocatur. De quo
apud Esa. fertur, Peccatum non fecit, nec inuẽtus est dolus in ore eius. Imò tanta fuit in eo iustitia, quòd
natura creata maioris iustitiæ nõ est capax [*Et ipse est propiciatio pro peccatis nostris*] secũdum Bedã, Chri-
stus, qui per humanitatẽ aduocatus noster est interpellans patrẽ pro nobis, ipse secundum diuinitatem
propitiator est peccatorũ nostrorũ, quia propitiatur seu ignoscit nobis cũ patre. Et hoc dicit Beda Au-
gustinũ sequẽdo, qui vtitur litera ista, Ipse est propitiator peccatorũ nostrorũ. ¶ Sed quoniã textus no-
ster habet, ipse est propitiatio pro paccatis nostris, nõ potest de Christo exponi secũdum diuinitatis natu-
rã, sed secũdum naturã humanã, secũdum quã est propitiatio pro peccatis nostris, inquantùm obtu- H
lit semetipsum pro nostra expiatione, & genus humanũ deo recõciliauit suæ passionis virtute ac merito
Iuxta illud Esa. Cuius liuore sanati sumus. Est itaque propitiatio pro peccatis nostris. i. causa remissiõis
vitiorũ nostrorũ. Causa vtique meritoria & instrumẽtalis, inquãtùm homo redẽptor, dei ac hominum
mediator. Iuxta quẽ sensum loquitur Paulus ad Cor. Christus factus est nobis à deo sapientia, & iustitia,
sanctificatio, & redemptio. Alibi quoque, Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi: inquantùm
videlicet per Christum hominem fecit hanc reconciliationem [*Non pro nostris autem tantum*] id est non
solũ Christus propitiatio est pro peccatis nostris eorum, quibus hæc primò scripsit sanctus Ioãnes [*Sed et pro totius mundi*] peccatis. i. pro culpis totius Ecclesiæ, toto orbe terrarũ diffusę. Imò pro vitiis vniuersi
generis humani sufficienter, quãuis pro solis electis efficienter. Humanitas etenim Christi ex vnita sibi
deitate habuit idoneitatem satisfaciendi quodammodo infinitã. Ex eminentia quoque virtutũ quas ha-
buit, ineffabilẽ habuit efficaciã promerendi ac reconciliandi. ¶ Circa verbum illud præhabitum, Iesum
Christum iustum, ait quidam. Quasi diceret, non interpellat pro quibuscũque peccatoribus, sed solùm
pro verè pœnitẽtibus Christus vt homo veraciter interpellat. Et tales merito Christi, suæ interpellatio-
nis virtute, & efficacia conuersionis gratiam consequuntur. Albertus etiam dicit hic, quòd filius dei est
aduocatus noster interpellando pro perfectorum conseruatione, & pro offendentium reconciliatione.
¶ Aliqui quoque affirmãt, q Christus orat pro nobis miseratione, nõ voce: cũ tamen ad Hebr. scriptum

1. Timo.2. 1.Corin.2. 2.Corin.5. Psal. 36. Matth. 6. Esaiæ. 53.

sit, Christus sempiternum habet sacerdotiũ. Vnde & saluare potest in perpetuũ, accedens per semetip- A
sũ ad deũ, semper ad interpellandũ pro nobis. Verè igitur interpellat pro nobis, siue hoc facere asseratur
voce mẽtali duntaxat, siue etiã voce oris. ¶ Denique christus electorũ salutẽ desiderat etiam pro omni-
bus sanctis. Oratio autem est desiderij expressio, & voluntatis interpres, ac nuncius. Verè igitur orat & Bernard.
pro eis. Præsertim cum teste Bernardo, Sicut mater ostendit filio pectus & vbera, sic filius patri latus & Roma.8
vulnerã. Hinc etiam ad Rom. habetur, q Christus interpellat pro nobis. Cũ ergo tot bñficia nobis largi
tus sit Christus, propter quod omnes Christiani gloriãtur se Christũ cognoscere, cõsequenter ostendit
sanctus Apost. quis verè atque salubriter eũ agnoscat. Nam subditur. [*Et in hoc scimus quoniam cum cogno scimus*] Vel, vt aliqui textus habẽt cognouimus eum [*si mandata eius obseruamus*] Duplex est cognitio dei,
vna informis & nuda seu speculatiua duntaxat, quæ nec charitati, nec virtuosæ conuersationi coniuncta
est. Et ita iniqui deum cognoscunt. Quemadmodum ad Roma. de talibus dicitur. Cùm cognouissent Roma.1.
deum, non sicut deum glorificauerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis. Alia est cognitio dei for-
mata seu affectiua approbatiuáque boni, vtpote charitate ornata, de qua nunc fatur Ioan. Et hæc dei co
gnitio actus est doni sapientiæ. De qua sapiens, In maliuolam animam non intrabit sapientia. Talis ergo
cognitio malis non inest, cum apud Micheam scriptum sit, Nunquid vestrum est scire iudicium qui o- Sapien.1.
dio habetis bonum? ¶ Sed cum ista cognitio dei & charitas sint cõnexæ, videtur quòd aliquis scire pos- Mich.13.
sit se esse in charitate, quemadmodum scire potest se deum cognoscere ista cognitione. Quoniam scire B
potest se dei præcepta seruare: sicut in Euangelio adolescens loquitur saluatori, Hæc omnia obseruaui à Matth.19.
iuuentute mea. Ad hoc quidam respondent, q beatus Ioan. hic loquitur de scientia probabilis cõiectu-
ræ, non de scientia certitudinis absolutæ. ¶ Potest autem & aliter responderi. Solẽt enim doctores quę-
stionem mouere, An homo possit præcepta decalogi ex naturalibus suis implere, videlicet absque auxi
lio gratiæ gratificantis. Et videtur q imò, quia præcepta decalogi sunt de naturalis dictamine rationis, Eodem.
ergo per naturalẽ rationẽ possunt seruari. Oppositũ videtur ex eo quod dominus loquitur, Si vis intrare
ad vitam, serua mandata. Ergo mandatorum obseruantia sufficit ad salutẽ. Si ergo ex naturalibus queũt
viribus obseruari mandata, consequens erit vt absque supernaturalibus donis gratię ac virtutum possit
quis adipisci salutem, quod est hæresis condemnati, sacrilegi, & præsumptuosi Pelagi. Ad hoc commu-
niter respondetur, q præcepta decalogi quantùm ad substantiam facti seu operis, possunt ex naturalibus
viribus adimpleri, non autem quantùm ad intẽtionẽ legislatoris. i. nõ eo modo quo deus summus præce
ptor ac legislator iusit ea adimpleri, & eorũ obseruationẽ requirit. Intentio etenim dei præcipientis fuit
& est, vt præcepta decalogi impleantur ex vera & spiritali dilectione, ad dei honorem, & ꝓpter æternam
salutem: cum nihil sit meritoriũ nisi taliter fiat, certũq; est ea ita nõ posse absq; charitate & gratia adim-
pleri. Idcirco dicendum, q ex præinductis sancti Ioannis verbis probari nõ potest, scire nos posse absq; C
reuelatione, q scimus in charitate: cum sine reuelatione scire non valemus, q dei seruemus præcepta, eo
modo quo deus ea iusit seruari [*Qui dicit se nosse deum*] cognitione formata, vt tactum est [*Et mandata eius non custodit*] memoria & effectu, iuxta illud, Memores sunt mandatorum ipsius, ad faciendum ea. Psal.104
[*Mendax est*] hoc ipsum dicendo, & non est in eo veritas vitæ, sed vanitas atq; mendacium veritati vitæ
contrarium [*et veritas in eo non est*] .i. quantùm ad hoc quòd sic loquitur, mentitur, nec increata veritas
(quæ deus est) per gratiam eum inhabitat. Quamuis in eo sit veritas entis, seu naturæ, veritas quoque
scientiarum ac propositionum, quantùm ad alia multa, quæ verè potest cognoscere, quamuis in isto sit
mendax. De hac dei formata notitia ipse ait in Psalmo, Protegam eum, quoniam cognouit nomen meũ Psal.66.
[*Qui autem seruat verbum eius*] .i. verba dei custodit & implet, credendo & operando que præcepit deus
credi ac fieri, per se & suos vicarios, [*Vere, in hoc charitas dei perfecta est*] .i. talis deum perfectè ac spirita-
liter diligit. ¶ Ex quo sequi videtur, quòd quicũnque implet præcepta, perfectam habeat charitatem.
Ergo superfluum est euangelica obseruare consilia, quatenus per eorum obseruantiam ad charitatem
pertingatur perfectam. Et respondendum, quòd deum perfectè diligere, est eum toto corde amare: ad Deut.6.
quod omnes tenentur secundum aliquem gradum. Idcirco secundum aliquem gradum, quicunque ser Matth.22.
uat præcepta, perfectè diligit deum. ¶ Sed aduertendum, quòd charitas dei perhibetur perfecta dupliciter. Vno modo ex parte obiecti, vt pote dei, & sic perfectam habet charitatem, qui tantùm diligit deum
quantùm ex propria bonitate est amabilis. Sicque solus deus perfectè se diligit, & vnaquæque increata D
diuina persona perfectam seu infinitam habet charitatem ad aliam & etiam ad seipsam. Et ita vniuersæ
mẽtis creatę charitas distat in infinitũ à perfectione charitatis dei, cuius amabilitas est prorsus immensa
Secundò charitas appellatur pfecta ex parte subiecti, scilicet diligentis. Et huius perfectionis triplex est
gradus. Primus, dum quis tantùm diligit deum quantùm tenetur. Et sic quicunque seruat præcepta,
perfectam habet ad deum dilectionem, quia præ vniuersis & singulis, seu super omnia incomparabiliter
diligit eũ saltem appreciatiuè. quamuis non intensiuè. Si enim infusa dilectione diligit deum, oportet vt
plus diligat eum, q totum mundum. Propter quod asserit Augustinus, quòd charitas minima est maior, q̃ cu Augusti.
piditas maxima. Secundus gradus perfectionis charitatis est, dum intantùm diligitur deus, quòd etiam
illa quæ solent dilectionem dei minuere, relinquuntur, vt in charitate proficiatur. Sicque euangelica cõ
silia obseruantes dicũtur in charitate perfecti, quanquã ex speciali auxilio gratiæ aliqui nõ obseruantes
consilia illa, possint perfectiores esse in charitate, quàm eadem obseruantes. Tertius gradus est, dũ quis
totis præcordiis, secundum extremum virium suarum posse, actualiter & indesinenter fertur in deum.
Et ita beati in patria charitatẽ habent perfectã. Veruntamen gradus charitatis alirer possint distingui se-
cundũ tres status, vtpote incipientium, proficientiũ, perfectorũ, vt infra forsam dicitur [*in hoc scimus quoniam in ipso sumus*] quibus verbis in aliquibus libris additur, si in ipso perfecti fuerimus: quòd tamen (vt
dicitur) nõ est de textu. Veruntamen Augustinus vtitur litera verbum hoc continẽte. Sed siue sit de tex-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tu siue non est,tamen quasi expositio eius,quod ait,In hoc scimus quoniam in ipso sumus. Iam quippe E
præmisit,Qui seruat verbum eius,verè in hoc charitas dei perfecta est.Protinúsque subiúxit, Et in hoc
scimus i.si charitas dei in nobis perfecta est,quod non est aliud quàm si in ipso scilicet deo perfecti fue-
rimus.per hoc cognoscimus quòd in deo sumus,quia per charitatẽ in deo esse asserimur, prout infra ha
Rom.11. betur,Qui manet in charitate,in deo manet,& deus in eo.Sed ex isto rursus sequi videtur,quòd habens
Sapien.11. charitatem præfato modo perfectam sciat se esse in deo,& per cõsequens in charitate. Ad quòd cõmu-
niter respõdetur,quòd sanctus Ioannes nunc loquitur de scientia verisimilis atque probabilis coniectu
Prou.15. ræ,seu probabilitatis præcipuè.¶Insuper contemplandum, quòd creatura multipliciter dicitur esse in
deo.Primò,sicut in causa prima efficiẽte.Secundò,sicut in causa exemplari ac ideali.Tertiò.sicut in cau
sa finali.Propter quod loquitur Paul.Apost.Ex ipso &per ipsum & in ipso sunt oĩa.Quartò,sicut in cau
sa cõseruãte,quẽadmodum in libro Sapien.legitur,Quomodo posset aliquid permanere,nisi tu domine
voluisses:aut quod à te vocatum nõ esset,cõseruaretur?Quintò,sicut in obiectu fidei,spei, & charitatis,
seu contemplationis & dilectionis.Sicque boni fideles in deo sunt,quia ad ipsum sunt mente conuersi,
& ei inhærent. Impij verò ab ipso auersi sunt.Vnde iuxta hũc modum extra ipsum , & longè ab eo esse
dicũtur.Propter quod in Prouerb.fertur,Lõgè est dominus ab impiis.Cõsequẽter docet apost.quid ad
Ioan.13. omnem pertineat Christianum[*Qui se dicit in Christo manere*].i.Christianum existere,& Christo per fi-
Matt.7. dem adhærere [*Debet sicut ille ambulauit.et ipse ambulare*].i.Christi vestigia sequi,eius virtutes sectari,eius F
Luc.6. legem implere.Alioquí inaniter à Christo nomẽ sortitur,atque ad grauiorem suam damnationem Chri
Ioan.15. stianus vocatur.Hinc ipse Saluator ait,Si quis mihi ministrat,me sequatur.Et alibi,Quid vocatis me do
Matt.11. mine domine,& non facitis quæ dico?Itemque,Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci,ita
Matt.5. & vos faciatis.Itaque qui se dicit in Christo manere,qui gloriatur Christianum se esse,discet à Christo,
Galat.5. quoniã mitis est & humilis corde:Christi charitatẽ sectetur,vt aduersarios etiã amet,& pro ipsis cordia-
Luc.14. liter deprecetur,iniurias & aduersa æquanimiter ferat,corpus suũ castiget,carnẽ suã cũ vitiis & cõcupi-
Matt.7. scẽtiis crucifigat.Cùm Christus testetur,Qui nõ baiulat crucẽ suã & venit post me, non est me dignus.
Matt.20. Opera quoq; misericordiæ, tã corporalia quàm spũalia , toties exerceat viribus:in patiẽtia sua possideat
Matt.3. animã suã.Et per arctam incedens viã salutis,dei & ecclesiæ seruans præcepta,perseueret vsque in finẽ.
Marc.8. [*Charissimi non mandatum nouum scribo vobis*] non est hoc intelligendum , quasi in euangelica lege non
Ioan.6. sint à Christo & ab eius apostolis aliqua noua præcepta fidelibus tradita : cum præcepta de susceptione
Matt.6. baptismi,& de facienda cõfessione,ac cõmunione sacra,de multis quoque festis ieiuniisque seruandis,
Matt.22. sint à Christo seu eius discipulis nouiter instituta.Sed sanctus Ioan . iã loquitur de principali præcepto,
in quo cætera virtualiter cõtinẽtur,& ad quod finaliter ordinãtur , vtpote de præcepto charitatis . Ideo
subditur[*sed mandatum vetus,quod habuistis ab initio*]id est ab exordio quo Christiani estis effecti.Christꝰ G
enim iusit, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo , & proximum tuum sicut teipsum . In his
Deut.6. duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ.Præceptũ autẽ dilectionis Christi,certum est ordinari ad
Eccle.13. dilectionem dei.Istud quoque mãdatũ geminæ charitatis,est de naturalis dictamine rationis : & ita fuit
à principio generis humani naturaliter cordibus insitum.Fuit etiã in lege scripta renouatum , vtpote in
Deutero.vbi legitur,Diliges dominum deum tuũ ex toto corde tuo,&c.Naturalis quoque dictat ratio,
vt homo proximum diligat:cum similitudo sit causa amoris:& omne animal diligat simile sibi. [*Manda
tum vetus est,verbum quod audistis*]id est antiquum præceptum charitatis est verbum quod euangelizaui-
mus vobis.Quia hoc verbum,diliges dominum deum,&c . prædicauimus vobis primò ac maximè ob-
Ephes.4. seruandum[*rursum mandatum nouum scribo vobis.*]Videtur in verbis his contradictio esse . Siquidem iam
Ioann.13. præmisit,non mandatum nouum scribo vobis:nunc verò mandatum(inquit)nouum scribo vobis. Re-
Matt.5. spondetur,quòd idem mandatum est vetus propter causam præhabitam:& nouum,quia in lege Euan-
gelica renouatum & clarius explanatum , spiritalisque innouationis introductiuum . De qua etiam ad
Ephesios præcipitur , Renouamini spiritu mentis vestrę , & induite nouum hominem qui secundum
deum creatus est.Hinc loquitur & Christus,Mandatum nouum do vobis,vt diligatis inuicem, sicut di-
Ioan.15. lexi vos.Exponit quoque Christus præceptum istud apud Matthæum dicendo, Audistis , quia dictum
Ioan.14. est antiquis,Diliges amicum tuum,& odio habebis inimicum tuum:Ego nunc dico vobis, Diligite ini-
micos vestros,&c.Itaque mandatum nouũ scribo vobis[*Quod verum est*].i.verè iustum veraciterque im H
pletum est[*Et in ipso*]Christo,qui præceptum charitatis perfectissimè adimpleuit , quemadmodũ pro-
testatur,Maiorem hac dilectionem nemo habet,vt animam suam ponat quis pro amicis suis . Et rursus,
Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio[*ita et in vobis*]id est vos quoque præceptum hoc charitatis ve-
raciter adimplestis,deum totis amando præcordiis,& proximos vt vosipsos.Vel quod ait , quòd verum
Rom.4. est & in ipso & in vobis,refertur ad illud quòd præmisit,mandatum nouum : vt sit sensus , Mandatum
hoc nouum est verè,tam in Christo quàm in vobis.Quoniam Christus illud inaudita & incomparabili
nouitate,ac recentissimo modo impleuit,tam ex dei patris ardentissima dilectione,quàm ex humani ge-
neris admirabili atque profunda charitate,amarissimam mortem ferendo , non solùmmodo pro amicis,
imò etiam pro inimicis.Iuxta illud ad Rom.Commendat autem charitatem suam in nobis deus,quoniã
cum adhuc inimici essemus,Christus pro nobis mortuus est. Vos quoque insolita & noua perfectione
Ephes.5. implestis idem præceptum,multa pro deo & fide catholica sustinendo:aut etiã Euãgelica obseruãdo cõ
Eodem. silia ex charitate,desiderio obtinẽdi charitatẽ perfectam.Sicque implestis illud,Ambulate in dilectiõe,
sicut & Christus dilexit nos.Hinc subditur[[*Quoniam tenebræ transierunt*].i.infidelitatis ignorantia & vi
Ioan. 1. tiorum caligo in vobis multisque aliis sunt extinctę.Quemadmodum quibusdam scripsit Paulus , Fui-
stis aliquando tenebrę,nunc autem lux in domino[*Et verum lumen iam lucet*]id est Christus, qui secun-
dum diuinitatem suam essentialiter lux est & veritas ipsa . Iuxta illud Ioannis,Erat lux vera . Christus

A inquam in mentibus vestris nunc fulget,corda vestra illuminat,& per apostolorum ac aliorum discipu-
lorum prædicationem, homines hinc inde innumerabiles docet,cõuertit, illustrat: iuxta illud Actuum,
Tempora prioris ignorantię despiciens deus,nunc annnunciat hominibus,vtvbique pœnitentiam agãt. act.17.
Vnde per Esaiam pater loquitur Christo,Dedi te in fœdus populi in lucem gentium,vt aperires oculos Esa.42.
cæcorum.Et rursus ab Esaia prædictum est, Populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnã. Atque Esa.9.
in psalm.Exortum est in tenebris lumen rectis. Vel sic,tenebræ transierunt,obscuritas figurarum vete- Psal.111.
ris testamenti,vmbra legis,inuolutio prophetalium visionum finem nunc acceperunt. Et lumen iam lu
cet,id est Euangelica veritas publicè iam prædicatur, in qua omnia illa exponuntur & esse impleta do-
centur.Propter quod fertur in Ioan.Lex per Mosen data est,gratia & veritas per Iesum Christum facta
est. Paulus quoque Apostolus ad Romanos, Nox, inquit, præcesit, dies autem appropinquauit. Hinc Ioan.1.
Christus in cruce morti iam proximus dixit,Consummatum est.Cúmque inclinato capite spiritum tra- Rom.13.
didisset velũ tẽpli scissum est. Ideo rursus vas ait electionis, Quãdiu legitur Moses,velum super cor eo- Ioan.19.
rum positum est(id est obscuritas seu occultatio veritatis in mentibus perfidorum permanet Iudæorũ) Matt.27.
quod non euacuatur,quia in Christo reuelatur,id est elucidatur, [*qui se dicit in luce esse*] id est in splen- 2.Cor.3.
dore gratiæ gratum facientis consistere,in fide formata & veritate euangelicæ legis manere ac viuere[*Et*
B *fratrem suum*]id est proximum quemcũque,siue amicum siue inimicum[[*Odit,in tenebris est vsque adhuc*]
Est enim in falsitatis caligine, quia mentitur & errat circa notitiam veritatis, ac mortali subiacet culpæ:
cùm odium sit mortale peccatum.propter quod cum charitate & gratia stare non potest.Ideireo qui v-
num hominem odit, nec deum neque scipsum,nec aliquem alium, veraciter diligit.Sed impletur in eo
quod scriptum est,Qui diligit iniquitatem,odit animam suam [*qui diligit fratrem suum*] id est proximũ Psal.10.
spiritali charitatis affectu, [*in lumine manet*] id est in Christo ac gratia eius: secundum quod ipse monet,
Dum lucem habetis,credite in lucem,vt filij lucis sitis[*Et scandalum in eo non est*].i.nec alios scandalizat, Ioan.11.
quantùm ad hoc quod diligit, luminique inhæret : cũ scandalum sit dictum aut factum minus rectum
alteri præbens occasionem ruinæ. Nec scandalizatur ab aliis secundum quod talis , sed constans manet Ephe.4.
in rectitudine & virtute,éstque solicitus seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis:& impletur in eo il- Psal.118.
lud Psalmographi , Pax multa diligentibus legem tuam , & non est illis scandalum. Hinc asserit Paulus Rom.14.
ad Romanos,Si propter cibum frater tuus contristatur,iam nõ secundum charitatem ambulas. Verun-
tamen non est sic intelligendum , quòd omnis homo in charitate existens sit tantæ perfectionis , vt nec
actiuum neque passiuum scandalum in eo habeat locum, aut quòd omnis in quo scandalum est careat
charitate , nisi agatur de scandalo illo quod est mortale peccatum : sed ideo dicta sunt hæc, vt sciamus
quid competat homini,inquantùm charitati virtutibúsque adhæret:quid item, inquantùm inde deficit,
C aut aliqualiter elongatur, quia secundum hoc scandalizat & scandalizatur. Quocirca tangendum, quia
vt in secunda secundæ Thomas declarat, Scandalum passiuum interdum est veniale peccatum, vt dum
quis ex alterius dicto vel facto ad venialis peccati motum impingitur. Quandoque mortale,vt si inde ad
culpam ruat mortalem. Similiter scandalum actiuum per accidens est veniale peccatum,quando quis a-
ctũ venialis peccati, vel qui solùm habet speciem mali cõmittit. Quandoque verò est mortale peccatũ,
vel quia mortale peccatũ cõmittit,aut quoniam proximi salutem cõtemnit,nolens propter eam omitte-
re quod complacet sibi,& sine periculo potest dimittere. Porrò scandalum actiuum per se ex intensio-
ne agentis tunc extat mortale, quando quis alium ad peccandum mortaliter conatur inducere. Si verò
ad veniale velit inducere,erit veniale peccatum.[*Qui autem odit fratrem suum,*]iuxta sensum præhabitum
[*in tenebris est*] omne enim peccatum est tenebræ, similiter omnis error & ignorantia: cùm sint recessus
lumine sapientiæ ac puritate virtutum.

¶Denique in scripturis per tenebras designantur interdum errores & vitia, sicut hoc loco & 2. ad Co- 2.Cor.6.
rinth.Quæ est societas luci ad tenebras? Atque in psalmo, Fiat via illorum tenebræ & lubricum. Inter- Psal.14.
dum per tenebras significatur temporalis aduersitas , seu corporalis afflictio, seu quæuis tribulatio ma-
gna.Vt cũ Esaias loquitur de seipso,Tenebræ obstupefecerũt me.Et Sophronias, Dies iræ dies illa,dies Esa.21.
tenebrarũ & caliginis. Quandoque homines vitiosi,sicut in Ioanne, Tenebræ eam non comprehende- Sopho. 1.
runt.Et ad Ephesios, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus rectores Ioan.1.
D mundi tenebrarũ harum. Aliquando dæmones.Et sic accipi potest illud Matthæi vbi ait Saluator,Hæc Ephes.6.
est hora vestra & potestas tenebrarum. Nonnunquam infernus vt cũ de impiis dicitur, proũcientur in Matth. 26.
tenebras exteriores. Interdũ tenebræ accipiuntur in bono, puta pro superabundanti & inuisibili abun- Matth.22.
dantia lucis diuinæ:iuxta illud psalm. Posuit tenebras latibulum suum.Moses quoque in Exodo legitur Psal.17.
intrasse caliginem,in qua erat deus.Similiter 2.Paralipomenon loquutus est Salomon,Dominus dixit,vt Exod.20.
habitaret in caligine.Frequentius autẽ tenebræ accipiuntur in malo,videlicet pro erroribus & peccatis. 2.Par.6.
De quibus subiungitur,[*Et in tenebris ambulat*].i. vitiosè viuit,& per errores ac vitia pergit ad inferni sup
plicia . Nec tamen ritè aduertit hoc ipsum secundum quod subditur, [*Et nescit quo eat*] id est quantam
damnationem mereatur,non pensat, & quantùm propinquet gehennæ non intuetur [*Quoniam tene-
bræ obcæcauerunt oculos eius*] id est intellectum eius atque memoriam, errores & vitia impleuerunt,ita,
quòd nihil salubriter videt . Sicut de talibus loquitur Hieremias.4.Sapientes sunt vt faciant mala , bene
autem facere nescierunt.De quibus & sapiẽtiæ.2.asseritur, Excæcauit eos malitia corũ.Et ad Romanos
primo,Obscuratum est insipiens cor eorum.Hinc prouerbiorum.4.habetur, Via impiorum tenebrosa Prouer. 4.
nesciunt vbi corruunt.¶Et si obiciatur,quòd quidam ex certa scientia peccant,qui peccando sciunt se
cadere in foueam perditionis . Respondetur , quòd quamuis in generali atque informiter sciant hoc,
non tamen cognitione formata . propter quod omnis peccans fertur ignorans. Et in prouerbiis indu-
citur,Omnis via viri recta sibi videtur.Non enim malum nisi sub specie boni expetitur,cùm bonum sit Prouer.21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

appetitus obiectum. Consequenter tangit sanctus Ioannes distinctionem eorũ quibus scribit, & causas E
diuersas, propter quas scripsit diuersis [*scribo vobis filioli.*] filios suos specialiter nominat, quos personaliter conuertit, instruxit seu baptizauit, quemadmodum talibus loquitur Paulus Galatis scribens, Filioli mei, quos iterũ parturio, donec formetur Christus in vobis. Galat..4.
Corinthiis quoque, In Christo, inquit, per euangelium ego vos genui. Vel filiolos vocat pueros ac tenellos, in fide recentes. 1.Cor.4.
Itaque scribo vobis filioli [*Quoniam remittuntur vobis peccata*] vestra [*propter nomen eius*] id est virtute & merito Christi, atque per inuocationem ipsius cõsequuti estis remissionem plenariam peccatorum vestrorum primitus in baptismo, deinde (si opus fuit) in pœnitentiæ sacramento. Etenim ecclesiastica sacramenta, vt sæpe dictum est, virtutem & gratiam suam sortiuntur à merito Saluatoris [*Scribo vobis patres*] qui estis aliorum prælati, magistri, aut superiores [*quoniam cognouistis eum, qui ab initio est*] id est deum verum æternum, vnum ac trinum præ cæteris nostis, ita quòd doctiores sapientioréque estis. Propter quod debetis alios informare, dirigere corirpere, castigare, & tantò virtuosiores exemplarioréque esse, quantò ex hoc maior consequitur honor dei, ac copiosior proximorum vtilitas, quantò etiam peccata vestra vobisipsis ac aliis grauius nocent [*scribo vobis adolescentes, quoniam vicistis malignum*] id est diabolum, specialiter fornicationis spiritum: qui malo igne, hoc est concupiscentiæ flamma accẽdere vos conatur, contra quem adolescentibus specialior pugna instat. Ideo isti magna laude fuerant digni, qui iam carnem Galat.5.
suam cum vitiis & concupiscentiis crucifixerunt. [*scribo vobis infantes, quoniam cognouistis patrem*] id est F
deum creatorem iam per fidem aliqualiter cognouistis: cui quotidie dicitis, Pater noster qui es in cælis. Matth.6.
Hoc de infantibus aliqualiter adultis & aliquid rationis participantibus, est intelligendum. Vnde per Hieremiam loquitur deus, Omnes cognoscent me à minimo eorum vsque ad maximum. Hiere.31.
Vel per infantes intelligit humiles. De quibus ait propheta, Testimonium domini fidele, sapientiam præstans paruulis. Et Saluator, Confiteor tibi pater, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. De quibus Christus ait per Esaiam, Ecce ego & pueri mei. De infantibus vero secundum primam expositionem ait in Euangelio, Sinite paruulos venire ad me: talium est enim regnum cælorum [*Scribo vobis iuuenes, quoniam fortes estis*] id est corpore validi, atque per hoc ad exercitia virtuosa magis dispositi [*Et verbum dei in vobis manet*] id est præceptorum documentorúmque dei habetis memoriam & effectum. Increatum etiam verbum dei vnigenitus patris per charitatem & gratiam corda vestra inhabitat [*Et vicistis malignum*] id est diabolo efficaciter restitistis ac præualuistis, vitia illa vincendo ad quæ iuuenilis ætas est promor.

Pſalm.18.
Matth.11.
Esa. 8.
Marc..12.

Prosequutio huius capitis ab illo loco, [*Nolite diligere mundum.*]

Articulus III. G

Matt. 5.
1. Tim. 4.

SAnctus Ioannes postquam distinctis per gradus ætatum hominibus, propter distinctas rationes se scripsisse testatus est: nunc ponit documenta moralia, quæ vniuersis & singulis communiter scribit ac præcipit: quia ad cunctos pertinent Christianos. Itaque ait, [*Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. si quis dilexerit mundum, non est charitas patris in eo*] Quomodo intelligendum est hoc, cùm non solùm amicos ac virtuosos, sed etiam inimicos ac vitiosos iubemur diligere, & teste Apost. Omnis creatura dei bona est. Imò teste scriptura, Vidit deus cuncta quæ fecit, & erãt valde bona. Diligit etiam deus vniuersa quæ condidit, & nihil odit eorum quæ fecit. Denique in mundo sunt multi iusti, in mundo sunt animæ rationales, & nos omnes in mundo sumus, & omnia ista amare præcipimur. Quomodo igitur ait, nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt? ¶ Est itaque aduertendum, quòd mundus in scripturis præsertim in euangelio sancti Ioannis, atque in ista eius epistola, variis modis accipitur. Primò, pro toto vniuerso, sicut alibi idem Ioãnes, Mundus, inquit, per ipsum factus est. Et Christus loquitur deo patri, Dilexisti me ante constitutionẽ mundi. Sic & apud Matt. effatur, Venite benedicti patris mei, possidete paratũ vobis regnum à cõstitutione mundi. Secundò, accipitur mundus pro cunctis hominibus in terra morantibus, tam bonis quàm malis: vt dum ad Corinthi. loquitur paulus, Deus erat in Christo, mundum H
reconcilians sibi. Tertiò, pro electis & bonis: iuxta illud, Sic deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Quartò, pro vitiosis ac reprobis: vt cũ ait deo patri Saluator, Non pro mundo rogo. Quintò, pro creatura corporali sub orbe lunę cõtenta, hoc est pro regione elemẽtorum atque mixtorũ. Iuxta quem modum ait philosophus, Oportet hunc mundum cõtiguum esse lationibus superiorum, vt tota virtus eius inde gubernetur. Et isto modo loquuntur theologi de conflagratione mundi per ignem. Et beatissimus princeps apostolorũ asserit mundum diluuio inundatũ periisse, quãuis diluuium illud sphęram ignis elemẽtaris nõ attigit. Sed nec ignis cõflagrationis eam attinget. Sed ignis ille, vt dictum est, attinget aquam, terram & aërem, elementáque omnia. Sextò, pro habitabili terra: vt cũ ait Saluator, Prædicabitur euangelium in vniuerso mundo. Sicque dicunt Astronomi, quòd minima stella visibilis maior est toto mundo. Septimò, pro vanitate & impietate mundana. Et ita nunc accipi potest. Potest quoque nunc accipi pro carnalibus ac mundanis hominibus, de quibus fertur alio loco, Mundus eum non cognouit. Qui quãuis sint diligẽdi, quantũ ad id quod habent à deo, secundum quod etiam diliguntur ab eo, tamen inquantũm sunt vitiosi, odiendi sunt, non amãdi: iuxta illud, Iniquos odio habui. Et, perfecto odio oderam eos. Sic quippe & deus odit eos: secundum illud psal. Odisti omnes qui operantur iniquitatem. Et illud Sapientis, Odio sunt deo impius, & impietas eius. Odit, inquam, eos deus, vt tales, secundum præsentẽ iustitiam: quãuis multi huiusmodi sint electi & dilecti, secundũ prædestinationem æter-

Gene.1.
Sap.11.
Ioan.17.
Matt.25.
2.Cor.5.
Ioan.3.
Ioan. 17.
Ioan.1.
Pſal.11.
pſalm. 138.
Pſalm.5.
Sap.14.

A odit patrem suum & matrem, & vxorem & filios, ille non potest meus esse discipulus. Insuper non diligamus ea quæ in mũdo sunt, id est vanitates & vitiositates mundanas. De quibus paulò post subditur, Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, &c. Certum est autem, quòd si quis prætacto modo dilexerit mundum, non esse charitatem dei patris in eo. Sic enim diligere mundum, est carnalis, sensualis, vitiosa dilectio. De qua ad Timot. loquitur Paulus, Erunt homines amantes seipsos, elati, cupidi, 2.Tim.1.
quæ cum spirituali dilectione simul stare non valẽt. Sicut per Esaiã asserit spiritus sanctus, Coangustatum est stratum, ita vt alter decidat, & duos capere simul nõ possit. Hoc etenim stratum est fundus cordis humani, in quo pariter quiescere nequeunt amor mundi & amor dei, carnalis affectio, & spiritualis Esa. 28.
dilectio: sed alter alterum pellit. Hinc, vt supra iam patuit, Iacobus dixit apost. Amicitia huius mũdi inimica est deo. Quicunque ergo voluerit amicus huius mundi fieri, inimicus dei constituetur. Ideo cecinit & Psalmista, Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent: confusi sunt, quoniam deus spreuit Iacobi.4. Pſalm.52.
eos. Paulus quoque, Si hominibus, inquit, placerem, Christi seruus non essem. Vnusquisque siquidem, Galat.1.
ei quem amat, cupit placere. Denique ratio, & quasi expositio prædictorum subiungitur, [*Quoniam omne quod est in mundo*] id est tota vitiorum congeries in carnalibus ac mundanis existens hominibus [*Concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ*] id est triplex hæc inordinata affectio es-
B sentialiter aut reductiuè. Quia hæc tria sunt quædam generales vitiorum radices, ad quas vniuersa peccata quodammodo reducuntur. Vnde Beda hîc scribit, His vitiorum vocabulis omnia vitiorum genera comprehendit. ¶ Concupiscentia nanque carnis, est omne quod ad corporis voluptatem atque delitias Prouer.30
pertinet. In quibus præcipua sunt cibus, potus, concubitus. De quibus Salomon ait, Sanguisugæ duæ sunt filiæ, dicentes. Affer, affer. ¶ Concupiscentia oculorum est omnis curiositas, quæ sit in discendis nefariis artibus, in inspiciendis spectaculis turpibus, aut in accipiendis seu conseruandis temporalibus rebus superfluis: aut obseruandis, cognoscendis seu accusandis vitiis proximorum.
¶ Superbia vitæ est cum quis se iactat in honoribus. Per hæc tria homines tantùm tentantur. Per hæc tria tentatus est Adam & victus. Per concupiscentiam scilicet carnis, cum hostis cibum ligni vetitum ei monstrauit, eique ad consentiendum persuasit. Per concupiscentiam oculorum, cum dixit, Scientes bonum & malum, & aperientur oculi vestri. Per superbiam vitæ, cum ait, Eritis sicut dii. Gene.3.
¶ per hæc etiam tria Christus tentatus est, & vicit. per concupiscentiam carnis, cum satanas dixit, Dic vt lapides isti panes fiant. per concupiscentiam oculorum, id est, curiositatem, quando hostis suggessit, Mit Matth.4.
te te deorsum. per superbiam vitæ, cum dicere ausus est, Hæc omnia (scilicet mundi regna) tibi dabo, si Luc.4.
cadens adoraueris me. Nempe, vt asserit Augustinus (ex cuius verbis præinducta Bedæ verba sunt sumpta) curiositas aliquando Dei famulos tentat, vt velint miracula facere, & experiri, an Deus exaudiat eos, Auguſt.
C Itaque ad concupiscentiam carnis pertinent ioci, ludi, risus, dissolutiones, oscula, & amplexus, comessationes, potationes, lasciui contactus, & cætera vitia gustus ac tactus. Ad concupiscentiam oculorum pertinent, cupiditas, auaritia, curiositas. Ad superbiam vitæ, ambitio sæculi, desiderium prælationis, excellentiæ appetitus, famæ, laudis, honoris inordinata affectio. Vt autem Gregorius docet, quatuor sunt spe Grego.
cies superbiæ. Prima est, dum quis bona quę habet, se à deo accepisse non recognoscit. Secunda, dum credit suis meritis ea sibi esse collata. Tertia, dum se iactat habere, quod non habet. Quarta, quando despectis aliis singulariter vult videri.
¶ Insuper circa hunc locum scripsit Albertus, peccata distingui possunt tripliciter. Primò, ex parte subiectorum, in quibus sunt. Secũdò, ex parte obiectorũ, circa quæ versantur. Tertiò ex parte actionũ, quæ in eis concurrunt. Peccatum nanque nil aliud est, quàm priuatio quædam aut actio quædam deformis.
¶ Quælibet autem actio potest tripliciter considerari. Primò, per respectum ad suum subiectum. Secundò, per respectum ad suum obiectum. Tertiò, secundum se, vt est actio habens deformitatem. Ex parte igitur subiectorum, sunt tres prædictæ radices vitiorum. Nam cõcupiscẽtia oculorũ videtur esse in appetitu rationali: concupiscentia carnis in appetitu concupiscibili, superbia vitæ in irascibili.
¶ Secundò, peccata distinguuntur ex parte obiectorum. Omnia enim peccata conueniunt in hoc, quòd auertũt nos à summo & incommutabili bono, & conuertũt nos ad bonum commutabile & caducum. Secundum autem huiusmodi auersionem & conuersionem possunt peccata distingui dupliciter, scili-
D cet generaliter & specialiter. Generaliter sic, quia (vt tactũ est) omnia peccata conueniunt in hoc, quòd à deo auertunt & faciunt nos eum contemnere. Et sic accipitur vnum vitium capitale, quod est superbia: quia initium omnis peccati superbia est, vt dicitur in Ecclesiastico. Prout verò omnia peccata con- Eccle.10.
ueniunt in hoc quòd conuertunt nos ad temporalia & caduca, accipitur aliud vitium capitale quod est Tob. 4.
cupiditas: iuxta illud primę ad Timotheum, Radix omnium malorum est cupiditas. Sic superbia & auaritia accipiuntur, vt sunt generalia peccata. Specialiter verò ex parte obiectorum, distinguuntur peccata 1.Tim.6.
hoc modo. Quia quicunque peccat, aut peccat commissione, aut omissione. Commissione potest quis peccare quatuor modis. Primò, circa bonum honorabile, illud inordinatè appetẽdo, & sic est inanis gloria. Secundò, circa bonum vtile, & sic est auaritia. Tertiò, circa bonũ delectabile, & hoc dupliciter. Quia vel delectabile spectat ad gustum, & sic est gula: vel ad tactum, & sic est luxuria. Omissione peccatur tripliciter. Nam quilibet Christianus tenetur ad tria, videlicet ad gratiarum actionem pro beneficiis à deo receptis: & cõtra hoc peccat acedia. Secundò, ad proximi dilectionem, & contra hãc peccat inuidia. Tertiò, ad iniuriæ relaxationem, cõtra quam peccat ira. Sic ergo accipitur distinctio septem peccatorũ mortalium, quæ & aliorum vitiorum radices vocãtur. ¶ Tertiò, distinguuntur ex parte actionum, quæ in eis concurrũt. Quicũque etenim peccat, aut ideo peccat, quoniã timet amittere aliquod bonũ, & propterea inordinatè se subiicit aliis: aut ideo peccat, quia desiderat consequi aliquod bonũ quo caret, & inflãmatur vt illud obtineat. Hinc super illud in psal. incẽsa igne & suffossa, loquitur Augu. q̃ omnia nostra pec Pſal.79.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cata procedunt,vel ex timore malè humiliante, vel ex amore malè inflammante.Hæc Albertus. Interdum etiam dicitur,quòd omniũ vitiorũ origo & radix est improbus & priuatus amor sui. Et hoc ideo, quoniam omnes affectiones ex amore originaliter profluunt. Sic itaq; eluceſcit, qualiter ſecundum diuerſas conſiderationes, ſit vna radix omnium vitiorum, videlicet amor improbus ſuiipſius:& qualiter ſint duę vitiorum radices,puta ſuperbia atq; cupiditas.Qualiter etiam ſint alię duę peccatorum radices, vt pote amor malè inflammans,& timor malè humilians:& qualiter tres,videlicet concupiſcentia carnis, concupiſcẽtia oculorum,& ambitio ſeculi ſiue ſuperbia vitæ,& qualiter ſeptem.Itaque omne quod eſt in mundo concupiſcentia carnis eſt,aut concupiſcentia oculorum,aut ſuperbia vitæ.Quod etiam intelligi poteſt,per modum hyperbolicę loquutionis,qua aliquid dicitur per exceſſum abſque mendacio,ad inſinuandum magnitudinem rei.Sicut & Ioſeph Pharao dixit,Abſque oris tui imperio nullus mouebit manum,aut pedem,in omni terra AEgypti. Et ita ſanctus Ioannes nunc profert hæc verba,ad inſinuandum quòd hæc tria mala magis abundant in mundo.Et ſubdit,[*Quæ*]triplex concupiſcentia.vel quę ſuperbia vitæ[*Non eſt ex patre*]quantùm ad ſuam deformitatem,ſeu obliquitatem culpabilem,[*ſed ex mundo eſt*] id eſt ex inordinata voluntate, ſeu appetitu corrupto hominum mundanorum. Voluntas enim creata,inquantùm ex nihilo eſt & defectiua in ſe,eſt prima peccati origo. Sic enim competit ſibi ex ſeipſa deficere & peccare. ¶Si autem obiiciatur, quòd omne eſſe & omnis actio ſunt à deo: ergo & vitioſæ actiones & prauæ concupiſcentiæ,in quibus ſunt reales & poſitiuæ entitates,quæ à primo ente primordialiter manant. Reſpondetur, quòd talia ſunt à deo quantùm ad entitatem exiſtentem in eis, non quo ad eorum deformitatem.Vnde dici ſolet,quòd ſunt à deo quantùm ad ſubſtantiam actus, vel quantùm ad ſuum materiale:non quantùm ad ſuum formale, quæ eſt ipſa deordinatio actus, quæ non eſt aliquid poſitiuum,ſed priuatio ſpeciei modi ac ordinis.Si itaque cupimus in charitate proficere, & diuino amore ſuccendi, à prædicta triplici concupiſcentia interiora noſtra purgemus. Siquidem quantò ab ea non amplius emũdamus,tantò in ſpiritali amore plenius creſcimus,ſalubriúſque proficimus. Idcirco ad nullam rem creatam,carnalem, ſenſibilem, aut caducam inordinatè ſiue ſuperfluè afficiamur: ſed ordinatè duntaxat & ſapienter ac virtuosè,vtpote inquantùm nobis neceſſaria, vtiliſſve conſiſtit ad dei obſequiũ & honorem,ad ſpiritalem profectum,ad incrementum ſcientiæ ac virtutum,ac diuiini inflammationem amoris [*Et mundus tranſijt,*] vel(vt alij textus habent) tranſit. Hoc multipliciter poteſt intelligi. Primò, quòd per ignem conflagrationis purgabitur, atque ad meliorem diſpoſitionem perducentur in die iudicij,prout diffusè expoſitum eſt.1.Petri. Secundò. quòd mundus iſte inferior, ſcilicet regio elementorũ & mixtorum variatione conſiſtit cõtinua & præterit in multis eius figura: præſertim in generabilibus & corruptibilibus,quo ad ſe tota. Vnde Corinth. dicitur, Qui vtuntur hoc mundo, ſint tanquam non vtentes,præterit enim figura huius mundi.Tertiò,quòd mundus tranſit,id eſt mundani vitioſique homines inceſſanter deficiunt,ad mortem feſtinant,non ſolùm ad mortem naturæ,ſed etam culpę ac infernalis miſeriæ.Vnde & apud Sapientem fatentur,Vmbræ tranſitus eſt tempus noſtrum.De quibus habetur in pſalmo,Tanquam fœnum velociter areſcent,& quemadmodum olera herbarum citò decidẽt.Itémque,Quomodo facti ſunt in deſolationem?ſubitò defecerunt, perierunt propter iniquitatem ſuam [*Et conculpiſcentia eius*]id eſt præfata triplex cõcupiſcentia hominum mundanorum celeriter finem accipiet: quia ſimul cum impiis peribit:iuxta illud Pſalm. Exibit ſpiritus eius,& reuertetur in terram ſuam,in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.Hinc primo Machab.habetur, A verbis peccatoris ne timueritis,quia gloria eius ſtercus & vermis.Hodie extollitur & cras non inuenitur:quia conuerſus eſt in terram ſuam,& cogitatio eius periit. Hinc ait Gregorius, Qui labentu mundo inhæremus, cum ipſo cadimus quem labentem tenemus.Et ſicut qui rebus labentibus innititur, eis cadentibus labitur:ſic qui rebus cæleſtibus & æternis inhæret, cum eis perpetuò permanebit.Propter quod ſubditur, [*Qui autem facit voluntatem dei*] id eſt deo in cunctis obedit [*Manet in æternum,*]id eſt ſpiritalem vitam nunquam amittit,quamuis corporaliter moriatur.Quia de vita gratiæ perducetur ad vitam gloriæ, & deo vnietur beatificè ſine fine.Non ergo mente inhæreamus rebus carnalibus,fallacibus & caducis:ſed ſummo & inuariabili bono,illud ſuper omnia diligentes, ſeruidè cupientes,reuerenter colentes,& ſemper ſperantes in ipſo : vt cum propheta dicere valeamus, In deo ſalutare meum, & gloria mea, deus auxilij mei, & ſpes mea in deo eſt.Et iterum,Mihi adhærere deo bonum eſt:ponere in domino deo ſpem meam. Alioquin cum inſenſatis amatoribus ſæculi huius damnati,ſerò dicemus illud Sapientiæ, Quid nobis profuit ſuperbia, aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis ? Tranſierunt omnia illa tanquam vmbra. Conſequenter armat ac roborat credentes contra perfidorum ſallacias. [*Filioli*] mei [*Nouiſſima hora eſt*] id eſt vltima mundi ætas durans à Chriſti aduentu vſque ad diem iudicij. Quæ quamuis videatur diuturna, tamen comparatione durationis futuri ſeculi,quaſi breuiſſima hora eſt.Vnde & Paulus fatetur, Nos ſumus in quos fines ſeculi deuenerunt.Hinc in ſcripturis veteris teſtamenti tempus Chriſti & Euangelicæ legis appellatur dies nouiſſimus, vt cum Iacob patriarcha ait, Congregamini vt annunciem vobis quæ ventura ſunt vobis in nouiſſimis diebus.Et quæ ibi prædicit, pro maxima parte ad primum Chriſti ſpectant aduentum. Apud Ioëlem quoque ſecundum antiquam tranſlationem (qua in Actis beatiſſimus vtitur princeps apoſtolorum) habetur, Et erit in nouiſſimis diebus, dicit dominus, effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem: quod in die Pentecoſtes ſacratiſſimus Petrus impletum eſſe diſſeruit. ¶Nec moueat quenquam,quòd hæc vltima ætas mundi præcedentibus mundi ætatibus eſt protractior:cùm & vltima vnius hominis ætas frequenter diuturnior ſit multis præcedentibus ætatibus eius. Decentiſimum quoque eſt,& ad præcipuam infinitæ miſericordiæ dei pertinet laudem, quòd ætas ad tempus gratiæ legémque Chriſti pertinens conſiſtat diffuſior, vt plures in ea ſaluentur: præſertim cùm ætas iſta ſit præcedentium finis ætatum.Inſuper poteſt & ita exponi, Nouiſſima hora eſt,id eſt tempus

Gene.41.

1.Corin.7.

Sapien.2.
Pſalm.162.
Pſalm.7.
Pſal.145.
1.Mac.2.
Gregor.
Pſalm.61.
Pſal.72.
Sap.5.
1.Cor.10.
Gene. 46.
Ioël.2.
Act.2.

quod circa mundi finem venturũ eſt perſequutione Antichriſti durante,nunc eſt per ſimilitudinem ſeu conformitatem & æquiualentiam ac myſticam deſignationem. Iuxta quem modum ait in Euangelio Chriſtus, Si vultis ſcire,Ioannes ipſe eſt Helias. In Geneſi quoque, Catulus leonis Iuda.Tempore nanque apoſtolicæ prædicationis, tanta fuit fidelium ab hæreticis & tyrannis afflictio, quòd perſequutionem Antichriſti præfigurauit. Propter quod ad Theſſalonicẽſes Paulus conſcriplit,Myſterium iam operatur iniquitatis, [*Et ſicut audiſtis quia Antichriſtus venit*] Hoc tripliciter poteſt intelligi. Primò ſic,Sicut audiſti à veris Euangelicæ legis prædicatoribus,quòd Antichriſtus ſuo tempore veniet. Habet nanque ſanctus Ioannes frequenter talem modum loquendi, hoc eſt ponendi præſens pro futuro. Vt cùm in Euangelio ſuo ait, Colligent eum, & in ignem mittent,& ardet.Secundò ſic,Sicut audiſtis ab aliquibus, quantùm ad hoc malè opinantibus, quòd Antichriſtus venit. Hoc nanque ob cauſam prætactam aliqui tunc putabant: ſicut & interim hoc frequenter putatum eſt. Tertiò ſic, Audiſtis veraciter quia venit Antichriſtus iam, non in propria perſona,ſed in figura.Hoc eſt in aliquo impio,eum præfigurante.Ac ſi dicat,Verè ſic eſt. Nam ſubditur, [*Nunc Antichriſti multi facti ſunt*] id eſt propria libertate tam ſcelerati effecti ſunt,vt ritè Antichriſti,id eſt Chriſto valde contrarij appellentur. Siquidem Antichriſtus dicitur ab anti,quod eſt contra,& Chriſtus. Tales fuerunt Ebion & Cherintus ac Marcion impiiſſimi hæreſiarchæ, qui adhuc viuente ſancto Ioanne Euangeliſta ſurrexerunt in Aſia. Sed & alij multi in diuerſis partibus mundi. Tales item fuerunt tyranni. Beda quoque hîc ait, Qui catholicam fidem, quam verbis confitentur, peruerſis commaculant actibus, Antichriſti, id eſt Chriſto contrarij nuncupantur.Et maximè qui alios ſcandalizant & trahunt ad vitia,atque ſalutem impediunt proximorum, Antichriſti merentur vocari. A quibus, teſte Bernardo, grauiorem Chriſtus ſuſtinet perſequutionem, quàm ſuſtinuit à Iudæis [*Vnde ſcimus*] id eſt ex iſto cognoſcimus [*Quia nouiſſima hora eſt,*] id eſt tempus Antichriſti in fine mundi futurum, iam per ſimilitudinem, æquiualentiam quandam, & myſteriaiter aduenit, ſeu vltima mundi præſens eſt ætas. Vnde primę ad Timotheum loquitur Paulus, In nouiſſimis diebus diſcedent quidam à fide attendentes ſpiritibus erroris [*Ex nobis,*] id eſt ex noſtra collectione [*Prodierunt*] quia ad tempus fuerunt nobiſcum & fideles, vt videbatur, extiterant [*ſed non erant ex nobis*] id eſt ad noſtram ſocietatem non pertinebant ſecundum diuinam prædeſtinationem, nec ſecundum fidei veræ conſtantiam [*Nam ſi fuiſſent ex nobis*] modo præfato, vtpote veri & conſtantes, ac prædeſtinati catholici [*Permanſiſſent vtique nobiſcum*] in fide & Eccleſiaſtica vnitate [*Sed vt manifeſti ſint, quia non ſunt omnes ex nobis*] id eſt ad hoc deo diſponente eorum error innotuit. Vel idcirco ego Ioannes hæc ſcribo, ſeu, ideo exierunt, vt manifeſtentur & cognoſcantur eſſe hæretici,non verè catholici: ne latendo diutius plures fallant catholicos. In præſenti etenim vita,bonis mali miſcentur, ſicut in corpore animali mali humores bonis miſcentur humoribus. Et ſicut corpus naturale purgatur ac releuatur, dum mali ab eo expelluntur humores: ſic myſticum corpus Eccleſiæ, dum vitioſi & reprobi ſeparantur à veris & viuis membris ipſius. Hinc Chriſtus comparat Eccleſiam ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti. In cœna quoque nouiſſima, proditore egreſſo & filiis lucis ſecum manentibus dixit, Nunc clarificatus eſt filius hominis. Introducto vituperio hæreticorum, tangit ſanctus Apoſtolus præconium catholicorum, quatenus oppoſita iuxta ſe poſita clarius innoteſcant [*ſed vos*] catholici & conſtantes [*Vnctionem habetis a ſancto*] id eſt illuminationem, conſolationem,inflammationem accepiſtis à deo, ſeu ſpecialiter à ſpiritu paracleto eſſentialiter ſancto : qui varios effectus internos ac ſecretiſſimos per fidem & charitatem ac ſapientiæ donum, aliáque gratiæ ſuæ chariſmata in ſuorum operatur cordibus electorum,per quæ eos in fidei veritate mirabiliter roborat, atque per guſtum occultum,per ſupernaturales irradiationes, gratioſiſſimas viſitationes, inflammationes cæleſtes, admirabiles præuentiones,per raptus & myſticas contemplationes,per exuberantiſſimas diuinorum munerum adimpletiones,mẽtes electorum ſuorum in fidei ſynceritate,in eccleſiaſtica vnitate,immobiles ac certiſſimas reddit.ita, vt per experientias ſupernaturales clariſsimè ſciant, quòd vera & ſancta ſit catholicæ militãtis Eccleſiæ fides.Propter quod loquitur Chriſtus, Spiritus ſanctus docebit vos omnia, & ſuggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis. Hinc ſubditur, [*Et noſtis omnia*] non omniſariè omnia,ſed omnem articulorum fidei veritatem, & cuncta neceſſaria ad ſalutem:iuxta illud Ioannis decimoſexto,Cùm venerit ille ſpiritus veritatis,docebit vos omnem veritatem.Vnde & rurſus Chriſtus dixit Apoſtolis, Omnia quæcunque audiui à patre meo annunciaui vobis. Porrò vnuſquiſque ſecundum exigentiam ſui ſtatus ſeu gradus ſiue officij debet eſſe inſtructus.Hinc Timotheo Paulus ſcribit apoſtolus, Dabit tibi dominus de omnibus intellectum. Et Iacobus ait, Si quis indiget ſapientia, poſtulet à deo, qui dat omnibus affluenter, & dabitur ei. [*Non ſcripſi vobis,quaſi ignorantibus veritatem,*]ſcripturæ, & neceſſarium ſaluti [*ſed quaſi ſcientibus eam*] vt proficiatis in ea, & roboretur cor veſtrum magis ac magis in fidei theoria. Quia,vt in prouerbiis habetur,Audiens ſapiens,ſapientior erit.Et rurſus Salomon ait,Da ſapienti occaſionem,& addetur ei ſapientia.Sic & Paulus apoſtolus, Scientibus,inquit, legem loquor. Et denuo,Tanquam in memoriam vos reducens.Hoc quoque vobis ſciẽtibus[*Quoniam omne mendacium ex veritate non eſt*] id eſt nulla falſitas à ſumma veritate proceſit : ideo qui mentitur quantùm ad hoc,non eſt ex deo. Et qui fidei ac ſcripturis aut determinationi Eccleſiæ contradicit, à deo auerſus eſt,& falſitati ſubiectus, eiúſque filius:de quo ait Saluator, Diabolus in veritate non ſtetit, quia veritas non eſt in eo.Cùm loquitur mendaciũ,ex proprio loquitur:quia mendax eſt,& pater eius, id eſt pater mendacij.Diabolus ergo eſt origo mendacij, qui & angelis in cælo & protoplaſtis hominibus in paradiſo impietatem & falſitatẽ ſuggeſsit. Quemadmodum autem voluntas creata, inquantùm ex nihilo & defectiua,eſt peccati origo:ſic intellectus creatus inquantũ defectiuus,& ex nihilo procrea-

Matth.11.
Gene. 49.
2.Theſ
Ioan.15.
Bernard.
1.Tim.4.
Matth.13.
Ioan.13.
Ioan.14.
Ioan.15.
2.Tim.2.
Iaco. 1.
Prou.18.
Prouer. 9.
Roma.7.
Rom.15.
Ioan.8.
Eſa.4.
Gene.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus,falsitatis origo censetur.Veritas autem seu verum,secundum quod tale nequaquam mendacij causa E
aut fons est:cum agens simile sibi producat. [*Quis est mendax*] mendacio superstitionis,& veræ religioni
fideique contrario[*Nisi is qui negat quoniam Iesus non est Christus?*]propositionem hanc negatiuam,Iesus
Nazarenus non est Christus in lege & prophetis prænunciatus ac promissus,concedit,seu veram esse af
firmat. Quòd autem iste sit sensus,& quòd ita hoc loco accipiatur verbum hoc, negat, sequentia verba
testantur [*Hic est Antichristus*]id est infidelis,Christo cõtrarius[*Qui negat patrem & filium*] id est qui ne-
gat in diuinis esse personam patris æterni,& personam vnigeniti filij eius.Hoc autem negat,qui negat Ie
sum esse Christum. Nam Iesus in veritate est Christus filius dei patris, prout ipse per scripturas atque
miracula demonstrauit. Qui autem negat filium dei, negat & patrem ipsius: quoniam pater & filius
correlatiua dicuntur.Relatiua autem sunt simul natura. Nam vno posito, ponit & alterum: & vno abla
to, ausertur & alterum.

¶Pater quoque & filius substantialiter idem sunt.Idcirco vno negato,negatur & alter.Iterum,Christus
dicitur quasi vnctus,ita quòd in nomine Christi intelligitur persona vngens,scilicet pater, persona vn-
cta,videlicet filius,ipsa quoque vnctio quæ est spiritus sanctus, Qui itaque negat Christum vnctũ, ne-
gat & patrem vngentem, qui nomine Christi datur intelligi.Hinc subditur, [*Omnis qui negat filium, nec
patrem habet*].i. deũ esse patrẽ non admittit, nec verè deũ habet quem colat.i.deum non colit veraciter:
sed maximè derogat ei,cuius æternã generationẽ non credit.Idcirco loquitur Christus,Qui non hono- F
Ioan.3. rificabit filiũ, non honorificabit patrẽ, qui misit illũ.Et iterũ ait Iudæis incredulis, Est pater meus, quẽ
Ioan.8. vos dicitis quia deus noster est,& non cognouistis eum[*Qui confitetur filium, & patrem habet*] id est patrẽ
etiam confitetur,cùm filiusreferatur ad patrem,& talis colit ac fide cognoscit patrem[*Vos autem ob quod
initio audistis,in vobis permaneat*] id est fides & euangelica doctrina,quam ab exordio vestrę conuersatio-
nis à me aliisque Christi prædicatoribus didicistis,perseueret in cordibus vestris.Beati enim,qui audiũt
verbum dei,& custodiunt illud.Vnde Paulus redarguit Galatas,eò quòd non perseuerauerunt in euan-
gelica veritate,quam docuit eos.Et addit,quòd licet angelus eis annunciaret oppositum,tanquam ana-
Luc.11. thema illud arbitrarentur. [*si in vobis permanserit quod ab initio audistis*] id est euangelicam doctrinam
Gal.1.3. memoria & effectu seruaueritis, credendo ac conseruando iuxta Christi doctrinam & iussionem.
[*Vos in filio & patre manebitis*] id est patri & filio per fidem & charitatem ac obedientiam stabiliter
adhærebitis, & eritis patri filióque vniti, in via per gratiam, atque in patria per gloriam. Propter quod
filius protestatur, Omnis qui audit verba mea & facit ea,assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit do-
mum suam supra petram. Porrò patre & filio nominatis, intelligitur superdulcissimus paracletus ado-
randus spiritus sanctus: qui est patris ac filij nexus amor & osculum, cõmunéque germen,& coæternũ
profluuium,secundũ Didymum in libro de Spiritu sancto, Quicunque enim manet in vna trium æter- G
narum ac superuenerabilium personarum, manet in omnibus tribus:& qui diligit colítque vnam, amat
& colit omnes.Et quasi interrogaremus,quo fructu,quo præmio in patre filióque manebimus,subdit,
[*Et hæc est repromissio*] id est res promissa. [*Quam ipse*] filius[*Pollicitus est nobis,vitam æternam*]id est per-
Matt.7. petuam fœlicitatem nobis pro mercede spopondit, dicens, Qui facit voluntatem patris mei, ipse intra-
Ioan.6. bit in regnum cælorum.Et rursus,Hæc est voluntas patris mei,qui misit me,vt omnis qui videt filium,
& credit in eum,habeat vitam æternam. Sed & alibi clarius loquens,ait, Pater,clarifica filium tuum,sic
ut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei.det eis vitam æternam. Hæc est autem
vita æterna:vt cognoscant te verum deum,&c. [*Hæc*]quæ de Antichristis iam natis dixi [*scripsi vobis de
his qui seducunt vos,*] vt eos vitetis atque in fide & charitate ac conuersatione integri maneatis. Seduc-
tores verò sunt,non solùm hæretici,sed & omnes qui vitiosis exemplis,prauis suggestionibus,blãdis pro-
missionibus aut comminationibus, seu alio quouis modo proximos suos decipiunt: siue ad perfidiam,
siue ad quamcunque culpam, præsertim mortalem eos trahendo. Quibus non sufficit damnatio pro-
pria,sed tanquam membra satellitésque diaboli, alios secum damnationi inuoluunt. De quibus loqui-
2.Tim.3. tur Paulus, Impij proficient in peius,errantes,& in errorem mittentes. Quibus timendum est quod ait
Matt.18. Saluator, Væ homini per quem scandalum venit. [*Et vos vnctionem quam accepistis ab eo*] id est præfata
vnctio spiritus sancti,gratia vobis ab eo infusa,charitas in cordibus vestris per spiritum sanctum diffu-
sa[*Maneat in vobis*] id est animas vestras solicitè custodite, ne peccando excidatis à gratia. Propter quod H
Salomõ cohortatur,Omni custodia custodi cor tuum.Et propheta Micheas nos admonet, vt cum deo
Proue.4. solicitè ambulemus.Paulus quoque,Cum metu,inquit,& timore ac tremore vestram salutem operemi
Miche.6. ni. Nempe si fecerit homo quod in se est,deus gratiã ei infundit, infusam custodit, custoditámque per-
Philip.5. ficit. Nec superbeatissimus deus quenquã relinquit,nisi relinquatur prius ab eo.Propter quod in libro
Iob asseritur,Si direxerit homo ad deum cor suum,spiritum illius & flatum ad se trahet.primóque Re-
gum Samuel monet, Præparate corda vestra domino.Salomon quoque, Hominis, inquit, est animum
Iob.14. præparare [*Et non necesse habetis,vt aliquis doceat vos*]id est tam gratiosè deus vos præuenit,tam copiosè
1.Reg.7. illuminat, vt non sit vobis necessaria instructio humana. Quod fuit in istis priuilegium speciale. Vel si
Proue.16. istud intelligatur de cunctis bonis fidelibus dictum,sensus est, Quòd si fecerint quod in eis est,deus eos
sufficienter informabit, quamuis eis humana desit instructio: quæ tamen si adsit, non est despicienda.
Nam deus per angelos sanctos ac homines instruit plebem,[*sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus*]per-
tinentibus ad salutem [*Et verum est*] quod docet vnctio illa, cùm sit directio optimi infallibilísque ma-
gistri,videlicet spiritus sancti [*Et non est mendacium*] in doctrina ipsius. Vnde doctrinæ sacræ scripturæ
nequaquam miscetur mendacium, quemadmodum doctrinis philosophorum [*Et sicut docuit vos*] per
seipsum per angelicam inspirationem,& per nostram prædicationem [*Manete in eo*] per fidem, charita-

A tem,& opera sancta.Propter quod ad Heb.dicitur,Doctrinis variis & peregrinis,nolite abduci. Hoc est Hebr.13.
quod in Prouerb.scriptũ est, Habe fiduciã in domino ex toto corde tuo,& ne innitaris prudẽtiæ tuę.In Prouer.38.
omnibus viis tuis cogita illũ,& ipse diriget gressus tuos.Hinc apud Iob inducitur, Acquiesce deo & ha-
beto pacem,& per hoc habebis fructus optimos.Hoc est,quod Tobias docet,Omnibus diebus vitę tuæ Iob.12.
deũ in mente habeto:& caue ne aliquando peccato cõsentias[*Et nunc filioli manete in eo*]cõstantes,vt nec Iob.4.
prospera,nec aduersa,nec mors,nec vita,nec dæmones,nec tyrãni,neque carnales amici,siue propinqui,
aut socij,à Christo vos ne trahant[*Vt cũ apparuerit*].i.suo tribunali fuerimus præsentati, siue in particu-
lari siue in generali iudicio[*Habeamus fiduciam*].i.conscientiã bonam & confidentiam ex ea nascentem.
Conscientia etenim pura,salubrem gignit fiduciam:quẽadmodũ cõsciẽtia praua formidinẽ. Iuxta quod
in lib. Sapientiæ scribitur,Semper præsumit fœua perturbata cõscientia[*Et non confundamur ab eo in ad-
uentu eius*].i.nõ reprobemur à Christo iudice summo in suo ad nos aduentu,per exequutionẽ iudicij:si- Sapien.7.
ue in monte,cũ particulariter iudicat quosque,atque per hoc spiritaliter, seu per affectum suæ iustitiæ,
venit ad eos:siue in die nouissimo,quãdo dicturus est reprobis, Ite maledicti in ignem æternum.Porrò
qui deficit inter aduersa,aut transgreditur dei præcepta,qui aduersarios odit,aut seipsum vlci scitur:hũc
Christus in iudicio tam particulari q̃ vniuersali,confundet. Quemadmodum in euangelio protestatur, Matth. 15.
Qui me erubuerit,& meos sermones,hunc filius hominis erubescet,cũ venerit in maiestate sua [*Si*] pro
B quia. [*scitis quia iustus est, scitote quoniam et omnis qui facit iustitiam*] id est actus insusæ iustitiæ.Et potest
hic sumi iustitia,prout est virtus communis:vt iustitiam facere asseratur,qui condignos pœnitentiæ fru
ctus exercet,qui deum cum debita reuerentia colit,totoque corde amat, & cætera dei obseruat præce- Lucæ.9.
pta.Talis[*Ex ipso natus est*]id est per gratiam gratum facientem spititaliter generatus. Vtpote in esse su-
pernaturali,ad promerendum vitam æternam idoneo,constitutus.¶Quotiescunque etenim quis peccat
mortaliter,spiritaliter moritur,si fuit in gratia:quoniam spiritale esse gratiæ gratumfacientis amittit. Et
quotiescunque per pœnitentiam ad statum salutis per gratiæ recuperationem reducitur,toties ex deo,
seu Christo renascitur.Veruntamen quoniam quidam præsciti ad tempus per gratiam operantur iusti
tiam,tales quamuis non sint ex deo nati sunt per prædestinationem,sunt tamen ex eo nati secũdum præ-
sentem iustitiam.Postremò iustitia hominum quãtumlibet perfectorum,in vita præsenti est plurimùm
imperfecta,& sæpe interrupta,multisque defectuosfitatibus mixta,variis culpis fuscata:& comparatione
honorificentiæ qua deus superdignissimus est,tã modica,imò magis tam nulla,vt Esaias testetur, Quasi Esa.64
pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ. In beatis verò qui indesinenter totis viribus deo intenti
sunt honorificentiamque impendunt,nec vlla culpa tanguntur,est suo modo perfecta iustitia.Deus ve-
ro in infinitum honorabilior est,quamuis ab vniuersis valeat honorari.

C ¶Elucidatio. Cap. III. [*Videte qualem.*] Articulus. IIII.



Anctus Ioannes præsenti capitulo dei beneficia ac promissa, atque moralia docu
menta, diffusius recitat dicens, [*Videte*] id est fideliter aduertite, acutè pensate.
[*Qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij dei nominemur,et simus*] hoc dupliciter
potest exponi.Primò sic,Qualem charitatem dedit nobis pater,id est quàm ma-
gnam,suam erga nos dilectionem nobis ostendit,seu quãtum se diligere nos mõ-
strauit,per hoc quòd contulit nobis gratiam istam talem ac tantam, vt adoptiui
filij eius vocemur & simus.¶Est enim consuetudo scripturæ, vt aliquid dicatur
fieri seu donari, quando eius factio seu donatio innotescit seu manifestatur. Matth.28.
Quemadmodum post resurrectionem Christi differuit,Data est mihi omnis po
testas in cælo & in terra:quæ vtique potestas sibi ab incarnationis exordio fuit collata. Sicque deus pa- Roma.8.
ter magnam charitatem nobis dedit per hoc quod eximiam suam dilectionem nobis per Christũ mon- Matth.5.
strauit, intantùm quòd per Christum eiusque discipulos protestatus est, nos esse adoptiuos filios suos Lucæ.6.
per fidem & charitatem.Vnde Saluator in Euangelio sæpius loquitur,Sitis filij patris vestri,quia in cæ- Galat.3.
lis est.Atque ad Galatas fertur,Omnes filij dei estis per fidem in Christo Iesu.Et alibi inducitur,Quot- Ioan.8.
quot receperunt eum,dedit eis potestatem filios dei fieri.Sicque per deum patrem hoc loco ritè intelli- Matth.6.
gitur trinitas deus,cui assiduè dicimus,Pater noster qui es cælis. Totius etenim superdignissimæ trini-
D tatis,vna est erga nos dilectio,& vna charitatis ad extra effusio:quoniam operatio eius ad extra est indi-
uisa, cum trium supereſſentialiũ personarum sit vna essentia,eadémque potestas.Secũdò exponitur sic,
Videte qualem charitatem dedit nobis deus,id est quàm sublimis,digna,& efficax sit charitas ipsa infu-
sa,virtus theologica,quam deus per creationem nobis largitus est:cuius tanta est virtus, ac eminentia,vt Roma.5.
per eam potissimè adoptiui filij dei efficimur & vocamur.Propter quod loquitur Paulus, Charitas dei Roma.8.
diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis'. Et rursus, Non accepistis, in- Ephes.5.
quit,spiritum seruitutis iterum in timore,sed accepistis spiritum adoptionis filiorum:in quo clamamus,
Abba,pater. Hinc rursus hortatur, Imitatores dei estote, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectio-
ne, sicut & Christus dilexit nos. [*Propter hoc mundus non nouit nos*] id est quia adoptiui filij dei sumus
per charitatem, per quam contemptis carnalibus ac terrenis diuina & æterna quærimus & amamus.
Idcirco carnales mundanique homines per approbationem non noscunt nos: imò quam verè virtuosa
deóque placita sit conuersatio nostra, prorsus ignorant. Nam Paulo teste, Animalis homo non per- 1.Corin.2.
cipit ea quæ sunt spiritus dei. Stultitia enim illi: & non potest intelligere. Hinc tales, prauis & mun-
danis excæcati affectibus, peruersè iudicant de spiritalibus & deuotis hominibus, eis præsertim quos
vident abiectè vestitos, & eos deridentes ac fatuos arbitrantur. Quemadmodum quarto Regum prin-
cipes viso discipulo Helisæi dixerunt ad Iehu. Quid venit insanus iste ad te? Vnde, vt Sapiens asserit, 4.Reg.9.
in fine dicturi sunt, Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. Sapien.5.

Universidad de Deusto Biblioteca

Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam. Idcirco autem mundus iste non nouit nos, [*quia non nouit eum*]id est deum patrem cuius filij sumus: quem formata cognitione non noscit, iuxta quod Christus contestatur,Pater iuste mundus te nō cognouit,ego autē te cognoui. De talibus fertur ad Titum,Confitentur se nosse deū,factis autē negant:cùm sint abominati,& reprobi.Isti quoque non cōsiderāt deum vt approbatorem eorum qui mundo despecti sunt,neque vt datorem gratiæ ac virtutum in præsenti cælestisque gloriæ in futuro:sed carnalibus ac terrenis immersi sunt,& talia appreciantur.Vnde,quēadmodum deus stultam fecit sapientiam huius mundi,ita & mundus stultam reputat sapientiam dei,id est veram insusam ac salutarem sapientiā,qua homini solus deus dulcescit:cūctaque trānsitoria vilescunt: sed nunc allegatum est inde verbum Pauli ad Corinth. dicentis,Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei.Stultitia enim est illi.Et iterū fatetur, Verbum crucis pereuntibus quidē stultitia est. Salomon quoque testatur,Non recipit stultus verba prudentiæ. Sed & in Eccles. scriptum est, Cor fatui quasi vas cōfractum,omnem sapiētiam nō tenebit.Porrò in scripturis omnes iniqui vocantur indocti & stulti.Est nāque in eis vitiū puerilitatis,quod est stultitia dono sapientiæ contraria:quoniam ista carnalia & caduca summo & inuariabili bono donisque gratiæ ac virtutum præponūt, & veram sapientiam detestantur De quibus in Eccles.habetur, Quām aspera nimis est indoctis hominibus sapientia.[*charissimi nunc filij dei sumus*]per similitudinem charitatis & gratiæ.Filij vtique adoptiui:iuxta illud ad Ephes.Deus prædestinauit nos in adoptionē filiorū per Iesum Christum.Et denuo ad Corin.Paulus scripturam allegat dicentem,immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos critis mihi in filios & filias,dicit dominus omnipotens.In Deute.quoque dicitur, Filij estote domini dei vestri [*Et nondum apparuit,quod erimus*]id est excellentia quam in cęlesti beatitudine adipiscemur, nondum innotuit aut manifestata est: quia nec oculus vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis ascēderunt,quæ præparauit deus suis electis [*Scimus quoniam cum apparuerit*] quod erimus,id est cum deus manifestè per effectum monstrauerit illam beatitudinem,eam nobis sanctis omnibus conferendo, nosque glorificatos monstrando.Vel cum apparuerit,id est Christus in secundo aduentu se manifestauerit *Similes ei erimus*].i.deo perfectè cōformabimur per dona gloriæ, cui nunc aliqualiter assimilamur per munera gratiæ.Tūc enim per plenum ardentissimúmque amorem erimus in deum ineffabiliter transformati,& quātùm fieri potest,in ipsum absorpti.Tamen & per beatificam visionē assimilatio illa peragitur formaliter & directè:propter quod subditur [*quia videbimus eum sicuti est*] id est clarè per speciē, ita quòd ipsam superadorandæ deitatis supersubstantialem essentiam in seipsa,per seipsam,clarè, & immediatè conspiciemus.Cognitio autem secundum philosophos, fit per assimilationem cognoscentis ad cognitum,inquantùm similitudo seu species cogniti inest cognoscenti. Cumque omnis forma creata à clara & immediata repræsentatione diuina essentiæ deficiat infinitè, cōstat quòd diuina essentia à mente creata clarè & immediatè videri non valeat per formam speciem ve creatā.Ideo ipsamet diuina essentia vnitur mentibus beatorum loco speciei & intelligibilis formæ, ita quòd ipsa est quod, & quo,id est quod videtur,& id quo fit visio,seu obiectū & species:sicut & ipse deus videt se per se, sic quòd in eius æterna & increata suiipsius intuitione idem sunt obiectum & species.¶Per hanc ergo beatificamvisionem, claram & penitus supernaturalem beati deo perfectissimè assimilantur: cum ipsa diuina essentia eis tam ineffabiliter, ac intimè vniatur.Hinc ad Corinth.scriptum est,Ex parte cognoscimus: cum autem venerit quod perfectum est,euacuabitur quod ex parte est. Videmus nunc per speculum in ænigmate,tunc autem facie ad faciem.Nunc cognosco ex parte,tunc autem cognoscā,sicut & cognitus sum. Hæc est admiranda,superpiissima,liberalissima communicatio beatitudinis: qua superbonus deus beatitudinem suam immensam electis suis communicat,& vitam eorū suæ vitæ conformat,eosque plenam societatem secum facit habere.Quoniam sicut deus clarè & ineffabiliter,summè, & ardentissimè contemplatur & amat seipsum:ita & ipsi indefinenter,clarè,feruētissimè cōtemplantur & diligūt eū. Hinc ad Colossenses loquitur Paul.Vita vestra absc̄dita est cum Christo in deo.Cum autē apparuerit Christus vita vestra,tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.Nec his obstat illud in Psalmo,Quis in nubibus æquabitur domino, similis erit domino in filiis dei? Hoc & quædam similia verba scripturæ de similitudine æqualitatis intelliguntur, prout vnigenitus naturalisque filius deo patri similis perhibetur. [*Et omnis qui habet hanc spem in eo*] id est qui auxilio gratiæ dei confidit se ad prætactam visionē dei beatificam peruenturum [*sanctificat se*] id est à vitiis se expurgat, ac virtuosis actibus se perornat, sciens se absque interna puritate ad tantam beatitudinem non posse pertingere:cum dicat Saluator,Beati mundo corde,quoniam ipsi deum videbunt.Propter quod ad Hebr.scribitur,Sanctimoniā sequimini: sine qua nemo deum videbit.Itaque sanctificat se [*sicut et ille sanctus est*] id est diuinæ sanctitati se aliquo modo conformat,luci sapientiæ & splendori virtutum,sanctisque actibus insistendo,Hinc in Leuitico loquitur deus,Nolite contaminare animas vestras:ego enim sum dominus deus vester.Sancti estote,quoniam ego sanctus sum.Sed prædictis obuiare videtur,q̄ multi æternam sperāt fœlicitatē acquirere, & tamen viuunt iniquè.Respōdetur q̄ secūdum Aug.in Enchiridio,fides & spes possunt esse informes,non charitas.Idcirco sanctus Ioannes nunc loquitur de spe formata.De qua etiam datur definitio illa cōmunis, Spes est certa expectatio futuræ fœlicitatis,ex gratia dei & meritis propriis prouenies. In qua tamē desinitione sumitur spes pro actu spei,nō pro habitu. Vnde & ipse interior actus spei formatæ est quædā sanctificatio hominis [*Omnis qui facit peccatum,et iniquitatem facit*]id est legem dei transgreditur,cū peccatum sit transgressio legis diuinæ,cælestium inobedientia mandatorum, quod de mortali peccato est accipiendum.Porrò iniquitas,Beda attestante,græcè anomia appellatur, quod designat quasi contra legem vel sine lege factum. Lex autē diuina est æquitas ipsa:sicque mortale peccatum est iniquitas.i.non æquitas,vtpote violatio æquitatis.Propter q̄od ait Psalmista, Præuaricātes reputaui omnes peccatores

Ioannis.17
Titum.1.
1.Corin.1.
1.Corin.2.
1.Corin.1.
Prouer.18.
Eccles.21.
Eccle.6.
Ephes.1.
1.Corin.6.
Deute.14.
Esaiæ.64.
1.Corin.2.
1.Corin. 2.
Colos.3.
Psal.88.
Matth.5.
Hebr.12.
Leuit.20.
Augusti.
Psalm.118.

terrę. Esaias quoque loquitur de iniustis,Transgressi sunt pactū,violauerūt ius,corruperūt fœdus sempiternum. Hinc subditur[*Et peccatum iniquitas est. Et scitis*]per fidem[*Quoniam ille*]vtpote Christus[*Ap paruit*]id est per assumptam humanitatem venit in mundum [*vt peccata tolleret*] id est suæ sanctissimæ passionis merito,pro peccatis humani generis satisfaceret.¶Christus quoque docēdo atque sanctissimè conuersando,tulit & tollit peccata,impediendo ne fiant,seu homines à vitiis retrahendo,& formam viuendi monstrando,ac gratiam vitandi peccata nobis largissimè promerendo. Per ecclesiastica etiam sacramenta à se instituta,quotidie nostra aufert peccata. Idcirco ait de Christo beatissimus eius baptista, Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccata mundi.De quo angelus dixit ad Ioseph, Vocabis nomen eius Iesum.Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.Vnde apud Esa. deus pater ait de homine Christo,In scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos,& iniquitates eorum ipse portabit. Dicit aurē Beda hoc loco, Christus tollit peccata, dimittendo quæ facta sunt:& adiuuando ne fiant, ac perducendo ad vitam beatam,vbi peccata nequaquam fieri possunt[*Et peccatum in eo non est*]nec vnquā fuit,nec potuit esse:quia secūdum quod deus essentialiter sanctus est: secundū naturā verò assumptam, ab exordio incarnationis fuit excellentissimè confirmatus in gratia:imò & cōprehensor perfectus,quātùm ad superiorem suæ animæ portionem,ad increatum obiectum relatam[*Omnis qui in eo manet*]per idem formatam seu charitatem[*Non peccat*]quia in eo manendo non peccat, & inquantùm in eo manet, & quādiu in eo manet,nō peccat:sed recedendo ab ipso,vtpote ab illo se liberè auertēdo. Peccatū enim mortale & charitas simul stare non queunt[*Et omnis qui peccat non videt eum,nec nouit eum*] id est eo tempore seu momento,quo peccat per omissionem debiti vel commissionem illiciti,non videt deum per idem formatam:nec eū per donum sapiētiæ intuetur,nec noscit eū formata ac salutari notitia. Hæc enim simul in eodem esse non valent,quia cōtraria sunt. Nihilominus qui in charitate est, potest peccare, & peccando charitatē amittere.Similiter qui nūc peccat,potest fuisse in charitate & gratia.Et ita nihil prohibet eū qui iam peccat,antequā peccat,deū præfato modo vidisse ac cognouisse.Vt patet de Dauid,& aliis iustis,qui post magnā perfectionē collapsi sunt.Moses quoque qui(Augustino testante)deum vidit per speciem in hac vita,sicut & Paul.postmodū,ad aquas cōtradictionis peccauit non modicē[*vilioli nemo vos seducat*]suggestione pestifera,argumentatione philosophica,prauo exemplo,blandis ac prosperis siue aduersis,vt aliquid fidei contrarium sentiatis,aut quicquā diuinæ legi repugnans agatis.Sicut & Paulus hortatur,Nemo vos seducat per inanem philosophiam. Et rursus,Nolite seduci,deus non irridetur [*qui facit iustitiam*]id est opera iusta exercet[*Iustus est*]quia non sufficit ad salutem, solam fidem aut iustitiæ habitum solum habere:sed oportet in actum virtutū procedere,si adsit facultas.In actu enim consistunt meritum,atque demeritum:actuique virtutis correspōdet & redditur præmium.Imò fides sine operibus mortua est in seipsa.Propter qd sacratissimus Christi præcursor testatur, Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur,& in ignem mittetur.Talis itaque iustus est [*sicut et ille*] videlicet Christus[*Iustus est*]id est Christi iustitiam in aliquo imitatur,& Christi exemplo obedit diuinis præceptis.Et sumitur hic iustitia prout est virtus cōmunis,seu omnis virtus: quia per vnamquāque virtutem homo se habet,sicut tenetur aut decet.[*Qui facit peccatum,ex diabolo est*] iam supra dixit primo Capite, Si dixerimus quia peccatum non habemus,nosipsos seducimus.Et Salo.loquitur,Nō est homo, qui faciat bonū,& nō peccet.Et rursus,Iustus septies cadit.Omnes ergo ex diabolo sumus, quia omnes peccamus quotidie.¶Denique multi electi ad tempus viuunt iniquè,qui tamen non videntur esse ex diabolo,cum sint prædestinati à deo.Et respondendū, quòd omnis qui peccat,loquēdo de mortali peccato, ex diabolo est:nō corpus aut animā ab illo habendo,sed eius prauitatē sequendo,aut eius tētationi consentiendo:pertinendo quoque ad eum tanquam membrum ipsius,atque mancipium.Propter quod Sapiens asserit,Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum.Imitantur autem illum,qui sunt ex parte illius.Christus quoque obstinatis loquēs Iudæis,Vos,inquit,ex patre diabolo estis.Itaque qui facit peccatū,inquātùm huiusmodi,ex diabolo est per imitationē illicitā:& nihilominus,si de electorum est numero,ex deo est per prædestinationē æternā. Omnes autē ex deo sunt per creationē. Præsciti verò qui ad tempus sunt iusti, quandiu in gratia sunt,ex deo sunt secundum præsentem iustitiam. Cur demum peccans ex diabolo sit,subditur[*Quoniam ab initio diabolus peccat*]quia à primo instante,quo fuit diabolus,id est ex angelo in diabolum propria iniquitate spōte mutatus,nō cessauit peccare:sed & à principio mundi,& à suæ creationis exordio,peccauit vsque in præsens:non quòd creatus sit malus, aut in primo instāte suæ productionis effectus sit malus.Non enim peccauit in illo primo suæ creationis instāte. Dicitur tamen ab initio peccasse, quia permodica fuit mora inter creationem eius & lapsum seu culpam. Imò aliqui dicunt eum statim post primum instans suæ creationis peccasse.Vnde & Saluator apud Ioannem ait,Diabolus homicida erat ab initio.Quod exponitur,quoniam primos parentes seduxit, spiritaliterque occidit:quòd tamen sexto factum est die.De hac materia multas vtiles quæstiones mouet ac soluit Thomas in prima parte Summę,quæstione sexagesima tertia.vtpote, An angelus in primo instanti suæ creationis potuit esse malus,An aliqua mora fuit inter creationem eius & lapsum, &c. Albertus quoque ali qua scribit inde hoc loco,& plenius super sententias: quæ breuitati studens dimitto [*in hoc apparuit filius dei*].i.ideo factus est homō,& venit in mundum[*vt dissoluat opera diaboli*].i.vitia tollat, ab operibus tenebrarū homines reuocet,tentamenta diaboli auferat,peccatores secūdū qd tales diſsipet.i. salubriter destruat,extinguēdo in eis culpā,non naturā:vt iam de cætero nō sint tales, quales extiterunt. Iuxta illud Prouerb.Verte impios,& non erunt[*Omnis qui natus est ex deo,peccatum nō facit*]Alio quoque loco habetur,Quotquot receperūt eū,dedit eis potestatem filios dei fieri,his,qui credunt in nomine eius.Qui non ex sanguinibus,neque ex voluntate carnis,neque ex volūtate viri,sed ex deo nati sunt. Omnes ergo in Christū credētes,omnes regenerati ex aqua & spiritu sancto,ex deo sunt nati: quoniam

Esa.24:
Ioan.1.
Matth.1:
Esa.53.
2.Reg.12.
Exod.33.
2.Cor.12.
Nume.20
Galat.6.
Iacob.2.
Matth.3.
3 Reg.8.
Prouer.24
Sapien,2.
Ioan.8.
Ioan.8.
Gene.3.
Ioan.1.
Prouer.12.
Ioan.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioannis.3. esse gratiæ gratum facientis ab ipso sortiti sunt. Ergo nullus eorum peccat, & ita qui habet charitatem, E
non potest eam amittere: quòd stultũ est dicere. Quid est ergo quod ait, omnis qui natus est ex deo pec
catum non facit? Dicẽdum iuxta præhabita, quòd sicut qui manet in deo non peccat, inquantùm in deo
manet: ita qui ex deo natus est non facit peccatum, inquantùm talis. Et quòd ista sit mens sancti Ioan-
nis, sequentia verba testantur. Nam subditur [*Quoniam semen ipsius in eo manet.*] Semen etenim dei est gra
tia ipsius seu charitas, ex qua tanquam ex semine omnis meritoria oritur actio. Charitas nanque cæteris
virtutibus præcipit, ita quòd omnis meritoria actio est à charitate, aut elicitiuè, aut imperatiuè. Nam
actus qui directè & immediatè manant à charitate, dicuntur ab ea elicitiuè procedere: cæterarum verò
actus virtutum imperatiuè. Iterum, Sicut in semine tota moles fructus virtualiter continetur, ita in cha-
Roma.13. ritate cæteræ virtutes virtualiter sunt contentæ. Propter quod, Paulo testante, Plenitudo legis est dile-
ctio. Ex gratia quoque virtutes, & dona, quãtùm ad actus suos, pullulare dicũtur. Quia ergo hoc semen
manet in renato, idcirco nõ peccat vt talis, neq; semine hoc in eo manẽte: quia hoc semẽ & mortale pec-
catum non compatiuntur se mutuò. Hinc subditur [*Et non potest peccare*] iuxta sensum prehabitum. Pro
Matth.7. positio quippe de possibili potest poni in esse, inconueniente nullo sequente [*Quoniam ex deo natus est*]
id est charitatem & gratiam, per quã fit spiritalis regeneratio, habet in se. Iuxta quẽ sensum ait Saluator,
Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere. Iuxta hũc modũ.
currens non potest quiescere, nec contra. Hinc dialectici propositiones huiusmodi distingunt penes sen F
sum cõpositum & diuisum, secundũ quod extrema propositionũ accipi possunt materialiter, atque for-
maliter. Imò & iuxta hanc distinctionẽ necesse est multa in scripturis & in dictis sanctorũ exponi. Sicut
cũ dicitur, Iustus nõ potest dãnari. Et, Impius non potest saluari. Qui se humiliat exaltabitur: qui se ex-
Lucæ.18. altat humiliabitur. Veruntamen ea quæ dicta sunt, quidã ita exponũt, Qui natus est ex deo, nõ peccat. i.
in peccatis nõ perseuerat. Et non potest peccare. i. in vitiis perseuerare. Quæ vtique expositio esset valde
cõueniens, si soli prædestinati dicerẽtur in scripturis ex deo renati: quod tamẽ omnino dici nõ posse, ver
ba pandũt sequẽtia: quibus inter filios dei, & filios diaboli distinctio assignatur [*in hoc*] id est in eo quod
sequitur [*Manifesti sunt*] id est euidenter inter se ab inuicẽ distinguntur [*Filij dei, et filij diaboli,*] id est ho-
mines virtuosi, qui sunt adoptiui filij creatoris: & homines vitiosi, qui per imitationẽ prauitatis filij sunt
diabo. i. [*Omnis qui non est iustus, non ex deo est*]. [*Et non diligit fratrem suum*] id est quicunque iniustus est:
& quicunque proximos suos vniuersos spiritali amore non diligit, iste non est natus ex deo. ¶ Ex quo
innotescit, quòd existentes in charitate sunt nati ex deo. Qui autẽ in mortali est vitio, præsertim in odio,
non est natus ex deo nec filius dei, sed est ex diabolo natus, cuiusque filius. Et hoc intelligẽdum est de di-
stinctione inter hos data secundum præsentem iustitiam, non secundum prædestinationem diuinam, se
cũdum quam multi reprobi iusti sunt, & multi prædestinati iniusti ad tẽpus. Itaque secundũ presentem G
Auguſt. iustitiam sola charitas inter filios dei filiosque distinguit diaboli. Vnde secundũ Aug. duo amores duas
constituunt ciuitates. Quoniã amor dei, crescens vsque ad contemptũ sui, ciuitatem constituit dei: amor
verò sui, vtpote amor ad se reflexus reprobus & priuatus, ciuitatem efficit Babylonis, & regnũ diaboli.
Veruntamen durante hac vita, fiũt quotidie de ciuibus Babylonis filiisque diaboli ciues dei & filij eius,
& ecõuerso. Nullus verò ciuiũ filiorumque dei secũdũ prædestinationẽ, fit aut inuenitur finaliter ciuis
Babylonis filiusve diaboli. Si enim prædestinatus est, ad tẽpus quidẽ errare potest, æternaliter verò peri
re nõ valet. Interim tamẽ ista nõ sunt ita intelligẽda, quasi in vita præsenti possimus absque reuelatione
diuina inter iustos infusa iustitia & iniustos, hoc est inter existẽtes in charitate & alios, certitudinaliter
Eccleſia.9 in particulari discernere. Cũ enim quisq; de seipso incertus sit, an amore sit dignus an odio, quãto magis
1.Corin.2. de aliis? Præsertim cũ dicat apost. Paulus, Quid agatur in homine, nullus scit nisi spũs hois. Sed in genera
li manifesta est ista distinctio, in speciali verò manifesta esse potest, probabiliter siue cõiecturaliter, tãtoq;
probabilius quãtò verisimiliora charitatis ac virtutũ opera siue indicia apparẽt in aliquo, & quãto pro-
babiliora in aliquo apparẽt indicia vitiorũ. Imò aliquẽ esse in mortali peccato in multis casibus, tã ab eo
quàm ab aliis, certitudinaliter potest agnosci. Sed hoc manet sibi aliisque ignotum, an finaliter cõuerte-
tur atque saluabitur, hoc est, an prædestinatus existat. Propter quòd charitas inter filios dei filiosque se-
cernat diaboli, docet sanctus Ioãnes dicẽdo [*Quoniam hæc est annunciatio*] .i. prædicatio [*Quam audistis ab*
initio] .i. quam à me & ab aliis prædicatoribus Euãgelicæ legis ab exordio vestræ cõuersionis sumpsistis H
& percepistis [*vt diligatis alterutrũ*] .i. inuicem per infusum diligatis amorẽ, vtpote purè ac spiritualiter:
quatenus vnus desideret salutẽ alterius, & cooperetur ei ad illã pro posse: orãdo, hortãdo, corripiẽdo, &
subueniẽdo. Hinc enim iusit saluator, Hoc est præceptũ meũ, vt diligatis inuicẽ, sicut dilexi vos. Hinc
Ioannis.13. ad Rom. dicitur. Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Qui enim diligit proximũ, legem
Roma.13. impleuit. Nam non adulterabis, non occides, non furtum facies, non falsum testimoniũ dices: & si quod
Exod.20. est aliud mãdatũ, in hoc verbo instauratur, Diliges proximũ tuũ sicut teipsum. Dilectio proximi malum
non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. Porrò vt verba hæc beatissimi Pauli apostoli clarius in-
telligantur, pensandũ, q̃ inter decẽ præcepta decalogi tria prima pertinebant ad charitatem cultumque
dei, videlicet vuum crede ac cole deum, nec vanè aut inordinatè iurare per ipsum, & dies celebrare festi
uos. Et tria hæc in præcepto dilectionis dei specialiter continebantur. Alia septem præcepta pertinebãt
ad proximum, scilicet honorare parentes, non occidere, non furari, &c. Et ista specialiter contenta erant
Matth. 22. & includebantur in præcepto dilectionis fraternæ. Hinc Christus differuit, quòd in duobus charitatis
præceptis, tota lex pendet & prophetæ. Sed quia charitas dei & dilectio proximi inseparabiliter sunt cõ
nexæ, sacra scriptura nũc in dilectione dei, nunc in dilectione proximi, salutẽ nostrã & summã legis diui
næ constituit. Nihilominus dilectio proximi & euncta præcepta ad eũ spectãtia in dei dilectiõe virtua-
liter includũtur, Nempe qui diligit deum, eius obedit præceptis, & per consequens diligit proximos, &

A præcepta ad proximi charitatẽ pertinẽtia implet: quia hoc deus præcepit. Ista ergo est præcipua annun-
ciatio seu doctrina, quam ab exordio instructionis ac cõuersionis vestræ audistis, vt diligatis alterutrum
[*Non sicut Cain*]. i. non sitis, nec dolosè diligatis, vt impius Cain, [*Qui ex maligno erat*] id est ex diabolo,
quantùm ad imitationem iniquitatis. Nam sicut diabolus primos parentes spiritaliter interfecit ex inui-
dia, sic Cain fratrem suum iustum Abel ex inuidia trucidauit, sicut subiungitur [*Et occidit fratrem suum*] si-
cut in Genesi describitur. [*Et propter quid occidit eum?*] id est quid mouit Cain ad fratricidium? [*Quoniã*
opera eius maligna erant, fratris autem iusta] id est opera Cain, & opera sancti Abel erãt cõtraria, prout hoc Geneſ.3.
in Genesi plenius recitatur, vbi inter cætera legitur, Factum est, vt offerret Cain munera domino de fru
ctibus terræ. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & adipibus eorum, &c. Quidam dicũt ex-
positores quòd Cain obtulit de vilioribus suæ substantiæ, Abel autẽ de melioribus. Idcirco deus respe-
xit ad Abel, & ad munera eius, quia eius oblationes habebat acceptas: non autem respexit ad Cain, eiusq; Ibidem.
munera. Illum verò respectum seu acceptationem deus, vt communiter dicitur, per signum visibile de-
monstrauit: quoniam ipso Abel offerente, ignis de cælo descendens descendit atque consumpsit sacrifi-
cium eius. Sicut in libro Iudicum de sacrificiis Gedeonis ac Manue legitur, & tertio Regum de sacrifi-
cio Heliæ, atq; secundo Paralipomenon de sacrificio Salomonis, in Leutico quoque de sacrificiis Aarõ. Iudic.6.
Vnde in Genesi vbi nostra habet translatio, respexit deus ad Abel, &c. Theodocion transtulit, Inflãma- Iudic.13.
B uit deus super Abel, super Cain verò non inflammauit. Sacrificia demũ quæ in lege naturæ & lege scri- 3.Reg.18.
pta offerebantur, non erant ex seipsis deo accepta, sed ex virtutibus ac deuotione offerentium. Idcirco 2.Para.6.
prædallegato Genesis loco asseritur, quòd primò deus respexit ad Abel, deinde ad munera eius. Quod au Leuit.9.
tem ita non aspexit ad Cain, eiusque munera, signum fuit malitię Cain. Quod Cain perpendens, & pro- Geneſ.4.
speritati sui fratris infeliciter inuidens, ex rancore eum in agro peremit. Quemadmodum enim similitu
do est, per se & directè loquendo, causa seu ratio vnionis & complacentiæ, ac amoris: sic dissimilitudo
causa & ratio est auersionis, displicentiæ ac rancoris. Hic sequitur [*Nolite mirari fratres si odit vos mundus*] Epiſtola.
id est carnalium & mundanorum hominum multitudo. Quia iustorum & talium mundanorum homi-
num desideria & opera ex diametro inter se pugnant: quæ carnales homines maximè cupiunt, spiritales
homines aspernantur. Mundanorum quoque hominum vitant consortia, & eorum studia reprehendũt.
Ioan.5. Non itaque mirum, si odio habeantur à mundo. Hinc ait Saluator discipulis, & in eorum persona cun-
ctis verè Christifidelibus, Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo
essetis, mundus quod suum erat diligeret. Quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo,
propterea odit vos mundus. In Eccles. quoque fertur. Sicut communicabit lupus cum agno aliquando, Eccle.13.
sic peccator iusto. Quæ communicatio homini sancto ad canem? Veruntamen his obiici potest, quòd
C quidam valde mundani videntur amare religiosos, humiles & abstractos. Nam & vitam eorum extol-
lunt, eos ad talis vitæ continuationem hortantur, atque eorum orationibus se commendant. Et respon-
dendũ, quòd homines seculares carnales nõ sunt omnes æque in suis affectiõibus iudiciisque corrupti.
Nunc autem de carnalibus ac mundanis hominibus, secũdum quod tales sunt, sermo est: non secundum
quod aliquid spiritualitatis aut rectæ rationis participant. Quidã quoque mundani, quãuis propinquos
suos religiosos aut virtuosos naturali aut sensuali amẽt affectu, verè tamẽ & spiritaliter odiunt eos: quo-
niam vellent eos non esse tales, & pro posse à tali conuersatione ipsos auertunt. Porrò nonnulli suis vi-
tiis ita sunt inuoluti, cæcati, & obstinati, vt religiosos & virtuosos absolutè odiant, persequantur, deri-
deant, ac obloquendo dilanient, ac diffament: quod prorsus diabolicũ sceleratissimúmque cẽsetur. [*Nos*
scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam]. i. de statu damnationis traducti sumus ad statum salutis, Ioan.13.
de morte culpæ ad vitã gratiæ, de filiis iræ facti sumus filij charitatis & pacis [*Quoniam diligimus fratres*]
id est proximos vniuersos spiritali amore. De quo asserit dominus, In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Hæc nanque dilectio cum mortali non potest esse
peccato. [*Qui non diligit*] deum & proximos spiritali dilectione, [*Manet in morte*] id est mortali subiacet Matth.8.
culpæ, cum careat charitate. quæ vita est animæ. De tali etenim morte ait Saluator in euangelio, Dimitte Apoca.3.
mortuos sepelire mortuos suos. In Apoc. quoque, Nomẽ habes quod viuis: sed mortuus es. ¶ Ex his iam
sequi videtur, quòd virtuosi sciant se translatos de morte ad vitam, & per consequens quòd in charitate
D existant. Respondetur, quòd apostoli certitudinaliter nouerant se esse in charitate, ex diuina reuelatio-
ne: & quantùm ad illos, verbum istud exponitur de certa scientia: quantùm verò ad alios, de coniectura-
li probabilique notitia [*Omnis qui odit fratrem suum, homicida est*] id est similis homicidæ. Vel homicida
est voluntate, si cupit eius mortem quem odit. Est etiam homicida dispositiuè, quoniam odium via est
ad homicidium. Denique sanctus martyr doctor & pontifex summus beatus Clemens refert, quemad-
modum beatissimus Petrus dixit esse homicidium triplex, Vnum corporale, quo esse naturæ aufertur. Homici-
Aliud dixit esse detractionem, quo esse bonæ famæ tollitur, & homo in corde aliorum quodammodo diũ trifa-
moritur, dum de eo malè sentitur. Tertium dixit odium esse. ¶ Rursus dicitur aliquis homicida quatuor riam dici.
modis. Primò prouocatione, vt qui alium ad iram rixasque concitat, & per hoc ad homicidium cadit.
Secundò voluntate, vt qui mortem cupit alterius contra ordinem iuris. Tertiò procuratione, vt qui al-
terius machinatur occisionẽ. Quartò opere, vt qui realiter perimit per seipsum. Iterũ, Qui odit fratrem
suum, homicida est, seipsum in primis spiritaliter occidendo. Nam prauitas primo omnium proprium
lædit perimitque subiectum [*Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem*] id est
nullus aliquo præfatorum modorum homicida habet vitam in se beatam, imò miser & impius est, spiri-
taliter mortuus, vita gratiæ destitutus, & vita gloriæ prorsus indignus: nec deum, qui est vita æterna in-
creata, & supereſſentialis, habet in se manentem per fidem formatam: sed diabolum habet cor suum ex-
ercantem, ac possidentem, atque in eo regnantem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Prosecutio huius capituli ab illo loco. [*In hoc cognouimus charitatem dei*] Articulus v. E

QVoniam(sicut prædictum est)tanta est odij grauitas:inducit sanctus Ioannes ad fraternam dilectionem,per charitatis Christi commemorationem[*In hoc cognouimus charitatem dei,quoniam ille*] scilicet dei filius propter nos homo factus[*Pro nobis animam suam posuit*]id est pro nostra saluatione vitam suam corporalem morti exposuit:iuxta illud Esa. Tradidit in mortem animam suam. Vnde & ipse protestatur,Ego sum pastor bonus, & animã meã pono pro ouibus meis. Porrò quod istud sit præcipuum charitatis opus atque indicium,ipse Christus pandit,Maiorem(inquiens)hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis[*Et nos debemus pro fratribus animas ponere*] id est pro salute proximi debet vnusquisque suam corporalem vitam exponere morti. Et hoc est de necessitate præcepti in certo casu,præsertim in necessitatis articulo:vt si quis cernat proximũ suum periclitari in anima, nec aliunde sibi impendi auxilium,tenetur eum pro posse à periculo peccati mortalis eripere, quãuis sibi ex hoc mors corporalis certò immineat. Vt si quis videat quẽpiã ab infidelibus ad fidei denegationẽ compelli,& illũ se ad iniquũ cõsensum disponere,obligatur illũ pro posse cõfortare in fide,martyrijq; constãtia. Et ad hoc quilibet tenetur Christianus pro viribꝰ suis ex ordine charitatis. Nam quilibet tenetur magis diligere proximũ,q̃ propriũ corpus:ideo pro proximi sui salute tenetur corpus suũ dare in mortẽ in casu præfato. Qui verò animarũ curã habent,ad istud sublimius obligãtur:vt scilicet gregẽ suũ custodiant,informent,ac tueãtur vsque ad mortẽ inclusiuè,quãdocũq; imminet credito eis gregi periculum culpę mortalis,seu corruptiõis in fide,aut moribus. Sed extra hos casus hęc facere,supererogationis esse censetur. ¶Porrò secundũ Aug.quatuor sunt diligenda ex charitate,& hoc ordine quodã,ita quod primò summè & incomparabiliter amandus est ex toto corde deus. Deinde diligere debet homo seipsum. Tertiò,animã proximi. Quartò propriũ corpus. Ideo pro salute animæ proximi exponendum est proprium corpus in mortẽ. Deinde substantia cõmunicanda est proximo, sicut subiũgitur [*Qui habuerit substantiã mundi huius,et viderit fratrem suũ necesse habere*].i. proximũ suũ notabilẽ aut extremã iudigentiam sustinere[*Et clauserit viscera sua ab eo*]id est charitatis & pietatis affectum non impendat ei eleemosynam tribuendo,Sunt enim spiritalia animæ viscera,quę sunt charitatis & pietatis affectus,de quibus Philemoni scribens Paul.Ego,inquit,te fruar in domino:reficе viscera mea in Christo.Quæ viscera etiam incõmutabili ac supersimplicissimo deo attribuuntur:iuxta illud,Per viscera misericordiæ dei nostri,in quibus visitauit nos oriens ex alto.[*Quomodo charitas dei manet in eo?*]quasi dicat.Nõ manet in homine tam immisericordi. Ex quo patet,quòd in tali casu eleemosynam non conferre,sit peccatum mortale,& cõtra præceptum Christi,dicentis. Estote misericordes,sicut & pater vester cælestis misericors est. Itémque. Quod superest,date eleemosynam. Quocirca quæri potest, Quomodo eleemosynam dare sit de necessitate præcepti,& quomodo necessario sit eleemosyna faciendã? Ad quod Tho.in.2.2. respondet, In præcepto largitionis eleemosynæ,est aliquid considerandum ex parte dantis,& aliquid ex parte recipientis. ¶Ex parte dantis considerandũ est,vt id quod in eleemosynã dãdum est,sit ei superfluum: non solũm quo ad suam personã,sed etiam quantùm ab sibi cõmissos. Ex parte verò recipientis pensandum, vt necessitatẽ habeat. Veruntamen cũ vnus subuenire non valeat omnibus necessitatẽ habentibus, non omnis necessitas obligat,sed extrema. Sic itaque dare eleemosinã de superfluo ita accepto,est sub præcepto:& dare ei qui est in extrema necessitate. Quamuis autem temporalia bona sint possidentis, quãtùm ad proprietatem:tamen quo ad vsum esse debent eorum, qui de eorum superfluo indigent sustentari. Propter quod ait Basilius,Si sateris ea tibi diuinitus prouenisse,an iniustus est deus res inęqualiter nobis distribuens? Cur tu abũdas & ille mẽdicat,nisi vt tu bonæ dispẽsationis merita consequaris:ille autẽ patientiæ brauiis decoretur? Famelici panis est quẽ tu detines,nudi tunica quã in cõclaui cõseruas, discalceati calceus qui apud te marcescit,idigẽtis pecunia quã possides inhumanã. Quocirca tot iniurias, quot per te dare valeres. Est autem grãde periculũ his qui quotidie variis ac prætiosis ciborũ se replent generibus,& modica largiuntur pauperibus. Propter quod subditur]*Filioli mei non diligamus verbo,neque lingua*].i.nõ verbis duntaxat pulchris,blandis,dolosis,ostendamus nos diligere proximos nostros. Quemadmodum à Hieremia quoque dicitur de quibusdã,In ore suo pacẽ cum amico suo loquitur,& occultè ponit ei insidias. Et in Psal. Qui loquuntur pacẽ cum proximo suo,mala autem in cordibus eorum [*sed opere*].i.per actus virtuosos,pios,& charitatiuos demõstremus nos diligere proximos nostros: vt operamisericordiæ tam corporalia q̃ spiritalia eis impendamus pro viribus.[*Et veritate*].i. syncera & recta intentione hoc faciamus:non pro laude humana,aut commodo temporali, sed ad omnipotentis gloriã ac honorẽ. Propter quod ait Saluator, Attendite,ne iustitiã vestrã faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis.alioquin mercedem non habebitis apud patrẽ. Et rursus,Te,inquit,faciẽte eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Sit ergo in corde pura & recta intẽtio,non fraus aut villa nequitia:cũ in Eccles.scriptum sit,Anima nequam disperdit illum qui habet illam,& in gaudium inimici sui dat illum. Sit quoque in ore syncera non fallax aut simulata loquutio,cum in Prouerb.scriptũ sit, Qui peruersi cordis est,non inueniet bona:& qui vertit linguam suam,incidet in malum. Sit item in opere fidelis subuentio,cũ ibidẽ Salomon contestatur,Omni tẽpore diligit qui amicus est,& frater in angustiis cõprobatur. Quod si quis nõ queat opere subuenire, debet animo cõdolere,& affectu supplere,quod non potest in effectu peragere. His itaque verbis hortatur sanctus Ioannes fideles ad opera pietatis. Quia vt iterum in Prouerb.habetur,Qui clauserit aures suas ad clamorẽ pauperũ, clamabit, & non exaudietur. In Eccles.quoque præcipitur, Eleemosynã pauperis ne defraudes,& oculos tuos ne transuertas à paupere.cor inopis ne afflixeris, & ne protrahas datum angustianti. Rogationem contribulati ne abiicias,& ne auertas faciem tuam ab vllo egeno. Hinc Salomon ait,Beneficit animæ suæ vir misericors. Et rursus

Esa.53. Ioan.10. Ioan.15.

Deute.6.

Philemo. Lucæ.1.

Lucæ.6. Lucæ.11.

Basilius.

Hiere.9. Psal.27.

Matth.6.

Eccles.6. Prouer.17.

Prouer.21. Eccle.4.

A Prouerbiorum decimoquinto ait,Per misericordiã & fidem purgantur peccata.Sed & dominus ait,Beati misericordes,quoniam ipsi misericordiam consequentur.[*In hoc cognoscimus*] id est per præfata charitatis pitatisque opera probabiliter scimus[*quoniam ex veritate sumus*] id est ex deo essentialiter vero ac veritate specialiter sumus renati,seu eius gratiam gratum facientem adepti. Operatio nanque arguit formam. Per eadẽ etiam opera scimus quòd[*Et in conspectu eius suademus corda nostra*]id est mentes nostras rationabiliter secundum doctrinam scripturæ instruimus,intentionem dirigendo ad deum, & ea cogitando ac mente reuoluẽdo,quæ sunt placita deo. Sic enim debet vnusquisq; cor suum secundum scripturæ doctrinam corã deo suadere seu informare, vt vniuersa quę agit, ex rectę rationis procedant iudicio, & taliter fiant quòd placeant deo. De hac salubri suasione in Ecclesiastico in ducitur, Fili sine consilio nihil facias, & post factum non pœnitebis. Et Timotheo dicitur Sine prẽiudicio(.i.prẽuio iudicio)nihil facias. Sic cor suum suadet,qui in summi iudicis prẽsentia se omnia agere,indesinenterq; esse perpendit, cum beatissimo dicens Helia, Viuit dominus,in cuius cõspectu sto hodie. Et cum Psalmista,Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper Quę suasio q̃ fructuosa est,pandit idem dicendo,Seruaui mandata tua, & testimonia tua, quia omnes viæ meæ in conspectu tuo. Hoc cordi suo suasit sanctus Iob dicens, Nũne deus cõsiderat viam meam,& omnes gressus meos dinumerat? Cur autem debeamus corda nostra sic suadere, subiungitur,[*quoniam si reprehenderit nos cor nostrum*].i.à propria conscientia redarguti fuerimus,eò quòd non recta intẽtione,prout deus requirit,egerimus bona quæ egimus [*Maior est deus corde nostro*].i.sapientior,potẽtior,atque in infinitum perfectior. In spiritualibus quippe idem est esse maiorem & meliorem,seu perfectiorem. Hinc Helia loquitur,Deum homini nõ æquabo. Et iterũ,Respondebo tibi,quòd maior sit deus homine. Suspice æthera,quòd altior te sit[*Et nouit omnia*] idcirco cordis nostri secreta eum nõ valent latere. Propter quod debemus corda nostra coram eo synceriter suadere, informare,dirigere,cũ ipse per Hieremiam loquatur,Ego sum testis & iudex, Cui Iob vir sanctus fatetur,Scio domine, quia omnia potes,& nulla te latet cogitatio [*Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos*].i.de malo præsertim mortali peccato sibi nõ fuerit cõscium post diligẽtem cõscientiæ suæ discussionem,ita quòd nunquã peccauimus mortaliter,vel de præteritis peccatis per verã contritionem, confessionem,& satisfactionem sumus purgati instar Pauli dicentis,Nihil mihi cõscius sum. Et denuo,Gloria nostra hæc est,testimoniũ cõscientiæ nostræ[*Fiduciam habemus ad deum*] i.dignè & efficaciter in deo cõfidere possumus ac debemus,tanquam adoptiui filij ac fideles ministri ipsius. Taliũ nanque Christianorum spes ad deũ & in deum,est spes formata ac salutaris, ex gratia dei & bonis operibus prodiens: de qua loquitur Esaias,Qui sperãt in domino,mutabunt fortitudinẽ,assument pennas,vt aquilæ volabunt & non deficient. [*Et quicquid petierimus ab eo,accipiemus*].i.quicquid ad salutẽ pertinens perfeuerãter rogauerimus deum, accipiemus ab eo tẽpore opportuno. Nempe vt loquitur dominus, Oportet semper orare,& nõ deficere. Et rursus ait,Si quid petieritis patrem in nomine meo,dabit vobis. ¶In nomine etenim saluatoris videlicet Christi,precatur,qui pertinentia ad salutem,desuper obtinere conatur. Verũtamen deus interdum differt petitionis impletionem: vt interim feruẽtius diutiúsque orando exuberantius exaudiamur tempore suo,& ne ex facilitate exauditionis paruipẽdamus diuina charismata,eademq; perdamus:& per ingratitudinẽ ac recidiuationem dãnabiliores reddamur. Si ergo cupimus exaudiri,studeamus in primis vitã deo placentem habere,quia vt fertur in Ioanne, Peccatores deus non audit, sed si quis cultor est dei,& voluntatem eius facit,hunc exaudit. In Prouerbiis quoque asseritur, Qui declinat aures suas ne audiat legem,oratio eius erit execrabilis. Hinc subditur, [*Quoniam mandata eius custodimus, &*]pro.i.[*Quæ sunt placita coram eo*].i.opera deo placẽtia,[*facimus.*]Ratio igitur exauditionis est virtuositas cõuersationis,seu obseruãtia præceptorum. Ideo ait propheta, Oculi domini super iustos,& aures eius in preces eorũ. Et Christus loquitur,Si mãseritis in me,& verba mea in vobis manserint:quodcunque volueritis petetis,& fiet vobis. Et quasi quæreremus quæ sint dei mãdata,adiecit, [*Et hoc est mandatum eius*] videlicet dei patris [*Vt credamus in nomine filij eius iesu christi*] .i. in Christum vnigenitũ patris. Vnde Christus ait Iudæis,Hoc est opus dei,vt credatis in eũ quem misit ille. Et rursus loquens discipulis,Creditis,inquit,in deum,& in me credite. Cõsequens ẽtenim est,vt qui credit in deũ, credat in Christũ,quoniam Christus est verus deus. Imò tota superdignissima trinitas sicut est vna summa & incõmutabilis veritas,ita est vnum fidei obiectum. Hinc alibi legitur, Qui nõ credit,iam iudicatus est:quia non credit in nomine vnigeniti filij dei[*Et diligamus alterutrũ*]puro spiritali & infuso amore, qui charitas nũcupatur,quo deus proximúsque meritoriè ac syncerè diligitur:deus propter propriam bonitatẽ,& proximus propter deũ:vtpote quoniã deus hoc iusserit,& quia ad dei imaginẽ est plasmatus, & propter adipiscendam beatitudinẽ quæ obiectaliter sumpta,deus est:formaliter verò cõsistit in deo:& quoniã Christi sanguine est redẽptus,[*sicut dedit mandatum nobis*]dicendo,Dilige proximum tuum sicut teipsum. Et rursus Christus disseruit,Hoc est præceptum meũ,vt diligatis inuicẽ,sicut dilexi vos.[*Qui seruat mandata eius*]i.charitatis impulsu omnia implet tempore cõgruo,quantũ spectat ad ipsum,& sibi possibile est. Nempe(vt Iacobus dixit)quicunque totam legẽ impleuit,offendat autem in vno,factus est omniũ reus. [*In illo manet*].i.deo per charitatem vnitus est,& in ipso tanq̃ in vltimo fine quiescit, atque per obedientiam ei adhæret[*et ipse in eo*].i.deus etiã per fidem formatam & gratiam manet,habitat,& quiescit in homine tali tanquã in throno ac templo,dicente apostolo Paulo,Templum dei sanctum est,quod estis vos. Et iterum ait scriptura,Anima iusti sedes est sapientiæ. Iustus igitur & obediens manet in deo tanquam in adiutore & protectore: deus verò manet in eo sicut in adiuto & protecto,& velut in vase misericordiæ suæ. Deus ergo sit nobis domus, nósque simus domus dei: maneamus in eo, & maneat ipse in nobis: maneamus in eo, ne corruamus: maneat in nobis, vt nos conseruet. Turris nanque fortissima nomen domini: ad ipsam currit iustus,& exaltabitur. Ideirco orauit propheta,Esto mihi in deũ protecto-

B

C

D

Ecclę.32. 1.Tim.5. 3.Re.17.18 Psal.18. Psal.118. Iob.31. Iob.32. Iob.33. Hiere.29. Iob. 4. 1.Cor.4. 2.Cor.1. Esa. 40. Luc.18. Ioan.16. Ioan.9. Proue.18. Psalm.33. Ioan.15. Ioan.6. Ioan.14. Ioan.5. Gene.1. Matth.22. Ioan.15. Iacobi.2. 1.Cor.3. Sap.7. Proue.18. Psalm.30.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem,& in domum refugij,vt ſaluum me facias[*Et in hoc ſcimus,quoniam manet in nobis, de ſpiritu quem dedit nobis*]id eſt per cõdonationem & infuſionem ſpirtus, quem deus pater nobis infudit ac dedit, & per liberalẽ elargitionem donorum ſpiritus ſancti,agnoſcimus deum patrem,imò & totam ſuperaltiſſimam trinitatem habitare in nobis:quod ſancti apoſtoli & alij multi in primitiua Eccleſia certitudinaliter cognouerunt, præſertim qui ſpiritum ſanctum in ſigno viſibili acceperunt, & ſimul cum illo genera linguarum,& alia diuerſa ac copioſa ſumpſerunt chariſmata. Alij verò fideles virtuoſi per dilectionem ſpiritalem, & præceptorum obſeruantiam efficacem, probabiliter cognouerunt & noſcunt, quòd in ipſis maneat deus: Quia,vt Paulus fatetur,charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritũ ſanctum, qui datus eſt nobis. Qui rurſus ad Titum loquitur, Apparuit benignitas dei per renouationem ſpiritus ſancti quem effudit in nobis abundẽ.per hoc vtique copioſiſsimè & pleniſsimè innoteſcit charitas increata dei ad nos,charitáſque creata infuſa, per quam corda noſtra inhabitat deus.

Actu.2.
Rom.5.
Titum.3.

Explanatio quarti cap. [*Chariſsimi nolite omni ſpiritui.*] Artic. v 1.

ONſequenter hortatur ſanctus apoſtolus Ioannes fideles,vt fidei cognitione ſint circũſpecti,puri,ac ſtabiles:quia in primitiua Eccleſia abundabãt hæretici catholicorum fidem euertere multipliciter laborantes. [*Chariſsimi nolite omni ſpiritui credere*]id eſt cunctis hominibus, ſeu vniuerſis ſpiritibus per eorũ ora loquentibus, fidem præbere. Hoc enim periculoſum, puerile,& fatuum eſt,quum multi ſint verſipelles & callidi,maiórque hominũ pars ſit iniqua,ſallax ac reproba: per quos etiã ſpiritus maligni frequenter loquuntur,inſpirãdo & inſtigando illos ad verba prauiſsima. Hinc in Eccle.ſertur, Qui citò credit,leuis eſt corde,& minorabitur. Et rurſus,A filiis tuis caue,& à domeſticis tuis attende. In prouerbiis quoq; legitur, Innocẽs credit omni verbo,aſtutus conſiderat greſſus ſuos [*ſed probate ſpiritus,ſi ex deo ſunt*] id eſt verba & facta eorũ qui vobis loquuntur ſapiẽter diſcutite an rectæ fidei cõſonent,virtutibúſque concordent: quatenus per hoc agnoſcatis an ex deo ſint per imitationem veritatis atque virtutum [*Quoniam multi pſeudoprophetæ*].i.hæretici & ſeductores[*Exierunt in mundum*].i.inter ſe fideles miſcuerũt,& vndique ſunt diffuſi,ac plurimos deceperunt.Propter quod Galatis ſcripſit Paulus, Miror quòd tam citò transferimini in aliud euangelium.Et iterum Corinthiis,Timeo ne ſicut ſerpens ſeduxit Euam aſtutia,ita corrumpantur ſenſus veſtri,& excidãt à ſimplicitate quæ eſt in Chriſto Ieſu.[*In hoc*] quod ſubditur, [*Cognoſcitur ſpiritus dei*].i.ſcitur quòd ſpiritus loquẽs per hominẽ,ſit ſpiritus fidelis,ac bonus ex deo exiſtens, modo prætacto[*Omnis ſpiritus qui confitetur*]confeſsione fidei formatæ [*ieſum chriſtum in carne veniſſe*].i.verbũ patris æternum eſſe veraciter incarnatũ, & in carne aſſumpta inter homines viſum ac cõuerſatum: iuxta illud, Verbum caro factũ eſt,& habitauit in nobis.Et Baruch,poſt hæc in terris viſus eſt,& cũ hominibus cõuerſatus,[*Ex deo eſt*] per fidei veritatem ac gratiã, ita quòd eſt verè fidelis,deóq; placitus:ſicut & paulus teſtatur,Corde creditur ad iuſtitiam,ore autem confeſsio ſit ad ſalutem.Propter quod in Euangelio loquitur Chriſtus,Qui me cõfeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo.Hæc quippe cõfeſsio includit charitatem,& alia neceſſaria ad ſalutem.Huius autem oppoſitum docuit Marcion hæreſiarcha,& poſtmodũ Manicheus,dicentes Chriſtum nõ eſſe veraciter,ſed phãtaſticè incarnatum[*Et omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum Chriſtum*].i.qui aliquid dicit cõtrarium veræ fidei quæ habetur de Chriſto,vt Ebion & Cherintus,Neſtorius,qui Chriſti deitatẽ negabãt[*Ex deo non eſt*] per imitationem veritatis, nec placet deo, nec ex inſpiratione diuina eſt loquens. Schiſmatici quoque & impij Chriſtiani, quantũ in ipſis eſt,Chriſtum ſoluunt:quoniam eius iuſtitiæ vnitati ſeu eccleſiaſticæ integritati & diuinis præceptis repugnant[*Et hic eſt Antichriſtus*].i.talis hæreticus & peruerſus Chriſto contrarius, Antichriſtíq; typus, dicitur Antichriſtus per ſimilitudinẽ & typicam præfigurationem, & quantũ ad nominis interpretationem[*De quo*]Antichriſto[*Auditis,quoniam venit,& nunc iam in mundo eſt*]id eſt Antichriſtum veniſſe audiſtis,& aliquo modo ſic eſt.Iſtud ſupra ſecundo articulo præhabitum eſt,pleniúſque expoſitum. [*Vos ex deo eſtis*] per ſpiritalem regenerationem, & veritatis ac bonitatis imitationẽ atque amorem,vt frequenter expoſitum eſt[*Et viciſtis eum*]videlicet Antichriſtum ſeu mundum, id eſt Antichriſti erroribus mundíque vitiis per veram fidem & ſanctam dilectionem hucúſque deo vos adiuuante prævaluiſtis[*Quoniam maior eſt qui in vobis eſt,quam qui in mundo*]id eſt deus ſeu ſpiritus ſanctus per dona gratię ſuę in veſtris cordibus habitãs ſapientior eſt atque potẽtior ſpiritu maligno,qui in mundanis reguat hominibus, & hæreticorum poſsidet corda. [*Ipſi de mundo ſunt*] id eſt hæretici ac ſcelerati & reprobi ſunt de numero hominum mundanorum atque carnalium [*Ideo de mundo loquuntur*] id eſt de carnalibus deliciis,mundanis diuitiis,temporali honore ac proprio commodo. Sed & ſapientum ſęculi huius,videlicet philoſophorum & hæreſiarcharum dicta & ſcripta reuoluũt, allegãt,& per ea ſuos probant errores. Delectabilia quoque mundi & carnis conceſſerũt diſcipulis ſuis,vt plures per hoc ſibi allicerent.Hinc Auguſtinus lib.de vtilitate credendi. Hæreticus,inquit, eſt qui alicuius commodi temporalis intuitu,& maximè gloriæ principatus ſui gratia,falſos, recentes,fideíque contrarios errrores gignit,aut ſequitur[*Et mundus eos audit*]id eſt mundani homines libenter audiunt tales,quia loquuntur eis placentia . De quibus ad Timotheum loquitur Paulus , quòd ad ſua deſideria coacernabunt ſibi magiſtros prurientes auribus,& à veritate quidem auditum auertent,ad fabulas autem conuertentur.Vnumquódque enim applaudit ſimili ſibi. Ideo ſicuti qui ex deo eſt, verba dei audit: ita qui ex diabolo & de mundo ſunt,verba mundana atque vaniloquos hilariter audiũt.Imò & verba huiuſmodi vana,erronea, & laſciua libenter frequenterq; proferunt: Quia,vt ait Saluator,Ex abũdantia cordis os loquitur. Iuxta

Ecclę. 19.
Eccle. 32.
Prou. 14
Galat. 1.
2.Cor.11.
Gene.3.
Ioan.1.
Baruch.3.
Auguſt.
2.Tim.2.
Ioan.8.
Marc..12.
Luc.6.

hunc modum aſſerit dominus,Ego dedi eis(puta diſcipulis meis ſermonem tuum , & mundus eos odio habuit:quia de mundo non ſunt,ſicut & ego non ſum de mundo.[*Nos ex deo ſumus*].i.nos fide & opere Chriſtiani ex deo ſumus per charitatem gratiamq́; renati . De quibus princeps apoſtolorum loquutus eſt,Vos genus electum,regale ſacerdotium,gens ſancta,populus acquiſitionis.[*Qui nouit deum*]agnitione formata per fidem viuam & ſapientiæ donum[*Audit nos*].i. Euangelicæ prædicationi intentus eſt,& obedit.Eſt autem & quædam informis cognitio dei, quæ eſt actus fidei nudæ ſeu naturalis vel acquiſitæ ſcientiæ.De qua veritas proteſtatur,Seruus qui cognouit voluntatem domini ſui & non fecit, plagis vapulabit multis.Et Paulus ad Titum, Dicunt ſe noſſe deum,factis autem negant [*Qui non eſt ex deo*]id eſt qui non eſt per gratiam regeneratus ab eo,nec prædeſtinatus[*Non audit nos*]id eſt prædicationi noſtræ non acquieſcit ſinaliter,quamuis forſitan acquieſcere videatur ad tempus.Vnde loquutus eſt Chriſtus ad patrem, Non pro mundo rogo,ſed pro his quos dediſti mihi de mundo.Et alibi, Qui intrat per oſtium, paſtor eſt ouium, & oues vocem eius audiunt: alienum autem non ſequuntur, quia non nouerunt vocem alienorum.[*In hoc cognoſcimus ſpiritum veritatis, & ſpiritum erroris*] id eſt per id quod dixi, ſcilicet per audire nos,& per non audire nos, diſcernimus inter ſpiritum vera docentem & inter ſpiritũ falſa docentem . Similiter inter diſcipulum ſeu auditorem veritatis, & inter diſcipulum ſeu auditorem falſitatis: quia qui audit nos,bene docet,bene diſcit,& bene viuit.Idcirco in ipſo eſt ſpiritꝰ veritatis,ſiue per ſpiritum veritatis intelligatur ſpiritus ſanctus, ſiue anima rationalis veritati inhærens atque obtemperans. Qui autem nõ audit nos,nec bene docet,nec bene diſcit,nec bene viuit: ideóque in eo eſt ſpiritus erroris,puta diabolus ad errorẽ inſtigans. De quo ad Corinth.conſcriptũ eſt. Deus huius ſęculi excæcauit mẽtes infideliũ, vt nõ fulgeat eis illuminatio Euangelij gloriæ Chriſti. Spiritus quoque erroris accipi poteſt anima errori ſubiecta. Denique qui catholicè credunt,nec tamen obediũt Chriſto iubenti,vt diligant inimicos & odientibus benefaciãt,iniuriantibúſque ignoſcant, imò dicunt ſe hæc implere non poſſe:iſti nõ audiunt Chriſtum,nec eius apoſtolos,eſtque in eis ſpiritus erroris, & ex diabolo ſunt atque de mundo,imò infidelibus deteriores probãtur:quoniã domini ſui voluntatẽ ſcientes,eã non exequuntur.[*Chariſsimi diligamus inuicem*]frequẽter repetit iſtud,quia qui proximũ diligit, legem impleuit. Et,[*Quia charitas ex deo eſt,*]eſt enim virtus theologica,virtutum digniſsima, à deo per creationem infuſa,& ſupernaturalis ſimilitudo increati amoris,qui per appropriationnem dicitur ſpiritus ſanctus[*Et omnis qui diligit*]deum ac proximos[*Ex deo natus eſt*]quia per gratiam gratum facientem in eſſe ſpiritali,deiformi,ſupernaturali,ad promerendum condigno,eſt cõſtitutus.Charitas quoque eſt ſpiritalis & ſupernaturalis vita animæ ac participatio admiranda diuinæ increatæque vitæ [*Et cognoſcit deum*] per fidem formatam & ſapientiæ donum,quæ charitati in vita præſenti inſeparabiliter ſunt connexa.Imò quicunque habet charitatẽ,habet ſeptẽ dona ſpiritus ſancti ſecundum aliquem gradum: & quantò plus creſcit in charitate,tantò plus creſcit in eis[*Qui non diligit*]ſpiritali amore[*Non nouit deum*]agnitione formata,ſalutari,meritoria iam præfata[*Quoniam deus charitas eſt*]Non pro eodem accipitur charitas modo & paulò ante,quando dictum eſt,Charitas ex deo eſt.Ibi enim accipitur pro charitate creata, infuſa: hic verò pro charitate increata,quæ deus eſt:qui dicitur charitas,ſicut & ſapientia. Nec credendum quòd charitas, qua immdiatè deum & proximum diligimus,ſit charitas increata ſeu ſpiritus ſanctus:ſicut magiſter ſententiarum putauit,in hoc ipſo deceptus. Imò ſicut deus perficit intellectum per habitum fidei, hoc eſt per fidem habitualem:ſic perficit volũtatem per habitũ charitatis, & per habitum illum mouet eam ad meritorios actus. [*In hoc apparuit charitas dei in nobis*].i.per beneficium iſtud inenarrabile deus pater manifeſtauit increatam dilectionem ſuam ad nos,ſeu quàm vehementer dilexit nos.Deinde exprimitur beneficium iſtud [*Quoniam filium ſuum vnigenitum miſit in hunc mundum*] .i.incarnari & inter homines cõuerſari voluit[*Vt viuamus per eum*].i.merito ſanctiſsimæ cõuerſationis ac acerbiſsimæ paſsionis Chriſti mũdemur à vitiis,virtutibus impleamur. Sícque per gratiam in præſenti & per gloriam in futuro ſpiritaliter,fœliciter,æternalitérque viuamus. Propter quod aſſerit Chriſtus, Ego veni vt vitam habeãt,& abundantius habeãt . Venit etiam Chriſtus, vt per eius ſalutarem doctrinam & exemplariſsimam vitam viuamus,iuxta eas iugiter cõuerſando[*In hoc eſt charitas*].i.per hoc amor dei ad nos innoteſcit[*Nõ quaſi nos dilexerimus deum*]anteq; nos dilexit,quia tunc amor dei ad homines nõ videretur purè gratuitus.Imò cũ amor dei æternus ſit & cauſa omnis boni creati, nõ potuit amor hominis dei præuenire amorem aut cauſare eundẽ:ſed contra æternus dei amor præuenit nos.Propter quod ſubditur,[*ſed quoniam ipſe prior dilexit nos*]Diligere ſiquidẽ eſt alicui bonũ velle.Cũ ergo omne bonũ naturæ,omne donũ gratiæ,omne munus glorię à diuina fluat volũtate liberè operãte,cõſtat q̃ amor dei increatus ſit cauſa effectiua totius boni creati[*Et miſit filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris*].i.ſatisfactorẽ pro eis & ſaluatorẽ humani generis.Hinc alibi ſertur,Sic deus dilexit mundũ,vt filium ſuũ vnigenitum daret,vt omnis qui credit ipſum nõ pereat,ſed habeat vitã æternã.Et Paulus,Proprio,inquit,filio nõ pepercit: ſed pro omnibꝰ nobis tradidit illũ.Hæc eſt miſericordiſsima ac gratioſiſsima præuentio dei. De qua ad Romanos inducitur,Cõmendat charitatem ſuã in nobis deus,quąniam cũ adhuc peccatores eſſemus,Chriſtus pro nobis mortuus eſt[*Chariſsimi ſi*]pro quia[*Deus dilexit nos*]tam eminenter,vt dictum eſt,[*Et nos debemus alterutrum diligere*]id eſt mutuò charitatiuè amare, conformando nos deo in hoc ipſo pro poſſe. Et quoniam deus id præcepit,cuius præcepto tantò promptius obedire debemus, quantò gratioſius nos prædilexit,& quo amplius non pro ſuo commodo,ſed noſtra ſalute id iuſsit.Si verò prædictis obiiciatur,quod Saluator teſtatur,Ipſe,inquiens, pater amat vos quia vos me amatis. Reſpondetur quòd coniunctio illa, quia, dicit ibi cauſam à poſteriori ſeu ſignum diuini amoris ad nos. [*Deum nemo vidit vnquam*] Hoc idem alio loco Ioannes habet: cui illud Iob contrariari videtur,Omnes homines vident deum.Chriſtus quoque ait Philippo apoſt.Qui videt me,videt & patrẽ.Sed apoſtoli viderunt Chriſtũ,ergo & patrem.

Ioan.17.
1.Petri 1.
Luc.12.
Titum.1.
Ioan.18.
Ioan.10.
1.Cor.4.
Matt.5.
Rom.13.
Ioan.3.
Roma.8.
Rom.5.
1.Cor.7.
Baruch.3.
Ioan.19.
Ioan.26.
Ioan.1.
Iob.36.
Ioan.14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præterea, secundum Augustinum super Genesim, & in lib. de videndo deum, Moses magister Iudæorum, & Paulus gentium doctor, viderunt deū in hac vita per speciē. Respondetur, q̄ multiplex est visio. Vtpote corporalis, secundū quam deus nequaquam visibilis est in suæ deitatis natura: quæ est superpurissima & supersimplicissima in infinitum præ omni mente creata. Secunda est visio imaginaria, qua sancti prophetæ deum vidisse leguntur: non vtique in suæ deitatis essentia, quæ omnem imaginem interiorémque sensum infinitè transcendit: sed in subiecta creatura, forma seu specie, intelligendi sunt deum vidisse. Nā & Iacob patriarcha angelo viso dixit, Vidi dominū facie ad faciem. Tertia est visio intellectualis, & ista est multiplex. Nā quædā est à posteriori, & cognitio rei quantū ad quia est. Sicq; deū in vita ista intellectu videmus, tā per fidem quo ad ea quæ naturalē rationem excedūt, vt est trinitas personarū: q̄ per naturalem philosophicámque scientiam, quantū ad ea quæ per naturalem possunt rationē cognosci, vt q̄ vnus est verus & summus deus, perfectus, æternus, omniū causa, &c. Alia est visio intellectualis à priori, seu cognitio ac intuitio rei in seipsa, & quantū ad quid est. Et hæc rursus est duplex. Vna qua res tam perfectè cognoscitur, sicut ex sua natura cognoscibilis existit, quæ cognitio propriè cōprehensiua vocatur: sicq; à nullo creato intellectu deus videri potest, etiam nec ab anima Christi. Imò hoc modo sibi soli visibilis ac cōprehensibilis est deus, cū ipse sit infinitæ actualitatis & intelligibilitatis. Propter quod à solo intellectu infinitæ capacitatis & perspicacitatis hoc modo visibilis cōprehensibilisque cōsistit. Vnde hoc modo vnaquæque & diuina & increata persona, seipsam & aliam quālibet videt & cōprehendit. Infinitum autē à finito sic videri cōprehendique nequit: quia quod ita videtur, totum ac totaliter intra videntis terminos cōtinetur, nec eius capacitatem trāscendit. Porrò alia est visio intellectualis quantū ad quid est, qua licet res in seipsa clarè ac immediatè cōspiciatur, nō tamen plenè comprehenditur, quia non tā perfectè cognoscitur, sicut ex sua natura cognoscibilis est. Sicque beati in patria vidēt deum: quæ visio extēsiuè loquendo, cōprehensio appellatur: vnde beati, cōprehensores dicuntur. Sic aute nullus potest in hac vita deū videre, viuendo vita sensitiua humana. Nō videbit me homo & viuet. ¶ Idcirco hi, quibus in sæculo isto datū est supernaturaliter per omnipotentiā creatoris deum videre hoc modo per speciē siue essentiā, pro illo tempore seu momento non erant viuentes vita sensitiua humana: sed intellectuali duntaxat atque diuina. Erant enim in maxima abstractione ab omni virium inferiorū actu, penitus mente suspensi ad deum. Nec potest deus ita videri per intelligibilem formam creatā, quoniam omnis talis forma seu species à clara & immediata repræsentatione diuinæ essentiæ deficit infinitè. Propterea in tali visione diuina essentia mēti creatæ vnitur loco intelligibilis formę, nō tamen per inhæsionem, sed cohæsionem & repræsentationem. Sic igitur deum nemo vidit vnquam. Nihilominus [*si diligimus inuicem*] spiritali nō carnali amore [*Deus in nobis manet*] quia per fidem formatam, charitatem infusam, & gratiam gratum facientem animas nostras inhabitat [*Et charitas eius in nobis perfecta est*] quantùm ad ea quæ sunt de necessitate salutis, prout istud supra plenius fuit expositum [*in hoc intelligimus, quoniam in eo manemus & ipse in nobis, quoniam de spiritu sancto suo dedit nobis*] hoc est quod in fine præcedentis cap. dictum est, atque expositum. Ibi etenim dictum est, In hoc scimus, quoniā manet in nobis de spiritu quem dedit nobis. ¶ Dicitur autem deus pater dedisse apostolis cæterisque fidelibus de spiritu sancto, non q̄ partem spiritus sancti, qui simplex & indiuisibilis est, eis cōtulerit: sed quia diuersa charismata de spiritu sancto manantia, eis largitus est. Iuxta quem modū deus dixit ad Mosen, Auferā de spiritu qui in te est, & dabo senioribus, &c. ¶ Præterea si ,pbabiliter cognoscere cupimus, an spiritum sanctum per gratiā habeamus, interiora nostra examinemus, an diuina impleamus præcepta, an vniuersa vitemus peccata mortalia, an inimicos quoque cordialiter diligamus, an coram deo timoratè nos iugiter habemus: si charitatis accendamur affectibus, & zelo diuini honoris atque communis vniuersorum salutis: carnalia & terrena despicientes. [*Et nos vidimus & testificamur, quoniam pater misit filium suum saluatorem mundi.*] Glorioſi nanque apostoli corporalibus oculis Christum dei filium inter homines conuersantem viderunt, eiúsque deitatem per fidem aliquo modo nouerunt: sed & per miracula, & varios supernaturales affectus. Quibus loquutus est Christus, Beati oculi qui vidēt quæ vos videtis. Beatissimus quoque Ioannes Christi interfuit passioni, idcirco de omnibus istis potuit testimonium ferre. Vnde Christus apostolis loquens, Et vos, inquit, testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Denique Christo secundum vtranque naturam, competit esse mundi saluatorem. Quia secundum deitatem competit ei, tanq̄ efficienti & principali causæ salutis, qui solus efficienter & per creationem dona gratiæ in præsenti largitur, & dona gloriæ in patria impartitur. Idcirco apud Esaiam testatur, Deus iustus & saluans non est præter me. Secundum humanitatem verò assumptam conuenit Christo esse humani generis saluatorem, tanquam mediatori & satisfactori, & tanquam instrumentali ac meritoriæ causæ: quoniam suæ sanctissimę cōuersationis passionisque merito pro peccatis omnium satisfecit, deum placauit, ei genus reconciliauit humanum, & gratiam ac salutem promeruit nobis. Propter quod scriptum est, Non misit deus filium suum, vt iudicet mundum: sed vt mundus saluetur per ipsum. [*Quisquis confessus fuerit quoniam iesus est filius dei, deus in eo manet, & ipse in deo*] simile huic est, quod asserit Christus, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Et sicut illud de fide formata, sic istud de actu huiusmodi fidei est intelligendum. Quemadmodum enim duplex est fides, informis. s. & formata: sic duplex est confessio fidei. ¶ Insuper de triplici confessione fit mentio in scripturis. Vna est actus pœnitentiæ, & vocatur confessio propriæ culpæ. De qua Iacobus, Confitemini, inquit, alterutrum peccata vestra. Secunda est actus latriæ, & vocatur cōfessio laudis diuinæ. De qua Christus ait, Cōfitebor tibi pater dñe cæli & terræ. Tertia est actus fidei, de qua agitur modò, & vocatur cōfessio credendorū. De qua paulus apost. ait, Corde creditur ad iustitiam, ore autē confessio fit ad salutē. Qui itaq; cōfessione fidei formatę, seu per dilectionē operantis,

Augustin. Exod.13. 2.Cor.12. — Gene.32. — Exod.33. — 1.Ioan.2. — 1.Ioan.3. — Num.11. Matth.13. Luc.10. Ioan.19. Ioan.16. — Esa.45. Oseæ.13. — Ioan.3. — Marc..16. — Iaco.5. Rom.10. Galat.5.

confitetur quòd Iesus est vnigenitus, naturalis, æternúsq; filius dei patris patri cōsubstantialis & coæqualis, deus Trinitas manet in eo per gratiam, & ipse in deo perfidē & subiectionem salubrem. Vnde ad insinuandum inenarrabilitatē & æqualitatē filij dei ac patris sui æterni, Salomō ait, Quod nomen eius, & q̄ nomen filij eius, si nosti? [*Et nos cognouimus*] q̄ pater misit filium suū saluatorē mundi. Ad quod præfigurandum Ioseph, qui fuit in multis euidens Christi figura, vocatus est à Pharaone Saluator mundi, [*Et credimus charitati, quam habet deus in nobis*] .i. verum credimus q̄ deus pater tantam ad nos habeat charitatem, q̄ filium suum propter nos misit in mundū, & tanta nobis per eū beneficia est largitus, tamq; copiosè & multipliciter dilectionē suam nobis ostendit, per quē & adoptauit nos sibi in filios iuxta illud ad Ephesios, Deus prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christū, voluitq; vnigenitum filium suū pro adoptiuorū filiorū mori salute, quemadmodum ad Hebr. habetur, Decebat eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriā adduxerat, authorē salutis eorū per passiones consummari. Amplius, discipulus iste quem diligebat Iesus charitatis visceribus totus perefluens & succensus, charitatē in ista epistola non cessat repetitis vicibus cōmendare, atque ad eam nos exhortari. Vnde & consequenter eam in tantùm collaudat, vt dicat, [*Deus charitas est*] quod paulò ante expositum est. Denique, teste Anselmo, quicquid absolutè loquēdo melius est in esse seu haberi quàm deesse, hoc, cōuenit deo & est ipsemet deus: omni tamen imperfectione, quā habet in rebus creatis, excluſa. Charitas autem, virtus, sanctitas, sapientia, scientia, pulchritudo, dulcedo, felicitas, & consimilia sunt huiusmodi: ideo competunt deo, & prædicantur de eo: non autem fides, spes, opinio, &c. quia in sua ratione imperfectionē includunt. Deus est ergo charitas. i. pura & supereſſentialis dilectio, Diligit enim in primis seipsum, deinde & alia inquantùm aliquid suæ bonitatis participant. Cui Sapiēs dicit, Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quę fecisti. Súntque idem in deo, diligens, dilectio & dilectū, & volūtas cui dilectio cōpetit. Charitas quoque secundum se est nomen absolutum & essentiale, toti supergloriosiæ Trinitati & vnicuique increatæ personæ cōueniens, ita quòd tota Trinitas adorāda est vna charitas, sicut & vna sapientia. Nihilominus sicut sapientia appropriatur filio, quia est emanatio intellectus. i. verbum ab intellectu procedens. Propter quod ea quæ ad intellectum pertinent, ei appropriantur aut propria sunt, vt pote ars, sapientia, verbum, exemplar, idea, splendor, imago. Sic spiritui sancto appropriatur charitas, quoniam spiritus sanctus est emanatio voluntatis, id est amor spiratus à voluntate patris filiúsque emanans. Propter quod ad voluntatem spectantia ei appropriantur aut propria nuncupantur, vt charitas, nexus, pax, oscŭlum, suauitas, donum, communio, gaudium. [*Et qui manet in charitate, in deo manet*] hoc verum est, siue de increata siue de creata charitate intelligatur. Cū enim deus sit subſtantialiter charitas, constat, quòd qui manet in charitate increata ei finaliter adhærendo, manet in deo qui est charitas ipsa. Similiter qui manet in charitate creata, quæ est admirabilis & supernaturalis participatio increatæ charitatis, manet in deo: quia per eam coniungitur & cohæret ei, vt summo bono finíque vltimato [*Et deus*] manet [*in eo*] deus enim est in omnibus per essentiam, præsentiam & potentiam, atque in Christo per hypostaticam vnionem quo ad personam filij, in iustis verò per charitatem & gratiam. Deinde ponit effectum & signum charitatis istius infusæ [*in hoc perfecta est charitas dei nobiscum*] .i. charitas dei existens in nobis perfecta esse cognoscitur per hoc [*Vt fiduciam habeamus in die iudicij*] id est diem iudicij tam vniuersalis quàm particularis, quo statim post mortem iudicandi sumus, fiduciaſiter seu bona conscientia expectemus, confidentes quòd tunc beatitudinem consequamur. Charitas nanque contra terrorem iudicij confidentiam donat, quoniam amor aduentum amati facit optare, & de eius præsentia gloriari. Ideo loquens Saluator de signis terribilibus iudicium præcessuris differuit, His fieri incipientibus, leuate capita vestra, quia approprinquabit redemptio vestra. Verūtamen nullus quantumlibet iustus & feruens debet esse nimis securus, cū asserat Aug. Erunt tunc securi, qui modò nō sunt securi: & iterum, tunc timebunt, qui modò timere nolunt., Charitas autem immoderatū & angustiantē timorem iudicij tantò plus tollit, quātò ipsa plus crescit, synceriórque efficitur [*Quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo*] .i. per charitatē intantū deo assimilamur, q̄ sicut ipse est in cælo ex sua charitate & pietate bonis & malis, gratis & ingratis, in sæculo isto bona multa impendēs, videlicet necessaria victui, cōseruationē vitæ, angelorū custodiam, solis ac lunæ obsequiū, elemētorum seruitutē & visum: ita & nos in sęculo per charitatē amicos aduersariósque diligimus, pro persequētibus deprecamur, & bona pro malis rependimus. Quod cū nos experimur implere, possumus horā iudicij fiduciaſiter præstolari. Hinc monet Saluator, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderūt vos, & eritis filij altissimi: quia ipse benignus est super ingratos & malos [*Timor non est in charitate*] .i. timor seruilis, inquantū seruilis, nō est charitati cōiunctus: nō enim stāt simul timor purè seruilis, & charitatis. Quia qui solū seruiliter deū timet, nō amat eum, nec habet iustitiæ zelū: sed quantū in se est, habet volūtatē peccandi: & si à peccato retrahitur, hoc nō est dei intuitu & amore, nec zelo iustitiæ, sed formidine pœnæ: quæ formido causatur ex priuato amore, ideo subditur, [*sed perfecta charitas foras mittit timorem*] .i. seruilē pauorē excludit. Quoniā vitat malū, nō vt nō puniatur, sed ne deū offendat aut inhonoret. Quælibet autē charitas excludit illum seruilē timorē qui simul cū charitate stare non valet, & damnationē meretur. Nihilominus aliqui motus minuti illius seruilis timoris cum charitate imperfecta possunt misceri. Sicut & aliorum passionū mortaliúmque culparum primi motus veniales existentes, meritoriis actibus sæpe miscētur. Charitas verò perfecta seruilē timorem habet omnino excludere. Et tantò integrius eū excludit, quantò est perfectior. Imò in viris perfectis non rarò sic crescit, feruet & inualescit, vt malit sua peccata puniri, q̄ dei offensam manere inultam. Idcirco subiungitur, [*quoniam timor pœnam habet*] .i. timor seruilis secundum quod talis pœnā & condemnationem meretur, non inquantū malum culpæ deuitat, sed quia non facit hoc ex dei amore & zelo iustitiæ, sed duntaxat punitionis horrore, ex infecta radice: quia videlicet amat malū cul-

Proue.10. — Gene.41. — Ephe.1. Heb.2. — Ioan.19. — Epist. — Sap. 11. — 1.Cor.1. — Luc.21. — Augustin. — Matth.5. Luc.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pæ. Omnia autē simili ordine diuini amoris ponere obligamur atque ad dei referre honorem. Idcirco E
1.Cor.13. si quis ex solo seruili timore pateretur mortē pro fide, nihilominus dānaretur. Quod & Paulus apost. apertè insinuans, Si tradidero, inquit, corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habero, nihil mihi prodest [*Qui autem timet, non est perfectus in charitate*] si hoc intelligatur de timore seruili aut carnali seu mundano, difficultatē non habet: cū illi sint timores culpabiles: & si sint predominantes, cū charitate nō stant. Timor verò purè naturalis, qui & passione instante fuit in Christo, est in se indifferens: sicut & cæ-
Matth. 16. teræ affectiones purè naturales. ¶ Est autem adhuc duplex timor laudabilis, puta initialis & filialis. Timor initialis est quo culpa vitatur, partim timore pœnæ, partim amore dei & zelo iustitiæ: potestque timor ille esse cum charitate, non autē in charitate perfecta vt tali: quia inquantū aliquid seruilitatis sortitur, à perfecta charitate eiicitur. Idcirco qui timet initiali timore, nō est perfectus in charitate, inquantū initialiter timens. Porrò timor filialis, castus & sanctus est, quo malum culpæ vitatur solū eo respectu, ne piissimus & amantissimus pater cælestis offendatur, inhonoretur, eiúsque gratia amittatur aut elōgetur à metuente. Hunc sanctum timorē reuerentialē pudicum, perfecta charitas non solū non eiicit: sed parit, nutrit, cōseruat: imò quantò quis purius atque ardentius diligit deū, eō amplius hoc timore metuit
Eccle. 25. eum. De quo in lib. Sapien. multa cōscripta sunt. Vt est illud, Timor domini super omnia se posuit. Ti-
Eccle. 1. mor domini corona iustitiæ. Beatus cui datum est habere timorem domini. Nihil dulcius q̄ timere deū.
Eccle. 25. Sapiens in omnibus metuit. Et Salomon, Timor domini fons vitæ, vt declinet à ruina mortis [*Nos ergo* F
Eccle. 23. *diligamus deum, quoniam ipse prior dilexit nos*] hoc paulò ante expositum est & ostensum, quòd amor dei
Eccles. 18. ad nos est causa omnis boni in nobis. ¶ Vna itaque ratio diligendi deū est, quoniam ipse primò amauit
Proue. 14. nos. Quemadmodū enim arduum est odientē diligere: sic præamantē non reamare, prorsus improbum ingratissimumq; cōsistit. Est quoq; perfacilē eū diligere à quo quis scit se diligi & in amore esse præuentum. Idcirco quantò hoc facilius adimpletur, tantò iniquius negligitur. Alia atque potissima ratio deum amandi est pura & infinita bonitas eius. Tertia, est collatio beneficiorum eius. Quarta, promissio ac præparatio futuræ fœlicitatis [*si quis dixerit, quia diligo deum, & fratrem suum*] 1. proximū quemcūque siue amicum siue aduersariū [*Odere, mendax est*] in verbis & factis, quoniā cōtra veritatem doctrinæ loquitur, & contra veritatem iustitiæ operatur. Iam enim frequenter præhabitum est quōd amor dei & proximi inseparabiliter cōnectuntur: præsertim cū eadem sit charitas habitualis qua deus proximúsq; diligitur.
Matt. 22. Iterum dictū est, quòd nemo diligat deum, nisi qui eius obseruat mādata. Cū ergo deus præcipiat proxi-
Rom. 13. mos diligi, qui non diligit proximum, non implet dei præceptū: ergo nec diligit eum. Rursus proximus est via & medium diligendi dominū deum. Propter quod sequitur [*qui enim non diligit proximum suum quem videt, deum quem non videt, quomodo potest diligere?*] q.d. nemo potest. ¶ Sed huic obiici potest, quoniam deus ex seipso incōparabiliter amabilior est cunctis hominibus: ergo visio proximi nō est necessaria ad dei habendū amorem. Respondetur q̄ multæ sunt causæ dilectionis. Vtpote bonitas rei, quæ est ratio obiectialis amandi. Item similitudo quæ incitat ad amorem. Beneficentia quoque atque cōmunio & itē propinquitas. Sed cognitio est causa dilectionis, tanquā via ad eam deducens. Cū igitur proximus sit nobis notior, similior & propinquior q̄ deus, & quantū ad hæc, prius ad diligendū nobis occurrat: idcirco sanctus Ioannes prætacto vtitur argumento: & quoniā quantū ad ista, facilius est proximum amare q̄ deum. Non autem vult dicere, q̄ proximus sit amabilior deo [*Et hoc mandatum habemus a deo, vt qui diligit deum, diligat et proximum suum*] Vnde cū Christus dixisset, Diliges dominum deum tuum ex toto
Matth. 22. corde tuo, &c. statim adiecit, Diliges proximum tuum sicut teipsum: non quidem æternaliter, quia post deum debet homo præcipuè amare seipsum: sed similiter vtpote spiritaliter & propter æternā obtinendam salutem. Ecce sæpissimè repetit glorioſissimus iste Christi discipulus fraternæ dilectionis præceptum. Idcirco illud tantò diligentius obseruemus, tantò perfectius impleamus, quantò frequentius ab ipso repetitur, & quantò nobis ab ipso seriosius inculcatur.

Declaratio quinti Cap. [*Omnis qui credit.*] Artic. VII.

PArtes diuinæ legis duæ sunt, videlicet testimonia & mandata. Testimonia pertinent ad credenda, mandata ad agenda. Postquam ergo iam ante beatus Apostolus disseruit de mandatis, nunc specialiter loquitur de testimonijs seu credendis, quamuis aliqua inferat de præceptis, sicut & ante quæ-
dam inserit de credendis [*Omnis qui credit*] fide formata, id est charitate bonisque actibus decorata H
[*Quoniam Iesus est Christus*] id est q̄ Iesus Nazarenus sit Christus in lege Mosi & prophetis promissus [*Ex deo natus est*] per regenerationem baptismalem, vt quidam exponunt. Quæ expositio non habet vniuersaliter veritatem, quoniam multi martyres sine baptismate decesserūt: nisi per regenerationem baptismalem intelligatur baptismus non solùm fluminis, sed etiam flaminis ac sanguinis. Est itaque taliter credens ex deo natus per charitatis & gratiæ infusionem per veritatis imitationem, & virtutum amorē. Denique Machometus infœlix in Alchorano suo frequenter fatetur, quòd Iesus Nazarenus sit Christus seu Messias in lege promissus, quòd item Iudæi dispersi & capti sunt eò quòd Iesum pro Christo non acceperunt: sed contra diuinitatem Christi blasphemias euomit multas [*Et omnis qui diligit eum qui genuit*] id est deum patrem. [*Diligit eum qui natus est ex eo*] id est vnigenitum filium eius, cùm pater & filius sint vnum & idem summum & inuariabile bonum, nec vna persona diuina & increata sine alia infuso amore diligi possit: cùm sint vnus, verus, simplex, & omnipotens deus. Vel sic, Omnis qui diligit eū qui genuit. i. creatorem altissimum, qui homines spiritaliter regenerauit per sacramenta & verba cælestia gratiarumq; dona, iuxta quod scriptum est, Voluntariè genuit nos verbo veritatis. Diligit eum qui
Iacobi. 1. natus est ex eo. i. quilibet christifidelem. Qui enim veraciter diligit deum, diligit & pertinentes ad eum, membra ministros ac milites Christi. Huic expositioni sequentia consonant verba [*In hoc cognoscimus, quoniam diligimus natos dei*] id est proximos nostros à deo regeneratos, eiúsque filios adoptiuos

A [*Cum deum diligamus et mandata eius faciamus*] quia (vt dictum est sæpe) amor dei & proximorum dilectio inuicem se includunt inseparabilesque consistunt, nec verè diligit deum nisi qui ei & eius obedit vicarijs. De quibus ait. Quivos audit, me audit, & quivos spernit me spernit [*Hæc est enim charitas dei*], i. in
Luc. 10. hoc consistit, hoc exigit, per hoc quasi per effectū & signū manifestatur & innotescit [*Vt mandata eius cu stodiamus*] qui enim syncerè diligit deum, honorat eum, & voluntatem suam voluntati ipsius conformat ac subdit: cùm amicorum sit eadem velle & nolle. Propter quod Christus loquitur, Si diligitis me,
Ioan. 14. mandata mea seruate. Itemque, Si quis diligit me, sermonem meum seruabit [*Et mandata eius grauia non*
Eodem. *sunt*] videtur quod imò, cū Christus protestetur, Quàm angusta porta & arcta via quæ ducit ad vitam,
Matth. 7. & pauci inuenient eam. Denique valde difficile est concupiscentias carnis, passiones, & vitia superare. Difficillimum quoque videtur, intellectum in captiuitatem redigere ad credendum incomprehensibilia illa, quæ in euangelica lege credi iubentur. Et respondendum, quòd diuina præcepta nō sunt grauia
2.Cor. 10. duplici ratione, Primò, quia virtutes de quarum actibus dantur præcepta, sunt ex sua natura suaues & conuenientes, habentque delectationes syncteras actibus suis annexas. Secundò, ex adiutorio dei, qui per dona gratiæ, præsertim per charitatem, hominem sic confortat inflammat & cōsolatur, vt ei dulcescat via
Psalm. 118. salutis & obseruātia præceptorum: imò cum ingēti alacritate & gaudio illa adimpleat. Propter quod ait
Eodem. Propheta, In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs. Et, Viam mandato-
B rum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Iterumque hortatur, Seruite domino in lætitia. Tertiò, ex
Psal. 99. inæstimabili magnitudine præmij desuper repromissi: cuius respectu omnis labor & omnis difficultas
Grego. & pœna vitæ præsentis est tanquam momentū. Propter quod dicitur, Consideratio præmij minuit vim
2.Cor. 4. flagelli. Paul. quoque ad Cor. Id, inquit, quod in præsenti est momētaneum & leue tribulationis nostræ,
Matth. 11. supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Hinc ait Saluator, Venite ad me omnes qui laborati & oneratis estis, & ego reficiam vos. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Quartò, mandata euangelicæ legis leuia sunt ob suam paucitatem, comparatione præceptorum Mosaicæ legis, quæ multitudine sua erant onus tam graue: vt princeps dicat apostolorū, Quid tentatis deū,
Act. 15. imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus? Nempe vt Rabi Moses scribit, tot erant in lege præcepta quot sunt dies in anno. & quot sunt ossa in homine, ita quod horum par extitit multitudo. Porrò difficultas implendi præcepta cōsurgit ex nostra infectione, & hostium impugnatione, ac obiectorum valida motione, aliisque causis diuersis. Consequenter subditur vna causa, cur præcepta sint leuia [*Quoniam omne quod natum est ex deo*] id est omnis fidelis
Epistola. ex deo per charitatem & gratiam regeneratus [*Vincit mundum*] id est auxilio charitatis & gratiæ, imò & fidei Christianæ (vt statim subiungitur) superat tentationes & impugnationes hominum mundanorū
C tyrannorum, & philosophorum: qui Christianos variis modis à fide auertere sunt c[illegible]ti. Mundum etiam vincit, qui diuitias, delitias, vanitates, prauitates, honores mundi non affectat: sed omnia talia aspernatur, cum apost. Paulo dicens, Mihi absit gloriari nisi, in cruce domini mei Iesu Christi. Et, Om-
Galat. 6. nia arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam [*Et hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra*]
Philip. 3. id est fides catholica per dilectionem operans, est virtus per quam vincimus mundum: iuxta illud He-
Galat. 5. bræorū. Sancti per fidē vicerunt regna. Per fidem nanque cognoscimus imminentia nobis bella atque
Hebr. 1. pericula, dei quoque præsidia nobis parata, & atrocitatem, fortitudinem, ac multitudinem hostium nostræ salutis. Sicque fides nos dirigit in pugnando, in orando, ac resistendo. Nam & ipsa est fundamentum virtutum & efficaciæ tantæ, vt asserat veritas, Omnia possibilia sunt credenti. Ideo princeps apost.
Marc. 9. locutus est, Diabolo resistite fortes in fide. Et ad Ephesios habetur, Accipite armaturam dei, vt possitis resistere in die malo, induti loricam iustitiæ: in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam spem salutis, & gladium spiritus, quod est verbum dei, orationes omni tempore in spiritu [*Quis est autem qui vincit mundum, nisi qui credit*] fide formata [*Quoniam*
1.Ioan. 5. *Iesus est filius dei*] id est naturalis, vnicus, consubstantialisque filius patris æterni. Talis enim nec philosophicis argumētis, nec tyrannicis infestationibus cedit ac vincitur, nec mundi blandimentis nec aduersis deiicitur, quandiu sic credit. Ait hoc loco Albertus, Quemadmodū corporaliter pugnans, indiget quatuor armorum generibus, scilicet, gladio ad percutiendum, scuto ad se defendendum, forti societati ad
D præmuniendum, & veritate, id est, iusta causa ad præliandum: sic Christianus contra mundum ac reliquos suæ salutis aduersarios pugnans, indiget primò pro ense habere charitatis feruorem. Secundò, pro
Ioan. 19. scuto fidei confortationem. Tertiò, pro societate diuinum angelicumque auxilium. Quartò, pro veritate seu causa, Christi veram confessionem. [*Hic est qui venit per aquam et sanguinem Iesus Christus*] id est ad
Matth. 3. nostram redemptionem processit, & eam effecit per aquā baptismatis, & sanguinem sui corporis quem in cruce fudit pro nobis. Christus nanque sacramentum baptismi instituit, & baptismum à præcursore accipiens tactu suæ sanctissimæ carnis vim regeneratiuam præstitit aquis: atque à merito suæ passionis omnia sacramēta suas sortiuntur virtutes. Hinc loquitur Paulus, Christus per sanguinem crucis suæ pacificauit, siue quæ in cælis sunt, siue quæ in terra. Et rursus, Christus dilexit Ecclesiā, & tradidit semet-
Colos. 1. ipsum pro ea, mundans illam lauacro aquæ in verbo vitæ. In Apocalypsi quoque habetur, Christus di-
Ephes. 5. lexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Denique cum vnus militum lancea latus Christi
Apoc. 1. aperuisset, continuò inde exiuit sanguis & aqua. Vnde de latere Christi sacramenta ecclesiæ dicūtur fluxisse, quia videlicet vim sanctificandi inde suscipiunt, & ita quo ad hoc venit in aqua & sanguine. [*Non*
Ioan. 19. *in aqua solum, sed in aqua et sanguine*] hoc additur ad differentiam sancti Ioannis Baptistæ, qui venit in a-
Marc. 3. qua solùm: qui baptizauit corpora aquis, sed sanguinem suum pro mūdi non fudit peccatis, nec animas
Lucæ. 3. lauit à vitiis. Vel ideo additur hoc, quoniam Christus non solùm dignatus est propter nos baptizari,
Ioan. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt suæ carnis attactu aquis vim regenerativam præstaret: sed & sanguinem suum pro nostra fudit salute. Porrò secundum Bernard.in serm.istud est additum ad differentiam Mosi,qui venit in aqua tantùm, E
Exod.2. à aqua nomen ei est impositum [*Et spiritus est qui testificatur,quoniam Christus est veritas*] hoc enim spiritus sanctus testatus est ante Christi passionem & post eam. Ante passionem scilicet cũ baptizatus fuisset
Lucæ.3. à beatissimo Ioan.Baptista. Iuxta illud,Factum est Iesu baptizato & orante,apertum est cælũ, & descendit spiritus sanctus corporali specie,sicut columba in ipsum, & vox de cælo facta est, Tu es filius meus dilectus. Porrò Christus secundũ quòd deus,est verè substantialiter verus & veritas. Propter quod ait,
Ego sum via,veritas,& vita. Et quia per modũ intellectualis emanationis procedit à patre,veritas ei ap-
Ioan.14. propriatur,vt dictum est plenius paulò ante. Rursus post passionem,in die Pentecostes, & deinceps spiritus sanctus per apostolos testificabatur idipsum, & per tam supernaturalẽ apostolorum illuminatio-
Actuũ.2. nem,inflammationem,roborationem,aliaque mirabilia quæ apparebant in eis & fiebãt per eos,luce clarius demonstrauit quòd Christus sit veritas, cuius vniuersa promissa tam verisimè & supernaturaliter
Ioan.15. implebantur. Hinc post cœnam dixit in sermone apostolis illud,Cum venerit paracletus, quẽ ego mittam vobis à patre,spiritum veritatis,qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Nec solùm spiritus sanctus id protestatur [*Quoniam tres sunt qui testimonium dant in cælo,pater,verbum,et spiritus sanctus*][id est tota supereſſentialis & superdignissima Trinitas in cælo empyreo specialiter habitans,præ F
stat coram omni cælesti militia testimonium,quòd Christus sit veritas:quia declarat Trinitas adoranda cunctis cælestibus ciuibus semetipsum,& qualiter verbum procedit à patre, & spiritus sanctus ab vtro-
Psal.35. que,iuxta illud in Psalmo,In lumine tuo videbimus lumen. De quo testimonio loquitur Christus pa-
Ioan.17. tri,Clarifica me tu pater apud teipsum,claritate quam habui priusquam mundus esset. Et rursus, Pater
Eodem. quos dedisti mihi,volo vt videant claritatem meam,quam dedisti mihi [*Et hi tres vnum sunt*] quoniã tres superbenedictæ & superuenerandæ personæ sunt, vna essentia, vnus deus,vnum vniuersorum principium,& vnus omnium vltimus finis: vnum summum bonum:vnũ plenæ felicitatis obiectũ, quo solo fruendum est. Diuinitatis quippe natura nequaquam potest multiplicari, sed est numero vna in tribus:
& quicquid absolutè cõperit deo, toti Trinitati,singulisque personis commune est,& vnum in tribus.
Ioannis.10 Propter quod loquitur Christus,Ego & pater vnum sumus. Superexcellentissimæ quoque Trinitatis
Matt.28. personalem distinctionem essentialemque vnitatem Christus pandit dicens,Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti[*Et tres sunt,qui testimonium dant in terra,spiritus, aqua,et sanguis*]id est militanti ecclesia,spiritus vtpote rationalis anima Christi, aqua quoque & sanguis quæ de eius latere profluxerunt in cruce,contestantur quòd Christus sit verus ac veritas in eo quod di-
Ioãnis. 19. xit se esse non solùm dei vnicum filiũ,sed etiam hominem verum,Palpate,inquiens,& videte,quia spiri- G
ritus carnem & ossa non habet,sicut me videtis habere. Vel tres testimonium dant in terra, quia in sacramento baptismi est spiritus viuificans,aqua abluens, & sanguis Christi virtualiter operans & emun-
Lucæ.24. dans,per quę patet veritas Christi. De quo deus dixit Ioanni Baptistæ,Super quem videris spiritum descendentem & manentem super eũ,hic est qui baptizat in spiritu sancto [*Et hi tres vnũ sunt*] id est vnum habent effectum,& in eiusdem veritatis manifestatione conueniunt. Deinde ostenditur irrefragabilis certitudo fidei Christianæ. [*Si*] pro quia [*Testimonium hominum accipimus,*] hoc dupliciter potest intelligi. Primò, quòd in rebus & causis humanis testimonium hominum efficax reputatur: quẽad-
Deute. 17. modum scriptum est, In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. Secundò, quòd testi-
Matth. 18. monium sanctorum hominum, vtpote prophetarum de Christo prænunciatum, iudicatur ido-
2.Cor.13. neum [*Testimonium dei maius est*] id est testimonium dei patris de Christo prolatum præclarius est: sicut & Deus pater omni homine cõstitit sublimior, cuius testimonium falsum subesse non potest [*Quoniam hoc est testimonium, quod maius est*] omni testimonio humano [*Quia testificatus est de filio suo*] id est testimonium, quod pater perhibuit filio in baptismo & transfiguratione, dicens, Tu es filius meus dilectus in quo mihi bene complacuit, maius est testimonio hominum. De quo testimonio etiam dictum est à Petro, Accepit (inquit) à deo patre honorem & gloriam, voce delapsa ad eum huiusce-
modi à magnifica gloria, Hic est filius meus dilectus [*Qui credit in filium dei, testimonium dei habet in se*] id est testimonio dei patris assentit, & operatur in eo testimonium illud salubrem credulitatem dum modo iuxta fidei exigentiam conuersetur. Credere autem in filium dei, est per fidem charitate, H
formatam & actiones virtutum in Christum dei vnigenitum tendere [*Qui vero non credit in filio, mendacem facit eum*] id est deum patrem, quantùm in se est, facit seu esse ostendit mendacem & testem fallacem [*Quoniam non credit in testimonio,quod testificatus est deus de filio suo*] dicens,Tu es filius meus dile-
Luc.3. ctus,&c. Nec possunt se excusare infideles dicendo,quòd pater non dixit hoc:quia per infinita miracu-
Matth. 17. la soli omnipotenti deo possibilia, interim vberrimè est ostensum,quòd euangelica lex in qua hoc continetur, sit verè à deo, & ipsum euangelium recitans hoc sit omni veritate plenissimum. Testatus est quoque deus pater de filio suo per sanctos prophetas, Dauid, Esaiam, Hieremiam, Micheam, Danielem,ac alios. Deinde per sanctos apostolos & euangelistas,quorum doctrinam per copiosissima ac præclarissima confirmauit miracula. Similiter per martyres gloriosos, quos in suis passionibus & ante ac
postea magnificis honorauit prodigiis. Deinde per alios innumerabiles sanctos, confessores, doctores,
prædicatores, prælatos: quorum doctrinam & sanctitatem per signa admiranda ac abundantissima declarauit & approbauit. Sed & per miracula ab ipsomet Christo peracta pater testimonium præbuit ei.
Ioan.5. Propter quod loquitur Christus,Opera quæ dedit mihi pater quæ facio,testimonium perhibẽt de me.
Ioannis.13. Et denuo, Si non facio opera dei,nolite credere: si autem facio,& si mihi non creditis, operibus credite. Ad hæc magnum gloriosum, & iucundum est, quod etiam istis diebus deus sublimis & benedictus

A tot & tanta operatur miracula ad sanctorum suorum promotionem,ad fidei roborationem, ad consolationem. Ecclesiæ,ad confusionem omnis plebis incredulæ,imò ad suiipsius gloriam & honorem. [*Hoc est testimonium*]id est intentio,fructus & finis testimonij præinducti:quia ad hoc deus pater istud de filio suo testatus est,quatenus hoc credendo vitam obtineamus beatam.ideo subditur, [*Quoniam vitam æternam dedit nobis deus*]id est vitã gloriæ præstitit nobis modò in spe,in causa, præmio & radice,in inchoatione,prælibatione,ac arra seu pignore. A Eternam enim beatitudinem nobis promisit:vitam gratię quæ 1.Cor.13.
pignus est vitę glorię,communicauit:charitatem,quę nunquam excidit,infudit,actus meritorios cõdo- Matth.5.
nauit,futurę suauitatis conceſit pręgustum. Hinc etenim contestatur, Beati pauperes spiritu, quoniam 2.Corin.1.
ipsorũ est regnum cælorũ. Et Paulus,Dedit(inquit)nobis pignus spiritus. Itemque,Gratia dei vita ęter- Roma.6.
na. Et rursus loquitur Christus,Hæc est voluntas patris mei qui misit me, vt omnis qui videt filium & Ioannis. 6.
credit in eum,habeat vitam æternam. Vel sic,Hoc est testimonium, quod scilicet nos apostoli perhibemus de Christo,quoniam vitam æternam dedit nobis deus per Christum,quia hãc Christus sua passio- Ioãnis. 14.
ne promeruit nobis[*Et hæc vita*]id est æterna felicitas[*in eius filio est*].i.per fidem & gratiam filij dei ac- Actuũ.4.
quiritur, quẽadmodum ipse fassus est, Ego sum via,veritas,& vita. Nemo venit ad patrem nisi per me. Ioan.11.
Vnde in actibus princeps apostolorum fatetur,Non est nomẽ aliud sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Et rursus asserit filius dei,Omnis qui credit in me,non morietur in æternum. Ioan.17.
B Vel hæc vita in filio eius est,quia in visione diuinitatis filij dei vera beatitudo obiectiuè consistit, prout ipse ait,Hæc est vita æterna,vt cognoscant te verum deum & quem misisti Iesum Christum. Hinc ipse
vnigenitus cultori suo pro pręmio pollicetur,Qui diligit me,manifestabo ei meipsum. Et pater in Psal- Ioan.14.
mo,Longitudine(inquit)dierum replebo eum,& ostendam illi salutare meũ. Potest & ita exponi, Hæc Psalm.90.
vita in filio eius est,quia æterna beatitudo in filio dei est secundum plenitudinem infinitam, inquãtùm est deus:atque secundum naturam assumptam fuit in eo participatiuè præ omnibus sanctis ab exordio incarnationis. Quia extunc anima Christi fuit in plenissima fruitione diuinitatis. Hinc idem ait,Sicut pa Ioan.5.
ter habet vitam in semetipso,sic dedit & filio vitam habere in semetipso.[*qui habet filium dei*] id est is in
quo filius dei per fidem & gratiam habitat, ita quòd habet filium dei vnigenitũ sui cordis habitatorem Ephes.1.
iuxta quod Paulus apost.ait,Deus pater det vobis secundum diuitias glorię suę habitare Christum per
fidem in cordibus vestris,[*Habet vitam æternam*]id est beatitudinem sempiternam iã habet in spe, prout Ioan.17.
dictum est plenius. Vnde filius loquitur patri,Sicut dedisti ei potestatẽ omnis carnis,vt omne quod de-
disti ei,det eis vitam. Vel habet vitã æternam,quoniã ipsemet filius est essentialiter,secundũ quod deus, Ioan.11.
vita æterna:sicut profitetur,Ego sum resurrectio & vita [*Qui non habet filium*] modo prętacto [*Non habet vitam*]quia nec vitam gratię habet in presenti.nec vitam glorię habebit in futuro: nisi cõuertatur ad
C Christum,[*Hæc scribo vobis,vt sciatis*]per fidem illuminatam certitudine adhęrentię & experientia prę- Ioan.11.
libationis futurę iucunditatis [*Quoniam vitam eternam habetis,qui creditis in nomine filij dei*]id est in Christum vnigenitum patris ęterni,qui ait,Qui credit in me,etiam si mortuus fuerit,viuet. Itaque nomẽ filij
dei sumitur hic pro nomine nominato,puta pro ipso dei vnico filio. Et de fide formata intelligẽda sunt
ista. Ex hac autem fide oritur confidentia magna ad deum,ideo subiungitur [*Et hæc est fiducia quam habemus ad eum,quia quodcunque petierimus*]ab eo [*secundum voluntatem eius*] id est secũdum beneplacitum
dei,vtpote piè & salubriter ad ipsius honorem & nostram salutem[*Audit nos*]si perseueranter petamus,
[*Et scimus quoniam audit nos quicquid petierimus*] maximè si pro nobisipsis oremus,quia non semper exau
diuntur deuoti pro aliis. Hãc spem, imò certitudinem atque scientiam exauditionis diuinę,Christus in
euangelio nobis copiosissimè inculcauit. Ait nanque,Omnia quecũque orantes petitis,credite quia acci Marc.11.
pietis,& venient vobis. A libi quoque,Petite & dabitur vobis,quærite & inuenietis, pulsate & aperietur Matth.7.
vobis. Omnis qui petit accipit,& qui quærit inuenit,& pulsanti aperietur. Et denuo ait, Si vos cum sitis Luc.11.
mali,nostis bona data dare filiis vestris,quanto magis pater vester cęlestis dabit spiritum bonũ petẽtibus
sẽ? Cum enim ad supernaturalem beatitudinẽ creauerit nos,& pręcepta cęlestia dederit nobis: quã beatitudinem sine donis gratiæ eius promereri adipiscique non possumus,& quę pręcepta sine eisdem im-
plere nequaquam valemus:nullum relinquitur dubium,quin paratissimus sit,quantùm in se est, gratia- Malac.1.
rum charismata nobis tam necessaria distribuere nobis. Dabitque ea si ritè petamus. Pręterea cum à no-
D bis pater appellari dignetur,haud dubiũ quin paterna pietate subuenire & exaudire paratus sit. Insuper
ipse qui ad orandum nos exhortatur,se exauditurum promittit:vtique libenter exaudiet, cum tam infi-
nita sit pietas,liberalitas,veritasque ipsius. Postremò ipse superbenignissimus deus, qui etiam non exo-
ratus tanta beneficia nobis largitus est,qui tam charitatiuè pręuenit nos, qui ingratis ac perfidis tot bo-
na largitur:fidelibus & deuotis ipsum inuocantibus vt oportet,non deerit. Sed tantum regem ac domi- Deute.4.
num cum omni humilitate,subiectione,& reuerentia exorare necesse est. Propter quod Moses prote-
statur,Cum quæsieris dominum deum tuum,inuenies eum:si tamen toto corde quæsieris eum, & tota
tribulatione animæ tuę. Et ipsemet Christus,Oportet(inquit)semp orare,& nõ deficere. Potissime ve- Lucæ.8.
rò exaudiri cupientes aduertant & impleant quod loquitur dominus,Cum stabitis ad orandum, dimit- Marc.11.
tite si quid habetis aduersus aliquem: quod si non dimiseritis, nec pater vester dimittet vobis peccata
vestra. [*Scimus quoniam habemus postulationes quas postulamus ab eo*] id est certi sumus, quòd petitionum quas deo offerimus effectum seu exauditionem sortiemur ab eo, iuxta sensum prætactum. Vel sen
sus est,quòd orationes quas deo offerimus,non ex proprio sensu,sed ex diuina instructione accepimus.
Quid enim & qualiter debeamus orare, Christus in euangelio docuit, & inter cætera dixit, Sic ergo
orabitis, Pater noster qui es in cælis, &c. Ideo loquitur Paulus,Quid oremus sicut oportet, nescimus: Matth.6.
sed ipse spiritus orat pro nobis,id est exorantes nos facit. Consequenter sanctus apostolus inter pec- Roma.8.
cata distinguit, & qualiter circa diuersos peccatores diuersimode nos habere debeamus, exponit [*Qui*

Universidad de Deusto Biblioteca

scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem]&c. Locus iste difficilis est, qui primò sic potest intelligi. Qui scit proximum suum venialiter peccare, quod non inducit mortẽ animæ in præsenti, nec mortem æternæ miseriæ in futuro [*petat*] id est pro illo oret, [*Et dabitur ei vita*] id est ad eius instantiam dabitur remissio talis culpæ [*Peccati non ad mortem*] id est venialiter peccati. Quemadmodum enim venialia difficulter vitantur, sic faciliter dimittuntur: vtpote oratione dominica, confessione mutua, correptione & correctione fraterna, pœnitentia assidua, aspersione aquæ benedictæ, ingressu ecclesiæ, pectoris tunsione, charitatis feruore, remissione illatæ iniuriæ, exercitatione operum misericordiæ. Secundò exponitur sic, Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, & non continuare peccata vsque ad mortem inclusiuè: petat pro illo, & exaudietur. Nam talis vitam gratiæ obtinet, & vitam gloriæ cõsequitur, Quia non manet in vitiis vsque in finem vitæ præsentis, in qua est tempus, locus, ac status merendi ac demerendi. Non potest de aliquo certitudinaliter sciri absque reuelatione, an ante mortem verè pœniteat: alioquin sciretur esse in charitate. Sed ideo sanctus Ioannes hæc dicit, vt agnoscamus, quòd pro illo frustra oramus qui in vita præsenti non pœnitet: sed absque contritione decedit. Tertiò exponitur sic, Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, id est non facere irremissibile peccatum: vt sunt peccata in spiritum sanctum, quæ irremissibilia asseruntur, quia difficulter & vix dimittuntur, & finalis impœnitentia nunquam dimittitur: petat pro illo, & exaudietur: nõ quòd semper oratio fusa pro taliter peccante exaudiatur, sed quia spes exauditionis est, & quãdoque exauditio fit pro illo [*Sed est peccatum vsque ad mortem, non pro illo dico vt roget quis*] si hoc de finali impœnitẽtia, seu de quocũque mortali vsque ad mortem continuato, & per contritionem non deleto, intelligatur, certum est quòd pro defuncto in tali facinore non sit orandum. Si autem de quolibet peccato in spiritum sanctum intelligatur, sensus est, quòd valde difficulter quis exaudiatur pro ita peccante. Ideo dicitur pro illo non esse rogandum, non vt nequaquam oretur, cum de nullo sit penitus desperandum: sed ad insinuandum quàm difficulter impetretur à deo venia talis peccati. Iuxta quem sensum Christus in euangelio loquitur, Si quis blasphemauerit in spiritum sanctum, non habet remissionem in præsenti seculo neque in futuro. Hinc subditur [*Omnis iniquitas peccatum est*] id est culpa mortalis, cum sit transgressio legis diuinæ [*Et est peccatum ad mortem*] quod tripliciter accipi potest, sicut tactum est. Quasi dicat, Non omnem culpam mortalem voco peccatum ad mortem. Vel sic, Omnis iniquitas, id est omnis non æquitas, seu quantumlibet modicus ab æquitate recessus peccatum est, ad minus veniale: & est peccatum ad mortem, id est mortale peccatum ad infernalem trahens interitum [*scimus quia omnis qui natus est ex deo, non peccat, sed generatio dei conseruat eum*] hoc est, quod supra tertio huius epist. cap. dictum est, Omnis qui natus est ex deo, non peccat: quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare: quoniam ex deo natus est. quod ibidem satis reor expositum. Et quod ibi dicitur semen, hîc generatiõ nominatur. Generatio enim dei, id est spiritalis renouatio in baptismate seu pœnitẽtia facta, seu gratia ibi infusa, conseruat eũ in bono & præseruat à vitio, quantùm ex se est: ipse tamen se potest à deo propria libertate auertere. [*Et malignus non tangit eum*] in quantùm ex deo natus est, & gratia confortatus. Quia vt talem, non potest eum ad peccatum impellere: sed vt defectibilem, fragilem, ac liberi arbitrij existentem, potest eum tentare, superare seu tangere [*Scimus quoniam ex deo sumus*] hoc supra expositum est. Apostoli quippe certitudinaliter se esse in charitate nouerunt, cæteri verò catholici ac deuoti probabiliter sciunt hoc [*Et mundus totus in maligno positus est*] id est mundani carnalesque homines diabolo sunt subiecti, vitiis inuoluti, & malæ libidinis igne succensi: quia in talibus abundãt peccata: de quibus ait propheta, Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Vnde in Ozea habetur, Non est veritas, & non est misericordia, & non est scientia dei in terra. Maledictum, & homicidium, mendacium, & furtum, & adulterium inundauerũt. [*Et scimus quoniam filius dei venit*] id est per incarnationis mysterium in inferiorẽ hunc mundũ ingressus est. Sicut ipse ait, Exiui à patre & veni in mundum [*Et dedit nobis sensum*] id est sapientiam salutarem & euangelicæ legis doctrinam [*Vt cognoscamus deum verum*] per quem hoc loco intelligitur pater æternus. Nam subditur [*Et simus*] per fidem & charitatem [*In vero filio eius,*] id est in vnigenito naturali & coæterno ipsius filio Iesu Christo, qui in vnitate personæ est deus & homo, Venit itaque filius dei, vt cognoscamus verum deum per fidem viuam & illuminatam, & per sapientiæ donum in vita præsenti, deinde clarè per speciem in regno cælesti. [*Hic*] verus filius dei, [*Est verus deus,*] veritate naturæ, ita quòd vera diuinitas est in eo non participatio quædam, sicut in aliis qui in scripturis dij vocãtur. [*Et vita æterna*] est enim essentialiter viuens, & vita, veritas, sapientia, ac diuina essentia. Porrò patre filioque expressis, intelligitur superbenedictus & adorandus spiritus sanctus, patris ac filij amor, osculum & amplexus. O quanta fuit infelicium hæreticorum insania: qui contra hanc lucidissimam protestationem tanti apostoli diuinitatem Christi negare impiissimè præsumpserunt. Quanta etiam fuit væsania Machometi, qui licet in Alcorano testetur Christum fuisse summum sapientissimumque prophetam, non tamen admittit vt filius dei aut deus dicatur, sed purum fuisse hominẽ reprobus ille mentitur [*vitioli custodite vos à simulacris*] id est idolis ac idololatris, atque ab omni auaritia, quæ idolorum est seruitus, ab hæreticorum quoque figmentis, qui de deo patre & filio eius ac spiritu sancto non id senserunt ac docuerũt qp pater & filius & spiritus sanctus sunt: sed quòd ipsi maledicti eos esse finxerunt. Simulacra quoque sunt vana phantasmata, cogitationes inutiles, phantasticæ ac stolidæ apprehensiones, somniorumque obseruationes. A quibus omnibus nos custodire debemus, & syncerè atque catholicè de deo vno ac trino sentire, salubria cogitare, sapientialibus meditationibus & considerationibus immorari, ac dominum maiestatis immensæ totis præcordiis iugiter venerari. [*Amen*] id est sic est, & ita fiat. Ad laudem & gloriam creatoris omnipotentis, qui est super omnia deus sublimis & benedictus.

Peccata venialia quibus modis deleantur.

Matth. 12. Marc. 3. Lucæ. 12.

Psal. 13. 52. Oseæ. 4.

Ioan. 16.

Ioan. 14. 2. Corin. 1.

Colos. 3.

D. DIONYSII CARTVSIANI IN tertiam B. Ioannis epistolam, Enarratio.

Sanctus Ioannes in præinducta epistola instruxit fideles in generali; nũc instruit quasdam personas in speciali. Porrò sensus huius compendiosæ epistolæ in præhabita sentiosa epistola pro maxima parte est habitus: ideo immorari non congruit. [*Senior Electæ dominæ.*] Vt recitat Beda, quidam dixerunt præsentem epistolam & sequentem non esse Ioãnis apostoli, sed alius presbyteri nomine Ioannis, vt infra plenius referetur. Sed nunc ecclesia communiter tenet, quòd sit Ioannis apostoli quod etiam ex stylo, ac sensu, & simili sermonis charactere satis videtur. ¶ Vocat autem beatus Ioannes se seniorem, quia iam erat prouectæ ætatis: & ratione sui officij, quoniam nomen senioris episcopis quoque propter grauitatem sapientiæ maturitatisque congruit. Vnde tunc rectores ecclesiarum propter discretionem & morum maturitatem senes appellabantur. Propter quod vt ante iam patuit, princeps apostolorum in prima sua canonica pastoribus loquens, Seniores (inquit) qui in vobis sunt, obsecro. Itaque senior iste Ioannes apostolus omnium, qui in Asia præerant Christianis, præcipuus scribit [*Electæ dominæ*] Hæc nanque veneranda & sancta matrona, cui tam reuerenter scripsit tantus apostolus, vocabatur secundum expositores Electa. Quod nomen illi optimè competebat, quoniam vtique valde electa erat à deo: quam in præsenti epistola sanctus Ioannes de multis commendat, sicut patebit [*Et natis eius*] id est filiis eius non solùm carnis propagatione, sed & virtutum imitatione. Nam & proles eius atque familia erant, & ita etiam spiritalem matrem se eis exhibuit, & quod parentes suis tenentur impendere filiis, vtpote educationem, institutionem, correptionem & castigationem, exhibuit eis [*Quos ego diligo in veritate*] id est vero & spiritali amore. Sciebat si quidem tantus Apostolus se esse in charitate, imò & in charitate perfecta. [*Et non ego solus, sed et omnes qui cognouerunt veritatem*] id est vniuersi fideles, qui Euãgelicæ legis ac fidei veritatem, Christum quoque qui summa est veritas agnouerunt, diligunt istos. Fuit nanque domina ista nobilis ac famosa cum sobole sua, & hospitabat ac sustentabat credentes ac ministros ecclesiæ. Ideo omnes boni fideles, ad quos fama eius peruenit, eam ac sobolem eius amabant. Cur autem amabant eam & notos eius, subiungitur [*propter veritatem, quæ permanet in vobis*] id est propter veram dei notitiam atque iustitiæ equitatem & vitæ synceritatem. Fuit enim in istis veritas triplex, videlicet veritas vitæ, veritas doctrinæ, veritasque iustitiæ. [*Et vobiscum erit in æternum*] quia posthanc vitam fuit in eis veritas ista, & in æternum manebit in eis multo perfectius, quàm fuit in vita præsenti. Nempe quod hîc nouerunt per fidem, in cælo contemplantur per speciem. In cælo quoque est perfecta iustitia ac veritas vitæ falsitate impermixta: quoniam sancti secundum extremum posse suum deo intenti sunt, honorificentiamque impendunt, nec quippiam culpæ eorum vitæ miscetur. [*sit vobiscum gratia*] gratificans, quæ est qualitas supernaturalis, essentiam rationalis creaturæ immediatè perficiens, & eam in esse deiformi ad promerendum idoneo ponens, vt magni describunt doctores [*Misericordia*] id est pia assistentia dei in omnibus, & remissio culpæ ac conseruatio gratiæ [*Et pax*] pectoris in præsenti, quæ pax est trãquillitas internæ ordinationis, & quies mentis in deo. Pax quoque æternitatis in futuro, quæ est pax plena semper in actu, & gaudium prorsus imperturbatum. Pax etiam temporis est optanda, vt cum omnibus habeatur concordia bona, & quietam ac tranquillam vitam agamus in omni pietate [*A deo patre, et Iesu Christo filio patris*] Pater enim & filius sunt vnum effectiuum principium gratiæ, & omnis boni creati. Propter quod ait filius, Quæcunque facit pater, hæc & filius similiter facit. Et ita per verba hæc, diuinitas filij insinuatur: eo quod dona ista dicuntur esse à filio sicut à patre, & idem intelligendum est de spiritu sancto. Totius etenim superprælantissimæ trinitatis est vna essentia, vna potestas, vna indiuisaque actio ad extra. Et tota trinitas est vnus deus, vnus creator & rector ac dominus vniuersorum. Sit itaque vobis pax à patre & filio [*in veritate et charitate*] id est per hoc quod estis & statis in veritate doctrinæ ac fidei Christianæ, atque in charitate dei ac proximorum, & vt proficiatis in istis. [*Gauisus sum valde*] gaudio spiritali in domino [*Quoniam inueni de filijs tuis*] id est aliquos filiorum tuorum [*Ambulantes in veritate.*] Vel inueni de filiis, id est hoc de eis cognoui, quòd sunt ambulantes in veritate, id est in fide catholica, morum synceritate atque iustitia conuersantes ac proficientes, non in tenebris ignorantiæ ac peccatis, non in simulatione ac calliditate viuentes. De hoc autem est bonis prælatis consolatio valde præcipua, quod eorum subditi virtuosè fructuoseque viuunt, cum eos tamen spiritualiter ament [*Sicut mandatum accepimus à patre*] id est deo trinitate omnium creatore. [*Et nunc rogo te domina, non quasi mandatum nouum scribens tibi, sed quod habuimus ab initio*] hoc inquam rogo. & hoc est mandatum quod ab initio nostræ conuersionis ad Christum, seu euangelicæ prædicationis, à deo accepimus [*Vt diligamus alterutrum*] id est spiritaliter inuicem nos amemus [*Et hæc est charitas*] id est in hoc consistit ac innotescit. idque requirit [*Vt ambulemus secundum mandata eius*] id est secundum dei præcepta viuamus, proficiamus, atque ad cælestem patriam properemus. [*Hoc est enim mandatum*] dei, vt quemadmodum audistis ab initio vestræ conuersionis [*in eo ambuletis*] id est secundum dei beneplacitum in lege & fide Christi viuatis, perseueretis, & gratiosè crescatis: quod vobis nunc scribo, ac necessarium duco [*Quoniam multi seductores exierunt in mundum*] id est diuersi hæresiarchæ & falsi magistri proruperunt in medium [*Qui non confitentur Iesum Christum venisse in carne*] id est dei filium non credunt veraciter incarnatum, & in carne assumpta inter homines

Cõtra eos qui duas has epistolas alterius dicũt Ioannis cuiusdam presbyteri.

Ioannis. 5.

Universidad de Deusto Biblioteca

conuersatum. Hoc enim dixerunt Marcionitæ hæretici, asserentes Christum corpus habuisse phantasticum: quorum hæresim sequutus est & auxit impius Manichæus [*Hic est seductor et Antichristus*] id est quicunque hinc asserit, fallit seipsum & alios. Est quoque Christo contrarius, & Antichristi præcursor ac typus. [*Videte vosmetipsos*] id est considerate & custodite vos [*Ne perdatis omnia quæ operati estis*] id est ne cadendo à fide catholica iustaque vita, priuemini merito & præmio omnium actuum virtuosorum, quos peregistis. Quia dum iustus mortaliter peccat, mortificantur præcedentia meritoria opera eius: quæ tamen rursus viuificantur, dum pœnitet & resurgit. [*sed vt mercedem plenam accipiatis*] id est idcirco vos custodite, vt perseuerando in bonis beatam in cælo retributionem plenariè quietantem ac contentantem obtineatis. Qui enim perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. [*scientes quòd omnis qui recedit*] vel vt alij legunt, præcedit, id est quicunque mente à veritate auertitur. Vel qui præcedit, id est primò rectè incessit, & bene viuere cœpit [*et non permanet in doctrina christi*] iuxta illam credendo, ac conuersando [*Deum non habet*] per charitatem & gratiam, nec est eius seruus, sed dæmonis. [*Qui permanet in doctrina eius*] id est Euangelicis Christi documentis obedit [*Hic et filium et patrem habet*] id est pater & filius, imò & spiritus sanctus, sunt inhabitator & dominus ac possessor cordis illius. Quemadmodum loquitur Christus, Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: & pater meus diliget eum: & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. [*si quis venit ad vos, et hanc doctrinam non affert*] id est hæreticam falsitatem catholicæ veritati contrariam docet [*Nolite eum recipere in domo*] id est eum non hospitetis, nec habitatione iungamini ei [*Nec aue ei dixeritis*] id est non communicetis ei in verbo salutationis, nec vllam cum eo societatem aut familiaritatem habeatis. [*Qui enim dixerit ei Aue*] communicando secum in verbis [*Communicat operibus eius malignis*] id est periculum incidit, & quasi socium prauitatis illius se esse ostendit. Istud de hæreticis excommunicatis, præscitis præsertim accipitur: atque in primitiua ecclesia seruabatur tam strictè, ne credentes nondum satis roborati & exercitati in Euangelica veritate, à talibus seducerentur. Vt etiam manifestarent quàm vitandi sint aduersarij veritatis fidei Christianæ. Vnde & Paulus, Hæreticum (inquit) hominem, post vnam & secundam correptionem deuita. Et rursus, Si quis non obedierit sermoni nostro per epistolam hunc notate, & ne commisceamini cum illo. [*Ecce prædixi vobis*] id est de periculo isto prænonui vos [*vt in die domini nostri iesu christi*] id est in die quo iudicabimini à Christo [*Non confundamini*] id est ne interim peccando mereamini tunc ab eo confundi, reprobari, damnari. [*Plura habens vobis scribere,*] id est quamuis alia multa salubria vobis scribere possem [*Nolui per cartham et attramentum*] id est literis scripto digestis nolui vobis ista insinuare. [*spero enim me venturum ad vos, et ore ad os loqui*] id est spero quòd os meum loquetur coram ad os vestrum. Præsentia nanque doctoris, & viua vox eius specialem habet vigorem, & frequenter plus operantur in subditis [*vt gaudium vestrum sit plenum*] id est spirituale gaudium vestrum ex mea præsentia & alloquutione perficiatur, atque ad æternæ iucunditatis plenitudinem pertingatis [*Salutant te filij sororis tuæ Electæ*] habuit ista sancta matrona sororem, quæ vt asserit glosa etiam vocabatur Electa sicut & ista, & filij eius erant Christiani, ac sancti Ioannis discipuli, & forsitan apud eum quando hæc scripsit. Porrò quod in aliquibus subiungitur, Gratia tecum, Amen, non est, vt dicitur, in libris correctis.

Marc. 14.

Ioan. 14.

Titum. 3.

2. Thes. 3.

Ioannis. 19

D. DIONYSII CARTVSIANI IN tertiam B. Ioannis epistolam, Enarratio.

Hierony.



Senior Caio charissimo, quem ego diligo in veritate.] Sicut refert Hieronymus libro de viris illustribus, quidam dixerunt istam ac præcedentem epistolam non esse sancti Ioannis apostoli, sed Ioannis presbyteri, quam Papias Hieropolitanus episcopus discipulus Ioannis apostoli in suis opusculis subinde allegat, seniorémque vocat: cuius etiam sepulcrum in Epheso monstrabatur. Sed quemadmodum tactum est, Ecclesia rationabiliter tenet quòd hæ duæ epistolæ sint Ioannis apostoli: qui cur Senior nuncupetur in præcedentis expositione epistolæ est expressum. ¶ Porrò Caius iste, cui scribit, creditur fuisse vir ille Corinthius, de quo ad Romanos loquitur Paulus, Salutat vos Caius hospes meus. Et prima ad Corinthios. Neminem vestrûm baptizaui, nisi Crispum & Caium. Sustentauit siquidé & bene tractauit Euangelicæ legis prædicatores, virtuosúsque fuit, ideo fuit amabilis. [*Charissime de omnibus,*] id est pro cunctis ad salutem pertinentibus [*Orationem facio*] vt scilicet in omnibus actibus meritoriis crescas: ideo subditur [*Prospere te ingredi et valere*] id est vt feliciter conuerseris proficiendo semper in melius, & valeas mente ac corpore: quatenus opera misericordiæ copiosius & expeditius prosequaris [*sicut prospere agit anima tua*] id est feliciter conuersatur in virtutibus crescens quotidie. Et ponitur hic pars pro toto [*Gaui sus sum valdè*] in domino gaudio spirituali [*Venientibus fratribus*] id est Christianis peregrinis & cæteris [*Et testimonium perhibentibus veritati tuæ*] id est conuersationi tuæ veraciter virtuosæ, quam nobis recitauerunt cũ certitudine coniecturali, fiduciali, probabili. [*sicut tu in veritate ambulas*] triplici veritate ornatus, vtpote veritate vitę, doctrinæ, iustitiæ. Nec est in te hypocritica cõficio, aut vulpina callidita: quod sanctus Apostolus potuit, Deo reuelante, certitudinaliter scire [*Maiorem horum gratiam non habeo,*] id est nihil mihi commodius vel acceptius reputo inter hæc foris occurrentia [*Quam vt audiant filios meos*] spiritales [*In veritate ambulare*] id est in vera & catholica fide in virtutum synceritate, & iustitiæ æqualitate deo seruire. Prælatus enim zelo salutis proximorum potissimè sibi commissorum debet esse omnino accensus, & de eorum spiritali profectu ac conuersione magis quàm de omnibus mundi bonis gaudere. Propter quod Paulus suis scribens discipulis, Tunc, inquit, viuimus si vos statis in domino. [*Charissime fideliter facis*] id est iuxta exigentiam fidei, quæ requirit vt opera ei correspondentia fiant, conuersaris, quoniam sine operibus virtuosis mortua iudicatur. Sic ergo fideliter facis [*Quicquid operaris in fratres*] id est omne opus misericordiæ quod fidelibus proximis impendis [*Et hoc in peregrinos*] quibus misericordiæ actus impartiri magis acceptum est creatori. De quo in Deuteronomio legitur, Dominus facit iudicium pupillo, & viduæ: amatque peregrinum [*Qui testimonium reddiderunt charitati tuæ in conspectu Ecclesiæ*] id est coram fidelium multitudine falsi sunt & dixerunt, quod circa eos charitatiuè & piè te habuisti [*Quos benefaciens deduces digne deo*] id est quibus de viatico seu necessariis prouidès, deduces seu diriges tam charitatiuè ac reuerenter, vt Christi membra ac seruos ad alia loca duci seu diri gi decet. Quod agens eris benefaciens seu meritoriè operans. Quia, vt Salomon ait, Benefacit animæ suæ vir misericors. Christus quoque in Euangelio, Quod vni, inquit, ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Vnde & Paulus scripsit, Zenam legisperitum & Apollo solicitè præmitte, vt nihil illis desit [*Pro nomine eius profecti sunt*] id est pro dei honore iter peregrinationis assumpserunt, seu ad prædicãdum egressi sunt. Vel, vt quidam exponunt, pro fide Christi à suis conciuibus sunt expulsi [*Nihil accipientes a gentibus*] id est ab infidelibus sustentaculum vitæ nec acceperunt nec petierunt. Vel hoc ideo dicitur, quoniam infideles abstulerunt istis quæ possederunt, quatenus isti paupertate coacti ad idololatriam reuerterentur. [*Nos ergo debemus suscipere huiusmodi*] id est tales bene tractare [*Vt cooperatores simus veritatis*] id est eis co operemur ad exercenda opera fidei ac virtutum, siue ad prædicandum euangelicę legis doctrinam. Hoc dicit sanctus Apostolus in persona habentium facultatem faciendi talia opera misericordię. Et quamuis ipse propria non haberet, tamen vt summus Asiæ præsul dispensauit bona Ecclesiæ, pro pauperum sustentatione collata. [*Scripsissem forsitan Ecclesiæ*] id est congregationi fidelium in tua ciuitate moranti [*sed is qui amat primatum gerere in eis Diotrephes non recipit nos*] id est nostris verbis aut scriptis non acquiescit. Diotrephes iste fuit insolens & superbus, hæresiarcha quoque, vt aliqui dicunt, & ambitiosus. Et fuit ibi prælatus, vel ad fratrum præsidentiam aspirauit. [*Propter hoc si veniero*] ad vos [*Commoneam*] seu, vt aliqui legunt, commonebo [*Eius opera quæ facit*] id est ea publicè reprehendam, quoniam publicè peccat, præsertim quia salutem impedit aliorum [*Verbis malignis garriens in nos*] id est impudenter detrahens nobis, & nostris contradicens doctrinis. Quocirca loquitur Beda, Linguas detrahentium sicut nostro vitio excitare non debemus, ne pereant: ita ex sua malitia excitatas debemus æquanimiter tolerare, vt nobis meritum crescat. Aliquando autem etiam compescere, ne dum de nobis mala disseminant, innocentium corda, qui bona de nobis audire poterant, corrumpant. Hinc sanctus Ioannes obtrectatoris sui linguam redarguit, ne alij à suæ prædicationis audientia impedirentur. Hæc Beda, Specialiter verò resistendum est detractori quempiam de hæreticæ prauitatis aut infidelitatis vitio mendaciter diffamanti [*Et quasi non ei ista sufficiant*] id est in tantorum criminum commissione non contentatur. Sicque quod ait, quasi, dicit hic veritatem, non similitudinem tantùm [*Nec ipse suscipit fratres*] id est hospitalitatem non exhibet peregrinis, atque pauperibus, ac prædicatoribus [*Et eos qui suscipiunt illos, prohibet*] à tam charitatiuis ac piis operibus [*Et de Ecclesia eijcit*] nisi sibi obediant in præceptis tam vitiosis. Ex quo sequi videtur quòd fuit prælatus, & constat quòd erat valde peruersus. [*charissime noli imitari malum*] id est prana huius & consimilium sibi exempla [*sed quod bonum est*] id est aliorum opera virtuosa: iuxta illud, Declina à malo, & fac bonum. Ne cum peruerso peruertaris. [*Qui bene facit ex deo est*] quantùm ad hoc quòd bene & meritoriè agit, quia per dei gratiam non propriis viribus taliter operatur: quemadmodum per Oseam dominus loquitur, Perditio tua ex te, in me tantummodo auxilium tuum. Omnia autem ex deo sunt, quantùm ad id boni quod habent aut sunt, quemadmodum Paulus fatetur, Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Electi verò ex deo sunt secundum prædestinationem æternam. Prout ista superius plenius sunt expressa. [*Qui male facit non videt deum*] id est deum formata & charitatiua cognitione non nosci t, nec eius præsentiam efficaciter pensat, neque iustitiam eius ritè veretur, sed propria culpa cęcatur, quod de mortali potissimè peccato accipitur. [*Demetrio testimonium redditur ab omnibus*] bonis hominibus eum agnoscentibus, quòd scilicet opera virtutum exerceat, & hospitalitati intentus sit [*Et ab ipsa veritate*] id est à propria sua iustitia, quę materialiter testimonium perhibet ei, atque à veritate existente in aliis formaliter, quos veritas mouet ad perhibendum testimonium ei. Itémque à iudice summo, qui est veritas ipsa [*Et nos*] Ioannes Apostolus [*Ei testimonium perhibemus*] qui deo reuelante certitudinaliter, aut aliunde probabiliter scimus, iustum esse hunc ipsum Demetrium [*Et nosti, quoniam testimonium nostrum verum est*] quia à spiritu sancto mouemur. Et quicquid in scriptis redigimus atque asserimus, canonicam habet authoritatem, & certam ac infallibilem veritatem, quia in his à spiritu sancto infallibiliter regulamur. [*Multa habui scribere tibi, sed nolui per atramentum, & calamum. spero autem protinus te videre, & ore ad os loqui*] hoc totum in fide præcedentis epistolę habitum est atque expositum. Siquidem secundum vnam considerationem habuit sanctus Ioannes scribere Caio isti: sed ex alia consideratione dimisit hoc, quia sperauit se in breui ore tenus loquuturum cum illo. [*Pax tibi*] id est tranquillitas mentis in deo iugiter tibi insit, etiam in aduersis: & tandem in cælis, vbi nulla erit aduersitas [*Salutant te amici*] tui & mei, qui mecum consistunt. [*saluta amicos nominatim*] tuos & meos qui tecum sunt. ¶ Postremò quoniam in duabus istis compendiosis epistolis frequenter nominata, & variis modis accepta est veritas, pro eorundem cla-

Roma. 16.
1. Corin. 1.

Pfalm. 11.
Pfalm. 17.
Oseę. 13
Rom. 11.

Ioan. 2.

1. Thess. 3.
Iacobi. 2.
Deut. 10.

Proue. 4.
Matth. 25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

riori intelligentia obtinenda sciendum, quòd in scripturis theologicis ac philosophicis dictis verum & E
veritas multipliciter accipiuntur ac distinguuntur. Primò itaque diuiditur veritas in veritatem increatam, & veritatem creatam. Veritas increata, est ipsemet deus, seu diuina essentia, quæ dicitur vera & veritas. Dicitur etenim vera quoniã summè incommutabilis, vniformis, perfecta, diuino intellectui se clarissimè repræsentans, pura & omni alieno, omni vano & falso penitus impermixta, omnisque creatæ veritatis origo fontana, exemplaris, æterna, infallibilis regula, inuariabilisque mensura. Et quoniam simplicissima est, idcirco est veritas sua, vtpote proprietas diuini & omnino necessarij esse. Et quamuis veritas filio approprietur propter causam præhabitam: tamen absolutè loquendo cuilibet diuinæ personæ verissimè competit, totaque trinitas adorãda, est veritas vna, quemadmodum & vna essentia: præsertim cũ ens & verũ cõuertantur: atque (vt ait philosophus) vnũquodque sicut se habet ad esse, ita ad veritatem.

¶ Porrò veritas creata est multiplex. Est enim in primis veritas rei, & veritas propositionis. Veritas rei, est veritas naturæ seu entis, nõ superaddens reale aliquid enti siue essentiæ rei, sed proprietatem quandam, ita quòd res creata dicitur vera duplici ratione. Primò enim, propter conformitatem suã ad rationem suam causalem ac idealem, quam habet in mente diuina: sicq; dicitur vera, quia fortita est esse prout deus per rationem idealem ei dare instituit, seu inquantũ imitatur suum esse exemplare, quod habet in animo creatoris. Secundò inquantũ apta est facere veram sui apprehensionem in anima intelligentis, F
seu manifestare se secundum quod est. Veritas autem propositionis, est veritas complexa, quæ est in intellectu formaliter ac subiectiuè. & dicitur adæquatio intellectus ad rem intellectam. Vnde secundum philosophum, bonum & malum sunt in re, verum & falsum in intellectu. Communiter quoque fertur, quòd res dicitur vera per comparationem ad intellectum, & bona in ordine ad voluntatem. In propositione autem est tãquam in signo. ¶ Iterum veritas creata ponitur triplex, videlicet veritas vitæ, veritas doctrinæ, & veritas iustitiæ. Veritas vitæ est ipsa rationalis creaturæ conuersatio vitalisue actio secundum diuinæ legis rectitudinem regulata, dum agit quæ deo sunt placita & eius iussionibus consona. De qua
Ioan.3. loquitur Christus, Omnis qui facit veritatẽ, venit ad lucem, vt manifestẽtur opera eius, quia in deo sunt
1.Tim.6. facta. Et Paulus ad Timotheum, Diuitibus præcipe non sublimè sapere, vt apprehendant veram vitam. Insuper veritas doctrinæ est consormitas seu consonantia instructionis mentis creatæ cũ sapientia mentis æternæ. Imò hæc veritas est ipsa doctrina rei, de qua agit, concordans. De qua asserit Christus, loquẽs
Ioan.17. ad patrem, Sermo tuus veritas est. Et Paulus ad Galatas, Licet angelus de cælo euãgelizet præter id quod
Galat.1. euangelizauimus vobis, anathema sit. At verò veritas iustitiæ dupliciter dicitur. Primò, secundum quod ipsa iustitia est quædã rectitudo, ac veritas increatæ iustitiæ synceritatem & cõtinentiam imitans. Secundò, prout aliquis ex iusticia veritatem fatetur, sicut in foro iudiciali. De qua veritate fertur in psalmo vicesimosecundo, Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. G

¶ Denique de hac triplici veritate dixerunt aduersarij veritatis ad veritatem æternam, Magister, scimus quia verax es (in quo tangitur veritas vitæ) & viam dei in veritate doces (in quo tangitur veritas doctrinæ) & non est tibi cura de aliquo (in quo tangitur veritas iustitiæ. Interdum quoque sumitur veritas pro virtute morali, per quam homo in verbis & factis correspõdenter se habet, quod ad veritatem pertinet vitæ, & item aliquo modo ad veritatem iustitiæ.

D. DIONYSII CARTHVSIANI
IN EPISTOLAM BEATI IVDAE
Apostoli, Enarratio.

Cap. 1. [*Iudas Iesu christi seruus.*]

Matth. 10. Marc.13. Prouer. 4. Ioan.16. [*Iudas Iesu Christi seruus, frater autem Iacobi.*] Iste est Iudas, quem euangelistæ Matthæus & Marcus vocant Thadæum, qui Actuum primo Iudas Iacobi appellatur: H
qui etiam, vt libro de Viris illustribus refert Hieronymus, vocatus est Coreulus, id est propriꝭ cordis custos, quia mentis suæ diligentissimus custos fuit, iuxta illud Prouerbiorum, Omni custodia custodi cor tuum. Et quamuis fuerit etiam frater Simonis Zelotis apostoli, tamen fratrem Iacobi se appellat, quoniam Iacobus inter eos extitit principalis, & magis famosus, ac primus Hierosolymitarum antistes. Ad distinctionẽ quoq; Iudę traditoris, vocat se Iacobi fratrem. Cuius humilitas innotescit, quod quamuis fuerit Christi consanguineus tam propinquus atque apostolus, tamen seruum se vocat Christi nõ apostolum, Fuitque seruus Christi seruitute filialis timoris ac charitatis, nõ seruilis formidinis. Hic itaque sanctus Iudas, de quo in Ioanne scriptum est, Dixit ei (scilicet Christo) Iudas, non ille Scariothes, Domine, quid factum est, quia manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo? Hic, inquam, beatus Iudas scribit [*His qui sunt in deo patre dilectis*] id est fidelibus, qui per fidem & charitatem, sunt in patre æterno, & spiritaliter diliguntur à cæteris Christianis in eo [*Et in Iesu Christo, conseruatis & vocatis*] id est qui à Christo sunt conseruati in gratia, & vocati ad fidem ac gratiarum charismata, gaudiáque cælestia. [*Misericordia vobis & pax & charitas adimpleatur*] id est gratiosa assistentia dei, pax spiritalis, charitásque infusa, perseuerent & crescant in vobis in vita præsenti, perficiantúrque in vobis in patria, quamuis gratiosa assistentia dei non ita habeat locum in beatis, sicut in viatoribus. Nihilominus beati seu comprehensores indigent indesinenter conseruari à deo in esse, & in bono eis collato, quamuis sint confirmati in bono. [*charissimi omnem solicitudinem*] id est magnam & perfectam curam seu diligentiam [*faciens scribendi vobis de communi vestra salute*] docendo qualiter impedimenta salutis debeatis vitare, & veram beatitudinem promereri ac obtinere, [*Necesse habui scribere vobis*] id est ex parte mei fuit necessarium mihi scribere vobis, quatenus debitum officij mei apostolatus circa vos adimplerem: quia ex iniuncto officio habeo vos docere. Fuit item necessarium ex parte vestri, ne ab hæreticis & peruersis fallamini, vt infra dicetur, [*Deprecans supercertari*] hoc est rogans vt strenuè certetis seu prælieimini [*Semel traditæ sanctis fidei*] id est pro defensione ac virtuosa perornatione fidei catholicæ, quæ semel tradita est sanctis, id est à deo infusa electis & virtuosis fidelibus. Vel vobis tradita est à sanctis apostolis semel, vtpote in vestra conuersione ad Christum. Vult ergo Apostolus, vt contra inuisibiles atque visibiles hostes pugnent Christiani pro fidei defensione. pugnent, inquã, tentationibus resistendo, orando, lachrymando, sanctis operibus insistendo, martyrium sustinendo. Porrò brachio seculari in certis casibus licitum est, imò incumbit, materiali gladio pro fide pugnare, & perfidos expugnare. Hinc scriptum est in Ecclesiast. Pro iustitia agonizare, pro anima tua, & vsque ad Eccle.4.
B mortem certa pro iustitia, & deus expugnabit pro te. Et paulus Timotheum exhortans, Certa, inquit, 1.Tim.6.
bonum certamen fidei. Iterúmque de seipso, Bonum, ait, certamen certaui. Consequenter tangit cur eis 1.Tim.6.
hæc scripsit, videlicet propter deceptores & hęresiarchas, ne eorum peruersis dogmatibus deciperentur. [*subintroierunt enim*] id est astutè & sub specie religiositatis introierunt inter conuersos, eis se callidè admiscendo [*qui olim præscripti sunt*] id est denunciati, & in scripturis præfigurati, vel ab æterno præuisi, atque præsciti à deo, [*impii*] contra verum dei cultum peccantes atque docentes. Præscripti, inquam, [*in hoc iudicium*] id est ad condemnationem istam, quam reprobis docet scriptura infligendam. Prædixit enim & præfiguravit scriptura eos esse venturos, & ad damnationem perpetuam ruituros. Loquitur itaque nunc de iudicio reprobationis & condemnationis, de quo ait Saluator, Qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit. Et denuo, Procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerũt, in resurrectionem iudicij. Hi itaque subintroierunt [*Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam*] id est Christi pietate abutentes, & eius occasione ad vitia carnalia corruentes. Ex quo enim lex Christi est lex pietatis, sicut lex Mosi lex rigoris, quia Chri- Leui.24.
stus non præcepit transgressores suæ legis statim in hac vita ita puniri, lapidari, incendi, aut iugulari: sicut lex Mosi, ideo isti tantò intimoratius atque liberius peccauerunt, carnalitérque vixerũt, quantò minus metuebant se per hoc in hac vita taliter puniendos. Tales sunt omnes qui non intuitu & amore dei. seu timore diuini iudicij, retrahuntur à vitiis. Vel sic, Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam, id est
C fidei Christianæ ac legi Euangelicæ admiscentes carnalia oblectamenta. Nam vt plures allicerent sibi discipulos, carnalia opera, crapulosa, ac lubrica eis tanquam licita concesserunt, & frequenter talia exercuerunt. De talibus ad Timotheum loquitur Paulus, Erunt homines amãtes seipsos, voluptatum amatores 2.Tim.3.
magis quàm dei, habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes, & hos deuita. Alibi quoque, Quæ in occulto, inquit, fiunt ab eis, turpe est dicere [*Et solum dominatorem & dominum nostrum Iesum christũ negantes*] id est de Christo impiè sentientes, vel veram eius diuinitatem, aut veram Ephes.5.
humanitatem negantes, aut ipsum per reprobam fidem abnuentes: iuxta illud ad Titum, Confitentur Titum.1.
se nosse deum, factis autem negant, cùm sint abominati & reprobi. Dicitur autem Christus solus dominator & dominus inquantùm deus, non quòd pater & consimiliter spiritus sanctus, non sint dominator & dominus, sed quoniam pater & filius & spiritus sanctus, sunt vnus dominator & dominus: sicut sunt vnus creator & vnus deus, propter vnitatem & identitatem naturæ in tribus personis. Vnde in tali propositione ista vox, solus, excludit aliud seu diuersum, non alterum seu alium. Pater autem & spiritus sanctus non sunt diuersum, aut aliud à filio, quamuis vnusquisque eorum sit à filio alter seu alius, alia scilicet persona. Præterea qualiter dictio exclusiua possit addi in diuinis ex parte subiecti, & quomodo ex parte prædicati, & qualiter trino essentiali cum prædicamento personali, qualiter etiam econuerso, primo Sententiarum distinctione vicesimaprima discutitur. Per verba verò hæc præinducta sanctus Apostolus Iudas Christi diuinitatem clarè fatetur, quod iterum facit per verba textus sequentia. Hic Chri-
D stus est dominator, de quo cantat Ecclesia. Ecce aduenit dominator dominus, & regnum in manu eius, & potestas & imperium. De quo Daniel ait, Aspiciebam in visione noctis, & ecce in nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit, & dedit ei potestatem, & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus & linguæ seruient ei. Potestas eius, potestas æterna, quæ non auferetur: & regnum eius, quod non corrumpetur. In quibus verbis personalis distinctio patris & filij, & duplex Christi natura, diuina scilicet & humana, vnitásque personæ euidenter tanguntur. De quo etiã ait psalmista, Dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Et, Ado- Psalm.71.
rabunt eum omnes reges, omnes gẽtes seruient ei. Sit nomen eius benedictum in ęcula, ante solem permanet nomen eius. In quibus vtique verbis idem ostenditur. [*Commoncre autem vos volo, scientes semel omnia*]. i. ad eorum quæ scitis memoriam reuocare, & ad eorum fructuosam attẽtionẽ incitare vos volo, scientes semel omnia, id est qui ex primordiali vestra informatione scitis omnia quæ sunt fidei, atq; necessaria sunt saluti. Idcirco nõ indigetis de hoc nouiter informari, sed plenius instrui, exhortari, atque ad actualem recordationẽ eorum quæ habitualiter scitis, reduci, sicut & paulus ait, Tãquam in memoriam Roma.15.
vos reducens [*quoniam Iesus populum suum de terra Aegypti saluans*] id est filios Israël per Mosen de terra & seruitute AEgyptiaca liberans, quod verificatur de Iesu secundum suam diuinam naturam ac omnipotẽtiam, & prout supponit increatam hypostasim, seu personam, secundum quam Iesus est deus æternus vbique præsens, & omnia implens. Qui ait, Antequã Abraham fieret, ego sum. Qui etiam Ni- Ioan.8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

codemum corporaliter ac præsentialiter alloquens dixit, Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de E
cælo, filius hominis, qui est in cælo. Quamuis ergo tempore Mosi Iesus nondum fuerat homo, tamen
Num.16. persona Iesu tunc & æternaliter fuit. Idcirco ad commendandam vnitatem personę vtriusque naturę in
Christo ista dicuntur [*secundo eos qui non crediderunt, perdidit*] id est altera vice post illam eductionem
Naum.1. incredulos & rebelles filios Israël in deserto prostrauit, & variis plagis peremit, vt patet in libris Exodi
& Numero. Eos quoque qui in sua percussione non pœnituerunt, in æternum damnauit. Nec obstat il-
lud Naum, Non consurget duplex tribulatio. Vbi septuaginta transtulerunt, Non vindicabit dominus
bis idipsum. Hoc enim intelligitur quando vna tribulatio est pœna peccati sufficiens, & quando tribula
tus suam cognoscit culpã, ac pœnitet, prout in hoc Decreto plenè exponitur. Porrò de expositione ver-
bi huius Iudæ apostoli dictum est plenius super illud Petri, Nouit dominus pios de tentatione eripere.
Exod.14. Quemadmodum ergo Christ⁹ filios Israël, quos primò de AEgypto redemit, & per mare rubrum de-
duxit, cùm clamassent ad eum, postea incredulos, & rebelles perdidit, ita & nũc eos quos regenerauit ba
ptismate, si non permanserint in fidei synceritate & Euãgelicæ legis obseruatione, debitè puniet. Et hoc
consequenter probatur exemplo deiectionis angelorum peccantium. [*Angelos vero, qui non seruauerunt
suum principatum*] id est in choro seu ordine suo, quo conditi erant, & constituti, non manserunt stantes
[*sed dereliquerunt suum domicilium*].i. mansionem cælestem seu cæli empyrei locum [*in iudicium magni
dei vinculis æternis sub caligine reseruauit*] ordo verborum est, Iesus angelos illos reseruauit sub caligine, F
id est in aëre caliginoso in iudicium magni dei, id est vsque ad diem generalis iudicij, in quo deus trini-
tas iudicabit per principalem authoritatem. Christus verò secundum naturam assumptam faciet iudicij
exequutionem per ministerialem potestatem, quia per ipsum deus altissimus iudicabit secundum illud
Act.17. Actuum, Deus iudicaturus est orbem in æquitate, in viro quem statuit. Porrò quod ait, vinculis æternis,
referri potest ad verbum reseruauit in habitudine ablatiui casus, vt sit sensus, q⁹ reseruauit eos perpetua
Proue.5. obligatione reatus vinctos & compeditos: iuxta illud Prouerbiorum, Iniquitates suæ capient impium,
& funibus peccatorum suorum constringetur. Potest quoque referri ad verbum reseruauit in habitu-
dine casus datiui, eritque sensus, quòd reseruauit eos perpetuæ reclusioni compedibúsque inferni.
Matth.22. De quibus Christus in Euangelio, Ligatis, inquit, manibus & pedibus, mittite eum in tenebras exterio-
Esa.24. res. Vnde in Esaia habetur, In illa die visitabit dominus super militiam cæli, & congregabuntur in con-
2.Petri.2. gregatione vnius fascis in lacum, & claudẽtur ibi in carcere. De hac re plenius dictum est super illud pe
Gene.19. tri, Si deus angelis peccantibus non pepercit. Vbi hæc eadem continetur sententia. Deinde ponitur ter-
tium exemplum ad idem probandum. [*sicut Sodoma et Gomorra et finitimæ*] id est eis propinquæ [*ciuita-
tes*] videlicet Adama, Seboim, Phegor [*simili modo fornicatæ*] id est eadem luxurias cum Sodomitis ex-
Rom.1. ercentes [*Et abeuntes post carnem alteram*] id est vitium contra naturam sequentes, quod agebãt cum car- G
ne altera quàm natura requirit, & author naturæ instituit: masculis in masculos, & fœminis in fœmi-
nas turpitudinẽ operantibus [*Facti sunt exemplum ignis æterni, pœnam sustinentes*] id est prædicti Sodomi-
tæ, &c. sustinẽtes pœnã ignis & sulphuris in Genesi descriptam, facti sunt exemplum ignis æterni, id est
figura seu typus facti sunt perpetuæ damnationis ac infernalis incendij, quę per illorũ punitionem sunt
præsignata. Et istud in secunda Petri habetur, pleniúsque est elucidatum [*Similiter & hi carnem quidem
1.Petri.2. maculant*] id est præfati hæretici & seductores lasciui corpora sua diuersis luxurię fœditatibus inquinãt,
per quod Sodomitis assimilantur [*Dominationem spernunt*] id est sanctis apostolis, summis Ecclesiæ prę-
latis, obedire & consentire contemnunt. propter quod conformantur apostatis angelis, deo subesse ne-
gligentibus, quales sunt subditi impij, ac rebelles, suis superioribus recalcitrantes [*Maiestatem autem bla-
sphemant*] id est Christi deitatem ac omnipotentiam negant, seu aliis modis enormiter inhonorant. Quod
quàm graue sit scelus, consequenter probatur. [*cum Michael archangelus cum diabolo disputans altercare-
tur de Mosi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiæ: sed dixit, imperet tibi dominus.*] Circa hoc lo-
quitur Beda, De quibus scripturis Iudas hoc testimonium assumpserit, non facilè patet: & rursus quan-
do de Mosis corpore contentionem cum diabolo Michaël habuerit, incertum est. Sed quicquid sit de
hoc, ad credendum sic contigisse sufficit sancti apostoli huius authoritas, qui ex spiritu sancto hæc scri-
psit. Nec oportuit eum istud de scripturis assumere, quia omnia scripta sunt. Sicut & Paulus in Actibus
Act.20. ait, Oportet meminisse verbi domini Iesu, Beatius est dare quàm accipere, quod à nullo euangelistarum H
scriptum est. probabiliter ergo tenendum est, quòd altercatio ista inter archangelum Michaëlem & dia
bolum contigit Mose sepulto, cuius sepulchrum voluit deus esse & manere ignotum, ne filij Israël ad
idololatriam proni illud effoderent, & diuinis honorarent honoribus seu adorarent. Quod eos facturos
Num.21.3. fuisse inde potest ostendi, quòd serpenti æneo à Mose facto adolebant incensum vsque ad tempus Eze-
4.Reg.18. chiæ regis, qui serpentem illum confregit, vt quarto Regum habetur. Est igitur sensus, Cùm Michaël ar
changelus cum diabolo disputans, id est contra diabolum rationaliter loquens altercaretur, id est dissen
tiret à diabolo de Mosi corpore, quoniam tanquam princeps synagogę voluit corpus illud manere ab-
sconditum, ne plebs sibi commissa peccaret, diabolus verò non voluit illud manifestare Iudæis, quate-
nus superstitiosè ipsum venerarentur seu adorarent, non est ausus, id est non voluit iudicium inferre
blasphemiæ, id est indecentem aut derogatorium diuino honori increpationem diabolo facere, & hoc
propter naturam diaboli bonam, in qua dei similitudo resplendet, propter quod secundum se contem-
nenda non fuit: sed dixit diabolo, Imperet tibi dominus. modesto verbo coërcuit dęmonẽ, dicẽs, Iubeat
tibi dominus, vt nec possis nec audeas corpus Mosi manifestare. Sic & angelus apud Zachariam legitur
dixisse diabolo aduersanti Iesu sacerdoti filio Iosedech, Increpet dominus in te sathan, & increpet do-
minus in te. Ex quibus patet quòd Christo inferre blasphemiam, sit incomparabiliter grauius, inquan-
tùm ipse est deus. ¶ Dicitur autem Michaël archangelus non quia de choro sit archangelorum qui cho-

A rus in infima hierarchia angelica est medius, quum sit de ordine principatuum. vnde in Daniele vocatur Dan.12.
princeps magnus, & nunc præest militanti Ecclesiæ, sicut tunc synagogæ, sed archangelus appellatur,
quantùm ad nominis interpretationem cõmunem, quasi princeps angelicus seu inter angelos plurimos
principalis. Nam sicut angeli vno modo dicũtur omnes angelici spiritus, alio modo soli spiritus de insi
mo choro: ita archangeli vno modo dicuntur oẽs angeli ordinum superiorũ, alio modo soli spũs de mẽ
dio ordine infimæ angelicæ hierarchiæ. [*Hi autem quæcunque ignorant, blasphemant*] id est præfati seducto
res hæretici incomprehensibilia fidei, quę intelligere nequeunt, negant & inhonorant, vt quod deus est
vnus & trinus, quod Christus est deus & homo. [*Quæcunque autem naturaliter, tanquam bruta animalia
norunt*] id est quæ sensitiua cognitione brutis conueniente agnoscũt, & sibi quasi delectabilia apprehen
dunt [*In his corrumpuntur*] id est talibus malè vtuntur, & in eis damnabiliter delectantur, eisque inordi-
natè, & magis quàm summo bono adhærent, quod totum est spiritalis corruptio, læsio, diuisio, imò in-
teritio animæ: iuxta illud in psal. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus. Et illud O- Psalm.52.
see, Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Isti sunt bestiis similes, quoniam instar brutorum tempo Osee.10.
ralia, sensibilia & terrena. ad spiritalia & diuina non referunt, sed eis propter se inhærent, inquantùm ali
quid habent delectabilitatis, vtilitatis, siue decoris: per quæ fiũt amabilia istis carnalibus ac peruersis ho
B minibus. Vnde Sapiens scribit, Creaturæ factæ sunt in tentationem animæ hominum, & in muscipulam Sap.14.
ac laqueum pedibus insipientium.

Elucidatio secundi Cap. [*Væ illis qui via Cain abierunt.*] Artic. 11.

EOdem feruore quo beatissimi apostoli Petrus & Ioannes contra insurgentes hæ-
resiarchas, ac deceptores carnales, & fictos scripserũt: etiam gloriosus iste aposto
lus Iudas cõtra eosdem scripsit. Contra quos consequenter subiungit, [*Væ*] æter-
næ damnationis debetur & imminet illis [*qui via Cain abierunt*].i. inuidiam Cain Gene.4.
sequentes recesserunt mente à deo [*Et errore Balaam mercede effusi sunt*].i. ex dece
ptione qua Balaam hariolus fuit deceptus, cupiditate ad vitia diuersa sunt fusi, seu Num.22.
corde extenti. Vel effusi sunt.i. gratiarum charismata perdiderũt euacuati corde
ab illis. Hęc est vitiosa effusio. ¶ Est autẽ & virtuosa effusio, qua homo cordis sui
pia desideria offert deo, & anxietates ac gemitus suos exponit & recitat corã eo. Iuxta illud Trenorum, Tren.3.
Effunde sicut aquam cor tuum ante cõspectum domini dei tui. Porrò omne peccatum volũtatis, venit
ex errore aliquo intellectus, hoc est ex aliqua incõsideratione, inaduertẽtia, falsa opinione, hæretica pra-
C uitate, infidelitate similíve radice. Idcirco notãter ac subtiliter loquitur sanctus Iudas, errore Balaã mer-
cede effusi sunt. Error verò intellectus Balaam fuit incõsideratio districtionis diuini iudicij, & vitium
superstitionis. Nam fuit hariolus anguriisque intentus, prout in Num. habetur, Ex quibus erroribus ad Num.22.
vitiosum temporaliũ rerum amorem dilapsus est. Voluitque maledicere populo dei. Et inde à deo pro-
hibitus, dedit regi Balach cõsilium superprauissimum cõtra populum illum, vt scilicet per mulieres Ma
dianitas traheretur ad idololatrias ac adulteria. Væ etiã illis qui [*Et contradictione Chore perierunt*] qui re-
bellionem ipsius Chore sequẽtes, ad ambitionem dilapsi sunt, iamq; perierunt in anima, & æterna dam-
natione meruerũt perire. Omniũ horũ scelera præfati hæretici sunt sequuti. Quia ex inuidia sanctos apo
stolos & eorũ coadiutores persequebãtur. Et propter carnalia cõmoda induxerũt dogmata noua, qui-
bus plurimos deceperũt. Desiderio quoque primatus se cõtra apostolos erexerũt. Insuper viã Cain se-
quuntur inuidi, viam Balaam auari, viã Chore ambitiosi, inobediẽtes superbi, pręsumptuosi. [*Hi sunt in
epulis suis maculæ*] id est prędicti hæretici & peruersi in suis epulationibus tam immoderatè se habent, vt
nõ solùm maculati, sed & maculæ meritò nũcupentur: præsertim quia non solũ seipsos cõtaminant, sed
& alios quos ad vitia trahunt cõmaculant. Iuxta quem modum Paulus scribit Ephesiis, Eratis aliquãdo Ephe.5.
tenebrę, nunc autem lux in domino [*Conuiuantes sine timore*] id est absque formidine offensionis diuinæ
crapulosè viuentes, ideoq; comedẽdo grauiter excedentes: quoniam timor domini retrahit hominem à
peccato: quemadmodum in Prouerb. legitur, per timorem declinat omnis à malo. Et in Ecclesiastico,
D Timor domini expellit peccatum. Idcirco qui sine timore dei mãducat, aut aliud quippiam agit, multas Proue.15.
incidit culpas. Specialiter quoque indiget homo timore dei in comedẽdo, quia in comestione sunt va- Eccles.
rię occasiones peccãdi, quas absque timore domini homo nõ vitat. Ex quo duo eliciũtur. ¶ Primum est,
vt cũ dei timore sumamus cibũ & potum: quemadmodum in lib. Tobiæ asseritur, Cũ timore domini ce Tobiæ.6.
lebrauerũt nuptiarum cõuiuium. Secũdum est, vt in omni, quod agimus, dei præsentiã atque iudicium
perpẽdamus, sicque vniuersis actibus nostris timorẽ domini superponamus. Hinc timor dei vocatur co- Eccle.1.
rona iustitię. Et sanctus Iob ait, Verebar omnia opera mea, sciẽs quòd nõ parceres delinquẽti. In Eccle- Iob.9.
siastico quoque scriptũ est, Qui sine timore est, iustificari nõ potest. Et sapiẽs in omnibus metuit. [*Nu- Eccle.1.
bes sine aqua*] id est quemadmodum virtuosi prædicatores nubibus comparãtur, quoniam verba sapien- Eccles.18.
tiæ pluunt, virtutibus fulgẽt, ad sublimia per cõtemplationem leuãtur, & cõuersationem habent in cæ-
lis. (De quibus per Esaiam loquitur spiritus sanctus, Qui sunt isti qui vt nubes volãt? Et rursus, Manda- Esa.60.
bo, inquit, nubibus meis ne pluãt super eam imbrẽ. Atque in psalmo, Veritas tua vsque ad nubes. Sic isti Esa.5.
hæretici & seductores, nubes sine aqua sapiẽtię salutaris vocãtur, quoniam audiẽtium corda salubri do- Psalm.35.
ctrina nõ rigant [*Quæ a ventis circunferuntur*] quoniam instar leuium nubium à malignis spiritibus, & ela Eccle.15.
tionum vanitatúmque moribus impellũtur. Contra quod Paulus hortatur, Nõ circunferamini omni vẽ
to doctrinæ [*Arbores autumnales.*] Nam sicut arbores in autumno folia habent non fructus, præsertim in
terra promissionis: sic isti apparẽtiam tantũ habent non existentiam virtutum, virtuosorúmque actuum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matth.3. Ideo ſubditur, [*Infructuoſæ*]quoniam bona quæ exercere videntur,non ſunt verè fructus virtutum [*Bis mortuæ*] quia propter peccata omiſsionis ſunt mortui vno modo:iuxta illud, Omnis arbor quæ non fa- E
1.Tim.1. cit fructum bonum,excidetur, & in ignem mittetur. Et propter peccata commiſsionis ſunt mortui alio modo,cũ dicat Apoſtolus, Vidua quæ in deliciis viuit, viuens mortua eſt. Fuerunt etiam ſemel mortui vitiis ante baptiſmum,& altera vice recidiuando,atque in hæreſim ruendo poſt baptiſmum [*Eradicatæ*] ab vnitate eccleſiæ ac indiuidua charitate. De quibus ſecundo Regum loquitur Dauid, Præuaricatores quaſi ſpinæ euellentur. Et Paulus ad Romanos, Propter infidelitatem exciſi ſunt. Econtra ait de iuſtis, In charitate radicati & fundati[*fluctus feci maris*] id eſt ſimiles fluctibus maris amari, & ferocis ſeu turbulenti,quod dicitur ferox,nõ quaſi mala ſit eius natura:ſed propter ſuum effectum,quoniam multi in eo merguntur,aut tribulantur,ac ſpoliantur, ſuntq́ue diuerſa eius pericula. Huiuſmodi maris fluctibus iſti per ſuam inquietudinẽ amaritudinemq́; conſimiles ſunt. Quoniã alios inquietant,& pacem turbant Eccleſię, plurimosq́ue amaricant. Hinc in Eſa.legitur,Impij quaſi mare feruens quod quieſcere non poteſt[*Deſpumantes ſuas confuſiones*]id eſt confuſibiles ſuos errores,ad infernalem confuſionem trahentes,per modum ſpumæ diffundentes & multiplicantes. Sicq́ue beatus Iudas ſeruat metaphoram,quia marini fluctus ſpumant[*Sydera errantia*]ſydera errantia dicuntur ſtellæ non fixę, vtpote ſeptem planetæ,quæ præter motum orbium ſuorum proprios habent motus, atque quotidie in alio loco quàm pridie oriũtur & occidũt,habẽtque motus varios & incertos. Quibus comparãtur præfati hæretici & iniqui,quoniam per errores & vitia fluctuãt,nec in vnifor.ni ſtant regula veritatis,nec in Eccleſia quaſi in orbe figũtur,ſed proprios habent motus erronei intellectus ac impiæ voluntatis,irrefrenatæq́; ſenſualitatis. Quibus cõpetit illud in pſalmo,In circuitu impij ambulant. Et iterum, Deus meus pone illos vt ro- F
tam. Quod item fertur in Eſaia, Deus miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis [*quibus procella tenebrarum*]id eſt tempeſtas infernalis caliginis[*conſeruata eſt in æternum*] Quia,vt ait Saluator, mittentur in tenebras exteriores. De quibus Pſalmiſta, Ignis,inquit,ſulphur & ſpiritus procellarum pars calicis eorum. Cõſequenter dicto prophetico probat quod dixit [*Prophetauit autem de his ſeptimus ab Adam Enoch*] qui ſeptimus fuit ab Adam eis pariter computatis,vt patet in Geneſi. Vnde in exordio primi Paralipomenõ legitur, Adam, Seth, Enos, Cainam, Dalaliel, Iareth, Enoch[*Ecce venit dominus in ſanctis milibus ſuis facere iudicium*] id eſt dei filius deus veraciter incarnatus in natura aſſumpta in fine mundi venturus eſt inter omnium angelorum ſupernorũmque ciuium agmina facere iudicium: iuxta illud Eſaiæ, Dominus ad iudicium veniet cum ſenibus populi ſui,& principibus eius[*Contra omnes*] non penitus contra omnes,ſed contra reprobos vniuerſos. Propter quod expoſitoriè ſubditur, [*Et arguere omnes impios*] qui non pœnituerunt,nec deceſſerunt in gratia ab hac vita [*De omnibus temporibus impietatis eorum, quibus impie egerunt*]videlicet contra dei legem & cultum [*Et de omnibus duris quæ loquuti ſunt contra deum*] id eſt contra G
dei præcepta ſeu monita,vel directè contra deum,falsè loquendo de eo,aut irreuerenter [*Peccatores impii*] imò de omni verbo otioſo reddenda eſt in die iudicij ratio, atque de omni cogitatione mala affectationeq́ue praua,& omiſsione culpabili: quoniam immenſa dei iuſtitia nil indiſcuſſum, nil irremuneratum relinquet. Circa hunc locum ſcripſit Beda, Sciendum quòd liber Enoch de quo verba hęc Iudas ſcripſit,ab eccleſia inter apocrypha reputatur:nõ quia dicta tãti patriarchæ abiicienda ſint,ſed quoniam liber ille non ab Enoch,ſed ab alio ſub nomine eius ſcriptus videtur. Si enim ſcriptus eſſet ab Enoch, non contineret contraria fidei ſanæ. Nunc autem quoniam multa incredibilia continet (ex quibus eſt illud,quòd gigantes non habuerunt homines,ſed angelos patres) ſapientibus conſtat librum illũ non verè ab Enoch compoſitum. Propter quod iſta Iudę epiſtola,quia de libro apocrypho teſtimoniũ ſumpſit,primis temporibus à pleriſque reiiciebatur,nũc tamen authoritate, vetuſtate, & vſu meruit inter ſanctas computari ſcripturas,maximè quoniã tale teſtimonium de apocrypho Iudas aſſumpſit,quod nõ apocryphum,ſed vera eſt luce perſpicuum. Hæc Beda, Verũtamen ſi bene penſemus, nõ videtur ſanctus iſte apoſtolus ſpiritu ſancto repletus librum Enoch apocryphum, ſed veriſsima verba Enoch patriarchæ allegare. Quæ verba aſſumpſit,nõ quia in libro cõtinentur apocrypho, ſed quoniam deo reuelante ſciuit ea ab Enoch eſſe prolata. Sicut & Moſes aliqua verba Abrahæ recitat,quæ deo reuelante noverat ab Abraham eſſe pronunciata[*Hi*]ſcilicet prædicti hæretici,ſeductores,carnales,& ficti [*ſunt murmuratores*]contra diuina iudicia,& contra veros prædicatores[*Querulofi*]id eſt impatientes. Ideo quan- H
do non proſperè eis ſucceſsit,ſed tangebantur aduerſis,murmurabant & cõquerebantur,ac ſuas indigen tias expoſuerunt his quos decipiebant, vt ab eis temporalia extorquerent [*ſecundum deſideria ſua ambu-*
philip.3. *lantes*]proprias affectiones ſequendo,carnalitérque viuendo. De quibus loquitur Paulus, Multi ambulãt,quos ſæpe dicebam vobis,nũc autem & flens dico,inimicos crucis Chriſti: quorum deus venter eſt,
Eſa.5. &c.[*Et os illorum loquitur ſuperbiam*] quoniã iactãt & laudãt ſeipſos cùm ſint magni in oculis ſuis. Quibus Eſaias ait, Væ qui ſapiẽtes eſtis in oculis veſtris [*Mirantes*]id eſt magnificè extollẽtes,ſeu cõmendantes[*Perſonas*]potiſsimè diuites ac potẽtes[*quæſtus cauſa*].i.deſiderio ſeu intẽtione ,pprij lucri ſeu cõmodi,quia ab hoc diuitibus blãdiebantur,vt plura ab eis acquirerẽt. De quibus in Eſaia ſcriptum eſt,popu
Eſa.3. le meus qui te beatum dicũt, ipſi te decipiunt,& viam greſſuum tuorum diſsipãt. Tales erãt & pſeudo-
Hiere.14. prophetæ in veteri teſtamento. Cõtra quos in Hieremia, Michea, aliiſque prophetis multa ſcribuntur.
Mich.3. Cõtra quos Ezechiel vaticinatur, Væ qui conſuunt puluillos ſub omni cubito, &c. Quorum impieta-
Ezech.13. tem nũc vſque multi auari,carnales,iniuſti,ſacerdotes,prælati,prædicatores, ac alij imitãtur,nõ dei honorem nec animarum ſalutem, ſed propria commoda vitioſiſsimè exquirẽtes, in quibus regnat affectio
philip.2. commodi,nõ honeſti, amórque ſui,nõ amor dei. De quibus paulus, Omnes,ait,quæ ſua ſunt quærunt, nõ quæ Ieſu Chriſti. Denique tãtò quis amplius murmurat atque cõqueritur de præſentibus virtuoſæ vitæ laboribus, quantò minus in ſe extinxit deſideria carnis. Qui verò ſpiritalibus deſideriis ſunt ac

A cenſi,quantò diligentius ſola ſuperna deſiderant, tantò libentius tranſitoria cuncta, aduerſa, pauperta-
témque tolerant. De prætactis verò quæſtus cauſa perſonas mirantibus loquitur Paul.ad Timotheum, 2.Timo.6.
Homines mente corrupti,qui veritate priuati ſunt,exiſtimantes quæſtum eſſe pietatem. Et ſicut ibidem ſubiungitur,quæſtus magnus.i.ſpiritalis & verus,eſt pietas cum ſufficientia.[*Vos autem chariſſimi memores eſtote verborum quæ prædicta ſunt ab apoſtolis domini noſtri Ieſu Chriſti.*] Ecce quàm humiliter loquitur ſanctus iſte apoſtolus,quaſi vnus apoſtolorum non extitiſſet [*Qui dicebant vobis. Quoniam in nouiſſimis diebus*]præſertim tempore Antichriſti[*Venient illuſores,*]id eſt deceptores ſimplicium, per fictam religioſitatem ac aliis modis illudentes. De quibus in Prouerb. fertur, Illuſores deus deludet [*Secundum deſi* Prouerb.3.
deria ſua ambulantes impietatum]id eſt iuxta propria vota viuentes,quæ ſunt affectiones impietatum, à ve
rò dei cultu impedientes. De quo iuxta antiquam tranſlationem in Iob aſſeritur, Ecce cultus dei ipſa eſt Iob.28.
pietas. Tales verò ab initio primitiuæ Eccleſiæ cœperunt venire:ideo ſubditur.[*Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos*]ab eccleſiaſtica vnitate,& deuotorum fratrum communione. Cui contrarium ad Hebræos ſcribitur, Conſideremus inuicem in prouocatione charitatis & bonorum operum, non deſerentes collectionem noſtram,ſicut eſt conſuetudinis quibuſdam [*Animales*] id eſt ſenſuales, carnalitatem ſectantes Hebræ.10.
B [*Spiritum non habentes*]id eſt charitatem & gratiam ſpiritus ſancti, per quam fideles vniuntur in myſtico corpore eccleſiæ,& in Chriſto eius capite:idcirco non ſapiunt quæ dei ſunt. Tales ſunt homines immanſueti,pertinaces,indociles in quibus vitium regnat ſingularitatis, qui plerunque ſe reputant aliis ſpiritualiores,& nouitates inducunt. Contra quod ad Philip. affectuoſiſsimè vas electionis hortatur. Si quę philip 2.
conſolatio in Chriſto,ſi quod ſolatium charitatis,implete gaudium meum: vt idem ſapiatis, vnanimes,
idipſum ſentientes.[*Vos autem chariſſimi ſuperædificantes voſmetipſos ſanctiſſimæ fidei veſtræ*]id eſt voſipſos in fide catholica per virtuoſa exercitia ſtabilite,& fidei fundamento iugiter inhærete. Dicitur autem fides Chriſtiana ſanctiſsima,cum ſit ſupernaturalis, radius increatæ veritatis, de ſuperſanctiſsimo deo vno ac trino,incarnationéque verbi mentem illuſtrans[*in ſpiritu ſancto orantes*]id eſt verè ſalubria, cum
attentione feruida,prece aſsidua poſtulantes ſecundum inſtinctum, directionem, & inflammationem ſpiritus ſancti. Iuxta illud ad Corinthios, Orabo ſpiritu,orabo & mente. Idcirco ait Saluator, Veri ado- 1.Corin.14
ratores adorabunt patrem in ſpiritu & veritate. Spiritus eſt deus,& eos qui adorant eum,in ſpiritu & ve Ioan.4.
ritate oportet adorare. Quo conſtat, quòd qui abſque attentione & diligentia orat, non propriè orat, cum oratio ſit aſcenſus mentis in deum,vt aſſerit Damaſcenus [*Vosmetipſos in dilectione dei ſeruate*]id eſt diuina præcepta implete, opera charitatis continuate, corda veſtra per ardentes affectus ad deum frequenter erigite. Nempe per hæc charitas dei conſeruatur, nutritur, perficitur. Si autem quis negligens ſit,& loco ac tempore opportuno actus charitatis non faciat, charitatem amittit. Multo plus meretur
ea priuari,ſi aliquid charitati contrariũ operetur. Hinc ad Coloſſ. dicitur, Super omnia charitatẽ habete Coloſſ.3.
C [*Expectantes miſericordiam domini noſtri*] id eſt gratioſum Chriſti auxilium, eius piiſsimam conſeruationem indeſinentem,& finem ſalubrem inceſſabiliter præſtolantes ac inuocantes[*in vitam æternam,*]id eſt per hoc perpetuam obtineatis fœlicitatem.[*Et hos quidem arguite iudicatos*] id eſt hæreticos, obſtinatos, qui ob ſuam infidelitatem iam iudicati dicuntur:ſecundum illud, Qui non credit iam iudicatus eſt. Hos inquam arguite,id eſt redarguite,eorum oſtendendo errorem,ne decipiant alios. Vel eos præſentialiter increpando ac informando,ſi aliqua de eorum reductione ſpes habeatur: obſeruando tamen quod lo- Ioan.5.
quitur Paul. Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita: ſciens quia ſubuerſus eſt qui huiuſmodi eſt,& delinquit proprio iudicio condemnatus[*illos vero ſaluate*]id eſt peccatores Titum.3.
non obſtinatos,hortando,exemplariter conuerſando, orando, ad viam ſalutis reducite [*De igne rapientes*]id eſt de feruore libidinis aliorúmque vitiorum feruore eos auertentes, atque per hoc ab infernali
incendio,quod meruerunt,eos eripientes. Quia,vt dicit Iacobus, Qui conuerti fecerit peccatorem ab
errore viæ ſuæ,ſaluabit animam ſuam à morte [*Aliis autem miſereminí*]id eſt quos conuertere non pote- Iacobi.5.
ſtis,eis condolete,& orate pro illis[*in timore*]id eſt cum dei timore hæc omnia agite, non præſumentes
de viribus veſtris,neque inaniter gloriantes,ſed de proprio periculo formidoloſi ac prouidi: iuxta illud
ad Corinthios, Qui ſe exiſtimat ſtare,videat ne cadat. Atque ad Galatas, Si præoccupatus fuerit homo
in aliquo delicto,vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum 1.Corin.10
ne & tu tenteris [*Odientes eam, quæ carnalis eſt maculatam tunicam*] Per maculatam tunicam & carna- Galat.6.
lem,intelligi poteſt conuerſatio praua, qua peccator ſe operit. De qua ſponſa ait in Canticis, Exui tuni-
D cam meam,quomodo induar illam? Hęc tunica abſolutè eſt odienda,cum ſit malum culpæ. De quo lo- Cantic.3.
quitur Paulus, Odientes malum. Poteſt quoque per tunicam iſtam intelligi corpus iſtud mortale,variis
culpis fœdatum, cum exhibitum fuit arma iniquitatis peccato, quod eſt quaſi quoddam animæ indu- Rom.12.
mentum,eſtque odiendum.primò,quantùm ad hoc quòd eſt maculatum, vt malum culpæ odio habeatur & extinguatur in eo,ſecundum illud ad Romanos, Non regnet peccatum in veſtro mortali corpo- Eodem.
re. Secundò, vt corpus ſalubriter caſtigetur ac edometur, quaſi odio habeatur, quod tamen ex charitate procedit. Propter quod loquitur Paulus, Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo. Itémque, Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram. Sic quippe & animam noſtram debemus odi- 1.Corin.9.
re,Chriſto proteſtante, Qui odit animam ſuam in hoc mundo,in vitam æternam cuſtodit eam. Non Coloſſ.3.
eſt autem corpus odiendum ſimpliciter,ſed ſpiritaliter diligendum,quatenus futuræ glorificationis ſit Ioan.12.
particeps. Vnde ad Epheſios inducitur, Nemo vnquam carnem ſuam odio habuit. [*Et autem qui potens*
eſt vos conſeruare ſine peccato] dum enim omnipotens poteſt nos à vitiis præſeruare, nec ſine eius ope & Epheſi.5.
gratia poſſumus ea euadere [*Et conſtituere ante conſpectum gloriæ ſuæ*] id eſt coram gloriosa & adoranda

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.1. præsentia sua, seu coram seipso [*Immaculatos in exultatione in aduentu domini nostri Iesu Christi*]id est in E
die iudicij,ita quòd tunc appareamus puri, & iucunditate repleti, stantes inter sanctos à dextris iudicis
summi.[*Soli deo saluatori nostro*]Hoc potest exponi de patre æterno,qui qualiter solus deus dicatur prę
tactum est,qui est saluator per principalem authoritatem & efficientiam:qui gratiam in præsenti & glo
riam in futuro,creando largitur.Potest quoque exponi & melius,vt videtur de tota superbenedicta tri-
nitate,quæ est vnus solus,verúsque deus,& principalis saluator. Huic igitur soli deo per Iesum Christũ
dominum nostrum:qui licet sit vna in trinitate persona, tamen secundum naturam assumptam per ip-
sum,quasi per mediatorem ministerialémque causam,honor & gloria deo attribuuntur:inquantùm per
Christum hominem deus trinitas, & ipsemet secundum quod deus, tot bona nobis exhibuit seu con-
cessit,& tot bona per eundem Christum peracta sunt.Idcirco subiungitur [*Gloria*]id est clara cum lau
Deuter.33. de notitia,sublimísque fama[*Magnificentia*]id est magna seu præclara efficientia.De qua in Deute-
ron.fertur, Magnificẽtia eius discurrunt nubes [*imperium*] id est dominatio omnium rerum[*Et
potestas*].i.authoritas,ac omnipotentia.Omnia,inquam,hæc per Christum deo attribuãtur,seu
conuenire noscantur,qui per Christum nos illustrauit & docuit, & per eum magnificè e-
git nobiscum . Per Christum ergo deo conuenire noscantur , quantùm est ex parte
virtutis dei [*Ante omnia secula, et nunc et in omnia secula seculorum , Amen*] F
id est æternaliter , præsentialiter , & infinibiliter . Non , quòd ante o-
mnia secula deus creaturis actualiter imperauit , aut noscebatur ab
eis , vel magnificentiam in ipsis exercuit : sed quoniam in-
erat ei virtus atque authoritas summa, ad omnia.
Vnde & dicitur æternus creator , non quòd
ab æterno creauit . Inuariabilis verò
in se , & prorsus omnipotens,
ipse est in seipso, qui est
super omnia deus
sublimis , & be-
nedictus.
Amen.

COMMENTARIORVM IN VII. EPISTOLAS CANONICAS
FINIS.

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN
Acta Apostolorum, Enarratio.

PROOEMIVM.

BEatus homo qui inuenit Sapientiam , & qui affluit prudentia . Quadripartito
existente genere librorum veteris testamenti , quadripartitum quoque est genus
librorum noui testamenti, seu Euangelicæ legis.Librorum etenim veteris testa-
menti,alij sunt Legales,in quibus lex dei per Mosen tradita , est digesta,vt Mosi
Pentateuchum. Alij sunt Historiales,vt lib. Iosue & Iudicum , Regum & Parali-
pomenon. Alij vero sunt Prophetales , vt constat . Alij autem Sapientiales,sicut
Prouerbia. Pariformiter in nouo testamento libri Legales sunt,quatuor Euange-
lia. Sapientiales,Epistolæ apostolorum. Prophetalis est Apocalypsis . Historialis
verò est liber Actuum Apostolorum , nunc deo agente elucidandus . Porro Euangelicam Christi do-
ctrinam à sacratissimis Euangelistis descriptam omni sapientiæ præfulgere certissimum est fideli. Quã-
B uis autem hæc ipsa sapientia in Euangeliis multùm compendiosè & clarè inueniatur conscripta , nihi-
lominus per cæteras noui testamenti scripturas clarius elucidatur & firma probatur . Et in Epistolis
quidem apostolorum, potissime Pauli , fit hoc per allegationes scripturarum veteris testamenti , & per
moralia documenta:in Actibus verò Apostolorum fit hoc per miraculorum recitationem,quibus chri
stianę fidei veritas diuinitus data ostenditur: per allegationes quoque nonnunquam scripturarum ac do
cumenta moralia. Denique intuentibus processum libri Apocalypsis,clarissimè liquet eodem spiritu lo
quutos veteris legis beatissimos vates & euangelice legis prophetam sanctum Euangelistam Ioannem,
qui in Apo.sua,nõ sensibus tantũ,sed & verbis quoq; & modo loquẽdi & ꝓcedendi veteris testamenti
prophetis inuenitur conformis:præsertim Esaię,Ezechieli & Zacharię ,quemadmodum in expositione
Apocalypsis propriis locis monstraui . ¶Insuper sapientia libri huius nunc explanandi multipliciter
commẽdatur. Primò ac generaliter ratione obiecti,quia de deo. Secũdò à ratione authoris,quia à sacro
sancto Luca Euangelista est editus liber iste. Tertiò ratione materię,quoniã apostolicos actus describit,
imò in primis capitulis cũ materia Euangelicorũ lib. coincidit . Nam primo cap. de Christi ascensione.
in secundo de spiritu sancti missione loquitur. Quartò ratione formæ procedendi,quoniam euidenter,
distinctè,cõpendiosè,imò magistralissimè est procedens:sed & stylus ipse venustus est,& grȩcam elo-
C quentiã resonat. Itaq;vtilissima prorsus est præfatis theoria voluminis,atq; historia eius:in quo exordiũ
& processus primitiuę ecclesiæ seriatim describitur,& itẽ catholica fides nõ mediocriter roboratur. Sed
liber ipse sententiosus & iucũdus est valde. Propter quod pro illuminatione adorãdi paracleti spiritus san
cti in eius expositione singulariter eiusdem almi pneumatis immensam elementiam ac supermunificen-
tissimam bonitatem exoro,dicens ex corde, Veni sancte spiritus,& emitte cœlitus lucis tue radium.

Enarratio 1 cap. [*Primum quidem sermonem feci de omnibus,o Theo.*] Articulus 1.

IN exordio libri huius pandit se beatissimus Lucas esse præsentis conscriptorem
voluminis,dum ad finem Euangelii à se descripti seipsum continuat,atq; eidem
viro cui Euangelium scripsit,hunc quoq; codicem scribere manifestat,dicendo,
[*primum quidem*] videlicet in Euangelio libro à me descripto [*Sermonem feci de
omnibus o Theophile,quæ cœpit Iesus facere et docere*]id est de factis documentisq;
Christi , non quòd vniuersa gesta & dogmata saluatoris ipse aut alius aliquis
Euangelista in particulari per singula sit complexus : nam & quod in hoc ipso
volumine sanctus Paul. Christum protulisse commemorat , oportet , inquiens, Inf.20.
memorem esse verbi domini Iesu,quia beatius est magis dare ꝙ accipere:nullus in Euangelio suo recitat Ioan.21.
D Euangelista . In Ioanne quoque legitur , quia alia multa signa fecit Iesus , quæ si scribantur per singu- Matth.8.
la,nec ipsum(ait)arbitror mundum posse capere eos qui scribendi sunt libros . Denique quod innume Matth.9.
rabilia particularitérque indescriptibilia fuerint Christi miracula,ex Euangeliò certissimè constat.Scri- Mat.14.
ptũ est enim quòd omnes malè habẽtes curauit.Itemque,Circuibat Iesus omnes ciuitates,curans omnẽ
languorem & omnem infirmitatem. In Matth.quoque scriptum est, quòd cum venisset in terram Ge-
nezar,viri loci illius miserunt in vniuersam regionem illam,& obtulerunt ei omnes malè habẽtes,& ro- Marc.9.
gabant eũ,vt vel fimbriam vestimẽti eius tãgerent,& quicunque tetigerũt salui facti sunt. Similiter scri- Beda.
ptum est in Marco,Quocunque introibat Iesus in vicos vel in villas,aut in ciuitates,in plateis ponebant
infirmos,& quotquot tãgebant eum salui fiebant Itaque distributio ista qua dicitur,Sermonẽ feci de o-
mnibus,intelligenda est de generibus singulorum, non de singulis generum. Siquidem de omnibus ali-
qua recitauit. Propter quod asserit Beda,De omnibus elegit vnde faceret sermonem,quę iudicauit apta
& congrua sufficere officio dispẽsationis suę. Pensandus quoq; est ordo verborũ in eo quod scriptum
est,Quæ cœpit Iesus facere & docere,ita quòd primò exorsus est operari,deinde quod fecit,edocuit.
Quo multorum presumptio atque audacia increpantur,qui proniores sunt docere ꝙ discere,loqui ꝙ au
dire:vel qui ea quæ prædicant , facto non exequuntur.in hoc enim ipso suis ipsi doctrinis detrahunt.
Neque cum aliis prælati sint,erubescunt vitiosẽ,& in exemplariter conuersari corã his quibus presunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iacob.1. Gregor. Eccl.21. Roma.2.

aut verbũ dei annunciant. Quibus id intuendum quod legitur apud Iacobum, Sit omnis homo velox ad E
audiẽdum, tardus autẽ ad loquẽdum. Denique cuius vita despicitur, restat vt eius predicatio contemnatur. Imò bona docere, & impiè agere, quid aliud est quàm se voce, ppria cõdẽnare? Iuxta illud Eccl. Dũ maledicit impius diabolũ, maledicit ipse animã suam. Et ad Rom. Inexcusabilis es ô homo qui iudicas. In quo enim aliũ iudicas, teipsum condẽnas. eadẽ enim agis. Prẽterea pecatori dixit deus, Quare tu enarras iustitias meas? Doctor ergo, prædicator, & pastor vnicum istum sequens magistrũ, primò faciat quæ alios docet, ne proprio ore dãnetur. Postremò Theophilũ istũ cui & Euangelium, prẽsentem librũ Lucas conscripsit, quidã affirmant fuisse virũ potentẽ Achaię principẽ, alij Episcopũ quendam Theophilus autẽ interpretatur dei amator, seu à deo amatus. Itaque nõ solũ huic persone, sed & cũctis deũ amãtibus, atque ab eo secundũ prędestinationẽ ęternã amatis, scriptus est liber iste, Euangelicũque volumen. Itaque scripsi de omnibus quę cœpit Iesus facere & docere [*Vsque in diem qua præcipiens Apostolis per spiritum sanctum quos elegit*]. i. vsque ad diẽ ascensionis quo iussit apostolis, eũtes in mundũ vniuersũ, prędicate Euangelium omni creaturæ. Et quod infra habetur, Eritis mihi testes in omni Iudæa & Galilæa & Samaria, & vsque ad vltimũ terrę. Quod autẽ in Euãgelio suo Lucas vsque ad dicta factàque Christi in die ascẽsionis narrationẽ protraxerit, atque ibidẽ finiuerit, ex fine Euãgelij sui ostenditur quòd ita finitur, Eduxit autem eos foras in Bethaniã, & eleuatis manibus suis benedixit illis. Et factũ est dũ benediceret eis, recessit ab eis & ferebatur in cælũ. Et ipsi adorãtes regressi sunt in Hierusalẽ cũ gaudio ma F
gno. Et erant semper in templo laudãtes & benedicentes deũ. ¶ Quòd autẽ Christus Apostolos ad gratiam apostolatus & prædicationis officium elegerit, Marcus sic refert, Ascendens in montẽ vocauit ad se quos voluit ipse, & fecit vt essent duodecim cum illo, vt mitteret eos prędicare Euãgeliũ. Quibus & in Ioanne profatur, Nũnne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? scilicet Iudas traditor, quẽ certũ est in die ascensionis defuisse, & loco eius affuisse Matthiã. Porrò Christus secundũ quod homo in omnibus dirigebatur à spiritu sancto imò à seipso vt deus, seu à tota superbeatissima trinitate. Hęc tamẽ directio spiritui sancto magis ascribitur, sicut & cętera opera benignitatis, quoniã spiritui sancto bonitas, benignitas, dilectio liberalitas, appropriatur. Propter quod per Esaiã loquitur Christus vt homo, Spiritus domini super me, eò quòd vnxerit me: ad annunciandum mansuetis misit me [*Assumptus est*] ipse Christus secundũ naturam assumptã, de terra in cælum, iuxta id Marci, Et dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cælũ, & sedet à dextris dei. Assumptus est autẽ, quia diuina virtute assumpsit, seu de terra in cælũ leuauit seipsum, quod & per dotem agilitatis facere potuit, ita quòd corpus eius sua agilitate potuit se leuare. Assũptio quoque hęc toti superbenedictę trinitati potest ascribi, quæ in cunctis affectibus, potissimè Christi, principaliter operatur: cuius & opera sunt indiuisa.

Præterea assũptus est à nube prestante domino suo obsequiũ nõ ferente auxiliũ. Ab vniuersa quoque cæ
psal.23. lestis aulæ frequentia cum ingenti susceptus est gaudio: cum diceretur ad eos, Attollite portas principes G
vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quod autem secundum diuinitatem illo-
Hiere.23. calem. incõmutabilem, incircunscriptibilẽ, cuncta implentem, immensam, non cõpetat Christo locum mutare, ascendere siue descendere, certum est: sed secundum formam serui duntaxat, per quam terram corporali reliquit presentia, quemadmodum passione instante prædixit, Exiui à patre & veni in mun-
Ioan.16. dum, iterum relinquo mundum & vado ad patrem. [*Quibus et præbuit*] id est visibiliter, audibiliter, tangibiliter, monstrauit [*Se ipsum viuum*] vita corporali humana [*Post passionem suam*] videli-
Matt.16. cet statim post resurrectionem. Siquidem surgens Iesus manè prima sabbati, eodem die cœpit apparere & loqui Apostolis, aliisque credentibus [*In multis argumentis*] Argumentum tripliciter sumitur. Primò, vt est ratio rei dubiæ faciens fidem, id est certitudinem. Sic enim in hac definitione sumitur fides. Et hoc modo quę cadunt sub fide, argumenta non habent, quoniam ex principiis per se notis probari non queunt. Secundò accipitur argumentũ pro quocũque signo sẽsibili ad veritatis declarationem inducto. Tertiò pro effectu huiusmodi argumentorum, puta pro adhesione qua mens veritati assen-
Hebr.11. tit. Sicque ad Hebrẽos sumitur dicente Apostolo, Fides est sperandarũ substantia rerũ, argumentũ non apparentium. Nunc autem argumentũ secũdo modo accipitur, vt sit sensus, quòd Iesus per multa sensibilia signa & gesta seu opera, probauit se verè resuscitatum & resurrexisse [*per dies quadraginta appa-*
1 Cor.15. *rens eis*] & si non quotidie, tamen frequenter, & multo frequentius quam aliquis Euangelistarum, imò quàm omnes simul describunt, cũ Paulus multas referat factas eius ad discipulos veras atque sensibiles H
apparitiones à nullo illorum descriptas. Quomodo autem, & quoties, vbi, & quo ordine apparuerit eis, in Euangeliis & verbis Pauli Apostoli continetur [*Et loquens de regno dei*] id est de statu ecclesiæ militantis ac triumphantis. De vtroque enim regno inter hos dies multa locutus est. Quomodo scilicet
Ioan.14. diuulgandum esset Euangelium per totum orbem terrarũ, & de miraculis per apostolos exhibendis, de fœlicitate etiam patriæ beatorum, quemadmodum Euangelistæ scribunt. [*Et conuescens*] id est cum discipulis suis Saluator manducans [*Præcepit eis ab Hierosolymis ne discederent*] Frequenter Christus post resurrectionem suam cum discipulis legitur manducasse. Primò, cum duobus in castello Emaus,
Lucæ.24. iuxta illud Lucæ, Factum est dum recumberet cum illis, accepit panem, &c. Secundò cum Apostolis & præfatis duobus in cœnaculo seu conclaui Hierusalẽ, sicut in dicto Lucæ capitulo scriptum est,
Ioann.21. & vtraque mãducatio hæc facta est in die paschæ. Tertiò, cum septem discipulis iuxta mare Tyberiadis,
Marc.16. vt habetur in Ioanne. Quartò coram vndecim in die ascensionis prout super Marcum dicunt expositores. Si ergo manducatio de qua nunc sermo, referatur ad eam quæ fuit, in die ascensionis, sensus erit, quòd die illo iussit Apostolis, ne gratia prædicãdi quoquam à Hierusalem profiscerentur, donec spiritum sanctum iuxta promissum reciperent. Vnde apud Lucam ait eisdem, Vos autem sedete in ciuitate,
Lucæ.24. quosque induamini virtute ex alto. Si verò manducatio ista ad secundam seu tertiam referatur (ad pri-

A mam enim propriè nõ refertur) poterit esse sensus, quòd tunc præcepit eis de Hierusalem timore Iudęorum non discedere: aliàs sicut verisimile est, discessissent, quia tam pauidi erãt [*sed expectarent promissionem patris*] id est impletionem promissionis de missione paracleti, quem pater per os vnigeniti filij sui Ioan.14. 15.16.
promisit: ideo subditur [*Quam audistis (inquit) per os meum.*] Nam passione instante Christus dixit Apo- Ioan.14.
stolis illud Ioannis, Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia [*Quia Ioannes quidem baptizauit aqua*] id est corpora aquis abluebat, animas non purgauit: ita Matth.3.
quòd eius baptismus non contulit gratiam, nec fuit vnum septem sacramentorum, sed quid sacramen- Marc.1.
tale dispositiuum ad Christi baptisma [*vos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies*] id est Lucæ.3.
infra paucos dies. Cùm apud Ioannem dicatur, quòd discipuli puta Apostoli Christi, baptizabant de Ioan.1.
mandato ipsius, credendum est, quòd ipsi à Christo fuerint baptizati, baptismo Euangelicæ legis gra- Ioan.4.
tiam conferente. Illo enim & ipsi baptizabant. Nec mirum si ante passionem apostolos propriis manibus baptizauit, qui tempore cœne pedes eorum lauare dignatus est, præsertim cùm iamdiu ante hãc cœ-
nam dixerit Nicodemo, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnum Ioan.13.
dei. Itaque quod ait, vos autem baptizabimini spiritu sancto: sic intelligendum censetur, Spiritu sancto Ioan.3.
implebimini, qui & mentes vestras plus quàm ante ab omni sorde lauabit. Sicque copiosa illa spiritus sancti infusio per signum visibile, baptizatio discipulorum vocatur, quoniam instar gurgitum inundan-
B tis aquæ desuper fluxit in eos. Vnde & spiritus sanctus, & gratia eius, per aquam exprimitur, quoniam mentem purgat, refrigerat, reficit. Hinc in Ioanne loquitur Christus, Qui credit in me (sicut dicit scri- Ioan.7.
ptura) flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Quod Euangelista exponens adiecit, Hoc autem dicebat de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. In Apocalypsi quoque ait Ioannes, Ostendit Apoc.22.
mihi flumen aquæ splendidum tanquam crystallum: quod de spiritu sancto exponitur. Sic ergo spiritus sancti illustratio vnctio appellatur, iuxta illud Ioannis, Vnctio eius docet vos de omnibus: sic co- 1.Ioan.2.
piosa eius susceptio, baptizatio mentis vocatur. Propterea secundum Rabanum in quibusdam libris sic habetur, Vos autem vngemini spiritu sancto. & istud infra decem dies, scilicet die pentecostes fuit Actu.2.
impletum. [*Igitur qui conuenerant interrogabant eum, dicentes*] non euidenter apparet in quo loco fuerit ista discipulorum conuentio & interrogatio, an scilicet in conclaui, vel in loco ascensionis: In die enim
ascensionis Christus bis eis apparuit. Primò in cõclaui, deinde in mõte Oliueti vnde ascendit. Veruntamen ex verbis sequentibus videtur fuisse conuentio, & inquisitio ista circa locum ascensionis Nam pau- Ioan.21.
lò post, data sibi responsione subiungitur, Cum hæc dixisset videntibus illis eleuatus est. [*Domine si in* Lucæ.24.
tempore hoc restitues regnum Israel] id est an statim misso nobis spiritu sancto, reparabis potestatem, & re- Marc.10.
giam potestatem Israëlitici regni ac populi Iudæorum, dando fidelibus tuis temporale regnum in secu-
lo isto, & temporaliter regnando in eis. Discipuli isti nondum perfectè illustrati, putabant prophetias
C promissiones de regno Christi in plebe fidelium, corporaliter temporaliterque complendas, quemad- Hierony.
modum excæcati Iudæi vsque in præsens existimant. Sic enim de matre filiorum Zebedæi dicit Hie- Matth.20.
ronymus, quod mulier illa, quia audiuit quòd crucifigendus esset & resurrecturus, putauit eum ilico
regnaturum. Et Cleophas in Luca ait, Nos autem sperabamus quòd ipse esset redempturus Israël. Vi-
debant enim discipuli quòd populo Iudæorum esset ablatum sceptrum alienigena eis dominante, &
quòd subditi essent Romanis: idcirco quærebant an Christus recuperaturus esset & sublimaturus mox
Israël, prout verba quædam prophetarum superficie tenus sonare videntur: an potius in futuro & diu
post, regnum populi sui exaltaret. Et quoniam quæstio ista ex ignorantia & errore processit, Christus
eam refellit, vt subditur. [*Dixit autem eis, Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua*
potestate] id est restitutio Israëlitici regni spiritualiter intelligenda est, quantùm ad bona gloriæ in futuro. Et quo tempore id continget, velle determinatè prænoscere, non est vestræ paruitatis. plenariè
enim non fiet nisi in die iudicij, quando viri Israëlitæ in anima & corpore glorificabuntur, & æterna- Apoc.22.
liter regnabunt cum Christo. particulariter autem & partim fit in mortibus singulorũ, quando ad pa- Marc.13.
triam regni cælestis perueniunt. ¶ Sed nec tempus iudicij nec diem mortis vult deus præsciri, quatenus
mortales tantò sint de iudicis aduentu, mortisque hora solicitiores, quantò sunt magis incerti: sicq; quotidie viuant, tanquam de die eodem aut alio mox sequente sint iudicandi. Itaque tempora & momenta
D mortis atque iudicij, vniuersorum pater posuit in sua potestate, quoniam suæ notitię ea seruauit, & cũ ei
placuerit in eis quæ decreuit perficiet. Ab hac tamen potestate atque scientia, nec filius nec spiritus sanctus excluditur, cum trium personarum sit vna potestas, eademque scientia: idcirco quod de vna exprimitur, de aliis eadem ratione intelligi datur. Interdũ verò ex certa causa aliquibus hora mortis prænun- Auguſt.
ciatur. Veruntamen Auguſt. in sermone quodam de ascensione, verba ista aliter allegat, intepretatur, &
tractat sub hac forma, Domine si hoc tempore præsentaberis, & quando regnum Israël? & per præsentationẽ Christi intelligit reuelationem eius apertam, qua in die iudicij ab vniuersis videbitur, veniens in
maiestate & gloria. Pe regnum verò Israël, intelligit regnum cæleste, quod quotidie nobis communica-
ri precamur dicentes. Adueniat regnum tuum, vt scilicet ad societatem in cælis regnantiũ perducamur, Matth. 6.
sicque iuxta Augustini intentionem, Apostoli quæsierunt agnoscere tempus & horam iudicij, quorum
curiositatem reprimens Christus respondit, Non est vestrũm nosse tempora vel momẽta quæ pater in
sua posuit potestate, &c. Per quæ verba sicut in libro de ciuitate dei asserit Augustinus, Christus redar- Auguſt.
guit omnes qui de Antichristi aduentu, & fine mundi tempus calculare præsumunt, cum omnium horum determinatum tempus ex dei liberrima potestate dependeat. Idcirco nulli nisi quantùm reuelauerit deus innotescere valet, quẽadmodum determinatum tempus creationis seu exordij mũdi ex sola dei
reuelatione innotuit. Quid verò ad discipulos, præsertim Apostolos pertinuerit subditur, [*Sed accipietis*
virtutem superuenientis spiritus sancti in vos] .i. ipsum omnipotentem spiritum sanctum vobis in sensibili

Universidad de Deusto Biblioteca

Ioan.15. signo donatum. Vel, virtutem, id est fortem gratiam & præclara charismata spiritus sancti, qui citò de- E
super descendet in vos. Dicitur autem spiritus sanctus eis à patre & filio, imò & à seipso dari atque in-
fundi, quibus dona eius ad gratiam gratumfacientem pertinentia dantur seu infunduntur. Vnde spiri-
tus donum dei vocatur. Nam à patre filioque procedit tanquam donabilis, cùm ipse sit amor, in quo
prima ratio doni relucet, & in quo cætera dona donantur. Descendit quoque atque superuenit spiritus
sanctus in homines non per loci mutationem (cùm incircunscriptibilis, inuariabilisque consistat) sed
per donorum suorum infusionem [*Et eritis mihi testes in Hierusalem, et in omni Iudæa et Samaria, et vsque ad*
vltimum terræ] id est in locis his, seu vbique terrarum prædicabitis me esse Christum, Et verbis, signis &
sanguinis vestri effusione, incarnationi, passioni, resurrectioni, ascensioni, & cæteris mysteriis ad me spe-
Psalm.18. ctantibus testimonium perhibebitis. Quibus verbis Christus prædixit Euangelium vbique per Aposto-
Esa.24. los diuulgandum: iuxta illud Psalmistæ, In omnem terram exiuit sonus eorum. Et Esaiæ. A finibus ter-
Esaiæ.66. ræ audiuimus laudes, gloriam iusti. Rursusque apud Esaiam Christus de hac re apertissimè prænuncia-
uit, Mittam ex eis qui saluati fuerint, in mare, in Aphricam & Libyam, in Græciam & Italiam, ad insulas
longè, & annunciabunt gloriam meam gentibus. Vnde Thomas in India, Iacobus in Hispania, quæ sunt
termini terræ habitabilis prædicasse leguntur. [*Et cum hæc dixisset*] non solũ hæc vtique, sed & alia quæ-
Marc.1. dam quæ in Marco referuntur [*videntibus illis*] corporalibus oculis [*eleuatus est*] id est in cælum à terra
assumptus modo iam explanato [*Et nubes suscepit eum ab oculis eorum*] ita quòd nube circuncinctum & F
in altiora condescendentem eum, amplius non viderunt. O quàm intenta acie prosequuti sunt ascen-
dentem, & quàm ingenti lætitia hoc conspexerunt. Id quoque intuendum, quemadmodũ vbique crea-
Lucæ.2. tura suo obediat creatori. Nempe natum dominum mox angeli Iudæis, stella gentibus nunciauerunt, in
Matth.2. transfiguratione quoque nubes eum lucida obumbrauit: & cum esset in deserto cum bestiis, angeli mi-
Matth.17. nistrauerunt eidem. Denique patiente ipso obscuratus est sol, & immutatus est cursus lunæ. Ascendenti
Matth.4. etiam nubes obsequium non subsidiũ præbuit. [*Cumque intuerentur in cælum euntem illum*] id est ad sum-
Matth.1. mum atque empyreum cælum scandentem, auidissima, deuotissima ac iucundissima mente, corporeo-
Matth.27. que prosequerentur intuitu [*Ecce duo viri*] id est angeli sancti in forma virili] *Astiterunt* id est subitò cõ-
Matth.9. paruerunt [*iuxta illos, in vestibus albis*] quarum albedo & candor puritatem naturæ angelicæ iucundita-
Ioannis.7. temque huius negocij monstrauit [*Qui et dixerunt, Viri Galilæi*] Quemadmodum enim Iesus, sic & Apo
stoli de Galilæa fuerunt, vel omnes, vel pene omnes [*Quid statis aspicientes in cælum?*] Nam & cum do-
minus Iesus nubem ingressus, atque in alta progressus oculis illorũ fuisset ablatus, non cessauerunt sur-
sum aspicere post dilectum, vt moris est amantium atque mirantium. Ideo ad declarandam Christi ma-
Lucæ.1. iestatem, & pro consolatione ac informatione discipulorum angeli apparuerũt dicentes, Quid statis as-
Baruc.3. picientes in cælum? Tanquam dicant, Cur eatenus miramini, quòd dominus vniuersorum, creator cæ- G
Ioannis.19 lorum, vnigenitus dei ad cælestia tendit? Non inde miremini, sed de hoc potius, quòd ad terras descendere,
incarnari, inter vos conuersari & crucifigi dignatus est, [*Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic ve-*
niet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum] id est sicut cum nube ascendit, & in vera humanitate glo-
rificata, itemque cum multitudine angelorum ac sanctorum quos de limbo eduxit: ita in nube veniet iu
Esaiæ.3. dicaturus mundum, in natura humana, cum multitudine ciuium supernorum: iuxta illud Esaiæ, Domi-
Lucæ.6. nus ad iudicium veniet cum senibus populi sui & principibus eius [*Tunc reuersi Hierosolymam*] secũdum
quod Christus eis præcepit, vt dictum est [*A monte qui vocatur Oliueti*] de quo loco Christus ascendit
[*Qui est iuxta Hierusalem*] vtpote per vnum miliare (quod est media leuca) distans ab ea. Ideo subditur
[*Sabbati habens iter*] id est per tantum spatium ab illa distans, quantùm die sabbati licuit Iudæis secũdum
legem ambulare seu progredi à propria mansione videlicet per mille passus. Quæ ambulatio cum ad re-
creationem potius sit quàm ad laborem, quieti sabbati non derogauit. Porrò iuxta literalem intelligen-
tiam, mons iste dictus est Oliueti, quoniam oliuarum arboribus consitus fuit. Per oliuã verò pietas, mi-
sericordia, charitas, designantur. In hunc ergo montem Christus discipulos conuenienter eduxit, & ab
eo ritè ascendit vbi spiritus sancti vnctionem & illustrationem eis spopõdit, & benignitatem copiosam
Esaiæ.66. impendit. Insuper qui tũ apostolis spiritus sancti donis cupit impleri sabbati iter ingrediatur, id est quie
ti intendat mentali, pacisque locum introëat, qui per Hierusalem figuratur: vt iuxta Esaiam, Sit ei sabba
tum ex sabbato, scilicet quies patriæ, merito quietis viæ. Qua qui hic cessat ab inquietudine operũ per- H
uersorum, & vitiorum tumultu, illic in retributione & pace quiescet cælesti. Quamuis autem secũdum
Luc.24. quosdam discipuli de Christi ascensione contristabantur inquantùm eis auferebatur dilectus, potius ta
Matth.2. men eos puto inde vehemẽter gauisos: præsertim cũ scriptum sit in Luca, Factum est dũ benediceret eis,
Lucæ.22. recessit ab ei, & ferebatur in cælũ. Et ipsi adorãtes regressi sunt in Hierusalem cũ gaudio magno [*Et cum*
Ioan.13. *introissent in cœnaculum*] in quo Christus cœnam celebrauit nouissimã, primamque missam [*Ascenderunt*]
Galat.1. quod fuit in loco sublimi, puta in monte Sion prope templum [*Vbi manebant Petrus & Ioannes, Iacobus*
Andreas, Philippus et Thomas, Bartholomæus et Matthæus, Iacobus Alphæi] id est Iacobus minor filius Al-
Matth.10. phæi: qui Iacobus dictus est frater Christi, tanquam forma, vultu, gestu & modo conuersandi ei præci-
Ioannis.1. puè similis: & quia filius fuit sororis virginis sanctæ, genitricisque Christi [*Et simon Zelotes*] qui in Mat-
Ioannis.2. thæo dicitur Simon Chananæus, quia de vico Galilææ nomine Chana (vbi saluator aquam conuertit
in vinum) extitit oriundus [*Et Iudas Iacobi*]. i. frater Iacobi minoris, qui Iudas in sua canonica fratrẽ Iaco-
Iudæ.1. bi se appellat. Isti itaque cũ cæteris qui sequuntur præfatum locũ ingressi sunt, tũ propter loci amorem
& sanctitatẽ, quẽ Christus sua sanctificauit præsentia, cœna, & Euangelicæ legis sacramenti institutiõe,
1.Ioan.4. tum vt ibi in loco abstracto liberius orationi intenderent, & item vt ibi latẽtes Iudæorũ vitarent calum
niam: nõdum enim perfecta charitas exclusit ab eis timorem. Conuenienter quoque in altum conscen-
derant locum, qui terrena spernentes ad spiritus sancti se præparabant aduẽtum [*Hi omnes erant perseue-*

A *rantes vnanimiter in oratione*] Iam namque per charitatem fuerunt in domino adunati, idipsum dicen-
tes omnes, & schismata nescientes. Itaque & nos si spiritu sancto impleri optamus, cõcorditer & instan- 1.Cor.1.
ter orationi vacemus, vnanimes vno ore deum in omnibus honorantes [*Cum mulieribus*] vtique religio-
sis, videlicet Maria Magdalene & cæteris quæ in Euangelio Christo ministrasse leguntur, [*Et Maria ma-* Rom.15.
tre Iesu] Quæ & si post viros hos nominetur, omnibus tamen præstantior fuit, & sanctior vniuersis [*Et*
fratribus eius] id est cognatis: quia non tantùm quidam apostolorum, sed & aliorum discipulorũ quidam Matth.27.
eant consanguinei Saluatoris. Est autem consuetudo scripturæ vt qui de eadem cognatione sunt, fratres Matth.15.
vocentur. Cõsequenter describitur substitutio Matthiæ loco Iudæ in apostolatum. [*Et in diebus illis, ex-*
urgens Petrus in medio fratrum] Ecce hîc omnes apostoli fratres vocantur [*Dixit*] Iam enim & ante pas- Luc.10.
sionem designatus, & post passionem fuit à Christo princeps Apostolorum constitutus, ideo tanquam Matth.16.
maior ac prior præ cæteris loquitur quæ sequuntur. Denique propter tanti collegij dignitatem, potissi-
mè propter matris Christi præsentiam humiliter surgit, reuerenter stat, sapientérque loquitur. Vnde &
deuotorum ac religiosorum conuentus est honorandus. [*Erat autem turba hominum simul fere centum vi-*
ginti] quorum quidam fuerunt viri, aliquæ fœminæ.

B ¶ Sed quomodo quasi dubitans ait, ferè, cùm per eum spiritus sanctus loquatur? Et respondendũ, quòd,
ferè, non ponitur hic dubitatiuè, sed potius assertiuè, ad innuendum quod à prædicto numero multitu-
do illa parum distabat. In magno autem numero quod parum deficit seu superfluit, non reputatur seu
computatur aliquando in scripturis, nec communi modo loquendi. Propter quod isti electissimi inter-
dum asseruntur fuisse centum viginti. [*Viri fratres, oportet impleri scripturam quam prædixit spiritus sanctus*
per os Dauid.] Quæ autem sit ista scriptura paulò post subditur, [*De Iuda qui fuit dux*] id est ductor [*Eo-*
rum qui comprehenderunt Iesum] iuxta illud Lucæ, Iudas vnus de duodecim antecedebat eos [*Qui connume-* Luc.21.
ratus erat in nobis] id est à Christo vnus Apostolorum ordinatus, ficque ab aliis appellatus [*Et sortitus est* Matth.10.
sortem ministerii huius] id est partem in officio & gratia apostolatus adeptus à Saluatore, ita quòd fuit a- Luc.10.
postolus & prædicauit ac baptizauit, imò (vt asserit Augustinus) baptizauit Ioãnes baptista, & baptizatũ Ioan.1.
non fuit: baptizauit Iudas & baptizatum fuit. Quod ideo dicitur: quoniam in Ioannis baptismo gratia Augusf.
non dabatur, idcirco taliter baptizati post fidei Christi receptionem rebaptizabantur, non autem qui à
Iuda fuerãt baptizati. [*Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis*] quod tripliciter explanatur. Pri
mò, quòd per æternam sceleris ac nominis sui memoriam agrum hunc possedit in mentibus recordan-
tium eius, & criminis eius. Vt enim in Matthæo legitur, Videns Iudas quòd damnatus esset, desperatione Matth.17.
fractus denarios, pro quibus vendidit Christum, restituens proiecit in templum, pro quibus principes
sacerdotum agrum figuli emerunt pro sepultura peregrinorum. Cuius rei nõ obliuiscuntur fideles. Se-
C cundò à quibusdã exponitur, quòd Iudas ibi sepultus sit, ideóque corporis sui immoratione agrum istũ
possideat. Sed hoc certum nõ est. Ideo, Tertiò exponitur, quòd iuxta cõsuetudinem sacri eloquij Iudas
hunc agrum possedit, id est possideri fecit. Nam argenteos restituendo causa fuit quòd ager ille emptus
fuit atque possessus ab emptoribus seu in eo sepultis: iuxta quẽ sensum sanctus Iob, Abominabũtur me, Iob.9.
inquit, vestimẽta mea, id est abominabilem intuẽtibus reddent [*Et suspensus*] vtique à seipso, nam laqueo Matt.27.
se suspendit [*Crepuit medius*] qui dei & hominum mediatorẽ tam vili precio impiissimè vendidit. [*Et dif-* 1.Tim.2.
fusa sunt omnia viscera eius] sic quòd in horrenda illa intestinorum eius effusione turpissima, monstrare-
tur, quàm enorme piaculum commisisset. Ita & Arius superbissimus, quoniam Christi diuinitatem ore
blasphemauit sacrilego, viscerum deprehensus dolore ad naturæ requisita declinãs intestina sua turpis-
simus mox effudit, [*Et notum factum est*] scelus, seu genus mortis Iudæ [*Omnibus habitantibus Hierusalem,*
ita vt appellaretur ager ille lingua eorum Aceheldemach, hoc est ager sanguinis] id est, emptus precio sanguinis
Iesu. Deinde ponitur scriptura Dauid Iudam concernens. [*Scriptum est in libro psalmorum, fiat commora-* Psalm.68.
tio eius deserta, & non sit qui inhabitet in ea. Et episcopatum eius accipiat alter,] Sciendum quòd Christus & Psal.102.
Euangelistæ atque Apostoli allegando scripturas veteris testamenti interdum sensum magis quàm ver-
ba allegant: ita & Petrus iam agit. Inducit autem testimonium ex psalmis duobus: cuius testimonij pri-
ma pars quantùm ad sensum eo psalmo habetur cuius exordium est, Saluum me fac deus: in quo Iu-
dæ reiadicatio prophetatur. Verum quod ibi de Iudæis Christi persecutoribus pluraliter dicitur, hîc de
D Iuda singulariter allegatur. Sic enim in psalmo illo nostra habet translatio, Fiat habitatio eorum deserta, Psalm.68.
& in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Horum etenim vnus extitit proditor: quorum omnium
ciuitates & domus, in vltionem sanguinis Christi per Romanos destructæ noscũtur. Secunda verò pars
testimonij huius de translatione apostolatus Iudæ loquens, scripta est psalmo qui incipit, Deus laudem Psal.108.
meam ne tacueris, vbi sic legimus, Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiet alter. Apostola-
tus autem episcopatus vocatur, & apostolorum successores extant episcopi. [*Oportet ergo ex his viris qui*
nobiscum sunt congregati] id est qui inter nos conuersati sunt, núncque nobiscum collecti. Conuersa-
ti, inquam, [*In omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos dominus Iesus*] iuxta id psalmi, Viderunt in- Psalm. 67.
gressus tuos deus, ingressus dei mei regis mei qui est in sancto. Esaiæ quoque quinquagesimo secundo,
Simul laudabunt, quia oculo ad oculum videbunt, cùm conuerterit dominus Sion [*Incipiens*] publi-
cè prædicare atque miracula facere [*A baptismate Ioannis*] id est post baptismum quo fuit à Ioanne ba-
ptizatus seu lotus: vel post baptisma à Ioanne prædicatum & datum. Ioannes enim baptizando denun- Matth.9.
ciauit quòd Christus mox in spiritu sancto baptizaret, præsensque esset in carne: per hoc præparans Matth.1.
viam Christo, qui extunc orsus est prædicare, & suam excellentiam declarare vsque ad diem ascensio-
nis, secundum quod subditur, [*Vsque in diem qua assumptus est a nobis*] in ascẽsione [*Testem resurrectionis*
eius fieri nobiscum,] scilicet cum vndecim apostolis [*Vnum ex istis,*] Ideo autẽ resurrectionem specialiter

Universidad de Deusto
Biblioteca

exprimit, quia amplius latuit, & de ea apostoli in die Pentecostes prædicationem suam exorsi sunt [*Et statuerunt duos,*] id est Petrus & alij ei cõsentientes vnanimiter duos tanquam præ cæteris sanctitate conspicuos, atque ad gratiam Apostolatus magis (vt videbatur) idoneos, elegerunt ac ordinauerũt [*Ioseph qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est iustus,*] quia tam præclaræ & euidẽtis fuit iustitiæ, quòd proprio nomine quasi amisso, iustus est appellatus, [*Et Matthiam*] Prudenti autem cõsilio Ioseph iste laudatur, ne ex sua culpa videatur ab apostolatu repulsus. Non autem Matthias, nã ex pro omni preconio potest sufficere, quòd alio tam iusto in hac parte relicto, ipse ad apostolatus apicem est assumptus. In quo etiã facto diuinorum iudiciorum altitudo monstratur, quos non is qui hominum ore plus laudabatur, in Apostolũ à deo eligitur. [*Et orantes dixerũt, Tu domine qui nosti corda hominum, ostende quem elegeris ex his duobus vnum, accipere locum*] id est authoritatem & gratiam [*Ministerii huius*] id est prædicationis [*Et Apostolatus*] qui est donum gratię gratis datę, sicut & prophetia [*De quo præuaricatus est Iudas*] id est quẽ sua præuaricatione amisit, [*Vt abiret in locum suum*] id est vt vnus istorum in locum illius succederet seu succedat. Sicque dictio, vt, tenetur hîc cõcomitanter, non causaliter. Non enim idcirco transgressus est Iudas, vt alter ei succederet, sed ad transgressionem eius id consecutum est. Quemadmodum fertur in psalmo quinquagesimo, Tibi soli peccaui, vt iustificetis in sermonibus tuis. [*Et dederunt sortes eis, & cecidit sors super Matthiam: & annumeratus est cum vndecim Apostolis,*] ita quòd duodecimus fuit. Circa hoc quæritur: quid hîc nomine sortis intelligatur, & qualiter sortibus liceat vti. Quocirca sciendum, quòd secundum doctrinam beati Dionysij libro de Ecclesiastica hierarchia, sors ista non erat talis qualis in veteri testamento, sed quidam splendor diuinus, seu radius diuinitus missus super Matthiam, ad ostendendum quòd ipse esset apostolus assumẽdus. Cõmunius tamen refertur quòd sortes his datæ fuerunt tales quales illæ quarum in lege Mosi vsus fuit. De quibus in prouerbiis dicitur, Sortes mittũtur in sinum, sed à domino temperãtur. Quibus Iosue vsus est in deprehensione Achan. Veruntamen secundum Hieronymum hoc exemplo nõ est sortibus nunc vtendum, quoniam paucorum priuilegia communem legem non faciunt. Apostoli quoque ex occulto spiritus sancti instinctu vsi sunt eis, quod nõ est in consequentiam passim trahendum. Insuper Beda hîc ait, quòd figuram obseruare licebat quousque veritas veniret ac panderetur. Vera hostia in cruce immolata, sed in Pentecoste veniente super apostolos spiritu sancto consummata. Idcirco in electione Matthię sortibus vsi sunt, ne à lege discreparẽt. Post Pentecosten verò veritate iam propalata, septem diaconi non sorte, sed discipulorum electione Apostolorúmque oratione, & manuum eorum super illos impositione sunt cõstituti. De hac autẽ materia loquitur Thomas in secunda secundæ quæstione nonagesimaquinta, inter cætera asserens quòd sortes dicuntur dum aliqua fiunt ex quorum vario & incerto euentu occultum aliquid innotescit, sicut in tractione longioris aut breuioris festucæ. Si ergo per sortes quæratur quid sit alicui exhibendum de re possessa vel honore seu pœna, vocatur sors diuisoria. Si autem quæritur quid agendũ, dicitur sors cõsultoria. Quòd si quæratur quid sit futurum, vocatur sors diuinatoria. Cùm itaque actus hominum qui requiruntur ad sortes non subduntur influxui cælestium corporum aut stellarum, si sortibus quis vtatur quasi actus humani ex cælestium corporum impressione dependeant, ita quòd dispositio euentúsque sortium ex stellarum influentia expectetur, superstitiosum & vanum est, neque occulto caret cum dæmonibus pacto: sed hac causa remota oportet sortium dispositionem expectare vt ex aliqua causa spirituali ac directiua. Et si à fortuna (quod in sorte diuisoria tantummodo locum habet) non est vitiosum, nisi ex causa procedat illicita scilicet cupiditate aut simili. Vt dum aliqui nequeunt rem concorditer diuidere, sorte vtũtur, exponentes fortunæ quis quam partem accipiat. Porrò si sortium euentus expectetur à causa spirituali mala scilicet dæmone, impium est: si autem à bona, puta immediatè à deo vel ab eo per angelos sanctos, talis sors non est secundum se illicita secundum Augustinum.

¶Quadrupliciter tamen potest id esse illicitum. primò, si absque necessitate recurratur ad sortes, tũc ad tentationem pertinet dei. Secundò, si sine debita reuerentia. Vnde Beda hîc ait, Si qui necessitate compulsi deum putant sortibus consulendum exemplo apostolorum, videant ipsos apostolos non nisi collecto fratrum cœtu & precibus ad deum fusis id egisse. Tertiò, si diuina oracula ad terrena conuertantur negotia. Quartò, si in ecclesiasticis electionibus quæ ex spiritus sancti inspiratione fieri debent, sortibus quis vtatur. In temporalibus verò dignitatibus quæ ad terrena instituenda seu disponẽda ordinantur secus est, quia in illarum electione homines sortibus vti aliquando possunt. Itaque si necessitas alia ab electione ecclesiasticæ dignitatis incumbat, licet cum debita reuerentia diuinum iudicium sortibus implorare. Cuius rei exempla Augustinus inducit: vt si inter seruos dei sit disceptatio quis eorum tempore persecutionis fugere debeat aut manere. Vel si duo æquè pauperes alicui obuiarent, qui aliquid dare haberet, quod dari non posset nisi vni. Postremò vt dicitur in legenda sancti Matthiæ Apostoli, ipse Matthias & Ioseph dictus Barsabas fuerunt de numero 72. discipulorum, & Ioseph præfatus fuit frater Iacobi minoris & consanguineus Christi, sicque per hoc quòd Christus huic Ioseph Matthiam in apostolatum præposuit, docuit quòd ex consanguinitate aut carnali affectu non sunt homines ad ecclesiastica beneficia aut officia promouendi. Aliqui tamen dixerunt quòd Ioseph iste fuit Barnabas, qui etiam ante hoc nomen sibi ab Apostolis inditum vocatus est Ioseph. Sed hoc minus verum censetur. Nam Barsabas interpretatur filius quietis secundum Hieronymum. Barnabas autem filius consolationis, vt infra dicetur.

Psalm.7. Apoc.2. — Dionysius — Proue.16. Iosue.7. Hierony. Beda. — Act.1. Act.6. S.Thomas — Beda. — Augusti.

Expositio cap. 11. [*Et dum complerentur dies.*] Artic. 11.

PRæcedenti capitulo scriptum est, quemadmodum Christus discipulis spiritum sanctum promisit, nunc recitatur qualiter illa promissio sit impleta [*Et dum complerentur dies pentecostes*] .i. quinquagesimo die à Christi resurrectione, ita quòd illa die quinquaginta dies computabantur & implebantur à die resurrectionis dominicæ. Pẽtecoste autem dicitur à pente quod est quinque, & coste quod est decem, quasi quinquies decem, quæ faciũt quinquaginta [*Erant omnes discipuli pariter in eodem loco*] scilicet in cœnaculo, in quod præcedenti capitulo ascendisse scribuntur. [*Et factus est repente de cælo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis,*] id est instar grandis tonitrui seu venti impetuosi [*Et replenit totam domum, vbi erant sedentes*] id est manẽtes seu quiescentes Christi discipuli. Itaque fiebat tunc sonitus grandis & vehemens, ad declarationem maiestatis paracleti spiritus sancti desuper venientis, & vt per sonitum illum corda discipulorum ad reuerentialem dei concuterentur timorem, ac profundiori humilitate ad spiritus sancti disponerentur influxum, sic & Ezechiel in visione quatuor animalium & throni ac dei residentis in eo, magnam se audisse commotionem testatur. Illa tamen imaginaria fuit, ista realis, quam aliqui dicunt non solùm à discipulis, sed à tota Hierusalem fuisse auditam. porrò quod ait, tanquam aduenientis spiritus vehementis, intelligi potest de spiritu sancto: vt sit sensus, Factus est sonus repentinus de cælo, tanquam aduenientis spiritus vehementis, id est sicut decuit spiritum sanctum, vtpote talis, qualem fieri condecebat ad eius efficaciam maiestatémque monstrandam. Iuxta quem modum scriptum est in Ezechiele, Audiebam sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum, quasi sonum sublimis dei. Appellatur autem spiritus sanctus, spiritus vehemens, quasi væ adimens, & mentem à terrenis ad cælestia vehens. [*Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis*] id est igneæ linguæ multipliciter diuisæ atque distinctæ [*Sedítque supra singulos eorum*] id est spiritus sanctus in his linguis ignitis super vnumquenque discipulorum quieuit, quemadmodum super Christum in baptismo descendit ac mansit in forma columbæ. Præterea aduertendum quòd duplex est missio spiritus sancti, vtpote spiritalis & inuisibilis, qua mentibus puris aut purificãdis infunditur, de qua legitur, Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed non scis vnde veniat, aut quo vadat. Alia est visibilis, quando in aliquo signo sensibili demonstratur ac datur, ad insinuandum quòd earum rerum in quarum specie apparet, proprietatem operatur in cordibus quibus illabitur. Hinc nunc in duplici signo visibili demonstratus ac datus est, scilicet in igne & linguis: sic tamen quòd ignis speciem linguæ habebant, & linguæ igneæ apparebant, ita quòd æquiualenter fuit signum duplex sensibile.

¶In linguarum ergo specie apparebat, ad innuendum quòd omnium linguarum notitiam, facultatem & vsum eis infudit. Secundò, quia cunctis gentibus prædicaturi erant. Tertiò, quoniam linguis prædicantium spiritus sancti gratia præcipuè necessaria extat. Hæ autem linguæ igneæ erant, ad designandum quòd verba feruentia proferre, & igneam legem docere deberent. Itémque intus igne diuini amoris succenderentur. Itaque deus per hoc quòd foris exhibuit, ostendit quid interius gessit. Qui enim discipulos charitate succensos, & verbo atque sapientia eruditos intus constituit, foris igneas linguas monstrauit. Denique conuenienter quinquagesimo die à Pascha datus est ita spiritus sanctus. Primò, ad exprimendam veritatis ac euangelicæ consonantiam legis. Nam vetus lex per Mosen data est desuper quinquagesimo die ab esu agni paschalis in Aegypto, & egressione filiorum Israël inde, vt dicitur in Exodo. Vnde & quinquagesima dies à pascha illo figuratiuo apud Iudæos celebris fuit, in memoriam lationis legis Mosaïcæ: sic & à pascha nostro infusum est donum spiritus sancti cordibus discipulorum, per quod euangelica lex in eis illuminata, inflammata, confirmatáque fuit. Secundò, quoniam quinquagesimus numerus remissionem & quietem designat. Cum ergo spiritus sanctus peccata remittat, verámque tribuat pacem, & ad æternam perducat quietem, quinquagesimo die datus est congruenter. Ad literam quoque discipuli infra hos decem dies ab ascensione conuenienter se disponere poterant ad tam copiosissimam sancti spiritus susceptionem. Quo etiam numero mysticè figuratur, quod per obseruationem decem præceptorum ad incrementa charismatum spiritus sancti pertingitur. Præterea quia in textu nunc dicitur, apparuerunt illis &c. quidam opinati sunt, quòd apparitio illa imaginaria fuit. Vnde & secundò de Trinitate cap. sexto Augustinus affirmat, quòd litera hec quæstionem habet, an igneę linguæ visæ sunt corporaliter eis, an imaginariè tantùm. Tenendum est tamen absolutè & communiter pene ab omnibus sic tenetur, quòd verè ab extra realiter apparebant, sicut columba super Christum [*Et repleti sunt omnes spiritu sancto*] Quemadmodum enim domus in qua residebant impleta fuit sono & ignæis linguis, ita & corda eorum perfusione, feruore & illustratione spiritus sancti: & vtique ante horam hanc, gratiam sancti spiritus susceperunt etiam in abundantia quadam, præsertim cùm Christus insufflatione eis spiritum sanctum infudit, sed nunc in præexcellenti plenitudine spiritum sanctum sortiti sunt. Sunt autem plures gradus plenitudinis, qua electi dei spiritu sancto pleni aut repleti fuerunt, quum ab hac die vsque in finem vitæ suæ in spiritus sancti charismatibus sumpserunt incrementum. ¶Insuper repleti modò dicuntur spiritu sancto, non solùm quoad dona gratię gratum facientis, sed etiam quo ad dona gratię gratis datæ, quę ad aliorum profectum. Iam enim data sunt eis gratia miraculorum magis quàm ante spiritus prophetiæ, donum linguarum, diseretio spirituũ, sermo sapientiæ & sermo scientię. In tanta quoque plenitudine spiritũ sanctum, quo ad dona gratię gratum facientis susceperunt, quòd confirmati fuerunt in gratia, ita quod postea mortali

Act.1. — Ezech.1. — Ezech.11. — Matth.3. Ioan.1. — Ioan.3. — Exo.20. Leui.25. — August. — Matth.3. Lucæ.3. Ioan.1. — Ioan.20. — 1.Cor.12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter non peccarunt. [*Et cæperunt loqui variis linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis*] Omnium enim E
gentium idioma proferre & intelligere potuerunt: imò quod mirabilius est, secundū gloſam & expoſi-
tores communiter, vno eorum aliquam proferente loquelam, omnes qui aderant quantumlibet idioma-
Gene.11. tum consisterent diuersorum, loquelam illam tanquam proprium idioma audierunt ac intellexerunt, di
uina id agente potentia: vt sicut per superbiam & rebellionem filiorum Adæ diuisæ sunt linguæ ita per
humilitatem & obedientiam discipulorum Christi, operante spiritu sancto vnitæ sint [*Erant autem in
Hierusalem habitantes Iudæi viri religiosi*] id est diuino cultui dediti seu deuoti. Religio quippe est virtus
quæ alio nomine latria nuncupatur, per quam deo cultum cęremoniamq́ue impendimus. Vnde dupli-
citer religiosi dicuntur, Primo quia diuinis intenti sunt. Sicque omnes fideles virtuosi, dicendi sunt reli-
giosi. Secundo, quia singulariter diuinis se manciparunt seipsos deo totaliter offerentes, & seculo ab-
renunciantes per ordinis ingressum. Et sic claustrales religiosi vocantur [*Ex omni natione quæ sub cælo
est*] Hoc per hyperbolen dictum est, quia ex diuersis & valde multis prouincijs quidam Iudæorum ad
Hierusalem ex deuotione confluxerunt, & illic manserunt. Qui erant ex his Iudæis quos aduersarij
Hest.3. eorum Assyrij, Chaldæi, ac Greci sub Antiocho rege per diuersa vendiderant & dispersérant loca.
1.Esd.1. Vnde in libro Hester refertur, quemadmodum in diuersis prouincijs Assueri regis plurimi morabantur Iudæi. Et quamuis è Cyro rege Persarum habuerunt redeundi licentiam, multi tamen non rediè-
runt [*Facta autem hac voce*] id est locutione Apostolorum tam mirabiliter resonante, quando cœperunt F
varijs linguis effari. Continuò enim spiritu sancto accensi ingressi sunt templum, quod fuit prope
cœnaculum [*Conuenit multitudo*] hominum. Quidam verò per vocem hanc factam, intelligunt sonum
præfatum, tanquam aduenientis spiritus vehementis, quem dicunt ab habitatoribus Hierusalem circa
templum auditum, propter quod illuc concurrerunt [*Et mente confusa est*] id est plurimùm admirata &
conturbata [*Quoniam audiebat vnusquisque lingua sua illos loquentes*] Ex quo elicitur quòd singuli vnam
cuiuslibet apostolorum loquelam intellexerunt, quod fuit magnum & inauditum miraculum, omnes
illos in stuporem conuertens, quemadmodum subditur. [*Stupebant autem omnes*] Stupor ex magna ad-
miratione procedit [*Et mirabantur adinuicem dicentes, Nunne ecce omnes isti qui loquuntur*] puta Apostoli,
Hie.49. [*Galilæi sunt? Et quomodo nos audiuimus vnusquisque linguam nostram, in qua nati sumus?*] Deinde audientiū
diuersitas ex parte locorum natalium, aperitur. [*Parthi et Medi et Elamitæ*] Elam est regio Persiæ contra
quam Hieremias prophetabat [*Et qui habitant Mesopotamiam, Iudæam*] quæ hoc loco accipitur pro terra
duarum tribuum, scilicet Iudę & Beniamin, ad distinctionem (vt ait Beda) Samarię, Galileę, Decapoleos,
Matt.26. & aliarum in eadem prouincia regionum. Quę licet omnes vna loquerentur lingua Hebręa, domestică
Marc.14. tamen singulæ dicendi speciem habuerunt distinctam. Vnde Petrus in passione domini quòd Galilæus
sit propria proditur lingua [*Et Cappadociam, Pontum, et Asiam*] Asia regio quę dicitur minor, ab orientali
parte qua ad Cappadociā, Syriamq; progreditur vndiq; circúdata est mari. Cui⁹ prouincię sunt Phrigia, G
Pamphilia, Cilicia, Licaonia, Galatia, & aliæ multæ: sed specialiter, vbi Ephesus ciuitas est, Asia dicitur.
[*Aegyptum et partes Libiæ quæ est circa Cyrenem*] AEgypti regio à septentrione magnum mare, & sinum
Arabicum ab oriente, seu rubrum mare, à meridie AEthiopiam, ab occasu Libyam habet. Cuius infe-
riorem partem Nilus ad dexteram atque ad sinistram diuisus amplexu suo disterminat. Propterea qui-
dam AEgyptum inter insulas computant. [*Et aduenæ Romani,*] qui de Italia ad Hierusalem deuenerunt
[*Iudæi quoque*] natura [*Et proselyti*] sicut in nouo testamento vocantur neophyti, qui de infidelitate ad
euangelicam legē de nouo conuersi sunt: ita in veteri testamēto dicebantur proselyti, qui de gentilitate
ad legem conuertebantur Mosaicam. [*Cretes et Arabes*] Arabia regio inter sinum maris rubri qui Arabi-
cus, & eum qui Persicus appellatur, plurimas habet gentes, videlicet Idumęos, Saracenos, Sabęos, & alias
plures. Arabia autem sacra interpretatur, eò quòd sit regio in qua thùra nascūtur, & producens odores.
Hinc eam Greci Eudæmona, Latini beatā vocauerunt [*Audiuimus eos loquentes nostris linguis*] secundum
modum prætactum [*Magnalia dei*] videlicet Christi resurrectionem, ascensionem, paracleti missionem.
Verùm vno apostolorum loquente, aliisq́ue tacentibus vnus ille nō nisi vnius idiomatis protulit voces:
omnibus tamen videbatur, quòd suę loquelę verba proferret, & virtualiter non formaliter ita fuit. Sicut
& manna cunctorum ciborum saporem continuit: iuxta illud Sapientiæ, Panem de cælo prestitisti eis,
omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Deseruiens enim vniuscuiúsque vo-
luntati, ad quod quisque volebat conuertebatur. Hoc tamen in bonis Iudæis accidisse duntaxat aliqui
asseruntimali enim dicebant, Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo [*Stupebant autem omnes et* H
Num.21. *mirabantur, dicentes, Quidnam vult hoc esse?*] Ex ingenti admiratione inter se conferebant, & eadem sæ-
pius proferebant, quia ex abundantia cordis os loquitur [*Alii autem arridebant dicentes, quia musto pleni
Matt.12. sunt isti*] Isti erant omnino peruersi, qui tam euidens spiritus sancti miraculum sinistrè interpretaban-
Lucæ.16. tur: & charitate ac donis spiritus sancti tam exuberanter impletos, vt internus splendor ac mentis læ-
titia relucerent in vultibus eorundem, ebriosos dixerunt, quasi mustum hoc facere posset, quod
omnem naturalem transcendit potentiam. Veruntamen spiritaliter ebrij erant hi sancti, introducti
Cant.1. in cellam vinariam, & torrente voluptatis deificæ vsque ad plenum potati. In quibus illud ex Canti-
Psal.25. cis fuit impletum, Comedite amici & bibite & inebriamini charissimi. Etenim feruor amoris, sa-
Cant.5. pientiæ sapor, gaudiorum excessus, inebriauerat eos, biberántque vinum quod Christus sapientia pa-
Prou.9. tris miscuit eis [*Stans autem Petrus cum vndecim*] Apostolis [*Eleuauit vocem suam, et locutus est eis*] Iam in-
notescere incipit quanta sit efficacia gratiæ spiritus sancti, & quantùm inter fragilitatem humanam ac
diuinam distet virtutem. Ecce qui paulò ante vnius vilis mulierculæ voce conteritus Christum pri-
Matt.29. mam summámque veritatem negauit, nunc inter tot milia. præ cæteris apostolis imperterrito ac tuba-
Matt.14. li eloquio testimonium perhibet veritati. Iam nempe in eo perfectus amor seruilem eiecit timorem [v.

A *ri Iudæi et qui habitatis Hierusalem vniuersi, hoc vobis notum sit, et auribus percipite verba mea*] Ecce quàm au-
thoritatiuè & securè effatur, qui paulò ante indoctus & rudis fuerat idiota [*Non enim, sicut vos æstimatis,* Actu.4.
hi ebrij sunt,] Ebrij quidem sunt fateor, sed non sicut vos existimatis, qui tanquam carnales, carnaliter iu-
dicatis, & similes estis Heli cæcutienti, qui sanctam Annam perhibuit temulentam [*Cum sit hora diei ter-* 1.Reg.1.
tia] Vnde tam manè non solent homines vino impleri. Porrò, spiritus sanctus qui est tertia in superbea-
tissima trinitate persona maiestatem & gloriam indiuiduæ adorandæq́ue trinitatis mūdo per Apostо- Actu.1.
los prædicaturus tertia hora cōuenienter descendit. Et quia, vt dictum est, discipuli erāt in oratione per-
seuerātes, rectè spiritum san. in hora orationis percipiūt, vt monstretur, quòd spiritus san. gratia nō faci-
lè impetratur, nisi mens à carnalibus supernorum intentione leuetur. Tria autem tempora quibus Da-
niel genua flectere & adorare solebat, videlicet tertia, sexta, & nona hora ab ecclesia obseruātur. Nam & Dan.62.
Christus spiritum san. hora tertia mittēs, & crucem sexta hora ascendens, nona spiritum tradens, eaſdem Ioan.19.
nobis horas intimare & sanctificare dignatus est [*Sed hoc*] quod cernitis [*Est quod dictum*] .i. prophetiсè
prænūciatum [*Est per prophetam ioel*] cuius verba subdūtur [*Et erit in nouissimis diebus,*] id est tempore e-
uangelicæ legis cui lex alia diuinitus non succedet. De quo tempore sanctus Iacob disseruit, Cōgrega- Gene.49.
mini, vt annunciem vobis quæ vēntura sunt in nouissimis diebus. Et Esaias, Erit in nouissimis diebus præ Esaiæ.2.
paratus mons domus domini. Vnde hoc tempus vltima mundi ętas vocatur, sicut ait Apostolus, Non su 1.Corin.10
B mus in quos fines sæculorum deuenerunt [*Dicit dominus*] scilicet, deus pater, vel pater & filius qui sunt
vnus dominus. Vnus quoque spirator & dator spiritus sanctus, sicut & tres personæ sunt vnus creator.
[*Effundam de spiritu meo super omnē carnem,*] .i. cunctis hominibus scilicet Iudæis & Gētibus seu quibus-
dam de omni genere hominum, vt sit distributio pro generibus singulorum. Itaque omnibus his de do-
nis & gratiis spūs sancti infundam, sicque nomine patris intelligitur totum videlicet homo per carnem,
sicut cum ait Ioānes, Verbum caro factum est. Et Psalmista, Ad te omnis caro veniet. Verūtamen san- Ioan.1.
ctus Petrus hoc loco sensum, nō formam verborum inducit. Sic enim in Ioēle scriptum est, Et erit post psalm.64.
hæc, effundam spiritum meum super omnem carnem [*Et prophetabunt*] ô Iudæi [*Filii vestri et filiæ vestræ*] Ioēl.2.
.i. discipuli & discipulæ Christi. Multi enim discipulorum & aliquæ sanctæ fœminæ cum apostolis spi-
ritum sanctum receperunt, & gratiam prophetalem sortiti sunt [*iuuenes vestri visiones videbunt,*] .i. reue-
lationes diuinas atque propheticas verè intelligent. Intelligentia enim est opus in visione [*Et seniores ve-* Dan.10.
stri somnia somniabunt,] .i. reuelationes desuper tempore somni suscipient, quando propter quietem vir-
tutis imaginatiuæ, ac sensuum exteriorum, aptior est anima ad illuminationes supernas. Propter quod
in lib. Iob legitur, Per somnum in visione nocturna aperit deus aures virorum, & instruit disciplina. Iob.33.
Quòd autem apostolorum discipulorúmque Christi, alij seniores, alij fuerint iuniores, certum est cun-
ctis. Porrò huiusсemodi somnia non sunt vana & solita omnibus, sicut illa de quibus Ecclesiast. Som-
C nia extollūt imprudentes, & quasi qui apprehendit vmbram, & persequitur ventum, secūdum hoc vi- Ecclesi. 34
sio somniorum [*Et quidem super seruos meos et ancillas meas in diebus illis*] scilicet in exordio euangelicæ le-
gis [*Effundam de spiritu meo, et prophetabunt*] Quidam enim vtriusque sexus in primitiua ecclesia prophe-
tarūt, sicut & infra scribitur Philippus diaconus habuisse quatuor filias virgines prophetissas. In nomi-
ne verò effusionis ostenditur gratiarū copia seu munerum largitas. De qua effusione scriptum est, Ef- Actu.21.
fundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam [*Et dabo pro-* Esaiæ. 44.
digia in cælo sursum, et signa in terra deorsum.] Hoc & verba sequētia quidam exponunt de signis præcessu
ris diem iudicij. Sed cùm Petrus totam istam scripturam pro tempore suo, quasi tunc impletam alleget,
aptius ad præfatum tempus refertur. De fit ergo deus in primo Christi aduentu, & circiter prodigia in
cælo, quando eo nato cælestis militiæ multitudo deum laudans apparuit, stella in aēre radiauit: & tem- Lucæ.2.
pore passionis, dum luna tempore oppositionis supernaturaliter rediit, & se soli supposuit, tótque ho- Marc.3.
ris sub ipso permansit, ita quòd sol stetit immotus. Similiter in ascensione angeli apparuerunt. Insuper Matth. 27.
dedit dominus signa in terra, quando in ea Christus tot patrauit miracula, & quando eo patiente mota Actuum.1.
est terra, scissæ sunt petræ, aperta sunt monumenta, & multa corpora sanctorum resurrexerunt à mor- Matth. 27.
tuis, & venientes in sanctam ciuitatem apparuerunt multis. Quod autem ista conuenienter ad tem-
pus primi aduentus Christi relata sint, innotescit ex eo quod dominus ait, Adhuc vnum modicum, Agg.12.
& ego mouebo cælum & terram, mare & aridam: & veniet desideratus cunctis gentibus: quod o-
D mnes de primo Christi aduentu exponunt, de quo in Genes. loquitur Iacob, Et ipse erit expectа- Gene.46.
tio gentium. Consequenter quædam prodigiorum istorum specialiter exprimuntur [*Sanguinem et* Ioann.1.
ignem, et vaporem fumi] Per sanguinem intelligitur sanguis qui de Christi latere fluxit, in cuius ema-
natione duo mirabilia contigerunt. Primùm, quia de mortuo corpore sanguinem viuaci riuo effluе-
re, contra nostrorum naturam est corporum. Secundùm, quòd simul cum sanguine aqua prosluxit.
Potest quoque per sanguinem accipi sanguis quem pro Christo martyres cum mira effuderunt con-
stantia. Per ignem, spiritus sancti illustratio ac inflammatio designatur. In igne enim sunt splendor
& calor. Per vaporem fumi, excæcatio Iudæorum, vel compunctio & lachrymatio conuersorum,
qui ad prædicationem Petri compuncti sunt corde. De quorum piissimo fletu Zacharias dicit, Plan- Zachar. 12.
gent eum planctu, quasi super vnigenitum. [*Sol conuertetur in tenebras.*] Nam tempore passionis obscu- Matth. 27.
ratus est sol. [*Et luna in sanguinem*] id est rubea apparebit. Non tamen planetæ fuerunt in seipsis tali- Lucæ.22.
ter se habentes, sed secundum apparentiam fuit sic. Solet autem luna cum eclypsim patitur, sangui-
nea apparere: sed quando directè supponitur soli, nigra videtur. Vnde si suppositione illa durante
rubea apparebat, mirabiliter factum est: quod secundum Hieronymum credi potest, quamuis scri- Hierony.
ptum non sit. Non enim scripta sunt omnia [*Antequam veniat dies domini magnus et manifestus.*] Per Ioan.31.
diem hunc sanctus Hieronymus super Ioēlem intelligit diem dominicæ resurrectionis, in quo ma-

Universidad de Deusto Biblioteca

Psalm.117. gna operatus est deus. Et quem omnibus manifestauit: de quo ait Psalmista, Hæc est dies quam fecit E
Ioël.2. dominus. Qui dies per Ioëlem appellatur horribilis, quia aëreis potestatibus impiisque Iudæis pauendus. Potest quoque per diem istum horribilem, magnum, & manifestum, tempus illius grauissimæ ac finalis captiuitatis Iudæorum per Romanos intelligi. De istis hic transeo, quia super duodecim prophe-
Actu.10. tas suo loco ea plenius exposui. [*Et omnis quicunque inuocauerit nomen domini,*] id est deum intimo cor-
Psalm.144 dis affectu cum fide syncera orauerit [*Saluus erit*] non enim est personarum acceptor deus, sed prope est
Eccles. 2. dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in veritate: iuxta id Ecclesiast. Quis inuocauit illum & despexit eum? Consequenter beatissimus Petrus euidentius instruit eos, factis & authoritatibus Iesum esse Messiam declarans [*Viri Israëlitæ*] qui estis Israëlitæ carnis propagine, non fidei imitatione, [*Audite verba hæc. Iesum Nazarenum virum approbatum à deo,*] à trinitate, & à seipso secundum quod deus est [*In vobis*] id est inter vos [*Virtutibus*] id est sanctis operibus [*Et prodigiis*] quantùm ad maiora eius miracula, [*Et signis*] quantùm ad minora, [*Quæ fecit per illum deus in medio vestri*] Verbum enim
Ioann.1. seu trinitas operabatur per Christi humanitatem, quæ fuit instrumentum seu organum immediatum,
Hebræ.1. coniunctum & proprium verbi, quemadmodum corpus nostrum instrumentum est animæ nostræ in
Dionysius suis operibus, secundum Damascenum. Vnde diuinus Dionysius Christi actionem appellat Theandricam, id est dei virilem. Et Christus homo diuina potestate egit miracula [*Sicut vos scitis,*] quibus & Christus ante passionem dicebat. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod horum F
Ioan.10. me lapidatis? [*Hunc definito consilio et præscientia dei traditum*] quamuis enim Iudas impiè eum tradide-
Matth.26. rit, deus tamen eum per prophetas tradendum prædixit, prædeterminauit, & in sua præscientia sempi-
Esaiæ.52. terna pro hominibus moriturum prædiffiniuit: quemadmodum ait Apostolus, Proprio filio suo non
Roma.8. pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum. Deus quoque pater, seu trinitas, animæ Christi voluntatem moriendi pro hominibus inspirauit. Rursúsque eidem contulit tam iustè conuersari & loqui, quòd Iudæi erant inuidia concitati, ex qua vltra ad Christi occisionem progressi sunt. Sícque traditio Christi, quantùm ad causam atque principium eius, fuit directè & effectiuè à deo: loquendo tamen de causa traditionis huius bona, puta iustitia, spontaneóque principio, ratione cuius etiam seipsum tradi-
Esaiæ.53. dit Christus, iuxta illud Esaiæ, Tradidit in mortem animam suam [*Per manus iniquorum*] videlicet mili-
Lucæ 23. tum Pilati [*Affigentes*] cruci [*interemistis*] mortem ipsius procurando. [*Quem deus suscitauit*] à mortuis,
Marc.16. imò & ipse vt deus seipsum: sicut prædixit, Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. Et item, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Hoc enim dixit de templo cor-
Ioan.20. poris sui, vt Euangelista exponit [*Solutis doloribus inferni*] id est pœnis inferni à Christo sublatis, ita quòd
Ioan.10. eas non sensit, iuxta id Psalm. Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Ablatis quo-
Ioan.2. que his pœnis à sanctis quos Christus de limbo eduxit. Nam mox cum ad eos anima eius venisset, beati-
Psalm 87. fica dei visione illustrauit eosdem. iam enim causam dilationis gloriæ, videlicet originalis peccati reatum sua passione amouit. Sancti autem in limbo, & si pœnam sensus non habuerunt, nihilominus pœna dam G
Prouer.13. ni fuit in eis, sicque dilatio gloriæ eos aliquo modo afflixit, iuxta id Prouerb. Spes quæ differtur affligit
Zachar.9. animam, lignum vitæ desiderium veniens. Propter quod de istis Zachar. dicit Christo. Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua [*Iuxta quod impossibile erat teneri illum*] scilicet Christum [*Ab eo*] id est ab inferno, Cum enim omni caruerit culpa, nil potestatis aut
Ioan.14. iuris habebat in eo diabolus seu infernus. Propter quod passione instante dixerat, Venit ad me princeps mundi huius, & in me non habet quicquam [*Dauid enim dicit in eum*] id est de Christo, ita quod verba sequentia ad literam in Christi persona dicuntur [*Prouidebam dominum coram me semper*] id est
Psalm.15. ego vt homo, deum iugiter intuebar, atque in omnibus prouidè coram eo conuersabar. Nam anima Christi à primo suæ creationis instanti, vidit deum per speciem tam clarè ac incessanter, vt modò
Esaiæ.50. [*Quoniam a dextris est mihi*] id est in omnibus gratiosè mihi assistit, secundum illud Esa. Dominus deus auxiliator meus [*Ne commouear*] id est à via æquitatis & veritatis vsquam recedam: intantùm enim affuit naturæ assumptæ, quod peccare nequiuit [*Propter hoc lætatum est cor meum*] videlicet de tam in-
Ioan.11. comparabili beneficio dei, & de indesinenti aspectu ipsius [*Et exultauit lingua mea*] id est in verba lau-
Ioan.8. dis diuinæ cum exultatione prorupit: dicendo, Gratias ago tibi pater. Et Honorifico patrem meum.
Lucæ.10. Et rursus dicitur, Exultauit Iesus spiritu sancto [*Insuper et caro mea requiescet in spe*] id est corpore meo ab anima separato atque sepulto, de eius resuscitatione certus ero. [*Quoniam non derelinques animam meam in inferno*] nisi quandiu ipsa voluerit, scilicet vsque ad instans resurrectionis. Et infernus H
Gene.37. pro limbo patrum hic sumitur, sicut cum Iacob ait in Genesi, Descendam Lugens in infernum. At-
Psalm.15. que in symbolo, Sepultus descendit in infernum. Porrò in morte Christi fuerunt corpus & anima eius ab inuicem separata, vtrunque tamen mansit verbo vnitum. Ideo corpus eius resolui non potuit, propter quod subditur [*Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem*] id est corpus vnigeniti filij tui non permittes pati incinerationem seu dissolutionem. Nihilominus sumendo corruptionem pro occisione, fuit verè corruptum seu mortuum. [*Notas mihi fecisti vias vitæ*] id est semitas iustitiæ, quibus ad vitam beatam transitur, me docuisti, & per acceleratam resuscitationem, iter ad vitam glorię ascendere me fecisti, ita quòd tunc per experientiam illud noui, [*Replebis me iucunditate cum facie tua*] id est cum in cõ spectu tuo in cælesti apparuero regno plenissimè glorificabor. Quamuis enim Christus ab exordio incarnationis, quantùm ad superiorem animæ partem ad verbum relatam fuerit comprehensor, & omni essentialis præmij gaudio plenus, nihilominus quo ad inferiores animæ vires, imò & quantùm ad superiores vires ad essentiam animæ comparatas, & quantùm ad carnem passibilem, fuit viator, & tristitiam aliquando habens & dolores. In ascensione autem plenissimam glorificationem sortitus est, imò & ab omni tristitia in puncto mortis extitit liberatus. Præterea quod verba inducta non de seipso sed de Chri

A sto protulit Dauid, consequenter probatur. [*viri fratres liceat audenter dicere ad vos de patriarcha Dauid,* Ioan.11.
quoniam defunctus est et sepultus, et sepulcrum eius apud nos est vsque in hodiernum diem] sicut 3. Regum desci Matth. 26.
bitur, ex quibus patet, quòd corpus eius in sepulcro sit dissolutum. [*Propheta ergo cum esset.*] Nam præ- Lucæ.25.
clarissimus fuit propheta Dauid [*Et sciret quia iureiurando iurasset illi deus, de fructu*] id est semine [*Lumbi* 3.Reg.2.
eius, sedere super sedem eius] id est post eum verè spiritaliterque regnare cæteris cunctis sublimius: iuxta
illud in Psalmo, Iurauit dominus Dauid veritatem & non frustrabitur eum, de fructu vẽtris tui ponam Psalm. 131.
super sedem tuam, scilicet, Christum de semine tuo nasciturum. De quo loquitur Esaias, Super solium Esaiæ.9.
Dauid, & super regnum eius sedebit [*Prouidens*] id est in futurum procul prænituens [*Locutus est de christi resurrectione, quia neque derelictus est in inferno, neque caro eius sensit corruptionem*] iuxta expositionem inductam [*Hunc Iesum suscitauit deus, cuius nos omnes testes sumus*] quod vidimus protestantes, & propheticè
prænunciatum nunc que impletum monstrantes. [*Dextera ergo dei exaltatus*] id est diuina virtute de limbo, de sepulcro, de terra ad cælos leuatus [*Et promissione spiritus sancti accepta à patre*] id est omni glorificatione, quam ei per spiritum sanctum pater in scripturis promisit, adepta, [*Effudit hoc donum, quod vos videtis et auditis*] id est magnam hanc gratiam, sapientiam, linguarum notitiam, quam in nobis iam experimini, largitus est nobis. ¶ Promissionem autem spiritus sancti accipere, competit Christo secundũ naturam humanam, sed spiritum sanctum dare, secundum naturam diuinam: quamuis in ipso secundũ hu-
B manitatem sit gratia capitis, per quã suis influit mẽbris, quod agit vt causa gratiæ instrumentalis ac meritoria & coniuncta. Porrò quòd Christus dextera patris sit exaltatus, testimonio probat Psalmistæ. [*Non enim Dauid ascendit in cælũ*] quia quoad corpus, mãsit in monumẽto: & quãtùm ad animã, in lymbo. [*Dicit autem ipse*] in psalmo, [*Dixit dominus domino meo*] id est pater filio [*Sede à dextris meis*] id est in bonis Psal.109.
potioribus secundum naturam assumptam, ita quòd omni sis creaturæ prælatus, plenariè glorificatus, & diuinitate præ cunctis abundantius fruens. Istud dixit Christo homini deus pater in ascensione. Secundum diuinitatem verò pater ab æterno dixit filio, sede à dextris, id est mihi esto æqualis, & in ea reside maiestate qua ego [*Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum*] id est omnes reprobos tibi plenè subiiciam, & subiectos ostendam, quod maximè erit in die iudicij. De expositione autem versuum istorum nunc pertranseo, cum in libro Psalmorum prolixè expositi sint. Quod autem hæc dictio, donec su Matth.1.
matur hîc non finitè, sed indefinitè constat: sicut & apud Matthæum: Non cognouit eam donec peperit filium suum. [*Certissime ergo sciat*] [per fidei cognitionem, non per rationem, aut sciẽtiam naturalem: iuxta quem modum sanctus Iob ait, Scio quòd redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrectu Iob.19.
rus sum, [*Omnis domus Israel*] id est tota plebs Iudæorum seu duodecim tribuum [*Quia et dominum eum et Christum fecit deus hunc Iesum*] id est pater seu Trinitas superdignissima Iesu Nazareno secundum na- Psal.44.
C turam humanam contulit principatum vniuersorum & vnctionem gratiæ singularem ac summam: iux- Psal.2.
ta illud, Vnxit te deus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Et item Christus fatetur in Psalmo ratione na- Matth. 27.
turæ assumptæ & gratiæ ei collatæ, Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion mõtem sanctum Marc.15.
eius [*Quam vos crucifixistis*] non vestris, sed militum manibus: & magis peccastis quàm illi, quia prima Lucæ.25.
causa plus influit. [*His auditis compuncti sunt corde*] de suis dolẽdo peccatis. Non omnes, sed multiũ quibus impletum est, quod ante passionem Christus eis prædixit, Cum exaltaueritis, inquiens, filium homi- Ioan.19.
nis, tunc cognoscetis quia ego sum. Tot itaque scripturarum allegationibus & tantis prodigiis sunt con- Ioan.7.
uicti [*Et dixerunt ad petrum, et ad reliquos Apostolos, Quid faciemus viri fratres? Petrus vero dixit ad illos, Pœni* Matth.3.
tentiam agite] nec paruam sed maximam quantùm ad interiorem dolorem, vt magnitudini criminis corre Deute.25.
spondeat magnitudo doloris. Oportet enim secundum Hieronymum vt dolor contritionis adæquet Hierony.
grauitatem peccati, quatenus de maioribus vitiis maior habeatur contritio [*Et baptizetur vnusquisque vestrum, in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum*] videlicet quilibet in remissionem peccatorum suorum. Quamuis autem Christus formam baptismi docuerit dicens, Baptizantes in nomine patris & filij & spiritus sancti, Apostoli tamen & eorum discipuli in primitiua ecclesia sub alia forma ba- Matth.28.
ptizauerunt, ex familiari consilio atque inctinctu spiritus sancti vtentes hac forma verborum, Baptizo te in nomine Iesu Christi, vt scilicet nomen Christi amplius dilataretur, & honorabilius ac amabilius redderetur hominibus, quòd à Iudæis incredulis blasphemabatur. Quo facto, cœpit ecclesia vti forma Matth. 26.
D baptismi instituta à Christo. Tamen quoniam in nomine Christi dabatur baptismus, forma à Christo Lucæ.5.
præfixa implicitè ac virtualiter seruabatur, quia in noſe Christi tota supersancta Trinitas intelligi datur. Nam Christus dicitur vnctus, sicque in nomine eius intelligitur pater vngens, filius vnctus, spiritus sanctus vnctionis causã, seu vnctio affectiua, qui per prædicationem causalem vnctio appellatur [*Et accipietis donum spiritus sancti*] id est non solùm peccatorum remissionem, sed & donum sapiẽtię & linguarum, quod in nobis miramini. Tunc nanque baptizatis dabatur communiter spiritus sanctus in signo sensibili per impositionem manuum Apostolorum, sicut & infra habetur. Vnde in Scholastica historia sic habetur. Accipietis donũ spiritus sancti, scilicet, vt loquamini variis linguis sicut & nos. Et hoc erat signũ familiare in primitiua ecclesia, quia omnes ferè ascendentes de lauacro, loquebantur variis linguis. [*Vobis enim facta est repromissio et filius vestris*] id est præfata promissio de effusione spiritus sancti per Ioë- Ioël.2.
lem prænunciata, vos & filios vestros concernit, ita quòd in vobis implebitur. Nec solùm in vobis Iudæis [*Sed et omnibus qui longe sunt*] à vobis seu loco, seu dispari cultu, & dissimili ritu, puta in gentibus [*Quoscunque aduocauerit dominus deus noster*] id est per Euangelicam prædicationem, seu inspirationem diuinam ad fidem & charitatem seu ecclesiasticam vnitatem perduxerit, hoc est, in omnibus prædestinatis. Propter quod apud Ioannem scriptum est, Iesus moriturus erat pro gente. & non solùm pro gente, sed vt filios dei qui dispersi erant, congregaret in vnum. Hinc gentibus scribens Apostolo. Vos (inquit) Ioan.11.
qui aliquando longè fuistis, nunc prope facti estis in sanguine Christi. Quod etiã in Epistola ad Roma. Ephes.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab Esaia prophetatum declarat.] *Aliis etiam verbis plurimis testificatus est, et hortabatur eos dicens, Saluamini* E
à generatione ista prava] id est ab incredulis istis Iudæis diuidamini corde, vt fidem & gratiam suscipien
Rom.15. Esa.11. tes, illis pereuntibus vos saluemini. [*qui ergo receperũt sermones eius*] id est verbis Petri acquieuerũt [*Bap-*
tizati sunt] ab apostolis, aliisque forsan discipulis [*Et appositæ sunt*] numero credentiũ [*Animæ*] id est ho
mines [*circiter tria milia*] ad gloriam summæ Trinitatis totius gratiæ superditissimi fontis [*in illa die*]
videlicet Pentecostes. [*Erant autem perseuerantes in doctrina Apostolorum*] illam mansuetè ac sedulò au-
diendo ac promptè implendo. Iuxta illud Iacobi, Abiicientes omnem immunditiam, in mansuetudine
Iacobi.1. susципite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras. Sic & subditi in doctrina pastorum suo-
rum debent stabiles permanere [*Et communicatione fractionis panis*] id est perceptione sacramenti, secun-
dum quod Paulus ait, Panis quem frangimus, nũnne participatio corporis domini est? In primitiua au-
tem ecclesia crebrò & multi quotidie communicabant [*Et orationibus*] nec dubium quin & in laudibus
dei, cum & maius atque diuinius sit, dei laudibus quàm orationibus esse intentum. Nam deum laudãdo
magis simplificamur in ipso, & minus ad nosipsos reflectimur. Sed cùm non sit speciosa laus in ore pec-
1.Cor.10. catoris, qui diuinæ laudationi cupit insistere, primò in orationibus perseueret, vt purificetur, & corde
mundato agat quod scriptum est, Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.
[*Fiebat autem omni animæ timor*] id est vniuersis Iudæis & cæteris ista videntibus timor quidam incutie-
Eccl.15. batur propter rei nouitatem, tótque mirabilium eminentiam, ex prædicatione quoque Apostolorũ qua F
incredulis damnationem comminabantur æternam. [*Multa quoque prodigia et signa*] id est miracula maio
Psal.33. ra & minora [*Per apostolos fiebant in Hierusalem*] quæ sanctus Lucas breuitati studens non recitat. [*Et*
metus erat magnus in vniuersis] propter causas prætactas. In quo diuina potẽtia euidenter ostẽditur, quòd
scilicet discipuli ante paracleti missionem trepidi, nunc erant intrepidi, & aduersarij eorum tam pauidi.
Tantus enim gratiæ fulgor, potestatisque vigor, ac diuinitatis operatio in eis splendebãt, quòd æmuli ve-
ritatis formidare coacti sunt, qui illos paulò ante, non modò non metuebant, sed & occidere dispone-
bant. [*Omnes etiam qui credebant, erant pariter*] mente & corpore [*Et habebant omnia communia. Possessiones*
et substantias vendebant] id est immobilia & mobilia bona [*et diuidebãt illa omnibus, prout cuique opus erat.*]
Quò enim spiritalibus diuitiis fuerunt pleniores, eò minus curauerunt opes carnales, & quò in dei ac
proximi dilectione magis ardebant, eò liberalius sua sibiinuicem communicabant. Charitas enim omnia
facit esse communia: nec sua duntaxat, sed & seipsam impendit. Ex quibus elicitur tanto quẽque minus
habere de diuino amore, quo extat auarior: & quò amplius quærit terrena, eò animam habet pauperiorẽ.
[*Quotidiæ quoque perdurantes vnanimiter in templo, et frangentes circa domos*] in reditu suo à templo [*Pa-*
nem, sumebant cibum cum exultatione] spiritali non carnali [*et simplicitate cordis*] tanquam ab omni simula-
1.Cor.13. tione & vanitate dolosa immunes. Tanta fuit in eis charitatis feruor & deuotionis instantia, quòd in ex- G
teriori occupatione & necessaria corporis refectione, manserunt mente ad deum suspensi, & gloriantes
in contemplatione ipsius. In quibus illud Psalmistæ impletum est, Iusti epulentur, & exultent in con-
spectu dei, delectentur in lætitia. In quibus & aliæ multæ propheticæ promissiones, verè spiritaliterque
impletæ sunt, quas carnales & obstinati Iudæi nondum putant impletas, & corporaliter præstolantur
implendas [*Collaudantes deum et habentes gratiam ad omnem plebem*] ita quòd omnibus erant accepti ac
honorati propter tam euidentissimam gratiæ affluentiam in ipsis splendentem. Quemadmodum legi-
Psal.67. tur de sancto Sebastiano. Necesse erat, vt quem deus tãta perfudernt gratia, ab omnibus amaretur. [*Do-*
minus autem augebat qui salui fierent] id est quosdam conuertit, & fidelium numero copulauit [*Quotidie*
in idipsum] collegium credentium, vel in ipsomet deo incommutabili bono, in quod mente tendebant &
quiescebant. De quo fertur in Psalmo, Tu autem idem ipse es. Et rursus, In pace in idipsum dormiam &
requiescam.

Expositio III cap. [*Petrus autem et Ioannes ascendebant*
in templum.] Articulus III.

Psal.101. Psalm.4. VM Euangelica doctrina sit supernaturalis, necesse fuit eam supernaturalibus ar-
gumentis probari. Hinc Christus & eius discipuli talia operabantur miracula,
quæ sola diuina virtute fieri queunt. Idcirco quàm certum est deum falsitatis
non esse approbatorem aut confirmatorem, tam certum est fidem catholicam es- H
se à deo. Nunc ergo grande narratur miraculum, quo fidei veritas roborobatur,
& plurimi conuertebantur. [*Petrus autem et Ioannes ascendebant in templum*] videlicet ad quendam locum eius, qui (vt dicitur) fuit atrium mundorum, vbi Iudæi
secundum legem mundi orabant [*Ad horam orationis nonam*] quocirca aliqui dicunt, quod Iudei ter orabant in die, sicut iam ante ex Daniele est allegatum. Ve-
Daniel.6. runtamen in Neemia habetur, quòd quater in die & quater in nocte confitebantur Iudæi, & adora-
Neem.9. bant dominum deum suum. Præterea hi duo apostoli, & apostolorum eximij in multis associati legun-
tur, tãquam singulari familiaritate cõiuncti quamuis vterque eorum carnalem fratrem haberet Apostolum. Nã in Christi ministris plus valet gratia quàm natura, seu amor infusus quàm naturalis. [*Et quidam*
vir qui erat claudus, ex vtero matris suæ, baiulabatur] in lecto. Nã secũdũ glossam etiã paralytic⁹ fuit [*Quem*
ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur Speciosa.] Secũdum quod in Scholastica historia legitur, id
circo sic dicta est, quia Alexander Hyrcanus ornamentũ quoddã in ea appposuit, in qua & Herodes au-
4.Reg.15. reã posuit aquilã, fuitque porta atrij mundorũ. Palam est autẽ quòd non fuit ea quam Ioatham rex Iuda
2.Para.27. ædificauit, quæ sublimia dicebatur, cũ illa fuerit per Chaldæos destructa [*Vt peteret elemosynam*] fortè
non solũ pro se, sed & pro ministrãtibus sibi [*ab introeuntibus in templum. Is cũ vidisset Petrum et Ioannem in*
cipientes introire in templũ, rogabat vt eleemosynã acciperet. Intuẽs aũt in eũ Petrus cũ Ioãne dixit, Respice in nos]

A quod Petrus ideo dixit, vt claudus iste & alij scirent à quibus reciperet, quod mox fuerat susceptarus:
quatenus per hoc non ipsi Apostoli sed Christus glorificaretur, & ad eum alij cõuerterentur. [*At ille in-*
tendebat in eos] oculis mentis & corporis tanquam eleemosynæ auidus, & forte ex verbis Petri insolito
modo cõcussus [*sperans se aliquid accepturum ab eis*] nec fefellit eum fiducia, quoniam plusquàm sperauit Matth.19.
accepit. [*Petrus autem dixit, Argentum & aurum non est mihi*] omnia enim propter Christũ reliquit, nec pe-
cunias à conuersis ante Apostolorũ pedes positas in suum vsum cõuertit, secúmque detulit: quia audie- Lucæ.10.
rat à Christo, Nihil tuleritis in via, neque pecuniam. Et, Nolite possidere aurum & argentum [*Quod au-* Matth. 10.
tem habeo] .i. sanitatis beneficium quod in mea est potestate instrumentaliter [*Hoc tibi do*] tãquam instru
mentum omnipotentiæ dei, à quo gratiam sanitatum & virtutem miraculorum fortitus sum. [*In nomine*]
.i. virtute & gratia [*Iesu Christi Nazareni, surge*] de lecto [*Et ambula*] quorum nullum potuisti hucúsque,
saltem expeditè. [*Et apprehensa manu eius dextera, alleuauit eum*] Circa quod dicit Beda, Quem verbo eri-
git, dextera cõfortat: quia sermo docẽtis in corde audientium minus valet, nisi propriæ actiõis commen
detur exẽplis. [*Et protinus consolidatæ sunt bases eius et plantæ*] .i. crura & pedes. [*Et exiliens stetit et ambula-*
bat] in quo patet quòd subitò sit sanatus. Virtus enim diuina cum sit infinita, agit in instanti. Et in clau-
do hoc etiam illud Esaiæ impletum est, Tunc saliet sicut ceruus, claudus. Quemadmodum autem qui Esaiæ.35.
diu in lecto ægritudinis iacuerunt, cum sanatos se sentiunt, præ gaudio (ambulare incipientes) quasi
B exiliunt: sic fecit & iste, de sua sanatione ineffabiliter exhilaratus [*Et intrauit cum illis in templum*] in testi-
monium veritatis [*Ambulans et exiliens, et laudans deum*] pro beneficio. [*Et vidit omnis populus eum ambulan*
tem et laudantem deum. Cognoscebant autem illum] .i. vniuersi qui aderant, nouerunt hunc esse qui paulò an
te fuerat claudus, & [*Quod ipse erat, qui sedebat ad eleemosynam ad Speciosam portam templi. Et impleti sunt*
stupore et extasi.] Extasis dicitur quasi positio extra seipsum seu alienatio mentis à se, quod fit interdum
pauore, interdum admiratione, interdum contemplatione seu reuelatione. In istis autem ex pauore &
admiratione processit [*in eo quod contigerat illi. Cum tenerent autem Petrum et Ioannem, cucurrit omnis po-*
pulus ad eos] vel quia iam nouerant eos hoc fecisse prodigium, vel quia ex fama & apparatu eorum, id
suspicabantur etiam antequàm aliunde audirent [*Ad porticum quæ appellatur Salomonis*] id est in ea parte
qua stabat Salomõ dum oraret, vt in Scholastica explanatur historia, nõ tamen fuit eadem numero, si- 3.Reg.6.
cut nec idem templum. Vel ideo sic vocatur, quia constructa fuit in eodem loco, in quo & illa quam in
primo templo Salomõ ædificauit. [*Videns autem Petrus*] concursum [*Respondit ad populum, Viri Israelitæ*
quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut pietate fecerimus hunc ambulare?] Ad opus
bonum, præsertim ad beneficij impensionem & misericordiæ actum, requiritur nõ solùm potestas, sed
etiam pietas seu benigna volũtas, vel quædam compassio aut misericordia. quæ nunc per pietatem expri
C mitur. Quamuis autem virtute & pietate Apostolorum fuerit signum hoc factum instrumentaliter, nõ
tamen principaliter. Et ipsi apostoli hanc virtutem & pietatem non à se sed diuinitus susceperunt, ideo
non sua virtute aut pietate dicũt se istud egisse. Itaque Petrus non arguit eos, quòd de tanto miraculo
mirabantur: sed quia eorum admiratio non fuit ordinata. Aspiciebant enim ad seruos & ad instrumen-
tum magis quàm ad dominum ac principalem agentem. Ideo Petrus erigit eos ad principalis opificis cõ
templationem & ad considerationem causæ finalis huius miraculi: quæ fuit vt per illud Iesus ostende-
retur esse filius dei, & sic alij cõuerterentur ad ipsum. Hinc subditur. [*Deus Abraham, et deus Isaac, et deus*
Iacob] in hoc inæstimabilis dignatio, charitas, & misericordia dei ad homines designantur, quod deus
ille altissimus & immensus, deus vtique vniuersorum, qui dignè nominari non potest, dignatur se homi
num deum vocare, quasi principalem habens dilectionem & curam ad eos. Hinc in Exodo ait ad Mo- Exod.3.
sen, Hæc dices ad filios Israël, Dominus deus patrum vestrorum, deus Abraham, & deus Isaac, & deus Ia
cob misit me ad vos. Hoc nomen mihi est in æternum, & hoc est memoriale meum in generationem &
generationem. Vnde quia Petrus loquebatur Iudæis, conformat se modo loquendi patrum veteris testa-
menti [*Deus patrum nostrorum glorificauit filium suum*] vnigenitum, naturalem, æternum, non adoptiuum,
scilicet [*Iesum*] id est per hoc miraculum ostendit veritatem & gloriam Iesu Christi. Hoc enim facien-
do miraculum in nomine Iesu, ostendit quòd vera sit eius doctrina, & prædicatio nostra de ipso [*Quem* Ioan.19.
vos quidem tradidistis] iudici [*Et negastis*] esse regem vestrum aut filium dei [*Ante faciem Pilati*] dicentes, Eodem.
D Non habemus regem nisi Cæsarem. Et rursus, Tolle tolle, crucifige eum [*Iudicante illo*] puta Pilato [*Di-*
mittis] hunc Iesum tanquam innocentem. Nam dixit, Nil causæ inuenio in eo. Et item, Corripiam illum Lucæ.23.
& dimittam. Hoc tamen non protulit sententialiter & vltimatè, sed interloquendo dimittendum asse- Eodem. 27
ruit. [*Vos autem iustum et sanctum negastis*] videlicet Iesum, qui secundum diuinitatem suam est essentia-
liter sanctus & iustus: secundum humanitatem verò, per virtutes & actus earum iustior ac sanctior vni-
uersis, [*Et petistis virum homicidam donari vobis*] .i. ad vestram instãtiam liberari à morte, videlicet Barra- Matth.27.
bam, qui fuit seditiosus & latro [*Authorem vero vitæ interfecistis,*] vtpote vnigenitum dei, qui est totius vi Lucæ.23.
tæ fontale principium secundum naturam diuinam, à quo deriuatur vita naturæ, vita gratiæ, vitáque glo Ioan.18.
riæ: qui secundum naturam assumptam, sua occisione vitam gratiæ & gloriæ instrumentaliter reparauit, Lucæ.23.
imò & vitam naturæ restituit his quos à morte corporea suscitauit [*Quem deus suscitauit a mortuis, cuius*
nos testes sumus. Et in fide nominis eius] .s. Christi [*Hunc quem vos videtis et nostis, cõfirmauit nomen eius*] id est
inuocatio nominis Christi facta in fide quam nos de ipso habemus, consolidauit crura & pedes istius,
qui fuerat natus claudus, [*Et fides quæ per eum est*] .i. fides nostra, nobis à Christo collata, & de ipso habi-
ta [*Dedit*] per modum causæ instrumentalis meritoriæ [*integram sanitatem istam in conspectu omnium ve-* Marc.9.
strum] Omnia enim possibilia sunt credenti, & virtute ac meritò fidei summa fiunt prodigia: secundum Matth.17.
quod Saluator testatus est, Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic monti, Iacta te in ma-
re, & obediet vobis. Itaque meritò fidei apostolorum, non claudi huius, præstitit deus hanc sanitatem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sapien.7. Miracula autem fiunt quandoque fide facientium ea, quandoque fide eorum quibus fiũt. ¶ Ecce qualis artifex est spiritus sanctus, qui huic pauperi piscatori infudit tantam constantiam, vt tot milibus hominum non vereretur improperare tam incomprehensibile scelus, videlicet occisionem iniustissimam vnigeniti filij dei, quod solo auditu horrendum est. Veruntamen quoniam discretio exigit vt rigori pietas misceatur, quia & nostra perfectio est deo assimilari, qui in omni effectu iustitiæ misericordiam miscet. Hinc Petrus post asperam inuectionem blanda verba inducit, & territos consolatur. [*Et nunc fratres scio quod per ignorantiam feci stis, sicut et principes vestri*] .i. pontifices cæteriq́ue maiores: & hæc ignorantia excusauit crimen eorum aliqualiter, nõ totaliter, imò nec multùm. præsertim quantùm ad principes. Tanta enim miracula fecit Iesus, & tot scripturarum authoritatibus demonstrauit se esse Messiam in lege promissum, quòd meritò debuissent credidisse in eum. Sed excæcauit eos malitia sua. Quomodo autem pro tempore aliquanto principes & alij quidam nouerunt Iesum esse Messiam, & quomodo non, qualiter etiam ad tantam cæcitatem inducti sunt ex impatientia sua propter prædicationem Christi contra eos, nunc omitto, quia super Matthæum dixi hoc plenius: & si spiritus sanctus concesserit, super Lucam aliquid inde dicturus sum, ex verbis Augustini, in libro de ciuitate dei. [*Deus autem qui prænunciauit per os omnium prophetarum pati Christum suum, impleuit sic,*] sicut prædixit, Quia diuina ordinatione passus est Christus, & eo modo deus illud impleuit quo sensu nunc dictum est quòd tradidit Christum. In tantùm enim illud impleuit, vt per Esaiam protestetur, Propter scelus populi mei percussi eum. Non tamen induxit Iudæos ad faciendum hoc scelus, sed Christo inspirauit promptissimum animum patiẽdi, & malis actibus impiorum vsus est deus ad bonum. Ex hac autẽ authoritate elicitur, quòd vniuersi prophetæ verbo vel scripto aut mystico facto Christum prænunciauerunt passurum, sicut & Zacharias fatetur, Visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Sicut locutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt prophetarum eius. [*Pœnitemini ergo*] de vestris peccatis, præsertim de Christi occisione dolete [*Et conuertimini*] ad dominum saluatorẽ [*Vt deleantur peccata vestra, vt cum venerint tempora refrigerij*] id est dies iudicij in quo electis plenaria quies præstabitur. Vnde & iustis appetendus est dies ille: secundum quod ait Saluator, His fieri incipientibus leuate capita vestra, quia appropinquabit redemptio vestra [*A conspectu domini*] id est ab ipso deo, & clementissimo eius in suos electos aspectu, ab ipso enim tempus illud proueniet [*Et miserit eum, qui prædicatus est vobis, Iesum Christum*] ad iudicandũ de omnibus in forma humana, visibili, glorificata, secundum quam minor est patre, & ab ipso mittetur [*Quem oportet quidem cœlum suscipere*] id est susceptum interim tenere, ita quòd interim sedebit in cælo ad dexteram patris [*Vsque in tempora restitutionis omnium*] id est vsque in tempus finalis iudicij, in quo vnicuique quod promeruit retribuetur, & quicquid inordinatũ fuit per culpam, ordinabitur per pœnam, ita quòd singula debitis locis, ac præmiis constituentur [*Quæ locutus est deus per os sanctorum suorum à seculo prophetarum*] quia de hac omnium restitutione pene à principio mundi locuti sunt vates sancti. Propter quod Iudas in sua Canonica introducit testimonium Enoch de futuro iudicio. Consequenter docet quòd legislator Iudæorum Moses de Christo sit vaticinatus, [*Moses quidem dixit*] in Deuteronomio, [*Quoniam prophetam suscitabit vobis dominus deus vester de fratribus vestris*] id est de semine Iudeorum Christum secundum carnem producet, & gratia prophetiæ eminenter implebit [*Tanquam meipsum*] Tanquam, notat hic aliqualẽ multumq́ue defectiuam similitudinem, cum Christus incomparabiliter maior sit Mose: sed in hoc est similitudo, quòd sicut Moses fuit lator legis scriptæ, sic Christus legis Euangelicæ. Christo autem in quantùm fuit aliquo modo viator, competit nomen & ratio prophetæ, quia vt sic. claræ visionis non fuit vt comprehensores, Verùm sicut ipse est angelus, & dominus atque creator angelorum, sic ipse propheta & dominus ac impletor prophetarum [*ipsum audietis iuxta omnia quæ locutus fuerit vobis.*] Hoc Moses ait hortando non affirmando, nam pro maiore parte Iudæi Christum audire spreuerũt. Insuper, iuxta morem scripturæ Moses Iudæos sui temporis in persona eorum, qui tempore Christi erant futuri, alloquebatur. De toto enim populo solet loqui scriptura, quasi de aliquo vno. Idcirco ad vnam partem sub persona alterius partis sæpe dirigitur sermo. [*Et erit omnis anima quæ nõ audierit prophetam illum*] .i. omnis homo tempore Euangelicæ legis & prædicationis ac promulgationis eius existens, qui in Christum nõ crediderit, nec verba eius ab ipso vel prædicatoribus eius susceperit [*Exterminabitur de plebe*] id est de electis populi sui tolletur atque damnabitur [*Et omnes prophetæ à Samuel, et deinceps qui locuti sunt, annunciauerũt dies istos*] id est de tempore primi aduentus Christi, & passionis resurrectionisq́ue eius prophetauerunt. Christus enim est finis legis & omniũ opus prophetarũ, ad quem omnia tũc ordinabantur, & de ipso ac eius mysteriis loqui, fuit principalis prophetarum intentio. Hinc & Iudæorum magistri fatentur, quòd omnes prophetæ non sunt loquuti, nisi super dies Messiæ. Sed cum à principio mundi & tempore patriarcharum non defuerit prophetia de Christo, dicente virgine gloriosa, Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius in secula. cur de prophetis qui à tempore Samuelis fuerunt. loquitur Petrus, præsertim cum in Genesi patriarcha Iacob tam euidenter & copiosè vaticinetur de Christo? Et respondendum quòd tempore Samuelis cœpit rursus regnum in duodecim tribubus Israël, & ex tũc fuerunt prophetæ qui manifestè scripserunt de Christo scilicet Dauid Esaias Oseas, &c. Præcedentes autẽ tam euidenter locuti non sunt, saltem cõmuniter. Vel prophetias suas nõ conscripserunt. [*Vos estis filij prophetarum*] id est discipuli & sequaces seu posteri. Et aliqui vestrũ de illorũ sunt semine nati [*Et testamenti quod disposuit deus ad patres nostros*] per Mosen in deserto, id est veteris testamẽti imitatores seu filij estis [*Dicens ad Abraham*] Genesis. 12. In semine tuo. i. Christo à te secũdũ carnẽ nascituro [*Benedicentur.*] id est dona gratiæ in præsenti, & bona gloriæ in patria cõsequentur [*Omnes familiæ terræ*] .i. vniuersæ tribus, linguæ & gentes, videlicet quædã de omnibus, iuxta id in Psal. Reminiscẽtur, & cõuertentur ad eũ dominum vniuersi fines terræ. [*vobis primum suscitans*] .i. præponẽs, vel secundũ naturã assumptã procreans

Lucæ. 7. Sapien. 2. Esaiæ. 53. Lucæ. 1. Lucæ. 21. Ioan. 14. Apoca. 22. Iudas. Deute. 18. Esaiæ. 9. Ioan. 14. 1. Ioan. 5. Roma. 10. Lucæ. 1. Gene. 49.

[*Deus filium suum*] incarnatum, qui dixit, Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël [*Misit illum benedicentem,*] id est multa beneficia impendentem [*Vobis*] inter quos visus & conuersatus est. Vel suscitans eum à morte ad vestram salutem, misit illum nunc vobis per nostram prædicationem, benedicentem vobis, id est dona gratiæ conferentem aliquibus vestrum, [*Vt conuertat se vnusquisque à nequitia sua*] illam de cætero abhorrendo, præteritamq́ue deflendo. ¶ Omne autem peccatum ex habitu vitioso, seu deliberatione ac certa scientia oriens, dici potest nequitia, non autem quod ex infirmitate aut ignorantia, excusante prodit. Præterea iuxta mysticum intellectum per hunc claudum à natiuitate intelligitur populus Iudæorum à principio legis datæ rebellis, nec in via dei rectè incedens, quem sancti patres ac prophetæ ante portam templi Speciosam, id est ad Christum deferebant vt saluarentur per eum qui ait, Per me si quis introierit, saluabitur. Ab ingredientibus autem templum, puta à sanctis fidelibus populus iste salutis subsidia quærere debet Petrus verò, id est quicunque firmus & fortis in fide, tales potest iuuare, & templo inducere, seu Christo incorporare. Similiter per claudum istum, signatur quilibet Christianus vitiis iugiter assuetus, quem deuoti ad Christi misericordiam ferre conantur, & ponunt ante portam clementiæ, hortantes vt ab vniuersis ingredientibus domum dei, id est terrena spernentibus amantibusq́ue diuina animæ suæ quærat cibaria. Cui dicunt deuoti, Respice in nos, id est cõuersationem nostram sectare. Qui cũ fuerit radio illustrationis supernæ perfusus, animoq́ue à claudicatione sui obliqui incessus sanatus, mox exilit, stat, ambulat, atque cum illis ecclesiam intrat. Surgit à vitiis, exilit gratias referendò, quòd de tenebris suis eductus lucem conspicit veritatis: in qua sapide quàm aspernanda sunt omnia quibus mens impeditur à deo. Stat quoque perseuerando in bono incœpto, ambulat proficiendo, intrat ecclesiam, cœlestis regni beatitudinem contemplando: quibus visis, multi tantam mutationem dextræ excelsi vehementer mirantur confluuntque ad eum, per quem tanta est facta conuersio, qui admonet non se, sed dei laudare virtutem.

Ioan. 10. Psalm. 70. Matth. 25. Baruch. 2. Psal. 21.

Elucidatio IIII. cap. [*Loquentibus autem illis ad populum*] Articulus. IIII.

ON cessat aduersarius veritatis, & æmulus æquitatis, veritati & æquitati resistere. Hinc à principio Euãgelicæ legis inuisibiles atque visibiles hostes aduersãti sunt ecclesiæ sanctæ, sicut nunc recitari incipitur [*Loquentibus autem illis*] videlicet Petro & Ioanne [*Ad populum superuenerunt magistratus templi*] id est iudices & doctores [*Et Saducæi,*] qui specialem sectam habebant, quia nec angelum nec spiritum, nec resurrectionem esse dicebant: animam quoque humanam asserebant mortalem: & quoniam omnium horum oppositum docebant apostoli, tristabantur de eorum prædicatione hi Saducæi. Ideo subditur [*Dolentes quod docerent populum, et annunciarent in Iesu resurrectionem ex mortuis*] id est per Christi virtutem omnes mortuos suscitãdos. Vel in Iesu, id est in eius doctrina ac fide [*Et iniecerunt in eos manus*] violentas, & sacrilegas, [*Et posuerunt illos in custodiam vsque in crastinum*] Ideo tunc eos incarcerauerunt, nam vespera fuit, sicque hora iudicandi transierat. Hinc subditur [*Erat autem vespera. Multi autem eorum qui audierant verbum*] dei, à Petro, sicut præcedenti capitulo scriptum est [*Crediderunt, et factus est numerus virorum quinque milia*] qui hoc die crediderunt, & baptizati sunt forsitan diebus sequentibus. Credibile quoque est quòd multæ mulieres & pueri præsertim virorum istorum tunc conuersæ sint. Sed consuetudo scripturæ est, fœminarum & puerorum numerum non taxare. Pueri autem vocantur seu paruuli qui infra vicesimum annum sunt, viri qui illum sortiti sunt. [*Factum est autem in crastinum vt congregarentur principes eorum et seniores scribæ in Hierusalem, et Annas principes sacerdotum*] Tempore autem passionis Cayphas fuit princeps sacerdotum, sed omni penè anno principatus sacerdotij transferebatur ad alium [*Et Cayphas et Ioannes, et Alexander, et quotquot erant de genere sacerdotali.*] Itaque conglobati sunt, vt sua authoritate, multitudine & excellentia, apostolos tanquam idiotas & pauperes confutarent, terrerent, obruerent [*Et statuentes eos in medio interrogabant, in qua virtute, aut in quo nomine*] .i. per cui⁹ inuocationem [*Feci stis hoc vos*] scilicet claudum à natiuitate optimè ambulantem. Opera enim gratiæ, perfectiora sunt operibus naturæ. Vnde sicut vinum quod Christus fecit de aqua fuit prærualidum: ita & claudus iste Christi virtute sanatus, eminẽter cõualuit [*Tunc Petrus repletus spiritu sancto dixit ad eos, principes populi et seniores Israel audite, si nos hodie diiudicamur in benefacto hominis infirmi*] id est si nunc ad iudicium trahimur, reprobamur, damnamur pro beneficio curationis huic collato, [*In quo*] beneficio [*Iste saluus factus est*] ab impedimentis ambulandi [*Notum sit vobis omnibus, quia in nomine domini nostri Iesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis*] quia id procurastis [*Iste astat coram vobis saluus*] id est virtute & inuocatione Iesu Christi curatus est. [*Hic*] scilicet Christus [*Est lapis angularis qui reprobatus est à vobis ædificantibus*] id est populum Iudæorum instruentibus [*Qui factus est in caput anguli*] id est à deo factus est coniunctor princeps populorum duorum. Nam sicut in lapide angulari concurrunt, connectuntur duo parietes: ita in Christo coniuncti sunt electi ex Iudæis atque gentibus, & ipse est caput illorum, vt duos condat in se metipso, qui est pax nostra, vtraque faciens vnum, vt ait apost. De quo per Esaiam dominus ait, Ponã in Syon lapidem angularem summum, probatum [*Et non est in alio aliquo salus,*] Vera nanque salus seu beatitudo non consistit nisi in Christo obiectaliter secundum suam diuinitatem, nec per hoc excluduntur pater & spiritus sanctus, sed includuntur, cum tres supersanctæ personæ sint vnum veræ ac totius beatitudinis essentialis obiectum. Rursus in solo Christo secundum humanitatem est salus tanquam in mediatore, per quem facta est saluatio. De quo apud Esaiam legitur, Dominus iudex noster, dominus legifer noster. dñs rex noster, ipse veniet & saluabit nos. [*Nec enim aliud nomen est*] id est alia res nomine designata [*sub cælo*] id est in terra [*Datum hominibus*] à patre seu Trinitate altissima [*in quo*] .i. cuius virtute fide & gratia [*Oporteat nos saluos fieri.*] Ideo omnes à principio mundi saluati, aliquo modo per Chri-

Actuũ. 3. Nume. 1. Ioan. 11. Ioan. 2. Matth. 27. Ioan. 19. Ephes. 1. Psal. 117. Ephes. 2. Esaiæ. 28. Esaiæ. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sti fidē & gratiā sunt saluati. Nam & passio Christi id fecit futura, quod facit præterita, mediātibus fide & sacramento, vt Augusti. declarat [*Videntes autem Petri constantiam et Ioannis*] quòd scilicet tanto nobilium & potentum agmine cincti, steterunt intrepidi, & tam ordinatè, sine timore petrus respōdit (Iustus quippe quasi leo confidens absque terrore erit) [*comperto*] id est certiuè inuento & cognito [*Quod homines sine literis essent*] id est absque scientiis humano studio acquisitis. [*Et idiotæ*] ante missionem spiritus sancti. Per tales enim voluit deus euangelicam legem denunciari, ne eius diuulgatio humanæ industriæ, scientiæ aut eloquentiæ asscriberetur. Nam Paulus asserit se prædicasse, non in sapiētia verbi, sed in ostēsione signorum, ne crux Christi euacuetur [*Admirabantur*] videntes effectum insolitum, & causam eius scilicet spiritus sancti infusionem apostolis datam ignorantes. Cum enim sapientis sit vniformiter se habere, constantia sapientiæ signum est: iuxta illud Ecclesiastici, Homo sanctus in sapientia manet vt sol: nam stultus mutatur vt luna [*Et cognoscebant eos, quoniam cum Iesu fuerant*] ante ipsius passionem. Ioannes nempe se scribit notum fuisse pontifici. Frequenter quoque Iudei viderunt Apostolos ambulantes cum Iesu, & secum in Hierusalem existentes [*Hominem quoque videntes stantem cum eis*] scilicet Petro & Ioanne [*Qui fuerat curatus, nil poterant contradicere*] verbis Petri, nec magicis artibus tantùm deputare miraculum. Ex quo Porphyrij innotescit insānia, qui Petrum adserit magum fuisse, & signum istud nō verè sed ludificatoriè exhibuisse, sicut in libro de ciuitate dei plenius recitat Augustinus. [*Iusserūt autem eos foras extra consilium secedere*] vt inter se quid acturi essent liberius pertractarēt. [*Et conferebant adinuicem dicentes, Quid faciemus hominibus istis? Quoniam quidem notum signum*] id est famosum euidēsque miraculum [*Factum est*] per eos [*Omnibus inhabitantibus Hierusalem. Manifestum est & non possumus negare*] In quo declaratur istorum excæcatio maxima, quòd tot visis prodigiis conuersi non sunt, excæcante eos sua malitia. Corruptio nanque in affectu, parit corruptionem in intellectu seu rationis iudicio [*Sed ne amplius diuulgetur in populum*] istud miraculum [*Comminemur eis*] sub graui pœna [*Ne vltra loquantur in nomine hoc*] id est de Iesu Nazareno [*Vlli homini*] In hoc isti Iudæi egerunt contra id quod apud Tobiam Raphaël ait: opera dei reuelare, & confiteri honorificum est [*Et vocantes eos denunciauerunt eis, ne omnino loquerentur neque docerent in nomine Iesu,*] non enim audebant eos incarcerare aut occidere, ne concitarent contra se populum [*Petrus vero et Ioannes dixerunt, Si iustum est in conspectu dei vos potius audire*] per obediētiam [*Quam deum iudicate*] quasi dicant, certissimum est, quod non. Creatori enim magis quàm creaturæ est obediendum, potissime cum illa iubet, quæ prohibet ille: vulgo prohibet, quæ ille iubet. Vbi enim superior præcipit & inferior cōtradicit, nō est audiendus inferior [*Nō enim possumus quæ audiuimus et vidimus*] scilicet Christi mysteria, passionem, suscitationem, ascēsionem, paracleti missionem [*Non loqui*] cū deus nobis præcepit hæc prædicare. Vnde apud Ioannem habetur, Verbum caro factū est & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius. [*At illi comminantes dimiserunt eos, non inuenientes quomodo punirent eos propter populum*] qui magnificauit Apostolos in tanto miraculo [*Quia omnes clarificabant id quod factum fuerat*] id est prodigium istud præclarum esse confessi sunt [*Annorum enim erat homo amplius quadraginta, in quo factum fuerat signum istud sanitatis*] Idcirco persona eius, & innata debilitas cunctis innotuit, nec fuit tergiuersatio aduersus tam sensibilem veritatem [*Dimissi autem*] Petrus & Ioannes [*Venerunt ad suos*] coapostolos & cōdiscipulos [*Et annunciauerunt eis quanta ad eos principes sacerdotum et seniores dixerunt*] Hoc nanque fuit eis vtile scire. Amici autem secreta sua & accidētia sibi familiaribus suis reuelāt. Quod tamen cum grandi agendum est discretione, ne audientis animus incidat culpam. [*Qui cum audissent, vnanimiter leuauerunt vocem ad dominum et dixerunt*] scilicet verba sequentia omnes pariter incœperunt, ita quòd nemo eorum alios ad proferenda hæc verba induxit primitus incipiendo, aut simili modo. Magnum fuit miraculum & euidens signum, quòd à spiritu sancto omnes similiter inspirabantur. [*Domine qui fecisti cælum et terrā, et mare et omnia quæ in eis sunt*] per dominum, hoc loco intelligitur deus pater, sicut verba pandunt sequentia [*Qui spiritu sancto per os patris nostri Dauid, pueri tui, dixisti*] aliqui autem apostolorum ac discipulorum de semine Dauid orti fuerunt. Omnes tamen patriarcham suum spiritalem patrem esse professi sunt [*Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania*] gentes contra Christum frementes fuerunt, crudelissimi serui Pilati & Herodis, à quibus illusus, flagellatus, spinis coronatus & crucifixus est dominus maiestatis. populi verò qui contra filium dei meditabantur inania, fuerunt scribæ & pharisæi cum aliis multis Iudæis, qui vana consilia contra Christum cogitauerunt, & fine optato frustrati sunt. Voluerunt enim occidere Iesum, ne locum & gentem perderent, ne scilicet à Romanis vastarentur, & vt per tam turpem mortem memoriam Iesu extinguerent: iuxta illud Hieremiæ. Super me cogitauerunt consilia, dicentes, Venite mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur vltra. Rursus inaniter meditati sunt dicentes, Tanquā nugaces æstimati sumus ab illo: & gloriatur se deum patrē habere. Videamus ergo si sermones illius veri sunt, & tentemus quæ ventura sunt illi. Si enim est verus filius dei, liberabit eum de manibus contrariorū. Hæc fuit infinita cæcitas Iudæorum Christum in primo aduentu tēporaliter reguaturū putātiū, quia intra se cogitauerunt, q̄ si verè esset filius dei, pater nō permitteret eū occidi. Propter quod crucifixo insultauerunt dicētes, Si rex Israël es. Vel si hic est Christus dei electus, descendat nunc de cruce, & credimus ei, quasi prophetæ non prædixissent Christum pro mundi salute passurum. Hinc euenit eis oppositum. Nā quoniam filium dei crucifixerunt, à Romanis vastati sunt, & Christus per suā passionē amplius glorificatus est, totique mūdo notificatus [*Astiterunt reges terræ*]. s. Herodes rex, & pilatus iudex, qui à regendo, nō à regia potestate dictus est rex [*Et principes conuenerunt in vnum*] silicet Annas & Cayphas [*Aduersus dominum et aduersus Christū eius*]. i. contra patrē & filiū incarnatum, totius gratiæ plenitudine vnctum secundum naturam assumptam. Qui enim contra vnā diuinam agit personam, etiam contra alias duas peccat, quamuis aliqua peccata per appropriationem quandam dicantur contra patrem, aliqua contra filium,

prouer. 28.
1. Corin. 1.
Eccl. 27.
Ioan. 18.
Ioan. 12.
Sapien. 2.
Tobia. 12.
Ioan. 1.
Psalm. 2.
Matth. 26.
Marc. 15.
Lucæ. 23.
Ioan. 19.
Ioan. 11.
Hiere. 11.
Sapien. 2.
Matth. 27.
Marc. 15.
Ioan. 5.

A aliqua contra spiritum sanctum. Hinc filius ait, Qui nō honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illū. Et alibi, Odio habuerunt me & patrem meū gratis. In prima quoque Canonica sua ait Ioannes, Qui nō credit in filium, mendacem facit patrē. Consequenter sancti isti inductam authoritatem ad propositum applicant & exponunt. [*Conuenerunt enim vere*] veritate rei & etiam veritate sermonis, quantùm ad historicam recitationem. Non autem conuenerunt verè, veritate iustitiæ, & veritate verborū inter se habitorum, sed iniustè atque mendosè [*in ciuitate ista*] Hierusalem [*Aduersus sanctum puerum tuum Iesum*] scilicet vnigenitum filium [*Quem vnxisti*] vnctione spirituali, videlicet omnium gratiarū charismate, quantū ad animā à primo incarnationis momento: iuxta illud, Vnxit te deus deus tuus. Propter quod Euangelista dicit, Non ad mensuram dat deus spiritum. Christo. [*Herodes et Pōtius Pilatus cum gentibus, et populus Israel.*] Herodes autem & Pilatus quantū ad hoc conuenerunt, quòd in Christi persecutione vnanimes fuerunt, [*Facere*]. i. Christum persequi & occidere [*Quæ manus tua et consilium tuum*]. i. potentia & sapiētia tua [*Decreuerunt fieri*] Quid illi igitur peccauerunt, cū potestati dei nullus queat resistere, & bonum videtur id facere quod deus vult fieri? Sed deus non voluit illud fieri eo modo quo impij hoc fecerunt nisi permissiué. Voluit verò id fieri eo modo, quo id passus est Christus. Quomodo au
B tem intelligendum sit istud, in præcedentibus duobus cap. dictum est plenius [*Et nunc domine respice in minas eorum*] illas compescendo, ne aliorum salutem impediant. Et hoc ex charitate & zelo iustitiæ orauerunt, [*Et da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum, in eo quod manum*]. i. potestatem [*Tuam extendas ad sanitates et signa et prodigia fieri per nomen sancti filij tui Iesu*]. i. per virtutem & inuocationem ipsius, per quod prædicantium fiducia augeatur, & audientium corda fidem amplectantur [*Et cum orassent, motus est locus in quo erant congregati*] Per hunc terræ supernaturalem motum, significauit deus quòd sua potestas eis cūctis assisteret, & quòd eorum oratio esset audita. Itémque quòd corda principū terrenorum Christi virtute essent vincenda [*Et repleti sunt omnes spiritu sancto*]. i. in gratia & feruore tunc vehemēter creuerunt, mirabilémque spiritus sancti senserunt cōtactum, roborationem & exhilarationé [*Et loquebantur verbum dei cum fiducia*] quia & se fructificaturos in aliorum conuersione sperabāt, & eos qui corpus occidunt non formidabant [*Multitudinis autem credentium, erat cor vnum et anima vna*]. i. voluntatis cō cors affectio, & mens per charitatem eximiam coadunata. Quò enim pleniores fuerunt in gratia, charita te, & cæteris donis spiritus sancti, eò in omnibus concordiores extiterūt. Quemadmodū nanque ex humanæ mentis imperfectione generatur opiniorū diuersitas & affectionum discordia, ita ex gratiæ & charitatis cōfortatione procedit assertionū & desideriorum paritas. Pro hac vnitate suorum per charitatē (cuius est vnire) orauit saluator ante passionē, Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, vt sint vnū sicut & nos: & sint cōsummati in vnum. In quibus impletū est quod per Hieremiam dominus
C pollicetur, Docebo eis cor vnū & animam vnā: & lætabor super eis, cū benefecero eis [*Nec quicquam eorum quæ possidebat, quicquam suum esse dicebat, sed erant illis omnia cōmunia.*] Charitas nēpe quò perfectior, eò liberalius se cōmunicat & effundit, nec quę sua sunt quęrit. Et quantò quis spiritalia dona, futuráq; bona syncerius appetit & exquirit, eò minus curat terrena. In hac autē primitiuę ecclesię sacratissima cō uersatione, cœnobitarum vita fundatur, quæ & vitā beatorum in patria imitatur, in qua omnia sunt cōmunia [*Et virtute magna*]. i. forti & efficaci prędicatione atque potēti miraculorū operatione, [*Reddebant apostoli testimonium resurrectionis Iesu christi domini nostri*] Idcirco de resurrectione specialē fecerunt mētionem, quia illa incredibilior videbatur, & in ea cætera includebātur. s. passio & ascensio, [*Et gratia magna erat in omnibus illis*] tam in apostolis quàm cæteris discipulis [*Neque enim quisquam egens erat inter illos*] quia sufficientiā, non superfluitatem habebant: iuxta illud Prouerb. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantū victui meo necessaria [*Quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant, vendentes adferebant precia eorum quæ vendebant, et ponebant ante pedes apostolorum*] per quod mōstrabant se despicere ista terrena, atque plenissima fide cęlestia inquirere. [*Diuidebatur autem singulis, prout cuique opus erat*]. i. necesse & vtile. Huius vitæ figura in filiis Rechab præcessisse videtur, de quibus in Hieremia habetur, quemadmodum Ionadab filius Rechab pater Rechabitarum præceperit filiis suis non bibere vinum, nec ædificare domum, nec serere agrum, nec plantare vineas, sed habitare in tabernaculis. Denique in hac electissima plebe primitiuæ ecclesiæ, verè impletum est quod in Christi aduentu futurum deus
D per Esaiam prædixit, Sedebit populus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Sophonias quoque, Reliquiæ, inquit, Israël non facient iniquitatem, nec loquentur mendaciū. Quoniā ipli pascentur & accubabunt, & non erit qui exterreat. [*Ioseph autem qui cognominatus est Barnabas ab apostolis (quod est interpretatum, filius consolationis)*] quē ita cognominauerunt sancti apostoli, quia & ipsi, & cæteri credentes de confessione & maxima gratia huius Ioseph, plurimū consolati fuerunt. Erat nanque persona notabilis, & ad aliorum instructionē bene dispositā. Ideo subditur, [*Leuites*] quia de genere sacerdotali, [*Cyprius genere*]. i. in insula Cypro natus. Cuius parentes per captiuitatem & dispersionem ad illum deducti sunt locum [*Cum haberet agrum*] quamuis enim non licuit Leuitis habere hæreditaria bona in propria terra, tamen in aliena id licuit eis. In propria nanque terra de sacrificiis sustentabantur [*Vendidit eum, & attulit pretium, et posuit ante pedes apostolorum*] proprietati resignans & apostolorum voluntati dispensationem commendans. Iste est Barnabas comes pauli, non ille qui supra dictus, cū Matthia statutus. ¶ Postremò quod dictū est, multitudinis credentium erat cor vnū & anima vna, quāuis ab omnibus cōsiderandum, & imitādum atque implendū sit Christianis, potissimè tamen à religiosis, quia apostolicæ perfectionis vestigia sectari professi sunt. Cœnobia equidem (sicut ait Hieronymus) si pacis cōcordia, charitatisque vnitas adsint, sunt paradisus dei in terra: & habitātes in eis, sunt angeli. Si verò defuerint, sunt infernus, & habitatores diaboli.

Ioan. 5.
Ioan. 15.
Ioan. 5.
Psal. 44.
Iob. 9.
Actu. 23.
Matth. 10.
Ioan. 17.
Hiere. 32.
1. Cor. 13.
Prouc. 30.
Hiere. 35.
Esa. 32.
Deut. 18.
Act. 1.

Elucidatio cap.quinti. [*Vir autem quidam nomine Ananias.*] Artic. v. E

Leuit. 10. Num.16. Num. 15.

Sicut in veteri testamento quidã in principio lationis legis Mosaicæ ob eius trãsgressionem dirè puniti leguntur, vt filij Aaron qui combusti sunt, eò q̃ ignem alienum offerrent, & alter qui ligna collegit sabbato: quatenus præcipientis authoritas monstraretur, & alij ad obseruantiam diligentiorem inducerẽtur, paterétq; quàm salubre esset legi obtẽperare diuinæ, quàm impium & dãnabile non parére: ita & in euãgelica accidit lege, quandoquidẽ euangelicæ legis derogantes syn ceritati, terribiliter sunt plagati: quod in principio huius capituli exemplo ostenditur. [*Vir autem quidam nomine Ananias, cum Saphira vxore sua vendidit agrum, & fraudauit de precio agri*] partem pecuniæ sibi fraudulenter seruando, quam totam tenebatur in communẽ vsum proferre [*Conscia vxore sua*] nam ea sciente & consentiente factum est hoc, [*Et afferens partem precij ad pedes apostolorum posuit. Dixit autem Petrus*] cui istud per reuelationem diuinã innotuit [*Anania, cur tentauit*] .i. in tentationem induxit ac superauit [*Satanas cor tuum?*] Vel tentauit .i. cur ita peccasti, quòd deus sic te dereliquit vinci? Exigẽtibus enim præcedentibus nostris peccatis frequenter durè tentamur, & in tẽtatione à deo iustè relinquimur [*Mentiri te spiritui sancto?*] .i. nec fidelitatem nec veritatem ei seruare, sed ad eius mentiri iniuriam? Sic omnis qui frangit votum, spiritui sancto mentitur. Qui autem so- F
cietatem illius primitiuæ ecclesiæ ingrediebantur, viuere in communi vouebant [*Nunne manens manebat tibi*] .i. nũnne ager nondum venditus tuus erat, [*Et venundatum erat in tua potestate?*] id est spatium seu hæreditarium bonum agri istius post venditionem fuit in tua voluntate, quantùm ad precium venditi? Et hoc referendum ad tempus præcedẽs votum præfatum [*Quare posuisti in corde tuo hanc rem?*] tam impiã per consensum. [*Non es mentitus hominibus, sed deo.*] Ananias iste eo ipso quo partem precij ante apostolos posuit, facto asseruit agrum non nisi tanti venditum esse, sicque mentiebatur hominibus. Probabile quoque est, quòd vxori suæ (fortè & emptori, & testibus) commisit vt dicerent idem. Verũ consuetudo scripturæ est, vt cũ aliquid fit notabiliter in dignitate seu qualitate distinctis, à maiori tantũ factum
Exod.16. dicatur. Sicut & Moses ait Iudæis, Non cõtra nos est murmuratio vestra, sed contra dominum. Itémque
Ephe. 6. Apostolus, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates. Similiter Ananias nunc dicitur non mentitus hominibus, sed deo, quia illis non solũ, sed deo principaliter est mentitus. Sed quomodo aliquis potest deo mentiri, quem nemo fallere potest? Et respondendum, quòd deo mentiri, est ad suæ æternę veritatis iniuriam, coram illo falsum proferre. Præterea notandus est hîc ordo verborum. Primò enim locutus est Petrus, cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te spiritui sancto? Deinde subintulit, nõ es mentitus hominibus, sed deo: ex qua authoritate Thomas in summa contra Gentiles probat quòd spiritus sanctus sit deus. [*audiens autem Ananias hæc verba cecidit et exspirauit*] non magica arte id fecit Petrus, vt fingit Porphyrius, sed ex spiritu sancto locutus est, & angelo dei transgressorem intus cædente extinctus est impius. Nec fuit hoc crudelitatis, sed æquitatis ad aliorũ emendationem: sicut & vnum membrum abscinditur, ne totum corpus inficiatur. Sperarique potest q̃ Petrus sua prece transgressori huic gratiam pœnitendi obtinuit, quem foris tam districtè correxit. Verũtamẽ in Scholastica historia fertur, quòd iustorum societatem intrauit, vt necessaria vitæ haberet sine labore. & sic aliunde malus & simulator fuisset [*Surgentes autem iuuenes*] qui erant Christiani [*amouerunt eum*] id est cadauer defuncti [*Et efferentes sepelierunt. Factum est autem quasi horarum trium spatium, & vxor eius nesciens quod factum fuerat introijt. Respondit autem ei Petrus, Dic mihi mulier*] Quomodo mulieri huic respondet, à qua interrogatus non fuit, imò quã ipse interrogauit? Sed respondet ei ad opus, nõ ad quæstionem. Respondet enim, id est correspondenter seu conuenienter locutus est ei ad factum ipsius, prout factum illud exegit [*Si tanti agrum vendidisti?*] Sicut est precium ante apostolos positum [*At illa dixit, etiam tanti*] precisè [*Petrus autem ait ad eam, Quid vtique conuenit vobis tentare spiritum domini?*] id est spiritum sanctum, seu ipsum dominum deum qui spiritus est? Hæc verò fraudatio fuit æquiualenter tentatio dei, qui tam fraudulenter partem precij occultauerunt, támque audenter mentiti sunt, quasi de diuina prouidẽtia & dei scientia dubitassent [*Ecce pedes eorum qui sepelierunt virum tuum, ad ostium sunt*] For
4.Reg.1. tè enim Petrus audiuit redeũtium sonitum. Vel spiritu vidit, quemadmodum Heliseus vidit Giezi cur-
1.Cor.5. rentem post Naamã. Quemadmodum etiam ait Apostolus, Et si corpore absẽs sum, tamẽ spiritu prę- H
sens sum, gaudens & videns ordinem vestrum [*Et efferent te*] quasi diceret, protinus morieris & ad sepulchrum duceris. [*Confestim cecidit ante pedes eius*] percussa ab angelo [*Et expirauit. Intrantes autem iuuenes, sepelierunt illam ad virum suum*] id est prope corpus viri defuncti. Fuit enim consuetudo Iudæis, viros & coniuges in eodem tumulo poni, vt cõiunctionem carnis sequeretur cõiunctio pulueris, & quia de co-
Gene.2. sta viri facta est mulier [*Et factus est timor magnus in vniuersa ecclesia, & in omnes qui audierunt hæc*] .i. in omnibus, scilicet credentibus qui & extra Hierusalem erant. perfectis autem incutiebatur timor reuerentialis ac filialis. Omnes verò cognita dei vindicta, apostolicæ cõuersationis synceritatẽ diligentius imita-
Prouer.15. ri conati sunt. Nã & ideo deus fecit hanc vltionem, ne alij tale aliquid attentarent. Timor nanque retrahit à peccato, quẽadmodũ in prouerb. scriptũ est, per timorẽ vnusquisque declinat à malo. ¶ Deniq; sicut verorũ monachorum vita & institutio, à cõuersatione & paupertate primitiuæ ecclesiæ sumpsit exordium, ita ex Anania & Saphira, fictorum monachorũ, qui dicti sunt Zarabaitæ, teterrimũ genus (Cassiano testante) exortum est. Qui magnam corã hominibus deuotionem & paupertatem simulãtes, inter
Beda. se clam delicatè vixerunt. ¶ postremò circa hunc locum scribit Beda, Nulla re hos duos pœnitentia curari passus est Petrus, sed ad timorem posteris incutiendum, noxium gramẽ radicitus amputare curauit. Ex quo patet quàm detestabile ac horrendum sit vitium proprietatis in religiosis, qui vtique Euangelicam paupertatem professi sunt. [*Per manus autem Apostolorum, fiebant signa & prodigia multa in plebe.*]

A Quod ait per manus Apostolorum, intelligi potest dupliciter. Primò, quòd per impositionem manuum eorum sanabantur infirmi iuxta illud, Super ægros manus imponẽt, & bene habebunt. Secundò per manus .i. per potestatem & gratiam cõcessam apostolis, fiebant in vulgo miracula multa. [*Et erant vnanimiter omnes in porticu Salomonis*] ibi enim prædicabant apostoli, & alij orationibus insistebant. De porticu hac dictum est supra. Hinc scriptum est, Erant semper in templo laudantes & benedicentes deum. [*Cæterorum autem nemo audebat se coniungere illis*] fictè, ne quòd Ananiæ & coniugi eius contigerat, eis quoque accideret [*Sed magnificabat eos populus*] tanquam dei electos, in quibus diuina charismata præclarissimè emicabant, & in vultu & in vita atque miraculis, interior virtus & gratia resplendebat. Ita & multi vsque in præsens verè religiosos atque deuotos commendant, nihilominus in suis carnalitatibus & vanitatibus perseuerant, vitiosis victi affectibus. Itaque in illis primitiuæ ecclesiæ personis, constat impletum illud Esaiæ, Omnes qui viderint eos cognoscent illos, quia isti sunt semen cui benedixit dominus [*Magis autem augebatur in domino credentium multitudo virorum ac mulierum*] Visis enim tãtis prodigiis & tam euidentibus indiciis sanctitatis ac gratiæ spiritus sancti, multi quotidie vtriusque sexus conuertebantur ad Christum, quorum fidei magnitudo subiungitur, [*Ita vt in plateis eicerent infirmos, & ponerent in lectulis & grabatis*] Grabata autem, sicut in Scholastica historia dicitur, propriè dicuntur lectisternia pauperũ, in quibus nil corpori substernitur, sed tantùm supponitur capiti substramẽtum [*Vt veniente Petro saltem vmbra illius obumbraret quenquam illorum, et liberarentur ab infirmitatibus suis*] Mirabilis deus in sanctis suis, qui dedit virtutem & fortitudinem tantam apostolis, potissimè Petro, qui fuit in miraculis priuilegiatus, quoniam princeps erat apostolici agminis, sicut Paulus in sapiẽtiæ dono. Propter quod Petrus ad prædicãdum Iudæis specialiter missus est, Paulus verò ad Græcos. Nam Iudæi signa, Græci sapientiam quærunt. Vnde & Paulus testatur, Qui operatus est Petro in circũcisionem, operatus est mihi inter gentes. Et vt dicũt expositores, Petrus maiora fecit miracula quàm Christus: nec hoc derogat Christo, quia non sua, sed Christi virtute Petrus operatus est ea. Hinc passione instante dixerat Christus, Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad patrem vado. Christus nõ euidenter legitur sua vmbra curasse infirmos, sed vestimenti sui contactu. Dicitur autem vnum miraculum maius alio, tam ex parte rei gestæ, vt suscitatio mortui maius extat miraculũ quàm illuminatio cæci: quàm ex parte modi agẽdi, & sic Petrus maiora fertur fecisse quàm Christus miracula [*Concurrebat autem multitudo vicinarum ciuitatum in Hierusalem, afferentes ægros et vexatos a spiritibus immũdis, qui curabantur omnes*] Vnde certissimum est innumerabilia fuisse apostolorum miracula, & de pluribus nõ nisi paucissima esse conscripta. Nec hoc aliquis sic esse diſcredat, cũ & aliis quibusdã sanctis data sit tanta gratia operãdi miracula, vt eorum numerus describi nõ potuerit. Verũ quem deus spernit, nullus corrigere potest. Hinc reprobi vnde corrigi deberent, deteriorantur: quemadmodum peruersi Iudæi ex apostolorũ
C operibus tam diuinis, inuidia sunt succensi, secundum quod subditur, [*Exurgens autem princeps sacerdotum, et omnes qui cum illo erant*] concordes in eadem persecutiõe iustorum [*Quæ est hæresis Saducæorum*] .i. qui cum illo existentes fuerunt hæretici dicti Saducæi. sicut enim in noua lege vocãtur hæretici, qui nõ totam sacrã scripturã recipiunt. vt Manichęi & Mõtanistæ vetus testamentũ negãtes: ita in lege Mosi erant quidã hæretici, quinque libros Mosi tantũ recipientes, nõ autem prophetarum scripturas, qui Saducæi vocantur, qui interpretãtur iusti. Nã iustos se nominauerunt, quia in iudicãdo & puniendo fuerunt acerrimi. Sed quia nõ iusti, sed valde iniusti fuerũt, dici possunt Saducæi, quasi seducti. Dicũtur tamẽ Sa- 3.Reg.1.
duceæi, à Sedek verbo Hebræo quod Latinè dicitur iustus. Vnde Melchisedek rex iustitiæ interpretatur. 1.Par. 24.
Vel Saducæi vocati sunt à Sadoch sacerdote, de cuius semine se natos gloriabantur. porrò hæresis Græce secundũ Bedam ab electione vocatur, quia quisque sibi. spretis aliorum dictis, quod sequendum putauerit eligit [*Repleti sunt zelo*] .i. inuidia, nam veritas parit odium in cordibus incorrigibilium, quemadmodum scriptũ est. Nõ amat pestilens eum, qui se corripit. Apostoli enim prædicabant animam esse immortalem & resurrectionẽ futurã, esse quoque & angelos, atque prophetas diuinitus inspiratos, quæ omnia Saducæi negabãt [*Et iniecerunt manus in apostolos*] vtique omnes, sicut ante in Petrum & Ioannẽ duxerat [*Et posuerunt eos in custodia publica*] .i. in carcere vbi & manifesti rei cõcludebantur, vt talibus similes putarentur. [*Angelus autem domini per noctem*] .i. proxima nocte [*Aperiens ianuas carceris, et educens eos*
D *dixit.*] Beda euidenter hîc asserit, quòd apostoli ianuis clausis educti sunt. Vnde in Scholastica historia dicitur, Nõ est intelligẽdum q̃ angelus aperuit ianuas carceris, sed quòd ita eduxit apostolos, ac si ianuæ fuissent apertæ. Et quædam glossa hîc asserit, quòd angelus aperuit ianuas carceris non realiter, sed apparenter, quia eduxit eos tam liberè per hostia clausa, ac si fuissent aperta, quod per omnipotentiam dei fieri potuit, non autem naturali virtute angelica, quæ se ad hoc non extendit, quòd duo corpora simul sint in eodem loco, per penetrationem dimensionum. Quod autem ianuæ non fuerunt apertæ realiter, verba paulò post subdita insinuare videntur, sicut patebit. [*Iteet stantes in templo loquimini plebi omnia verba vitæ huius*] .i. Christianæ conuersationis, seu Christi, qui ait, Ego sum via, veritas & vita. [*Qui cum audissent intrabant diluculo in templum et docebant. Adueniens autem princeps sacerdotum, et omnes qui cum eo erant cõuocauerũt concilium, et omnes seniores filiorum Israel, et miserunt ad carcerem vt adducerentur*] apostoli. Quia enim princeps & pontifex considerauit factum apostolorũ quotidie prosperari, & plurimos à Iudaismo ad nouam legem cõuerti, seriosissimè intẽdebat quomodo vniuersos apostolos auferret de medio. Hinc magnum & celebrem fecit conuentũ, quasi rem magnam acturus. Verũ, vt Salomon ait, non est sapientia, nõ est scientia, non est consilium cõtra dominum. Et quantò diuinæ præordinationi cor humanum impudẽtius præsumptuosiúsque resistere nititur, tantò omnipotẽs deus, quod decreuit gloriosius operatur. [*Cum autem venissent ministri, et aperto carcere*] ab ipsis ministris seu custodibus. Nõ enim carcerem inuenerunt apertũ, vt statim dicetur [*Non inuenissent illos, reuersi nunciauerunt dicentes, Carcerem quidem in-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

uenimus clauſum cum omni diligentia, & cuſtodes carceris ſtantes ad ianuas] quia enim videbant Iudæi increduli apoſtolos tot mirabilia operari, cautiſſ. eos clauſerũt, ne aliquo modo effugerent [*Aperientes autem*] carcerem [*Neminem intus inuenimus*] ex quo elicitur, quòd clauſis ianuis egreſsi fuerunt apoſtoli. Si enim angelus ianuas aperuiſſet, cur denuo eas clauſiſſet? [*Vt autem audierunt hos ſermones magiſtratus templi*] videlicet doctores legis & iudices [*Et principes ſacerdotum, ambigebant de illis, quidnam fieret*] id eſt dubitabant, quem exitum res haberet, & quid de apoſtolis eſſent acturi. Circa hũc locum ait Beda, Quid prophane Iudæ cæca ſtimularis inſania? Furantibus Apoſtolis dicis Chriſtum de monumento ſublatum. Dic rogo eoſdẽ apoſtolos de carcere tuo clauſo cuius furto credis ablatos? Verũm ingenita malitia, cor perſidum in ſignis manifeſtis obdurat. [*Adueniens autem quidam*] de Iudæis incredulis [*Nunciauit illis, quia ecce viri quos poſuiſtis in carcere, ſunt in templo ſtãtes & docentes populum*] Si apoſtoli aduerſarios timuiſſent, non in templo ſtetiſſent [*Tunc abiit magiſtratus cum miniſtris*] id eſt multitudo ſuperiorum cum ſubditis [*Et adduxit illos*] puta apoſtolos [*Sine vi*] ad principem ſacerdotum [*Timebant enim populum ne lapidarentur*] ſi violentiam aliquam inferrent apoſtolis quos vulgus deuotè audiuit [*Et cum adduxiſſent illos, ſtatuerunt in concilio. Et interrogauit eos princeps ſacerdotum dicens, Præcipiendo præcipimus vobis ne docereris in nomine iſto*] videlicet in nomine Ieſu Nazareni [*Et ecce repleſtis Hieruſalem doctrina veſtra*] quod Ieſus iſte ſit rex Meſsias filius dei, mundi ſaluator, iudex vniuerſorum [*Et vultis inducere ſuper nos ſanguinem hominis iſtius*] Hoc dupliciter intelligi poteſt. Primò, vultis oſtendere, quòd rei ſimus homicidij hominem innocentem perducendo ad mortem. Secundò, vultis inducere ſuper nos vindictam ſanguinis iſtius quem à nobis nocenter fuſum aſſeritis. primo modo Auguſtinus intelligit, ita quòd Iudæi volebãt quaſi immunes videri à morte Chriſti, ideo obtulerunt eum iudici Pilato: atque dixerunt, Nobis non licet interficere quenquam. Sicque princeps hic ſacerdotum nunc quaſi oblitus fuit, quòd ad pontificũ inſtigationem, totus populus Iudæorum clamauit, Sãguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. [*Reſpondens autem Petrus et apoſtoli dixerunt, Obedire oportet deo magis quã hominibus*] hoc ſupra expoſitũ eſt. Porrò vt ait hic gloſſa quædam & Scholaſtica hiſtoria, omnes apoſtoli verba iſta vnanimiter proferebant, ex feruore & zelo, non patientes vnum pro omnibus loqui. Quibuſdam tamen apparet, quòd ſolus Petrus verba hęc protulit, quibus prolatis, alij verbis & ſignis annuerunt, aliàs videretur ibi fuiſſe vocũ confuſio. Verũtamen iſtud non cogit, imò probabile eſt quòd Petro reſponſionem inchoãte, & proſequente, alij ex feruore aliqua verba miſcebant eadem affirmando, quod & in iudiciis accidere ſolet: non tamen inordinatè, ſed valde modeſtè id fecerunt. [*Deus patrum noſtrorum ſuſcitauit Ieſum, quem vos interemiſtis ſuſpendentes in ligno*] manibus militum. O quàm parati fuerunt iſti nunc mori pro Ieſu, qui tempore ſuæ captionis omnes ſimul fugerunt ab eo. [*Hunc deus principem et ſaluatorem exaltauit*] in reſurrectione & aſcenſione [*Dextera ſua*] id eſt ſua gratioſa potentia ac pia aſsiſtentia. Vel in dextera ſua eum ponendo. Eſt autem Chriſtus princeps totius militantis ac triumphantis eccleſiæ, de quo Eſaias prædixit, Vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, deus fortis, pater futuri ſæculi, princeps pacis. De quo in Apocalypſi habetur, Qui eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ. Itaque exaltauit illum, vt ſit caput eccleſiæ [*Ad dandam pœnitentiam*] id eſt locum, tempus, & gratiam pœnitendi, ſeu pœnitentiæ ſacramentum atque virtutem [*Iſrael*] id eſt populo Iſraël, imò & cunctis hominibus [*In remiſsionem peccatorum*] quæ per pœnitentiam impetratur. Propter quod poſt reſurrectionem Chriſtus perhibuit, Oportebat pati Chriſtum, & reſurgere tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam in remiſsionem peccatorum in omnes gentes. [*Et nos teſtes ſumus horum verborum*] id eſt rerũ ſignifi catarum per verba hæc, ſcilicet reſurrectionis, aſcenſionisque Chriſti. Verbum autem quandoque accipitur pro interiori mentis conceptu: ſicut & ibi, In principio erat verbum. quãdoque pro imaginaria ſimilitudine rei, interdum pro verbo vocali. Aliquãdo pro re verbis expreſſa, quemadmodum 4. Regum loquitur Ezechias, Non fuit verbum in domo mea, quod non oſtenderim eis [*Et ſpiritus ſanctus*] eſt teſtis horum per nos loquendo, & mirabilia operando in teſtimonium euangelicæ prædicationis. Propter quod Chriſtus prædixit Cũ venerit paracletus quem ego mittam vobis à patre, ſpiritum veritatis qui à patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me [*Quem dedit deus omnibus obedientibus ſibi*] ſcilicet nobis & condiſcipulis noſtris in ſigno viſibili. Nullis tamen deo virtuosè obedit niſi per præueniẽtem gratiam ſpiritus ſancti, ſed obedientibus deo datur ſpiritus ſanctus per incrementa ſuorum chariſmatum. [*Hæc cum audiſſent*] præfati principes Iudæorum [*Diſſecabantur*] vehementer frementes ac indignantes contra apoſtolos tam authoritatiuè & ſine pauore loquentes [*Et cogitabant interficere illos.*] In maliuolam quippe eorum animam non introierunt ſapientiæ verba. Et contumaces ſui reprehenſionem non ſuſtinent, ſed odiunt corripientem. [*Surgens autem quidam in conſilio Phariſæus*] eo modo quo & Paulus infra teſtatur, Ego Phariſæus ſum. Nam ambo antequam Chriſti fidem ſuſciperent, erant de ſecta hac quantùm ad obſeruantias eius [*Nomine Gamaliel*] ad cuius pedes inſtructus eſt Paulus [*Legis doctor, vir honorabilis vniuerſæ plebi*] quia iamdudum honeſtæ fuit converſationis, & vita concordabat doctrinæ in ipſo [*Iuſſit foras ad breue homines fieri*] id eſt Apoſtolos iuſsit ad modicum tempus egredi, & extra manere. Hoc eis præcepit quamuis in ſuo corde ſibi eos præponeret, ſeque eorum ſeruum ac diſcipulum reputaret. Veruntamen inſtar iubẽtis locutus eſt. De quo refert Clemens in quadam epiſtola, quòd fuit apoſtolorum diſcipulus, ſed occultus, ſicut & Nicodemus, & de conſilio apoſtolorũ manſit inter Iudæos, vt eorum contra fideles mitigaret furorem. [*Dixitque illis, Viri Iſraelitæ, attendite vobis ſuper hominibus iſtis, quid acturi ſitis*] id eſt nolite præcipitare ſententiam, nec inconſultè iſtos opprimere, neque ex paſsionis impetu quicquam peragere. Ad quod inducit duo exempla. [*Ante hos enim dies exitit Theodas dicens ſe eſſe aliquem*] ſcilicet virum [*Magnum*] ac vatem [*Cui conſenſit numerus virorum circiter quadringentorum, qui occiſus eſt, et omnes quicunque credebant ei diſſipati ſunt,*

& redacti ad nihilum] non abſolutè ad nihilum, cùm animæ ſint immortales, & prima materia incorruptibilis, ſed ad nihilum ſunt redacti, quantùm ad id quod attentarant, & de terra ſeu vita præſenti ſublati ſunt. Iſte Theodas (ſicut in Scholaſtica hiſtoria ex verbis Ioſephi recitatur) dixit ſe eſſe prophetam, ad cuius perſuaſionem multi Iudæorum venditis omnibus ſuis, & ſublatis ex vrbe, præſertim Hieruſalem, facultatibus venerunt ad ripas Iordanis, & promiſit ſe poſt triduum diuiſurum Iordanem, vt tranſirent per arentem alueum ſicco pede vt tempore Ioſue, & infra hoc triduum venientes milites miſsi à præſide Syriæ ipſum occiderunt & multos eorũ quos ſeduxit, capútque eius tulerunt Hieruſalem. Fuit autem Theodas magus. [*Poſt hunc extitit Iudas Galilæus in diebus profeſſionis*] .i. generalis deſcriptionis, quãdo imperante Auguſto deſcriptus eſt orbis, ibántque ſinguli vt profiterentur in ſua ciuitate, ſubiectos ſe eſſe Romano imperio, & capitis ſoluerent cẽſum, vt apud Lucã habetur [*Et auertit populum poſt ſe.*] Nam docuit populum Iſraël, quòd cùm eſſet populus dei non debere eum ſubdi Romanis, nec eis dare tributa, quia in templo decimas ſolueret atque primitias: & quia in lege cõſcriptum eſt, Dominum deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Sed errauit, cũ hoc de ſeruitute latriæ intelligatur, & ſpiritali libertati corporalis ſubiectio nõ repugnat, militantibus quoque pro bono Reipublicæ ſtipendium ſeu tributum debetur. Propter quod dixit Saluator, Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quę ſunt dei deo [*Et ipſe periit, & quotquot conſenſerant ei diſperſi ſunt*] Nõ enim diuina virtute contra Romanos roborabantur, ſed pro ſuo errore ſuccubuerunt [*Et nunc itaque dico vobis, Diſcedite ab hominibus iſtis, et ſinite illos. Quoniam ſi ex hominibus eſt conſilium hoc aut opus, diſſoluetur*] .i. ſi negotium apoſtolorum humana calliditate confictum eſt. & doctrina eorum mendoſa eſt, magicíſque artibus innituntur, citò totum peribit, ſicut illorum duorũ, [*Si vero ex deo eſt, non poteritis diſſoluere illud. Abſtinete ergo ab eis, ne et deo repugnare videamini*] Rationabilis prorſus fuit iſta inſtructio, præſertim cũ probabilia valde imò & certa omnino ſigna apparerent, quòd apoſtolorũ opus eſſet à deo [*Conſenſerunt autem illi*] .ſ. Gamalieli nõ tamen in toto, quia in hoc conſenſerunt, quòd dimiſerunt apoſtolos: nõ autem in hoc, quòd eos flagellauerunt, & prædicare prohibuerunt [*Et conuocantes apoſtolos, cæſis*] .i. à ſe flagellatis [*Denunciauerunt, ne loquerentur in nomine Ieſu ad populum*] aliqua laude digna. [*Et dimiſerunt eos. Et illi quidem ibant gaudentes a conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati*] reputãtes perſequutionem hanc eſſe præcipuum donum dei, quemadmodum Paulus Theſſalonicẽſibus ſcribit, Vobis datum eſt pro Chriſto non ſolũ vt credatis in eum, verũ vt etiam patiamini pro illo. Sic ergo impleuerunt apoſtoli quòd audierũt à Chriſto, Gaudete in illa hora & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis. Hinc in Iacobo habetur, Omne gaudium exiſtimate cũ in diuerſas tentationes incideritis. ¶ Præterea cũ quęlibet virtus habeat propriũ gaudium ſibi annexum, perfectam patientiam habens in aduerſitatum perpeſsione ſecundum ſuperiorem animæ partem lætatur: ita quòd ſicut gaudium eſt iuſto iuſtitiam facere, & humili ſubdi, ſic patienti gaudium eſt tribulari. Et vtique ſi Chriſtum purè diligimus, gaudere debemus quòd ei per aduerſitatũ moleſtias conformamur, quia & per hoc à peccatis purgamur, ad gratiam abundantiorem diſponimur, ad regnum cæleſte compendioſius peruenimus. Ideo ſcriptum eſt, Cõmunicantes Chriſti paſsionibus gaudete, vt in reuelatione gloriæ eius gaudeatis. In omni ergo aduerſitate inordinatã triſtitiam repellamus, & Chriſti paſsionem ac multiplicem patientiæ fructum oculis cordis ſtabiliter proponamus, ſcientes quòd omnes qui placuerunt deo per multas tribulationes tranſierunt fideles. Qui autem tentationes nõ ſuſceperũt in timore dei, & in patientia ſua, exterminati ſunt [*Omni autem die non ceſſabant in templo et circa domos docentes*] publicè & priuatè [*Et euangelizantes Chriſtum Ieſum*] in quo patet maxima fortitudo ſi dei charitatiſque feruor iſtorum, qui in regia pontificalíque vrbe, nec verbis nec ictibus poterant à dei opere cohiberi. Et vtique niſi diuina poteſtate totum opus eorũ fuiſſet fulſitum, mirum & incredibile videretur, quòd principes Iudæorum vel vno die permiſiſſent eos in vita aut ciuitate ſua metropolitana: ſed vt dictum eſt, Non eſt conſilium contra dominum.

Explanatio cap. ſexti. [*In diebus autem illis.*] Artic. v 1.



Via hoc libro ſanctus Lucas primitiuę ſtatum eccleſiæ propoſuit ſcribere, nõ ſolùm apoſtolorum facta & verba enarrat, ſed & cæterorum fidelium poſt apoſtolos præcipuorum. Et quoniam in eccleſia poſt ſacerdores cõſtituuntur & ſequuntur diaconi, nunc de ordinatione ſeptem primorum diaconorum texit hiſtoriã. [*In diebus autem illis creſcente numero diſcipulorum*] eorum videlicet qui per apoſtolos conuertebantur ad Chriſtum. Chriſtiani verò tunc generaliter vocabantur diſcipuli, vt infra habetur. Quotidie autem plurimi conuertebantur [*Factum eſt murmur Græcorum aduerſus Hebræos*] per Græcos hîc intelliguntur vel Iudæi in diſperſione inter Græcos nati & educati, vel Græci & aduenæ ex gentilitate converſi, & in Hieruſalem commanentes [*Eo quod deſpicerentur in miniſterio quotidiano*] ſcilicet, diſpenſatione ſeu adminiſtratione victualium & temporalium [*Viduæ eorum*] puta Græcorum. Quod tripliciter intelligi poteſt. Primò, quòd Hebræi in miniſterio quotidiano viduas ſuas tanquam eruditiores Græcorum viduis præferebant, & ſic Beda exponit. Secundò, quòd viduæ Græcorum in miniſterio iſto nimiùm grauabantur, ſed ad viliora agenda deputabantur. Tertiò, quòd viduis Græcorum, non tam bene miniſtrabantur neceſſaria, vt viduis Hebræorum. Sed cùm ſuperius dictum ſit quòd multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna, & ſingulis miniſtrabatur ſicut indiguerunt, quomodo in tam ſancto collegio inuenta eſt iſta diſſenſio? Et reſpondendum, quòd numero diſcipulorum creſcente orta eſt murmuratio iſta, non enim omnes æquè perfecti fuerũt, & in tanta multitudine fuiſſe aliquos imperfectos,

Matth. 28. Matth. 15. Ioan. 20.
Ioan. 18. Matt. 27. Act. 4.
Marc. 14.
Eſa. 9. Apoc. 1.
Luc. 24.
Ioan. 1. 4. Reg. 20. Ioan. 15. Act. 2.
Ioan. 6.
Sapien. 1. Amos. 5. Act. 23. Act. 22.
Ioã. 3. 7. 19.
Luc. 2.
Deut. 6. Matth. 4. Matt. 22. Marc. 32.
Matth. 15. Luc. 6. Iacobi. 1.
1. Petri. 4.
Iudith. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mirum non est. Imò vt Climachus refert, quidam illorum facti fuerunt hæretici [*conuocãtes autem duodecim*] scilicet Apostoli [*Multitudinem discipulorum dixerunt, Non est æquum nos relinquere verbum dei*] id est à prædicatione cessare [*Et ministrare mensis*] id est victualium corporis administratione occupari. Spiritalia enim intantùm sunt temporalibus præponenda, quantò anima corpore extat præstantior. & qui sunt ad sublimiora officia, diuiniorésque actus instituti, non debent immoderanter sine necessitate, circa viliora intendere, ne à principalioribus impediantur. Denique meliora sunt fercula mentis quàm ventris: & vt Rabanus ait, his verbis ostendunt apostoli episcopos & doctores non debere corporalibus implicari, dicente Apostolo, Nemo militans deo implicat se negotiis secularibus. Hinc etiam Ietro cõsuluit Mo- 1. Tim. 2.
si, vt præesset populo in his quæ sunt ad deum, & maiora duntaxat iudicaret negotia, minora verò sub- Exod. 18.
stitutis principibus iudicibúsque committeret, prout in Exodo habetur [*Considerate ergo fratres viros ex vobis*] id est de vestro collegio [*Boni testimonij*] scilicet famę honestę [*Plenos spiritu sancto & sapientia*] id est euidenter virtuosos, & sufficienter eruditos, quantùm humano modo coniici potest aut sciri. Tũc enim fuerũt ibi q̃ plures tanta gratia decorati, quòd certũ fuit eos spiritu sancto impletos [*Septem*] tot enim ad literam probabiliter videbantur ad opus administrationis sufficere. Per quod mysticè figuratur, quòd in diaconatum promouendi, debent septemplici dono spiritus sancti ornari [*Quos constituamus super hoc opus*] administrationi corporalium, vt ipsi ea ministrent, vel ministrantibus præsint. [*Nos vero orationi & ministerio verbi insistentes erimus*] per ministerium verbi, prædicatio designatur. O vtinã prælati ista attenderent, quorum iam plures, plusquam oportet, decet, aut licet, circa temporalia occupãtur, in exteriorib́úsque versantur: quia mente sunt frigidi, nec in spiritalibus exercitiis habent saporem. Hinc offenduntur negligentes seipsos & sibi commissos [*Et placuit sermo coram omni multitudine*] qui malum murmurationis optabant extingui, & vt boni filij patrum suorum cõsilio tam rationali celeriter acquieuerunt. Quod & cunctis subditis est pensandum ac imitandum. Præterea in verbis præfatis notatur ordo in electione seruãdus. ¶ Electio enim primò fieri debet cum discretione atque concordia, quod notatur, cùm dicitur consideratę. Secundò ex charitate: ideo subditur, fratres. Tertiò, vnus de gremio ecclesiæ eligi debet: hinc sequitur, ex vobis. Quartò, qui eligitur debet esse bonæ famæ, propter proximorum ædificationem: idcirco subiungitur, boni testimonij. Quintò, erit virtuosę conuersationis quo ad deum: ideo additur, plenos spiritu sancto. Sextò, erit in scripturis instructus: propter quod sequitur, & sapientia. Postremò talis debet esse, vt magis cupiat prodesse, quàm præesse, perpendens se potius vocatum ad onus quàm ad honorem: idcirco annectitur, quos constituamus super hoc opus. [*Et elegerunt Stephanum plenum fide*] quæ est virtus theologica, seu fidelitate, quæ ad iustitiam pertinet [*Et spiritu sancto*] per quod insinuatur cunctis fuisse plenus virtutibus. Sed in primitiua ecclesia fides fuit specialiter commendanda tanquam fundamentum virtutum, & quia tunc valde necessaria fuit fidei fortitudo propter persequutores, itémque ob difficultatem subdendi intellectum articulis fidei, quod est rationẽ in captiuitatẽ redigere [*Et Philippum*] de isto Philippo diacono infra scribũtur subblimia, vnde & ipse & cæteri qui sequũtur pleni fuerunt fide & spiritu sancto [*Et Procorum, et Nicanorem, et Timonem, et Parmenam, et Nicolaum aduenam Antiochenum*] qui, vt fertur, de gentilitate fuit conuersus ad Iudaismum: vel fortè immediatè ad Christianismum, & de Antiochia fuit, de quo occasionem erroris sumpserunt quidam, in Apocalypsi Nicolaitæ vocati, asserentes mulieres debere esse communes, quod & Thomas in summa contra Gentiles affirmat hunc Nicolaum dixisse. Alij tamen dicunt, quòd ipse non dixit hoc: sed cùm haberet mulierem pulcherrimã, & accusaretur de immoderato amore ad eam, volens se excusare, ait corã Apost. Ecce coniunx mea, qui vult ea vtatur. Quod (vt isti asserunt) ipse non dixit ea mente qua sentiret vsum fœminarum debere esse communem, sed vt per huiusmodi modum loquendi se plenius excusaret. Verũ quidam peruersi ad mala procliues, eiúsque verba iuxta suam concupiscentiam interpretantes, sumpserunt ex eis occasionem erroris [*Hos statuerunt ante conspectum apostolorum*] puto autem quòd & hi septem electi etiam elegerunt, sicut in electionibus collegiorum ac cœnobiorum qui eliguntur & eligunt [*Et orantes*] ipsi apostoli [*Imposuerunt manus*] secundum Rabanum hic ordo seruandus est, vt scilicet populus eligat, episcopus ordinet. Et quia apostoli cum oratione & manus impositione ordinauerunt istos diaconos, in ordinibus dandis fiunt orationes, & in quibusdam ecclesiis, manus tempore ordinationis imponuntur diaconis. In scholastica quoque fertur historia, quòd horum septem priorum diaconorum vicem gerunt archidiaconi, propterea instituti, vt portent pondus negotiorum, quatenus prædicationi ac doctrinæ liberius vacent episcopi [*Et verbum domini crescebat*] id est prædicatio apostolorum fructificabat [*Et multiplicabatur numerus discipulorum in Hierusalem valde*] quia plurimi conuertebantur. [*Multa etiam turba sacerdotum obediebat fidei*] rationem suam subiiciendo fidei, in quo elucescit infinita misericordia Christi, quòd illos conuertere dignatus est, à quibus tam importunè atque crudeliter fuit expetitus ad mortem, in quibus specialiter est impletum, quod ante passionem Christus prædixit, Cùm Ioan. 12.
exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum. ¶ Insuper aduertendum, quòd sicut in libro hoc beatus Lucas duorum præcipuorum apostolorum actus & verba specialiter prosequitur ac describit: videlicet Petri & Pauli, ita & prædictorum septem diaconorum duorum præcipuorum verba actúsque prosequitur, scilicet Stephani & Philippi, non enim scribere omnia potuit [*Stephanus autem plenus gratia et fortitudine*] paulò ante dixit eum plenum fide & spiritu sancto, nunc gratia & fortitudine, vt monstretur sanctus Stephanus fuisse vir apostolicæ perfectionis. & quia iam eius martyrium descripturus est, aptè præmittit quòd fortitudine plenus fuit, tam illa quæ est virtus moralis & cordialis, cuius est in periculis mortis esse constantem, quàm illa quæ est donum, cuius est operibus perfectionis constanter insistere [*Faciebat signa et prodigia magna in populo*] quæ sanctus Lucas breuitati studens non prosequitur. [*Surrexerunt autem quidam de synagoga libertinorum.*] Isti Iudæi increduli dicti sunt libertini, quia manumissi, id est libertate donati fuerunt, cum prius serui fuissent, sicque conditionis fuerunt seruilis qui fidei restiterunt [*Et Cyrenensium*] à Cyrene, quæ est ciuitas Lybiæ, secundum Bedam [*Et Alexandrinorum*] id est ab Alexandria vrbe Aegypti [*Et eorum qui erant à Cilicia, et Asia*] quæ sunt regiones vicinæ adinuicem [*Disputantes cum Stephano*] volentes probare, quòd Iesus non esset Christus in lege promissus [*Et non poterant resistere sapientiæ*] Stephani [*Et spiritui*] id est spiritui sancto [*Qui loquebatur*] per Stephanum: sicut ait Saluator, Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui Matth. 10.
loquitur in vobis. Vel spiritui, id est, animæ Stephani qui loquebatur, sicque implebatur in Stephano il la Christi promissio. Ego dabo vobis os & sapientiam cui non poterunt resistere & contradicere omnes Luc. 21.
aduersarij vestri [*Tunc submiserunt viros*] scilicet falsos testes [*Qui dicerent se audiuisse eum dicentem verba blasphemiæ, in Mosen et in deum*] sicut fecerunt regi ita & militi. Nam & contra Christum produxerunt Matth. 26.
falsos testes Iudæi. Est autem proprium peruersorum, vt cum ratione prævalere non valent, sequę ra- Marc. 14.
tionabiliter conuinci prospiciunt, ad calliditates & violentias conuertantur. Sic egerunt & isti [*Commo-* Luc. 24.
uerunt itaque] id est ad iram & zelum indiscretum prouocauerunt [*Plebem et seniores et scribas*] id est iudices & doctores, [*Et concurrentes rapuerunt eum*] cum impetu violento tanquam maleficum [*Et adduxerunt in concilium, et statuerunt falsos testes dicentes, Homo iste non cessat loqui aduersus locum sanctum et legem*] id est templo & legi Mosi per verba blasphemiæ detrahit [*Audiuimus enim eum dicentem, Quoniam Iesus Nazarenus hic destruet locum istum et mutabit traditiones*] id est leges seu ordinationes & obseruãtias [*Quas tradidit nobis Moses.*] Etiam si Stephanus hæc verba dixisset, non fuisset blasphemia secundum veritatem, sed secundum Iudæorum istorum æstimationem. Romani enim Christi potestate destruxerunt vrbem & templum Hierusalem. Cerimonialia quoque legis Christus mutauit in melius, & alias dedit institutiones viuendi ac deum colendi quàm Moses. Vere excæcati Iudæi putabant cæremonialia & iudicialia legis præcepta post Christi aduẽtũ semper seruanda sicut moralia. Nihilominus testes isti mentiti sunt, vt Stephanus ista verba non dixit, vel ea non dixit eo sensu quo ipsi ea proposuerunt. Sic enim ea proposuerunt, quasi Iesus asseruisset se legalia mutaturum, quasi simpliciter reprobans ea, vel quasi omnia Matth. 5.
mutans: Christus verò ita non dixit nec Stephanus: imò Christus testatus est, Non veni legem soluere sed adimplere, id est perficere. Cæremonialia enim figuratiua fuerunt, quæ in Christo impleta sunt atque in ecclesia. Præcepta quoque moralia euangelicis perfecit consiliis [*Et intuentes in eum omnes qui sedebant in concilio, viderunt faciem eius tanquam faciem angeli*] id est splendidissima claritate ac miro decore perfusam, per quod internæ perfectionis magnitudo, puritas & innocentia monstrabatur. In quo Mosi parificatus est Stephanus. Nam & Mosi vultus præ splendore à Iudæis aspici non valebat. In tali autem & tanta maiestate ostendit deus Iudæis. Stephani vultum vt conuerterentur ad veritatem si vellent, aut si nollent, de sua obstinatione inexcusabiliores ac damnabiliores redderentur. Porrò in scripturis canonicis non legitur homo vultum huiusce modi habuisse in terra coram hominibus, nisi Christus in transfiguratione & Moses ac Stephanus, in quo magna valde Stephani excellentia innotescit.

Elucidatio VII cap. [*Dixit autem.*] Articulus VII.

[*Dixit autem princeps sacerdotum, si hæc ita se haberent.*] Quoniam accusato dãdus est locus excusationis, & responsionis, princeps sacerdotum tanquam iudex scisci- Actuũ. 6.
tus est Stephanum, an in sibi obiectis esset culpabilis [*Qui ait, Viri fratres et patres audite*] sanctus Stephanus respõsurus, verbis modestis ac blandis in exordio vsus est: quia vt scribitur in Prouerb. Responsio mollis frangit iram [*Deus gloriæ appa-*
ruit patri nostro Abraham.] Quatuor obiecta fuerunt Stephano scilicet blasphemia in deum, in Mosen, in legẽ, in templum. Ideo de his quatuor se excusat, & primò de blasphemia contra deum, quem deum gloriæ nuncupat, quia in ipso est beatitudo & gloria infinita, & ab ipso vita gloriæ profluit. Ipse quoque est maiestatis immensæ. apparuit autem Abraham per subiectam creaturam, scilicet angelum [*Cum esset in Mesopotamia*] Gene. 12.
quæ est regio sic dicta, quia media inter aquas sita est, inter fluuios scilicet Euphratem, & Tigrim [*Priusquam moraretur in charran*] quæ secundum Bedam est vrbs regionis Mesopotamiæ, & in Genesi dicitur
D Aran [*Et dixit ad illum, Exi de terra tua, et de cognatione tua, et veni in terram quam monstrauero tibi*] scilicet
in terram Chanaan. ¶ Circa hoc dubia oriuntur. Abraham nanque oriundus fuit de Chaldea, & inde ve Gene. 11.
nit in prouinciam Mesopotamiæ, deinde in ciuitatem illius, nomine Charran. Quomodo ergo ei de terra sua iam egresso atque in aliena posito, dicitur, exi de terra tua? Item in Geneseos lib. legitur quod Abrahã cum patre suo Thare habitauit in Aran quæ alio nomine dicitur Aharrã, & mortuo ibi ipso Thare patre Abrahæ, dominus illi præcepit, egredere de terra tua, &c. Ad primũ respondetur tripliciter. Primò, secũdum Bedam & Scholasticam historiam, quòd licet iam egressus fuerat de Chaldæa, corpore, nõ tamen mente, quia adhuc tenebatur spe ac desiderio redeundi. Idcirco præcipitur ei vt etiam mẽte egrediatur de ea, vt scilicet non proponat in eam reuerti. Secundò, iuxta Augustinum, quòd Mesopotamia est pars Chaldææ, & ita non fuit de tota Chaldæa egressus, sed de vna eius parte introiit aliam, nunc ergo iubetur totam relinquere. Tertiò, vt quod dicitur exi de terra tua, sic exponatur, id est, longius discede ab ea. Ad aliud respõdetur, quòd vel bis iussum est Abrahæ exire de terra cognationeque sua, videlicet semel ante mortem patris sui, & tunc ex causa rationabili distulit, fortè vt patri suo tanquam seni pro solatio, & exhibendo obsequio maneret coniunctus. Secundò, post patris sui dormitionem, vel vt aliqui dicunt hoc quod dicitur, exi de terra tua, per anticipationem est dictum. Denique in hoc præcepto Abrahæ facto, mysterialiter præfigurabatur, quòd Christus postea per seipsum cõsuluit, vt scilicet pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pter ipsum omnia relinquantur, etiam parentes, fratres, sorores, &c. [*Tunc exiit de terra chaldeorum*] se- B
Luc. 14. cundum varium sensum nunc tactum scilicet longius discedendo ab ea, vel partem eius deserendo [*Et*
Gene. 11. *inde habitauit in Charam. Et inde postquam mortuus est pater eius*] Thare in Charam cum esset ducentorum
quinque annorum, vt dicitur in Gen. [*Transtulit*] id est ire præcepit [*illum in terram istam, in qua nunc vos*
habitatis] quæ dicitur terra promissionis [*Et non dedit illi hæreditatem in ea, nec passum pedis*] id est nec mi-
Gene. 23. nimam partem. Nec obest quod in Gen. scribitur Abraham emisse speluncam cum agro: nam hanc par-
tem habuit in titulo emptionis pro sepultura, non hæreditate possedit ad colendū aut habitandū [*Sed re-*
Iosue. 14. *promisit dare eam illi in possessionem, et*] pro. i. [*semini eius*] illis videlicet, qui cū Iosue terram istam ingressi
sunt [*Cum non haberet filium*]. i. ante natiuitatē Isaac, imò & Ismaëlis, & hoc quantùm ad promissionē pri
Gene. 12. mo factam. Sæpius enim ei istud promisit, sed prima, vt scribitur in Gen. fuit longè ante Ismaëlis gene-
rationē. Vbicúque autē in Gen. legitur deus promisse Abrahæ, vel Isaac, aut Iacob, quòd eis hāc terram
daret, referendū est ad posteritatē ipsorū [*Locutus est autem ei deus*] per angelū [*Quia erit semen tuum acco-*
la]. i. filij tui pegrini erūt & aduenæ [*in terra aliena*]. i. in regione Chanaā, & AEgypti [*Et seruituti eos sub*
iicient, et male tractabunt annis quadringentis triginta.] Vnde legitur dominus locutus ad Abraham, Scio prę
Gene. 17. noscens, quòd peregrinū futurū sit semen tuū, & seruituti eos subiicient, & affligent quadringētis annis.
Porrò hos quadringentos trigiota annos cōputat Rabanus à die quo facta est ista promissio Abrahę vs-
que ad exitum de AEgypto. Quadringentos verò annos nonnulli incipiunt à natiuitate Isaac vsque ad F
egressum Israël de AEgypto. Aliqui verò quia dictum est Abrahæ, In Isaac vocabitur tibi semen, cōpu
tant istos quadringentos annos à natiuitate Isaac vsque ad montem Seon regis Amorrheorum, & Og re
gis Basan. Præterea quānis dictum sit, quòd filij Israël aduenæ forent in terra aliena, & seruituti subiicię-
di ac malè tractandi, nō tamen sensus est, ꝙ toto tempore fuerint in huiusmodi afflictione, sed pars pro
toto est posita, aut econuerso. Nam pro parte quadam huius temporis fuerunt afflicti in terra AEgypti
[*Et gentem cui seruierint*] puta AEgyptios [*Iudicabo ego*] iudicio punitionis & condemnationis [*Dicit do-*
minus] nam submersit eos in mari rubro & statuit in inferno [*Et post hæc exibūt*] de AEgypto seu eremo
[*Et deseruient mihi in loco isto*] scilicet in Iudæa, quod tempore Iosue inceperunt [*Et dedit illi*] videlicet A-
Iosue. 13. brahæ [*Testamentum*] id est pactum [*Circuncisionis*] dicens, Hoc est pactum meum quod obseruabitis.
Gen. 17. 21 Circuncidetur ex vobis omne masculinum [*Et sic genuit Isaac*] cum esset centum annorum, vt scribitur
in Genesi. Erat autem nonagintanouem annorum cum pactum circūcisionis accepit [*Et circuncidit eum*
Gen. 37. 38 *die octauo*] sicut in Genesi habetur, [*Et Isaac*] genuit [*Iacob, et Iacob duodecim patriarchas. Et patriarchæ*
æmulantes] id est inuidentes ipsi [*Ioseph*] quia à patre plus amabatur, & somnia quædam eis displicentia
vidisse se eis narrauit [*Vendiderunt eum in AEgyptum*] id est. Ismaëlitis negociatoribus in AEgyptum
pergentibus, secúmque ducentibus atque ibidem vendentibus Ioseph. Non tamen omnes patriar- G
chæ duodecim id fecerunt, quia nec Beniamin adfuit neque Ruben [*Et erat deus cum eo*] per gratiam
magnam, & prouidentiam singularem ac gratiosam [*Eripuit eum ab omnibus tribulationibus suis*] scili-
cet, de manibus fratrum, & AEgyptij qui eum incarcerauit, vnde in Sapientiæ libro legitur, Hæc,
Sapien. 10. scilicet sapientia diuina, venditū iustum nō derelinquit, sed à peccatoribus liberauit eum [*Et dedit ei gra*
Gene. 41. *tiam et sapientiam, in conspectu Pharaonis AEgyptij*] nam ex diuina reuelatione exposuit somnia Pharaonis
Daniel. 2. sicut Daniel somnia regis Babylonis [*Et constituit eum præpositum super AEgyptum, et super omnem domum*
Ge. 41. 41. *suam,*] id est super omnem suam familiam atque substantiam, dicens ad eum, Vno tantùm regni solio te
præcedam [*Venit autem fames in vniuersam AEgyptum et chanaan, et tribulatio magna.*] Nam has duas re-
giones fames illa maximè opprimebat: quæ omnia in Genesi plenius scripta sunt [*Et non inuenerunt ci-*
bos patres nostri] in terra in qua habitabāt. [*Cū aūt audisset Iacob frumentum esse in AEgypto, misit patres no-*
stros,] id est decem patriarchas, Beniamin secum retento [*primum*] id est prima vice [*Et secundo,*] id est
secunda eorum missione in AEgyptum pro victualibus emendis [*Cognitus est Ioseph à fratribus suis*]
quia tunc dixit eis, Ego sum Ioseph [*Et manifestatum est Pharaoni genus eius,*] id est cognatio. Tunc
Gene. 45. enim in aula regis celebri dictum est sermone, Venerunt fratres Ioseph [*Mittens autem Ioseph*] fra-
46. 47. tres suos, cum plaustris & asinis, multisque diuitiis [*Accersiuit patrem suum*] per istos denuncians
vt veniret ad se [*Et omnem cognationem suam in animabus,*] id est hominibus [*Septuagintaquinque*]
In Genesi habetur, Cunctæ animæ quæ ingressæ sunt cum Iacob in AEgyptum, & egressæ ex fe- H
more illius absque vxoribus filiorum, sexaginta sex. Et in Exodo, Erant omnes animæ eorum qui
Exod. 1. egressi sunt de femore Iacob, septuaginta. Sed Lucas sequens interpretationem Septuaginta, ponit
septuagintaquinque per anticipationem, connumerans quinque nepotes Ioseph. Quibus omni-
bus si addantur ipsemet Iacob & filius eius Ioseph, cum duobus filiis eius Effraim & Manasse, ha-
bentur septuagintaquinque [*Et defunctus est ipse*] Iacob in AEgypto [*Et patres nostri*] id est duode-
cim patriarchæ, ibidem [*Et translati sunt in Sichem, et positi in sepulchro quod emit Abraham precio ar-*
Gene. 49. *genti à filiis Emor filiis Sichem*] in Genesi scriptum est quòd Iacob emit partem agri à filiis Emor pa-
Gen. 31. 23. tris Sichem centum agnis, fuitque ager iste iuxta Salem vrbem Sichemorum. Porrò alio loco in Ge-
nesi legitur, quomodo Abraham emit ab Ephron filio Seor Etheo speluncam duplicem vnà cum a-
gro in quo fuit iuxta Hebron, quadringentis argenti siclis. Quomodo ergo nunc dicitur, quòd Abra-
ham emit sepulchrum à filiis Emor, & quomodo Emor vocatur hic filius Sichem, cum in Genesi ap-
pelletur pater ipsius Sichem? Itaque intuendum quòd Iacob, sicut in Genesi scribitur, fuit citò post
mortem suam in spelunca duplici positus, Ioseph verò tempore Iosue in Sichem, & in eodem loco, se-
cundum sanctum Hieronymum, sepulti fuerunt alij patriarchæ, delatis eorum ossibus ex AEgy-
pto, quamuis in Genesi non legatur. Postea autem positi sunt in sepulchro quod emit Abraham. Ve-

A rum quod in litera dicitur, à filiis Emor filij Sychem, refertur ad verba præcedentia, scilicet, translati
sunt in Sychem: vt sit sensus, quòd translati sunt in Sychem emptam à filiis Emor, à quibus Iacob emit
hunc agrum Sychem. Quod autem Emor dicitur hic filius Sychem, & in Genesi, pater Sychem, con-
cordatur, quia frequenter contingit quòd aliquis habeat patrem & filium eodem nomine appellatos.
Hæc in Scholastica historia plenius scripta sunt. [*Cum appropinquaret autem tempus repromissionis quā con*
fessus] id est protestatus [*Fuit deus Abrahæ*] id est proximante tempore quo implendum fuit quod deus
Abrahę prænunciauit de eductione posteritatis suę ex AEgypto, & introductione in terrā promissionis
[*creuit populus*] Israël [*Et multiplicatus est in AEgypto*] iuxta id Exodi, Filij Israël creuerunt & quasi ger-
minantes multiplicati sunt & roborati nimis, impleuerunt terram [*Quoadusque rex alius surrexit in AE-*
gypto, qui non sciebat Ioseph]. i. quanta bona AEgyptiorum regi populoque præstiterit. Rex iste sub quo
natus est Moses non fuit de semine regis AEgypti qui constituit Ioseph super AEgyptum, vt Iosephus
scribit. Et vt aliqui dicunt, octauus fuit post illum [*Hic circumueniens genus nostrum*] id est populum Is-
raël callidè opprimens, iuxta quòd ait in Exodo, Venite sapienter opprimamus eum [*Afflixit patres no-*
stros] crudeli præcepto [*Vt exponerent infantes suos*] id est ab obstetricibus eos occidi permitterent, vel
in flumen proiicerent, aut proiici sinerent [*Ne viuificarentur*] id est ne infantes isti manerent viuentes,
& per hoc populus Israël inualesceret. Primò quippe præcepit obstetricibus vt infantes masculos He-
B bræorum necarent. Quibus id ex timore dei non exequentibus, iussit Pharao omni populo suo, vt quic- Exod. 2.
quid masculini sexus gignerent coniuges Hebræorū, in flumen proiicerent, vt in Exodi libro habetur.
Et quoniam sanctus Stephanus accusabatur quasi obloquens Mosi, consequenter ad eius commenda-
tionem descendit [*Eodem tempore natus est Moses*] durante scilicet præcepto occidēdi paruulos Hebræo-
rum [*Et fuit gratus deo*] id est acceptus, non ex propriis meritis, sed ex dei bonitate tanquam æternaliter Exod. 2.
prædestinatus, atque ad plurima opera bona agenda præordinatus [*Qui nutritus est in domo patris sui tri-*
bus mensibus] videntes enim parētes eius pulchrum & elegantem eum esse infantem, miserti ipsius cum
periculo contra regis edictum conseruauerunt eum in vita & absconderunt [*Exposito autem illo*] id est
in flumen proiecto & posito in vasculo quodam, iuxta id Exodi, Cúmque iam celare non posset, scili-
cet mater eius eum, sumpsit siscellam scirpeam, & liniuit eam bitumine ac pice, posuitque intus infan-
tulum, & posuit eum in carecto ripæ fluminis [*Sustulit eum filia Pharaonis*] visa enim siscella iussit vni an
cillarum vt illam sibi afferret. Quā aperta & reperto infantulo, misērta eius dixit, De infantibus Hebræo
rum hic est [*Et enutriuit eum sibi in filium*] Commisit enim matri Mosi vt eum nutriret, & adultum sibi
scilicet filiæ Pharaonis referret: quo facto adoptauit eum in filium. Hæc autem in Exodo plenius reci-
tantur. [*Et eruditus est Moses omni sapientia AEgyptiorum*] scilicet in naturali philosophia & Astronomia.
C Studium autē Pphilosophiæ primò viguit in AEigpto [*Et erat potens in verbis, et in operibus suis*] id est
sapiens in loquendo, & fortis in operando. Et quia hic dicitur quòd erat potens in verbis, Origenes asse- Origenes,
rit, quòd eloquens fuit. Et quòd in Exodo Moses impeditioris linguæ se esse testatur, soluit per hoc, Exod. 4.
quòd tunc ineloquentem se dixit, cum deum audiuit sibi loquentem, cuius comparatione omnis ratio- Exod. 2.
nalis creatura consistit ineloquens. Alij probabilius aunt quòd fuit linguæ impeditæ, tunc tamen po-
tens in verbis fuisse asseritur, non ob promptitudinem expressiuè, sed ob discretionem in differendo,
[*Cum autem impleretur ei quadraginta annorum tempus, ascendit in cor eius vt visitaret fratres suos filios Israel*]
in terra Gessen, vt in molestissima seruitute positos consolaretur. Condoluit enim eis tanquam piissi-
mus [*Et cum vidisset quendam Hebræum iniuriam patientem*] ab AEgyptio [*Fecit vltionem ei qui iniuriam sus-*
tinebat, percusso AEgyptio] id est iniuriam Hebræi vltus est, interficiendo iniuriantem AEgyptium. In
quo facto aliqui dicunt eum peccasse. Alij verò affirmant quòd non, quia iam deo reuelante cogno-
uit quod liberaturus esset filios Israël de AEgypto, sicque cognouit se constitutum à deo defensorem
populi Israel, secundum quod subditur [*Existimabat autem intelligere fratres*] puta Hebræos [*Quod*
deus per manum] id est ministerium & virtutem] *ipsius daret salutem,*] id est liberationem de manibus
AEgyptiorum præstaturus esset [*illis*] scilicet Hebræis [*At illi non intellexerunt*] id est non conside-
rauerunt hoc [*Sequenti vero die*] vel immediatè post diem quo occidit AEgyptium [*Apparuit illis li-*
tigantibus] id est duobus Hebræis inter se rixantibus [*Et reconciliabat eos,*] id est pacificare conatus est
D eos [*In pace dicens, Viri fratres estis*] quia de eodem semine Abrahæ, Isaac, & Iacob [*Vt quid nocetis*
alterutrum?] Quasi dicat, Cùm fratres sitis, vnus alteri benefacere obligatur. Iniustum est ergo quòd
vnus alium lædit. Hoc & Christianis quibuslibet præsertim religiosis, & clericis inter se contenden-
tibus est dicendum. [*Qui autem iniuriam faciebat proximo suo*] Hebæo [*Repulit eum, dicens, Quis te con-* Exod. 2.
stituit principem aut iudicem super nos?] Tanquam dicat. Cur quod ad te non spectat præsumis, atque
indebitam tibi authoritatem vsurpas? Ecce quàm peruersus fuit hic homo, qui charitatiuam increpa-
tionem tam grauiter tulit, & piè arguentem redarguit impiè: similis vtique Sodomitis, qui Loth eos
leuiter increpanti locuti sunt, Ingressus es vt aduena, nunquid vt iudices? [*Nunquid interficere tu me*
vis quemadmodum heri interfecisti AEgyptium?] Huic prauissimo homini assimilantur qui secreta alicu-
ius propalant ex passione, cum admonentur, reprehenduntur, seu iustè puniuntur ab eo [*Fugit autem*
Moses in verbo isto] id est audito hoc verbo & cognito quòd Pharao id percepisset, qui & voluit occi-
dere Mosen fugit [*Et factus aduena in terra Madian*] habitans ibi cum Ietro sacerdote Madian, vbi gene-
rauit duos filios scilicet Gersan & Eliezer de Sephora filia Ietro. Et expletis annis quadraginta, à tem-
pore fugæ præfatæ [*Apparuit illi in deserto montis Sinai*] quia in illa solitudine situs est mons Sinai. Cum
enim minasset Moses gregem quem pauit ad interiora deserti, & venisset ad montem dei Oreb (videlicet
Sinai, Nam pes montis dicitur Oreb, summitas verò Sina; & interdum vnum pro alio ponitur) appa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ruit ei [*Angelus*] tamen in persona dei, & in eius persona loquens ad Mosen. Idcirco in Exod. scribitur, quòd dominus ei apparuit [*in igne flammæ rubi*] quia de medio ignis quo rubus videbatur opertus, angelus Mosi loquebatur. Ideo quoque in igne apparuit, quia (vt diuinus Dionysius edocet) ignis maximam habet conuenientiam cum spiritalibus rebus: vnde suo splendore ac simplicitate, angelicæ naturæ puritatem & sapientiam signat, Et rursus ob id in igne splendente non nocente nec comburente rubum apparuit, ad insinuandum quòd filij Israël in igne tribulationis, quem in AEgypto patiebantur, purgarentur, non consummarentur [*Moses autem videns*] rubum igne opertum [*Admiratus est visum,*] id est rem visam, cur scilicet, rubus in igne non læderetur, qui faciliter inflammatur [*Et accendente illo vt consideraret, facta est ad eum vox domini*] per angelum loquentis, [*Dicens. Ego sum deus patrum tuorum, deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob. Tremefactus autem Moses*] ex allocutione insolita, tubali, angelica, & ex præsentia maiestatis diuinæ. Tales enim visiones & allocutiones maximam pariunt alterationem in mente & corpore [*Non audebat considerare*] id est rubum seu ignem illum aspicere, tanquam stupidus factus. Nam & tales alterationes primò impediunt vsum ra-
Daniel.9. tionis, donec gratia confortetur, quemadmodum patet in Daniele, propter quod Ezechieli domi-
Ezechie.2. nus ait, Sta supra pedes tuos & loquar tecum [*Dixit autem illi deus, Solue*] id est exue & depone [*Cal-*
Exod.3. *ciamenta pedum tuorum*] cuius ratio subditur, [*Locus enim in quo stas sanctus est*] id est sanctificatus, seu ad aliquid sanctum deputatus propter præsentiam dei seu angeli: & quia in loco isto aliqua sanctissima opera erant paulòpost diuinitus peragenda, quando scilicet in monte Sina data est lex. Et vsque in præsens est ibi locus cultus diuini & religiosorum cœnobium. Fuit autem vt dicitur antiquis & præsertim Hebræis consuetudo non ingredi loca sancta, nisi pedibus nudis, quod nuncusque Saraceni obseruare dicuntur. Insuper dominus ait [*Videns vidi*] oculo misericordiæ [*Afflictionem populi mei qui est in AEgypto,*] qui fuit populus dei non solùm per creationem vt cæteri, sed & per electionem. Ista verò geminatio in loquendo qua dicitur, Videns vidi, consueta & frequens est in scripturis veteris testamenti [*Et gemitum eorum audiui*] id est cognoui [*Et descendi liberare eos*] angelus autem hæc proferens verè localiterque descendit. Deo autem cum incircũscriptibilis inuariabilisque consistat, non competit localiter descendere, nec moueri secundum se, sed ratione sui effectus. hæc atque similia ei attribuuntur. Nam quamuis vbique sit, ibi tamen specialiter esse dicitur, vbi specialiter operatur [*Et nunc veni*] mentali accessu, per obedientiam te mihi subdendo [*Mittam te in AEgyptum*] ad educendum
Exod.2. inde filios Israël. Hæc in Exodo plenius enarrantur [*Hunc Mosen quem negauerunt dicentes, quis te constituit principem aut iudicem super nos?*] Supra iam dixit quòd vnus eum negauit: nunc verò pluraliter ait, quem negauerunt, aut ergo nunc ponitur singularis numerus pro plurali, sicut frequenter fit in scripturis, aut vnus ille complices habuit & fautores, qui idem cum ipso verbis signis seu factis dixerunt [*Hunc deus principem*] Israëliticæ plebis [*Et redemptorem*] eorum de seruitute AEgypti [*Misit cum manu*] id est potestate & cooperatione [*Angeli qui apparuit illi in rubo*] itaque angelus ille in omnibus affuit Mosi, & fortè fuit Michaël, qui princeps extitit synagogæ, vel alius angelus eius representans personam [*Hic*] Moses] *Eduxit illos*] videlicet filios Israël de AEgypto [*Faciens signa et prodigia in terra AEgypti, in mari rubro et in deserto annis quadraginta*] quæ in libris Exodi, Leuitico, & Numerorum copiosè conscripta sunt. [*Hic est Moses qui dixit filiis Israel, prophetam vobis suscitabit de fratribus vestris,*
Exod.11. *tanquam me, ipsum audietis.*] Hanc authoritatem supra capit. tertio sanctus Petrus induxit. estque ibi-
Exod.14. dem exposita [*Hic*] Moses] *Est qui fuit in ecclesia*] id est collectione populi Israël deum colentis.
15.26. Quamuis autem communiter ecclesia à synagoga distinguatur, ita vt Chrystianorum collectio nun-
Leui.19.20 cupetur ecclesia, vicissim tamen etiam Iudæorum congregatio appellatur ecclesia, vt tertio Regum,
Nume.11. Benedixit Salomon omni ecclesiæ Israël [*in solitudine*] quam perambulauerunt filij Israël quadra-
16.21. ginta annis [*Cum angelo qui loquebatur ei in monte Sina*] tam ante eductionem Israël ex AEgypto,
Exod.24. quàm postea in legislatione [*Et cum patribus nostris, qui accepit verba vitæ*] id est sacram scripturam
Deute.8. [*Dare nobis*] vel verba vitæ sunt legis præcepta. Per obseruantiam autem verborum scripturæ ac
Matth.4. præceptorum, vita gratiæ continuatur & vita gloriæ obtinetur: iuxta illud Deuterono. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod egredietur de ore dei [*Cui noluerunt obedire patres nostri*]
Nume.14. pro maiori parte eorum ac temporis, nam pene omnes & frequenter rebelles fuerunt [*Sed repulerunt eum*] verba eius spernendo [*Et auersi sunt cordibus suis*] à deo & Mose [*Redeuntes*] mente [*in AEgyptum*] iuxta illud in Numeris, Constituamus nobis ducem & reuertamur in AEgyptum [*Dicentes ad Aaron, Fac nobis deos qui præcedant nos.*] Putabant nanque in idolis esse aliquid vitale ac intellectuale, & tamen quàm stultum fuit hoc verbum. Si enim Aaron eis non suffecit pro duce, quomodo ipse potuit facere deos se ad ducendum efficaciores? Nunquid sua causa est effectus præstantior? [*Moſi enim huic qui eduxit nos de terra AEgypti, nescimus quid factum est ei*] id est quid sibi contigerit. Hoc dicebant quando Moses insolitam moram fecit in summitate montis Sinai cum angelo, quando quadraginta diebus ieiunauit & legem susceptt [*Et vitulum fecerunt in illis diebus.*] Nam ad importunam eorum instantiam & quasi coactionem, Aaron proiecit aurum in ignem, & opere fusorio egressa est vituli similitudo [*Et obtulerunt hostiam simulachro*] sicut in Exod. habetur, Surgentes manè obtulerunt holocausta & victimas pacificas [*Et lætabantur in operibus manuum suarum,*] id est in idolatriis vel sacrilegiis & præfato simulacro dicentes. Isti sunt dij tui Israël, qui te eduxerunt de terra
4.Reg.20. AEgypti. vnde præallegato fertur capit. Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere
21. [*Conuertit autem deus*] id est in malum verti permisit: quemadmodum fertur in psalmo, Conuertit cor
2.Para.33. eorum vt odirent populum eius [*Et tradidit eos*] permisiuè [*Seruire militiæ cæli*] videlicet stellis &

duodecim signis atque planetis, quod quarto Reg. potissimè sub rege Manasse fecisse legitur [*Sicut scriptum est*] de Iudæorum idololatria [*in libro prophetarum*] scilicet Amos quinto, cuius liber pertinet ad totalem librum duodecim prophetarum, de quo Stephanus loquitur [*Nunquid victimas et hostias obtulistis mihi in deserto quadraginta annis domus Israel?*] Circa hoc dicunt Hieronymus Beda & glossa super Amos, quod ex eo tempore quo filij Israël adorauerunt vitulum aureum, vltra non obtulerunt hostias deo, sed idolis. Et quæ deo obtulisse leguntur, non voluntate sed metu pœnarum ei obtulerunt, Idcirco deus voluntatem magis quàm opus aspiciens, non reputat illa sibi oblata. Alij dicunt, quòd imò vtique post id tempus aliqua deo deuotè sacrificia obtulerunt, videlicet in dedicatione tabernaculi, & consecratione Aaron filiorúmque eius: pauca tamen deo sacrificia (vt isti asserunt) obtulerunt, quia super sacrificiis offerendis deus per Mosen dispensauit cum eis, sicut & de circuncisionis dilatione, propter incertum motum nubis. Et quia quod modicum est pro nihilo computatur, nunc dicuntur non obtulisse deo victimas infra tempus, quo in deserto fuerunt. De his opinionibus plenius dixi super Amos [*Et susceptistis tabernaculum Moloch*] id est fanum idoli nomine Moloch amplexati estis affectu, & illud idolum coluistis, quod post ingressum terræ Canaan feciſſe leguntur [*Et sydus dei vestri Rempham*] id est, stellam matutinam puta luciferum coluistis pro deo, ita quòd sydus nomine Rempham fuit à vobis deus reputatus. Sicque sydus dei vestri sumitur hîc intransitiuè, vt idem designent, sydus dei ve-
B stri, & sydus quod est deus vester. Hanc autem stellam multi idololatrarum ob eius venustatem ado- 3.Reg.12.
rant, secundum Hieronymum. [*Figuras quas feciſtis adorare eas*] id est, deorum istorum vestrorum imagines susceptistis, quas vobis intentione adorãdi eas feciſtis. [*Et transferam vos*] per captiuitatem in vltionem tanti facinoris [*Trans babylonem*] quod fuit dum decem tribus deductæ sunt in terras Assyriorum, Fxod.31.
& duæ in terram Chaldæorum. quia verò ad illas terras ducti sunt, per seu circa Damascum & Syriam, cuius metropolis est Damascus: ideo Amos quinto scribitur, Transmigrare vos faciam trãs Damascum. Itaque Stephanus quo ad hoc sensum magis quàm verba allegat. Itaque in his verbis loquitur Stephanus, partim de idololatria in deserto commissa, & partim de ea quæ facta est in terra promissionis. Consequenter Sanctus Stephanus templum volens laudare, à tabernaculo Mosi sumit exordium [*Tabernaculum testimonij*] quod Moses per manus Beseel & Ooliab fecit, in quo veritatis testimonia & diuina susceperit oracula, in quo fuit arca testamenti, & ante cuius fores causę sub testibus determinabãtur, propter quod meritò dictum est tabernaculũ testimonij [*Fuit cum patribus nostris in deserto*] Nam illud secum tulerunt postquam completum fuit & dedicatum, sicut disposuit illis deus, iubens vt inter eos maneret,
[*Loquens ad Mosen vt faceret illud*] id est fieri iuberet [*secundum formam quam viderat*] in monte Sinai iuxta id Exod. Inspice & fac secundum exemplar quod ibi in monte monstratum est [*Quod induxerunt susC cipientes patres nostri*] id est tabernaculum istud secum sumentes [*cum Iesu*] videlicet Iosue. qui dictus est
Osee, Ioſue, & Iesus, [*In possessionem gentium*] id est, in terram Chananæorum [*Quas expulit deus*] per occisionem & fugam, [*A facie patrum nostrorum,*] tempore Iosue, [*Vsque in diebus Dauid*] mansit & fuit tabernaculum istud in terra prædicta. Dauid verò transtulit arcam in ciuitatem Hierusalem. Ad tempus tamen fuit arca in terra Philistiim, sed hoc breue fuit [*Qui inuenit gratiam ante deum*] quia deo acceptus fuit beatissimus Dauid [*Et petiit vt inueniret tabernaculum deo Iacob*] id est deo Israël templum constituere posset, in quo arca dei poneretur, vt patet secundi Regum. Vnde quod ait inueniret, intelligi potest inueniri faceret, vel licentiam edificandi inueniret. [*Salomon autem ædificauit illi domum*] id est templum, 2.Reg.6.
à cuius ædificatione fuit Dauid à deo prohibitus, quoniam multum effuderat sanguinem. [*sed non excel* 1.Reg.4.
sius in manu, factis habitat] i. deus sublimis in ædificiis manu factis aut corporalibus non habitat: per aliquam circunscriptionem seu continentiam corporalem, cùm sit spiritus simplicissimus, & immensus, ha 2.Reg.7.
bitat tamen ibi per misericordiæ suæ operationem, & suæ potentiæ ostensionem. In ecclesiis verò ma- 3.Reg.5.
terialibus Christus quantùm ad naturam assumptã veraciter continetur, [*Sicut per prophetam dicit,*] scili- 6.7.
cet Esaiam, [*Cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum,*] id est adeo magnus sum imò im- Ioan.4.
mensus, vt hac metaphorica locutione id manifestem, me nullo loco concludi [*Quam domum ædificatis* 2.Para.6.
mihi] id est nullam dignam habitationem corporalem meæ maiestatis contentiuam per circunscriptionem, mihi parare valetis [*Aut quis locus requietionis meæ est?*] id est in nulla re extra me contineor, quiesco, Esaiæ.66.
D & circunscribor. Etsi in aliis quiescere dicitur deus, hoc est, per effectũ, ipse verò in seipso quiescit, quia ipse sibi est finis: nulliúsque eget, & in seipso plenè beatus est. Hoc & Salomon templo suo constructo
H professus est, dicens, Si cælum (inquit) & cæli cælorum te capere nequeunt, quantò magis domus hæc quam ædificaui? [*Nunne manus*] id est omnipotentia [*Mea fecit hæc omnia?*] Ideo omnibus extat sublimior, nec indiget loco, sicut nec ante omnium creationem. Et nunc est vbi & tunc, quemadmodũ tunc vbi & nunc, nec in se aliquo modo est variata, sed prædicationum diuersitas est ex parte effectuum. Cõsequenter zelo æquitatis inuehitur contra iniquos, & legem fuisse diuinitus datam fatetur [*Dura ceruice*] Deute.9.
id est mente indurata, sicut & Moses in Deutero. ait, Durissimæ ceruicis es populus. Et rursus, Ego scio Deute.31.
contentionem tuam, & ceruicem tuam durissimã [*Et incircuncisi corde a vitijs,*] ita quòd vitiis pleni estis
[*Et auribus*] à verbis perfidiæ. Propter quod Hieremias inquit, Omnes gentes habent præputium, omnis autem domus Israël incircuncisi sunt corde. Itemque. Hieremias. Circuncidamini, & auferte præputia Hiere.9.
cordium vestrorum [*Vos semper restitistis spiritui sancto,*] eius instinctum nõ prosequendo, & verbis san- Hiere.4.
ctorum ab ipso vnctorum contradicendo [*Sicut et patres vestri*] quorum nõ solùm carnis propagatione, sed & prauitatis imitatione filij estis. [*Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri?*] quasi dicat omnes, vel pene omnes sunt persecuti [*Et occiderunt eos qui prænunciauerunt de aduentu iusti*] videlicet Chri- 1.Petr.2.
sti, qui per excellentiam iustus vocatur, quippe in quo nulla vnquam iniustitia fuit: quia peccatum non

Cap. 7.

fecit,nec inuentus est dolus in ore eius. Essentialiter quoque iustus fonsque iustitiæ,secundum diuinam
extat naturam. Omne autem peccatum iniustitia quædam est, secundum quod iniustitia opponitur iu- E
stitiæ,quæ est virtus cõmunis,& omnis virtus. Non tamen vniuersos prophetas interfecerunt,sed quos-
2.Para. 24. dam,vt Esaiam,Ezechielem,Hieremiam,Amos,Zachariam filium Barachiæ seu Ioiadæ [*Cuius vos nunc*
proditores et homicidæ fuistis] quia cũ traditore eius fraudulenter de eius morte turpissima tractastis,&
Ioan.19. per manus militumfecistis crucifigi eundem. O quanta fuit huius sancti viri constantia,quãta fidei for-
titudo,quantus ardor amoris,quanta promptitudo ad moriendum pro Christo, quantus zelus iustitiæ
Exod.34. quanta securitas atque tranquillitas mentis. Sed in his omnibus glorificetur artifex summus paracletus,
Exod.31. spiritus sanctus [*Qui accepistis*]per Mosen [*Legem datam in Sinai in dispositione angelorum*] id est per eo-
rum obsequium deo principaliter conferente. [*Et non custodistis*] eam. Ex hõc elicitur quòd in datio-
ne legis plures angeli visi & obseruati sunt,quamuis de vno tanquam de principali faciat Moses mentio
Galat.3. nem. Vnde ad Galatas ait Apostolus,Lex ordinata est per angelos in manu mediatoris. [*Audientes autem*
hæc] verba iustæ increpationis,& rationabilis excusationis,victoriosęque informationis [*Dissecabantur*
cordibus suis] id est variis modis secabantur,& intra se quasi diuidebantur ac rumpebantur,quemadmo-
Prouer. 28 dũ mala olla in igne posita crepat & exilit,quia superbi,impatientes,& incorrigibiles erant. Quorũ per-
uersitatem atque insaniam multi sequuntur,qui dura ceruice arguẽtem corripiunt, & quo rationabilius
conuincuntur,eò plus irascuntur & indignantur] *Et stridebant dentibus in eum*] ita quòd instar rabidi ca-
nis mentis furorem forinsecus ostendebant. [*Cum autem esset Stephanus plenus spiritu sancto*] in cuius do- F
nis & sancto feruore in toto isto conflictu mirabiliter creuit,& gratiæ plenitudo in martyrio (quod est
actus charitatis)specialiter augmentatur [*Intendens in cælum,*] oculis mentis & corporis tanquam ad de-
sideratissimam patriam quam fuit mox ingressurus [*vidit gloriam dei*] ita quod beatitudinem & merce-
dem sibi paratam deus sibi ostendit prægustaréq; fecit [*Et Iesum stantem a dextris virtutis dei.*] Verba ista
pensando,videor mihi audire tonitruum. Quis enim huius beatissimi martyris excellentiam dignè mi-
retur? quis huius visionis magnificè exprimat qualitatem? quis demum in hac re diuinæ maiestatis pie-
tatem satis collaudet? Itaque vidit gloriam dei,id est,deum glorioſum,seu felicitatem, maiestatem & ex
cellentiam eius. Sed quomodo vidit? Per fidem, an per speciem? Et dicunt nonnulli quòd pro morula
Exod.33. illa vidit deum per speciem seu diumam essentiam clarè,sicut beati in patria. Quemadmodum datum est
2.Cor.10. Mosi & Paulo videre deum per speciem in hac vita,secundum Augustinum. Verum contra hoc alij sa-
tis apparenter obiiciunt,quòd deus ait ad Mosen, Non videbit me homo & viuet. Circa quod dicũt do
Exod.33. ctores communiter,quòd nullus in vita præsenti viuens vita humana, vtpote sensibus vtens corporeis,
possit videre deum per speciem,sed ab omnium organicarum virium operatione & vsu suspẽditur. Ste-
Esa.6. phanus autem hæc videns sensibus actualiter vtebatur loquens Iudæis. Hinc alij dicunt, quod gloriam G
Ezech.1. dei vidit visione imaginaria,quemadmodum Esaias,Ezechiel,& Micheas, Ioannes quoque in Apoca-
Mich.4. lypsi,& Daniel. In quorum omnium imaginaria virtute fuit per angelum effigies quædam formata,diui
Apoc. 7.15 næ maiestatis repræsentatiua. Cæteri dicunt,quòd effigies huiuscemodi corporalibus oculis sancti Ste-
Danie.7. phani fuit obiecta,sicut Ioannes Baptista vidit spiritũ sanctum in forma columbæ. Diuina autem virtu
Ioan.1. te potuit tale quid extra formari,& in cælo consistens visum Stephani immutare. Sed quoniã iuxta san-
Diony. cti & diuini Dionysij documenta,visio Dei anagogica extat sublimior quàm symbolica:imaginaria au-
tem visio ad symbolicam pertinet:potius reor quòd visio Stephani fuit anagogica,pura,& intellectualis
sine admixtione phantasmatũ,quomodo etiam sanctus Dauid diuinas habuit visiones,secundum docto
res. Visio quoque Stephani medio modo se habuit,inter visionẽ viæ per fidem,& patrię per speciẽ,erát-
que per splendidissimã quandã irradiationẽ increatæ æternæ lucis in superiori parte animæ eius, imò in
apice intellectus:sicut in contemplatione mysticæ Theologiæ seu vnitiuæ sapientiæ fieri solet. Insuper
qualiter Iesum in forma humana vidit? Dicunt quidam,quòd visus Stephani diuina potẽtia sic fuit cõ-
fortatus,quòd sua acie cælos peuetrãs vidit Iesum in cælo empyreo. Sed cum visio fiat intus suscipiẽdo
magis quà extra mittendo, alij astruunt, quòd corpus Christi visum Stephani immutauit. In potestate
etenim Christi est vt corpus suum faciat videri à longè sicut de propè. Imò cum corpus glorificatũ ple-
nè subiectum sit animæ suæ,in potestate animæ gloriosæ est,vt ad libitum eius corpus suum aliorũ vi-
Matth.3. sum immutet,vel nõ immutet. Visus est autẽ Iesus stare à dextris virtutis dei,qui est sua virtus ac fortitu-
Lucæ.3. do. seu omnipotentia. Et quia sedere est regnantis ac imperãtis, stare autẽ pugnantis & adiuuãtis, Mar- H
cus euangelista scribit Christum à dextris dei sedentẽ,& Stephanus vidit hunc stantem. Nam Iesus pro
milite suo pugnauit,eúmque adiuuit [*Et ait, Ecce video cælos apertos*] Hoc intelligendum est eo modo
quo in Christi baptismo cæli leguntur aperti, non vtique cp incorruptibilia illa corpora sint fracta si-
ue diuisa, sed quoniam intuentis oculum ab aspectu habitantis in cælo non impediebant, & forsitan
sancto Stephano aperti apparuerunt, ob lucis cuiusdam corporeæ emicationem desuper à corpore
Christi radiantem, sicut in magnis coruscationibus cæli aperti videntur [*Et filium hominis stantem*
à dextris virtutis dei] in quo omnium martyrum animata & roborata sunt corda, omniúmque fi-
delium fortificata est fides non parum [*Exclamantes autem voce magna, continuerunt aures suas*] ne ver-
ba sua æstimatione blasphema audirent, zelum dei se habere simulantes, eiusque iniuriam quasi per-
peti non valentes: sed ipsi tanquam filij falsitatis obstruxerunt eas veritati tam sublimi ac sanctæ
[*Et impetum fecerunt vnanimiter in eum*] id est pari malitia. Non enim ex charitate, sed ex infidelitate
vnanimitas illa processit [*Et eiicientes eum extra ciuitatem lapidabant*] in quo se legem seruare puta-
bant, secundum quam blasphemi lapidandi erant extra castra [*Et testes deposuerunt vestimenta sua secus*
pedes adolescentis qui vocabatur Saulus] Isti fuerunt testes mendosi, qui Stephanum de blasphemia ac-

A cusauerunt,& primi contra eum lapides iactauerũt. Nam per Mosen dominus iusit, vt manus testium
prima esset super eum qui fuerat lapidandus. Denique vestes suas exuerunt ne tactu illius inquinaren-
tur, & item, vt expeditiores essent ad fortiter proiiciendum, atque celeriter occidendum. Adolescens Deut.17.
verò hic,postea dictus est Paulus, qui aliorum vestes custodiens quasi omnium manibus lapidabat. [*Et* Actu.13.
lapidabant Stephanum inuocantem & dicentem, Domine Iesu suscipe spiritum meum.] Sic & Christus dice- Luc.23.
bat, Pater in manus tuas commendo spiritum meum. [*Positis autem*] id est flexis [*Genibus clamauit voce*
magna] quia ex magno & intimo charitatis affectu, & ex compassione errantium dixit, [*Domine ne sta-*
tuas] id est ignosce [*illis hoc peccatum*] Ecce pro se stans, pro interfectoribus suis, & pro interfectori-
bus tam crudelibus genua flectens orauit. In quo mira ipsius patientia & perfecta charitas declaratur, &
quòd superiora verba, non ex aliqua inordinata auersione, sed ex zelo iustitiæ atque amoris magnitu-
dine protulit. Sequutus est autem Stephanus documenta & opera Christi tam sublimiter quàm confor
miter implens quod docuit Christus, Orate pro persequentibus & calúniantibus vos: & sequens quod Matth.25.
egit in cruce, Pater, inquiens, ignosce illis. Sed nunquid tam sanctissima oratio Stephani poterat esse in- Luc. 23.
fructuosa? Nequaquam. Imò eius virtute Paulus creditur illustratus. [*Et cum hoc dixisset obdormiuit in do*
mino] Nam de corporis occisione, perrexit ad quietem dulcissimam patriæ, & fœliciter prorsus ob-
dormiuit in domino, qui eum in suæ immensæ claritatis assumpsit, demersit, absorbuitque abyssum
B [*Saulus autem erat consentiens neci illius*] tanquam persecutor ecclesiæ: idcirco particeps culpæ, secũdum Rom.1.
quod ipse postea docuit, quia morte digni sunt, non solùm qui faciunt, sed etiam qui consentiunt fa-
cientibus.

Explanatio cap. VIII. [*Facta est autem persequutio magna in ecclesia.*]

Articulus VIII.

[*Facta est autem in illa die*] qua lapidatus est Stephanus [*Persecutio magna in ecclesia*
quæ erat Hierosolymis.] Stephano nanque qui post Apostolos fuit vnus de primis
in fratribus tanquam blasphemo extincto, succẽsus est furor persidorum Iudæo-
rum contra conuersos ex Iudaismo, cœperúntque persequi eos atrociter [*Et om-*
nes] discipuli, vel penè omnes seu notabiliores & famosiores [*Dispersi sunt*] egrediẽ
do Hierusalem [*Per regiones Iudææ*] scilicet duarum tribuum [*Et Samariæ*] id est
decem tribuum [*Præter Apostolos*] qui tanquam dominici gregis arietes fuerunt
constantiores imò in hoc Christi doctrinam sunt imitati, dicentis, Cùm persecuti
C vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Denique dispersio ista occasio fuit salutis multorũ, dilatatio- Matth. 10.
nísque fidei inter eos ad quos peruenerũt dispersi: propter quod, vt Beda fatetur, Dei nutu id gerebatur:
vt tribulationis occasio fieret Euangelij seminarium. Constat quoque quòd ab exordio primitiuę eccle
siæ fides persecutionibus non est minorata, sed aucta, ideo fidei veritatem tuente, monstrante & glorifi
cante, aliàs millies fuisset extincta [*Curauerunt*] id est cum diligentia & cura sepelierunt [*Autem Stephanum*
viri timorati] qui fuerunt ex Iudaismo conuersi, filialem habentes timorem ad deum, & coram eo solici-
tè & cum metu & reuerentia ambulantes, quos imitari debemus, inter quos Gamaliel fertur fuisse. Vn-
de patescit quòd non penitus omnes Christiani à Hierusalem tunc fugerunt præter apostolos [*Et fecerũt* Hebr.12.
planctum magnum super eum] non propter damnum occisi (imò triumpho & glorificationi eius congratu
lari noscuntur) sed ex desiderio martyrizati, tam dulcis & optimi fratris desiderantes habere præsentiã,
maximè quando primitiua ecclesia adhuc erat tam praua. Fuit quoque consuetudo Iudæis, defunctos
suos, præsertim spectabiles, vehementer deplangere. Circa hunc locum Scholastica habet historia. Tunc
apostoli videntes, quòd ad gentes essent postmodum transituri, ordinauerunt Iacobum Alphæi filium
episcopum Hierosolymorum, & imposuerunt ei manus Petrus, Iacobus & Ioannes. Ideo non à pauco-
ribus quàm à tribus episcopis, episcopus hodie consecratur. [*Saulus autem deuastabat ecclesiam*] id est
Christianos persequebatur [*Per domos*] eorum [*Intrans*] ad quærendum eos [*Viros ac mulieres*] fideles [*Tra*
hens tradebat in custodiam] id est in carcerem. In quo crudelitas eius ostenditur, cp nec ætati pepercit nec
D sexui. Verũ ignorans in incredulitate fecit, paternarum suarum traditionum abundantius æmulator exi- Galat. 1.
stens. [*Igitur qui dispersi erant pertransibant*] per loca Iudææ atque Samariæ [*Euangelizantes*] id est prædi-
cantes [*Verbum dei*] Consequenter sanctus Lucas describit secundi diaconi inter septem, prædicationem
& opera [*Philippus autem*] qui supra legitur statim post Stephanum in diaconatum electus [*Descendens* Act.7.
in ciuitatem Samariæ] Samaria nunc accipitur non pro tota regione decem tribuum, sed pro ciuitate ei-
us metropoli [*Prædicabat illis christum, intendebant autem turbæ*] habitantes Samariam [*His quæ a*
Philippo dicebantur, vnanimiter audientes, & videntes signa quæ faciebat] Ex hoc loco, & item ex
his quæ apud Ioannem leguntur, monstratur quòd Samaritani hi prompti fuerunt ad susciendam
euangelicæ legis doctrinam. Nam ibi habetur quemadmodum rogauerunt Christum, vt apud eos ma-
neret, & quòd multi eorum crediderunt in ipsum, dicentes: quia hic est verè Saluator mundi.
[*Multi enim eorum qui habebant spiritus immundos*] puta obsessi [*clamantes voce magna exibant*] ab Ioan. 4.
obsessis, diaboli inuitè Christi potestate compulsi [*Multi autem paralytici et claudi curati sunt*] à Phi-
lippo. [*Factum est ergo gaudium magnum in illa ciuitate*] quia de sua illuminatione, conuersione,
infirmorum curatione, cæterisque dei beneficiis magnificè sunt gauisi. [*Vir autem quidam nomine*
simon, qui ante fuerat in ciuitate] Samariæ [*seducens gentem samariæ dicens se esse aliquem magum*]
scilicet aut vatem, seu filium dei, vel CHRISTVM [*Cui auscultabant omnes a minimo*] ratio-
ne vtente [*Vsque ad maximum, dicentes, Hic est virtus Dei, quæ dicitur magna.*] Nam propter mira 1.Cor.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ arte magica fecit, putabant quòd esset filius dei, & virtus eius, quemadmodum de Christo ait Apo E
stolus, Prædicamus Christum dei virtutem & dei sapientiam: imò vt scribit Hieronymus, Simon hic in
Hierony. tantam prorupit superbiam, vt diceret, Ego sum sermo dei, ego virtus dei, ego omnipotens. [*Attendebant autem eum propter quod multo tempore magicis suis dementasset*] id est mentis recto iudicio priuasset [*Eos*] vt
falsa pro veris susciperent. [*Cum autem credidissent Philippo*] qui ante crediderant Simoni [*Et in nomine Ie-
su Christi baptizarentur viri ac mulieres, tunc Simon & ipse credidit.*] Aliqui dicunt quòd ad tẽpus verè cre-
didit, sed post ad vomitum rediit. In Scholastica verò historia fertur, quòd fictè credidit, & fictè baptis-
ma suscepit, vt Philippo familiariter adhærendo ab ipso disceret artem talia signa agendi, qualia fecit Phi
lippus. Vnde Beda hic ait, Vel beati Philippi verbis & virtute deuictus veraciter domino credidit, vel
(quod magis credibile est) credere se quousque baptisma susciperet simulauit: vt quoniam laudis erat
auidissimus, ita vt Christum se credi velit (vt narrant historiæ) artes ab eo quibus miracula faceret disce-
Hierony. ret. Quod etiam suasores eius fecerunt, qui authoris sui malignis artibus instituti, ecclesiam qualibet ar-
te ingredi, & baptisma furari soliti erant [*Et cum baptizatus esset, adhærebat Philippo*] modo prædicto. Est
autem consuetudo scripturæ rem gestam narrare eo modo, quo cùm fieret, ab omnibus fieri putabatur,
vt ait Hieronymus, [*Videns etiam signa et virtutes maximas*] .i. præclara valde miracula [*Fieri*] per Philip-
pum, qualia ipse nunquam facere quiuit [*Stupens admirabatur*] maiora fieri verè, quàm ipse fecerat fictè
[*Cum autem audissent apostoli qui erant Hierosolymis, quia recepisset Samaria verbum dei*] hoc enim (vt dici- F
tur) Philippus iste eis insinuavit, rogans vt quidam eorum venirent Samariam ad imponendum manum
baptizatis, quatenus in signo visibili reciperent spiritum sanctum. Nam manus imponere baptizatis fuit
officium apostolorum, sicut & nunc episcoporum, qui sunt successores illorum. Ex quibus constat,
quòd Philippus iste non fuit apostolus [*Miserunt ad eos Petrum et Ioannem*] Si alij apostoli miserunt hos
duos principales apostolos, cur Arrius sinxit vnigenitum dei filium, patre esse minorem, quia à patre est
missus. [*Qui cum venissent, orauerunt pro ipsis vt acciperent spiritum sanctum*] cum signo sensibili, vt cum
dono linguarum. [*Nondum enim in quenquem illorum venerat*] cum signo visibili, inuisibiliter tamen venit
in eos, quia in baptismo receperunt remissionem & gratiam iustificantem, sicut nunc baptizati recipiũt
[*Sed baptizati tantum erant in nomine domini Iesu.*] Quod ait, tantũ, refertur ad nomen, baptizati, vt sit sen-
sus, quòd sic erant baptizati, quòd nondum cum signo sensibili spiritum sanctum erant sortiti, id est cũ
Act. 1. signo sensibiliter demõstrante spiritus sancti infusionem. Quare autem & quo sensu in primitiua eccle-
sia fiebat baptismus in nomine Iesu Christi, dictum est supra. [*Tunc imponebant manus super illos, & ac-
cipiebant spiritum sanctum*] cum signo visibili, sicut nunc dictum est, & cum plenitudine gratiæ amplio-
ris, secundum quod maius aut minus, ad hoc per mentis deuotionem se disposuerunt. [*Cum vidisset autem
Simon, quia per impositionem manus apostolorum daretur spiritus sanctus*] cum huiusmodi signo visibili [*Ob-* G
tulit eis] videlicet Petro & Ioanni [*Pecuniam, dicens, Date et mihi hanc potestatem, vt cuique imposuero manus
accipiat spiritum sanctum.*] In hoc multipliciter Simon peccauit. Nam & cupiditate lucri voluit hanc po-
testatem mercari, quatenus impiè emptam potestatem, alij quoque venundaret, & propter lucrum ma-
nus imponeret. Item quòd pro temporali spiritale bonum emere affectauit. Hinc à Simone isto Simo-
niaci nominãtur, qui pro temporali spiritale emunt & vendunt. Qui venditores, etiam dici possunt Gie
4.Reg.5. zitæ, à Giezi ministro Helizei, qui à Naaman Syro sumpsit pecuniã pro beneficio curationis à lepra [*Pe-
trus autem dixit ad eum*] zelo iustitiæ, & vt futuris obuiaret periculis [*Pecunia tua tecum sit in perditionem*] .i.
eam nolo, sed iustum est te cum ea perire. Porrò sancti viri est maledictionis sententiam proferunt, non
affectu vltionis, sed æquitatis id agunt [*Quoniam donum dei*] spiritale, quod in baptismo confertur [*Exisli-
masti pecunia possideri*] quasi esset tam vile, vt corporalibus compararetur. Hinc ait Saluator, Gratis acce-
Matth. 10. pistis, gratis date. [*Non est tibi pars, neque sors*] .i. salubris euentus [*in sermone isto*] vt scilicet ad manuũ tua-
rum impositionem detur spiritus sanctus. Vel in sermone isto .i. in potestate hac dandi spiritũ sanctum.
[*Cor enim tuum non est rectum coram deo*] sed peruersum & cupidum: quod deo reuelante Petrus cogno-
uit, & ex opere Simonis id pensauit. [*Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua et roga Deum, si forte remit
tatur tibi hæc cogitatio cordis tui,*] quia cogitasti cum cõsensu, pecuniam sic offerre. Quod ait Petrus, si for
tè, nõ ideo ait, quia peccatum Simonis fuit irremissibile, vel quia pœnitere non potuit: sed ad innuendũ,
quòd grauissimum fuit. Vel vt aliqui dicunt, quia in spiritu vidit Simonem pœnitentiam non acturum. H
Admonuit tamẽ eum ad hoc, sicut officij fuit. [*in felle enim amaritudinis*] .i. obliqua atque nequissima in-
tentione ad gehennalem amaritudinem deducente [*Et obligatione peccati*] .i. reatu damnationis seu grauis-
Luc. 3. tate ad inferos obligante [*Video*] .i. considero te esse. ¶ Hinc spiritus sanctus in specie colũbæ descendit,
Ioan.1. vt eos qui se accipere volũt, simplices & suaues esse debere doceret. Nẽpe qui fel amaritudinis in corde
seruat, quantũlibet baptizatus sit, non est iniquitatis suæ vinculis absolutus: sed quasi ad punctum ho
ra baptizandi purgatus, mox acriore dæmone septempliciter est oppressus. Frustra igitur spiritus sancti
Eccles.21. gratiam tentat acquirere, qui sese mente coruina nõ curat exuere. Hinc scriptum est, Non est sensus, vbi
Hebr.13. abundat amaritudo. Et ad Hebræos Paulus, Ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, &
per illam inquinentur multi. [*Respondens autem Simon, dixit, Precamini vos pro me ad dominum, vt nihil ve-
niat super me horum quæ dixistis*] id est ne peccata hæc mihi ad damnationem imputẽtur. Interdum impij
verba humilitatem prætendentia, mente proferunt vitiosa, & pro se orari ac sibi ignosci precantur non
dei amore aut zelo iustitiæ, sed timore pœnarum. Est enim qui nequiter se humiliat, & interiora eius
plena sunt dolo. Sic Achaz dixit ad Esaiam, Non tentabo dominum. Et Antiochus se Iudæum futu-
Eccle.19. rum spopondit. [*Et illi quidem*] videlicet Petrus & Ioannes [*Testificati*] id est verbis & miraculis ve-
Esa.71.7. rum esse testati, [*Et loquuti verbum dei redibant Hierosolymam, & multis ciuitatibus Samaritanorum euangeli-*
2.Mac.9. *zabant*] prædicando in vrbibus per quas reuertebantur. [*Angelus autem domini loquutus est ad Philippum*]

A Diaconum [*Dicens,*] An apparitio ista atque loquutio fuerit intus an foris exhibita, certum non reor.
[*Surge, & vade contra meridianum*] id est versus plagam australem [*Ad viam quæ descendit ab Hierusalem
in Gazam, hæc*] scilicet Gaza de qua loquor [*Est deserta*] id est destructa. Hoc dicitur ad differentiam al- Sopho.2.
terius Gazæ, quæ fuit alio loco post prioris Gazæ destructionem ædificata in terra Philistiim [*Et sur-* Iudic.16.
gens abiit] promptè obediens, nec causam iussionis inquirens. Quo informamur, vt subditi superioribus
sine superflua inquisitione statim obediant. Imò olim sancti subditi patribus suis, etiam in his quæ vel
irrationabilia, vel inutilia videbantur, obedierunt celeriter. [*Et ecce vir Aethiops Eunuchus potens Candacis
reginæ Aethiopum*] Meritò homo iste vir vocatur, ab animi vigore, & virtute, qui tam studiosus in diui-
nis fuit codicibus, tantúmque religionis diuinæ amorem possedit, vt aula regali deaurata relicta, à fini-
bus terræ ad templum Hierusalem properaret. Eunuchus quoque vocatur, vel quia castratus, vel ob
probitatem morum & castitatem. Quemadmodum ait Saluator, Sunt eunuchi qui se castrauerunt pro- Matth. 19.
pter regnum dei. Fuit autem custos thesaurorum reginæ Aethiopum, & (vt in Scholastica fertur histo-
ria) consuetudo fuit Eunuchorum, custodire thesauros potentum. Beda quoque affirmat, quòd moris
fuit huic Aethiopum nationi, à fœminis gubernari, eáque Candaces vocari. Ex his patet intellectus e-
ius quod subditur, [*Qui erat super omnes gazas eius*] id est thesauros [*Venerat*] in curru [*Adorare in Hie-
rusalem*] Erat enim vnius veri dei cultor, & ad Iudaismum videtur fuisse conuersus, quia, vt subditur, le-
B git Esaiam prophetam. Vnde perpenditur, quòd & alios libros legis ac prophetarũ habuerit. Iudæi au-
tem per mundum dispersi, quosdam Gentilium hinc inde conuerterunt, qui certis temporibus venerũt
ad templum Hierusalem adorare deum, quemadmodum etiam in Ioanne legitur, quòd quidam Gen-
tilium venerũt ad diem festum. Et 2. Machabæorum narratur, quòd templum Hierusalem fuit per totũ Ioan.7.
orbem venerabile & famosum. [*Et reuertebatur*] de templo ad propria [*sedens super currum suum, legensque* 2.Mac.2.
Esaiam prophetam. Dixit autem spiritus Philippo] hoc de locutione interna accipit Beda. Potestque per spi-
ritum hoc loco intelligi angelus, qui paulò ante loquutus fuit Philippo, & itẽ spiritus sanctus, cuius in-
stinctu agebatur Philippus, [*Accede, & adiunge te ad currum istum, Accurrens autem Philippus audiuit eum
legentem Esaiam prophetam, & dixit, Putas ne intelligis quæ legis? Et dixit, Quomodo possum, nisi aliquis ostende
rit mihi?*] Quæritur qua lingua loquebantur isti adinuicem. Et de Philippo nõ dubium est quin donum Act.2.
linguarum acceperit sicut apostoli. Idcirco potuit affari Eunuchum in linga illius. De Eunucho autem
incertum est, an sciuit linguam Hebraã, & an textus Esaiæ quem legit fuit verbis Hebraicis scriptus an
Græcis. Nam eo tempore translatio septuaginta fuit famosa. Solẽt autem officiales regum & reginarum
diuersas discere linguas. [*Rogauitque Philippum vt ascenderet et sederet secum.*] Ex apparatu nẽpe Philippi,
considerauit quòd vir esset religiosus. [*Locus autem scripturæ quam legebat erat, Tunquam ouis ad occisio-*
C *nem ductus est, et sicut agnus coram tondente est sine voce, sic non aperuit os suum.*] Ista ad literam de Christo
in Esaia scripta sunt. Christus enim cum mansuetudine summa, mititate, & taciturnitate ad locũ iuit sup Esa. 52.
plicij, quamuis paucissima quædam verba in via ad mulieres protulerit. Ipse est agnus de quo dixit præ- Ioan.1.
cursor. Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi. Qui per Hieremiam profitetur, Ego quasi agnus inno- Hiere.11.
cens, qui portatur ad victimã. Atque in Psal. Quasi lugens & contristatus sic humiliabar [*in humilitate iu* Psal.34.
dicium eius sublatum est] id est Christus ob humilitatẽ, paupertatem & abiectionem, quam pro nobis acce
pit, contẽptus est, & iniustus diiudicatus est, seu iusto iudicio spoliatus. Allegat autem Lucas scripturã
hanc secundum trãslationem 70. Nostra verò trãslatio habet sic, De angustia & de iudicio sublatus est, Rom.6.
id est de anxietate, pœnáque mortis, & de iudicio quo ab impiis adiudicatus est morti. Vel de iudicio,
quo cæteri sancti detinebantur in limbo, liberatus est Christus à morte resurgens, & victor ascẽdens ad
patrem [*Generationem eius quis enarrabit?*] quasi dicat perfectè enarrari & comprehendi nequit. Quod de
generatione Christi æterna atque diuina certissimum est. Incarnationis quoque mysterium incompre-
hẽsibile extat, nec affari quis potest plenarièque, quomodo inuariabilis æternúsque deus, de nouo sit ex vir-
gine natus. Quomodo diuina & humana natura in Christo hypostaticè sunt vnitæ, qualiter clauso pro-
diit vtero. Insuper generatio Christi spiritalis, videlicet multiplicatio fideliũ per baptismi regeneratio- Lucæ 2.
nem, ac fidei susceptionem, mira est nimis. Maximum nanque miraculum est conuersio mundi ad tam
arduam legem & incomprehensibilem fidem, & quòd illum mundus pro deo vero adorat, qui tam tur
D pissima morte occisus est. Hinc sequitur, [*Quoniam tolletur de terra vita eius*] id est ipse occidetur, & de
hominum in terra viuentium consortio auferetur. Non casu, sed spiritus sancti dispositione hũc passum
Esaiæ legit Eunuchus, vt hac occasione conuenientius atque facilius induceretur ad fidem. [*Respondens* Sap. 2.
autem Eunuchus Philippo, dixit, Obsecro te, de quo propheta dicit hoc, de se, an de alio aliquo?] Magna fuit stu-
diositas huius Gentilis: & eius diligentia nostram confundit pigritiam, qua sacras scripturas negligimus
discere. [*Aperiens autem Philippus os suum*] tanquam ordinatè & de magno mysterio loquuturus [*Et in-
cipiens a scriptura ista, euangelizauit illis Iesum*] quid de eo esset credendum. [*Et dum irent per viam*] non
pedestres, quia in curru sedebant, sed ibant per viam, quia vehiculo illo processerunt in via [*Venerunt
ad quandam aquam.*] [*Et ait Eunuchus, Ecce aqua. Quis me prohibet baptizari?*] quasi dicat, rationabile impedi-
mentum non occurrit. [*Dixit autem ei Philippus, si credis ex toto corde*] id est intellectum tuum tota-
liter subiicis fidei, & nulla tibi inest dubitatio de fidei veritate [*Licet*] te baptizari. Hinc adulti dum
baptizandi sunt, fidem suam profitentur, pro infantibus autem respondent leuantes de fonte [*Et re-
spondens ait, Credo dei filium esse Iesum. Et iussit stare currum. Et descenderunt vterque in aquam, et ba-
ptizauit eum.*] Eunuchus vtique magnam secum familiam habuit, nec tamen coram illis se nudare,
ac lauari erubuit, dum coram deo de propriis verecundabatur peccatis. Quo confunduntur qui ho-
minum magis quàm dei reuerentur aut verentur aspectum. [*Cum autem ascendissent de aqua, spiritus do-
mini rapuit Philippum*] id est de loco illo ad alium subitò mirabiliter transtulit. Et per spiritum domini,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hieronym. Dan.14. Hieronymus angelum dei intelligit. Eſtque ſimile, quod in Daniele de Abacuch ſcribitur, qualiter angelus de Iudæa in Babylonem tulerit eum pilo capitis ſui. Quidam verò per ſpiritum domini, ſpiritum ſanctum accipiunt. Sed primũ eſt melius. Per ſubiectam quippe creaturam, fecit hoc omnipotentia ſpiritus ſancti [*Et amplius non vidit eum eunuchus*] repente enim & celerrimo motu diſparuit. Denique totum hoc ad confirmationem fidei in Eunucho peractum eſt, vt per tam mirabilem raptum ſciret Eunuchus, quòd diuino nutu Philippus ad ipſum deuenerit: eſtque credibile, quòd Philippus dixit Eunucho iam credenti, quomodo angelo imperante veniſſet. [*Ibat autem per viam ſuam gaudens*] id eſt Eunuchus cum ingenti receſſit lætitia, quòd tantam circa ſe prouidentiam dei, pietatem & gratiam eſſet expertus. Nec dubium quin ſpiritus ſanctus ſingulari conſolatione, perfectione & gratia, cor eius impleuerit. Et fortè reuerſus ad propria, quoſdam ſuæ gratiæ fecit participes, eos conuertendo ad Chriſtum. [*Philippus autem inuentus eſt in Azoto*] fortè vſque illam Philiſtinorum vrbem tranſtulit eum ſpiritus domini [*Et pertranſiens euangelizauit ciuitatibus cunctis*] quas habebat in via obuias ſibi [*Donec veniret Cæſaream*] ſcilicet Paleſtinæ, in qua habuit domum, quæ (vt aſſerit Beda) vſque hodie demonſtratur. cubiculum quoque filiarum eius, virginum prophetiſſarum, de quibus infra habetur: ſed demonſtrationem illam, puto ad tempus præteritum referendam: an verò iam ita ſit, neſcio.

Act. 12.

E

F

Elucidatio cap. 1x. [*Saulus adhuc ſpirans minarum & cædis.*]

Articulus 1x.

Act.8. IRca principium præcedentis capituli dixit Lucas, Saulus autem deuaſtábat eccleſiam. Nunc ad illud verba ſua cõtinuans, proſequitur quod incœpit [*Saulus adhuc ſpirans minarum et cædis*] id eſt minas & perſecutiones ex intimis ſuis effundens [*In diſcipulos domini, acceßit ad principem ſacerdotum, et petijt ab eo epiſtolas*] deferendas à ſe [*In Damaſcum, ad ſynagogas,*] id eſt Iudæorum congregationes ibi manentes [*Vt ſi quos inueniret huius vitæ*] ſcilicet euangelicæ legis [*Viros ac mulieres, vinctos perduceret in Hieruſalem*] vt ibi iuxta decretum pontificis punirentur. [*Et cum iter ageret, contigit vt appropinquaret Damaſco, et ſubito circunfulſit eum lux de cælo*] Fuſtque lux illa ſenſibilis, quam viderunt gradientes cum Paulo, vt infra habetur, & per circunfulgentiam iſtam ſenſibilem, inſinuabatur, quòd intellectuali luce fuit intus mox perfundendus, cuius necdum extitit capax [*Et cadens in terram*] præ pauore, ſtupore, & admiratione. Neſciuit enim quid ei acciderit, aut quid circunfulſio illa tam repentina atque inſolita, deſignaret [*Audiuit vocem dicentem ſibi, Saule Saule, quid me perſequeris?*] Tãta eſt dilectio & vnitas Chriſti ad ſuos fideles, qui & myſticum Chriſti corpus vocantur, vt quicquid boni aũt mali fuerit illis irrogatum, ſibi reputet factum. Quemadmodum in Euangelio ait, Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare: nudus fui, & non operuiſtis me. Et itẽ, Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Sic & per Zachariam denunciat. Qui tetigerit vos, tanget pupillam oculi mei. Itaque Paulus Chriſtum in membris ſuis perſequebatur. Similiter omnes qui alios ad vitia trahunt aut ſcandalizant, Chriſtum perſequuntur: nam illas euertunt animas, pro quibus ſuũ ſanguinem fudit ſaluator. propter quod ait Apoſtolus, peccantes in fratres, & percutientes conſcientiam eorum infirmam, in Chriſtum peccatis, [*Qui dixit, Quis es domine?*] qui me tam potenter ac ſubitò proſtrauiſti, tam valde terruiſti? [*Et ille, Ego ſum Ieſus Nazarenus, quem tu perſequeris*] Nõ dixit ego ſum deus, vnigenitus dei, ſed ego ſum Ieſus Nazarenus, tanẽ dicat, Humilitatẽ meam aſſume, & ſuperbiæ tuæ ſquamas depone [*Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare*] Qui contra ſtimulũ calcitrat, ſeipſum, non ſtimulũ lædit. Et quò fortius ſeruentiúſque recalcitrat, eò ſe grauius vulnerat. Similiter vniuerſis qui ſe Chriſto opponunt contingit: ſibi enim nocent, non illi. Et quò magis in illum inſaniunt, eò infœlicius perire noſcuntur. Itaque durum eſt contra ſtimulum calcitrare, id eſt potentiori reſiſtere: cui qui reſiſtit, nihil proficit, ſed penitus deficit. [*Et tremens*] corpore [*Ac ſtupens*] mẽte [*Dixit, Domine, quid me vis facere?*] Chriſti maieſtate cognita & experta (quem paulò ante inter deſcendentes in lacum æſtimauit) miratus eſt vehementer, & de ſuo confuſus errore: mentem quoque & carnem eius ingens horror concuſſit, móxque in verba perfectę conuerſionis ac plenæ obediẽtiæ prorupit dicendo, Domine quid me vis facere? Tanquam dicat, Tuum eſt imperare, meum parére. Quicquid placuerit tibi, iniunge, ad omnia ſum paratus. Sic ſubditi ſuperioribus ſuis dicere debent. Verùm (vt ait Bernardus) plures ſunt imbecilles, quibus cæci illius verba à ſuperiori dici oporteat. Quid vis faciam tibi? Iam ergo paulus cœpit intus radio veritatis perfundi [*Et dominus ad eum, Surge*] adhuc enim iacebat proſtratus in terram. Surge etiam ab erroribus & peccatis, à crudelitate, à cœpto propoſito vitioſo [*Et ingredere ciuitatem*] Damaſcum [*Et dicetur tibi*] ibi à quodam diſcipulo [*Quid te oporteat facere.*] His verbis ſocialis vita commendatur & declaratur, quòd quæ à deo ſunt, ordinata ſunt, quódque voluntas dei ſit, vt homo ab homine inſtruatur: & quòd volentes ſaluari, deuotos ac religioſos debeant viſitare, audire, & ſequi eorum conſilium ac doctrinam. Etenim (ſicut Salomon ait) frater qui adiuuatur à fratre, quaſi ciuitas munita. [*Viri autem qui comitabantur cum eo, ſtabant ſtupefacti*] de pauli proſtratione & humili loquutione, cæleſtiſque lucis diffuſione [*Audientes quidem vocem*] pauli, non Chriſti, ſecundum quod infra aſſerit paulus, Viri qui mecum erant ſtupefacti, vocem autem non audierunt eius qui loquebatur mecum [*Neminem autem videntes*] ad quem paulus verba ſua dirigeret, ſeipſos tamen & paulum viderunt. [*Surrexit autem Saulus de terra, apertiſque oculis nihil videbat.*] obfuſcatus ſplendore lucis in quam oculos fixit, magis autem propter mentis raptum in deum: cuius in illo tãta fuit occupatio, quòd exteriorum ſenſuum caruit vſu

Matt.25. Eodem. Zach. 2. 1.Cor.8.

Bernard. Luc.18.

Roma.13.

Proue.18.

Actu.22.

G

H

A [*Ad manum autem illum trahentes, introduxerunt Damaſcum*] in tantùm fuit in Paulo corpralis natura ſuis viribus deſtituta ex alteratione timoris, ſtuporis, & contemplationis interius factę, quòd per ſe proficiſci non potuit. Sic enim & Daniel ait ad angelum, Domine in viſione tua diſſolutæ ſunt compages meæ, & nihil in me remanſit virium. [*Et erat tribus diebus non videns*] oculo corporali [*Et non manducauit neque bibit*] Tanta fuit in eo eleuatio mentis ad deum, quod vires ſenſitiuæ ac vegetatiuæ à ſuis actibus fuerunt ſuſpenſæ. Conſtat enim, quòd quantò anima intentius occupatur circa operationem vnius potentiæ, tantò plus in aliarum actibus potentiarum remittitur. Nempe infra hoc triduum creditur raptus fuiſſe vſque ad tertium cælum, vidiſſéque deum per ſpeciem, & audiſſe arcana verba, quæ non licet homini loqui, quemadmodum in ſecunda ad Corinth. proteſtatur epiſtola, In quo etiam triduo creditur à ſpiritu ſancto Euangelium didiciſſe, prout ait ad Gal. Neque ab homine, inquiens, accepi illud, neque didici, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti. [*Erat autem quidam diſcipulus Damaſci nomine Ananias. et dixit ad illum in viſu dominus*] id eſt in viſione, forſitan tempore ſomni. [*Anania, At ille ait, Ecce ego domine*] Sic quoque deus frequenter (ſicut in Geneſi legitur) ad Iacob in ſomno per angelum dixit, Iacob Iacob. Qui reſpondit, Adſum. [*Et dominus ad illum, Surge et vade in vicum, qui vocatur Rectus, et quære in domo Iudæ saulum nomine Tharſenſem*] Fortè hoſpes Pauli vocatus eſt Iudas. Paulus quoque appellatur Tharſenſis, quia à ciuitate Tharſo extitit oriundus [*Ecce enim orat*] Quaſi dicat, Ne timeas, quia non crudelitati, ſed deuotioni & orationi intentus eſt, mutatus eſt in alium virum, factus eſt de lupo agnus: de Saulo ſuperbo, humilis Paulus. Porrò cum paulus à raptu præfato ad ſe ipſum rediiſſet, deo gratias agens cœpit orare [*Et vidit*] ipſe paulus in ſpiritali, ac imaginaria viſione [*Virum nomine Ananiam introeuntem ad ſe, et imponentem ſibi manus, vt viſum recipiat*] Antequàm enim Ananias corporaliter ad Paulum veniret, deus eius aduentum paulo in ſpiritu præmonſtrauit, apparebátque paulo, quòd Ananias manus ſibi imponeret, vt reciperet viſum, quod & paulò poſt realiter geſtum eſt. [*Reſpondit Ananias*] excuſare ſe volens. [*Domine audiui a multis de viro hoc, quanta mala*] pœnalia [*Fecerit ſanctis tuis in Hieruſalem. Et hic habet poteſtatem a principibus ſacerdotum vinciendi omnes, qui inuocant nomen tuum. Et dominus ad eum, Vade*] intrepidus [*Quoniam vas electionis mihi eſt iſte*] id eſt valde electum gratiæ receptaculum. Eſt autem conſuetudo linguæ Hebrææ, vt omne alicuius ſuſceptiuum, vas appelletur [*Vt portet nomen meum*] id eſt prædicandò inſinuet [*coram gentibus et regibus, et filiis Iſrael. Ego enim oſtendam illi*] per præuiam reuelationem [*Quanta oporteat eum pati pro nomine meo*] ſcilicet pro meipſo, vt per multas tribulationes probetur vas electum: & pœnas quas intulit ſanctis, nunc demum patiatur cum ſanctis [*Et abiit Ananias, & imponens ei manus dixit, Saule frater, dominus miſit me Ieſus, vt videas*] corporaliter [*Et impleáris ſpiritu ſancto*] id eſt gratia implearis abundantiori in ſuſceptione baptiſmi, in quo gratia ſacramentalis confertur. [*Et confeſtim ceciderunt ab oculis eius tanquam ſquammæ*] id eſt maculæ quædam albæ, ſimiles lucentibus piſcium ſquamis, quas quidam dicunt in oculis pauli cauſatas ab excerſiſsimo illo lumine ipſum cæcante [*Et viſum*] id eſt vſum oculorum [*Recepit. Et ſurgens, baptizatus eſt. Et cum accepiſſet cibum confortatus eſt*] corpore, quod propter contemplationis exceſſum, fuit valde debilitatum [*Fuit autem cum diſcipulis*] ſcilicet Chriſtianis [*Qui erant Damaſci*] ductus ad eos per Ananiam [*per dies aliquot. Et continuo*] ſcilicet ſtatim poſt baptiſmum [*Ingreſſus in ſynagogas, prædicabat Ieſum, quoniam hic eſt filius dei*] naturalis, conſubſtatialis, æternus, non adoptiuus. Per hoc (ſicut Rabanus ait) dat paulus exemplum non erubeſcendi mutare ſententias, vt pateat veritas. [*stupebant autem omnes qui eum audiebant & dicebant, Nunne hic eſt qui expugnabat in Hieruſalem eos qui inuocabant nomen iſtud? Et huc ad hoc venit, vt vinctos illos*] id eſt nomen iſtud in Damaſco inuocantes [*Duceret ad principes ſacerdotum? saulus autem magis conualeſcebat*] Operando enim & loquendo quæ dei ſunt, profecit in gratia, & feruor ſanctus in ipſo prævaluit. Nam ſicut peccato gratia minoratur, ſic actibus virtuoſis augetur [*Et confundebat iudæos qui habitabant Damaſci.*] Nam per ſcripturas legis prophetarum, eis monſtrauit veniſſe Meſsiam, nec quibant ei reſiſtere [*Affirmans quoniam hic eſt chriſtus*] mundi Saluator. [*Cum autem implerentur dies multi, concilium fecerunt iudæi*] in Damaſco manentes [*Vt eum interficerent*] cui per rationem reſiſtere non valebant. Solent enim duri & incorrigibiles perſequi eos à quibus redarguuntur. [*Notæ autem factæ ſunt saulo*] vel per fratrum intimationem, vel per reuelationem diuinam [*Inſidiæ eorum. Cuſtodiebant autem portas*] Damaſci [*Die ac nocte*] miniſtri præpoſiti Damaſci [*Vt eum interficerent*] non Iudæi, ſed ciues Damaſci & præpoſitus Aretæ regis, ad Iudæorum inſtantiam, ſicut ad Corinthios ſcribit Apoſtolus, Damaſci præpoſitus gentis Aretæ regis cuſtodiebat ciuitatem Damaſcenorum, vt me comprehenderet. [*Accipientes autem cum diſcipuli nocte, dimiſerunt eum per murum, ſubmittentes in ſporta*] non quòd paulus timeret mori pro Chriſto, ſed quia maiorem producere fructum in Eccleſia concupiuit. Ex quo etiam patet, quòd interdum liceat humanæ induſtriæ vti ſubſidio, vt vitentur pericula. [*Cum autem veniſſet in Hieruſalem, tentauit ſe iungere diſcipulis*] Omnis enim caro ad ſibi ſimilem iungitur. [*Et omnes timebant eum, non credentes quod eſſet diſcipulus. Barnabas autem apprehenſum eum duxit ad Apoſtolos, & narrauit illis, quomodo in via*] verſus Damaſcum [*Vidiſſet dominum*] Ieſum [*Et quia loquutus eſt ei, & quomodo in Damaſco fiducialiter egerit in nomine Ieſu*] eum cum grandi fiducia fideliter prædicando. Scriptura hæc loquitur quaſi paulus ſtatim poſt ſuam in Damaſco baptizationem ac prædicationem veniſſet Hieruſalem, ſed obuiat, quòd ipſemet de ſe ſcribit ad Galatas, Non veni, inquiens, Hieroſolymam ad anteceſſores meos Apoſtolos, ſed abij in Arabiam, & iterum reuerſus ſum Damaſcum. Deinde poſt annos tres veni Hieroſolymam videre Petrum, & manſi apud eum diebus quindecim. Alium autem Apoſtolorũ vidi neminem, niſi Iacobum fratrẽ domini. Ex quibus pateſcit quòd

Dan. 12. 1.Cor.12. Galat. 1. Gene.31. Sap.3. Ecclc.13. 2.Cor.11. Galat.1.

B C D

Universidad de Deusto
Biblioteca

bis prædicauerit in Damasco, scilicet primò statim post suum baptismum, & rursus postquam ab Arabia esset ad eam reuersus antequam venit Hierusalem. Alij autem affirmant quòd citò post suam conuersionem venit Hierusalem. Si enim tam diu tardasset, discipuli in Hierusalē bene percepissent conuersionem & prædicationem ipsius, præsertim in Damasco factam, nec eum in primo suo ad eos accessu vitassent. Veruntamen, vt isti asserunt, non reputatur tunc venisse Hierusalem, quia mox abiit. Hinc quod dictum est de fuga Pauli à Damasco, quidam referūt ad tēpus quo primo prædicauit ibidē, alij ad illud, quo secūdo [*Et erat cum illis*] puta discipulis atque apostolis, saltem Petro & Iacobo Hierosolymitarum episcopo [*intrans & exiens & fiducialiter agens in domino. Loquebatur quoque Gentibus,*] qui venerunt Hierusalem adorare, vel quos alibi reperit [*Et disputabat cum Græcis*] id est Iudæis ex Græcia natis omnibus his loquebatur de Christo [*illi autem*] videlicet Græci [*Quærebant occidere eum. Quod cum cognouissent fratres, deduxerunt eum nocte Cæsaream*] ciuitatem Palestinæ [*Et dimiserunt Tharsum*] vrbem de qua fuerat natus [*Considerantes enim fratres*] scilicet Christiani inter quos fuit, quàm vtilis esset ecclesiæ propter sapientiam sibi datam, curauerunt eum à morte subtrahere [*Ecclesia quidem per totam Iudæam et Samariam et Galilæam habebat pacem*] pectoris & temporis, ita quòd fuit mente quieta in deo, & ab hominum persecutione quiescens. Post persecutionem enim occisionem Stephani subsequentem, data est pax hæc Christianis à deo, qui post tempestatem tranquillum facit, & post fletum consolationem infundit, & ædificabatur in virtutibus, vno alium ad meliora prouocante, & spiritu sancto sibi in omnibus mansionem construente, ambulans de virtute in virtutem, de via ad patriam, de bono in melius [*In timore domini*] filiali, sancto & casto [*Et consolatione spiritus replebatur*] quæ tunc valde necessaria fuit, quando deuotissimi Christiani omnes carnales consolationes spreuerunt. Consequenter ad enaranda principia apostolorum gesta & documenta, Lucas reuertitur [*Factum est autem Petrum, dum pertranseret vniuersos*] id est fideles in Iudæa hinc inde celeriter visitaret, eos in fide & gratia roborando ac plurimos conuertendo [*Venire ad sanctos*] id est Christianos valde virtuosos [*qui habitant Liddæ*] id est in ciuitate sic dicta. [*Inuenit autem ibi hominem nomine Aneam, ab annis octo iacentem in grabbato, qui erat paralyticus*] ideo ambulare non potuit, quia contractus [*Et ait illi Petrus, Aenea, sanet te dominus Iesus Christus, surge et sterne tibi. Et continuo surrexit. Et viderunt illū omnes qui erant Liddæ et Sarronæ*] id est in vrbibus istis [*qui conuersi sunt ad dominum*] nec hoc extitit leuitatis, quia infirmitas illa fuit incurabilis per naturam. Nec curatio eius fuit mirabilior ꝯ modus curandi, quod scilicet, ad vnius verbi prolationem tanta infirmitas tam subitò atque totaliter est repulsa. Petrus quoque sapientissimè disseruit eis de Christo, & eius mysteriis atque miraculis, quibus auditis & visis crediderunt in Christum. [*In Ioppe autem*] ciuitate præantiqua [*Fuit quædam discipula nomine Tabitha*] in Hebræo. [*Quæ interpretata dicitur Dorcas*] in Græco, in quo Lucas hunc scripsit librum, Latinè verò dicitur Damula, vel Caprea. [*Hæc erat plena operibus bonis, et eleemosynis quas faciebat. Factum est autem in diebus illis, vt infirmata moreretur. Quam cum lauissent posuerunt eam in cœnaculo*] domus suæ. [*Cum autem prope esset*] id est parum distaret. [*Lidda ab Ioppe, discipuli audientes quia Petrus esset in ea duos viros miserunt ad eum, rogantes, ne pigriteris venire ad nos. Et cum venisset duxerunt eum in cœnaculum. Et circunsteterunt eum omnes viduæ, flentes, et ostendentes tunicas et vestes, quas faciebat illis Dorcas*] vt per hoc Petrū ad compassionem suam, & ad suscitationem defunctæ inducerent [*Eiectis autem omnibus foras*] vt Christū sequeretur, qui in suscitatione filiæ archisynagogi penè omnes eiecit. Et item, vt in secreto liberius quietiúsque oraret, & vt ostentationem doceret vitandam [*Petrus ponens*] id est in terra humiliter figens [*Genua, orauit*] cuius verba Lucas non recitat. Orando autem intellexit se spiritu reuelāte interius exauditum [*vt conuersus ad corpus dixit, Tabitha surge*] id est tu corpus exanime denuo animāre & viue, ac surge de mortis sopore. Pars ergo pro toto est posita [*At illa aperuit oculos suos, & viso Petro resedit*] sicque sensu ac motu monstrauit se viuere. & in isto rursus miraculo, modus agendi præclarus est. Nec enim Helias nec Heliseus tam faciliter, tamque celeriter mortuos suscitauerunt, vt Petrus hanc fœminam. [*Dans autem illi manum, erexit eam. Et cum vocasset sanctos ac viduas, assignauit eam viuam*] ostendens se eorum desiderio satisfeciisse. [*Notum autem factum est per vniuersam Ioppen, et crediderunt multi in domino*] Nam vera suscitatio mortuorum, sola dei omnipotentis sit potestate. Vnde ob aliorum conuersionem præsertim suscitata est fœmina ista, & etiam propter consolationem fidelium viduarum: alioquin tam sanctæ mulieri melius videretur non suscitari, quàm ad vitam hanc miseram reuocari: nisi fortè propter maius meritum eius [*Factum est autem vt dies multos moraretur in Ioppe, apud Simonem quendam coriarium*] vel vt alij dicunt curiarium. Vel quia coria parauit, aut curialis fuit. Aliqui etiam sic vocantur sine proprietate per nomen significata. Porrò (secundum Bedam) per Tabitham hanc seu Damulam vel Capream, intelliguntur animæ virtutum studio alitæ, quamuis hominum æstimatione viles. Damula quippe & Caprea animalia sunt in natura similima, sed magnitudine differentia: quæ in sublimibus montibus habitant, & de longinquo omnes qui veniunt vident. Vnde ab acumine visus Græcè dorcades appellantur. Sic sancti meritis operum in excelsis habitantes, mentis contemplatione supernis intendunt, ibíque summa semper & cauta circunspectione, inuigilant, & quid futurum sit, eísve accidere queat, vigilanter perpendunt. Huiusmodi animarum si quæ per fragilitatem, aut ignorantiam lapsa fuerit in peccatum, continuò à viris perfectis ad vitam gratiæ reducitur.

Act.7.8. Iudith.8. Psalm.83. Matth.9. Marc.5. 3.Reg.17. 4.Reg.4.

Elucidatio cap. x. [*Vir autem quidam erat in Cæsarea nomine Cornelius.*] Artic. x.

OStenso quemadmodum inter Iudæos prędicata sit fides Christiana, nunc declarabitur qualiter inter gentiles cœperit publicari. [*Vir autem quidam erat in Cæsarea nomine Cornelius*] Tres famosæ vrbes fuerunt, nomine Cæsarea, quæ in sacris literis memorantur. Vna est, Cæsarea vrbs Palestinæ in littore maris sita, quæ olim Pyrgos, id est turris Stratonis vocabatur, quam Herodes maior nobilius extruens, in honore Cæsaris Augusti, scilicet Octauiani, nominauit Cæsaream, in qua habitauit iste Cornelius. Alia appellatur Cæsarea Philippi, ad radices montis Libani sita, vbi Iordanis oriens habet duos fontes, vnum nomine Ior, aliū nomine Dan, quam Philippus præfati Herodis filius, in honore Tyberij Cæsaris Cæsaream cognominauit. Tertiò quoque extat Cæsarea, éstq; metropolis Cappadociæ, de qua infra habetur. Hic ergo prælectus, beatissimúsque Cornelius, mente & corpore fortis, in corporalium ac spiritualium armorū exercitiis strenuꝰ fuit [*Centurio*] id est centum sub se milites habens [*Cohortis quæ dicitur Italica,*] quia milites isti cum ipso fuerunt de Italia, imò sicut in Scholastica fertur historia, Cornelius missus fuit à Roma ciuitate metropolitana Italiæ. Romani etenim Imperatores mittebant milites suos per diuersas ciuitates ad custodiendas munitiones, terrásque Romanis subiectas tuendas [*Vir religiosus*] id est actibus religionis deditus: potéstque religio accipi siue pro latria, per quam summo deo debitus cultus impenditur, siue pro pietate, tam illa quæ est donum, quàm illa quæ est virtus moralis, & misericordia nuncupatur. Operibus siquidem pietatis & misericordiæ fuit valde intentus [*Et timens deum*] non timore pure seruili, sed casto & reuerentiali. Timor autem seruilis, est fuga, abominatio seu detestatio mali pœnæ, qui in se nec virtuosus est nec meritorius: timor verò castus seu filialis est fuga, & detestatio mali culpæ quo dei offensam timemus. porrò timor initialis aliquid habet de vtroque [*cum omni domo*] id est familia [*Sua*] ita quod cuncti domestici eius fuerunt timorati, ad quod ipse verbis & exemplis eos induxit, quod & omnes patresfamilias assequi debēt, suam ad virtutes dirigendo familiam, eámque de vitiis increpando, & per hoc quasi episcopale officium in suis domibus exercendo [*Faciens eleemosynas multas plebi*] omnibus, scilicet indigentibus atque petentibus sine personarum acceptione [*Et deprecans deum semper*] omni scilicet tempore opportuno. Orauitque deum, præsertim, vt eum in viam salutis dirigeret. Vnde secundum doctores quicunque facit quod in se est, gratiam & illuminationem à deo consequiturita quod si quis paganus seu infidelis ex naturali ratione se ad primum principium erigat, ipsúmque roget vt dirigat se in viam salutis, quatenus caueat à peccatis, deus sibi de necessariis ad salutem misericorditer prouidebit, reuelando ei per angelum seu doctorem quencunque de fide catholica quantùm requiritur ad salutem. Hinc secundum diuinum Dionysium multi gentilium legem Mosi non habentes per angelos ad deum reducti & edocti [*is vidit*] oculo corporali [*in visu*] exteriori [*Manifeste*] in plena vigilia, non in somno nec in imaginaria visione, [*Quasi hora diei nona angelum dei introeuntem ad se, et dicentem sibi, Corneli. At ille intuens in eum timore correptus dixit*] Certum quod angelus in forma humana apparens voce magnifica & tubali loquutus est, atque cum splendore præclaro apparuit. Hinc admiratione & naturali timore impletus fuit Cornelius. Non enim tam venerandam, mirabilémque personam ante prospexit. Hinc dixit ad eum [*Quis es domine?*] qua si dicat, Maior homine esse videris [*Dixit autem illi*] angelus, [*Orationes tuæ et eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu domini*] id est deo acceptæ sunt, & misericorditer ab eo consideratæ: idcirco me misit ad te, qui & tua virtuosa conuersatione angelica visitatione dignus effectus es. Angelus ad verba Cornelij non legitur respondisse, sed de sua salute eum instruxit, vt doceamur vtilia & vicinora saluti, non curiosa siue superflua scifcitari, quamuis interrogatio Cornelij non fuerit inordinata. Simili modo in veteri testamento quærenti sancto Iacob ab angelo quo nomine vocaretur, non datur responsio, nec Manuæ patri Sampsonis, quemadmodum etiam hoc loco orationes Cornelij leguntur coram domino ascendisse, & angelus missus ad eum. Ita etiam scriptum est de orationibus Tobię & Saræ, destinationéque Raphaëlis ad eos. Insuper de cornelio dicunt doctores, quòd ante apparitionem hanc habuit fidem quæ est virtus theologica, sine qua impossibile est placere deo, habuítque fidem formatam seu charitate ornatam, habuit demum de Christo fidem saltem implicitam & indistinctam, secundum Tho. in. 2. 2. credit enim deum habere prouidentiam vniuersorum, & esse hominum saluatorem secundum modum sibi notum, & in sanctis patribus reuelatum. In Scholasti. tamen historia dicitur, quod fidem incarnationis habuerit, sed de tempore fuit incertus, ignorans an iam esset incarnatus, an adhuc incarnandus. Beda quoque hoc loco allegat Gregorij verba dicentis, Non virtutibus ad fidem, sed fide pertingitur ad virtutes. Cornelius enim cuius orationes ante baptismum angelo teste laudatæ sunt, non operibus ad fidem, sed fide ad opera venit. Sciebat igitur creatorem omnium deum, sed quod eius omnipotens filius incarnatus esset ignorauit. Bona autem operatione promeruit, vt deum perfectè cognosceret, & de vnigenito eius incarnationis mysterium crederet, quatenus ad sacramētum baptismatis peruenīret. Per fidem ergo peruenit ad opera, sed per opera solidatus est in fide.

¶Postremò sunt qui dicunt angelum, qui Cornelio apparuit, fuisse illum qui custodiæ Cornelij fuerat deputatus [*vt nunc mitte viros in Ioppen, et accersi*] per illos [*Simonem qui cognominatur Petrus*] primò enim appellatus Simon, postea Petrus à Christo [*Hic dicet tibi, quid te oporteat facere*] Quæ à deo sunt, ordinata sunt. Ideo diuina ordinatione superiores inferioribus auxiliantur ordine pulchro [*Hic hospitatur apud quendam coriarium, cuius est domus iuxta mare*] quod Syrię Palæstinæ quæ Iudæa dicitur adiacet, vbi teste

Hierony. Matth.16. Act.15. Hebræ.6. Gene.22. Iudit.13. Tob.5. Hebr.11. Dionysius Matth.18. Ioan.1. Roma.13. Gregorius

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hieronymo in littore vsque hodie monstrantur saxa, in quibus Andromeda religata, Perſei quondam fuit liberata præſidio [*Et cum diſceßiſſet angelus qui loquebatur illi*] angelus enim in corpore aſſumpto apparuit, quòd ſicut ſua poteſtate formauit vt appareret in eo, ſic eadem illud diſſoluit, nec amplius viſus eſt. Et ex his Cornelius intellexit angelum eſſe qui ſibi apparuit [*Vocauit duos domeſticos ſuos, & militem metuentem deum ex his qui illi*] puta Cornelio [*Parebant*] id eſt ex ſubditis ſuis. Iam dictum fuit, quòd domeſtici Cornelij fuerant timorati, ideo non dicitur, quòd hi duo domeſtici timuerunt deum, ſed de milite id dicitur quem vocauit, qui fortè extra domum Cornelij in propria domo, ſuis vixit ſtipendiis [*Quibus cum narraſſet omnia*] audita, viſa nunc ſcripta tanquam ſibi charioribus, familiarioribus ac melioribus inter plures, [*Miſit illos in Ioppen. Poſtera autem die*] videlicet, immediatè ſequente [*Iter illis facientibus & appropinquantibus ciuitati*] Ioppe [*Aſcendit Petrus in ſuperiora*] domus, [*Vt oraret*] in ſolario, vel cœnaculo, tanquam in loco ſecretiori, & ad contemplationem congruentiori: ſicut & Chriſtus aſcendit in montem orare. Aliqui etiam ſolent in loco altiori orare deuotius [*circa horam ſextam*] quæ eſt hora refectionis, antequam volebat oratione ſe munire, dans nobis exemplum ſimiliter faciendi, vt ſimus in comeſtione circunſpectiores, ne grauentur corda noſtra vel crapula vel ebrietate. [*Et cum eſuriret, voluit guſtare*] id eſt parcè & modeſtè comedere. Quod eſt contra eos qui inſtar canis famelici effundunt ſe ſuper cibum, [*Parantibus autem*] cibum [*illis*] qui erant in ſuo hoſpitio [*Cecidit ſuper eum mentis exceſſus*] id eſt tanta eleuatio mentis ad aliquod myſticum contemplandum, quòd deo operante paſſus eſt alienationem ab vſu ſenſuum exteriorum [*Et vidit cælum apertum*] quia in viſione imaginaria aperiri videbatur: ad innuendum quòd à domino cælis præſidenti aliquid ſpeciale fieret circa Petrum, quemadmodum Ezechiel ſcribit cælos apertos, in viſione ei oſtenſa [*Et deſcendens vas quoddam velut linteum magnum quatuor initiis,*] id eſt angelis [*Submitti de cælo in terram*] fortè per funes in angulis alligatas, [*In quo erant omnia quadrupedia et ſerpentia terræ, et volatilia cæli*] Erant autem ibi non realiter, ſed imaginariè, per ſimilitudines rerum repræſentatiuas. Per vas magnum deſignatur eccleſia. Per animalia verò illa ſecundum legem immunda, gentiles, quos ſpernebant Iudæi nec veſcebantur cum eis. Specialiter per quadrupedia quæ terris adhærent, auari, per ſerpentes doloſi & virulenti, per volatilia autem elati [*Et facta eſt vox ad eum, dicens.*] Vocem hanc angelus formauit in interiori ſenſu Petri, qui angelus totam viſionem hanc miniſterialiter exhibebat, formando ſpecies rerum iſtarum invi imaginatiua Apoſtoli [*Surge Petre, occide et manduca*] Quod Petrus corporaliter intelligendum putans reſpondit vt ſubditur [*Abſit domine, quia nunquam manducaui omne commune et immundum*] id eſt cibos lege prohibitos nunquam accepi, in quo etiam conſtat magna iuſtitia beatiſimi viri, qui antequam Chriſto adhæreret cæremonialia legis tam diligenter impleuit, nec dubium quin in obſeruantiis præceptorum maiorum diligentiam adhibuerit ampliorem. porrò ſecundum morem Iudæorum loquutus eſt Petrus, qui cibos lege prohibitos vocabant immundos, itémque communes, quia à gentibus communiter edebantur. præinducta autem angeli verba ſpiritaliter ſunt intelligenda: vt ſit ſenſus, Occide, id eſt vitia in gentibus perime, & manduca, id eſt Chriſto atque eccleſiæ eas incorpora, quemadmodum in ſubſtantiam alimẽti vertitur cibus. Hinc ſequitur. [*Et vox iterum ſecundo*] ait [*Ad eum, Quod deus purificauit, tu commune ne dixeris*] id eſt gentes à deo electas ac prædeſtinatas, Chriſtique ſanguine liberatas, & iam in dei præſcientia purificatas, & Chriſti paſſione ablutas, per præfata immunda atque communia animalia deſignatas, non æſtimes contemnendas, neque vitandas, ſed confidenter vade ad eas. poteſt quoque de cibis aliquibus legẽ prohibitis accipi, quorum vſus in nouo teſtamento eſt licitus. Nam ceremonialia legis in Chriſti paſſione finem ſortita ſunt, nec poſtea obligant, vt infra dicetur [*Hoc autem factum eſt per ter*] id eſt tribus vicibus viſio iſta fuit Petro exhibita ad confirmationem maiorem, ad intuendum, quòd ad ſuperbeatiſimæ Trinitatis fidem & cultum gentes eſſent mox conuertendæ, in eiúsque nomine baptizandæ [*Et ſtatim receptum eſt vas in cælum*] ſecundum imaginariam apparitionem, per quod inſinuandum eſt, quòd eccleſia gentium in regnum introducenda eſſet cælorum [*Et dum intra ſe hæſitaret Petrus, quidnam eſſet viſio quam viderat*] id eſt quid ſignificaret, in hac enim viſione ſpiritus ſanctus Petrum non docuit ſubitò & per ſeipſum completè, ſed pedetentim & partim per homines, quia ad conſeruandam mentis humanæ humilitatem, ſpiritus ſanctus quandoque ex parte animum tangit & ex parte non tangit [*Ecce viri miſſi a Cornelio, ſteterunt ad ianuam. Et interrogabant, ſi Simon Petrus illic haberet hoſpitium. Petro autem*] ad ſe reuerſo & [*Cogitante de viſione*] præfata, quæ eſſet intelligentia eius [*Dixit ſpiritus ei*] loquutione interna, videlicet ſpiritus ſanctus ſeu angelus [*Ecce tres viri quærunt te. Surge itaque*] ab oratione & meditatione [*Et deſcende*] de iſto cœnaculo, ſeu contemplationis excelſo [*Et vade cum eis*] ad prædicandum & communicandum gentibus [*Nihil dubitans*] quin bene agas in hoc [*Quia ego miſi illos*] id eſt mitti feci à Cornelio. Interdum ergo dum ratio & charitas poſtulant, ab actibus vitæ contemplatiuæ ceſſandum, atque ad opera vitæ actiuæ eſt egrediendum. Virtutes etenim ſibi inuicem cedunt, quamuis ſe inuicem nequaquam impediant. [*Deſcendens autem Petrus ad viros, dixit, Ecce ego ſum quem quæritis. Quæ cauſa eſt propter quam veniſtis?*] Adhuc non videtur Petrus plenè ſignificationem viſionis ſibi oſtenſæ nouiſſe [*Qui dixerunt, Cornelius Centurio vir iuſtus et timens deum, et teſtimonium habens*] virtutum [*Ab vniuerſa gente Iudæorum*] Charus enim acceptus & placitus fuit deo atque hominibus, tanta fuit pietate & gratia decoratus [*Reſponſum accepit ab angelo ſancto accerſiri te in domum ſuam, et audire verba abs te*] id eſt ſalutis conſilium & doctrinam. Quibus auditis Petrus ſignificationem viſionis cœpit aduertere, quòd, ſcilicet, per animalia illa immunda, deſignarentur gentiles, & quòd illis communicare deberet. Ideo ſubditur [*Introducens ergo eos, recepit hoſpitio*] in quo & ipſe manebat: manſerúntque apud eum illa nocte, & de tam gratioſo rumore atque negotio gauiſi ſunt omnes, qui aderant, vehementer. [*Sequenti autem die ſurgens, profe-*

Lucæ.9.
Lucæ.12.
Ezech.1.
Leuit.11.
1.Timo.2.
Galat.3.
1.Petri.2.

Actus eſt cum illis, et quidam ex fratribus] ſcilicet, Chriſtianis ex Iudaiſmo conuerſis [*Comitati ſunt eum*] id eſt ſimul profecti, qui fuerant numero ſex. in teſtimonium veritatis, & ob reuerentiam Petri. [*Altera autem die introiuit Cæſaream*] Paleſtinæ, in qua morabatur Cornelius] *Cornelius vero expectabat illos*] cum ingenti affectu videndi virum tam ſanctum, & audiendi verba dei per ipſum, obtinendíque gratiam ſibi & ſuis, de quibus ſubiungitur [*Conuocatis cognatis ſuis, et neceſſarijs amicis*] quos omnes ſpiritualiter diligens ſecum dei gratiam conſequi & ſalutem optauit. Neceſſarij autem amici vocantur, vt qui iure affinitatis coniuncti ſunt, ꝙ nulla inter eos ceſſatio. i. ſeparatio ſit, vel qui amicum in articulo neceſſitatis non deſerunt. Vnde in Eccleſiaſt. habetur, Si poſſides amicum, in tentatione poſſide eum, & ne facilè credas ei teipſum. Eſt enim amicus ſecundum tempus ſuum, & non permanet in die tribulationis. Amicus ſi permanſerit fixus, erit tibi coæqualis [*Et factum eſt cum introiſſet Petrus*] forſitan primam portam ſeu atrium domus Cornelij [*Obuius ei venit Cornelius*] ob tanti aduentantis honorem. Ex dilectione autem, & humilitate hoc fecit Cornelius, quemadmodum Martha occurrit Chriſto. Itaque doctori obuiauit auditor, vt corde intento verba eius caſto ſuſciperet pectore, iuxta illud Eccleſ. Auris bona cum omni concupiſcentia audit ſapientiam [*Et procidens ad pedes eius, adorauit eum*] id eſt reuerantiam duliæ ei tanquam excellenti perſonæ ſpiritalíque patri exhibuit, geſtu corporis mẽtis deuotionem reuerantiámque proteſtans. In quo magna illuſtris viri commendatur humilitas [*Petrus vero eleuauit eum dicens, Surge, ego ipſe homo ſum*] tibi ſimilis in natura, idcirco in honorando me moderamẽ obſerua, cum purus ſit homo [*Et loquens cum illo*] puta Cornelio [*Inuenit*] in domo eius [*Multos qui conuenerant*] cauſa audiendi verbũ ſalutis [*Dixit Quo ad illos, Vos ſciis quomodo abominatum ſit viro Iudæo*] id eſt quàm multùm abominentur Iudæi [*Coniungi aut accedere ad alienigenam*] id eſt gentilibus, communicando, cum eis in victu. [*Sed mihi oſtendit deus*] in præfata viſione [*Neminem communem et immundum dicere hominem*] .i. nullum hominem, quáuis gentilem, eſſe ſpernendum aut vitandum ſeu repellendum à communione fidelium, dummodo velit conuerti. Vel ſecundum quod homo eſt, & purificatus in præſcientia dei, aut liberatus ſanguine Chriſti [*Propter quod ſine dubio*] tanquam certus de bonitate itineris [*Veni accercitus. Interrogo ergo quam ob cauſam accerſiſtis me? Et Cornelius ait, A nudiuſquartana die vſque in hanc horam*] id eſt quarta die ante hanc horam qua interrogas iſta [*Orans eram in domo mea*] die enim qua orauit & angelum vidit, miſit tres viros qui ſecundo die venerunt in Ioppen, & tertio redire cœperunt, quartóque die venerunt Cæſaream [*Et ecce vir*] .ſ. angelus in forma viri [*ſtetit ante me in veſte candida, et ait, Exaudita eſt oratio tua, etc. Nunc ergo omnes nos aſſumus in conſpectu tuo audire omnia quæcunque præcepta ſunt tibi a domino*] .i. parati audire & obedire [*Aperiens autem Petrus os ſuum, dixit In veritate comperi*] id eſt verè & experimentaliter nunc cognoui [*Quia non eſt perſonarum acceptor deus*] id eſt non vnum magis quàm alium approbat aut reprobat, niſi ex cauſa iuſtainec inter Iudæos & gentiles diſcernit, quantùm ad conſequendam ſalutem, dummodo ſe diſponant. Propter quod ait Apoſtolus ad Romanos, An Iudæorum deus tantùm? Núnne & gentium? Et alibi, Omnes homines vult ſaluos fieri, & ad cognitionem veritatis venire. In Sapientiæ quoque libro legitur, Nec enim eſt alius deus quàm tu, cui cura eſt de omnibus. Et ſecundo Paralipomenon, Non eſt apud dominum deum noſtrum iniquitas, nec perſonarum acceptio, neque acceptio munerum. ¶ Sed videtur oppoſitũ, quia duorum hominum vnius conditionis atque in omnibus pariũ, deus vnum miſericorditer accipit, alterum iuſtè relinquit. Eſt reſpondendum quòd perſonarum acceptio opponitur iuſtitiæ diſtributiuæ, quę diuerſis perſonis tribuit ſecundũ dignitatẽ ipſarum & meritа. Eſt itaque perſonarum acceptio cum in eo cui aliquid datur, non attenditur id propter quod id quod ei datur ſit ſibi proportionatũ aut debitum: vt ſi prælatus det alicui beneficium, quia diues ſiue cognatus. Veruntamen duplex eſt datio: vna, quæ eſt actus iuſtitiæ, & circa hanc attenditur ac verſatur perſonarum acceptio. Alia verò, quæ eſt actus liberalitatis, qua alicui gratis confertur quod ei debetur: qualis eſt collatio donorũ dei, qui nulli eſt obligatus, & circa huiuſmodi non eſt perſonarum acceptio, quoniã vnuſquiſque poteſt propria dare cui vult, & quantùm vult. Hoc ſecundum Thomam dictum ſit, quod in 2.2. qu. eſtione. 63. plenius continetur [*Sed in omni gente*] cuiuſcunque ſit nationis [*Qui timet eum*] timore caſto & filiali, vel ſaltem initiali [*Et operatur iuſtitiam*] id eſt actus iuſtitiæ quæ eſt virtus infuſa, propter debitum rectúmque finem, quod ſine fide fieri nequit [*Acceptus eſt illi*] ita quòd in ſtatu ſalutis ac promerendi. Sola autem naturalis virtus, & cognitio dei nemini ſufficiunt ad ſalutem: ſed ad ſupernaturalis finis ſeu felicitatis adeptionem, ſupernaturalia media exiguntur, vt media fini proportionentur [*verbum miſit deus filiis Iſrael*] nam pater verbum ſuum veraciter incarnatum miſit Iudæis, ipſo verbo id proteſtante. Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſraël. Miſit quoque verbum id eſt euangelicam doctrinam, [*Annuncians pacem*] id eſt humani generis reconciliationem cum deo [*Per Ieſum Chriſtum*] dei & hominum mediatorem, qui inquantùm mediator, pacificauit nos deo per ſanguinem ſuum. Hinc ait Apoſtolus, Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi. Et Chriſtus in propria perſona hæc prædicauit, pacémque pectoris annunciauit & dedit: ſecundum quod ait, Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Et rurſus, Venit filius hominis quærere & ſaluum facere quod perierat [*Hic eſt omnium deus*] quia verus deus, rex regum & dominus dominorum. Nempe vt deus eſt dominus per propriam authoritatem, vt præſidens principalis: ſed vt homo, omnibus præſidet vt inſtrumentalis [*Vos ſcitis quod factum eſt verbum, per vniuerſam Iudæam*] .i. prædicationẽ Ieſu ibidẽ eſſe diſſeminatã. Miracula etenim Chriſti fecerunt eũ in locis vicinis hinc inde famoſũ [*Incipiens enim*] Ieſus prædicationẽ ſuã [*A Galilæa*] ſicut in paſſione Iudęi dixerunt, Commouet populũ, docẽs per vniuerſã Iudęã, incipiẽs à Galilæa vſque huc [*poſt baptiſmum quod prædicauit Ioannes Ieſum a Nazareth*] Ioannes enim baptiſta populum baptizando inſinuauit eis Chriſtum veniſſe, dicendo, Medius veſtrûm ſtetit quem vos neſcitis. Vel ſic, incipiens Ieſus publicè predicare poſt baptiſmum quo fuit à Ioanne baptizatus. Scitis, inquam, quòd

Eccleſ.6.
Ioan.11.
Eccleſ.3.
Roma.1.
Roma.2.
1.Tim.1.
Sapien.2.
1.Par.19.
Matt.15.
2.Cor.5.
Ioan.14.
Lucæ.19.
Apoc.19.
Luc.23.
Ioan.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prædicauit Ioannes Iesum,tanquam eius præcursor.Prædicauit autem Ioannes baptista[*Quomodo vnxit eum*]scilicet Iesum secundum naturam assumptam[*Deus*]pater seu trinitas [*spiritu sancto et virtute*]id est plenitudine gratiæ & sanctitatis,seu potestate in miraculis peragendis. Nam & spiritus sanctus Christũ vt hominem vnxit & misit:iuxta illud in Esaia,Et nũc dominus misit me,& spiritus eius.Hinc de Chri-
Esaiæ.48. sto dixit baptista,Non ad mensuram dat deus spiritum,scilicet homini Christo:nam gratia eius quodam
Ioan.3. modo infinita consistit.Hæc vnctio spiritalis & inuisibilis data est animæ Christi in ipso suæ creationis primordio,quo simul cum carne vnita est verbo totius gratiæ fonti æterno [*Qui pertransiit*] inter homi-
Baruch.3. nes,conuersando,ambulando,& prædicando,[*Benefaciendo*].i.multa beneficia dando hominibus,[*Et sanando omnes oppressos a diabolo*]multos quippe obsessos curauit.Spiritaliter quoque dæmonibus plenos,
Lucæ.6.7. convertit ad deum:sicut de maria Magdalena eiecit septem dæmonia.Imò quantùm in ipso fuit, sua be-
Marc.16. nedicta passione vniuersos peccatores saluauit.Quicunque autem in mortali iacet peccato,à dæmonibus est oppressus,prostratus,victus,& excæcatus.Verum quod ait,omnes oppressos,accipi potest de generi-
bus singulorum potius quàm de singulis generum [*Quoniam deus erat cum illo*].s. pater cum filio,quem-
admodũ in Euangelio loquitur,Non sum solus,sed ego & qui misit me pater.Veruntamen coniunctio-
nem hanc,quoniam,bene pensando,intelligendum est,quòd deus erat cum christo secundum naturam
Ioan.8. humanam,illa nanque habuit efficaciam sic agendi ex assistentia dei: sicque intelligi etiam potest, quòd F
deus scilicet verbum æternum,erat cum illo,id est cum Iesu quo ad suam humanitatem , per hypostati-
cam vnionem.quamuis expositio ista non sit propria secundum Bedam , ne Christi personam geminare
videamur.[*Et nos sumus testes omnium*]mirabilium , [*Quæ fecit in regione Iudæorum & in Hierusalem : quem occiderunt suspendentes in ligno.Quem deus suscitauit tertia die.*]Ista iam sæpe exposita sunt[*Et dedit eum manifestum fieri*]post resurrectionem[*Non omni populo*]immediatè, imò nec omnibus absolutè [*Sed testibus præordinatis a deo ,nobis qui manducauimus et bibimus cum illo postquam resurrexit a mortuis.*]Hoc enim opus ordinatissimus æternę sapientiæ dei processus,vt supernaturalia non omnibus immediatè reuelentur,sed
primò quibusdam electis atque maioribus,& per illos cæteris. Quod & in hierarchiis obseruatur ange-
licis,in quibus illuminationes diuinæ à superioribus deueniunt ad inferiores per medios angelicos spiri-
Dionysius tus,vt diuinus Dionysius edocet.Præterea aduertendum,quod petrus ait , Nobis qui manducauimus &
bibimus, &c. Nam licet in euangelio legatur Christus cum discipulis post resurrectionem manducasse,
Lucæ.14. non tamen ibidem exprimitur cum eis bibisse,sed ex his verbis id scitur.[*Et præcepit nobis prædicare populo,et testificari quia ipse est,qui constitutus est a deo*] patre secundum naturam humanam [*Iudex viuorum ac mortuorum*].i. vniuersorum qui vel ante finem mundi erunt defuncti, vel circa finem mundi inuenien-
tur,& in igne conflagrationis morituri dicuntur. Vel per viuos intelliguntur electi, qui viuunt per gra-
tiam:per mortuos reprobi,qui mortui sunt per culpam.Porrò in iudicio duo considerantur.primum est G
authoritas iudicandi,& illa tribus personis cõmunis & vna est.Secundum est iudicij exequutio seu pro-
Ioan.5. latio sententiæ,quæ competit Christo secundum naturam humanam , quam & sua humiliatione ac pas-
Eodem. sione promeruit.Propter quod ait,Potestatem dedit ei & iudicium facere,quia filius hominis est. Itém-
que,Neque enim pater iudicat quenquam,sed iudicium omne dedit filio [*Huic*].s.Christo [*Omnes prophetæ testimonium perhibent*]vt domino serui[*Remissionem peccatorum accipere per nomen eius*] .i.per inuo-
cationem & fidem ipsius.[*Omnes qui credunt in eum*]qui scilicet,fide & charitate Christo incorporantur.
Prophetæ enim concorditer loquuntur de Christo,tanquam de omnium saluatore , ita quòd credentes
per gratiam eius iustificantur [*Adhuc loquente Petro verba,hæc cecidit*] id est subitò venit,seu repentè de-
scendit[*Spiritus sanctus*]non per suam incircunscriptam,incommutabilémque substantiam , sed per pie-
tatis suæ effectus & gratiæ dona [*super omnes qui audiebant verbum*] videlicet, super Cornelium, & suos,
quibus prædicatio ista fiebat. Descendit autem spiritus sanctus in signo visibili,siue sensibili,sed an in i-
gneis linguis,an in alia specie,incertum est,vt Scholastica ait historia [*Et obstupuerunt ex circuncisione fideles*].i.ex Iudaismo conuersi[*Qui venerant cum Petro,quia et in nationes*].i.in gentiles [*Gratia spiritus sancti effusa est*]cum abundantia tanta.Iudæi equidem consueuerant gentiles pro nihilo reputare , nec simile
Act.2. huic rei vnquam fuerat factum.Ideo de effectu tam magno atque insolito, præ admirationis magnitude
velut stupidi reddebantur. Fuit enim reuera grande miraculum,& maxima pietas dei [*Audiebant enim illos loquentes linguis*]diuersis,sicut Apostoli loquebantur in die Pentecostes[*Et magnificantes deum*]gratias H
Roma.8. deuotissimè referendo,eiúsque bonitatem & beneficia totis præcordiis attollendo [*Tunc respõdit Petrus, Nunquid aquam prohibere quis potest,vt non baptizentur hi qui spiritum sanctum acceperunt , sicut et nos?*]Apo-
stoli scilicet cum signo sensibili, & dono linguarum , quamuis non in tanta plenitudine sicut Apostoli,
Act.2. qui primitias spiritus acceperunt [*Et iussit eos baptizari in nomine Iesu Christi*] De hac forma baptismi, &
1.Cor.1. quare in ea dabatur baptismus in primitiua ecclesia,dictum est supra.Apostoli autem consueuerunt per
discipulos suos baptizare conuersos,& ipsi verbo prædicationis insistebant, secundum quod Paulus te-
statur.Non misit me Christus baptizare,sed prædicare.Interdum tamen aliquos baptizabant[*Tunc rogauerunt eum*]scilicet Petrum [*vt maneret apud eos aliquot diebus*]pro eorum consolatione,& pleniore instru
ctione,& præsertim ex dilectione quam ad tam fœlicem & glorioſum conceperunt magistrum, patrem
atque Apostolum:nec dubium quin eis consensit.

A Declaratio cap. x i. [*Audierunt autem apostoli.*] Artic. x i.

OVid ex prima illa gentilium conuersione sequutum sit,subditur [*Audierunt autem apostoli qui erant in Iudæa*] vbi prædicabant hinc inde [*Et fratres*] id est cæteri di-
scipuli[*Quia et gentes*]videlicet,Cornelius cum suis[*Receperunt verbum dei . Cum autem ascendisset Petrus Hierosolymam*]à Cæsarea rediens [*Disceptabant aduersus illum qui erant ex circuncisione*].i.ex Iudaismo conuersi,[*Dicentes, Quare introisti ad viros præputium habentes,et manducasti cum illis?*]quasi dicant , in hoc contra legem
fecisti.[*Incipiens autem Petrus,exponebat illis per ordinem*]id est cur hoc fecisset eis
ordinatè exposuit , seque excusando reuelauit eis qualem habuisset visionem in
Ioppe.Per quam deus sibi monstrauit vt faceret ita,& quòd angelus idipsum admonuisset.Litera autem Act.10.
plana est & præcedenti capitulo habita atque exposita vsque ad id . [*Recordatus sum autem verbi domini, sicut dicebat,Ioannes quidem baptizauit aqua,vos autem baptizabimini spiritu sancto*]Hoc supra legitur Chri-
stus dixisse Apostolis, quod expositum est ibidem , & in præfatis gentilibus conuersis impletum , iuxta
expositionem ibi introductam[*si*]pro quia[*Ergo eandem gratiam dedit illis*] puta Cornelio & sibi adiun- Act.1.
ctis [*Sicut et nobis , qui credimus in dominum Iesum Christum*] vtrisque enim contulit deus dona gra-
B tiæ gratum facientis & gratis datæ: tamen & dictum est . Apostoli in ampliore plenitudine perfectiorí-
que gradu sortiti sunt eam[*Ego quis eram qui possem prohibere deum?*]à gentilium horum visitatione.Qua
si dicat, Hoc prauitatis meæ non fuit, quin potius charitas id requirit, vt de illorum gratia gratularer
[*His auditis tacuerunt,et glorificauerunt deum*]id est glorioſum,mirabilem, liberalem, liberrimum esse in
operibus suis professi sunt[*Dicentes,Ergo et pœnitentiam*]id est gratiam,locum,tempus,pœnitendi[*Dedit deus gentibus*]quas tam diu in suis reliquit erroribus[*Ad vitam*]gratiæ obtinendam in seculo isto,vitám-
que glorię in futuro . Recitatis gestis quorundam præcipuorum fidelium,scilicet apostolorum & dia-
conorum, prosequitur quædam de factis inferiorum discipulorum.[*Et illi quidem*]discipuli[*Qui dispersi fuerant*]de Hierusalem[*A tribulatione quæ facta fuerat sub stephano*]à Iudæis lapidato,quam isti deo impe-
rante fugerunt [*Perambulauerunt vsque ad vltimum*] occidentalem , videlicet quandam prouinciam Sy-
riæ[*Et Cyprum*]insulam in Carpathio mari,ab ortu Ciliciæ,occasu verò Syriæ obiectam [*Et Antiochiam*]
Epidaphnem[*Nemini loquentes verbum dei, nisi solis Iudæis*] quibus primò annunciandum fuit Euange- Act.7.
lium Christi,postea autem prædicauerunt & gentibus,aguito quod Petrus conuertisset gentiles . [*Erant autem quidam ex ipsis viri Cyprii & Cyrenæi*]id est de Cypro,& Cyrene,ciuitate sic dicta,quos aliqui pu-
tant fuisse natione gentiles, sed ad Christum conuersos , & primò ad Iudaismum,deinde ad Christum.
C Alij opinantur quòd nati fuerunt ex Iudæis,per loca illa dispersis.[*Cum autem introissent Antiochiam, loquebantur ad gentes*]id est gentiles illic morantes[*Annunciantes dominum Iesum*] esse mundi saluatorem [*Et erat manus*] id est auxilium [*Domini cum eis . Multusque numerus credentium*] per prædicationem eorum
[*Conuersus est ad dominum . Peruenit autem sermo ad aures ecclesiæ quæ erat Hierosolymis super istis*]negotiis
& fidei incrementis.In Hierosolymitana nanque ecclesia antistes fuit tunc Iacobus , & Apostoli com-
muniter ibi erant:idcirco discipuli intimauerunt eis profectum fidei in aliorum conuersione[*et miserunt Barnabã vsque ad Antiochiã*]vt conuersos plenius informaret,cõfortaret,consolaretur,ac regeret.[*Qui cũ venisset & vidisset gratiam dei*]id est virtuosam fidelium conuersationem & dona gratiarum in eis[*Gaui-
sus*]secundum quod charitas dei & proximi exigit,vt de die in veneratione,& proximorum salute qui-
libet glorietur[*Et hortabatur omnes in proposito cordis permanere in domino*]vt essent in bono cœpto stabi- Matth.14.
les . Qui enim perseuerauerit vsque in finem , hic saluus erit . Hinc ad Colossen.monet Apostolus, Sta Coloss.1.
biles estote & immobiles , abundantes in opere domini semper, scientes , quòd labor vester non est in-
anis in domino . Inconstantia etenim mentis magna est imperfectio , muliebréque vitium, imò & quæ-
dam fatuitas. Stultus enim mutatur vt luna , propterea scriptum est, Esto firmus in via domini , & in
veritate sensus tui [*Quia erat vir bonus*] moraliter, imò heroicus & perfectus, ideo subditur [*Et plenus spiritu sancto*]id est donis virtutibúsque infusis [*Et fide*] ita quòd habuit fidem secundum statum Eccl.27.
perfectum , vtpote cum rationibus credendorum , & purificatæ mentis intelligentia . Vnde fides hic Eccles.5.
D accipi potest, non vt est virtus, sed fructus, videlicet, eminens quædam fidei certitudo . Sic quippe
inter fructus spiritus ab Apostolo computatur [*Et apposita*] id est mente applicata seu conuersa [*Vt turba multa domino*] in Antiochia per Barnabæ prædicationem, præter eos, de quorum conuersione præ
dictum est . [*profectus est autem*] Barnabas [*Tharsum, vt quæret Saulum.*] Ad hanc enim vrbem vt patuit, Galat.5.
Paulus à Hierosolymis venit, quem Barnabas inquisiuit , vt eius fultus auxilio plures conuerteret,
& conuersos efficaciter gubernaret . [*Quem cum inuenisset , perduxit Antiochiam . Et annum totum*] id
est per integrum annum [*Conuersati sunt in ecclesia*]id est inter fideles [*Et docuerunt turbam multam, ita vt cognominarentur primum Antiochiæ discipuli christiani,*] id est conuersi ad Christum , qui primò genera-
li nomine dicebantur discipuli, ibidem propter eorum multitudinem , cœperunt Christiani à Chri- Act.9.
sto capite suo atque magistro vocari, túnc que impletum est illud Esaiæ, Seruos suos vocabit domi-
nus nomine alio , in quo qui benedictus est super terram , benedicetur in deo , amen . Hic tamen non
dicitur, an nominatio ista sit instituta à fidelibus ex Iudaismo conuersis, vel ex gentilitate credenti-
bus: an fortè ab infidelibus, qui nouam sectam consurgere & augeri mirantes , à Christo domino suo Esaiæ.65.
eos appellauerunt Christianos. In Scholastica verò historia dicitur, quòd à gentibus conuersis pro-
dierit institutio appellationis istius, quibus visum est sequaces Christi, Christianos debere vocari. Act.2.
Quemadmodum in sectis philosophorum discipuli à magistris nomen speciale accipiunt, vt à Platone, Ioëlis.2.
Platonici.[*In his autem diebus superuenerunt a Hierosolymis prophetæ Antiochiam*] In primitiua nẽpe ecclesia

Universidad de Deusto
Biblioteca

multi ſpiritu fulſerunt prophetico, ſicut ſuprà ex verbis Ioëlis fuerat allegatum. In diebus illis, ſuper ſeruos meos, & ancillas meas effundam de ſpiritu meo, & prophetabunt. [*Surgens autem vnus ex eis nomine Agabus,*] qui propter tam ſancti conuentus reuerentiam humiliter aſſurrexit ſtánsque loquutus eſt. [*ſignificabat per ſpiritum,* id eſt per reuelationem ſpiritusſancti prædixit. [*Famen magnam futuram in vniuerſo orbe, quæ facta eſt ſub Claudio,*] imperatore ſcilicet quarto anno imperij eius, & fuit hæc fames præcipuè in Iudæa, vt fertur in eccleſiaſtica hyſtoria. [*Diſcipuli autem,*] exiſtentes in Antiochia [*Prout quiſque habebat,*] vnuſquiſque iuxta ſuæ modulum facultatis, [*propoſuerunt ſinguli,*] non ſeorſum, ſed omnes pariter. [*In miniſterium,*] id eſt ad vſus corporis neceſſarios. [*Mittere*] victualia, ſeu precium ad emendum. [*Habitantibus in Iudæa fratribus*] id eſt Chriſtianis ibidem, potiſsimè in Hieruſalem commanentibus, qui tanquam inter cæteros perfectiſsimi, Apoſtolicam vitam ducentes omnia ſua in principio vendiderunt, & ante apoſtolorum pedes precijs poſitis in communi, vitam pauperum ducere ſunt contenti. poſtea verò ab infidelibus Iudæis fuerant ſpoliati qui aliquid adhuc habebant. Hinc Antiochenſi fideles, & poſtea a ij multi fecerunt collectas, quas ſuis temporibus miſerunt præfati. De quare in Epiſtolis Pauli multa leguntur. Fuitque iuſtum vt gentiles facti participes ſpiritualium bonorum fidelium Iudæorum, de corporalibus ſuis ſubſtantiis recompenſam facerent eis tempore neceſſitatis: quod & Paulus pro minimo reputans. Si nos (inquit) vobis ſpiritalia ſeminauimus, magnum eſt ſi carnalia veſtra metamus? [*Quod & fecerunt,*] bonum propoſitum effectui celeriter mancipantes, & malum inopiæ præuenientes. [*Mutantes ad ſeniores,*] qui in eccleſia illa Hieruſalem cæteris præfuerunt, ac prouiderunt. [*Per manus Barnabæ et Sauli,*] qui erant nuncij fide digniſsimi. Miſerunt itaque & contulit quilibet iuxta quod habuit, implentes illud Tobiæ. Quomodo poteris, ita eſto miſericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue. Si autem exiguum, etiam exiguum libenter impartiri ſtude. Itaque in articulo neceſſitatis, etiam filij parentibus theſaurizare ſeu prouidere tenentur. Nec iſta prouiſio obuiauit verbo Chriſti dicentis, Nolite ſoliciti eſſe de craſtino, ſiquidem verbis illis immoderata cura, non ordinata prouidentia inhibetur. Nec tentandus eſt deus, ſed periculis humano modo quantùm congruè fieri poteſt, eſt occurrendum.

Act.2. Ioël.2. Actu.4. 1.Cor.16. 1.Cor.9.

Expoſitio. cap. XII. [*Eodem tempore miſit.*]
Articulus XII.

[*Eodem tempore,*] de quo in fine præcedētis capituli dictum eſt. [*Miſit Herodes rex*] filius Ariſtoboli filij Herodis Aſcalonitæ, cuius tēpore natus eſt Chriſtus, qui Herodes etiā pater fuit Herodis Antipę à quo Ioānes baptiſta occiſus eſt, & chriſtus in paſsione illuſus. Porrò Herodes de quo nunc fit ſermo, interfector Iacobi apoſtoli à Ioſepho vocatur Agrippa. Habuitq; filiū nomine Agrippam qui et ſucceſsit in regno, de quo infra habetur. [*Manus,*] id eſt virtutem ſui exercitus [*Vt affligeret quoſdam de eccleſia*] primitiua, id eſt quoſdam Chriſtianos. [*Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio*] id eſt occidi fecit, ante dies azymorum [*Videns autem quia placeret Iudæis,*] incredulis occiſio Iacobi [*Appoſuit apprehendere et Petrum,*] tanquam capitaneum Chriſtianorum, vt amplius complaceret Iudæis. [*Erant autem dies azimorum,*] id eſt paſchalis feſtiuitatis, quando Iudæi ſeptem diebus azymis panibus veſcebantur, infra quos dies Iudæi non faciliter aliquem occiderunt. [*Quem cum apprehendiſſet miſit in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militum cuſtodiendum.*] Sicut Centurio appellatur qui centum præeſt militibus, ita quaternio qui quatuor militibus præeſt. Sicque ſub his quatuor quaternionibus erant ſedecim milites, ac per hoc viginti ſimul fuerunt præter cuſtodes carceris. Commiſit enim tam multis cuſtodiam Petri, ne aliqua arte effugeret, quia Herodes non ignorauit multa mirabilia facta fuiſſe à Petro, ideo cautè fecit eum ſeruari, ſicut & Iudas de Ieſu dixit Iudæis: Ducitè eum cautè: ſcilicet, veſtris è manibus elabatur. [*Volens poſt paſcha producere eum populo.*] Iudæorum, vt occideretur ad voluntatem eorum. [*Et Petrus quidem ſeruabatur in carcere, oratio autem fiebat ſine intermiſsione ab eccleſia ad deum, pro eo,*] qui magis neceſſarius fuit eccleſiæ tanquam princeps apoſtolorum, & eminentior in operibus miraculorum. [*Cum autem producturus eum eſſet Herodes*] id eſt populo præſentaturus ad mortem. [*In ipſa nocte*] diem qua hoc voluit facere præcedente. [*Erat Petrus dormiens inter duos milites vinctus catenis duabus et cuſtodes ante oſtium cuſtodiebant carcerem*] Vnde conſtat eum ſic cuſtoditum, quòd humana via ſiue induſtria, nequiuit effugere. [*Et ecce angelus domini aſtitit, et lumen effulſit in habitaculo,*] angelus enim cum ſplendido vultu apparens, carcerem illuſtrauit: ſolus tamen Petrus lumen illud aſpexit miraculosè deo id peragente, ne & alij illud viderent. [*Percuſſoque*] latere petri, excitauit eum dicens: Surge velociter. [*Et ceciderunt catenæ de manibus eius,*] angelo eas diſſoluente. [*Dixit autem angelus ad eum. Præcingere*]. i. cingere. Vt enim Scholaſtica refert hyſtoria ex verbis Bedæ, Petrus depoſuit cingulum ſuum propter moleſtiam carceris, vt tunica circa pedes demiſſa temperaret frigus noctis. Quo datur exemplum deuotis, quòd tempore corporalis moleſtiæ, atque angustię magnæ, liceat eis aliquid de propoſiti ſui rigore laxare. Inſuper ſecundum Caſsianum, quoniam Helias & Petrus cingulis vſi leguntur, monachi in deſertis cingulis vtebantur. [*Et calcia te caligas tuas,*] id eſt calciamenta tua indue, Dicunt aliqui quòd caliga genus ſit calciamenti non habentis corium ſuper pedem, quidam ſandalium vocant: Nunc autem caliga in alia ſignificatione accipi ſolet [*Et fecit ſic. Et dixit illi, Circunda tibi veſtimentum tuum, et ſequere me. Et exiens,*] carcerem. [*Sequebatur eum,*] ſcilicet angelum. [*Et neſciebat quia verum eſt*]. i. aliquid reale [*Quod per angelū fiebat,*] ſcilicet eductio eius de carcere. [*Exiſtimabat autem ſe viſum vi-*

Tob.4. 2.Cor.12. Matt.6. Lucæ.12. Actu.11. Lucæ.2. Marc.6. Ioan.18. Actu.25. Exod.12. Marci.14.

dere] id eſt omnia iſta probat in imaginaria viſione ſibi monſtrari, non realiter exhiberi. Ex quo apparet, quòd non plenariè vigilauit, ſed imperfectè. Aliqui nanque in ſomno ſurgunt & gradiuntur. [*Tranſeuntes autem primam ac ſecundam cuſtodiam*] id eſt cuſtodes per duo loca diuiſos, ſeu duobus partitos ordinibus, ex omni enim parte adhibuerunt cuſtodiam, ne aliqua induſtria Petrus euaderet. Cuſtodes autem ſomno fuerunt oppreſi, aut tali cæcitate pereuſi, quali ſerui regis Syriæ ſub Heliſæo, aut alio ſimili modo diuina virtute detinebantur, ne Petrum egredientem ſentirent, aut prohiberent. [*Venerunt ad portam ferream*] quæ putatur fuiſſe in atrio carceris atque exterior, [*Quæ ducit ad ciuitatem*] Hieruſalem. Ex quo elicitur, quòd carcer extra vrbem fuit, aut in exteriore eius parte [*Quæ vltro aperta eſt eis*] poteſtate diuina atque angelica. Nam & angelicis ſpiritibus materia corporalis obedit, quo ad motum localem. [*Et exeuntes*] per ferream portam [*Proceſserunt vicum vnum*] vrbem intrando [*Et continuo diſceſsit angelus ab eo*] repentè diſparens. [*Et Petrus ad ſe reuerſus*] id eſt compos mentis effectus, & ratione plenariè vtens [*Dixit, Nunc ſcio vere*] & experimentaliter [*Quia miſit dominus angelum ſuum, et eripuit me de manu Herodis, et de omni expectatione plebis Iudæorum.*] In omnibus vtitur Petrus ſtilo armato & eleganti, & frequenter difficili, ſempérque ſententioſo. [*Conſideranſque*] quomodo eſſet eductus, & vbi nunc eſſet, quóve diuerteret [*Venit ad domum Mariæ matris Ioannis qui cognominatus eſt Marcus*] fuitque conſobrinus Barnabæ, non Marcus Euangeliſta [*Vbi erant multi congregati*] mente & corpore, tanquam deuotiſsimi [*Et orantes*] inter cætera pro Petri liberatione. [*Pulſante autem eo, proceſsit puella nomine Rhode. Et vt cognouit vocem Petri, præ gaudio non aperuit ianuam*] cupiens fœminea feſtinatione lætum rumorem ſuis inſinuare [*Sed intro currens, nunciauit Petrum ſtare ante ianuam. At illi dixerunt, inſanis*] tanquam illuſa & ratione priuata. Hoc dixerunt attendendo ad naturalem rerum potentiam, per quam impoſsibile videbatur quod dicebatur. [*Illa autem affirmabat ſic ſe habere. Illi autem dixerunt, Angelus eius eſt*] Ex hoc loco atque ex aliis multis probatur quemlibet hominem habere angelum ſanctum cuſtodem, qui etiam crebrò aparet in ſpecie eorum quibus ſunt deputati. [*Petrus autem perſeuerabat pulſans*] more eorum qui educti clam de captiuitate, non libenter diu ſtant extra domum. [*Cum autem aperuiſſent oſtium, viderunt eum et obſtupuerunt*] viſo tam miraculoſo effectu, & cauſam nondum ſcientes. [*Annuens autem eis manu, vt tacerent*] ne eorum ſtrepitu & clamore gaudioſo petri præſentia percipieretur, & vt miraculū cum ſilentio modeſtè aduerterent [*Narrauit, quomodo dominus eduxiſſet eum de carcere*] per angelum. [*Dixitque, Nunciate Iacobo*] ſcilicet epiſcopo Chriſtianorum in Hieruſalem [*Et fratribus hæc*] vt ſciant ſe exauditos, & deo gratias agant atque lætentur in domino [*Et egreſſus*] de Hieruſalem eadem nocte [*Abiit in alium locum. Facta autem die*] quo Herodes decreuit Petrum producere populo. [*Erat non parua turbatio inter milites quidnam factum eſſet de Petro*] quomodo abiiſſet. Timebant autem ne Herodes tali pœna eos afficeret, quali Petrum afficere cogitauit. [*Herodes autem cum requiſiſſet eum,*] ſcilicet Petrum [*Et non inueniſſet*] nam & portæ & ianuæ apertæ inuentæ fuerunt, vt creditur, cum hoc de porta ferrea aperta dicatur [*Inquiſitione facta de cuſtodibus*] id eſt diligenter ſciſcitatus ab eis, quomodo Petrus euaſiſſet [*Iuſsit eos adduci*] id eſt carceri mancipari: vel duci (vt aliqui textus habent) id eſt ſibi præſentari ad puniendum eos de negligentia. Nō tamen nocuit eis poſtea vt decreuit, domino prouidente, ne Petri ereptio, fieret aliis mortis occaſio. Herodes enim morte fuit præuentus, vt ſubditur, [*Deſcendenſque a Iudæa in Cæſaream*] paleſtinæ, ſecundum Bedam [*Ibi moratus eſt*] ad debellandum aduerſarios ſuos, [*Erat autem iratus Tyriis et Sydoniis. At illi vnanimes venerunt ad eum*] vt ei reconciliarentur quaſi reſiſtere non valentes [*Et perſuaſo*, id eſt informato [*Blaſto qui erat ſuper cubiculum regis*] id eſt cubicularius eius [*poſtulauerunt pacem*] per Blaſtum, qui loquebatur pro eis [*Eo quod alerentur regiones eorum ab illo*] id eſt de bonis terræ Herodis, quia anguſtæ erant eorum prouinciæ, nec poterant tam vicini regis, Cæſari chariſsimi, inimicitias ferre. [*Statuto autem die*] id eſt ab Herode præfixo ad loquendum Tyriis atque Sydoniis [*Herodes veſtitus veſte regali ſedebat pro tribunali*] ad ferendum ſententiam [*Et concionabatur ad eos*] id eſt blandis, ornatis, egregiis verbis loquutus eſt eis. [*Populus autem acclamauit*] Herodi [*Dei voces et non hominis*] quas audiuimus, ſunt. Et ſic diuinis præconiis non humanis eum laudabant, aſſcribentes ei diuinitatem quādam & laudem deo ſolummodo debitam. [*Confeſtim autem percuſsit eum angelus domini*] id eſt intus plagauit grauiſsimo vētris dolore [*Eo quod non dediſſet honorem deo:*] præconia ſibi blaſphemanter aſſcripta ſpernendo, ſeque humiliando, & deo vero talia aſſcribendo [*Et conſumptus a vermibus*] qui intra eum oriebantur putreſcentibus carnibus eius [*Expirauit*] infra quinque dies ſecundum Ioſephum. [*Verbum autem domini creſcebat et multiplicabatur*] id eſt Herode fidei perſequutore occiſo Euangelica prædicatio circumquaq; diffundebatur, & plurimi cōuertebantur. [*Barnabas autem et Paulus reuerſi ſunt*] Antiochiam [*Ab Hieroſolymis, expleto miniſterio*] id eſt allatis ibi eleemoſynis ſeu collectis ab Antiochia miſsis, ſicut in præcedenti capitulo eſt dictum [*Aſſumpto Ioanne, qui cognominatus eſt Marcus*] de quo iam dictum eſt.

4. Reg. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Elucidatio cap. XIII. [*Erant autem in ecclesia quæ erat Antiochiæ prophetæ, et doctores.*] E
Articulus XIII.

ERant autem in ecclesia, quæ erat Antiochiæ, prophetæ et doctores.] Quemadmodum scribit Apostolus, in primitiua ecclesia fuerunt diuersa dona gratiarum, officiorum & statuum: iuxta illud ad Corinthios, Quosdam posuit deus in ecclesia, primò apostolos, deinde prophetas, tertiò doctores. Itaque prophetæ vocati sunt, propter reuelationem futurorum. Doctores propter scripturarum interpetationem, populorum informationem, præteritorum enarrationé. Potest quoque ad eosdem referri. Nam quidam eorum prophetæ erant pariter & doctores [*in quibus Barnabas, et Simon, qui vocabatur Niger*] ad distinctionem Simonis Petri. Et dictus est niger, vel à colore, si sumatur Latinè. Vel quasi ascendens à virtute scilicet in virtutem, si niger sit nomen Hebræum. Niger enim quandoque Hebræum est, & interpretatur ascendens. Veruntamen aliqui sortiti sunt huiusmodi nomina absque inexistentia proprietatis actionis seu qualitatis designatæ
Matth. 13. per ipsum, imò aliqui à contrario sensu nomina sortiuntur [*Et Lucius cyrenencis*] à Cyrene ciuitate sic
Marci. 9. appellatus [Et *Manachen, qui erat Herodis tetrarchæ*] qui vocatus est Herodes Antipas, quem Christus no minat vulpem, & decollauit Ioannem [*collactaneus*] id est eodem cum eo lacte educatus [*Et Saulus. Ministrantibus autem illis domino*] in actibus virtuosis, in obseruantiis præceptorum & consiliorum, in couuer sione aliorum [*Et ieiunantibus*] vt caro per omnia castigaretur, atque in seruitutem spiritus redigeretur, F
Marc. 9. ménsque in spiritalibus ditaretur, & ad contemplanda erigeretur superna. Quanta nempe sit virtus ieiu nij liquet ex eo, quod de durissimo malignorum spirituum genere ait Saluator, Hoc genus dæmoniorũ in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio. Denique (sicut in præfatione cãtatur) deus corporali ieiunio vitia comprimit, mẽtem eleuat, virtutes largitur & præmia. Tobiæ quoque Raphaël angelus protestatur, Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna [*Dixit spiritus sanctus*] vel per inspirationem internam, vel per aliquem prophetarum istorum, siue per angelum. [*Segregate mihi*] id est ad meum honorẽ
Rom. 1. à vestra societate, seu grege vestro corporaliter atque localiter separate. [*Barnabam et Saulum, in opus ad quod assumpsi eos*] id est ad prædicandum in gentibus ad quod eos elegi, conuerti, & mihi per gratiã iunxi. Vnde ad Romanos Apostolus de se loquitur, Paulus segregatus in Euangelium. [*Tunc ieiunantes et orantes, imponentesque illis manus, dimiserunt eos*] vt irent euangelizare in Gentibus. Verùm quia hic dicitur, quòd imposuerunt eis manus, videlicet in modum ordinandorum in sacerdotium, dicunt nonnulli, & habetur in Scholastica historia, quòd præfati sancti in Antiochia, audito spiritus sancti consilio, o-
G rantes pro Paulo & Barnaba, miserunt eos Hierusalem ad Petrum, Iacobum, & Ioannem tunc existentes ibidem. Qui audito spiritus sancti mandato gauisi sunt, imposuerúntque eis manus, quoniam manuũ impositio ad apostolos pertinebat. Sed quoniam litera non videtur hoc velle, alij opinantur, quòd iam in Antiochena ecclesia fuerunt quidam episcopi ab apostolis ordinati ad regẽdam multitudinem fidelium, qui tunc ibidem vehementer multiplicati fuerunt. Episcopi autem sunt apostolorum successores, idcirco ad eorum officium spectat impositio manuum, potuerúntque Paulo & Barnabæ manus imponere. Vtrum autem præter impositionem manuum aliam ordinationis solennitatem circa eos celebrauerint tres prædicti apostoli, siue alij quicunque episcopi, non est certum, vt Scholastica ait historia: quæ etiam perhibet quòd nec de apostolorum ordinatione aliquid legitur, vel quòd Christus eis manus im
Matth. 26. posuit. De Petro tamen certum habetur, quòd Antiochię celebrauerit missam. Sed potuit apostolis pro
Marc. 14. ordinatione sufficere: quia dictum est eis à domino, Hoc facite in meam commemorationem. Et licet tunc non interfuerint Paulus & Barnabas, tamen quia postea electi sunt ad apostolatum consilio, imò præcepto spiritus sancti, forsan in hoc cum aliis apostolis fuerunt priuilegiati, nec alia ordinationis solennitas circa eos celebrata est, & multi in primitiua ecclesia sine hac solennitate ordinationis, ad sacerdotium sunt promoti, etiam multi laici sine diaconio, & præcedentibus ordinibus, facti sunt sacerdotes. Insuper Beda hic ait, Videtur Saulus iuxta historiæ ordinem tertiodecimo post domini passionem anno apostolatum cum Barnaba, Paulúsque accepisse vocabulum. Quartodecimo autem anno iuxta condi
H ctum Iacobi, Cephæ scilicet Petri, & Ioannis ad gentium magisterium fuisse profectum, nec historia Ecclesiastica repugnat, dicens, apostolis præceptum fuisse, vt annis duodecim in Iudæa prædicarent, quia duodecimo anno non statim reliquerunt Iudæam, sed decimotertio exire cœperunt, & paulatim egressi sunt. [Et *ipsi*] scilicet Paulus & Barnabas [*Missi a spiritu sancto, abierunt Seleuciam*] quę est ciuitas Syriæ maritima à Seleuco rege Asiæ, de quo secundo Machabæorum habetur, constructa, & nominata vt dicitur [*Et inde nauigauerunt Cyprum*] insulam supra memoratam [*Et cum venissem Salaminam*] vrbem Cypri in qua Barnabas natus & passus fertur, nunc Constantiam dictam secundum Bedam, quæ & sita est in parte illius insulæ orientali respiciens Syriam [*Prædicabant verbum dei in synagogis iudæorum*] quibus verbum dei fuerat primò denunciandum, secundum quod infra Paulus fatetur, Vobis oportebat primũ loqui verbum dei. Porrò secundum Bedam, vbicunque dicitur in Synagoga, insinuatur factum in ciuitate quod legitur. [*Habebant autem et Ioannem in ministerio*] suæ prædicationis. Iste est Ioannes cogno
Actu. 13. minatus Marcus, de quo in præcedentibus iam dictum est. [Et *cum perambulassent vniuersam insulam*] Cypri [*Vsque Paphum*] occidentalem insulæ vrbem. Paphus secundum Bedam est ciuitas Cypri maritima
Actu. 11. iuxta insulam Veneris, quondam carminibus poëtarum famosa, quæ frequenti terræ motu lapsa, nunc
Actu. 12. ruinarum vestigiis, quid olim fuerit ostendit [*Inuenerunt quendam virum magum pseudoprophetam*] qui opera magica arte facta, dixit diuina [*Iudæorum, cui nomen erat Barien, qui erat cum proconsule Sergio Paulo, viro prudente*] qui fuit magnæ dignitatis & proconsul, id est secundus à consule, cui causa quæstus, &

A ambitione honoris coniunxit se magus ad deceptionem ipsius. [*Hic accersitis Barnaba et Paulo desiderabat audire verbum dei. Resistebat autem illis Elymas magus (sic enim interpretatur nomen eius) quærens auertere proconsulem a fide*] Christiana, per quam illius magicæ artes confundebantur. Horum duorum nominum, scilicet Elymas & magus, vnum est interpretatio alterius. Elymas enim secundum Scholasticam historiam interpretatur magus, sicque commune nomen maleficorum appropriatum est huic. Alij dicunt q Elymas interpretatur dei mei mensura, vel sensus, sicque iste fecerit se vocari, vt dei nũcius crederetur, & ita nomen Barien, præfato modo exponitur Elymas, hac de causa. [*Saulus autem qui & Paulus repletus spiritu sancto, intuens in eum dixit*] Hoc loco Saulus, primò vocatur Paulus, éstque hoc nomen sortitus secundum multos sanctorum doctorum à Paulo proconsule quem conuertit. Homines enim aliquando consueuerunt nomina ex aliquo notabili facto sortiri. Veruntamen secundum Origené semper fuit bi- Psalm. 5.
nominis, vnde iam dicitur Saulus qui & Paulus. Quasi dicat, Vtroque vocatus est nomine. Vel post suã Esa. 32.
ad Christum conuersionem, vocauit se Paulum, quasi humilem & modicum. [*O plene omni dolo et omni fallacia*] quia verbis & operibus fraudulentus. Virum autem sanguinum & dolosum abominabitur do- Sapien. 2.
minus. Et Esaia testante, Fraudulẽti vasa sunt pessima [*vili diaboli*] per imitationẽ doli & vitiorum: iuxta Ioan. 8.
illud Sapientiæ, Imitantur illum qui sunt ex parte ipsius. Hinc ait Saluator Iudæis, Vos ex patre diabolo
estis. [*Inimice omnis iustitiæ*] Legis naturalis, legis scriptę, legísque Euangelicæ [*Non desinis subuertere vias* Dionysius
B *domini rectas*] id est diuina præcepta, documenta, consilia, quantũ in te est conculcas, atque ab aliis tollis, 2. Tim. 2.
& prauè exponis. Huius magi meminit in libro de diuinis nominibus (puto) diuinus Dionysius, asserens stultam fuisse obiectionem quam verbis Pauli obiecit, quibus Paulus affirmat ad Timotheum, deus seipsum negare non potest, & arguit Elymas, quòd secundũ hoc, deus non esset omnipotens, quasi veritatẽ negare, mentiri, peccare, potentiæ, & non potius impotentiæ atque miseriæ esset. [Et *nunc ecce manus domini super te*] id est diuina potestas te puniet [*Et eris cæcus non videns solem*] nec lumen eius [*Vsque ad tempus*] vt per tuam corporeã cæcitatem, innotescat spiritalis cæcitas tuæ mentis. Et vt intus priuatus es luce atque intuitu solis iustitiæ, scilicet Christi, sic foris priuaberis materialis solis aspectu. [*Et confestim cecidit in eum caligo et tenebræ*] scilicet in instanti. Virtus enim dei cũ sit infinita, operatur in instanti. Quod item factum est ad declarandũ quòd excæcatio illa miraculosa fuit non naturalis [*Et circuiens quærebat, qui ei manum daret*] Tertius enim fuit sentiẽs plagam dei, & instar cæcorũ in gyro se vertit quærens ducatum & sustentationẽ ne laberetur in præceps. [*Tunc proconsul cum vidisset factum*] tam miraculosum [*Credidit, admirans super doctrina domini*] i. altitudinem sapiẽtiæ Christianæ, & virtutẽ miraculorũ, quibus cõfirmabatur. Nouerat enim tanquam vir prudens quòd deus fons veritatis, non perhibeat testimonium falsitati: ideo cernens apostolorum istorum doctrinam huiusmodi miraculo confirmari, mox cre-
C didit, & magum abiecit. [*Et cum a Papho nauigassent Paulus et qui cum illo erant*] scilicet Barnabas, Ioãnes, & forsitan plures. Nam & id credi potest, quòd aliqui de ministris proconsulis eius conuersione & instructione inducti, pariter sint conuersi [*Venerunt Pergen Pamphiliæ.*] perge est maritima ciuitas prouinciæ Asiæ, quæ prouincia vocatur Pamphylia iuxta Bedam. [*Ioannes autem discedens ab eis, reuersus est Hierosolymam.*] De causa suæ abscessionis infra dicetur, [*Illi vero*] scilicet Paulus & Barnabas [*Perr anseuntes Pergen, venerunt Antiochiam pisidiæ.*] Pisidia est prouincia Asiæ: & Antiochia sita in ea, alia est ab Antiochia Syriæ supra memorata, & in scripturis celebriori, quę olim Reblatha, & Remath magna dicebatur.
[Et *ingressi Synagogam die sabbatorum, sederunt*] quasi verè mansueti ad audiendum verbum dei, vt prom- Actu. 11.
pti ad prædicandum. [*Post lectionem autem legis et prophetarum, miserunt principes synagogæ*] videlicet prę- 4. Reg. 25.
lati inter Iudæos [*Ad eos dicentes, Viri fratres, si quis est in vobis sermo exortationis ad plebem, dicite.*] Ex ipso enim apparatu, probitate & grauitate Pauli & Barnabæ, cõsiderauerunt eos esse viros religiosos ac sapiẽtes. Siquidem sapientia hominis lucet in facie eius. [*Surgens autem Paulus*] principibus & toti cõgregationi honorem impendens [*Et manu silentium indicens*] vt attentius audiretur [*Ait, Viri israelitæ, et qui timetis deum, audite.*] His verbis beneuolẽtiam eorum captat, vt fructuosius audiatur. [*Deus plebis israel elegit patres nostros*] ab æterno, & tempore diuinitus pręstituto effectus gratiosos huius electionis impertitus est
eis [Et *plebem*] Israëliticam [*Et altauit, cum essent incolæ in terra* Aegypti.] Nam tempore Ioseph & etiã tem Gene. 47.
pore eductionis per Mosen, & paulò ante fuerũt ibidem honorificè sublimati [Et *per quadraginta anno-* Exod. 16.
D *rum tempus, sustinuit mores eorum in deserto*] mores, inquã, peruersos, murmurationes & rebelliones: quan Num. 22.
doque tamen satis acriter correxit quosdam eorum, sed totam gentem non deleuit [Et *destruens*] partim Deut. 29.
occidendo, partim fugando, partim in captiuitatẽ redigendo [*In terra chanaam septem gentes*]. i. totidẽ nationes filiorum Cham, vtpote Chananæos, Amorræos. Euæos, Iebusæos, Pheresæos, Ethæos & Gergesæos [*Sorte*]. i. per sortium missionem [*Diuisit eis terram eorum*] per manus Iosue, Eleazari, & principum tribuum filiorum Israël, sicut in Iosue legitur. Duabus tamen tribubus ac dimidiæ ante per Mosen fuit diuisa pars terræ trans Iordanem [*Quasi post quadringentos et quinquaginta annos.*] Computatio annorum istorum secundum Bedam atque Scholasticam historiam inchoatur à natiuitate Isaac, à qua vsque ad exitum Israël de Aegypto fluxerunt anni quadringenti & quinque, quibus iunguntur & quadraginta anni, quibus in solitudine erant, & quinq; in terra Chanaã, post quos quieuit terra à præliis, tunc q; diui Esa. 123.
sa est terra, sicut in lib. Iosue legitur. [Et *post hæc dedit iudices*] quorũ prim⁹ fuit Othoniel frater Caleph Iosue. 14
minor, vt scribitur in lib. Iudicũ [*Vsque ad Samuel prophetam*] incluſiuè, quia & ipse iudex fuit Israëliticæ Psalm. 77.
plebis. [*Et exinde postulauerũt regem*] nã filij Samuelis iudices à patre suo cõstituti post auaritiã declinauerũt, vt 1. Reg. habetur [Et *dedit eis Saul filiũ cis virũ de tribu Beniamin*] quo pro tũc nõ erat inter filios Israël Iosue. 11. 12
melior. [Et *amoto illo*] à regno propter sua peccata, quia in eo honores mutauerunt mores [*Suscitauit illis* Iud. 3.
Dauid regem, cui testimonium perhibẽs dixit, Inueni Dauid filiũ Iesse virum secundũ cor meum]. i. mihi placentẽ, 1. Reg. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. Reg. 10. 1. Reg. 16. Rom.11. Lucæ.3. Ioan. 1. Luc.3. Matth.3. Marci.1. Matth. 16. Matt. 10. Ioan.19. Psal.43. Act. 1. Psal. 2. Act. 4. Rom. 9. Esa.55. Esa.35. psalm.15. Act. 2.

seu meæ voluntati conformem, in donis naturæ & gratiæ bene dispositum, [*Qui faciet omnes voluntates* E
meas]id est volita à me implebit,& mihi obediet.Non talem deus istum improuisè inuenit,sed vt talem
eum inueniret,prius per gratiam talem fecit,imò ab æterno prædestinauit se illum talem factурum,quo
facto talem inuenit qualem voluit & exegit.Et ista est preclarissima laus sancti Dauid.Quid enim nobi
lius volũtati creatæ,quàm increatæ dei sui voluntati esse conformen, cùm & amicorum sit eadem velle
& nolle?[*Huius deus ex semine*]id est ex semine Dauid[*Secundum poromissionem*] factam ipsi Dauid[Edu=
xit] per generationem ex virgine[*Israel*]id est ad salutem populi Israël [*Saluatorem iesum*] qui factus est
ex semine Dauid secundum carnem,vt dicitur ad Romanos[*Prædicante Ioanne ante faciem aduentus eius*]
id est ante manifestam Christi prædicationem & apparitionem,qua per miracula se dei filium declara-
uit[*Baptismum pœnitentiæ*]id est dispositiuum ad pœnitentiam, & in quo Iudæi sua confitebantur pecca
ta,non confessione sacramentali,sed generali[*Omni populo israel*]venit ad eum.[*Cum autem impleret Ioan
nes cursum suum*] id est circa finem suæ prædicationis morti propinquans, [Dixit] Iudæis.[*Quem me ar-
bitramini esse,non sum ego*] id est non sum Christus sicut putatis. Hoc enim superiores & inferiores Iu-
dæorum concorditer existimabant,propter sanctissimam conuersationem Ioãnis[*sed ecce venit post me*]
ad prædicandum & baptizandum per suos discipulos.Christus etiam natus est post Ioannem[*Cuius non
sum dignus soluere calciamenta pedum eius*] id est nec in minimo dignus sum ei exhibere obsequium, eò
quòd incomparabiliter sit maior me secundum diuinam naturam, & secundum assumptam quoque,vt F
verbo immediatè suppositalitérque vnitam,& omni gratia secundum totam capacitatem mentis creatæ
repletam quasi ineffabiliter maior est me,quia toto vniuerso præstantior. Vnde ad Christi maiestatem
habendo respectum non fuit Ioannes dignus ad id.Veruntamen considerando Ioãnis obsequium,vt ex
charitate , & actuali motione spiritus sancti procedens , meritorium fuit vitæ æternæ etiam de condi-
gno secundum multos doctores. Et quo ad id,dignus fuit dominum Iesum baptizare: imò sic deuotus
sacerdos dignus est corpus eius & sanguinem consecrare,tractare,& sumere, ad quod nemo condignus
est,si ad Christi dignitatem habeatur duntaxat respectus.Postremò verbis his non datur intelligi,quòd
Christus vsus sit calceis, quem constat nudis pedibus incessisse:sed est modus loquẽdi Hebræorũ [*Viri
fratres,filij generis*] id est tribus [*Abraham,et qui in vobis timent deum*]quod referri potest ad conuersos ad
Iudaismum[*Vobis verbũ*] id est prædicatio[*salutis huius missum est*]vel verbũ salutis huius,id est verbum
dei incarnatum, humanæ author salutis missum primò specialiter ac principaliter, ita vt ipsemet Chri-
stus testatus sit,Non sum missus,nisi ad oues domus Israël quæ perierunt.Discipulis quoque præcepit,
In viam gentium ne abieritis, sed ad oues perditas domus Israël.[*Qui enim habitant Hierusalem*]puta vul-
gares[*Et principes eius,hunc*]Iesum[*Ignorantes*] esse Messiam.Quod quomodo verum sit tactum est su- G
per id,Scio fratres,quia per ignorãtiam peccastis,sicut & principes vestri[*Et voces prophetarum,quæ per
omne sabbatum leguntur*] in Synagogis seu scholis eorũ, quia verba prophetarum de Christo non intelle
xerunt [*Iudicantes*]quòd morte esset condignus [*impleuerunt*] quæ de Christi passione prophetata fue-
runt]*Et nullam causam mortis inuenientes in eo*][secundum veritatem[*Petierunt a Pilato vt interficerent eum*]
id est ex eius sententia per milites interfici facerent,quod & fecerunt.[*Cumque consummassent omnia quæ
de eo scripta erant*] videlicet quæ eius comprehensione, ligatione, consputione, passione, [*Deponentes
eum de ligno,posuerunt in monumento*] non vtique iidem numero interfecerunt & deposuerunt, ac sepe-
lierunt:sed illud impij,hoc iusti,videlicet Ioseph ab Arimathia,& Nicodemus. Verùm scriptura more
solito loquitur de diuersis quasi de eisdem:sicut in Psalmo,Cùm occideret eos quærebant eum. Et ite-
rum,Et non recessit retro cor nostrum,& declinasti semitas nostras à via tua. [*Deus vero suscitauit eum a
mortuis tertia die,qui visus est per dies multos,his qui simul ascenderant cum eo de Galilæa in Hierusalem*] scili-
cet viris ac fœminis præsertim Apostolis, prout dictum est ante scilicet: Post passionem autem suã per
dies quadraginta apparens eis[*Qui vsque nunc sunt testes eius ad plebem*] quòd ipse sit Christus pro homi-
nibus crucifixus & suscitatus.[*Et nos vobis annunciamus eam quæ ad patres nostros repromissio facta est*] de
Christi aduentu, & saluatione generis humani per ipsum [*quoniam hanc deus adimpleuit filiis nostris*] id
est Iudæis qui nunc sunt scilicet ad eorum salutem,qui si in Christum crediderint, immaculateque vi-
xerint,non habebunt necesse ad limbum descendere vt patres eorum quantumlibet sancti,sed morien-
tes mox euolabunt [*Resuscitans Iesum. Sicut et in psalmo secundo scriptum est*] dicente patre ad Christum, H
[*Filius meus es tu*]non adoptiuus,sed naturalis [*Ego hodie*] id est in æternitatis inuariabili,indiuisibilique
momento[*Genui te*]generatione immateriali & intellectuali. Authoritas ista supra allegata est atque ex-
posita,quam hic inducit Apostolus,non ad probandum Christi resuscitationẽ, sed diuinitatem,de qua
iam fuit locutus. De suscitatione verò subiungit, [*Quod autem suscitauit eum a mortuis, amplius non reuer-
surum in corruptionem*] hoc est ad vitam immortalem & impassibilem [*Ita dicit*] per Esaiam, secundum
translationem septuaginta interpretum[*Quia dabo vobis Dauid sancta fidelia*] id est quæcunque ipsi Da-
uid de Christo promisi,vel per ipsum de Christo loquutus sum,vobis fideliter adimplebo. Loco cuius
nostra translatio habet,Feriam vobiscum pactum sempiternum,misericordias Dauid fidelis.[*Ideoque et
alibi dicit*] puta in Psalmo,ipse Dauid ad patrem de Christi resurrectione vaticinans, [*Non dabis sanctum
tuum videre corruptionem*]id est corpus Christi sancti sanctorum non permittes in sepulchro resolui,aut
incinerari.Istud iam ante plenius fuit expositum. Porrò quòd hoc de Christo, non de Dauid prædictũ
sit,probat Apostolus.[*Dauid enim in sua generatione,cum administrasset voluntati dei*] ei fideliter obedien-
do, atque secundum ipsius voluntatem populum Israël gubernando [*Dormiuit, et appositus est ad patres
suos*] quia secũdum corpus cum eis sub terra defossus:&,quo ad animam,cum eorum spiritibus in lim
bo locatus [*Et vidit corruptionem*] id est corpus eius in pulueres est redactum, [*Quem vero deus suscitauit*

A à mortuis tertia die,vt dictum est[*Non vidit corruptionem*]id est corpus eius post animæ recessum nõ est
resolutum.[*Notum ergo vobis sit,viri fratres,quia per hunc*]tanquam per saluatorem & mediatorem dei ac
hominum Iesum Christum[*Vobis remissio peccatorum annunciatur*] ita quòd dei passione, virtute ac me- 1.Tim.2.
rito estis saluati,dummodo in ipsum credatis,& charitate iungamini,vt virtus & meritum passionis fuæ
vobis per sacramenta Euangelicę legis applicetur[*Ab omnibus*]scilicet peccatis purgatio[*A quibus non po
tuistis in lege Mosi iustificari*]id est mundari per sacrificia legis,neque per ipsam legem,quia lex illa nõ con
tinuit nec contulit gratiam,sicut lex noua, inquantùm includit Euangelica sacramenta gratiæ significa-
tiua,contentiua & effectiua.Efficiunt enim quod designant.Hinc ad Hebræos multa scribit Apostolus, Heb.7.
Nihil,inquiens,ad perfectum adduxit lex. Et, impossibile est sanguine hircorum & vitulorum auferri Heb.10.
peccata.Illa enim sacrificia non ex se erant accepta,sed ex offerentium deuotione. In veteri quoque te-
stamento nõ fuit remedium contra reatum originalis peccati,quo ad patriæ ingressum,sed omnes electi
illi descenderunt in limbum.Electi quoque qui tunc iustificabãtur,non per legẽ,sed per fidẽ Christi fu
turi,tunc iustificati noscuntur.Hinc subditur,[*In hoc enim omnis qui credit,iustificabitur*]id est omnis qui Esa. 53.
per fidem formatã Christo vnitur seu incorporatur, virtutis & meriti suæ salutiferæ passionis consors Apoc.1.
particépsque efficitur.Ipse enim est in quo dominus posuit iniquitatem omnium nostrũ, qui satis fecit
pro nobis eum disciplina pacis nostræ fuit super eum:cuius liuore sanati sumus, qui dilexit nos & lauit
B nos à peccatis nostris in sanguine suo. Sed caput membris non influit, nec ipsa viuificantur ab ipso nisi Abac.1.
eidẽ connectantur:ita vitam gratiæ,motúmque virtutũ à Christo non sortitur, qui ei per fidem & cha
ritatem non counitur.[*Videte ergo ne superueniat vobis,quod dictum est in prophetis*].i.ne pœna propheticè
prænunciata vos apprehendat. Quid verò sit dictum in prophetis , adiecit , [*Videte contemptores et ad-
miramini et disperdimini:quia opus ego operor in diebus vestris,opus quod nõ credetis,si quis enarrauerit vobis.*]
Istam scripturam allegat Lucas secundũ translationem septuaginta, qua suo tempore vtebatur ecclesia,
quæ & apud Abacuc habetur.Nostra quoque sic habet trãslatio, Aspicite in gentibus,& videte,& admi
ramini,& obstupescite:quia opus factum est in diebus vestris quod nemo credet cùm enarrabitur. Lo-
quitur autem propheta ad literã de captiuitate & punitione Iudæorum per Chaldæos, quã sibi immi-
nere credere noluerũt prænunciantibus id prophetis.Hortatur ergo Apostolus Iudæos,ne sicut illi Iu-
dæi ob suam incredulitatem & peruersitatẽ inciderũt maximã calamitatem,Chaldæorúmq; rabiem: sic
ipsi incidant similem pœnã & manus Romanorũ,vel potius dæmonũ,qui per Chaldæos spiritaliter de-
signãtur.Itaque sensus est,Videte & præcauete ô contemptores verborum dei & promissionis diuinæ,
& admiramini de magnitudine vestri periculi,& disperdimini per vitia & errores,itémque per captiui-
tatem hãc vltimã,qua vagi estis in nationibus,quia opus ego operor in diebus vestris,videlicet saluatio-
C nem generis humani per Christũ,seu incarnationem,passionem,resurrectionem & ascensionem ipsius,
quod nõ credetis si quis enarrauerit vobis.Nã pro maiori parte manserunt increduli. Potest quoq; hoc
opus intelligi pœna eis inflicta eò q̃ non susceperunt Christum,[Exeuntibus autem illis] videlicet Paulo
& Barnaba Synagogã[*Rogabant principes Synagogæ,vt sequenti sabbato loquerentur sibi hæc verba.*]Quidã
existimant quòd malitiosè id rogauerunt tanquã indignantes de hoc quod Paulus dixit eos in lege Mo
si nõ posse iustificari,idcirco volebant hoc rursus ab eo audire,vt maiorem contra eum occasionem ha
berent.Vnde & sequenti sabbato in euidentẽ proruperunt malitiam.Fortè tamen bono id animo preca
bantur,vt de tam nouo rumore ac magno negocio plenius instruerentur.Postea tamen subuersi fuerũt
[*Cum autem dimissa esset Synagoga*] id est conuentus solutus vnoquoque ad propria remeante[*Secuti sunt
multi iudæorum et colentium*]deum[*Aduenarum Paulum et Barnabam*]vt eorum prædicationibus certius im
buerentur. Aduenæ verò deum colentes intelliguntur qui natione erant Gentiles, sed religione Iudæi,
seu ad Iudaismũ conuersi,qui proselyti dicebantur,vel Iudæi de dispersione venientes[*Qui*]puta Apo-
stoli[*Loquentes persuadebant eis,vt permanerent in gratia dei*]id est in fide Christi misericorditer iustifica-
ri exquirerent,non in obseruantiis legis.Dei quoque gratioso auxilio inniterentur,nõ legis iustitiæ. A-
liqui autem dicunt istos iam credidisse in Christum,ideóque moneri,vt in ea fide permaneant fixi.[*se-
quenti vero sabbato pene vniuersa ciuitas conuenit audire verbum dei*]à Paulo & Barnaba, quorum infra hos
dies inter medios percrebuit fama atque innotuit[*Videntes autem turbas*] Gentilium horum, Iudæi re-
D pleti sunt zelo[*inuidiæ contra apostolos*] & contradicebant his quæ à Paulo dicebantur de Christo [*Bla-
sphemantes*] dicendo quòd Iesus Nazarenus non esset verus Christus. [*Tunc constanter Paulus et Barna-
bas dixerunt , Vobis oportebat primum loqui verbum dei*] id est Euangelicam prædicationem proponere, Matt. 10.
quia vt dictum est sæpe,Christus atque Apostoli primò directi sunt ad Iudæorum cõuersionem, qui- Matth. 16.
bus propheticæ promissiones tanquam populo peculiari præsertim factæ fuerunt [*Sed quoniam repuli-
stis illud*]obstinato animo veritati euangelicæ contradicendo[*Et indignos vos iudicastis*].i.facto peruerso
indignos monstrastis[*Vitæ æternæ*]quæ est beatitudo vera per Christũ reparata[*Ecce conuertimur ad gen
tes*]instruendas & conuertendas.Itaque Iudæorũ infidelitas,obstinatio,rebellio,fuit occasio instructio-
nis,illuminationis saluationísque gentium.propter quod ad Romanos scribit Apostolus,Delictum eo- Rom.11.
rum salus est gentibus.Quòd si delictum eorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ gen-
tium,quantò magis plenitudo eorum? [*sic enim præcepit nobis dominus*] vt Iudæis obstinatis relictis,pro-
cedamus ad gentes:ad quod authoritatem Esaiæ allegat, [*Posui te in lumen gentibus*] id est ad Gentilium Esaiæ. 49.
illuminationẽ te ordinaui[*Vt sis in salutem*]cunctis credentibus[*Vsque ad extremum terræ*] id est per om-
nes terminos mundi.Vnde & Symeon loquens de Christo,confessus est deo patri, Viderunt oculi mei Lucæ.2.
salutare tuum , quod parasti ante faciem omnium populorum : Lumen ad reuelationem gentium : Et
Psalmista , Viderunt omnes fines terræ salutare dei nostri. Sed cùm hæc verba sint literaliter dicta de

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christo, quomodo Apostoli ea commemorant tanquam de ipsis prolata? Ad quod Beda respondet, E
Act.6. Quod de Christo specialiter dictum est, hoc iam sibi dictum arbitrantur Apostoli, membra scilicet, illius esse se recolentes, sicut etiam ipse propter eiusdem corporis vnionem dixit, Saule Saule, quid me persequeris? Tanta enim est vnio capitis & membrorum. Potest & aliter respondere, quòd licet hæc verba de Christo pronuncientur ad literam, quoniam tamen exequutioni mancipata non sunt nisi per prædicationem Apostolorum, idcirco Apostoli congruenter ea de se dicta fatentur. Præterea vt ista authoritas clarius intelligatur, pensandum, quòd prætacto Esaiæ capitulo, cum vaticinio illuminationis gentium excæcatio Iudæorum in Christi aduentu apertissimè prænunciatur. Sic nempe Christus ait
Esa.46. ibidem, Et nunc hæc dicit dominus formans me ex vtero seruum sibi, vt reducam Iacob ad eũ, & Israël non congregabitur. Quid enim est Israël non congregabitur, nisi non conuertetur, nec intra electorum
Ioan.1. ecclesiam colligetur? Deinde loquitur Christus, Et glorificatus sum in oculis domini: & dixit, Parum
Eccle.1. est, vt sis mihi ad suscitandas tribus Iacob, & fœces Israël conuertendas. Dedi te in lucem gentibus, vt sis
1.Corin.1 salus mea vsque ad extremum terræ. [*Audientes autem gentes*] suam saluationem prophetice prænunciatam [*Gauisæ sunt*] deo gratias referentes [*Et glorificauerunt*] id est magnifice laudauerũt, reuerentérque au
dierunt [*Verbum domini*] id est Euangelicam prædicationem, seu Christum, qui est verbum, sermo, & ve
ritas dei patris. [*Et crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam*] id est omnes prædestinati. His
enim quos deus omnipotens & sublimis ad vitam gloriæ ab æterno elegit, in seculo isto de donis gratiæ F
misericorditer prouidet, atque de omibus mediis ad consequendam beatitudinem requisitis: inter quæ primũ, ac fundamentum est fides catholica, quæ est oculus mentis, vltimum finem ostendens, atque ad eius adeptionem omnia dirigens. [*Disseminabatur autem verbum domini per vniuersam regionem*] id est Euã
gelica prædicatio instar seminis per terram Gentilium spargebatur in cordibus hominum. Semen nan
que est verbum dei. [*Iudæi autem*] potissimè principes Synagogæ [*concitauerunt*] id est contra Apostolos
Matt.13. prouocauerunt] *Mulieres religiosas et honestas, et primos*] puta rectores & nobiliores [*Ciuitatis et excitauerunt persecutionem in Paulum et Barnabam.*] Mulieres istæ atque primarij vrbis videntur primò fauisse a
postolis, sed per impiam informationem Iudæorum auersi [*Et eiecerunt eos de finibus suis. At illi excusso
puluere pedum in eos venerunt iconium*] Hoc Christus in Euangelio docuit faciendum in testimonium sui
laboris, & inexcusabilitatis illorum, qui verbum dei recipere abnuerunt. Iconium autem secundum
Matth. 10. Bedam est ciuitas celeberrima Lycaoniæ, est quoque & alia in Cilicia. [*Discipuli quoque*] id est creden
Marci.9. tes in Christum [*Replebantur gaudio*] spiritali, interno ex contemplatione amorosa bonitatis diuinæ, beneficiorumq; eius, imò in omni opere virtuoso gaudebant, quæ bona sunt delectabiliter peragentes. Signum enim virtutis perfectè inexistentis est delectatio operationi coniuncta. Insuper & in aduersis cordialiter lætabantur, videntes se Christi passionibus communicare & cõformari, in præsenti quoque se- G
culo aduersitatibus exerceri, vt moris est filiorum dei. [*Et spiritu sancto*] id est charismatibus eius in do
Proue. 3. nis atque virtutibus quotidie proficientes. Quantò autem in primitiua ecclesia tribulatio amplius abun
dauit, tantò huiusmodi gaudium magis necessarium fuit, ne imbecillitas mẽtis humanæ sub onere ruẽs
deficeret. Vnde & tunc munificentia spiritus sancti copiosius se diffudit.

Expositio capitis XIIII. [*Factum est autem in Iconio.*]
Articulus XIIII.

PRosequitur sanctus Lucas processum Apostolicæ prædicationis in vrbe Iconio. [*Factum est autem in Iconio vt simul introirent in Synagogam Iudæorum et loquerentur*] Paulus & Barnabas existentibus in Synagoga [*Ita vt crederet Iudæorum et Græcorum*] id est Gentilium quorundam, fortè prosely torum, seu Iudæorum ex Græcia [*Copiosa multitudo*] in quo fructus prædicationis huius ostenditur, quæ variis miraculis diuinitus confirmabatur. [*Qui vero increduli fuerunt Iudæi, suscitauerunt ad iracundiam animas Gentilium aduersus fratres*] id est Christianos præcipuè con
tra Apostolos, asserendo quòd nouam & falsam sectam inducerent, & agerent H
Prouer.21. contra Romanos. [*Dominus autem dedit cito pacem.*] Ipse enim ad nutum corda immutat, & quocunque voluerit vertit. [*Multo igitur tempore demorati sunt*] in vrbe hac [*Fiducialiter agentes in domino*] id est imper territa mente euangelizantes [*Testimonium perhibente verbo gratiæ suæ*] id est ipso domino attestante veritati Euangelicæ prædicationis, in qua gratia & misericordia dei maximè commendatur, docetur & cõ tinetur. Quomodo autem autem attestatus sit subditur. [*Dante*] deo [*Signa et prodigia fieri per manus eorum*] .i. per preces, virtutes, & ministeriũ Pauli & Barnabæ. Hæc tamen miracula Lucas breuitati studẽs non recitat. [*Diuisa est autem multitudo ciuitatis*] .i. discors effecta [*Et quidam quidem erant cum Iudæis*] vide licet infideles [*Quidam vero cum Apostolis*] scilicet conuersi ab eis. [*Cum autem factus esset impetus*] ex vehementia passionum, non ex ratione & æquitate procedens [*Gentilium et Iudæorum*] incredulorũ [*cum principibus suis, et contumelijs afficerent et lapidarent eos*] puta apostolos [*Intelligentes*] Apostoli quòd imminebat [*Confugerunt ad ciuitates Lycaoniæ Lystram et Derben*] non inordinatè timendo, sed Christo obedien
Matt.10. do hoc fecerunt. Nam dixit & Saluator, Cùm persequuti vos fuerint homines in vna ciuitate, fugite in aliam [*Et quidam vir in Lystris infirmus pedibus, sedebat claudus ex vtero matris suæ, qui nunquã ambulauerat*] nec potuit stare, sed portabatur, aut sustentaculis vtebatur. [*Hic audiuit Paulum loquentem*] id est prædica tionem intentè aduertit. [*Qui*] Paulus [*intuitus eum*] oculo compassionis interno, & visu corporeo [*Et vi-*

A *dens*] id est spũ sancto reuelante perpendẽs [*Quia fidem haberet vt saluus fieret*] .i. quòd verbis Pauli credebat, & in nomine Christi se saluandum speraret, aut etiã corporaliter reformãdum, talem & tantã fidem cõtulit ei spiritus sanctus, qui miraculũ facere iam decreuit [*Dixit voce magna*] vt signum mox futurũ ad Christi gloriã audientiũmque salutẽ cunctis pateret. [*surge super pedes tuos rectus*] ita vt nulla prioris defectuositatis in te signa remaneant. Porrò secundũ Bedam in Græco codice sic habetur, Tibi dico in nomine dñi nostri Iesu Christi, surge super pedes tuos rectus. [*Et exiliuit & ambulabat*] .i. protinus sine omni obstaculo celerrimè cõsurrexit & expeditè incessit, quod fuit valde grande miraculum soli diuinitati possibile. [*Turbæ autem gentiles atque idololatræ cum vidissent quod fecerat Paul. leuauerunt vocem suam Lycaonice dicentes*] scilicet iuxta linguam maternam, quia Lystra ciuitas fuit prouincię Lycaonię. [*Dij similes facti hominibus*] id est humana effigie apparentes [*Descenderunt ad nos de cælo*] quod est locus deorũ secundum illorum errores. Putabant quippe paulum ,ppria id potestate fecisse [*Et vocabant Barnabam Iouem*] eò quòd prior & senior videbatur. Iouem enim regem deorum & patrem putabant. [*Paulum vero Mercurium,*] qm secundum vanitatẽ Iouem comitabatur [*Quoniam ipse erat dux verbi*] .i. in loquendo & proponendo verbũ dei, habens primatum: & quia Mercurius secundum eorũ perfidiam, eruditus & eloquens fuit intantũ vt deus eloquẽtiæ diceretur, Paulum eius nomine exprimebant. [*Sacerdos quoque Iouis, qui erat ante ciuitatem*] audito rumore miraculi [*Tauros*] ad immolandũ [*Et coronas*] ad imponendũ eas
B capitibus apostolorum ad decorem eorum, vel ad templũ ornandum [*Afferens ad ianuas*] templi [*Cum populis voluit sacrificare*] .i. hostias mactare & immolare apostolis tanquam immortalibus diis. [*Quod vbi audierunt Apostoli Paulus & Barnabas, conscissis tunicis suis*] more Iudęorũ, qui audita diuinę maiestatis blasphemia vestes scindere consueuerunt, zelo dei, quasi eius iniuriam perpeti non valentes, & cordis sui dolorem monstrantes. [*Exilierunt in turbas, clamantes, et dicentes, Viri quid hæc facitis?*] id est cur nobis sacrificare disponitis? Quò sancti apostoli humiliores fuerunt, eò pœnalius fuit eis hoc factum diuinæ maiestatis inhonoratiuum. [*Et nos mortales sumus, similes vobis*] in natura specifica, [*Homines annunciantes vobis ab his vanis*] idolorum culturis, in quibus nec veritas est, neque vtilitas: & quę à vera beatitudine seu vltimo hominis fine colentes impediunt [*Conuerti ad deum viuum*] qui solus est viuens, & vita pura ac plena per suam essentiam. Dij autem quos colitis mortui sunt & damnati: vt Iupiter, Mercurius, &c. qui homines scelerati fuerunt. [*Qui fecit cælum et terram, et omnia quæ in eis sunt.*] Cælum enim & terrã per se ipsum immediatè creauit, in quibus sunt multa quæ non sunt immediatè à deo secundũ se tota creata, vt bruta: originaliter tamen principalitérque à deo fluxerunt; & prima materia vniuersorũ ab illo est immediatè
producta. [*Qui in præteritis generibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas*] id est vniuersos gentiles in suis
C adinuentionibus, erroribus & peccatis defluere ac perire. Nam vsque ad Christi aduentum & prædicationẽ eius ac discipulorum suorũ, gentes cõmuniter idolis seruiebant, paucissimis interdũ exceptis, solique filij Israël vias dei ambulauerunt, vnũ verum deũ colendo [*Et quidem non sine testimonio temetipsum reliquit*] .i. bonitatem & diuinitatẽ suam manifestare, seque deũ esse testari per varia beneficia nõ cessauit, benefaciens, totũ vniuersum conseruando in esse, & gubernando [*De cælo*] aëreo [*Dans pluuias et tempora fructifera*] ætatem & ver. [*implens cibo et lætitia corda vestra*] Omnia enim dona naturæ, & bona fortunę, beneficia sunt summi dei, cuius vnitas, maiestas ac diuinitas per vniuersi gubernationẽ, temporum distinctionẽ, cælestium motionẽ, inferiorum moderationẽ ac prouisionem ipsis quoque philosophis innotuerunt. Naturalis autẽ delectatio quæ ex coniunctione potentiæ cum conuenienti obiecto causatur, à deo principaliter deriuatur, qui institutor est ordinis & cohabitudinis rerũ. Corda verò, id est mentes nõ implentur cibo corporeo, nisi quo ad desiderij actuationẽ [*Et hæc dicentes vix sedauerunt turbas ne sibi immolarent*] propter magnitudinem rei gestæ, & quia ad idololatriã pronæ fuerunt. Hoc de sacerdote Iouis non specificatur, qui fortè deum suum reprobari inuitè & indignanter audiuit [*Superuenerunt autem quidam ab Antiochia*] Pisidiæ, quæ fuit huic vrbi vicinior quàm Antiochia Syriæ [*Et Iconio Iudæi*] increduli
[*Et persuasis turbis*] ciuitatis Lystris [*Lapidantesque Paulum*] Vnde & ipse scribit, Semel lapidatus sum [*Transxerunt extra ciuitatem*] tanquam sepultura indignũ, & vt vile cadauer [*Existimantes eum mortuum esse*] quia signa vitæ non apparebant in eo tam grauiter vulnerato: mortuúsque fuisset, nisi diuina fuisset potestate mirabiliter præseruatus [*circundantibus autem eum discipulis*] quasi plangerent mortuum, & ne à Iudæis vi
D uere perciperetur. [*Surgens intrauit ciuitatem*] Lystris occultè, quia diuina virtute fuit sanatus seu confortatus, aliter proficisci non potuisset, [*Et postera die profectus est cum Barnaba in Derben*] Lycaoniæ vrbem [*Cumque euangelizassent illi ciuitati, et docuissent multos, reuersi sunt Lystram, et Iconium, et Antiochiam*] Pisidiæ, vrbes, in quibus iam antea prædicauerunt [*Confirmantes animas discipulorum*] sermonibus optimis [*exhortantesque, vt permanerent in fide*] tanquã in fundamento virtutũ spiritalisque vitæ. Quo sublato tota corruit machina spiritalis in anima [*Et quoniam per multas tribulationes*] à mundo, à dæmonibus, à propria carne, & improba voluntate, [*Oportet nos intrare in regnum cælorum*] de exilio enim nõ venitur ad patriã, nisi per diuersos labores. Quotidiana quoque nostra peccata castigationem dei paternã requirunt.
Caro etiã aduersatur spiritui: & quò magis proficere cupimus & conamur, eò inuisibiles hostes grauius nobis insistũt. Denique nõ est seruus maior domino suo. Si ergo oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriã suã: quomodo nos serui eius vilissimi, sine tribulationibus optamus saluari? Itaque qui se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Qui enim nũc cõpatitur Christo, cõglorificabitur post cũ eo. Hinc ait Psal. Multæ tribulationes iustorum. Et itẽ, Trãsiuimus p ignem & aquã. Hinc arcta dicitur via quę ducit ad vitam. Vę filiis sęculi, amatoribus huius mũdi, qui cuncta quę carni mollia sunt quęrunt, qui nullam volunt ferre iniuriam, nil perpeti ,ppter Christum, qui instar brutorum passiones concupiscentiásque sequũtur. Ideo dicit Saluator, Qui vult venire post me, tollat crucem suã quotidie, & sequatur me. Et Apostol. Non coronatur nisi qui legitimè certauerit. Vbi ideo iam illi, qui

Act.14. Esa.46. Ioan.1. Eccle.1. 1.Corin.1 Matt.13. Matth. 10. Marci.9. Proue. 3. Matt.10. Prouer.21. 2.Cor.11. Galat.5. Ioan.13. Lucæ.24. 1.Ioan.1. Roma.8. Psalm.33. Psalm.63. Matth.7. Lucę.9. 2.Tim.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tempus iuuentutis ac ſanitatis in vitiis expendentes,ſpem ſtultam ſibi confingunt, quod in ſenio ſeu ſanguore,pœnitentiam ſint acturi?[Et *cum conſtituiſſent illis*] diſcipulis [*Per vniuerſas eccleſias,presbyteros*]id eſt epiſcopos ſecundum quoſdam.In primitiua nanque eccleſia,non fuit inter iſtos diſtinctio,& frequẽter eodem nomine cenſebantur,quod ex verbis ad Titum habitis facilè eſt penſare. Cum enim dixiſſet ad Titum,cõſtituas per ſingulas ciuitates presbyteros:& quales debeant eſſe presbyteri, ſubdens paulò- Titum.1. poſt ait,Oportet enim epiſcopum ſine crimine eſſe.Similiter ad timotheũ poſt epiſcopi deſcriptionem, 1.Tim.3. mox ad diaconos ſe conuertit. Similiter ad Philippenſes in exordio , Cum epiſcopis,inquit,& diaconi- Philip.1. bus[Et *oraſſent cum ieiunationibus & orationibus,commendauerunt eos domino,in quem crediderunt*]qui ſolus eſt principalis conſeruator & cuſtos[*Tranſeunteſque Piſidiam,venerunt Pamphyliam*]prouinciam Aſiæ[Et *loquentes verbum dei in Pergen*]ciuitatem Pamphyliæ[*Deſcenderunt in Attaliam*]quę ſecundum Bedam eſt ciuitas Pamphyliæ maritima[Et *inde nauigauerunt Antiochiam*]Syriæ[*Vnde erant traditi gratiæ dei*]id eſt ab aliis ſanctis ibidem exhibitis operibus gratiæ ſpiritus ſancti[*in opus quod compleuerunt*]id eſt ad prędica- Actu.13. tionem & apoſtolatus officium,vt dictum eſt ſupra.[*Cum autem veniſſent Antiochiam,& congregaſſent eccleſiam,narrauerunt quanta feciſſet deus cum illis*]id eſt quantam dediſſet eis virtutem & gratiam in conuerſione gentilium & Iudæorum quorundam . [*Quia aperuiſſet gentibus oſtium fidei*].i.fidem quæ eſt ianua ad cætera dona,gentibus infudiſſet . [*Morati ſunt autem tempus non modicum cum diſcipulis*]in Antiochia. Hæc autem ad dei gloriam,& audientium ſpiritalem exhilarationem eccleſiæ retulerunt. F

Expoſitio cap. xv. [Et *quidam deſcentes de Iudæa.*] Artic. xv.

ONſequẽter ardua quædam quæſtio determinatur,quæ in primitiua eccleſia multos ſolicitauit[Et *quidam deſcendentes de Iudæa*]præſertim de Hieruſalem:erántque iſti Iudæi de ſecta Phariſæorum ad Chriſtum cõuerſi,vt infra habetur [*Docebant fratres*]id eſt Chriſtianos in Antiochia conſiſtentes de gẽtilitate conuerſos [*Quia niſi circũcidamini ſecundum legem Moſi,non poteſtis ſalui fieri*]id eſt obſeruatio legis euangelicæ,ſine cuſtodia legis Moſaicæ , & circunciſionis potiſimè,non ſufficit vobis ad ſalutem.Non enim ſolam circunciſionem,ſed cętera quoque legalia,voluerunt à conuerſis gentilibus obſeruari , eadémque ratio eſt de circunciſione & Galat.5. cæteris.Propter quod ad Galatas ait Apoſtol.Teſtificor omni homini circuncidenti ſe, quia debitor eſt vniuerſæ legis ſeruandæ [*Facta ergo ſeditione non minima Paulo et Barnabæ aduerſus illos.*] paulus enim & Barnabas docuerunt oppoſitum,nec gentes à ſe cõuerſas ad legalia induxerunt,niſi quo ad pręcepta moralia,& quæ à Chriſto iubentur,ſuntque de naturalis dictamine rationis,propter quod ad eorum cuſtodiam omnes tenentur[*Statuerunt*]id eſt omnes ibi fideles concorditer ordinauerunt[*Vt aſcenderent Paulus et Barnabas,et quidam alij ex aliis*].i.aliqui de parte aduerſa[*Ad apoſtolos et presbyteros*].i.ſacerdotes ſeu ſeniores[*in Hieruſalem ſuper hac quæſtione*]ad ſolutionem ipſius habendã,& in hoc iuxta legis dogma ſa- Deute.17. pienter fecerunt. In Deutero. enim legitur , Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris, Galat.2. venies ad ſacerdotes,& illi indicabunt tibi iudicij veritatem. De hac re ſcribit ad Galatas ſanctus Apoſt. Deinde poſt annos quatuordecim aſcẽdi Hieroſolymam cum Barnaba,aſſumpto & Tito. Et contuli cũ illis euangelium quod prædico in gentibus . Circa quod oritur quęſtio. Nam dictum eſt ſupra,iuſſum fuiſſe Apoſtolis vt duodecim annis in Iudæa prædicarent,quomodo ergo quartodecimo anno conuerſionis Pauli,quidam eorum in Hieruſalem ſunt inuenti?Ad quod reſpondet Scholaſtica hiſtoria , quòd tertiodecimo anno exire cœperunt,non ſtatim tamen in toto reliquerunt Iudæam.Beda quoque hîc ait, Scimus petrum & Paulum apoſtolos anno poſt domini paſſionem.38.id eſt,vltimo Neronis anno paſſos martyrium:tamen in Scholaſtica hiſtoria fertur id.39.anno peractum.fortè liber expoſitionis Bedę,quẽ Galat.2. vidi,non fuit correctus.petrus autem.25.annis in cathedra epiſcopali ſedit Romæ. Ex quibus colligitur, quia eodem anno quo Paulus nunc ſcribitur aſcendiſſe Hieruſalem, petrus quoque aſcenderit Romam, quo pergens tranſiuit per Antiochiam , vt confirmaret ſubditos ſuos , quibus iam ante præfuit ſeptem annis , quibus in Antiochena ſede reſedit : & in hoc tranſitu per Antiochiam reſtitit ei Paulus quoniam Eodem. diſcernebat cibos.Vnde ad Galatas loquitur Paulus,Cum veniſſet Cephas Antiochiam, in faciem reſtiti ei. [*illi ergo*]ſcilicet Paulus & Barnabas[*Deducti ab eccleſia*] Antiochena. Aliqui enim fidelium loci illius ad ſpatium pergebant cum eis [*Venerunt Phœniceem et Samariam*] id eſt ad has regiones terræ ſanctæ [*Narrantes*]ad gloriam dei[*conuerſionem gentium : et faciebant gaudium magnum omnibus fratribus*]qui tanquam veraciter charitatiui de proximorum,ſicut de propria gloriabantur ſalute, præſertim quod Chriſti paſſionem ſic fructificare cernebant.[*Cum autem veniſſet Hieroſolymam,recepti ſunt ab eccleſia,et ab apoſtolis,et ſenioribus*]qui præfuerunt eccleſiæ illi,& maximè à Iacobo tunc ibi antiſtite. H

Eodem. ¶Denique ſicut ad Galatas habetur,petrus,Iacobus & Ioannes tunc erãt ibidem[*Annunciantes, quanta fecit deus cum illis*]ſicut in fine præcedentis capituli dictum eſt atque expoſitum.Vnde cũ aliquis quendam aut quoſdã cõuertit,nõ ſuę id aſſcribat virtuti,ſed gratiæ dei:nec in ſe,ſed in domino glorietur,quia 1.Cor.1. reuera grande eſt beneficium dei quòd vnum hominẽ ſibi facit cooperatorem in conuerſione aut ſaluatione alterius.[*Surrexerunt autem quidam de hæreſi Phariſæorum,qui crediderant*]Iſti Phariſæi credentes,dicuntur de hæreſi Phariſæorum,vel quia de illorum ſecta ante conuerſionem fuerunt, ſicut & Paulus.

Actu.23. Vel,quia legalia cum Euãgelio pertinaciter obſeruanda dicentes, non catholici,ſed hæretici extiterunt [*Dicentes,quia oportet circuncidi eos*]id eſt gentiles conuerſos [*Præcipere quoque*] Apoſtolos & prædicatores,ſiue prælatos,inferioribus iſtis,& cunctis ad Chriſtum conuerſis ſibi commiſsis[*Seruare legem Moſi*] non ſolùm quo ad pręcepta moralia , ſed etiam cæremonialia ac iudicialia . [*Conueneruntque*

A *Apoſtoli et ſeniores videre*]oculis mentis,id eſt cõſiderare & determinare [*De verbo hoc. Cum autem magna inquiſitio fieret*]pro vtraque parte variis argumentis adductis [*Surgens Petrus dixit ad eos*] propter reuerentiam tam venerandi ac ſancti conuentus,præſertim Iacobi Apoſtoli atque epiſcopi ibi tunc prę- ſidentis,& item vt melius inter tot audiretur,ſurrexit archiapoſtolus : in quo & humilitatis reliquit exemplum.[*Viri fratres, vos ſcitis quoniam ab antiquis diebus*]id eſt ante multos annos,videlicet,non diu poſt Chriſti aſcenſionem,atque paracleti miſsionem[*In nobis elegit deus per os meum gentes audire verbum Euangelij et credere*]id eſt me primò deus deſtinauit ad predicandum Euangelicam legem gentibus,puta Cor- Actu.10. nelio centurioni & ſuis,quibus & per me,fidem gratiámque infudit[Et *qui corda nouit deus*] .i.deus infallibilis iudex,cordium humanorũ inſpector[*Teſtimonium perhibuit*]illos ſibi placere, & me ſecũdum eius beneplacitũ illis prędicare[*Dans illis ſpiritum ſanctũ*]in ſigno viſibili ſiue ſenſibili, etiã antequam baptizarentur.[*Sicut et nobis*]dedit in die Pẽtecoſtes[Et *nihil diſcreuit inter nos*] circũciſos ex Iudaiſmo credẽtes Actu.2. [Et *illos*]ex gẽtilitate cõuerſos[*fide*]formata,quæ per dilectionem operatur[*purificans corda eorum*]non Galat.5. obſeruãtiis legis,quia credẽdo,non legem ſeruando meruerunt accipere ſpiritum ſanctum. Iuſtus enim Hebræ.2. ex fide viuit,& per fidem habitat Chriſtus in nobis,qui in Euãgelio ait frequẽter,Fides tua te ſaluum ſe Hebr.10. cit. Nam fide,error & ignorantia intellectus repellitur,oculus mẽtis in vltimum finem dirigitur,vis in- Epheſi.3. tellectiua in captiuitatem ſe redigit,& deo pfectè ſe ſubiicit , aſſentiẽdo ſeu adhærẽdo his quæ compre- Matth.9. B hẽdere nequit,propter authoritatem & reuerentiam primę & inuiolabilis veritatis.[*Nunc ergo quid tentatis deum?*].i,cur laboratis diuinæ diſpoſitioni reſiſtere,& aliter quàm ipſe iuſsit peragere,vtpote[*Imponere iugum*].i.onus obſeruationis legalium[*Super ceruices*].i.vires operatiuas[*Diſcipulorum*]id eſt Chriſtia- 2.Cor.10. norum,præſertim gẽtilium conuerſorũ[*Quod neque nos,neque patres noſtri portare potuimus*],ppter multitudinem præceptorum legis & eorũdem rigorẽ?vt enim aſſerit Rabbi Moſes,tot erant pręcepta in lege, quot oſſa ſunt in homine.Verum cum certum ſit deum impoſsibile non iubere(dicente Hieronymo in Hierony. expoſitione fidei catholicæ,Anathema ſit qui dicit deum aliquid impoſsibile pręcepiſſe)onus pręceptorum legalium importabile fuiſſe Iudæis aſſeritur,non quia ſimpliciter obſeruare non poterant, ſed quia difficilimum fuit vniuerſa ſeruare,ſicque patres legis dicuntur ea non potuiſſe implere ob difficultatem, non ob abſolutã impoſsibilitatem.Vnde nonnulli eorum ea ſeruaſſe noſcuntur,ſicut de Ioſue ſcriptum Ioſue.11. eſt,Non prætermiſit Ioſue de vniuerſis mandatis domini,ne vnum quidem verbum,quæ præcepit Moſi. [*Sed per gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti credimus ſaluari*]Hoc verum eſt,ſiue gratia accipiatur pro habitu gratię gratum facientis,ſiue pro quocunque gratioſo auxilio Chriſti,ſiue pro virtute & merito paſsionis ipſius.Meritum enim,virtus & gratia Chriſti,paſsionisque eius, nobis per ſacramenta eccleſiæ applicantur,& quicquid virtutis,ſalutis aut meriti in nobis conſiſtit,per meritum Chriſti nobis impenditur.Pro- C pter quod ſcriptum eſt,Lex per Moſen data eſt,gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt . De quo Ioan.1. apud Eſaiam fertur,Dominus poſuit in eo iniquitatẽ omnium noſtrũm,cuius liuore ſanati ſumus. Hinc Eſaiæ. 53. ſubditur[*Quemadmodum illi*].ſ.patres noſtri,patres veteris teſtamenti,qui omnes per aduentum ac opem, paſsionem,& meritum regis Meſsię ſaluari ſuperabant erántque ei per fidem,charitatem & ſpem conuniti Vnde & Abraham ante circunciſionẽ placuit deo per fidem,nec tamen quiſquã illorum ſine Chriſti paſ- Geneſ.15. ſione & meritò ab originalis peccati reatu quiuit ſaluari,aut patriã ingredi. Hinc in Geneſi Iacob patri- Geneſ.47. archa fatetur,Salutare tuum expectabo domine.[*Tacuit autem omnis multitudo.*]Et enim in tam ponderoſo tractatu non decuit quempiam leuiter loqui,aut tanti Apoſtoli interrumpere verba, ſecundum quod in Eccleſ.32. Eccleſ.legitur,In medio ſeniorum ne adiicias loqui.Itémque,Audi tacens & pro reuerentia accedet tibi Eodem. bona gratia. [Et *audiebant Barnabam & Paulum narrantes , quanta feciſſet deus ſigna et prodigia in gentibus per eos.*]Per quæ verba argumentatio ſancti Petri cõfirmabatur.Non enim inter gẽtiles deus mirabilia illa feciſſet,niſi & Apoſtolorũ iſtorum prædicationem,& illorum conuerſionem acceptaſſet.Conſequenter inducitur definitiua ſentẽtia Iacobi Hieroſolymitarum epiſcopi , qui pontificali authoritate habuit determinationem proferre.[Et *poſtquam tacuerunt,reſpondit Iacobus*]vnde in tractatibus cõciliatiuis,nullus debet præcipitanter quid loqui,aut iudicium vſurpare.[*Viri fratres audite me*] quàm breue facit præambulum,contra eos qui tædioſa ,plixitate verba multiplicant . [*Simon narrauit , quemadmodum deus primo viſitauit*]id eſt gratioſè dignatus eſt[*Sumere ex gentibus populum nomini ſuo*] id eſt ad ſuiipſius gloriam D quoſdam ex gentibus ad fidem conuertere [Et *huic concordant verba prophetarum*]quorum multi de gentium illuminatione vaticinati ſciuntur,potiſimè Eſaias,Oſeas quoque & Daniel [*Sicut ſcriptum eſt*] per Oſee.13. Amos[*poſt hæc reuertar et ædificabo tabernaculum Dauid quod cecidit,et diruta eius reædificabo et erigam illud, vt requirant cæteri hominum dominum,et omnes gentes ſuper quas inuocatum eſt nomen meum, dicit dominus faciens hæc.*] Hanc autem ſcripturam allegat Lucas ſecundum tranſlationem ſeptuaginta . Noſtra verò tranſlatio habet ſic,In die illo ſuſcitabo tabernaculum Dauid quod cecidit, & reædificabo aperturas murorum eius,& ea quę corruerãt inſtaurabo . Et reædificabo ſicut in diebus antiquis , vt poſsideant reliquias Idumææ & omnes nationes,eò quòd inuocatum ſit nomen meum ſuper eos, dicit dominus faciẽs hæc.Itaque ſenſus eſt,Poſt hęc,id eſt poſt Iſraëliticę plebis diſperſionem per omnes gẽtes, ſeu legis Moſaicæ curſum,reuertar,per multiplicis gratiæ meę effectum , poſt vnigeniti filij mei miſsionem in mundum,& ędificabo,in fide,moribus,ſacramentis,virtutibus,tabernaculum Dauid,id eſt eccleſiam Chriſti, quod cecidit,per vitia & errores,præſertim per idololatriam ante legem & ſub lege.Itaque per eccleſiam Chriſti hoc loco,deſignatur vniuerſitas fideliũ à principio mundi vſque ad finem ipſius,de qua in Euan Matth. 20. gelio dicitur,Simile eſt regnũ cælorum homini patrifamilias,qui exiit primo mane conducere operarios in vineam ſuam.Vbi per primum mane,prima mundi ætas innuitur.Porrò quòd per Dauid intelligatur Chriſtus ad literam,patet in diuerſis locis ſcripturæ, videlicet, Hieremia, Seruient domino deo ſuo , & Hiere.30. Dauid regi ſuo . Ezechiele, Ego ero eis in deum,& ſeruus meus Dauid princeps eorum,& diruta eius, Ezech.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

id est per transgressionem legis naturalis & scripte destructa atque diuisa, reædificabo, omnes gentes in E
ecclesiastica vnitate colligendo, & erigam illud, id est ad celestia eleuabo, & multis miraculis beneficiisque præclaris honorabo: vt requirant cæteri hominum dominum, id est gētiles quoque ista cernentes cōuertantur ad Christum: & pro, id est omnes gentes super quas inuocatum est nomē meum, quæ post cōuersionem suam me super se inuocauerunt, & pro quorum conuersione sancti patres me orauerunt.
Eccle.23. [*Notum est à seculo domino opus eius*] id est æternaliter ei innotuit quicquid in tempore facit, & quod de gentium conuersione operari decreuit: iuxta illud Eccles. Domino deo antequam creārtur, omnia sunt cognita, [*Propter quod ego iudico*] tanquam episcopus [*Tot inquietari eos qui ex gentibus conuertuntur ad dominum*] id est gentiles conuersos non esse turbādos seu aggrauandos per obligationem, ad seruanda legalia [*Sed scribere eis, vt abstineant se a contaminationibus simulacrorum*] id est à cultura deorum quibus anima nō mundatur, sed maculatur. Vel cōtaminationes simulacrorum vocantur comestiones idolothytorum, videlicet sacrificiorum idolis oblatorū, quod fuit in lege prohibitum [*Et fornicatione*] quam gentiles reputabāt opus naturale ac licitum [*Et suffocato*]. i. esu cuiuscūq; animalis per suffocationem occisi [*Et sanguine*] id est sanguinis effusione, vel manducatione cum sanguine. Horum quatuor, tria sunt ad cæremonialia legis spectantia, scilicet primum, tertium, quartum, quæ idcirco Apostoli gentibus præceperunt,
Neom.7. quatenus cum Iudeis conuersis cōcorditer coalescerent ac socialiter viuerent, sicut frequenter in societate plurimorum ex diuersis nationibus collectorum aliqua ordinantur pro pace communi ad tempus. F
Postmodum verò Euangelicæ legis veritate plenius elucidata, cessauit obseruatio horum trium, quia vt ait Saluator, nō quod intrat in os coinquinat hominem. Omnis quoque creatura dei bona, nihilque reiiciendum quod cū gratiarum actione sumitur. Sāctificatur enim p verbum dei & orationē [*Moses enim a temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus, qui eum*]. i. scripturas & libros eius [*Prædicent in Synagogis, vbi per omne sabbatum legitur.*] Hoc intelligendū est de vrbibus Iudææ, & aliquarum terrarū in quibus dispersi fuerunt Iudei. Vbi à tēpore suæ dispersionis libros legis habuerunt atque legerunt, qui etiā ad Chri
Matth.15. stum cōuersi, non ptinus legalia omiserūt in toto, sed paulatim, quousque Euāgelio diuulgato determi-
Marci.7. nauit Ecclesia, legalia omittēda. [*Nunc placuit Apostolis & senioribus cum omni Ecclesia*] Hierosolymitana
1.Tim.4. [*Eligere viros ex eis, et mittere*] eos [*Antiochiam cum Paulo et Barnaba*] omnes enim cōcorditer verbis Petri & Iacobi cōsenserunt. Deinde viri illi electi exprimuntur [*Iudam qui cognominabatur Barsabas, et Syleam, viros primos in fratribus*] id est post Apostolos inter notabiliores seu eminentiores, in quibus dona gratiæ clarius emicabant. Supra quoque dictum est quòd Ioseph cū Matthia constitutus, vt vnus eorum Apostolus fieret, cognominatus sit Barsabas, quod interpretatur filius quietis. Et fortè ab excellētia huius p-
fectionis, seu gratię contemplationis, sic vocatus est Iudas iste [*Scribentes*] id est scriptam epistolam dirigētes [*Per manus eorum*] scilicet Iudę atque Syleę, non Pauli & Barnabæ qui in hac causa pars fuerūt. [*Apostoli et seniores fratres his qui sunt Antiochiæ, et Syriæ, et Ciliciæ fratribus, ex gentibus*] id est de gentilitate G
conuersis [*Salutem*] id est veram beatitudinem optant. Porrò Syria quæ ab Hebræis Aran dicitur, regio est inter Euphratem & mare Mediterraneum, vsque ad Aegyptum pertingens, & maximas habet p-
Actu.2. uincias. Cilicia quoque nomen est prouinciæ Asię. Nam & Paulus de Tharso vrbe Ciliciæ fuit [*Quoniam audiuimus quod quidam ex nobis exeuntes*] scilicet pharisęi præfati credentes [*Turbauerunt vos euertentes animas vestras*] à tranquillitate & synceritate Euangelicæ conuersationis [*Quibus non mandauimus*] vt ita docerent legalia obseruanda [*Placuit nobis collectis in vnum*] corporaliter ac spiritaliter, quia de communi sensu acta sunt hęc, imò & de Christi inspiratione qui ait, Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum [*Eligere viros*] scilicet Iudam & Syleam [*Et mittere ad vos cum charissimis nostris Barnaba et Paulo, hominibus qui tradiderunt animas suas*] id est mortis periculis exposuerunt,
Actu.22. diuersis laboribus mancipauerunt [*Pro nomine domini Iesu Christi*] id est ex eius amore pro catholica veritate ad ipsius honorem. [*Missimus ergo Iudam et Syleam, qui et ipsi vobis eadem verbis referent*] quę in
Matth.18. epistola continentur, vt sitis certissimi de nostra responsione, verbis & scriptis instructi. [*Visum est enim*] id est bonū apparuit, seu placuit [*spiritui sancto*] qui infallibilis est magister, & arbiter suæ potestatis existens, vbi vult spirat, & ea quæ vult loquitur [*Et nobis*] spiritus sancti illuminatione edoctis non sensum humanum sequentibus [*Nihil vltra vobis imponere oneris*] id est obseruantię legalis [*Quam hæc necessaria*] obseruanda propter causas pretactas [*Vt abstineatis ab immolatis simulacrorum et sanguine, et suffocato*] H
quæ verba iam exposita sunt [*Et fornicatione*] quod non ad cæremonialia, sed moralia spectat præcepta. Nec dubium quin paulus & Barnabas de fornicatione idipsum docuerint, ab Apostolis tamen repetitur, vt à gentibus fortius obseruetur [*A quibus custodientes vos, bene agetis*] id est meritoriè, iustè, & obedienter viuetis, simul & alia à Christo tradita adimplentes. [*Illi ergo dimissi*] ab ecclesia Hierosolymi-
Ioan.3. tana [*Descenderunt Antiochiam. Et congregata multitudine*] conuersorum ibidem fidelium [*Tradiderunt*
1.Cor.12. *epistolam. quam cum legissent gauisi sunt*] gentiles conuersi [*Super consolatione*] id est de consolatoria ista epistola, per quam à legalium iugo exonerabantur. [*Iudas autem et Syleas et ipsi cum essent prophetæ*] spiritu enim fulserunt prophetico, & Apostolicæ perfectionis viri fuerunt [*Verbo plurimum consolati sunt fratres, et confirmauerunt*] in fide atque virtutibus. Saluberrima enim documenta, & scripturarum allegationes, cum finali remuneratione iustorum ac impiorum proposuerunt, quibus auditis fratres cōuersi in bonis actibus roborantur, id est in mundi contemptu & diuinitatis amore creuerunt. [*Facto autem ibi aliquanto tempore dimissi sunt cum pace*] ab Antiochia [*A fratribus*] illius vrbis [*Ad eos qui miserunt illos*] scilicet qui in Hierusalē erant. Hoc tamen de Sylea accipiendum nō est, quia cum Paulo remansit. nā se-
Galat.2. quitur, [*Visum est autem sileæ ibi remanere*] Iudas autem solus abiit Hierusalem. [*Paulus autem et Barnabas demorabantur Antiochiæ*] túncque impletum fuit, quod ait paulus, Cum venisset Cephas Antiochrim, in faciem restiti ei [*Docentes et euangelizantes cum aliis*] pluribus viris sanctis in Antiochia

A bas, non est de textu, nec habetur in Greco, neque in libris correctis, sed olim glossaliter additum, insertum est textui. [*Post aliquot autem dies, dixit ad Barnabam Paulus, Reuertentes visitemus fratres per vniuersas ciuitates in quibus prædicauimus verbum domini, quomodo se habeant*] id est redeuntes ad eos, videamus qualiter stent in fide, cæterisque virtutibus. In quo patet quanta fuerit in Paulo omnium solicitudo ecclesiarum. [*Barnabas autem volebat secum assumere Ioannem qui cognominatur Marcus*] de quo dictum est sæpe. [*Paulus autem rogabat eum*] scilicet Barnabam [*Vt quia Ioannes discessisset ab eis a Pamphilia*] sicut supra iam dictum est [*Et nō isset cum eis in opus*] id est opus dei viriliter aggressus nō fuit, videlicet prædicationis offi Actu.4.12
cium, seu persequutionis periculum, siquidem timore imminentium periculorum abcessisse videtur [*Nō Actu.11.
debere recipi eum*] in comitatu, ne rursus deficiens, alios suo scandalizaret pauore. Prædicantes etenim verbum dei potissimè inter infideles, stabiles esse debent, imperterriti, & pro fide seu æquitate mori parati [*Facta est autem dissensio*] inter Paulum & Barnabam. Ista dissensio non fuit vitiosa, sed potius à spiritu sancto, vt sancti viri ab inuicem separati maiorem fructum prædicando producerent, dum in pluribus
2.Mac.7. locis ac gentibus, verbum dei disseminarent. Vterque etiam ex rationabili mouebatur motiuo, nec quicquam proprij commodi quispiam eorum quærebat, sed bonum commune: nec enim ex impatientia aut simili passione, sed ratione dictante separabantur. Vnde secundum doctores paci atque concordiæ aliquando non repugnat quòd aliqui in duobus discordant, dummodo in vno tertio sint concordes. Et sic
B fuit in isto. Nam & Paulus & Barnabas concordabant in hoc, vt id fieret, quod fuit magis pro dei honore & Euangelicæ predicationis profectu [*Ita vt discederent ab inuicem. Et Barnabas quidem assumpto Marco nauigaret Cyprum*] de qua fuerat natus. Dicit autem hoc loco Scholastica historia. Ex eo quòd Barnabas noluit Marcum dimittere, perpenditur fuisse eius cognatus, leguntur enim fuisse consobrini: iuxta illud ad Colos. Salutat vos Aristarchus, & Marcus consobrinus Barnabæ. [*Paulus autem electo Sylea*] in adiutorem & comitem [*Profectus est*] ab Antiochia [*Traditus*] id est oblatus seu commissus [*Gratiæ dei*] tanquā fortissimo adiutorio, sine quo nihil valebat [*A fratribus*] Antiochenis pro ipso deuotissimè interueniētib⁹ [*Perambulabat autem Syriam & Ciliciam, confirmans ecclesias*] id est fideles quoscunque inuenit, præcipiens eos custodire præcepta Apostolorum & seniorum qui in Hierusalem erant, & aliqua pro fidelium Colos.4.
salute instituerunt seruanda, sicut in præsenti capitulo de quatuor punctis inductum est.

Expositio cap. XVI. [*Peruenit autem in Derben et Lystram.*] Artic. XVI.

C AB hoc loco vsque in finem voluminis prosequitur sanctus Lucas prædicationes, actus, atque miracula Pauli Apostoli. [*Peruenit autem*] Paulus cum Sylea [*in Derben et Lystram*] ciuitates prouinciæ Lycaoniæ. [*Et ecce discipulus quidam erat ibi*] scilicet in Lystris [*Nomine Tymotheus*] iam Christianus effectus [*Filius mulieris viduæ*] nam pater eius fuit tunc mortuus [*Fidelis*] quia natione fuit Iudæa, religione 2.Tim.1.
verò Christiana, quemadmodum ad eundem Timotheum scribit Apostolus Recordationem, inquiens, accipiens fidei quæ est in te non fictæ, quæ & habitauit primùm in auia tua Loyde, & matre tua Eunica [*Patre gentili*] pater enim ipsius fuit gentilis. Iudæi nanque dispersi cum alienigenis contraxerunt [*Huic*] vt pote Timotheo [*Testimonium bonum perhibebant, qui in Lystris erant et Iconio fratres*] id est in vrbibus illis [*Hunc voluit Paulus secum proficisci*] Vidit enim quòd idoneus esset, & aliis præsidere ac predicare, magnumque secū fructum afferre. Veruntamen in Scholastica fertur historia quòd primò fecit eum episcopum fidelium in Lystris manentium, postea duxerit eum secum. [*Et assumens circuncidit eum, propter Iudæos qui erant in illis locis*] ne scandalizarentur, habendo episcopum non circumcisum, seu intuendo quòd Iudæus incircumcisus iret & predicaret cum Paulo. Illa autem circumcisio, quamuis non fuit necessaria, tamen licita fuit, ad remouendum scandalum pusillorum. Legalia enim tunc ad tempus poterant à Iudæis conuersis seruari, dummodo spem in illis non ponerent, paulatimque non subitò erant tollēda, & quasi cum honore mater Synagoga sepelienda [*Sciebant enim omnes, quod pater eius gentilis erat*] ideo non permisit suum filium circumcidi, quod & Iudæis illis innotuit. [*Cum autem pertrāsierunt ciuitates*] Paulus, Syleas, & Timotheus [*Tradebant eis*] id est Christianis, in vrbibus illis morantibus commiserunt [*Dogmata quæ erant directa*]
D seruari [*Ab Apostolis et senioribus qui erant Hierosolymis*] qui tanquam principalissimi, cæteris certa documenta seruanda sanxerunt ac insinuauerunt. [*Et ecclesiæ quidem*] particulares per diuersas prouincias [*confirmabantur in fide*] quæ tunc perneccessaria fuit, imò & cunctis virtutibus principaliter à spiritu sancto, ministerialiter verò ab Apostolis, adintoribúsque ipsorum [*Et abundabant numero quotidie*] ita quòd omni die plures conuertabantur ad fidem. [*Transeuntes autem Phrygiam*] prouinciam Asiæ [*Et Galatiæ regionē*] etiam Asiæ: dicítque Beda, Galatia prouincia Asiæ à Gallis vocabulum trahens, qui in auxilium à Rege Bithiniæ euocati, regnum cum eo, facta victoria diuiserunt: & ita deinde Græcis admixti, primò Gallogræci, postea Galatæ sunt vocati [*Vetiti*]. i. prohibiti [*sunt a spiritu sancto*] per reuelationem internam seu alio modo [*Loqui verbū dei in Asia*] Cur hoc? Fortè quia spiritus sanctus præuidit Asianos tunc non credituros: ideo ne grauius caderent, prohibuit eis prædicari. Vel quia alteri Apostolo, puta Ioanni hanc instruendam seruauit prouinciam. [*Cum autem venissent Mysiam*] quæ est prouincia Asię, & nunc Colis vocatur. Est autem & altera eiusdem nominis in Europa, Mysia superior, quæ nunc Bosna vocatur: & inferior, quæ Bulgaria, vbi Danubius Euxinum pontum influit [*Tentabāt ire Bithyniam*] Bithynia est nomen prouinciæ Asiæ minoris, & item ciuitatis in ea [*Et non permisit eos spiritus Iesu*] illuc ire ad prædicandū, eisdē rationibus, quæ de precedenti prohibitione sunt assignatæ. Nam & Lucas, post in Bithynia predicauit. ¶ porrò spūs Iesu, est spūs sanctus: de quo ait Apost. Si quis spiritū Christi non habet, hic non est eius. Appellatúrq; demū spiritus sanctus, spūs Iesu seu Christi, quia ab ipso secundū suam diuinā na- Rom.8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

turam procedit,atque in ipso secúdum naturam humanã plenissimè requieuit ac requiescit : iuxta illud E
Esa.61. Esaię,Spiritus domini sup me,eò quòd vnxit me.[*Cum autem pertrãssissent Mysiam,descenderunt Troadem*]
Lucæ.4. ciuitatem Asię maritimã,quæ & Antigonia est vocata[*Et viso per noctem Paulo ostensa est.*] Ista fuit imaginaria visio,& facta videtur in somno. Deinde visio ipsa describitur. [*Vir quidam Macedo*]id est effigies viri Macedonis,vel secundum Bedam & Scholasticam historiam angelus gentis illius, in similitudinem viri huiusmodi [*Erat stans,deprecans*] .s. paulum [*Et dicens,Transiens in Macedoniam adiuua nos*]ad consequendam salutem. Certum est quòd imagines rerum istarum & verba interna, angelico ministerio formabantur in vi imaginatiua sancti Pauli, sicut in propheticis visionibus fieri consueuit. [*Vt autem visum vidit*]spiritaliterque intellexit[*Statim*]die facto [*Quæsiumus proficisci in Macedoniam,certi facti, quod vocasset nos dominus Euangelizare eis.*]Hoc loco Lucas primò cõnumerat se sociis pauli. Macedonia autem est prouincia Græcię nobilissima, & virtutibus Alexandri magni nobilior facta. [*Naulgantes autem a Troade recto cursu venimus Samothraciam*]quæ est Aegei maris insula,in Pagaseo sinu [*Et sequenti die Neapolim*]Ciuitas est Cariæ,quę est prouincia Asię [*Et deinde Philippis*] quæ est ciuitas in prima parte Macedonię à Philippo rege patre Alexandri magni nomen sortita,cuius fidelibus missa est epistola Pauli, quę
Philip.1. ad Philippenses intitulatur[*Quæ est prima*]pars[*Macedoniæ*]quia primò occurrit intrantibus Macedoniã ab ea parte,qua Paulus de mari egrediens,eam ingressus est[*Ciuitas Colonia*] Dicitur autem colonia ciuitas,quę defectu indigenarum nouis impletur habitatoribus atque cultoribus. Vnde à cultu agri,colonia F
dicta est.[*Eramus autem in vrbe hac diebus aliquot conferentes*]cum ciuibus vrbis istius. [*Die autem sabbatorum egressi sumus foras portam iuxta flumen,vbi videbatur oratio esse*] quia ibidem quędam personæ confluxerant ad supplicandum,siue loquendum. Orare enim vtrunque significat. Locus quoque ille videbatur aptus ad hęc.[*Et sedentes loquebamur mulieribus quæ conuenerant.Et quædam mulier nomine Lydia purpuraria ciuitatis Thyathirenorum*]id est hominum de vrbe nomine Thyathira,quæ fuit vrbs Lydię prouin-
Apoca.2. ciæ Asię,de qua in Apocalypsi habetur,Angelo Thyathiræ ecclesię scribe. De qua vrbe fuit hęc Lydia oriunda,sed in Philippis manebat. Dicitur autem purpuraria secundum Bedam, quia venditrix purpurę,vel secundum alios,quia textrix illius[*Colens deum*]verum,qui vnus est. Iam enim fuit, vt legitur, de gentilitate ad Iudaismum conuersa[*Audiuit*]verba nostra[*Cuius dominus aperuit cor intendere his,quæ dicebantur a Paulo.*]Homo enim forinsecus mouet auditum:sed nisi deus intus mentem tangat atque illu-
Ioan.6. minet,inanis est strepitus. Ideo ait Saluator,Nemo venit ad me,nisi pater meus traxerit eum. [*Cum autem baptizata esset ipsa,& domus*].i. soboles seu familia[*Eius,deprecata est dicens,Si iudicastis me fidelem esse domino*].i. veraciter Christianum[*Introite in domum meam,& manete*]ibidẽ ad libitum[*Et coegit nos*]ex quibus constat quòd opulenta fuit,grata & multùm deuota.[*Factum est autem euntibus nobis ad orationem*] id est locum ad hoc aptum[*Puellam quandam habentem spiritum pythonem obuiare nobis,quæ magnum quæstum* G
præstabat dominis suis diuinando] Apollo qui & Pytho, vel phyto inuentor fuit cuiusdam diuinationis, qua veritas à mortuis inuestigatur,per suscitationem defuncti prestigialem:vel à viuis,qui reuelante diabolo secreta seu futura denunciant:& viri hęc facientes seu taliter diuinantes pythones, à pythone Apolline,mulieres autem pythonissę vocantur. Et iuxta primum modum, dicitur mulier pythonissa, de qua primo Regum scribitur Saul petisse suffragium. Sed iuxta secundum modum hęc puella pythonissa asseritur,quę diuinando.i. futura aut secreta ex dęmonis reuelatione pandendo,magnum quęstum.i. lucrum cõtulit dominis quorum ipsa fuit ancilla,quia pro precio ad interrogata respõdit. Præterea sicut in Scholastica historia dicitur,dupliciter intelligi potest ista puella fuisse pythonissa,primò quia per spiritum pythonis operabatur arte magica,sicut mulier illa.1.Reg.quę per magicã artem fecit dęmonem apparere in similitudine alicuius defuncti ad dandum de occultis responsum . Secũdò quia spiritu pythonico vexabatur,sicq; aliqui asserunt eam pythonissam fuisse atque obsessam : nam dęmon habitauit in ea, dans per
1.Reg. 28. ipsam responsa. Quæritur quomodo puella ista habuit spiritum Pythonẽ? Et respondẽdum,quòd per spi
1.para.10. ritũ Pythonẽ,intelligi potest diabolicus spiritꝰ,per artem à Pythone Apolline inuentam euocatus,apparens siue cooperans atq; respondens. Vnde.1.Regum scribitur Saul dixisse, Quærite mihi mulierem habentem pythonem. De hac autem diuinatione loquitur Thomas in.2.2,quęst.95. [*Hæc subsequuta Paulum & nos,clamabat dicens,Isti homines serui dei excelsi sunt,qui annunciant vobis viam salutis*] scilicet Euangelicam legem,& diuinorũ præceptorum custodiam,seu fidem catholicam,quę omnia sunt via ducens ad sa-
1.Reg.28. lutem æternã seu Christũ: qui ait, Ego sum via. Et, Nemo venit ad patrẽ nisi per me.[*Hoc autem faciebat multis diebus. Dolens autem Paulus*]de periculo & infestatione puellę[*Conuersus*]vultu ad puellam retro se H
vociferantem[*Dixit spiritui. Præcipio tibi in nomine Iesu Christi,exire ab ea*]quia indignũ fuit,vt verbum E-
Ioan.14. uangelij spiritꝰ nunciaret immundus, ideo quoq; iussit eũ exire, ne qui eum audierunt vera loquentem,
eodem. crederẽt postea mendacia ꝓferenti. Veris enim falsa admiscere dęmones consueuerunt. Vnde hoc facto Paulus imitatus est christum qui dęmoni dicenti,Scio quia sis sanctus dei,dixit,Obmutesce & exi de homine. ¶ Quæritur quo impellẽte loquutus est dęmon aduersarius humanę salutis verba memorata,de Paulo ciusq; socijs? Et respõdendum secundũ quosdam,q; bono naturæ hæc dixit,quia naturæ consonũ est,
Marci.3. verum cognitũ confiteri. Alij dicunt,quòd cogẽte spiritu sancto hæc protulit. Ait nanque circa hoc Beda,Non voluntatis ista cõfessio est,quã sequitur præmium confitendi: sed timore spiritꝰ sancti cogente, vera spiritus mẽdax loquitur,non ausus luce præsente suas vltra celare virtutes. Peccatori autẽ dixit deus Quare tu enarras iustitias meas? Verũm cõtra hoc obiiciunt quidã,quod dictum est,Dolens Paulus.s. de illo clamore,non enim doluisset de eo,quod à spiritu sancto factum fuisset,nec illud impediuisset. Sed il-
Psam. 49. la instantia faciliter soluitur . Nempe quod dicitur, dolens autem Paulus, non oportet ad veritatis illius protestationem referre, sed ad calamitatem puellæ . Rursus etsi de protestatione veritatis per dæmonem facta dolebat, hoc non fuit inquantum ibi fuit enunciatio veri , sed inquantùm id mala in-

A tentione fiebat,& ne veritati spiritus nequam inde falsa misceret [*Videntes autem domini eius*] puta puellæ [*Quod exiit spes quæstus eorum*].i. amplius fiduciam non haberent solita lucra obtinendi per diuinationem suæ ancillę[*Apprehendentes Paulum et Syleam,perduxerunt in forum ad principes*]quorum fuit iudicare impios & punire[*Et offerentes eos magistratibus,dixerunt, Hi homines conturbant ciuitatem nostram*] id est conciues[*cum sint iudæi*]qui contra Romanorum censuram, prohibent deorum culturam [*Et annunciant morem*]id est nouum ritum colendi deum Christum [*Quem non licet nobis suscipere,neque facere,cum simus Romani*]id est Romanis confœderati ac subditi. Iam enim ordinauerunt Romani ne sine approbatione Senatus aliquis de nouo deus diceretur aut coleretur.[*Et concurrit plebs aduersus eos et magistratus*] citò credentes omni spiritui[*Et scissis tunicis eorum*]tanquam hominum pessimorum & vilium[*iusserunt* magistratus[*Virgis eos cædi.Et cum multas plagas eis imposuissent,miserũt eos in carcerem*]In hac punitione secerunt contra Romanos, sicut infra dicetur [*Præcipientes custodi, vt diligenter eos custodiret*] tanquam valde dãnabiles. [*Qui cum tale præceptum accepisset,misit eos in interiorem carcerem*]qui fuit fortè profundior, pœnalior, & inconfringibilior [*Et pedes eorum strinxit in ligno*] ne quoquam modo effugerent.
[*Media autem nocte Paulus et Syleas,adorantes laudabant deum*]in tot aduersitatibus gratias cum gaudio re- Psalm. 118.
ferentes:iuxta quod legitur, Media nocte surgebam ad confitendum tibi [*Et audiebant eos qui in custodia*] id est in carcere [*Erant*] quòd tam alacriter deum laudarent. [*subito vero terræmotus factus est ma-*
B *gnus*] non vbique, neque à causa naturali, sed vbi fuerunt detenti,& à virtute angelica ad demonstrandum sanctitatem & virtutem orationis istorum. Propter quod ait Beda, Deuotio Apostolici pectoris, & virtus orationis exprimitur,dum & illi hymnos in imo carceris cecinerunt,& eorũ laus terram commouerit,carceris̃que fundamenta concusserit,& aperuerit ostia,atque ipsas postremò vinculatorum catenas resoluerit. Hinc subditur, [*Ita vt moverentur fundamenta carceris. Et statim aperta sunt omnia ostia,et vniuersorum*] non Pauli & Syleæ duntaxat, sed omnium qui erant in carcere, qui meritorum participes facti sunt Apostolorum sanctorum [*Vincula soluta sunt*] potestate angelica ac diuina. [*Expergefactus autem custos carceris, et videns ianuas carceris apertas ,euaginato gladio volebat se interficere*] præ tristitia & dolore [*Æstimans fugisse vinctos*] & ob id morte substantiaue puniendum se reputans [*Clamauit autem Paulus voce magna dicens,Nihil tibi feceris mali. Vniuersi enim hic sumus*] Spiritu reuelante,vidit in mente quid carceris custos incepit, cuius damnationi compatiens, affectuosissimè clamauit [*Petitoque lumine*] à ministris suis [*Ingressus est, et tremefactus*] de effectibus tam miraculosis [*Procidit Paulo et Syleæ ad pedes*] sanctitatem & virtutem eorum admirans, honorans, imitaríque cupiens [*Et producens eos foras*] scilicet extra carcerem,in quo patet, quòd amor Apostolorum abstulit ab eo timorem principum suorum, contra quorum edictum eduxit Apostolos : imò & amor veræ salutis ad
C hoc ipsum induxit,nam subditur, [*Ait,Domini,quid me oportet facere vt saluus fiam? At illi dixerunt, Crede in dominum Iesum*] deum & hominem, in quem creditur secundum quod deus est. Propter quod dixit Apostolis, Creditis in deum, & in me credite. Porrò in Iesum credere,est charitate & opere fidem ornare [*Et saluus eris tu et domus tua*] id est domestici tui, tuum sequendo exemplum [*Et loquuti sunt ei* Ioan. 14.
verbum domini cum omnibus qui erant in domo eius,et tollens eos] id est ad meliora domus suæ loca introducens eos [*in illa hora noctis lauit plagas eorum*] corporales, vt lauarentur ab eis suæ plagæ spiritales [*Et baptizatus est ipse, et omnis domus eius continuo.*] Non dubium quin ante baptizationem hanc Apostolus prædicauerit illis diffusè de mysteriis fidei Christianæ[*Cumque perduxisset eos in domum suam,apposuit eis mensam*] ad corporalem refectionem,à quibus mente fuit refectus. Nec indecens fuit Apostolis tam manè seu ante coram comedere, qui flagellis ac carcere fuerant extenuati . Necessitas quippe impossibilitas, & infirmitas legem non habent [*Et lætatus est cum omni domo sua*] de sua conuersione, Apostolorum Actu.22.
sanctitate, & quòd se gladio non inuasit. Similiter omnes domestici sui sunt gauisi [*Et cum factus esset dies miserunt magistratus lictores*] scilicet nuncios ad custodem carceris [*Dicentes, Dimitte homines illos*]Cur hoc nunciauerunt in textu non dicitur,verùm in Ecclesiastica historia legitur, quòd ideo ne plures crederent,quia miraculum præscriptum iam eis innotuit. Vel,vt alij dicunt, passionum impetu,quo iniustè punierunt Apostolos iam sedatos,aduerterunt se iniustè fecisse.[*Nunciauit autem custos carceris verba hæc Paulo*]tanquam principaliori[*Quia miserunt magistratus vt dimittamini*] & inde gauisus est custos cernens
D nullum sibi instare periculum,quòd eduxissẽt illos de carcere.[*Nunc ergo euntes,ite in pace.Paulus autem dixit ,cæsos nõ publice indemnatos homines Romanos miserunt in carcerem*]quasi dicat,In hoc multipliciter excesserunt,quòd homines innocentes quasi maleficos publicè flagellari fecerunt, & sine iusto iudicio incarcerauerunt, ex vehementia passionum suarum, cùm simus Romani. Paulus enim fuit ciuis Romanus,non quasi ibi natus,sed quia ciuilitas illa patri eius fuit collata pro seipso. Susque filiis,vt infra dicetur,Quomodo autem Syleas fuit Romanus,nõ est adeò certum,sed in Scholastica historia ita habetur, Romanos,id est subiectionem professos Romano imperio, capitis censũ,puta denario qui super caput ponebatur,ab his qui se Romano imperatori profitebantur subiectos, atque Romana libertate donatos [*Et nunc occulte nos eiiciunt?*]in quo Romanæ ciuilitati derogauerũt,& contra Romanorum egerũt decretum:quo fuit sancitum,nullum damnari nisi locum excusationis acciperet.[*Non ita,sed veniant,et ipsi nos eiiciant*]Non ex impatientia,sed zelo iustitiæ dixit Paulus:& ne in ipso ac suis scandalizarentur,atq; à fide suscipienda,impedirentur pusilli. Et itẽ,vt sicut fuit publica punitio,sic esset & manifesta ereptio, vt veritas cunctis pateret.[*Nunciauerunt autem lictores magistratibus verba hæc:timueruntque,audito quod Romani essent*]Formidabant enim de his apud Romanos accusari atque affligi [*Veneruntque deprecati sunt eos*] vt sibi ignoscerent, quia per ignorantiam hæc fecissent [*Et educentes rogabant eos vt egrederentur*] de vrbe, ne in ciuitate oriretur dissensio, propter eorum præsentiam & doctrinam.[*Exeuntes autem de carcere introierunt ad Lydiam*] primò tamen de carcere ingressi fuerunt domum custodis ipsius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam fœmina hæc de apostolorũ iniusta persequutione fuit plurimũ contristata, quod Paulus in seipso perpẽdens, accesit ad eã cũ suis, gratia cõsolationis, mirabilia dei quæ cõtigerunt insinuans ei, ipsamq; in fide cõfortãs[Et visis fratribus].s.Christianis,qui iã in hac vrbe fuerũt[cõsolati sunt eos,et profecti sunt.] E

Expositio cap. XVII. [cum autem perambulassent Amphipolim.] Artic. XVII.

[Vm autem perambulassent Amphipolim]vrbem,scilicet Macedoniam sic vocatam[Et Apolloniam]quæ & ipsa est ciuitas Macedoniæ:& est alia in Aphrica,quæ vocatur Pentapolis[Peruenerunt Thessalonicam]Macedoniæ vrbem[Vbi erat synagoga Iudæorum.]Iudęi enim ibidem manentes,in vrbe illa domum,in qua ad colendũ deum cõfluebant,habebant.Et sicut ecclesia interdum pro congregatione Christianorum,interdũ pro materiali templo accipitur, ita & synagoga nunc pro collectione Iudæorum,nunc pro materiali eorũ susciptur templo. Vnde apud Lucam dicunt Iudæi de Centurione ad Christũ, Synagogam ipse ædificauit nobis. [secundum consuetudinem autem suam Paulus introiuit ad eos]in synagogam,volens omnibus loqui de Christo[Et per sabbata tria disserebat eis de scripturis]Die enim sabbati magis confluxerunt Iudæi, & paulatim præparauit corda illorum ad suscipiendam fidem catholicam,comprobans ex scripturis, quæ de Christo mox proponere intendebat.Hinc subditur,[Adaperiens et insinuans,quia Christũ oportuit pati, et resurgere tertia die a mortuis.]Horum vtrunque in prophetis de Christo copiosè prædictum est, imò & tempus suæ occisionis in Daniele apertissimè præxatum ostenditur . Oportuit autem Christum pati non necessitate absoluta,imò ipse seipsum tradidit morti,quẽadmodum in Esaia habetur, Oblatus est, quia voluit:sed cõditionata,seu ex hypothesi, quia videlicet diuinitus fuit præordinatum, atque propheticè prænunciatum,per voluntariam Christi passionem,saluandum esse genus humanum, & quod nõ aliter saluaretur[Et quia hic est Iesus Christus, quem ego annuncio vobis.]Quicquid nanque de Christo vaticinatũ fuit,in Iesu Nazareno impletum probatur,videlicet quo ad locum, & tẽpus ac genus.Nã natus est tempore à Daniele præfixo, in ciuitate à Michea prædicta,itẽ de tribu Iuda,prout Iacob prædixit. Insup fecit miracula quemadmodũ Esaias prædixit.Vixit,docuit,sicut in prophetis prædictum est. Sustinuit tale genus mortis quale à Dauid & ab Esaia fuit prænunciatum.Deinde surrexit,ascendit,spiritum sanctum misit.Per discipulos innumerabilia,maxima, sulsq; deo possibilia egit miracula. [Et quidam ex eis] puta Iudæis istis[crediderunt]in Christum [Et adiuncti sunt]mente & corpore[Paulo & Sylæ]vt plenius informarentur de Christo & fide catholica[Et de colentibus]scilicet Gentilibus ad Iudaismum conuersis vnũ verum deũ,qui appellantur proselyti[Gentilibus] qui scilicet vsque tunc in Gẽtili ritu permanserãt [Multitudo magna]cõuersa est[Et mulieres nobiles non paucæ]quæ & si iam carnis propagine nobiles extiterunt,credẽdo in Christum atque cælestẽ regenerationẽ sumendo,multò nobiliores effectæ sunt mente,virtutũ præclarissima dignitate.]Zelantes autem Iudæi].i.increduli Iudæi honori & gloriæ Iesu Christi discipulorumq; eius inuidentes, & legẽ Mosaicam inordinatè zelantes, seu diligentes vel imitantes [Assumentesque de vulgo viros quosdam malos]vt multitudine ac impetuoso & irrationabili strepitu prœua lerent,qui nullam pro se rationem habebant[Turba facta, concitauerunt ciuitatem].i.habitatores Thessalonicæ,verbis mendacibus eos contra apostolos prouocando[Et assistentes domui Iasonis]hospitis Pauli & Sylę[Quærebant eos producere in populum].i.ad publicum trahere,tanquam maleficos,vt eis visis, populus contra eos insurgeret.[Et cũ non inuenissent eos]quia iam alibi occupabãtur[Trahebãt Iasonem et quosdam fratres]scilicet Christianos, ad principes ciuitatis. fortè putabant apostolos ab istis præmonitos aut occultatos[Clamantes,Quoniam hi sunt qui vrbem concitant].i.discordiam inter ciues pariunt. Semper malitia,specie aliqua bonitatis se palliat.Vnde & hi cũ essent prauissimi, tamẽ Reipublicæ amatores se confinxerunt,vt eis celerius crederetur:& quòd ipsi fecerunt,apostolis & eorum imponebant discipulis[Et hue]puta ad Thessalonicã]Venerunt,quos Iason susceperat] hospitio, scilicet Paulũ cum suis[Et hi contra decreta Cæsaris faciunt,regem alium dicentes esse Iesum.]Romanus etenim imperator, tunc fuit monarcha, & sine sua licentia noluit aliquem regem vocari,præsertim qui non fatereturse Romano subiectum imperio.Paulus autẽ & Syleas prædicauerũt Iesum esse regẽ regum,sed per hoc tẽporali dominio imperatoris non derogabant.[Conceitauerunt autem plebem,et principes ciuitatis audientes hæc] verba,& nõ intelligentes quo sensu essent prolata.[Et accepta satisfactione a Iasone et fratribus] cũ enim veraciter fuerint innoxij,poterant se rationabiliter excusare,& verba apostolorum ita interpretari, quòd non derogabant Romanis,eò quòd Christi regnum spiritale consistat[Dimiserunt eos.Fratres vero confestim per noctem dimiserunt Paulum et Syleam in Beræam]Macedoniæ vrbẽ sic dictã:non Beræam, vt quidam scribunt.Opportuno etenim tempore fugiendũ esse à facie persequentiũ de loco ad locũ,Christus verbo docuit & exẽplo.Nã & ipse in Euang.scribitur sic operatus.[Qui cũ venissent]in Beræã[in synagogam Iudæorum introierunt]ineffabili enim & ardentissima charitatis affectione sitiebat Paulus Iudæorum salutẽ: & quò eum durius persequebantur,eò cordialius eis cõpatiebantur,nec aduersa in ipso charitatẽ tepere fecerũt,imò potius succenderũt.Hinc ab aliis eiectus ad alios accedere non cessauit , cupiens saltem aliquem saluare ex eis[Hi autem].s.Beræenses[Erant nobiliores]nobilitate animi & virtutum [Eorum qui sum Thessalonicæ]id est Thessalonicensibus nobiliores,seu de nobilioribus illorum.Et cur hoc,subdidit[Qui susceperunt verbum] Euangelicę prædicationis à Paulo[cum omni auiditate].i.perfecta mẽtis appetitione, qua veritatẽ appetierunt ac salutẽ[Quotidie scrutantes].i.diligenter inuestigantes & cõsiderantes[Scripturas]veteris testamẽti,in quibus de Christo fit mẽtio[Si hæc]quæ Paulus de Iesu prædicauit[ita se haberent]Nõ enim leui,incircunspectaq; mente sunt lex noua suscipiẽda, aut aliquis Christus credẽdus, sed scripturæ F

Luc.24. Danie.6. Esa.52.

Danie.6.

Matt.28.

Actu.1. Actu.2.

G

Apoc.6.

H

Ioan.7. Matt.10.

A fuerũt reuoluendæ an noua veteribus cõsonarent.Verũ fide recepta nõ sunt scripturæ scrutandæ ad videndũ an hæc ita se habeãt,sed ad intuẽdum clarius,ad prædicandũ probandumq; fortius,quod vtique ita se habent. Itaque nobilitas mẽtis, est studio scripturarũ syncero fine insistere, sapiẽtiæ operam dare, virtutibus animã decorare. Et qui in his amplius occupatur, illustrior cõprobatur. [Et multi quidem crediderunt ex eis,et Gentilium mulierũ honestarum]quæ sua honestate ac probitate naturali ad fidei susceptionem,& veritatis amplexũ magis erant dispositæ[Et viri non pauci]licq́ue ex vtroque populo, & sexu vtroque cõuersi sunt plurimi.[cum autem cognouissent in Thessalonica Iudæi,quia et Berææ prædicatum est a Paulo verbum dei,venerunt illuc,commouentes et turbantes multitudinem]Beræẽsium. Impiis quippe damnatio nõ sufficit propria,sed aliorum quoque impedire salutem nituntur,& pacificare eos sibi in vitiis[statimque Paulum tunc dimiserunt fratres,vt iret vsque ad mare] & per illud ad loca alia natugaret ad prædicandum. Ipsum enim Iudæi magis persequebãtur,quia erat dux verbi.[sylcas autem et Timotheus remanserũt ibi]puta in Beræa, ad cõfirmationem & cõsolationem ibi credentium. [Qui autem deducebant Paulum] qui erant credentes[Perduxerunt eum vsque ad Athenas]famosissimam Græcię vrbẽ,& philosophiæ studiis olim mancipatã.Nouerãt hi Paulum ducentes,quòd Græci sapientiã quærerẽt, ideo eum tanquam sapiẽtissimum ad vrbẽ studentium deduxerũt,[Et accepto mandato ab eo].s.Paulo[Ad sylcã et Timotheũ] quibus mandauit[Et quam celeriter].i.valde festinanter[Ventrent ad illum,profecti sunt]ad eum,tanq̃ boni discipuli.Paulus enim intendebat in Athenis fortiter prædicare, idcirco illorum tam præcipuorum virorum volebat assistentiã habere atque præsentiã,quatenus & ipsi aliquibus loquerentur quæ dei sunt. Siquidem frater qui adiuuatur à fratre,quasi ciuitas munita.[Paulus autem cum Athenis eos expectaret, incitabatur spiritus eius in ipso].i.anima eius intra se æstuauit dolore,cõpassione desiderioq́;,cõuersionis errantium [Videns idololatriæ deditam ciuitatem]tam inclytam. Vnde zelo diuini honoris succensus est, & à spiritu sancto inflammatus adveræ diuinitatis cultum denunciandum.]Disputabat ergo in synagoga cum Iudæis et colentibus]id est Gẽtilibus ad Iudaicam legem conuersis[Et in foro per omnes dies]quibus ibi fuit,ex quo loqui exorsus est[Ad eos qui audierunt]qui scilicet ibi præsentes fuerunt.Veritas enim nõ quærit angulum,& omnis qui facit veritatem venit ad lucem [Quidam autem Epicurei et Stoici philosophi dicebant cum illo]contra eum argumentando vt moris est i plis philosophis dũ aliqua suis documentis contraria audiunt. De sectis verò & distinctionibus philosophorum Augustinus in libro de ciuitate dei copiosè pertractat.Epicurei autem philosophi à magistro & principe suo Epicuro nomen sortiti sunt,beatitudinem hominis in corporis voluptatibus constituentes, quanquam iste Hierony.ipsemet Epicurus hoc docens continentissimè vixerit,oleribus vtens exiguis.Stoici verò in sola animi virtute fœlicitatem hominis posuerunt.Hi inter se discordantes,contra Apostolum concorditer argumentabãtur.[Et alij dicebant , Quid vult seminiuerbius hic dicere?] id est quid iste fabulator,& inutilium prolator sermonũ prætendit?Veruntamen sanctus Apost.verè seminiuerbius.i.verbi seminator fuit.Semen enim,verbum dei. Et ipse ait,Nos vobis spiritualia seminauimus. Seminator ergo erat verborum,& messor morum,de huiusmodi messione vberes fructus expectans[Alij vero dicebant,Nouorum dæmoniorum videtur annunciator esse]Varios dæmonum ordines posuerunt Gentiles,præsertim Platonici, scilicet Calodæmones & Cacodæmones:quorũ quosdam dixerunt bonos,quosdam peruersos.Calodęmones asserebant multũ virtuosos,& summo deo iugiter assistẽtes, quod theologi de angelis superiorũ astruũt ordinum. Agathodęmones insuper appellabãt substãtias intellectuales bonos,hominũ custodię delegatas,atq; ad bona cohortãtes,quod de angelis inferiorũ chororũ edocent sancti. Cacodęmones verò vocabant malorũ persuasores ac punitores,quod nos dęmonibus cõuenire asserimus. Platonici tamen nomine dæmonis non semper intellectũ peruersum intellexerunt, sed intellectualẽ substantiã, cũ dæmon dicatur à dæmõ nomine Græco,quod Latinè interpretatũ est,intellectus,vel peritus. Præfatas demũ substantias inter deos cõputauerunt & coluerunt,potissimè quę de primo secundóque ordine sunt,imò & quidam etiam infernalibus diis sacrificaueruũt, quatenus amicorum & propinquorũ suorum spiritibus in inferno detentis,mitiores cõsisterent.De hac re in Phędone & Timęo loquitur Plato. Itaque quibusdam Atheniẽsibus videbatur,quòd sanctus Paulus ob nimiã doctrinæ suę incomprehẽsibilitatem,inauditámque altitudinẽ prędicaret colenda esse dęmonia, hactenus inaudita , siue de bonis siue de malis, siue de optimis secundum eorum errores id intelligatur. Dęmones equidem dicebãt animalia mente rationalia, animo passiua, corpore aërea, tẽpore ęterna, sicut ex Porphyrij verbis & Apulęi innotescit. Nos autem Christiani dęmones dicimus quidẽ in cælo creatos, & de cęlo eorum exigẽte superbia partim in infimã terræ deiectos,partim in aëre tanq̃ congruo sibi carcere damnatos,nocendi semper cupidos, à iustitia alienos,superbia tumidos,inuidẽtia liuidos,fallacia callidos. [Et apprehensum eum,ad Ariopagum]id est vicũ in quo Mars colebatur[Duxerunt dicentes.] Notandum quòd Atheniẽses singulos vicos, à diis qui in eis colebantur nominauerunt. Arios autẽ Græcè,Latinè Mars dicitur.Pagos verò vicus,seu villa. Inde Ario pagus.i.vicus Martis.[Possumus scire quæ est hæc noua,quæ a te dicitur doctrina? Noua enim quædam infers auribus nostris.] Quasi dicant,cùm sint mira & inconsueta quæ doces, libenter audiremus explanationem eorum & rationem.Huius interrogationis causam Lucas interponit,subdendo, [Athenienses enim ad nihil aliud vacabant , nisi aut dicere aut audire aliquid noui.] Quod partim curiositatis, partim studiositatis fuisse videtur. Philosophi nanque veritatis sunt auidi.Ciuitas autem Athiensis studio philosophię vacabat vehementissimè, ideo omnium rerum rationes scrutabantur & causas, & nouis adinuentionibus gloriabantur. [Stans autem Paulus in medio Ariopagi , ait,] inter vicos Athenarum Ariopagus erat præclarior. Nam ibi erat curia magistratuum & schola liberalium artium . [Viri Athienses, per omnia quasi superstitiosos vos video.] quasi non tantùm similitudinem hîc designat, sed etiam veritatem. Veraciter enim fuerunt superstitiosi, quia idololatræ . Superstitio quippe est vitium religioni

Actu.14.

1. Corin.2.

Prouer.18.

Ioan. 3.

Matt.13. Luc.8. 1.Cor.9.

1.Petr.5.

B

C

D

Universidad de Deusto Biblioteca

seu latriæ oppositum secundum excessum,quoniam exhibet cultum diuinum cui non debet,vel eo mo E
do quo non debet. Quomodo autem in cultu dei possit esse superfluum,& quid sit superstitio,de spe-
ciebúsque eius Thomas in secunda secundæ quæstione.62. inducit [*præteriens enim & videns simulacra
vestra*] quæ ideo consideraui, vt & eorum culturam diligentius reprobarem [*inueni aram*] id est altare
[*in qua scriptum erat,ignoto deo*] Et est sensus, Ara hæc consecrata est deo ignoto,quantùm ad particula-
res proprietates,seu distinctam cognitionem ipsius. Athenienses enim singulis aris, singulos titulos su-
perponebant,monstrantes quibus essent dedicatæ[*Quod ergo ignorantes colitis,hoc ego annuncio vobis*]id
est deum cui consecrata est hæc,vobis ignotum,cui tamen sacrificatis,ego prædico adorandũ atque co-
lendum.[*Deus qui fecit mundum,et omnia quæ in eo sunt.*]Mundus tam à philosophis,quàm à theologis,va
riis modis accipitur. Quandoque pro elemento terræ,interdum pro regione elementari, aliquando pro
tota machina mundi sensibilis seu corporei,quantùm ad principales ipsius partes,videlicet pro regione
elementarium atque cælestium corporum,& sic modò accipitur. [*Hic cæli et terræ cum sit dominus*] pro-
pria authoritate vniuersálique potestate,& perfecta prouidentia omnibus præsidens,de quo in lib.Iob
Iob. 34. habetur, Quem constituit alium super terram,aut quem posuit super orbem quem fabricatus est?[*Non
in manufactis templis habitat*]per aliquã circunscriptionẽ,localémve determinationem,sicut Stephanus di
Actu.7. xit supra,ibidémque expositum est [*Nec manibus humanis colitur indigens aliquo*] Quod ait deum mani-
bus humanis non coli,sic accipi potest quòd exterioribus & corporalibus actibus deus principaliter nõ F
honoretur.Principales nãque & primarij actus religionis seu latriæ,sunt actus interiores:actus verò ex-
teriores sunt secundarij & minus principales,quibus velut quibusdam signis,anima ad internos spiritua
Rom.1. léque actus latria excitatur. Siquidem cũ inuisibilia dei,per visibilia cognoscãtur, ad hoc quòd mẽs no
stra deo vniatur,sensibiliũ indiget manuductione.¶ Præterea deum colimus & laudamus,nõ quòd ipse
indigeat,aut aliquid beatitudinis hinc ei accrescat,sed quoniã ipse dignus est summo honore,omníque
Psal.15. laude,& quoniã tot bona nobis largitus est. Propter quod ait Psal. Dixi domino,deus meus es tu, quo-
niam bonorũ meorũ nõ eges. Ipse etenim in seipso verè & absolutè perfectus est,sibi in se & per se pror
sus sufficiens,infinitis diuitiis in seipso æternaliter opulentus,deus superglorioſus & superbenedictus in
sempiternum[*Cum ipse det omnibus vitam.*] Omnibus planè viuentibus vitam dat deus quocunque gene
Ioan. 1. re vitæ viuentes sint.[*Et inspirationem*]qui per inspirationem conseruantur in vita,[*Et omnia*]quæ habẽt.
nã omne esse,ab ipso primæuo fonte essendi manauit.[*Fecitque ex vno homine*]scilicet protoplasto paren
te Adam[*Omne genus hominum*]id est homines vniuersos[*inhabitare super vniuersam superficiem terræ*]ita
quòd Adam est principium totius speciei humanæ. Nã & prima mater nostra Eua de eius formata est
Gene.2. costa. Hinc apud Malachiã scriptum est, Nũne pater vnus omnium nostrũm ?[*Definiens statuta tempo-*
Malach. 1. *ra*].i.tempora ab ipso instituta determinans & distinguens,eísque finem imponens,de quo cantamus in G
hymnis quòd tẽperet rerum vices,& lucis diurnæ tẽpora succesib' determinat. De quo etiam in libro
Iob conscribitur,Ab omnipotẽte non sunt abscõdita tempora. Et rursus in eodẽ,Tempus posuit tene-
Iob.24.28. bris & vniuersorum finẽ ipse considerat. In Danielis quoque volumine, Ipse mutat tempora & ætates
Danie.2. [*Definiens*]etiam & [*Terminos habitationis eorum*].i.certa terræ loca hominibus pro habitatione cõcedẽs:
nã partem terræ aquis opertã reliquit,partẽ siccauit,& quousque loca habitabilia tenderentur præfixit.
Dent.32. Propter quod asserit scriptura, Quando diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam,con
stituit terminos populorũ[*Quærere deum*].i.ad hoc tẽpora terminósque distinxit, vt homines in tẽpore
huius incolatus deũ creatorẽ mente quærãt,colãt & diligant[*Si forte attrectent*].i.mente attingant[*Nã aut
Eccle.15. inueniant.*]Ideo additur fortè,quoniã perfectè in vita hac attingi nequit,aut inueniri,& quia in hominũ
Sap. 13. libertate est facere ista. In creaturis autẽ creatoris relucet maiestas: iuxta illud Sapiẽtiæ, A magnitudine
speciei creaturæ,poterit creator horũ cognoscibiliter videri[*Quamuis non longe sit ab vnoquoque nostrum*]
Hiere.23. imò in omnibus nobis est,atq; in cũctis creaturis,per essentiã,præsentiã atque potentiã, qui apud Hiere
miam protestatur,Cælũ & terram ego implebo. Sed parum sibi hoc est,cũ magnitudinis eius nullus sit
finis,cuius cõparatione totus mũdus est tanq̃ puluis exiguus. Cæterũ in bonis est deus per dona gratiæ,
in beatis p dona gloriæ,in puersis per rigorẽ iustitiæ,in dãnatis per illationẽ vindictæ. Sic ergo quæren
dus est deus nõ quasi loco distãs à nobis,sed incõparabili dignitate eminẽs vniuersis, à quo impij dissi- H
Prou.15. militudine distãt:iuxta illud Salomonis,Lõgè est dominus ab impiis. Quærẽdus est ergo deus vt clarius
agnoscatur,ardẽtius diligatur,firmius cõseruetur, perfectius honoretur: vt ei per assimilationẽ propin-
quemus,eius bonitatẽ imitãdo,eiúsq; dona participãdo,qui est ante omnia.nam solus potest omnia: nõ
præuẽtus:in omnibus,nõ inclusus:extra omnia,nõ exclusus:supra omnia,nõ elatus:infra omnia,nõ op-
pressus:manens æternaliter in sua supereſſentiali infinitáque simplicitate,ac luce incõmutabiliter habi-
tãs ac subsistẽs.[*In ipso enim*].i.diuina virtute,eiúsq; inceſſabili manutenẽtia [*Viuimus,mouemur,et sumus*]
ita q̃ nec in momento subsisteremus,nisi ab ipso cõseruaremur,quia indesinẽter depẽdemus ab ipso in
esse & permanere,multò plus q̃ riuus à fonte,dies à sole,aut splẽdor à luce. His autẽ verbis ostendit A-
postolus deũ in his quæ creauit indefinẽter operari,secundum quod ait Saluator,pater meus vsque mo
do operatur,& ego operor. In Sapientiæ quoque lib.legitur, Attingit sapientia à fine vsque ad finem for
Ioan.5. titer,& disponit omnia suauiter. Deniq; his cõcordat quod in prima parte,quæst.18. loquitur Thomas,
Sapien.8. Res,inquiens,sunt in deo dupliciter. Vno modo sicut in cõseruante vel continente,sicque res in se acce
ptæ seu consideratæ sunt in deo,sicut in virtute eas regente:& ita dicit Apostolus, In ipso viuimus,mo-
uemur & sumus. Alio modo sunt in ipso, sicut in exemplari principio, & sic omnia sunt vita in deo, in
quo idealiter vitalitérque cõsistunt:iuxta illud Ioannis, Quod factũ est, in ipso vita erat [*Sicut & quidã
vestrorum poetarum dixerunt.*] Hoc enim dixit Aratus poëta cum suis sequacibus. Conuenienter autem
Apostolus cõtra Gentiles disputans,nõ scripturas noui ac veteris testamenti, sed Gentilis viri testimo-

A nium profert,quoniam cõtra diuersos fidei aduersarios, diuersis argumentandũ est modis ac vlis,vtpo-
te cõtra Iudæos,per scripturas legis ac prophetarum:cõtra hæreticos,etiam per noui testamenti scriptu
ras:cõtra Gentiles,per naturalis rationis discursum. Oportet nãque audientium cõsiderare personas, &
eas allegare cuique scripturas seu documenta, quæ recipit. [*ipsius enim*] scilicet dei [*Genus sumus*].i. ge-
nitura seu factura ipsius,ad eius imaginem & similitudinem cõditi,non quasi de eius substantia,vel pars
suæ substantiæ existentes,sed ab eo in esse naturæ producti, per dona gratiæ reformati,per dona gloriæ
beatificandi. Vnde Beda fatetur, Genus dei sumus,non ex eius natura editi,sed ipsius spiritu voluntariè Gene.9;
creati,& adoptiuè recreati. Hinc Iacobus, Voluntariè,inquit,genuit nos verbo veritatis, vt simus initiũ
aliquod creaturæ eius. Prædicta autem verba,ipsius enim genus sumus, sunt verba ab Arato poëta pro-
lata. Quæ Paulus cũ sciret de Ioue Gentilium deo maximo errore dicta, subtiliter ad veri dei prædica- Iacobi.1.
tionem assumit[*Genus ergo cum simus dei*]sicut supra expositum est, [*Non debemus æstimare auro aut argen
to,aut lapidi sculpturæ artis*].i.in quo per artem est exarata sculptura [*Aut cogitationi hominis diuinũ esse si-
mile*].i.esse diuinum seu deum nõ debemus putare similem fore metallis aut saxis,seu idolis manu factis,
aut humana comprehensibilem ratione. Si enim ita sentimus,summo,superexaltato, incircunscriptibili
ac simplicissimo deo,iniuriam maximam irrogamus, & nosipsos viliter degeneramus. Idcirco tanquam
nobiles creaturæ,nobiliter,dignè & verè de deo nostro creatore debemus sentire. His verbis Apostolus
idololatriam reprobat. [*Et tempora quidem huius ignorantiæ despiciens deus*].i.tempus quo idololatria vi-
B guit,imò potius ipsos idololatras,qui ante euãgelicam prædicationem fuerũt,deus iusto iudicio deserẽs
& cõtẽnens. Tempori quippe ascribitur,quod hominibus in tempore existentibus,competit, seu con-
tingit. Vnde dies mali dicũtur. Et crastinus dies sibiipsi solicitus erit. Et tẽpus quosdam iuuare asseritur.
Hinc alibi dicit Apost. In præteritis generationibus dimisit deus gẽtes ingredi vias suas. [*Nunc annũciat* 2. Tim.3.
hominibus]per prædicationem scilicet Apostolorum discipulorumq; Christi[*Vt omnes vbique pœnitentiã* Matth.6.
agant]se conuertẽdo ad Christum per pœnitentiam sálutarem[*Eo quod*]deus[*statuit diem in quo iudicatu-* Eccle.2.
rus est orbem] id est homines vniuersos [*in æquitate*] vnumquéque videlicet secundum quod meruit se- Hiere.18.
cundum diuinam procedendo iustitiam,in retributione mercedis[*in viro quem statuit*].i.Christum,quẽ Matth.3.
secundum naturam assumptam ordinauit atque cõstituit iudicem vniuersorum,per iudicij exequtio- Luc.3.
nem,atque sententiæ prolationem,quæ Christo(secundum quod homo est)competit,quemadmodum
ait, Dedit ei potestatem & iudicium facere,quia filius hominis est. Porrò in finali iudicio deus trinitas per Ioan.5.
authoritatem principaliter iudicabit. Christus autem,vt homo,ministerialiter iudicium exhibebit[*susci-
tans eum a mortuis tertia die.Cum audissent autem resurrectionem mortuorum*] futuram in omnibus ante iudi-
cium,& iam in Christo completam[*Quidam quidem*]incorrigibiles,quorũ corda non tetigit spiritus san
ctus[*irridebant eum*]scilicet Paulum, tanquam irrationabilia ac impossibilia prædicantem, non enim ad
C dei omnipotentiam,sed ad naturalem rationem,potestatem,& ordinem aspiciebant.[*Quidam vero dice-
bant, Audiemus te de hoc iterum*]vt diligentius conferamus,& quod verum est approbemus.[*sic Paulus exi-
uit de medio eorum.Quidam vero viri*]vigore virtutum animæque decore[*Adhærentes ei crediderunt: in qui-
bus et Dionysius Ariopagita*] qui ab Ariopago, in quo ipse principalis fuit philosophus, magister & do-
ctor præclarus[*Et mulier nomine Damaris*]quã dicunt fuisse coniugem eius [*Et alij quidam cum eis.*]Postre
mò dicendum nunc esset,quare in Athenis consecrata fuit ara ignoto deo. Quod,quia in legenda diui-
uini & magni Dionysij diffusius continetur,hic non nisi breuiter est tangendum. Videntes philosophi
tempore passionis Christi mirabilem illam eclipsim,naturalem causam inuenire nequibant,imò per na
turalem suam sapientiam agnoscebant illam eclipsim naturalem non esse, & multa supernaturalia in ea
consistere vehementissimè mirabantur,cernentes cælestium corporum solitum cursum,naturalémque
legem ac ordinem variari. Hinc veluti in excessu quodammodo positi loquebãtur. Aut deus naturæ pa
titur,aut machina mundi peribit,aut sydera fallunt. Propterea deo,cuius virtute & causa mirabilia illa
fiebant,aram constituerunt. Et quoniam dei illius determinatam non habuerunt notitiam,pro titulo af
fixerunt,Ignoto deo,quem etiam genuflexionibus ac precibus,non animalium oblationibus censebant
colendum. Cũm ergo Paulus Athenienſium altaria perlustrasset,& causam,modum,ac tempus dedica-
tionis altaris ignoti dei nouisset,dixit philosophis, Quem ignorantes colitis,ego annuncio vobis. Dein-
de specialiter principem philosophorum illorum Dionysium est affatus. Qui licet ad prædicationem
D Pauli faciliter crederet, non tamen nisi post acerrimam atque longissimam disputationem se credere fa
tebatur. Porrò quàm mirabilis fuerit præfata eclipsis,sanctus Dionysius in epistolis ad Apollophanum,
& item ad Polycarpum describit. Nam sicut ad Polycarpum differuit, quatuor mirabilia in illa eclipsi
considerata fuerant. primũ quia tunc fuit oppositio & plenilunium. Naturalis verò eclipsis fit tempo-
re coniunctionis solis & lunæ. Secundum, quia cùm luna fuisset soli suppositа circa horam sextã in me-
dio cæli,tamen in vesperis restituta fuit suo loco in oriente oppositа soli. Vnde temporum ordo nõ fuit
turbatus. Tertium,quia eclipsis naturaliter incipit ab occidente,& peruenit ad orientem, quoniam mo-
tus lunæ in proprio orbe velocior est motu solis in circulo proprio, sicque pertransit solem ab occiden
te accedens,sed tunc luna pertransit solem distans ab eo per circuli medietatem in oppositione existẽs:
idcirco oportuit, vt ab oriente reuerteretur ad solem, & primò attingeret eum à parte orientali, illám-
que primitus eclipsaret. Quartum,quia in naturali eclipsi illa pars solis primò apparet,quæ primò fue-
rat obscurata,tunc verò partem vltimò occupatam,primò reliquit. Præterea Beda & Scholastica histo-
ria referũt hũc esse Dionysium,qui à Paulo episcopus ordinatus, Corinthiorũ gloriosè rexit ecclesiam,
multaq; ad vtilitatẽ ecclesiæ pertinentia,quę hactenus manẽt,ingenij sui reliquit volumina. Verũtamen
in eius legenda habẽtur,quòd ab Apostolo Athenienſium fuerit ordinatus episcopus. Sed forsitan di-
ci potest,quòd succesiuè in diuersis præfuerit locis. Hic est quem Gregorius vocat antiquum & vene-

Universidad de Deusto
Biblioteca

2.Cor.12. rabilem patrẽ, Damascenus diuinissimũ, sacratissimum, theologissimumq; appellat. Hugo theologũ per antonomasiam, & principem theologorum affirmat. Postremò sicut in eius legenga asseritur, Paulus ea quæ in tertium cælũ raptus vidit, & verba arcana quæ ibi audiuit, huic viro eximio creditur reuelasse. E

Expositio cap. XVIII. [*Post hæc egressus ab Athenis.*] Artic. XVIII.

POst hæc egressus] Paulus [*Ab Athenis venit Corinthum. Et inueniens*] ibi [*Quendam Iudæum nomine Aquilam, Ponticum genere*] id est de Ponto Asiæ prouincia oriundũ. Vnde & supra scriptum est, Pontum & Asiam. Est autem Pontus lata regio, complectens Colchum, Cappadociam, Armeniã, & alias prouincias [*Qui nuper venerat de Italia, & vxorem eius Priscillam.*] Horũ frequenter in suis Apostolus epistolis meminit [*Eo quod præcepisset Claudius*] imperator [*Discedere omnes Iudæos a Roma*] Hoc Iosephus narrat nono anno imperij Claudij contigisse. Cuius ratio in Scholastica historia fertur, quoniam vxor Claudij tantã cum Iudæis familiaritatem contraxit, quod ad illorũ ritum tracta fuit & Iudaizare iam cœpit [*Accessit ad eos. Et quia eiusdem erat artis, manebat apud eos, & operabatur*] propriis manibus victũ sibi procurans, ne quenquã grauaret. Vnde & infra profitetur, Ad ea quæ mihi necessaria erãt, ministrauerunt manus istæ. [*Erant enim scenofactoriæ artis*] quia videlicet tentoria seu papiliones fecerunt, vel vela picta quibus aulæ teguntur diuitũ & nobilium, vt dicatur ars scenofactoria, à scene Græco, quod interpretatur habitatio vel tabernaculum [*Et disputabat in synagoga*] Paulus [*Per omne sabbatum*]. i. quolibet sabbato [*interponens nomen domini Iesu*] vt paulatim disponerentur ad fidẽ [*suadebatque tudæis et Græcis*] ex Gentilitate ad Iudaismũ conuersis, vel etiam adhuc in Gentilitate manentibus, his rationabiliter suasit Euangelio credere. [*Cum venissent autem de Macedonia Syleas et Timotheus, instabat*] verbo Euangelicę prædicationis. [*Paulus, testificans*] per miracula & scripturas [*Iudæis esse Iesum Christum*]. i. q; Iesus Nazarenus sit rex Messias. [*Contradicentibus autem eis et blasphemantibus*] id est verba blasphema contra Christum Iesum loquentibus [*Excutiens vestimenta sua.*] Quæ excussio fiebat eisdem de causis, quibus & excussio puluerum pedũ, de qua dictum est supra [*Dixit ad eos*] zelo iustitiæ, non cõmotione impatientię. [*sanguis vester super caput vestrum*] id est iniquitas vestra redundabit in vos, & inexcusabiles eritis, apprehendẽtque vos debita ac districta damnatio. Hic modus loquendi in Ezechiele potissimè frequentatur. [*Mundus ego ex hoc, ad gentes vadam*] id est ex tempore isto, ibo ad euangelizandũ gentibus, innocens de vestro periculo, quia quantũ in me fuit, fatẽgi vos ad salutem reducere. Sed cũ sitis indurati, ego vltra causam nõ habeo. Vnde apud Ezechielẽ dominus ait, Si dicente me ad impiũ, morte morieris, non annunciaueris ei, vt auertatur à via sua impia, & viuat: ipse in iniquitate sua morietur, sanguinẽ autẽ eius de manu tua requirã. Si autẽ annũciaueris impio, & ille nõ fuerit cõuersus, ipse quidẽ in iniquitate sua morietur, tu autẽ animã tuã liberasti [*Et migrans inde, intrauit in domũ cuiusdã nomine Titi iusti, colentis deũ*] fuit enim de Gẽtilitate ad Iudaismũ cõuersus, & in lege Mosi dignè cõuersans [*cuius domus erat coniũcta synagogæ*]. Ædificio illi materiali, quo cõgregabãtur Iudæi in Corintho manẽtes. [*Crispus autẽ archisynagogus credidit domino cũ omni domo sua*] Iste fuit inter Iudęos corinth. principalis, atque ad christum cum domesticis suis conuersus [*Et multi Corinthiorum audientes*] prædicationẽ Pauli [*credebant et baptizabantur. Dixit autem dominus nocte per visionem Paulo.*] Hoc deus in somno per ministeriũ angeli in dei persona loquẽtis ac appparẽtis, imaginaria visione loquutus est Paulo. [*Noli timere*] inordinato pauore eos qui corpus occidunt [*sed loquere*] prædicando [*Et ne taceas*] à verbis prædicationis [*Propter quod ego sum tecum*]. i. eò quòd me habeas iugiter assistentẽ ac subuenientem. Simili modo cõfortauit dominus Hieremiam, [*Et nemo apponetur tibi vt noceat te*] id est me protegente te, nullus occidentium tibi inferet nocumentum, læsionem seu mortem [*Quoniam populus est mihi multus in ciuitate hac*] id est multi sunt æternaliter prædestinati per te conuertendi, & gratia mea saluãdi: qui sunt populus meus, non creatione duntaxat, sed etiam prædestinatione [*Sedit autem ibi*] id est in corintho fuit & mansit, iuxta omnem modũ loquendi, quo dicimus, Ille sedit Romæ tot annis. Et in Deuteronomio Moses filiis Israël loquens, Sedistis, inquit, in cades Barne multo tempore. Itaque sedit ibi [*Annum et sex menses, docens apud eos verbum dei. Gallione autem proconsule*] id est procuratore, & secundo à consule [*Achaiæ*] regionis in qua continetur corinthus [*Insurrexerunt vno animo*] id est in peccatis concordes [*iudæi in Paulum, et adduxerũt eum ad tribunal*] Gallionis [*Dicentes, quia contra legem*] Mosi [*Hic*] Paulus [*Persuadet hominibus colere deum*] id est nouam seruare legem, veteri derelicta. [*Incipiente autem Paulo aperire os*] ad satisfaciendum & exufflandum, non veram, sed apparentem lucem mendacij [*Dixit Gallio*] vir Gentilis [*Ad Iudæos, si quidem esset iniquum aliquid aut facinus peßimum o viri Iudæi*] in Paulo [*Recte vos sustinerem*] id est iustè vestram accusationem admitterem, & vestram molestiam ferrem [*Si vero sunt quæstiones de verbo et nominibus legis vestræ*]. i. sermonibus & personis, de quibus in vestra lege fit sermo [*Vosipsi videritis*]. i. inter vos discernite, quid de hoc vobis incũbat agendum. [*Iudex horum ego nolo esse*] quia incerta sunt mihi, nec ad meũ pertinent forum. [*Et minauit*]. i. cõminando recedere fecit. [*Eos a tribunali. Apprehendentes autem omnes*] puta Gentiles qui aderant infideles [*Sostenem principem synagogæ*] corinthi [*percutiebant eum ante tribunal*] tanquã capitaneum irrationabilis illius concursus: quod tantò audentius fecerant, quantò viderant proconsulem minus fouere partem Iudæorum. Ideo subditur, [*Et nihil eorum Gallioni curæ erat.*] paulò ante iam dictũ est quòd crispus fuit archisynagogus, quomodo ergo nunc Sostenes princeps synagogæ illius vocatur? Ad quod puto dicendum, quòd Iudei increduli agnita christi conuersione, à principatu depositi fuerunt eundem. [*Paulus autem cum sustinuisset adhuc dies multos*] in Corintho, vel circiter [*Fratribus*] id est christianis qui erant ibidem [*Valefaciens nauigauit Syriam,*

Actu.10. F

2.Cor.12.

Actu.13. G

Danie.13. Ezec.33.

Matt.10.

Hiere.1. H

Deut.1.

A *& cum eo Priscilla & Aquila, qui*] Paulus [*Sibi totonderat caput*] id est pilos capitis sui abrasit [*In Cenchris*] portu Corinthio, de quo loco fuit phœbes, de qua ad Romanos scribit Apostolus, Commendo vobis Phœben sororem nostram, quæ est in ministerio ecclesiæ quæ est Cenchris [*Habebat enim votum*] quia fuit Nazaræus ex voto. Nazaræi quippe vsque ad tempus determinatum ex voto comam nutrie- Roma. 16.
bant, completóque tempore voti, pilos radebant, atque in sacrificij igne ponebant. Hæc Paulus fecit, ne Iudæi conuersi & adhuc pusilli, scandalizarentur. Fuit quoque id licitum pro tunc, scilicet legalia obseruare Iudæis conuersis, vsque Euangelij publicationem sufficientem. Sic tamen, vt in illorum obseruantiis non poneretur spes salutis, seu fides, quòd scilicet sine eis fides & gratia Christi non sufficeret ad salutem] *Deuenitque Ephesum, et illos*] puta Aquilam & Priscillam [*ibi relinquit. ipse vero ingressus synagogam, disputabat cum Iudæis. Rogantibus autem eis, vt ampliori tempore apud eos maneret*] pro pleniore informatione eorum [*Non consensit*] omnium ardens amore, atque intendens bonum commune vbique [*Sed valefaciens*] eis [*Et dicens, Oportet me*] id est expedit mihi [*Diem solennem aduenientem*] qui hic non specificatur [*Facere*] id est celebriter agere secundum spiritalem intelligentiam [*Hierosolymis: et iterum reuertar ad vos*] per quod eos consolabatur [*Deo volente.*] Quo instruit nos, vt dum aliqua in futurum nos acturos proferimus, sobriè & modestè loquamur. Quippe qui ignoramus, an crastino die viuemus. Idcirco addamus, deo volente, aut aliquid simile. Sic enim & Iacobus docet in sua canonica.
B [*Profectus est ab Epheso, et descendens Cæsaream.*] Multæ in diuersis prouinciis constructæ vel instauratæ ciuitates in honorem Cæsarum diuersorum noscuntur, & dictæ Cæsareæ, vnde hoc loco non facilè arbitror definiendum, quænam hæc fuerit Cæsarea, ad quam Paulus ab Epheso deuenit, cùm in textu distinctè non sit posita, & plures in Asia sint huius nominis ciuitates. Ego tamen puto eam esse, quæ vo- Iaco. 4.
catur Diocæsarea, propter ea quæ in textu statim sequuntur [*Ascendit et salutauit ecclesiam*] quæ ibi tunc fuit [*Et descendit Antiochiam*] Pisidiæ, ad quam per Diocæsaream ab Epheso rectum est iter. [*Et facto ibi aliquanto tempore profectus est, perambulans ex ordine Galatiam regionem*] quæ coniuncta est Pisidiæ [*Et Phrygiam, confirmans omnes discipulos. Iudæus autem quidam Apollo nomine Alexandrinus genere*] quia in Alexandria natus [*Vir eloquens, deuenit Ephesum, potens in scripturis*] veteris testamenti. [*Hic erat edoctus viam domini*] id est Euangelicam Christi doctrinam [*Et feruens spiritu*] id est Christi Matth. 1.
flagrans amore, & zelo salutis proximorum [*Loquebatur et docebat diligenter, ea quæ sunt de Iesu*] quòd Lucæ. 2.
scilicet ipse esset Christus filius dei [*Sciens tantum baptisma Ioannis*] quo & baptizatus fuit, non autem Ioan. 4.
baptismo Christi pro tunc, sed postea: nondum quippe fuit plenè instructus de sacramentis ecclesiæ, fideque mysterijs. [*Hic ergo cœpit fiducialiter agere in synagoga*] fortiter prædicando Iudæis, quòd Iesus esset Messias. [*Quem cum audissent Priscilla et Aquila, assumpserunt eum, et diligentius exposuerunt ei*
C *viam domini*] id est de doctrina & sacramentis Christi distinctius docuerunt. [*Cum autem vellet ire Achaiam*] puta Corinthum vrbem Achaiæ [*Exhortati fratres ab eo,*] vel eum, vt in bono cœpto persisteret Ioan. 4.
[*Scripserunt discipulis*] Corinthi [*Vt susciperent eum*] tanquam fidelem, cum charitate & gaudio. [*Qui cum venisset*] Corinthum [*Contulit multum*] id est valde profuit [*His qui crediderant*] fidem eorum roborando. [*Vehementer enim Iudæos*] incredulos [*Reuincebat*] id est iterum & frequenter conuicit [*Publice ostendens per scripturas*] prophetarum ac legis [*Esse Christum Iesum.*] Ad hoc quoque eloquentia sua non parum deseruiuit eidem.

Explanatio cap. XIX. [*Factum est autem.*] Artic. XIX.

D FActum est autem, cum Apollo esset Corinthi, vt paulus peragratis superioribus regionibus] in quibus discipulos confortauit, plurimósque conuertit [*Venire Ephesum*] à qua præcedenti capitulo scribitur recessisse [*Et inueniret quosdam discipulos*] id est quosdam in breui Christianos factos, sed incompletè, dispositi verò Actu. 18.
fuerunt ad credendum perfectè [*Dixitque ad eos, Si spiritum sanctum accepistis*] in signo visibili per manuum impositionem [*Credentes?*] plenariè [*At illi dixerunt, Sed neque si spiritus sanctus est, audiuimus.*] Asserunt quidam, quòd isti iam audierunt & crediderunt deum esse vnum & trinum, & per consequens spiritum sanctum, idcirco verba hæc ita exponunt. Sed neque si spiritus sanctus est, scilicet hoc modo datus seu dandus, audiuimus. Sed hoc textui non satis consonare videtur: & mirum, si audierunt quòd deus sit vnus & trinus, quòd non audierunt spiritum sanctum datum Apostolis in signo sensibili in die Pente- Actu. 2.
costes. Verius ergo putatur, quòd non habuerunt adhuc distinctam de superbenedicta trinitate fidem, Marc. 1.
nec in articulis fidei fuerunt competenter instructi, sed Iesum esse Messiam credebant. [*Ille vero ait, In quo ergo*] id est cuius baptismo [*Baptizati estis? At illi dixerunt, In Ioannis baptismate. Dixit autem Paulus, Ioannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum*] quia ad agendam pœnitentiam ille ordinabatur baptismus, non autem deleuit peccata, imò protestatio fuit agendi pœnitentiam, ac præparandi se ad Christi baptismũ [*Dicens in eum qui venturus est post ipsum, vt crederent, hoc est in Iesum*]. i. Ioannes sub hac forma verborum baptizauit, Ego te baptizo in nomine venturi, videlicet Christi, qui iam tunc venit in carnem, sed nondum venit prædicando, & miracula faciendo in publicum. Sic ergo baptizauit Ioannes, vt baptiza- Matt. 3.
tos induceret ad credendum in Iesum. Nam dixit, Ego vos baptizo in aqua, ille vos baptizabit spiritu sancto. Ideo eius baptismus non fuit plenariè sacramentum: sed eo suscepto, nihilominus suscipiendus fuit Christi baptismus. [*His auditis baptizati sunt in nomine domini Iesu.*] Cur & quomodo sub hac forma dabatur baptismus in primitiua ecclesia, dictum est ante. [*Et cum imposuißet illis manum Paulus, venit spiritus sanctus super eos*] id est per sensibile signum, se gratiam illis infudisse monstrauit, & dona sua sensibi- Actu. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

liter super eos effudit. Hinc subditur [*Et loquebantur linguis*] id est diuersis idiomatibus [*Et prophetabant*] sicque duo hæc dona gratiæ gratis datæ, videlicet genus linguarum, & spiritus prophetiæ, per suos actus sensibiliter innotuerunt. Et hæc reuera fuit magna & admirabilis gratia. [*Erant autem omnes viri*] tanta gratia locupletati [*Fere duodecim*] temperatè loquitur Lucas. [*ingressus autem synagogam*] Ephesi [*Cum fiducia loquebatur per tres menses*] opportunis scilicet horis. Videns enim viris illis tantùm gratiæ munus collatum, exhilaratus est spiritu, & ingenti impletus fiducia, quod & in aliis fructificaret. [*Disputans et suadens de regno dei,*] id est de statu & gratia ecclesiæ militantis, vel de fœlicitate & gloria ecclesiæ triumphantis, & quomodo per fidem & Christi mysteria ad illud regnum pertingitur. [*Cum autem quidam*] audientium, præsertim Iudæorum [*indurarentur in sua malitia, et non crederent.*] Sicut enim electi & boni ex auditu verbi dei ad pœnitentiam emolliuntur, sic peruersi & reprobi obstinantur [*Maledicentes viam domini*] id est Euangelium Christi [*coram multitudine*] audientium prædicationem Pauli, vt sic eam à Paulo auerterent, [*Discedens ab eis*] tanquam incorrigibilibus [*segregauit discipulos*] separando credentes ab incredulis, sicut separantur agni ab hœdis, ne inficerentur boni ex verbis pessimorum blasphemis, quorum sermo vt cancer serpit [*Quotidie disputans in schola tyranni cuiusdam*] probabiliter dicitur, quòd per tyrannum hoc loco intelligitur vir potens & nobilis, & fortè satis rigorosus & ferus, à quo Paulus domum conduxit, faciens scholam de ea, in qua discipulos quotidie instruebat de fide atque scripturis ac moribus, vt increduli formidarent eum in domo hac impedire timore eius cui domus attinebat. Aliqui tamen putant, quòd Tyrannus sit hîc proprium nomen. [*Hoc autem factum est per biennium, ita vt omnes qui habitabant in Asia audirent verbum dei*] Iudæi atque Gentiles. De Asia minori est sermo. Et distributio ista qua dicitur, omnes qui habitabant in Asia, accipienda est pro generibus singulorum, ad innuendum quòd ex omni genere indigenarum terræ illius, valde multi confluxerunt ad Paulum, & conuertebantur non pauci. [*Virtutesque non modicas*] id est opera miraculosa, potentia non qualiacunque, non parua neque communia, qualia per minores sanctos fieri solent [*Faciebat deus per manum Pauli*] ad confirmationem suæ doctrinæ, & conuersionem populi audientis [*Ita vt etiam super languidos deferrentur a corpore eius sudaria, vel semicincta*] id est vestes medietatem corporis tegentes, à semis quod est medium, & cingo [*Et recedebant ab eis languores, et spiritus nequam egrediebantur*] ab obsessis per talium pannorum contactum. quod fuit grande miraculum, & quodammodo maius quàm quod de Christo legitur, quòd omnes qui tangebant fimbriam vestimenti eius sanabantur. Quò enim huiusmodi accidentalia corpori remotius amouentur à corpore, eò præclarius est, si per ea nunt miracula: quia per hoc virtus & sanctitas animæ latius se extendit, & in distantiora operatur atque redundat. Vnde & Paulus in epistolis suis frequenter tangit quemadmodum prædicatio sua non fuit in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione signorum, virtutum & prodigiorum, & in plenitudine multa. Et hoc scribit ad eos, quibus mentiri non potuit quippe in quorum conspectu facta erant huiusmodi, vt & nos certissimi simus de veritate. [*Tentauerunt autem quidam et de circumeuntibus iudæis exorcistis*] id est dæmonum adiuratoribus [*inuocare super eos qui habebant spiritus malos*] puta obsessos [*Nomen domini Iesu Christi, dicentes. Adiuro vos per Iesum quem Paulus prædicat.*] Refert Iosephus Salomonem excogitasse & docuisse populum suum modos exorcismi, id est adiurationis, quibus immundi spiritus expulsi ab homine vlterius reuerti non sunt ausi. & vt asserit Beda, fit hoc interdum etiam per reprobos, ad condemnationem eorum qui faciunt, vel ob vtilitatem eorum qui vident & audiunt, vt licet homines despiciant signa facientes, tamen deum honorent ad cuius inuocationem fiunt tanta miracula. Verùm sicut Scholastica narrat historia, quamuis per exorcismos Salomonis eiicerent dæmones, non tamen absque multo labore: sed quibusdam herbis & gemmis adhibitis, vt tradidit Iosephus. Vt ergo facilius expellerent dæmones, adiurabant eos hoc modo, Adiuro vos per Iesum quem Paulus prædicat, sicque exibant dæmones ab obsessis. [*Erant autem cuiusdam scenæ*] id est viri sic dicti [*Iudæi principis sacerdotum*] inter suos in Epheso [*Septem filij, qui hoc faciebant. Respondens autem spiritus nequam dixit eis, Iesum noui*] cognitione informi, quia non diligo eum [*Et Paulum scio*] id est nomina, personas, virtutes eorum agnosco. [*Vos autem qui estis?*] quasi dicat. Non tales vos nosco, vt deceat vos adiurare per Iesum, quemadmodum Paulus, cum sitis increduli. [*Et insiliens homo in eos, in quo erat dæmonium pessimum*] id est crudelissimum & difficulter eiicibile [*Et dominatus amborum*] id est duorum filiorum præfati principis sacerdotum, inualuit contra eos, cæteris fortè interim fugientibus, vel non præsentibus, quia non semper omnes simul hoc faciebant [*Ita vt nudi et vulnerati effugerent de domo illa. Hoc autem notum factum est omnibus iudæis atque gentilibus qui habitabant Epheso: et cecidit timor super omnes illos*] cognita Christi potentia. Vnde amplius talia attentare nullus eorum præsumpsit [*Et magnificabitur nomen domini Iesu*] id est ipse Iesus ab omnibus illis magnificus cognoscebatur & prædicabatur, tanquam dæmonum omnipotens refrenator. [*Multique credentium veniebant*] ad Paulum [*confitentes & annunciantes actus suos*] culpabiles: quia compuncti sunt corde, & ore confessi [*Multi autem ex eis qui fuerant curiosa*] videlicet magicas artes [*Sectati, contulerunt libros*] artium harum [*Et combusserunt coram omnibus*] in signum quòd talia nunc cordialiter abhorrerent, nec amplius exercere intenderent [*Et computatis precijs eorum*] scilicet quantùm valuisse putabantur, seu quanti constitissent [*inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta milium*] quòd scilicet tanti precij erant. Ex quo patet, quòd valde multi libri fuerunt ibi combusti, & ex ingenti deuotione, quòd etiam multi magis fuerunt ibidem conuersi. [*Ita fortiter crescebat verbum dei*] id est fructificabat Euangelica prædicatio Pauli in conuersione audientium [*Et multiplicabatur*] numero meritóq;

Marc.4. Matth.25.13. 2.Tim.2. 2.Cor.12. Actu.2. Matth.9.14. Marc.6. Lucæ.8. 2.Cor.12.

credentium. [*His autem expletis proposuit Paulus in spiritu,*] id est instinctu spiritus sancti, non propria excogitatione [*Transita Macedonia & Achaia,*] id est discipulis in illis prouinciis demorantibus visitatis & confortatis [*ire Hierosolymam*] ob loci reuerentiam, sanctorúmque locorum, & primitiuæ ecclesiæ, præsertim sancti Iacobi visitationem [*Dicens, quoniam postquam venero ibi, oportet me & Romam videre*] ad prædicandum ibidem, & quia à deo prærordinatum est hoc ad suiipsius honorem, meriti mei incrementum & aliorum conuersionem [*Mittens autem in Macedoniam duos ex ministrantibus sibi, Timotheum et Erastum*] quos idcirco præmisit, vt eleemosynam in Hierusalem sanctis fidelibus deferendam per Paulum colligerent, eámque Paulus aduenies inueniret paratam [*Ipse remansit ad tempus in Asia*] adhuc enim mansit in Epheso, vt verba pandunt sequentia. [*Facta est autem illa die turbatio non modica de via domini*] id est de fide religionéque Christi in Epheso [*Demetrius enim quidam nomine argentarius,*] id est in argenti materia artificialiter operans [*Faciens ædes argenteas Dianæ,*] id est imaginibus Dianę, quę in ædiculis illis speciosis ponebantur [*Præstabat artificibus non modicum quæstum,*] id est magnum lucrum [*Quos conuocans, et eos qui eiusmodi erant opifices,*] id est similes artifices [*Dixit, Viri scitis quia de hoc artificio acquisitio est nobis*] quia ædes imaginésque formando, multa lucramur [*Et videtis et auditis, quia non solum Ephesi, sed et totius pene Asiæ*] minoris [*Paulus hic suadens*] id est varias persuasiones pro sua prædicatione adducens [*Euertit multam turbam*] ab idolorum cultura [*Dicens, Quoniam non sunt dij qui manibus fiunt*] Homo enim cum sit fragilis & mortalis, deum formare non valet: quemadmodum in Esaia, Hieremia, & libro Sapientiæ demonstratur. [*Non solum autem hæc periclitabitur nobis pars in redargutionem venire,*] id est non tantùm periculosè nobis opponetur quòd non sint dij qui manibus fiunt humanis, & quòd eis inaniter facimus ædes. [*sed et magnæ Dianæ templum in nihilum reputabitur,*] id est despicietur, omnibus ad Christum conuersis. Dicitur autem magna Diana, quia inter deas gentilium fuerat præfamosa. [*sed et destrui incipiet maiestas eius,*] id est vilipendetur, quæ hucusque reputata est magna [*Quam tota Asia colit et orbis.*] Fuit enim cultus Dianæ vndique dilatatus. [*His auditis repleti sunt ira, et exclamauerunt dicentes, Magna Diana Ephesiorum. Et repleta est ciuitas confusione,*] id est ciues Ephesij inordinatione & turbatione impleti sunt. [*Et impetum fecerunt vno animo in theatrum.*] Theatrum secundum Bedam est locus semicirculi habens figuram, in quo stantes populi ludos scenicos intus aspiciebant. Vel vt alij dicunt, theatrum fuit locus, in quo rei puniebantur, quoniam illuc etiam conuenerant ad speculanda reorum supplicia. Nam theatrum Græcè, Latinè spectaculum significat. Fortè vtrunque istorum fiebat in loco huiusmodi. [*Rapto Caio et Aristarcho Macedonibus,*] id est de Macedonia oriundis [*Comitibus,*] id est sociis. [*Pauli*] Hos enim violenter traxerunt ad theatrum, Paulum non inuenientes. [*Paulo autem volente intrare in populum*] vt falsitati resisteret, & quia pro veritate & æquitate mori paratissimus fuit [*Non permiserunt discipuli*] propter commune bonum ecclesiæ, volentes eum conseruare in vita, quemadmodum ipse scribit ad Philippenses, Manere in carne necessarium propter vos. [*Quidam autem et de Asiæ principibus*] tunc in Epheso consistentes. [*Qui erant amici eius, miserunt ad eum rogantes ne se daret in theatrum*] quia ex hoc aucta fuisset turbatio. Isti fuerunt ad fidem conuersi. [*Alij autem aliud clamabant,*] id est vnusquisque furentium secundum passionis suæ impetum vociferabatur. [*Erat enim ecclesia*] id est collectio hominum illorum [*Confusa, et plures nesciebant qua ex causa conuenissent,*] id est cur congregatus fuisset hic cœtus. [*De turba autem detraxerunt*] aliqui [*Alexandrum*] vt à tumultu abstractus redderet rationem, audientiámque haberet [*propellentibus eum iudæis*] non enim faciliter egredi potuit in tanta caterua. [*Alexander autem manu silentio postulato, volebat rationem reddere populo. Quē vt cognouerunt iudæū esse*] & per cōsequēs idolareprobantem [*Vox facta est vna omniū, quasi per horas duas clamantium, Magna Diana Ephesiorum.*] Videntes enim aduersarios sui ritus, magis accensi sunt suæ religionis ac deæ amore ac laude. [*Et cum sedasset scriba turbas*] fuit enim magister & doctor inter gentiles [*Dixit, Viri Ephesij, quis nescit Ephesiorum ciuitatem cultricem esse magnæ Dianæ iouisque prolis?*] nam Iupiter fuit pater Dianæ. [*Cum ergo his contradici non posset*] licitè secundum nostram sectam [*Oportet vos sedatos esse, et nihil temere agere. Adduxistis enim homines istos*] pauli discipulos [*Neque sacrilegos, neque blasphemantes deam vestram.*] Quomodo verum est hoc? Nunne idololatriam reprobabant? Et respondendum, quòd vtique, sed motus fortè latuit scribam, vel fauorabiliter loquebatur pro illis violenter adductis, vt seditionem sopiret [*Quod si Demetrius & qui cum eo sunt artifices habent aduersus aliquem*] horum [*Causam, conuentus forenses aguntur*] in foro & publico [*Et proconsules sunt*] loco consulum constituti [*Accusent inuicem. Si quid autem alterius rei quæritur*] præter causam demetrij [*In legitima ecclesia poterit absolui,*] id est in congregatione ordinatè collecta poterit à iudicibus ordinariis terminari. [*Nam & periclitamur argui seditionis hodiernæ*] id est periculum nobis imminet, quòd forsitan à superioribus redarguemur, & puniemur ob seditionem præsentem [*cum nullus obnoxius sit*] de quo possimus reddere rationem [*Concursus istius*] id est nullus hîc ita excesit, vt ob id excusari possit præsens concursus. [*Cum autem dixisset hæc, dimisit ecclesiam*] scilicet vnumquenque in sua.

Esaię.44. Hiere.2. Sap. 13.14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Expositio cap. xx. [*Postquam autem cessauit tumultus, vocatis ad se Paulus discipulis.*] Artic. xx.

E

PO*stquam autem cessauit tumultus*] capite precedenti descriptus [*Conuocatis Paulus discipulis, et exhortatus eos*] vt vsque in finem in fide & sanctitate perseuerarent [*Valedixit et profectus est*] ab Epheso [*Vt iret in Macedoniam*] causa admonendi ibidem discipulos. [*Cum autem perambulasset partes illas*] scilicet Macedoniam & vicinas [*Et exhortatus eos fuisset multo sermone, venit Græciam*] scilicet quandam Græciæ partem, & vt in Scholastica historia dicitur, venit Athenas. [*Vbi cum fecisset*] id est fructuosè expendisset [*Mensis tres*] aliorum cõuersioni & consortationi insistens [*Factæ sunt illi insidiæ a Iudæis*] incredulis [*Nauigaturo in Syriam*] versus Hierusalem [*Habuitque consilium vt reuerteretur per Macedoniam*] ad euadendum insidias, & ne spoliaretur eleemosynis, seu collectis, quas detulit secum versus Hierusalem. An verò insidias illas agnouerit ab homine, aut ex reuelatione superna, ambigitur. Consequenter exprimuntur in textu qui ambulauerunt cum Paulo. [*Comitatus est autem eum Sosipater Berœensis*] id est de vrbe Berœa, &c. [*Hi cum præcessissent*] ex Pauli commissione [*Sustinuerunt*] id est expectauerunt [*Nos*] scilicet Paulum & existentes cum eo, quorum & vnus ego fui [*Troade*] id est in vrbe sic dicta, de qua dictum est supra [*Nos vero nauigantes post dies azymorum*] id est post solennitatem paschalem, in qua Iudæi azymis panibus vescebantur. [*A Philippis*] ciuitate Macedoniæ [*Veniamus ad eos Troadem in diebus quinque: vbi morati sumus diebus septem*] ad consolationem & informationem credentium qui ibi degebant. [*Vna autem sabbati*] id est prima die post sabbatum, seu prima die hebdomadæ, puta die dominica, secundum Bedam [*Cum conuenissemus ad frangendum panem*] id est ad sacra mysteria celebranda, secũdum eundem. Vnde supra dictum est, quòd perseuerabant in communicatione fractionis panis. Vel ad frangendum panem, pro corporis refectione: & ita in Scholastica historia explanatur, cum dicitur, Vna sabbati cum cœnaremus [*Paulus disputabat eum eis*] de euangelica veritate conferendo ac prædicando in Troade [*profecturus in crastinum*] Ideo ante suum recessum voluit eos diligenter instruere [*Protraxitque sermonem vsque in mediam noctem*] In quo feruor eius ostenditur zelúsque animarum. [*Erant autem lampades copiosæ in cœnaculo vbi eramus congregati. Sedens autem quidam adolescens nomine Euthycus super fenestram, cum mergeretur graui somno*] id est ab exterioribus reduceretur ad intima sicut qui mergitur, & rationis iam vsu priuatur obdormiendo. [*Disputante diu Paulo, ductus somno*] cui non restitit, victus sopore. [*Cecidit de tertio cœnaculo deorsum, et sublatus, oblatus*] id est præsentatus [*Est*] omnibus [*Mortuus. Ad quem cum descendisset Paulus, incubuit super eum*] sequens in hoc Heliam & Heliseum, quorum primus ter, secundus septies super defunctum incubuit. Paulus verò semel duntaxat, móxque impetrauit quod petiit, in quo eius excellentia declaratur [*Et complexus*] defunctum ex amore & compassione [*Dixit, Nolite turbari*] iam enim certus fuit Apostolus, se exaudiendum pro pueri suscitatione: ideo addit, [*Anima enim ipsius est in eo*] id est tam propè est vt suscitetur, vt per idem sit, quasi nunc viueret: sic de homine agonizante mox morituro dicimus, Mortuus homo est. [*Ascendens autem*] ad cœnaculum tertium in quo ante disputauit [*Frangensque panem et gustans, satisque alloquutus eos vsque ad lucem, profectus est. Adduxerunt autem puerum viuentem, et consolati sunt non minime.*] Opportunè deo disponente inter verba prædicationis occurrit occasio curationis tam miraculosæ, vt ostensione prodigij, confirmaretur prædicatio Pauli, arctiúsque infigeretur mentibus discipulorum memoria boni magistri ab eis mox discessuri. Innotescit quoque ex his solicitudo & feruor Apostoli pro proximorum salute. Nam profecturus in crastinum totam noctem duxit insomnem, prædicationi intendens, vsque ad mediam noctem, & tunc iuuene suscitato, & modico cibo sumpto, sermonem resumpsit ac cõtinuauit vsque ad auroram, sicque recessit. [*Nos autem ascendentes nauem, nauigauimus in Asson, inde suscepturi Paulum. Sic enim disposuerat ipse, per terram iter facturus.*] Itaque comites & discipulos suos præmisit in Asson, vt ibi præstolarentur eius aduentum, qui fortè volebat in terris intermediis aliquibus loqui verbum dei.

F

¶ Porrò Asson est ciuitas Asiæ maritima. [*Cum autem inuenisset nos in Asson, assumpto eo venimus Mytylenem*] quæ vrbs est in Lesbo Aegæi maris insula [*Et inde nauigantes sequenti die venimus contra Chium*] H quæ item est insula Aegæi maris, habens ad orientem Lydiam Asiæ prouinciam [*Et alia die applicuimus Samom*] Samos etiam est insula in Aegeo mari, in qua traduntur vasa fictilia primò inuenta, & vasa Samia appellata sunt. Vnde in Esaia habetur, Testa de Samo, &c. Est autem insula ipsa Epheso apposita, & vicina Andro [*Et sequenti die venimus Miletum*] ciuitatem Asiæ maritimam. [*Proposuerat enim Paulus transnauigare Ephesum*] id est non accedere eam quamuis prope eam nauigaret. [*Ne qua illi mora fieret in Asia*] minori, cuius Ephesus vna metropolis erat, nempe Ioniæ Asiæ prouinciæ. Ideo si accessisset ad eam, non tam citò dimisissent eum discipuli Ephesij. [*Festinabat enim, si possibile sibi esset, vt diem Pentecosten faceret*] id est celebraret [*Hierosolymis*] potissimè, quia in eo datus fuit spiritus sanctus. Illa quoque celebritas solennis fuit, propter legis dationem, cuius præcepta decalogi manent in Euangelio Saluatoris. [*A Mileto autem mittens Ephesum, vocauit maiores natu ecclesiæ*] Ephesinæ [*Qui cum venissent ad eum, et simul essent*] in Mileto [*Dixit eis, Vos scitis a prima die qua ingressus sum in Asiam*] gratia prædicandi [*Qualis per omne tempus vobiscum fuerim, seruiens domino cum omni humilitate*] iuxta illud, Quanto maior es, humilia te in omnibus [*Et mansuetudine*] quæ tam decet prælatos, quàm indecens eis est ira [*Et lachrymis multis*] quibus vestra peccata deplanxi, gratiam vobis postulaui, ad patriam aspiraui [*Et tentationibus*] id est persequutionibus. [*Quæ mihi acciderunt ex insidijs iudæorum, quomodo nihil subtraxerim vobis vtilium*] id est non omisi vobis communicare ea,

Exod.12.

3.Reg.17. 4.Reg.4.

Esa.45.

Actu.2. 1.Cor.16.

Eccles. 3.

A quæ animarum prosunt, expediúntque saluti. Nisque de vestris substãtiis seu facultatibus ad boni vtilis speciem pertinẽtibus abstuli vobis, quacunque industria mihi talia colligendo [*Quo minus annunciarem vobis*] quæ salutem vestrã concernunt [*Et docerem vos publice, & per domos*] scilicet in priuato [*Testificans iudæis atque gentilibus in deum pœnitentiam*] id est agendã esse pœnitentiam perducẽtem ad deum, seu per diuinam clementiã. Hæc aliqui prælatorum subtrahunt subditis ex auaritia palpando eorum peccata, ne eis offensis temporale damnum incurrant, qui non sunt veri pastores, nec digni appellatione prælati [*Et fidem in dominum nostrum Iesum Christum*] id est fidem catholicam tendẽtem in Christum, & secundum eius doctrinam se habentem. [*Et ecce nunc alligatus ego spiritu*] id est spiritu sancto me ad id astringente ac impellente [*Vado in Hierusalem, quæ in ea mihi ventura sunt ignorans, nisi quod spiritus sanctus per omnes ciuitates protestatur mihi*] id est in congregationibus Christianis per varias vrbes diffusis, sunt aliqui spiritu prophetico ornati, per quos spiritus sanctus mihi insinuat [*Dicens: quoniam vincula & tribulationes me manerent*] id est expectant in Hierosolymis, sicque certus sum reuelatione illorum, quòd ibidem ligabor, captúsque tenebor ac tribulabor. Quibus verbis ostendit Apostolus, non sibiipsi immediatè à spiritu sancto, sed aliis fuisse reuelata, quæ in Hierusalem passurus fuit aduersa, quemadmodum etiam deus per Nathan & Gad prophetas multa reuelauit sancto Dauid de proprio suo statu, cui immediatè multa alia reuelauit de mysteriis Christi, & statu ecclesiæ [*Sed nihil horum vereor*] id est aduersa pro Christo B pati non timeo, nec eos qui corpus occidunt formido, qui iam ad tantum patientiæ gradum culmẽque deueni, vt in omni tribulatione læter ex animo, & inconcussus mente permaneo, [*Nec facio animam meam*] id est vitam corporalem ac sensitiuam [*preciosiorem quam me*] totũ, seu quo ad id quod sum secundum interiorem superiorémque hominem, puta supremam animæ partem, videlicet, intellectiuam. Intellectus enim dicitur homo, dicente philosopho, quòd homo maximè est suus intellectus, iuxta modum loquendi, quo totum à parte principaliori denominatur. Itaque vitam corporalem pro nihilo ducit, qui in futuro quærit vitam æternam. Ideo subditur. [*Dummodo consummem cursum meum*] id est peregrinationem & conuersationem meam ad finem fœlicem perducam [*Et ministerium verbi,*] id est officium prædicandi [*Quæ accepi a domino Iesu testificari,*] id est cum protestatione & maxima affirmatione pronunciare [*Euangelium gratiæ dei*] quia in Euangelio christi gratia dei potissimè commendetur, docetur, refulget, & ipsum ex diuina pietate ac gratia hominibus est collatum. Sed & lex Euangelica gratiam confert, secundum quod sacramenta sua includit. [*Et nunc ecce ego scio*] inspiratione diuina [*Quia amplius non videbitis faciem meam*] in præsenti vita [*Omnes vos*] Ephesij [*Per quos transiui prædicans verbum dei.*] Sciebat nanque Apostolus se ad illas partes amplius non venturum. [*Quapropter contestor vos hodierna die, quia mundus sum a sanguine omnium vestrum,*] id est si quid periculi animæ incideritis, ego im- C munis sum. [*Non enim subterfugi quo minus annunciarem vobis omne consilium dei,*] id est ea quæ diuina sapientia circa humani generis redemptionem instituit & effecit, præcepta quoque & documenta ipsius vobis notificaui, mysteria demum fidei Christianæ, qualiter æterno summæ trinitatis consilio seu decreto peractum est, vt per vnius diuinæ increatæ personæ, puta per verbi incarnationem & passionem saluatum est genus humanum. Sed cum alibi scriptum sit, Quis consiliarius eius fuit? Sapiens quoque dixerit, Quis hominum poterit scire consilium dei: quomodo potuit Paulus omne consilium dei annunciare hominibus? Et respondendum, quòd non simpliciter de omni consilio dei intendit, sed de omni consilio dei, quantùm ad humanam spectat salutem. Quemadmodum etiam ait Saluator, Omnia quæ audiui à patre meo, nota feci vobis. Præterea cum in ratione consilij includatur inquisitio, quæ nescientiam quandam supponit, certum, quòd consilium propriè sumptum non competit deo: sic enim est ignorantis naturæ, secundum Damascenum. Sed ideo deo asscribitur: quia nil agit improuidè [*Attendite vobis & vniuerso gregi.*] Primò, inquit, attendite vobis, id est circumspectè in omnibus vos habete, coram deo solicitè ambulate, omni diligentia cor vestrum in puritate seruate, deinde similiter vestris subditis præstote ac prouidete. Charitas enim incipit à seipsa. Et qui sibi nequam est, cui bonus est? Qui autem seipsum in omnibus rationabiliter dirigit, alios quoque gubernare poterit et se idoneus [*In quo vos spiritus sanctus posuit episcopos*] si soli Christiani de vrbe Epheso ibi fuerunt, non erant ibi multi Episcopi, nisi episcopi pro sacerdotibus accipiantur. Vnde aliqui dicunt conuocasse Apostolum omnes maiores natu de diœcesi Ephesina, & aliis fortasis. Nam id superioribus verbis innuitur vbi ait, Omnes vos, per quos transiui prædicans verbum dei. Neque enim pertransiuit solam Ephesinam diœcesim [*Regere*] id est ad regendum [*Ecclesiam dei*] id est congregationem fidelium Christi. Nam hîc nomine dei, persona filij designatur, quia subiungitur [*Quem acquisiuit,*] id est de manu inimici eripuit & sibi incorporauit [*Sanguine suo*] videlicet, suæ dignissimæ passionis virtute ac merito. Quo vtique testimonio diuinitas Christi euidenter probatur. [*Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam*] corporalem à vobis [*Lupi rapaces in vos*] hæresiarchæ, & falsi Apostoli, dona gratiæ à fidelium mentibus rapientes [*Non parcentes gregi,*] sed spiritaliter eam, letalitérque lædentes, diuersis erroribus & peccatis [*Et ex vobismetipsis exurgent viri loquentes peruersa*] id est aliqui vestrũm seu eorum qui prodibunt ex vobis à fidei synceritate recedent, & contraria fidei atque iustitiæ affirmabunt [*Vt abducant*] ab ecclesiastica vnitate [*Post se,*] id est ad inhærendum eorum erroribus [*Discipulos*] Hæretici enim libidine dominandi, docendi & apparendi, suos confinxerunt errores. De talibus in prima sua canonica ait Ioannes, In nobis erant, sed non erant ex nobis. [*Propter quod vigilate,*] id est diligentes estote in custodiendo vosipsos ac subditos, iuxta illud Abacuc, Super custodiam meam stabo [*Memoria retinentes quoniam per triennium*] quo prædicaui in Asia, præsertim in Epheso [*Nocte ac die non cessaui*] tempore congruo [*Lachrymis monens vnumquenque vestrum*] nunc in generali, nunc in speciali, & vnumquenque secundũ capacitatem, vocationem & statum informans. [*Et nunc commendo vos deo*] Etenim nisi dominus custo-

Ioan.10. 2.Reg.12. 2.Reg.24. 1.Para 21. Matth.10. Roma.6. 2.Petri.2. 1.Ioan.1. Abac.2. Psal.126. Esa.40. Rom.11. Sapien.9. Ioan.15. Miche.6. prou.4. Eccle.14.

Universidad de Deusto Biblioteca

dierit ciuitatem frustra vigilant,qui custodiunt eam. Diuinæ igitur protectioni ac pietati omnem quem E
diligimus iugiter commẽdemus [Et *verbo gratiæ eius*]id est promissionibus diuini eloquij,quibus mise-
Ioan.6. ricordiam suam confugientibus ad ipsum promisit,vt illæ effectum sortiantur in vobis. Vel, verbo, id
est effectui gratiæ eius. Sæpe equidem in scripturis,verbum pro facto accipitur[*Qui potens est ædificare*]
id est corda virtutibus confirmare & vnum per alium ad meliora prouehere [Et *dare hæreditatem*]id est
Ezech.14. dona gloriæ in futuro [*in sanctificatis omnibus*]qui in baptismo, & in actibus virtuosis sanctificati sunt
[*Argentum & aurum,aut vestem nullius concupiui, ipsi scitis*]Hoc contra pastores & prædicatores auaros,
qui temporalia spiritualibus præferunt,qui lana ouium operiuntur,& lacte earum reficiũtur, ipsas ve-
rò perire permittunt [*Quoniam ad ea quæ opus mihi erant,et his qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ*]
id est propriis manibus necessaria corpori tam mihi quam existentibus mecum procuraui, labori ma-
2.Thes.3. nuum insistendo ne quenquam grauarem.Vnde corinthiis scribit,In omnibus sine onere me vobis ser-
2.Cor.11. uaui,& seruabo.[*Omnia*]ad perfectionem pertinentia[*Ostendi vobis*]verbo & exemplo [*Quoniam sic la-
borantes,oportet suscipere infirmos*]id est corporaliter languidos,de labore propriarum manuum sustẽ-
tare.Vel infirmos vt pote imperfectos pusillos ad virtutes inducere. Istud est perfectionis non necessi-
tatis,nisi in casu[*Ac meminisse*]mente & operis exhibitione[*Verbi domini Iesu, quoniam ipse dixit, Beatius
est magis dare quam accipere.*] Hoc verum est,secundum se,cæteris paribus,& iuxta intentionem Apo-
stoli.Etenim cæteris paribus amplioris est meriti eleemosynam dare,quàm sumere, si sumens eiusdem F
sit facultatis ad dandum,vt ille à quo accipit.Propter quòd Beda ait, Non illis qui relictis omnibus se-
quuti sunt dominum,diuites & eleemosynarios præfert:sed illos quàm maximè glorificat, qui,cunctis
Matth.4. quæ possident semel renunciatis, nihilominus laborant operando manibus,quod bonum est, vt habe-
Lucæ.4. ant vnde tribuant necessitatem patienti. Hinc tanquam hæretici reprobantur dicentes, quòd maioris
perfectionis est,diuitias proprias in sæculo erogare, quàm in religione mendicare. Propter quod libro
de ecclesiasticis dogmatibus dicitur, Bonum est cum dispensatione bona pauperibus erogare, sed me-
lius est intentione sequendi Christum, totum simul donare,& absolutum à solicitudine,cum Christo
egere.Præterea constat ex his,multa esse dicta documentáque Christi,quæ nullus Euangelistarum de-
scripsit:quia verbum nunc allegatum in Euangelio non habetur.[Et *cum hæc dixisset,positis*] id est flexis
Epes.4. [*Genibus orauit cum omnibus illis*]vt deusvniuersos misericorditer conseruaret.[*Magnus autem fletus factus
est omnium.Et procumbentes super collum Pauli osculabantur eum,dolentes maxime in verbo quod dixerat,quo-
niam amplius faciem eius non essent visuri.*]Et vtique ingens omnino fuit causa plorandi, & triste di-
uortium à tam dulci magistro,tam præclaro doctore, tam liberalissimo ac vtilissimo benefactore, tam
charitatiuo & affectuosissimo patre sine reuisendi spe separari. [Et *deducebant eum ad nauem*] iuxta
quam valefecerunt sibi inuicem non sine grandi dolore,qui ex præcordiali processit amore. G

Expositio Cap. xxi. [*Cum autem factum esset vt nauigaremus.*]
Articulus, xxi.

[*Vm autem factum est vt uauigaremus, abstracti ab eis*]id est ab Ephesiis illis separati
[*Recto cursu*] nauis [*Venimus Coum*] insulam oppositam Asiæ [*Et sequenti
die Rhodum*] insulam claram in Carpathio mari oppositam Lyciæ [*Et pateram*]
quæ est ciuitas Lyciæ prouinciæ in Asia,deinde Mirrheam.Istud non est de tex-
tu,vt dicitur, vnde nec Beda nomen huius loci exponit in libello, quem de ex-
positione nominum locorum,quę in hoc libello exprimuntur,compilauit.[*Cum
apparuissemus autem cypro,relinquentes eam ad sinistram, nauigauimus in Syriam, et
venimus Tyrum. ibi enim nauis expositura erat onus*] ideo applicare oportuit.[*in-
uentis autem discipulis*]id est Christianis illic manentibus,quos diligenter tanquam fratres nostros quæ-
Actu.20. simus[*Mansimus ibi diebus septem*]ad eorum consolationem, & nostram refocillationem. [*Qui Paulo
dicebant per spiritum,ne ascenderet Hierosolymam.*] Capitulo præcedenti dixit se Paulus à spiritu sancto
agi ad eundum Hierusalem : quomodo ergo isti prophetæ, per spiritum prophetiæ suaserunt oppositum?Nunquid spiritus sanctus verbis propriis contradicit ? Ad quod respondendum, quòd vnum & H
idem,secundum diuersas considerationes, suadetur & dissuadetur. Aliqui quoque respondent, quòd
isti per spiritum sanctum nouerunt & prædixerunt Paulum,si ascenderet Hierusalem, ibi plura passu-
rum. Quòd verò suaserunt ne illuc ascenderet, ex suo spiritu, pia quadam compassione protulerunt.
[Et *expletis diebus septem ibamus*]à Tyro[*Deducentibus nos omnibus*] Tyrijs Christianis [*Cum vxoribus
Iacobi.3. et liberis*]id est filijs[*Suis, vsque foras ciuitatem*]in quo patet, quantus fuerit sanctæ dilectionis ardor in
primitiua ecclesia[Et *positis genibus in littore orauimus*]pro inuicem, pro omnium nostrũm communi
salute, & vt deus omnia in melius ordinaret, nósque spiritaliter adunatos conseruaret, & ad patriam
tandem perduceret. [Et *cum valefeciſſemus inuicem, ascendimus nauem, illi autem redierunt in sua.*
Actu.11. Et *descendimus Ptolomaidam.*] Ptolomais ciuitas est terræ sanctæ maritima, in tribu Aser, alio nomine
Acon dicta. Est autem & altera Ptolomais in pentapoli prouincia Aphricæ [Et *salutatis fratribus*]
Christianis ibidem [*Mansimus die vna apud illos. Alia die profecti venimus Cæsaream Palestinæ*] de
qua dictum est supra. [Et *intrantes domum philippi Euangelistæ, qui erat vnus de septem diaconis*]
ad insinuandum quòd non fuit Philippus Apostolus, Dicitur autem Euangelista, non quia Euangelij
descriptor,sed fructuosius valde cõtinuus ac feruidus prædicator,vt cõstat ex his quæ supra de ipso con
tenta sunt. [*Mansimus apud eum*]ad reuerẽtiam,tanti patris,viri Apostolicę perfectionis ac potestatis in-
Actu.8. signis.[*Huic autem erãt quatuor filiæ virgines prophetãtes*]quę sicut in Scholastica fertur historia,prędixe-

A runt Paulo quod ei in Hierusalem erat venturum. [*Et cum moraretur ibi per dies aliquot, superuenit quidam a Iudæa nomine Agabus. is cum venisset ad nos tulit zonam Pauli, et alligans sibi pedes ac manus, dixit*] Quod, ait, sibi ad quem referatur, an scilicet ad ipsummet Agabum, vel ad Paulum, incertum videtur,nisi quòd Gregorius in quadam homilia refert ad Paulum, quod & probabilius reor. [*Hæc dicit spiritus sanctus, Virum cuius est zona hæc, sic alligabunt in Hierusalem Iudæi, et tradent in manus gentium,*]Agabus iste in modo loquendi & opere imitatus est veteris legis prophetas, qui dicere consueuerunt, Hæc dicit dominus. Interdum verbis facta seu signa sensibilia ac visibilia adhibebant, ad prænunciandum quod incumbebat.Quemadmodum Ezechiel in caligine vasa sua efferens,parietémque persodiens,oculos quoque velauit [*Quod cum audissemus,rogabamus ne ascenderet Hierosolymam.* Et *dixit, Quid facitis flentes et affligentes cor meum?*] quod vestro dolori compatitur,& non sine afflictione audit verba quæ contrariantur instinctui spiritus sancti in me,quamuis vos pia moueamini ratione. [*Ego enim non solum alligari, sed et mori in Hierusalem paratus sum pro nomine domini Iesu.*] Ecce verè strenuus miles, ardens amator, fortis pugnator, imperterritus præco. [*Post dies autem istos, ascendebamus Hierusalem. Venerunt autem quidam et ex discipulis a Cæsarea nobiscum, adducentes secum apud quem hospitaremur Iasonem quendam cyprium genere, antiquum discipulum*] quia iam diu fuit fideliter fixus in Christianismo. Vbi autem hospitauerit Paulum & suos non dicitur. [Et *cum venissemus Hierosolymam, libenter exceperunt nos fratres.* B
Sequenti autem die introibat Paulus nobiscum ad Iacobum] Hierosolymitanæ ecclesiæ primum episcopum, de quo dictum est sæpe. [*Omnesque collecti sunt seniores*] Christiani,audito Pauli aduentu. Et fortè à Iacobo conuocabantur, [*Quos cum salutasset Paulus, narrabat per singula, quanta fecisset deus in gentibus per ministerium illius*] quanta videlicet signa atque miracula, quantam Gentilium conuersionem, quanta gratiarum charismata & immensæ suæ clementiæ opera. [*At illi cum audissent, magnificabant deum*] gratias referendo pietati diuinæ [*Dixeruntque ei*] scilicet Paulo. [*Vides frater quot milia sunt in Iudæis qui crediderunt deo?*] fidem Christi suscipiendo [Et *omnes æmulatores sunt legis*] id est amatores & imitatores legis Mosaicæ, ne illam subitò spernere videantur, tanquam non esset data à deo. Veruntamen isti non
Actu.15. posuerunt spem salutis in legalium obseruatione [*Audierunt autem de te, quod discessionem doceas a Mose, eorum qui per gentes sunt Iudæorum*] id est quòd Iudæos inter Gentiles dispersos informes dimittere obseruantiam legis Mosaicæ [*Dicens non debere eos circuncidere filios suos, neque secundum consuetudinem legis ingredi*] id est conuersari. Quidam infideles Iudæi Paulum mendaciter accusauerunt,quasi doceret legalia etiam pro tempore illo esse mortifera: quod falsum fuit, quia vt patuit,ipsemet Timotheum circuncidit, & proprium caput totundit in Cenchris. Gentilibus verò conuersis talia prohibebat, sed Iudæis ea concessit vsque ad pleniorem Euangelij diuulgationem, ob commendandam ve- Actu.16.
C teris legis authoritatem & sacramentorum illorum propheticam sanctitatem. Hæc autem superius ta- Actu.18.
cta sunt sæpe.[*Quid ergo est?*] agendum[*Vtique oportet conuenire multitudinem Iudæorum*] in Hierusalem credentium de te sinistrè informatam,vt veritate agnita contententur.[*Audierunt enim te superuenisse*]non hi tantùm, sed & infideles Iudæi [*Hoc ergo fac quod tibi dicimus. sunt nobis*]id est inter nos[*Viri quatuor*] Iudæi ad Christum conuersi[*Votum habentes super se*]quia aliquid deo vouerunt. [*His assumptis sanctifica te cum illis*]id est secundum legem deo te exhibe sicut & illi[Et *impende in illis*]oblationem seu exhortationem [*Vt radant capita sua*] secundum legis traditionem [Et *scient omnes quia quæ de te audierant*] de legalium abolitione, [*Falsa sunt, sed ambulas et ipse custodiens legem*] etiam quo ad cæremonialia, dum tempus,causa & locus id exigunt ad vitandum scandalum infirmorum, atque ob alias rationabiles causas frequenter prætactas. [*De his autem qui crediderunt ex gentibus,nos scripsimus iudicantes,vt abstineant se* Actu.13.
ab idolis,immolato]id est ne edãt sacrificia illis oblata[Et *sanguine et suffocato,et fornicatione.*]Quomodo factum & intelligendum sit hoc supra diffusè tractatum est. [*Tunc Paulus assumptis viris, postera die purificatis cum illis*] secundum ritum legalem [*Introuit in templum, annuncians expletionem dierum purificationis*] obseruandæ secundum legem circa tales, quales isti quibus iúxit se Paulus fuerunt, [*Donec offerretur pro vnoquoque eorum oblatio. Cum autem septem dies consummarentur,*] vel ab ingressu Pauli in Hierusalem, vt aliqui dicunt, vel potius secundum Bedam & Glossam, nondum in toto consummati erant hi septem dies, sed eorum cursus & consummatio agebatur. Vnde expressius in Græco habetur, Cum
D autem incipiebant septem dies consummari, alioquin non potest stare quòd Paulus post quinque dies
aduentus sui in Cæsaream præsidi ait,Quia non sunt mihi plus quàm duodecim dies ex quo ascendi a- Actu.24.
dorare in Hierusalem. Si enim his septem, & illis quinque diebus adiiciantur dies consilij,quo Paulus Actu.23.
pharisæos & Sadducæos dissociauit, itémque dies quo se deuouerunt Iudæi Paulum occisuros, quatuordecim erunt dies. [*Hi qui de Asia erant Iudæi*]in sua infidelitate obstinati[*cum vidissent eum in templo, concitauerunt omnem populum*] tunc præsentem [*Et iniecerunt ei*] scilicet Paulo [*Manus: dicentes, Viri Israelitæ adiuuate. Hic est homo, qui aduersus populum*] Iudæorum [Et *legem*] Mosi [Et *locum hunc* [vtpote templum[*Omnes docet*]quasi populus Iudæorum sit totaliter reprobus, lexque eorum abolita, & templum violandum [*insuper et Gentiles induxit in templum, et violauit sanctum locum istum*] quia à templi ingressu prohibet lex Gentiles. Cur autem de Gentilium inductione in templum id dixerint, subditur. [*Viderant enim Trophimum Ephesium*] discipulum Pauli[*in ciuitate*] Hierusalem [*Cum ipso, quem æstimauerunt, quoniam in templũ induxisset Paulus*] sicque ex sola suspicione in certam sententiam proruperunt. Affectu nanque corrupto, ratio prorsus inficitur, & modica orta occasione turbatur. [*Commotaque est omnis ciuitas*] Hierusalem hoc rumore audito [Et *factus est concursus populi. Et apprehendentes Paulum trahebant eum extra templum, et statim clausæ sunt ianuæ*] templi, ne ab aliquo Gentilium amplius violaretur,& ne Paulus in illud refugeret. [*Quærentibus autem eum occidere, nunciatum est*

Universidad de Deusto Biblioteca

tribuno cohortis]videlicet Claudio Lysiæ missò à Felice præside[*Quia tota confunditur Hierusalem*] id est E
vniuersus populus eius turbatur. [*Qui statim assumptis militibus & centurionibus*] quorum quilibet præ-
fuit centum militibus [*Decurrit ad illos*] qui propria authoritate se vindicare vsurpauerunt.[*Cum vidis-
sent autem tribunum et milites, cessauerunt percutere Paulum. Tunc tribunus apprehendit eum*] videlicet Pau-
lum [*Et iussit ligari catenis duabus*] putans eum multùm forefeciſſe, contra quem tota plebs Iudaica ita
furebat [*Et interrogabat eum quis esset, et quid feciſſet*] vt si proprio testimonio conuinceretur, non puni-
retur per alios ad extorquendam notitiam suorum excessuum, sed per tribunum iudicaretur. [*Et cum
non posset certum cognoscere præ tumultu, iussit eum duci in castra*] id est in turrim regiam qua ponebantur captiui. [*Et cum venisset Paulus ad gradus*] fortè turris illius [*contigit vt portaretur a militibus propter
vim populi*] volentib eum discerpere. [*Sequebatur enim multitudo, clamans tolle*]id est auser[*eum*]à vita.[*Et
cum cœpisset duci in castra Paulus, dicit tribuno. si*] id est an [*Licet mihi loqui ad te aliquid. Qui dixit, Græce
nosti?*] id est scis Græcum idioma? Loquutus enim fuit Paulo tribunus Græcè, ne Iudæi intelligerent,
vt Scholastica narrat historia.Cúmque eadem lingua responderet Paulus, mirabatur tribunus quòd lin
guam hanc nosceret,Idcirco adiecit[*Nunne tu es Aegyptius, qui ante hos dies tumultum concitasti: et duxisti
in desertum quatuor milia virorum sicariorum?*]Quemadmodum Beda & Scholastica historia ex verbis Io
Beda. sephi recitant, AEgyptius quidam tempore Felicis præsidis de quo paulò post sermo est, magica arte F
prophetam se fecit putari, congregatisque triginta milibus circiter Iudæorum, duxit eos per desertum
vsque ad montem Oliueti,volens super Hierusalem repentè irruere vt caperet eam.Cui occurrens Fe-
lix præses cum multis militibus fugauit eum cum paucis, & alios interfecit.Nec obstat quòd tribunus
efficit mentionem de quatuor milibus,quia fortasse primò pauciores,deinde plures fuerunt.Dicuntúr-
que viri sicarij,quoniam sicas, id est gladios breues manu gestabant, quibus populus clam letaliter vul-
nerauerunt,ita vt mors præueniret quærelam,& lateret percussor. [*Et dixit ad eũ Paulus,Ego quidem sum
Actu. 9. homo Iudæus*] non à tribu Iuda,sed prout omnes Israëlitæ tunc Iudæi dicebantur [*A Tharso*] vrbe [*ci-
licia*] vt dictum est: [*Non ignotæ*]id est obscuræ [*ciuitatis municeps*] id est ciuis [*Rogo autem te permitte
me loqui ad populum. Et cum ille permisisset, Paulus stans in gradibus innuit manu ad plebem*] vt eum aduer-
teret [*Et magno silentio facto*] non ob reuerentiam Pauli, sed auiditate sciendi,quid excusationis præten
deret[*Alloquutus est eos Hebræa lingua dicens*]Circa hunc locum Scholastica ait historia,Distingue qua-
tuor synodos in primitiua Ecclesia celebratas in Hierosolymis. Primam de substitutione Matthiæ pro
Actu. 1. Iuda. Secundam de electione septem dicaconorum. Tertiam quòd Gentilibus conuersis non esset im-
Actu. 7. ponendum onus legalium. Quartam de qua hic agitur, qua statutum est non prohiberi Iudæos à lega-
Actu. 15. libus obseruantiis, tempore primitiuæ ecclesiæ, dummodo spem non constituerent sibi in eis. Postre-
mò quia in præinductis frequèter iam habitum est,legem Mosi, quantùm ad aliqua,puta præcepta mo- G
ralia in lege Euangelica obseruandam,non autem quo ad præcepta cæremonialia,vt illud plenius inno-
tescat, sciendum,quòd sicut in prima secundæ Thomas edocuit, triplicia erant legis præcepta, videli-
cet moralia, cæremonialia & iudicialia. Moralia sunt decem præcepta decalogi, quia ad bonos pertinent mores, & immediatè de virtutum actibus conferuntur. Lex enim diuina ad dei amorem homines ordinare intendit,quod fieri nequit,nisi per actus virtutum. Diuinæ quoque legis intentio est homines conuenienter disponere,tam ad seipsos,q̃ in ordine ad deum, & horum vtrunque in communi de natu-
rali lege seu naturalis rationis dictamine, oportuit tamen vtrunque determinari in speciali, videlicet quantùm ad modum colendi deum, & item quo ad modum obseruandi iustitiam inter homines. Illa ergo præcepta, quæ determinant præcepta moralia quo ad deum, assignando speciales modos & ritus cultus diuini,cęremonialia nominantur:quæ verò determinãt præcepta moralia quantùm ad homines, assignando speciales modos seruandi iustitiam inter homines,iudicialia appellãtur.Ad cęremonialia au-
tem præcepta pertinebãt oblationes & sacrificia legis. Cùm autem præcepta moralia sint immediatè de actibus iustitiæ ad charitatem dei & proximi ordinatis,manent & obligant in Euangelica lege: præce-
pta verò cęremonialia quoniã figuratiua erant Christi & mysteriorum ipsius ac cultus noui testamen-
ti,in noua lege non obligant,nec Euangelio diuulgato fuerãt obseruanda.Nam veritate veniente ac pa-
tefacta cessat figura: & si adhuc obseruarentur, hoc esset ipso facto asserere Christum nondum venisse. H
Præcepta demum iudicialia non erant figuratiua,idcirco in lege noua possent seruari, si ab aliquo,cuius
est leges condere,instituerentur.

Expositio cap. xxii. [*Viri fratres et patres.*] Artic. xxii.



Actu.21. *tri fratres et patres audite nunc,quam ad vos reddo rationem.Cum audissent autem quia
Hebræa lingua loqueretur,magis præstituerunt silentium.* Et *dixit,Ego quidem sum* vir Iu-
*dæus, natus in Tharso Ciliciæ, nutritus autem in ciuitate ista,secus pedes Gamalielis eru-
ditus iuxta veritatem paternæ legis*]id est legis Mosi,quã pater meus & prædecesso-
res mei seruauerint.Porrò secundũ Bedã,parentes Pauli de oppido quodã Gali-
læę fuerũt,quo à Romanis capto per dispersionẽ venerunt,& habitauerũt Thar
sum Ciliciæ.Filiũ autem suũ Paulũ miserunt Hierosolymã ob studia legis. Qui
1.Cor.3. à Gamaliele viro doctissimo ibidẽ instructus est [*Æmulator legis sicut vos omnes
hodie*]sicut notat hic similitudinẽ aliqualẽ non totalẽ,imò nec magnã. Siquidẽ ante cõuersionem suam
Paulus,dum persequerẽtur credẽtes in Christũ,habuit æmulationẽ zelúmque legis indiscretũ & excæ-
catum, sicut & isti infideles Iudæi: sed quando hæc dixit, æmulator fuit legis secundum spiritalem ip-
Actu.7. sius intelligentiam,non secundum literã occidentem,iuxta quam isti æmulabantur eam[*Qui hanc viam*]

A scilicet euangelicam fidem ac legem [*Persecutus sum vsque ad mortem*] quorundam qui me procuran-
te occisi fuerunt pro fide hac,quorum Stephanus fuit vnus[*Alligans et tradens in custodiam*]id est in car-
cerem [*Viros ac mulieres,sicut princeps sacerdotum testimonium reddit mihi. Factum est autem appropinquante
me Damasco, media die subito de cælo circunfulsit me lux copiosa, et decidens in terram, audiui vocem dicentem
mihi,Saule saule,quid me persequeris?etc.*] Ista supra expositа sunt & descripta.[*Et qui mecũ erant,lumen qui-
dem viderunt,vocem autem eius qui loquebatur mecum, non audierunt*] Vnde quòd sexto capitulo ait Paulus, Actu.9.
vocem quidem audientes,expositum est ibi de voce Pauli, non Christi. Beda tamen hoc loco innuit v-
trunque de voce Christi intelligendum,ita quòd sonum confusum audierunt. Ideo supra dixit Paulus,
Vocem quidẽ audientes, non autem vocis seu verborum distinctionem. Estque istud simile voci quæ
legitur facta,Cũ enim Christus in Euangelio dixisset, Pater clarifica filium tuum : venit vox dicens,Et Ioan.12.
clarificaui,& iterum clarificabo.Cuius sonum quidam confusè audientes, dixerunt, tonitruum factum
esse.Alij qui distinctius perceperunt,dixerunt(quod verum est)Angelus ei loquutus est.[*Et cum non vi-
derem præ claritate luminis illius*] sicut qui soli intendit, impeditur in visu alterius rei [*Ad manus deductus,
veni Damascum.Ananias autem,etc.dixit mihi, Deus patrum nostrorum præordinauit te, vt agnosceres voluntа-
tem eius*] qua vult homines fidem Christi susсipere [*Et videres iustum*]id est Christum inspiceres siue co
gnosceres,quando apparuit tibi in via,& maximè infra triduũ,quo in Damasco cæcus fuisti,non come-
B dens neque bibens.Tunc enim raptus fuit ad tertium cælum[*Et audires vocem ex ore eius, quia testis eris il-* Actu.9.
lius ad omnes homines eorum quæ vidisti et audisti, etc. Factum est autem reuertenti mihi in Hierusalem et oranti 2.Cor.12.
in templo,fieri me in stupore mentis].i.ecstasim quandam incidere præ eleuatione mentis in deum, sicut in
propheticis visionibus sit alienatio à sensu exteriori. Istud contigit Paulo cũ à Damasco rediisset in Hie Actu.9.
rusalem:de quo reditu dictum est supra[*Et videre illum*]scilicet Christum [*Dicentem mihi*] Visio ista fuit
in spiritu,& imaginaria erat,angelico famulatu exhibita, sicut & illa quam sibi in Apocalypsi factã de-
scribit sanctus Ioannes[*Festina et exi cito de Hierusalem,quoniam non recipient*]habitatores eius[*Testimonia
tuum de me. Et dixi, Domine ipsi sciunt, quia ego eram concludens in carcerem et cædens*]per manus aliorum Apoc. 1.
[*Per synagogas eos qui credebant in te.Et cum funderetur sanguis Stephani,ego astabam.*]Quasi dicat,Ista pos-
sunt eis sufficere ad credendum,quòd nõ nisi à deo conuersus & missus sum.[*Et dixit*]Christus[*Ad me,
Vade,quoniam ego ad nationes longe mittam te.Audiebant autem*]Iudæi[*Eum*] scilicet Paulum vsque ad hoc Actu. 7.
verbum,cum silentio, quo audito impatiẽtia superati,eò quòd diceret se diuinitus missum ad Gentiliũ
cõuersionem,reprobatis,obstinatis & derelictis ipsis Iudæis,qui Gentiles velut canes spernebant[*Et le-
uauerunt vocem dicentes.*]Feruor & impetus animi facit in magnam prorumpere vocem:nam causa aucta
augetur effectus [*Tolle*] ó tribune [*De terra*] id est de hominum communione [*Eiusmodi*] deceptorem.
C [*Non enim fas est eum viuere.*]Isti incorrigibiles verba Pauli verificauerunt, quibus iã dixit sibi à Christo
prænunciatum, q̃ testimonium suum nequaquam reciperent. [*Vociferantibus autem eis, et proicientibus
vestimenta sua,et puluerem iactantibus in aerem*] per quæ omnia animorum suorum turbulentiam & furo-
rem monstrarunt,[*Iussit tribunus induci eum in castra*]videlicet in turrim,de qua iam dictum est[*Et flagel-
lis cædi et torqueri eum,vt sciret propter quam causam sic acclamarent ei*]Suspicabatur enim tribunus, quòd
non nisi ob grauem excessum,tam impetuosè contra Paulum mouerentur[*Et cum astrinxissent eum loris*] Actu.21.
seu funibus vel catenis[*Dixit astãti sibi Centurioni Paulus, sic hominem Romanum*]vtpote ciuem vrbis illius,
[*Indemnatum*]id est de nullo excessu secundum processum & ordinem iuris conuictum [*Licet vobis fla-
gellare?*]Quasi dicat,nequaquam.Magnis enim priuilegiis gaudebant vbique ciues Romani : inter quæ
vnum fuit,ne ante iudiciariam culpæ ostensionem aliqua pœna afficerentur.[*Quo audito,Centurio access-
sit ad tribunum dicens,Quid acturus es?*]Quasi dicat,Magno te exposuisti periculo, quoniam Romani im-
peratoris incides iram,si,quæ egisti,perceperit.[*Hic enim homo ciuis Romanus est. Accedens autem tribunus
dixit,Dic mihi,si ciuis Romanus es?At ille dixit,Etiam.Respondit Tribunus,Ego multa summa*]pecuniæ [*ciuilita-
tem hanc assequutus sum*]id est cum magna eam emi pecunia. [*Et ait Paulus, Ego autem et natus sum*] Non
quòd Paulus natus sit Romæ,sed quia pater eius legatis Romanorum honorificè obuiauit,tam reueren
ter se & sua eis exhibuit,quòd ciuilitatem hanc sibi largiti sunt,pro ipso & pro filiis suis,antequam Pau
lus esset natus.Idque diuina factum est ordinatione pro commodo Pauli qui hanc ciuilitatem allegauit,
D non quòd pro Christo pati & mori paratus non fuerit : sed quia humana industria potuit vti ad excu-
tiendum se de hostium manibus,vt amplius fructificaret in mundo. [*Protinus ergo discesserunt ab illo,qui
eum erant torturi.Tribunus quoque timuit,postquam resciit*]id est verè cognouit, inquisitione diligentiore
peracta[*Quia ciuis Romanus esset,et quia ligasset eum*]timens de hoc apud Romanos accusari. [*Postera au-
tem die volens scire diligentius,qua ex causa accusaretur a Iudæis,soluit eum,et iussit sacerdotes conuenire, et om
ne concilium Iudæorum,et producens Paulum,statuit inter illos.*

Elucidatio cap. xxiii. [*Intendens autem in concilium Paulus.*]
Articulus xxiii.

Intendens autem in conciliũ Paulus].i.Iudæorum principes consulésque aspiciens[*Ait,Viri fra-*
1 *tres ego omni conscientia bona conuersatus sum ante deũ, vsque in hodiernum diem.*]Conscientia
secundum Thomam non potentiam aut habitum nominat,sed actum:sicque in vno homi
ne est conscientia vna in genere,sed multæ in specie, secundum quod homo in variis actibus virtuosis,
diuersãs in eis conscientias habet bonas. Itaque ait sanctus Apostolus quòd à tempore quo ad Chri-
stum conuersus est, non fuerit sibi conscius de aliquo mortali peccato, imò in omnibus conscientiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

bonã sortitus est:non tamen per hoc asserit se interim venialiter nõ peccasse, nec ista præsumptuosè si- E
1.Cor.4. ue vanè loquutus est,sed opportunè ad gloriam dei, veritatísque ostensionem & aliorum ædificationẽ.
1.Reg.12. Nam ait,Nihil mihi conscius sum.Sic nanque & alij sancti iustitias suas profesi leguntur,vt patet de Sa-
1.Reg.6. muele,Dauid,& Ezech.in lib.Reg.quia & Christus ait,Luceat lux vestra coram hominibus,vt videant
4.Reg.10. bona facta vestra,& glorificent patrem vestrum qui in cælis est.[*Princeps autem sacerdotum Ananias præ-*
Matth.5. *cepit astantibus sibi*]subditis suis,[*Percutere os eius*] tanquam organum, per quod verba præsumptuosa ac
blasphema dixisset,& forsitan indignabatur occultè,quòd Paulus non exhibuisset sibi maiorem reueren
tiam in loquendo:sed solũ dixisset,viri fratres,&c.Spiritualiter enim superbi,libenter patres & domini
appellantur,& nomina quæ æqualitatem prætendunt,abominantur. [*Tunc Paulus dixit, Percutiet te deus*
paries dealbate]Secundum Bedam & Rabanum,verbum istud prophetia est, non maledictio. Et in hoc
Augustl.sequi videntur.Etenim Beda ait,Nõ perturbatione animi Paulus cõmotus hoc dixit,sed vtique
prophetando loquutus est: qua figura põtificum illud legale,quod erat in similitudine parietis dealba-
ti cõpositum,percutiẽdum esset ac destruendum,cũ iam verum sacerdotium apostolis Euangeliũ Chri
sti prædicantibus aduenisset.& inde est quod ait,percutiet te deus,non ait, percutiat indicatiuo modo,
hoc ipsum futurum significans,nõ optatiuo maledicẽs.Vnde in Scholastica historia dicitur,Fortè pro-
phetauit Paulus de abolitione sacerdotij Iudæorum, dicens, Percutiet te deus paries dealbate: quasi di-
Danie.10. cat, Destruet sacerdotium tuum. ¶Verũ his obiici posset, cp si Paulus prophetando hæc protulit, tunc F
Ioan.11. vtique sensum verborum suorum intellexit.Intelligentia enim est opus in visione:nisi omnino impro-
priè dicatur hæc propheticè retulisse,quomodo Cayphas prophetauit de Christo, Quia expedit vnum
hominem mori pro populo. Paulus autem in verbis his præfatum sensum propheticum nõ videtur in-
tellexisse,non enim sciebat,cp vir ille pontifex esset,sicut verba statim sequentia contestantur,Quomo-
do ergo loquendo ad eum,percutiet te deus,intellexit aut insinuauit pontificium Iudæorum destruen-
dum? Hoc tangendo,nõ reprobando sit dictum. Puto ergo beatum apostolum apostolica authoritate
protulisse zelo iustitiæ,futuram punitionem illius reprobi nunciando:tanquam dicat,Percutiet te,id est
tuam impietatem vindicabit. Denique hoc modo Hieremias & alij sancti frequenter cõtra aduersarios
Hiere.11. suos loquuti noscũtur.Videam(ait Hieremias)vltionem tuam ex eis.Vocando autem pontificem pariẽ-
tem,notat eum fuisse hypocritam,quia & foris æquitatẽ prætendebat,& intus passionibus pessimis erat
plenus.Quomodo etiã Christus scribis pharisæísque ait,Væ vobis qui similes estis sepulchris dealbatis,
&c.[*Et tu sedens*]in cathedra quasi episcopus[*iudicas me secundum legem*] vt dicis, quamuis ita non sit: cũ
Num.35. lex dicat,innocentem nõ cædendum,[*Et contra legem iubes me percuti*]cũ in lege dicatur,Innocentẽ non
Danie.13. condemnabis.Vel sensus est,secundũ legem iudicas me esse blasphemum, & tamẽ non iubes mihi pœ-
Leui.24. nam infligi blasphemi:quia secundũ legem,blasphemi sunt extra castra ducendi ac lapidandi.[*Tunc qui* G
astabant dixerunt,Summum sacerdotem dei maledicis.]Quasi dicant,In hoc præsumptuosissime facis,& con
tra legem quam te perhibes æmulari,& contra propria verba quibus dixisti te in omni bona conscien-
tia conuersatũ.[*Dixit autem Paulus,Nesciebam fratres,quia princeps esset sacerdotum.*] Quasi diceret,Si hoc
Roma.13. sciuissem,ad vitandũ scandalum pusillorum moderatius essem loquutus, propter eum à quo est omnis
potestas.Non tamen peccauit verba prædicta loquendo, nam æquitate instigante hæc dixit: & inquan-
tũ apostolus altioris fuit episcopatus ac dignitatis, quàm antistes legalis. Apostoli nanque fuerunt pri-
mi pontifices euangelicæ legis.Et sicut sacerdotium noui testamenti præferendum est sacerdotio vete-
ris legis, & põtificium istud illi pontificio est anteponendum. [*scriptum est enim*]in Exodo, [*Principem*
Exod.22. *populi tui non maledices.*]Blandè se excusauit Apostolus,ne illi in vitia laberentur.Sed pontifex iste prin
Philip.3. cipatum non habuit super Paulum, nec super quenquam credentium, qui Christi potestati subiecti à
legali dominatione fuerunt erepti.Porrò his dictis cernẽs Apostolus,quòd omnes isti de concilio con-
cordes essent ad faciendum impetum contra eum,cùm tamen plurimùm inter se discordarent,decreuit
malam eorum concordiam dissipare, & vtilem inter eos diuisionem conferre. Quemadmodum enim
bonorum pax & vnio bona est,& plurimùm vtilis: sic impiorum concordia nocet, præsertim dum bo-
no contrariantur communi, aut vnus alteri cooperatur. Itaque sequitur, [*Sciens autem Paulus quia pars*
vna eorum esset]de secta & numero,[*sadducæorum,et altera pharisæorum,exclamauit in cõcilio,Viri fratres ego* H
pharisæus sum,filius pharisæorum.]Non mendosè hoc dixit,nam ante conuersionem secundum phari-
sæorum religionem sine querela est conuersatus. Conuersus verò ad Christum, adhuc conseruãtias se-
ctæ istius tenebat pro loco, causa & tempore, quantùm euangelica lex permisit, sicut iam patuit. [*De*
Matt.22. *spe & resurrectione mortuorum ego iudicor*]id est à vobis condemnor, quoniam resurrectionem ex mor-
Lucę.20. tuis prædico,& futuram beatitudinem credentibus euangelizo. Et hoc iterum verum est, allegausque
causam suæ diiudicationis in genere,non in singulari.Non enim dixit, de resurrectione & glorificatio-
ne Christi iudicor, sed de spe & resurrectione mortuorũ, quorũ & Christus fuerat vnus, cuius resurre
ctionem prædicando,Iudæorum incurrit offensam.Ex quibus elicitur,quòd aliquando liceat vti hone
sta industria,& veritatem sapienter velare,vt mala maiora vitentur. [*Et cum hæc dixisset, facta est dissensio*
Matth.22. *inter pharisæos & sadducæos, et soluta*] id est diuisa & disgregata [*Est multitudo*] concilij. [*sadducæi enim*
dicunt non esse resurrectionem,]quia & animas hominum asserebant mortales, [*Neque angelum,neque spiri*
Matth.22. *tum*] id est immateriales substantias,in quo eorum maxima ruditas innotescit, cùm & in lib. Moysi to-
ties hat de angelis mentio. [*Pharisæi autem vtrunque confitentur*] videlicet resurrectionem mortuorum,
& angelos.Erant autem inter Iudæos tres sectæ,videlicet Sadducæi,qui libros Moysi tantummodo re-
ceperunt: & pharisæi,qui etiam libros prophetarum susceperunt: & Essæi, qui fuerunt cæteris religio-
siores ac meliores.Vnde nec Christum in Euangelio persequuti leguntur, [*Factus est autem clamor ma-*
gnus]quibusdam vociferãtibus cõtra Paulum,& aliis inter se corrixantibus, [*Et exurgentes quidam phari*

A *risæorum,pugnabant*]gladio oris sui pro Paulo contra Sadducæos.[*Dicentes,nihil mali inuenimus in homine*
isto.]Et hoc verum fuit,quamuis non eo modo quo ipsi putabant,[*Quid si spiritus ei loquutus est,aut an-*
gelus?]quasi dicant,Non absurdum est hoc,spiritum autem & angelum vel pro eodẽ accipiunt,vel spi-
ritum pro anima defuncti,vel pro spiritu dei,quamuis fidem trinitatis nõ habuerint,vt apparet. [*Et cum*
magna dissensio facta esset, timens tribunus ne Paulus discerperetur ab eis, iussit milites descendere, et rapere eum
de medio eorum,ac deducere eum in castra]puta in turrim custodiæ captiuorum,[*sequenti autem nocte astans*
ei dominus] Christus qui post fletum consolationem infundit, [*ait, constans esto.*]qualis fuerit visio ista, Tobię.3.
non dicitur,sed puto quòd imaginaria fuit atque in somno, angelo in persona Christi apparente ac ad-
monente[*sicut enim testificatus es de me in Hierusalem,sic te oportet & Romæ testificari.*] Hoc enim à diui-
na prouidentia est decretum,ideirco per comparationem ad eam necesse est adimpleri, quãuis in se con
tingens sit.Tibi quoque & aliis plurimis expediet testificatio seu prædicatio tua Roma. Deinde Lucas
describit quemadmodum quadraginta circiter Iudæi voto se astrinxerunt,quòd nec biberent neque co
mederent,donec occiderent Paulum,Ideo consuluerunt pontifici,vt faceret eum adduci ad se,ad inqui
rendum de veritate:& ipsi in via interficerent eum.Nec est difficultas in textu[*quod cum audisset filius so*
roris Pauli]puta[*insidias*]istas [*Venit et annunciauit Paulo,*] qui per Centurionem direxit nepotem suum
B ad tribunum,vt hæc insinuaret eidem. Quo facto,tribunus commisit cognato pauli ne alicui proderet, Beda.
quòd hæc sibi intimasset,[*Et nunc parati sunt*]Iudæi, susceipere paulum insidiosè, [*expectantes promissum* Prouer.21.
tuum]quo eis dixisti,quòd adhuc mitteres eis Paulum ad examinandum.Verùm,vt Beda hic ait,non est
sapientia, non est prudentia, non est cõsilium contra dominum. Nam & supra quamuis paulus hostias Zach.8.
obtulerit,caput rasérit,nudipedialia exercuerit,& Iudæis factus sit,vincula tamen quæ prædicta fuerãt,
nõ euasit.Et isti quamuis concilia cogitent, voueant, insidias tendant:seruatur tamen paulus, quatenus
Romæ(sicut dictum erat)Christo testimonium reddat. ¶Sciendum quoque, quòd sicut iuramentum
seruandum non est,si desint comites eius,veritas, iustitia atque iudicium seu discretio: ita & de voto ri-
tè tenendum.[*Tribunus ergo conuocatis duobus centurionibus,dixit eis,Parate milites ducentos, vt eant vsque*
Cæsaream]sorte pedestres, [*Et equites septuaginta,et lancearios ducentos a tertia horæ noctis*] incipiendo,tri-
bus scilicet horis iam euoluti,seu tertia hora post mediam noctem, vel sumitur horarũ istarum distin-
ctio,secundum diuersas vigilias noctis,[*vt iumenta præparare,*] videlicet equos seu alia bruta ad ferendos
homines apta,[*Vt imponentes*]milites[*Paulum*]iumẽto,fortè socios ac discipulos eius aliis iumentis,[*Pau*
lum perducerent ad Felicem præsidem]tot quippe homines pugnatores misit tribunus cũ Paulo,ne ei quid
fieret à Iudæis.quod etiam nocte peregit, vt lateret, & seditio vitaretur, [*scribens (tribunus) ei epistolam*]
præsidi[*Hæc*]verba]*Continentem,Claudius Lysias optimo præsidi Felici salutem.*]Videtur tribunus iste bino
C minis fuisse [*virum hũc*]scilicet Paulũ[*comprehensum a Iudæis & interfici incipientem,*]tam grauiter enim
inceperunt eũ affligere,cp mors mox secutura videbatur,[*Eripui,cognito quod Romanus esset.*] Quãdo tri
bunus eripuit primò paulum,nõdum sciebat quòd esset Romanus, imò putauit quòd esset AEgyptius.
Veruntamen ita scribit,quasi tunc id nouisset,ad ornandum tenorem epistolæ, & vt videatur honorare
Romanos,apud quos timuit accusari,quòd Paulum ciuem Rom. indemnatum ligasset ac flagellari ius-
sisset,[*Volensque scire causam quam obiiciebant illi*]Iudæi[*Deduxi eum in concilium eorum. Quem inuent accu*
sari de quæstionibus legis ipsorum]videlicet an legalia essent seruanda, an Messias venisset, & an Iesus Na-
zarenus esset Messias.]*Nihil vero dignum morte aut vinculis habentem criminis. Et cum mihi perlatum esset de*
insidiis quas parauerunt ei,misi eum ad te,denuncians et accusatoribus] eius Iudæis, [*vt dicant apud te*] ea quæ
sibi obiiciunt [*vale. Milites ergo per noctem duxerunt Paulum in Antipatridem.*] Antipatris ciuitas est Pale-
stinæ nunc diruta,quam Herodes Ascalonita rex Iudææ ex patris sui nomine appellauit.[*Cum venissent*
Cæsaream,et tradidissent epistolam præsidi,statuerunt ante illum et paulum.Cui]præses[*Dixit, Audiam te cũ ac-*
cusatores tui venerint, iussitque in prætorium Herodis custodiri eum.] prætorium est domus maiorum,vbi ad
tractandum conueniũt.Est enim domus prætorum,id est præceptorum,secundũ Bedam.O Felix præ-
ses,quàm verè fœlix fuisses,si agnouisses qualis & quantus fuerat iste tibi directus,& manibus tuis ad tẽ Actu.10.
pus subiectus:quàm humiliter eum suscepisses,quàm reuerenter tractasses, sicut Cor. Cẽturio Petrum.
Et nunc quia id non nouisti,neque per paulum conuerti meruisti,quem tamen pro tua conuersione sæ
D pe orasse non ambigo,miser potius quàm fœlix fuisti.

Expositio capitis vigesimiquarti. [*post quinque autem dies.*]
Articulus XXIIII.

Post quinque autem dies descendens princeps sacerdotum Ananias cum senioribus] quibusdam Iudæis, [*et Tertullo quodam oratore*] id est viro eloquente seu rhetore, qui esset aduocatus,& verbis ornaret materiam,vt causa eorum rationabilior videretur. Eloquentia enim animum mollit, & ad consentiendum aures inclinat,nisi sapientia aduenientibus adsit atque iustitia,[*Qui audierunt præsidem*]Feli cẽ,in Cæsarea[*Aduersus Paulum.Et citato Paulo,cœpit accusare Tertullus, dicens, cũ in multa pace agamus per te*] id est valde pacificè tuo viuamus regimine. [*Et multa corrigantur per tuam prouidentiam.*]præsidentis enim est bona conseruare,imò & in melius commutare,mala corrigere,& collapsa in pristinum reformare,[*Semper*]id est omni tempore quo nobis præfuisti, [*et vbique*]in nostra prouincia [*suscipimus te optime felix cum omni*] id est plena *Gratiarum actione.*] In primis rhetor iste iudicis beneuolentiam captat, eúmque vehementer commendat, vt blandis alliciatur sermonibus, nec ab eis dissentiat, quos suis beneficiis conspexerit adeò gratos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[*Ne autem diuius protraham te*].i. ne longiori te procœmio occupem,quamuis multò amplius sis laudandus,nempe cũ iudex sis,multa habes peragere,nec vacat tibi vacare præludiis[*Oro,breuiter audias me pro tua clementia*].i.propter tuã pietatem,si non ob merita nostra.[*Inuenimus hunc hominem pestiferum*].i.animarum infectorẽ in cathedra pestilentiæ residentem[*Et concitantem seditionem omnibus iudæis in vniuerso orbe*]auertendo quosdam eorum à lege patrum suorum ad nouã legem.Propter quod inter eos & alios in pristina lege manẽtes seditio oritur[*Et authorem seditionis sectæ Nazaræorum*].i. vnum de principalibus prædicatoribus Euangelicæ nouæque legis, quam non arbitramur nisi seditionis originem, sectam seu hæresim Nazarenorum.i.Christianorum,qui tunc à Iesu Nazareno, Nazareni à Iudæis quodam vocabantur opprobrio.Postea verò in Iudæa hæresis cõsurrexit quorundam, qui Iesum esse Christũ & dei filium de virgine natũ credentes, cum Euangelio simul legalia obseruarunt. Vnde cũ Iudæi voluissent esse & Christiani,nec Iudæi fuerunt nec Christiani. Et isti hæretici vocati sunt Nazareni [*Qui etiam templum violare conatus est*]inducendo in illud Gentiles,quod sibi mendaciter imposuerunt, quanquã conuersi Gentiles digniores fuerunt ingredi templum,quàm infideles Iudęi.[*Quem apprehensum*].i.tentũ & captũ à nobis[*secundum legem nostram iudicare voluimus*] dãnando eum,tãquam legis diuinæ violatorem atque blasphemũ. [*superueniens autem Lysias tribunus cum magna vi eripuit eum de manibus nostris, a quo*] Lysia[*Poteris*]tu [*Ipse iudicans,de omnibus istis cognoscere veritatem.*] Quasi dicat, Ipse attestabitur verbis nostris[*Respondens autem Paulus annuente sibi præside dixit. Ex multis annis te esse iudicem genti huic sciens, bono animo pro me satisfaciam.*]Non præmisit Apostolus verba mulcentia sicut Tertullus,sed ipsa veritate fuit contentus.[*Neque in templo inuenerunt me cum aliquo disputantem,aut concursum facientem populi,neque in synagoga,neque in ciuitate.*]Et quamuis ista fecisset Apostolus prædicando de Christo,non vtique offendisset,quia & alij apostoli præsertim Petrus & Ioãnes ante eũ ista fecerunt,quibus & Christus præcepit,Eritis mihi testes in Hierusalem.[*confiteor autem tibi,quod secundum sectam*]id est Euangelicam legem,& fidem ab aliis diuisam[*Quam dicunt hæresim.sic deseruio deo patri meo*] qui per gratiam singularem & deuotissimũ cultum est specialiter deus & pater meus[*Credens omnibus quæ in lege & in prophetis scripta sunt*]tanquam verbis diuinitus reuelatis aut scriptis[*Spem habens in deum,quam et hi ipsi expectant*] videlicet [*Resurrectionem futurarum*]in die nouissimo[*iustorum et iniquorum.*] Ex quo elicitur istos de pharisæorum secta fuisse,non Sadducęorum, & quòd pharisæi institutius persequuti sunt Paulum quàm Sadducæi.[*Post annos autem plures*]à mea ad Christum conuersione [*Eleemosynam facturus in gentem meam*] id est Christianis in Hierusalem habitantibus allaturus collectas, eis à gentibus conuersis missas [*Veni in Hierusalem,et oblationes et vota facturus*]ibidem in templo, secundum quod Iacobus & seniores Christiani cum ipso,mihi suaserũt [*In quibus inuenerunt me purificatum in templo*]quia in hoc legalia obseruaui,& dies purificationis prædicaui,vt dictum est supra.[*Et apprehenderunt me*]in templo [*Clamantes*]coram tribuno.[*Tolle inimicum nostrum.Quidam autem ex Asia Iudæi,quos oportebat apud te præsto esse*]si accusatio ista deberet reputari idonea.Quoniam accusator & accusatus simul coram iudice debent consistere.[*Aut ipsi*]id est Iudæi isti hìc stantes[*Dicant si quid inuenerunt in me iniquitatis.*]Nam quæ mihi obiiciũt ex Asianorum habuerunt relatu[*Cum starem in concilio eorum*]Hierusalem [*Nisi de vna hac solummodo voce.Quoniam de resurrectione mortuorum ego iudicor hodie a vobis.*]*Distulit autem illos velut*]non statim expediendo Iudæos[*certissime sciens de via hac,*]quia iam nomen Christianorum sibi innotuit,& multos esse Christianos cognouit [*Dicens, cum Lysias tribunus descenderit, audiam vos*]ô Iudæi [*iussitque Centurioni custodiri eum*]videlicet Paulũ[*Et habere requiem*]Vt liberè ingredi posset & egredi [*Nec quenquam prohibere de suis*]puta discipulis Pauli[*Ministrare ei.Post aliquot autem dies veniens Felix cum Drusilla vxore sua, quæ erat Iudæa.*]Fuit quoque vt in Scholastica fertur historia,pulcherrima,& relicto viro priori,pupsit huic Felici. Et quoniam fuit Iudæa, Paulum libenter audiuit [*Vocauit Paulum et audiuit ab eo fidem quæ est in Christum Iesum.Disputante autem Paulo de iustitia et castitate,et iudicio futuro,tremefactus Felix respondit.*] De his tribus Paulus differuit: quoniam contra iustitiam ex incõtinentia Felix coniugem istam adeptus fuit. Quod &ipse cognoscens non immeritò contremuit, audito quòd à deo esset iudicandus: sed non tetigit eum spiritus sanctus completè, nec conuertebatur ad fidem, sed dixit, [*Quid nunc attinet loqui?*] de his?Quasi dicat, Non ideo te vocaui vt tractaremus de istis [*Vade. Tempore enim opportuno accersam te.Simul et sperans quia pecunia daretur a Paulo*] quem vidit tot spiritalium hominũ patrem, à quibus putauit eum plurima collegisse [*propter quod et frequenter accersens eum, loquebatur cum eo*] vir cupidus & voluptatibus deditus,atque ob id ad Euangelicæ sapientiæ susceptionem indispositus & indignus. [*Biennio autem expleto accepit successorem Felix Porcium Festum*] Hoc de biennio conuersationis Pauli in Cæsarea,non præsidentiæ Felicis, Beda exponit:in Scholastica tamen historia dicitur,quòd nondum fluxerant duo anni ex quo Paulus venit Hierusalem,idcireo ibidem exponitur de biẽnio ab accusatione, qua Iudæi accusauerunt Felicem apud Neronem imperatorem,& biennio ab accusatione ista expleto,amotus est à præsidatu,& substitutus est ei Festus.[*Volens autem gratiam præstare Iudæis Felix, reliquit Paulum vinctum*]vt per hoc in fine præsidatus sui placeret Iudæis.

Psalm.2. Actu.3. Lucæ.24. Actu.1. Iob.19. Actu.15. Actu.21.

Expositio cap. xxv. [*Festus ergo.*] Articulus xxv.

F [*Festus ergo cum venisset in prouinciam*] Iudææ, seu Syriæ Palæstinæ cui præses fuit directus [*Post triduum ascendit Hierosolymam*] videre regiam vrbem atque metropolim Iudæorum, & fortè ob alias causas [*A Cæsarea*] Palæstinę de qua sæpe dictum est[*Audierunt que eum principes sacerdotum,etc.*]vt Paulũ ad eos trãsmitteret, volentes eũ in via extinguere. [*Festus autem respondit seruari Paulũ in Cæsarea,*

A [*se autem maturius profecturum*] id est tempore opportuno ad Cæsaream descensurum.Deinde [*Descendit Cæsaream,et sedit pro tribunali,et iussit Paulum adduci.*]Quo adducto [*Circunsteterunt eum iudæi*] qui cũ Festo contra eum à Hierusalem descenderunt]*Multas et graues causas obiicientes,quas non poterant probare. Paulo autem rationem reddente,dixit ei Festus, Vis Hierosolymam ascendere, et ibi de his iudicari apud me? Dixit autem Paulus, Ad tribunal Cæsaris sto*]quia & tribunal Festi fuit im peratori subiectum, & vt aliqui dicunt, Paulus stetit ad quandam sedem quam Herodes parauerat Cæsari,si quando eò veniret, vt resideret in ea,vel iudices mitteret [*Vbi*] vtpote apud Cæsarem [*Oportet me iudicari. Cæsarem appello*] quod ideo fecit Apostolus,vt prædicationi Romæ insisteret,& quia id Christus sibi prænunciauit. [*Tunc festus cum concilio locutus,respondit,Cæsarem appellasti,ad Cæsarem ibis.Et cum dies aliqui transacti essent, Agrippa rex*] filius Herodis Agrippæ ab angelo percussi,vt dictum est[*Et Beronice*]quam Beda vocat sororem Agrippæ,quod secundum Hebræum idioma accipiendum esse dicit Scholastica historia, quia fuit cognata Agrippæ,& aliqui asserunt quòd fuit vxor ipsius,vel quasi vxor,quia maximè diligebat eam,habuitque nomen quòd ea abuteretur [*Descenderunt Cæsaream ad salutandum Festum. qui indicauit regi de Paulo dicens,Audierunt me principes sacerdotum in Hierosolymis, postulantes aduersus illum damnationem.ad quos respondi,quia non est Romanis cõsuetudo damnare aliquem hominem,priusquam is qui accusatur, præsentes habeat accusatores,locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina*] quæ ei obiiciuntur. Lex ista valde rationa- Actuũ.3. Actuũ.12.

B bilis fuit & pia.non enim leuiter damnandus est aliquis,nec omni credendum spiritui: sed audienda est altera pars,& causa vtriusque diligenter tractanda,responsio quoque partium aduertenda. [*Quæstiones quasdam de sua superstitione habebant aduersus eum*]scilicet Paulum [*Et de quodam Iesu defuncto, quem Paulus affirmabat viuere.*]Festus iste tanquam homo gentilis,legem seu ritum Iudæorum superstitionẽ quãdam putauit.[*Paulo autem appellante,vt seruaretur ad Augusti cognitionem*] id est vt viuus mitteretur ad imperatorem,& audiretur ab eo [*iussit seruari eum.*] Romani autem imperatores ab Octauiano potentissimo imperatore,quia rem publicam maximè auxit,atque ob id Augustus vocatus est,nomẽ Augusti sortiti sunt. [*Agrippa dixit,Volebam et ego hominem audire.Altera die cum venisset Agrippa, et Beronice cũ multa ambitione*] id est cũ grandi apparatu & fastu[*Iubente festo adductus est Paulus.*]&c.[*De quo*]Paulo[*Quid certum scribam*] ego festus [*Domino imperatori*] Neroni [*Non habeo*] &c.[*Sine ratione enim*] id est irrationabile [*Mihi esse videtur,mittere vinctum*]ad iudicem[*Et causam eius non significare*] verbis aut scriptis. 1.Ioan.4.

Explanatio cap. xxvi. [*AGrippa vero ad Paulum ait.*] Articulus xxvi.

C [*Grippa vero ad Paulum ait,Permittitur tibi loqui pro temetipso*]id est damus tibi licentiam te excusandi veridicè. [*Tunc Paulus extenta manu*] more concionantium,& vt verba eius diligentius auscultarentur [*Cœpit rationem reddere dicens, De omnibus quibus accusor à Iudæis,rex Agrippa,me æstimo beatum*] id est innocentem, vel beatitudinem quandã adeptum [*Apud te cum sim defensurus me hodie.*][Quia cum sis notitiam legis habens, coram te tanquam viro perito libentius respondebo [*Maxime sciente te omnia*] saltem in genere [*Quæ apud Iudæos sunt consuetudines et quæstiones.Propter quod obsecro patienter me audias. Et quidem vitam meam*] &c. qualiter à iuuentute inter Iudæos in Hierusalem vixi [*Sciunt Iudæi, quoniam secundum certissimam sectam nostræ religionis vixi Pharisæus.*]Secta autẽ pharisæorum famosa atque notissima fuit. Cõumerat quoq; Apostolus,se Iudæis,dicendo,nostræ religionis,videlicet,Iudaismi seu veteris testamẽti,loquens de se pro tempore iuuentutis suæ. [*Et nunc in spe repromissionis*] æternæ hæreditatis, seu Christi,& beneficiorum ipsius[*Quæ ad patres nostros facta est à deo*] qui ista patriarchis & prophetis reuelauit atque promisit[*In qua duodecim tribus nostræ*].i. aliqui de duodecim tribubus Israël [*Nocte ac die seruientes*]deo[*sperant deuenire*] vt bona promissa obtineant.Quod de cõuersis Iudæis certum est veritatem habere. De incredulis quoq; quodãmodoverũ est,quãuis inordinatè deseruiant,& in modo expectandi bona promissa multipliciter errent.[*De qua spe accusor à Iudæis ô rex.*]Nam mihi imponunt,quod mendaciter assero spem istam in Iesu Nazareno partim impletam,plenúsque complendam, quando electi per ipsum corporis Ioan.3. Roma.8.

D & animæ glorificationem plenariam consequentur.Gratia nanque & veritas per Iesum Christum facta est,& credentes in Christum,hæreditatem cælestem suscipiunt,à reatu originalis peccati eruuntur, ac varia gratiæ dona nunc capiunt.[*Quid incredibile iudicatur apud vos, si deus mortuos suscitat?*] id est inter eos qui Mosi legem suscipiunt,non debet incredibilis reputari suscitatio mortuorum, cum quidam in lege potestate diuina id egerint,vt Helias & Heliseus. Idcirco quod ego assero Iesum à deo resuscitatũ, non debet incredibile iudicari.[*Et ego quidem existimaui me*] &c.Hic resumit Apostolus modũ suæ conuersionis,patetque littera ex præinductis.[*Et per omnes synagogas puniens eos.*]Non absolutè per omnes, sed per omnes,circa vel intra Hierusalem.[*Vidi super splendorem solis circunfulsisse me lumen,et eos qui simul mecum erant*] ita quòd claritas illa cælestis videbatur splendore solis lucidior, eo modo quo stella Magis apparens,cæteris stellis fertur fuisse micantior:quia sic apparebat his, quorum visui fuit propinqua. Denique claritas illa desuper fusa, fuit splendidior claritate solis recepta in terrenis corporibus,eisque subiectiuè inhærente. Ex quo tamen non sequitur,quòd fuit maior luce solis,quæ soli inhæret. [*Omnes nos cum decidissemus in terram.*]Superius dictum est quòd Paulus in terram corruerit:hìc verò adiicitur, quòd omnes comites eius in terram collapsi sint,vtique præ timore & admiratione.[*Audiui vocem dicentem mihi Hebraica lingua.*]Quòd vocem audierit,supra iam dictum est,non autem quòd fuit Hebraica. [*Saule Saule,quid me persequeris?*]&c.[*Exurge et sta supra pedes tuos.*]Hoc quoque dominus loquitur Ezechieli, Fili hominis, sta supra pedes tuos & loquar tecum.Per quod designatur, quòd intellectu atque 1.Reg.12. 4.Reg.4. Act.7. Act.9. Act.9. Ezech.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

affectu mentali erigi debet ad deum, qui diuinarum reuelationum secreta percipiet [*Ad hoc enim apparui tibi*] ego Iesus Nazarenus [*vt constituam te in ministrum*] id est euangelizatorem [*Et testem eorum quæ vidisti, et eorum quibus*] id est in quibus [*Apparebo tibi*] id est procedente tempore tibi reuelabo [*Eripiens te de populis et gentibus*] scilicet Iudeis atque gentilibus [*in quos ego nunc mitto te, aperire oculos*] id est illuminare corda [*Eorum, vt conuertantur de tenebris*] ignorantiæ & peccati, præsentímque idololatriæ [*Ad lucem*] quæ Christus est, qui ait, Ego sum lux mundi. Ad lucem quoque Euangelicæ veritatis [*Et de potestate Satanæ*] cuius serui fuerunt impiè conuersándo [*Ad deum*] Pœnitendo enim, & in Christum credêdo taliter conuertuntur [*vt accipiant remissionem et sortem*] id est partem [*inter sanctos*] videlicet dona gratiæ in præsenti, & dona gloriæ in futuro [*Per fidem quæ est in me*] id est tendit & ducit ad me, & meam diuinitatem sub ratione primæ veritatis habet pro obiecto, [*Vnde non fui incredulus cælesti visioni*] putando eam phantasticam. [*Sed omnibus annunciabam vt pœnitentiam agerent, et conuerterentur ad deum*] contemptis bonis variabilibus & caducis [*Digna pœnitentiæ opera facientes*] vt scilicet tãto maiora ac strenuiora essent pœnitẽtiæ opera, atq; ex præcordialiori cõtritione prodeuntia, quantò plura & enormiora fuissent peccata. Sic & Ioannes baptista hortatur, facite (inquiens) dignos pœnitentiæ fructus [*Auxilio autem dei adiutus sto*] in culmine virtutum immobilis [*Vsque in hodiernum diem testificans minori atque maiori*] quòd Iesus sit Christus, & sine conuersione ad ipsum, nulli sit salus [*Nihil extra dicens, quàm ea quæ prophetæ sunt loquuti*] id est in nullo ab illis discordans, imò ea dico impleta, quæ ipsi prænunciauerunt implenda [*si*] pro quia [*Passibilis Christus*] fuit. Nam eum pro mundi salute passurum dixerunt prophetæ [*Si primus ex resurrectione mortuorum*] id est inter mortuos suscitatos primus non tempore, sed dignitate & causalitate, & quia propria virtute seipsum suscitauit, quamuis non secundum idem conuenerit ei mori & suscitare à mortuis. Verbum istud superiori plenius fuit expositum capitulo [*lumen annuncians est populo*] Iudæorum [*Et gentibus.*] Hoc enim prænunciauerunt prophetæ, hoc prædicauerunt Apostoli: quòd Christus sit lumen hominum vniuersorum, lumen vtique corda illuminans, Euangelicam sapientiam docens, ad felicitatem veram perducens. De quo Symeon iustus professus est, Viderunt oculi mei salutare tuum. Quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium. Et Esaias, Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Itémque Ioãnes, Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum [*Hæc loquente eo*] scilicet paulo [*Festus voce magna dixit, Insanis Paule. Multæ te literæ ad insaniam conuertunt.*] Quemadmodum stultam fecit deus sapientiam huius mundi, ita & filius huius seculi stultitia videtur sapiẽtia dei. Rursus irrationabilis excessus visus est. Festo verò gentili, quòd paulus tot supernaturalia prædicauit, quòd captiuitatis & vinculorum suorum quasi immemor factus, de puritate conscientiæ suæ coram deo, de resurrectione mortuorum de communi hominum salute, fecit sermonem. [*Et paulus, Non insanio, inquit, optime Feste, sed veritatis et sobrietatis verba loquor.*] Mirum videri potest, quòd sanctus veridicúsque Apostolus, virum infidelem gentilem, optimam nominat. Sed optimus, id est valde bonus erat, loquendo de bonitate morali, quantùm ad virtutes acquisitas ac naturales: sicut & multi gentilium eminenter boni fuisse leguntur, vt Hector & Iulius. Vnde & de Hectore refert philosophus, quòd potius videbatur filius dei ex hominis [*scit enim de his rex, ad quem et constanter loquor*] non pauens vt moris est aliquibus: qui si cũ aliqua eminenti persona loqui debeant, contremiscunt. [*Latere enim eum nihil horum arbitror. Neque enim in angulo quicquam horum gestum est.*] Non adulatoriè, sed veraciter loquutus est ista Apostolo. quia Agrippa imbutus fuit lege & ritibus Iudæorum. Rumor quoque miraculorum, documentorũ, mysteriorúmque Christi & discipulorum ipsius ad eum copiosè peruenit. Et vt refert hic Beda, Agrippa rex in concione quadam ad Iudæos habita fertur dixisse, Si de religionis auxilio præsumitis, cum vrbem iam Romanam discipuli Iesu repleuerint, haud sine nutu dei, putamus illam crescere religionem. [*Agrippa autem dixit ad Paulum, In modico*] id est pro parte [*Me suades fieri Christianum. vt Paulus, Opto apud deũ, et in modico et magno, non tantum te, sed et omnes qui audiunt, tales fieri quales et ego*] scilicet Christianos omnino. [*Exceptis vinculis his*] id est dempto quòd nõ essent vinculati vt ego. ¶ Sed cum vinculatum esse, vt fuerat paulus, fuerit maximè meritorium, quare id excepit apostolus? Est respondendum, quòd illud excepit, nõ quia in se malum, aut quia non meritorium, sed sub ratione pœnæ duntaxat, vt scilicet, quid pœnale secundum se, sic enim optandum non fuit, sed per relationem ad fructum multiplicem [*Agrippa autem festo dixit, Dimitti poterat homo iste, si non appellasset Cæsarem.*]

Ioannis. 1.
Ioannis. 1.
Lucæ. 3.
Ioannis. 6. Treno. 4. Danie. 9. Ioannis. 1.
1. Corin. 1.
Ioannis. 18

Expositio cap. XXVII. [*Vt autem adiudicatum est.*] Articulus XXVII.

VT *autem adiudicatum est*] id est posteaquam Agrippa & Festus iudicauerunt [*Eum scilicet paulum*] [*Nauigare in Italiam*] puta ad Romam & imperatorẽ [*Tradidit Paulum*] Festus præses [*Cum reliquis custodiis*] id est cæteris captiuis. [*Centurioni, nomine Iulio, cohortis Augustæ*] quia hic Iulius fuit magister atq; cẽturio super cohortẽ seu turbã militũ, quos Imp. Rom. misit, qui etiã Augustus nominatus est, ratione præhabita] *Ascendentes autem Adrumetinã*] Adrumes Adrumetis nomen est ciuitatis in Aphrica, inde dicitur nauis Adrumetina, quasi de oppido illo [*Incipientes nauigare, cum Asiæ loca sustulimus, sequenti die venimus Sidonem*] quæ olim insignis fuit vrbs Phœniciæ. [*Humane autem*] id est vrbanè, charitatiuè, & piè. [*Tractans Iulius Paulum*] cuius sapientiam & virtutes fuerat sæpe expertus [*permisit ad amicos*] suos [*ire et curam sui agere*] ad necessitatem, non ad voluptatem in his quę corpus requirit [*Et inde*] vtpote à Sidone [*cum sustulissemus, subnauigauimus Cyprum*] contra propositum [*Propterea quod essent venti contrarij*] nostro optato processui [*Et pelagus Ciliciæ et Pamphyliæ*] de quibus locis di-

ctum est supra [*Nauigantes venimus Lystram*] ciuitatem [*Quæ est*] vrbs prouinciæ [*Lyciæ, et ibi inueniens centurio nauem Alexandrinam*] de Alexandria ciuitate Aegypti [*Nauigantem in Italiam, transposuit nos in eam. Et cum multis diebus tarde nauigaremus, et vix venissemus contra Gnidum*] quæ ciuitas est, vel promontorium Doridis prouinciæ minoris Asiæ Cretam respiciens [*Vento nos prohibente adnauigauimus Cretæ*] ciuitati, seu insulæ [*iuxta Salmonem*] ciuitatem maritimam illius insulæ. [*Et iuxta*] Salmonem] *Nauigantes, venimus in locum quendam, qui vocatur Boniportus, cui iuxta erat ciuitas Thessala. Multo autem tempore ibi peracto, cum iam non esset tuta nauigatio, eo quod ieiunium iam præterisset*] id est fames magna præteriisset & fatigasset nautas in naui, reddens eos ad laborem infirmos, vt quidam exponunt: quod tamen non videtur competere, quia vt infra habetur, in naui erat copia rerum. Vnde quidam exponunt de quodam ieiunio legis circa hyemem vel in hyeme. In hyeme autem non est tutum nauigare [*consolabatur eos Paulus dicens, Viri videte*] id est ex signis tẽpestatem considero, seu deo reuelante cognosco. [*Quoniam cum iniuria et multo damno, non solum oneris*] id est rerũ quæ vehuntur in naui [*Et nauis, sed etiam animarum nostrarum, incipit esse nauigatio*] id est cum periculo vitæ nostræ. Anima enim hic pro vita animali sensitiua accipitur. Centurio autem gubernatori & nauclero] i. rectori & domino nauis [*Magis credebat quam Paulo*] sequens in hoc sensum humanum, quo vnicuique in sua arte experto amplius creditur. Quod & ideo fecit, quia portus in quo erant non fuit ad hyemandum idoneus, ideo ad naucleri consilium contra consilium Pauli transnauigauerunt. Ideo subditur. [*Et cum aptus portus non esset ad hyemandum*] quamuis comparatiuè loquẽdo aptus fuisset, prout Paulus cõsuluit [*statuerunt consilium nauigare inde, si quo modo possent deuenientes Phœnicen*] aliu m quendam portum Cretæ sic dictum [*Hyemare, apud portum Cretæ respicientem ad Aphricum et ad Corum*] ventos sic dictos. [*Aspirante autem austro*] id est vento australi [*Aestimantes propositum se tenere*] id est portũ aptiorem attingere [*Cum sustulissent de Asson*] Superius dictum est Thalassam vocari vrbem Cretę, vbi centurio cum nautis & captiuis multum tempus peregerunt, à quo loco non leguntur soluisse. Quomodo ergo hîc dicitur, cum sustulissent de Asson] cum Asson superius commemorata sit esse ciuitas Asiæ maritima? Ego opinor (saluo doctiorum iudicio) eũdem locum qui prius Thalassa dictus est, nũc dici Asson, quod fortè scriptorum vitio accidit. Aliàs videretur hîc à Luca multa omissa, quod non patitur consequentia historiæ [*Legebant Cretam*] hoc est, littus illius insulæ præternauigabant. [*Non post multum autem*] id est post breue tempus [*Misit se contra ipsam*] Cretam seu nauem [*Ventus Typhonicus, qui vocatur Euroaquilo.*] Dicitur ventus Typhonicus, qui inflat & intumescere facit mare, maximè nauigantibus infestus, non solùm antennas, sed etiam nauigia ipsa confringens. Generatur autem hic ventus, dum exhalatio terrestris, vnctuositatis non omnino expers, in nube concluſa per foramen egreditur, & pars egressa à terrena resiliens, ratione caloris reascendens parti alteri descendentis circulariter inuoluitur. Arbores quandoque eradicat, tecta atque ædificia alta deiicit. Dicitur autem Typhonicus, à verbo Græco Typho, id est accendo. [*Quumque arrepta esset nauis*] impulsu venti istius [*Et non posset conari in ventum*] id est resistere ei [*Data naue*] id est priſtina directione cessante ab ea, & incerto euentui commendata [*Flatibus ferebamur*] scilicet in incertum, quia colligere vela cœperunt. [*In insulam autem quidam decurrentes, quæ vocatur Cauda*] quam tamen occupare non potuerunt [*vix potuimus obtinere*] id est comprehendere seu attrahere [*Scapham*] quam de naue deposuerunt in mare in adiutorium nauis. Scapha nanque impetu fluctuũ penè rapta fuit. Et dicitur scapha leuis nauicula, ex vna tantùm arbore excauata, vel nauis modica ex vimine facta, & crudo corio tecta. Est autem nomen à Græcis sumptum, apud quos scapha alueus, concauitas, fossura dicitur. Deferuntur huiusmodi nauiculæ in nauibus, & imminente naufragio, deponuntur in mare ad succurrendum naui, vt accingatur & in procinctu tempestatis armetur. Hinc subditur. [*Quæ sublata, adiutoriis vtebantur accingentes nauem*] ne vi ventorum & fluctuum læderetur. [*Timentes autem ne in Syrtim inciderent, submisso vase*] id est aliquo ponderoso in aquem demisso ad retardandum cursum nauis, [*sic ferebantur.*] Porrò Syrtes vocantur arenosa loca in mari valde horrenda, in fine Aphricæ sita, quæ inaccessa reddit vadosum ac reciprocum mare: suntque periculosa valde propter æstus, id est motus inquietos, & arenæ copiam. [*Valde autem tempestate nobis quassatis, sequenti die iactum fecerunt*] vtensilia eiiciendo de naui pro releuamine eius [*Et tertia die suis manibus armamenta nauis proiecerunt. Neque sole autem*] in die [*Neque syderibus apparentibus per plures dies, et tempestate non exigua imminente, iam sublata erat spes salutis nostræ*] corporalis videlicet euasionis de mari, ita quod desperauimus nos posse mortem euadere. Et hoc verum est quantùm ad illos gentiles, & quo ad naturalem potentiam ac spem. Paulus tamen & eius discipuli diuina virtute crediderunt se euasuros, eò quòd sæpius paulo fuisset diuinitus reuelatum, quòd Romæ foret prædicaturus [*et multa ieiunatio fuisset*] id est cum diu ieiunassemus, vel pro euasione periculi, vel ex victualium inopia, vel ex desolatiõe qua cibus vertebatur in nausẽã [*Tunc stans Paulus in medio eorum dixit, Oportebat quidem ô viri, audito me non tollere à Creta*] id est contra consilium meum non debuissetis à loco illo prælato nauigasse [*Lucrique facere iniuriam hanc et iacturam*] .i. non incurrere tantum damnum rerum vestrarum.] *Et nunc suadeo vobis bono animo esse. Amissio enim nullius animæ*] id est personæ seu vitę [*Erit ex vobis*] sæpe enim ponitur pars pro toto, præterquã nauis quæ destruetur. [*Astitit enim mihi hac nocte angelus dei*] vel in imaginaria visione tempore somni, vel in vigilia manifestè [*Cuius*] dei veri ac omnipotentis [*Sum ego*] non tantùm per creationem, sed & præcipuam dilectionem ac deuotionem, prouidentiamque specialem circa me [*Et cui deseruio*] in actibus latriæ [*Dicens, Ne timeas Paule. Cæsari te oportet astare. Et ecce donauit tibi deus omnes qui nauigant tecum*] .i. meritis tuæ sanctitatis omnes illos ab imminenti præseruabit periculo tempestatis. [*Propter quod bono animo estote viri. Credo enim deo meo*] qui licet sit omnium deus creatione & gubernatione ac remuneratione: specialiter tamen deus meus est, per singularem quam ad ipsum habeo, charitatem & cultum. [*Quia sic erit quemadmodum dictum est mihi. In insulam autem quãdam oportet nos deuenire.*] Actuũ. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hoc eis prædicit quatenus id impleri cernentes, de veritate verborum Pauli non dubitent. Denique E
Paulus ista dicendo, nõ seipsum iactabat, sed illos ad fidẽ prouocabat. Nam & ideo pelagus turbari permissum est, vt & per id quod Paulus auditus non est, & per id quod auditus est, specialis eius gratia panderetur. [*Sed postea quam quartadecima die nox superuenit, nauigantibus nobis in Adria circa mediã noctem suspicabantur nautæ apparere sibi aliquam regionem. Et submittentes*] id est in aquam demittentes [*Bolidem*] hoc est, pondus plumbi aut similis rei, qua maris profunditas inuestigatur [*inuenerunt passus viginti*] profunditatis maris vbi erant. [*Et pusillum inde separati, inuenerunt passus quindecim*] ita quòd profunditas cœpit minor inueniri. [*Timentes autem ne in aspera loca incideremus*] vbi nauis progredi non valeret [*De puppi mittentes ancoras quatuor*] in aquam ad nauem figendam [*Optabant diem fieri*] vt cautius sibi prouiderent. [*Nautis vero quærentibus fugere de naui*] non enim credebãt verbis Pauli, quibus asseruit sibi diuinitus affirmatum quòd meritis suis omnes euaderẽt [*Cum misissent scapham in mare.*] Quid sit scapha prædictum est] *Sub obtentu quasi inciperent à prora ancoras extendere, dixit Paulus*] intentionem nautarũ deo reuelãte cognoscens [*centurioni et militibus. Nisi hi in naui manserint, vos salui fieri non potestis*] nõ quòd deus vnum illorum sine alio non posset eripere, sed quia ab eo decretum fuit, vt omnes pariter de periculo pelagi saluarentur. Nec tamen prouidentia aut prænunciatio dei imponit rebus absolutam necessitatem. [*Tunc absciderunt milites funes scaphæ, et passi sunt eam excidere*] i. perire seu perdi [*Et cum lux inciperet fieri, rogabat Paulus omnes cibum sumere dicens, Quartadecima die hodie expectantes, ieiuni permanetis, nihil accipientes.*] Non est verisimile, quòd infra quatuordecim dies nihil comederint, sed quod parum est pro nihilo computatur. Vel quartadecima die qua Paulus hæc dixit, nihil de cibo sumpserunt. [*Propter quod rogo vos cibum accipere pro salute vestra*] id est corporis sanitate & confortatione, seu etiã animæ salute, ne inordinatè ieiunando, seipsos interemisse iudicarentur [*Quia nullius vestrum capillus de capite peribit*] hac vice, præsentiua tempestate. [*Et cum hæc dixisset, sumens panem gratias egit deo in conspectu omnium, Et cum fregisset cœpit manducare. Animæquiores autem facti omnes, et ipsi sumpserunt cibũ. Eramus autem vniuersæ animæ*] id est homines [*in naui, ducenti septuaginta sex. Et satiati cibo, alleuiabant nauem iactantes triticum in mare*] Iam enim & Paulus eis prædixit nauem periclitandam. Ponit autem hoc loco Lucas partem hominis, sci
Gene. 46. licet animam, pro toto homine: sicut in Genesi legitur Iacob in Aegyptum descendisse in animabus sexaginta sex. [*Cum autem dies factus esset, terram non cognoscebant, sinum vero*] id est portum seu aliũ locum consimilem [*Quandam considerabant habentem littus, in quem cogitabant si possent eicere nauem. Et cum ancoras sustulissent*] quas paulò ante in aquam miserunt [*Committebant se mari*] sine conatu nauigij, videntes quòd seipsos iuuare multùm non possent [*simul laxantes iuncturas gubernaculorum nauis, et leuato artemone*] id est modico velo, directioni potius quàm celerati nauis accommodato [*Secundum auræ flatum, tendebant ad littus. Et cum incidissemus in locum diualassum*] id est cõcursum duorum marium, vel isthmum, id G
est linguam quandam terræ in mare protensam mari vtrinque circundatam [*impegerunt nauem*] quæ in hunc locum offendit. [*Et prora quidem fixa manebat immobilis*] vtpote ipsos æquoris fundo violenter infixa, & solo retenta [*Puppis vero soluebatur à vi maris.*] id est maris impetu frangebatur. Puppis autem est posterior pars nauis. [*Militum autem consilium fuit vt custodiæ*] id est vinctos & captos [*Occiderent, ne quis cum enatasset effugeret. Centurio vero volens seruare Paulum, prohibuit fieri*] quia & Paulus vnus fuit vinctorum [*Iussitque qui possent natare, mittere se in mare primos, et enadare*] vt eorum euasione conspecta, aliorum augeretur fiducia [*Et alios in tabulis ferebant. Et sic factum est, vt omnes animæ*] id est homines [*euaderent ad terram*] vt Paulus veridicus monstraretur.

Expositio cap. XXVIII. [*Et cum euasissemus periculum.*] Articulus XXVIII.

Act. 27. [*Et cum euasissemus periculum*] tempestatis marinæ [*Tunc cognouimus*] ab habitatoribus loci illius. [*Quia Mitylene insula vocabatur*] Naufragium tamen hoc vt quibusdam placet, in Adriatico mari accidisse videtur. Nam proximè præcedenti capitulo scriptum est, nauigantibus nobis in Adria. Adria autem (vt dicunt) non solùm vrbs est Italiæ ad mare quod vocatur ab ea Adriaticum vel Adriacũ, sed ponitur etiam Adria pro ipso mari Adriatico. Vnde hoc loco haud esse legendum, Mitylene insula vocabatur: sed legẽdum eis apparet. Meligina insula vocabatur. H
Nam Meligina vel vt alij appellant Mitylene, est insula in Adriatico mari, Dalmatiæ adiacens, nõ longè à Corsyra nigra distans, & Garganũ Apuliæ montẽ ex opposito cõspectans. Sunt alij qui putant legendũ esse, Melite insula vocabatur, Nãque Pachino Siciliæ promontorio insula Melite versus meridiem adiacet. Ex hac insula post naufragiũ esse nauigatum, hoc illis est argumento, quòd post egressum de insula immediatè in textu subditur, Et cũ venissemus Syracusas.] *Barbari vero præstabãt non modicã humanitatem nobis*] i. multũ benignè se habuerunt ad nos, cũ tamen barbari soleant esse crudeles & inhumani, sed tunc ad misericordiã moti sunt, cõsideratione grauissimæ tribulationis, quæ tã diu afflixerat istos. Porrò præter Hebræos, Latinos & Græcos, cæteri, Barbari appellantur. [*Accensa enim pyra*] i. lignorum strue] *Reficiebant nos omnes propter hymbrem qui imminebat & frigus*] vnde deficcatione vestiũ, & corporis calefactione indiguimus] *cum cõgregasset autem Paulus sarmentorũ aliquantulã multitudinem*] i. lignorũ fasciculũ [*et imposuisset super eũ*] pro eo° somẽto & increméto [*Vipera*] occultè latens inter sarmẽta [*A calore cum processisset*] i. calorẽ fugiens erupisset [*inuasit manũ eius. Vt ergo viderunt Barbari pendentem bestiam de manu eius, ad inuicem dicebant, Vtique homicida est homo hic.*] In hoc nõ multũ errabant, q̃ eum homicidã dicebant, licet manu propria nõ interemerit quenquã, quãuis in iudicãdo de causa errauerũt, Non em̃ in peccati vltionẽ, sed ad sanctitatis suæ ostẽsionẽ, diuinæq; potestatis declarationẽ ista res cõtigit. Vnde qđ subdũt verũ nõ est [*Quia cũ euaserit de mari, vltio eũ non*]

A *finit viuere. Et ille quidem excutiens bestiam*] venenosam [*In ignem, nihil mali*] pœnalis [*Passus est*] ab ea. [*vt illi æstimabant cum in tumorem conuertendum*] instar eorum qui veneno infecti sunt [*Et subito casurum et mori*] & naturaliter ita fuisset, nisi supernaturalis virtus actionem naturalium impediuisset causarũ [*Diu autem illis expectantibus, et videntibus nihil mali in eo fieri, conuertentes se*] i. mutuò se aspicientes [*Dicebant eum esse deum.*] Et hoc aliqualiter verum fuit, quãuis non eo modo, vt illi putabant. Fuit autẽ deus quidẽ per gratiam excellentẽ modo quo scriptũ est, Ego dixi dij estis. Et itẽ, Dij sortes terræ vehemẽter eleuati sunt. Natura quidẽ operãtis quodãmodo trãsformatur in id cuius operationibus præcipuè cõformatur, iugitérque insistit. Ideo sicut carnalis homo dicitur porcus, sic spiritalis ac virtuosus, ac cõtẽplatiuus, dicitur deus. Iudices quoque & prælati in scripturis dij vocantur, secundum quod Moses ait, Seruus applicabitur ad deos. Et rursus, Ad deos causa præueniet. Itẽque, Diis nõ detrahes. Rursus propter eminentiã potestatis Pauli ad facienda miracula, deus quodammodo fuit. Sic enim ad Mosen dominus ait, Cõstitui te deũ Pharaonis. Iuxta hos modos, etiã secundũ Philosophos, homo solus, dicitur deus vel bestia. Præterea gentiliũ stulta cæcitas deũ putauit quicquid vltra cõmunẽ cursum aut ferie, magnũ atque insolitum aliquid peragebat. [*in locis autem illis erant prædia insulæ principis nomine Publij: qui nos suscipiens, triduo benigne exhibuit*] Publius iste postea factus est vir eximiæ perfectionis & sanctitatis. [*contigit autem patrem Publij febribus et dysenteria.*] i. profluuio ventris [*vexatum iacere*] & hoc ordinatione diuina, vt per eius cu
B rationẽ multi cõuerterentur ad Christũ. [*Ad quem Paulus intrauit, et cum orasset, et imposuisset ei manus, salua uit eum*] i. sanum effecit, & deinceps cõuertit. [*Quo facto et omnes qui in insula habebant infirmitates, accedebant*] vel per se, vel adducti per alios [*Et curabantur*] in quo diuinæ sapiẽtiæ dispẽsatio est pensanda, quẽ- 1. Tim. 5.
admodũ miracula ad aliorum cõuersionẽ seu admonitionẽ fiunt, & iniustis quãdoque potius quã iustis impenduntur. Vnde Paul. ad Timotheũ stomacho languidũ prẽce non curat, Trophimũ quoque discipulum suum. Mileti infirmũ reliquit, qui tamen gentibus cõuertendis tot signa exhibuit. [*Qui etiam multis honoribus nos honorauerunt, et nauigantibus imposuerunt quæ necessaria erant.*] Dignũ etenim fuit, vt Apostolo eiusq̃ discipulis atque comitibus de corporalibus prouiderent, à quo tot spiritalia beneficia susceperũt, & per quẽ ad fidẽ fuerũt cõuersi. Vnde & in ipsum tanquã Apostolum, spiritalemq̃ patrẽ venerãtur, & propter eũ & eius discipulos. [*Post menses autem tres*] infra quos Paul. prædicationi ibidem fuit intentus [*Nauigauimus in naui Alexandrina quæ in insula hyemauerat. Cui insulæ erat insigne castrorum*] quia adhuc apparebant vt dicitur in insula antiquorum castrorum vestigia. Vel cui naui erat trãsigne castrorum, quia in modũ castrorum erant insignita vel intexta. Porrò secundum Bedã verior trãslatio habet, non castrorũ, sed Castorũ, ita q̃ vitio scriptorũ in secunda syllaba adiuncta est litera, r: qui videlicet Castor & Pollux gemini fratres fuerunt, quos gentiles præcipuè in periculo maris inuocabant, maximè
C autem à piratis mare tueri putabantur. Vnde in littore maris eis templa struxerunt. Alia translatio continet cui erat insigne filiorũ Iouis. Fabulantur nãque gẽtiles, præsertim poëtæ, Castorẽ & Pollucẽ fuisse filios Iouis, ex Leda Thesei cõiuge, quã cõstuprauerit Iupiter. [*Et cum venissemus Syracusas*] vrbẽ pulcherrimam Siciliæ, beatissimæ Luciæ virginis martyrio famosam [*Mansimus ibi triduo, et inde circumlegentes deuenimus Rhegyum*] Rhegyum in vltimo Italiæ seu Calabriæ (quo loco Sicilia ab Italia dirupta est) situm est oppidum, à quo Rhegyni habitatores vocantur. Et Rhegynensis ecclesia diuum Brunonẽ, Carthusiani ordinis initiatorem in archiepiscopum dum adhuc viueret elegit. Sed episcopatui eremiticã vitam præferens, in vltimo Calabriæ solitariam vitam læto fine terminauit. Illic in domo scilicet Stephani à se cõstructa sepultus. [*Et post vnum diem afflante austro sequenti die venimus Puteolos*] quæ est ciuitas Colonia Campaniæ secundum Bedã, tamen in Scholastica historia legitur, quòd nomen sit insulæ. Fertur quoq; in glossã, quòd sit locus vbi Virgilius inuenit balnea medicinalia [*Vbi inuentis fratribus*] scilicet Christianis, qui tunc se mutuò omnes fratres vocabant, dei & proximi charitate in omnibus æstuante cum omni humilitate [*Rogati sumus*] ab eis [*Manere apud eos diebus septem*] ad nostram refocillationem, & ipsorũ informationem ac consolationem. Iam enim fama Pauli apud vniuersos Christianos celeberrima fuit. [*Et sic venimus Romam. Et inde*] puta à Roma [*Cum audissent fratres*] id est Christiani Romani nostrum aduentum siue ab homine siue ab angelo [*Occurrerunt nobis*] ex charitate & reuerentia sua ad nos, præsertim
D ad Paulum [*Vsque ad Appij forum, et tribus tabernis*] Secũdum quosdã vnũ vocabulum est Appiforum, estq̃ nomen fori Romæ ab Appio quõdam cõsule cõstitutum, à quo Appio & via Appia cognominata est. Præterea in Scholastica recitatur historia, q̃ forum hoc fuit ab Appio in maris littore constitutũ, vt de nocte applicantes ibi inuenirent victualia. Ibidem quoque cõstituit Appius tres tabernas, vtpote tres domos in quibus cibi exponerentur venales. Vnde tribus tabernis est hîc vnum nomen indeclinabile significans locum illum, seu tres domos præfatas. [*Quos*] fratres [*Cum vidisset Paulus*] nam ex habitu, occursu & apparatu pensauit q̃ essent fideles, timorati & iusti [*Gratias agens deo*] quòd iam Romæ conuersi essent nonnulli ad Christum, & quòd hi tam charitatiuè sibi occurrerent [*Accepit fiduciam*] maiorem quàm ante, seu fiduciæ incrementum, quòd aduẽtus suus ad Romam fieret fructuosus. [*Cum autem venissemus Romam permissum est Paulo permanere sibimet*] id est ad suum libitum liberè ambulare in vrbe [*cum custodiente se milite*] ita q̃ vnus miles fuit à centurione deputatus ad eius custodiam, de cuius fuga timendum nõ fuit. Nempe cum Romam venissent, nondum fuit Nero in imperio cõfirmatus, nec innotuit eius crudelitas: audiensq̃ cõtrouersiam esse de lege Christianorum ac Iudæorum, paruipendit negotium, nec Paulum reclusit. [*Post tertium autem idem conuocauit Paulus primos Iudæorum*] qui Romæ manebãt scilicet principaliores [*Cumque venissent, dicebat eis, Ego viri fratres, nil aduersus plebem faciens*] id est cõtra Iudæos, quorũ cõparatione gentiles increduli, durãte cursu legis, reputati sunt canes, imò nõ Moses tãtùm, sed & Christus ita eos appellat. Non est, inquiens, bonũ sumere panẽ filiorũ, & mittere canibus [*Aut morem paternum*] i. legis ritum seu Iudaismum [*Vinctus ab Hierosolymis, traditus sum in manus Ro-*

S. Bruno Carthusianus Archiepiscopus Rhegynẽsis electus.

Marc. 7. Matth. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Marc.7. *maiorum*]videlicet tribuni ac præsidis,cẽturionis ac militis[*Qui cum interrogationem de me habuissent*] cau E
sam meã inquirendo & discutiendo [*voluerunt me dimittere,eo q. nulla causa mortis esset in me.Contradicentibus autem Iudæis coactus sum appellare Cæsarem,non quasi gentem meam*]Iudaicã,de cuius semine ego sum
Habens aliquid accusare.Propter hanc ergo causam rogaui vos videre et alloqui]ne fortè contingat vos informari siniſtrè.[*Propter spem enim Israel*]propter bonum speratum,Israëli promissum,videlicet propter te
stimoniũ seu prædicationẽ,qua dico hanc spem esse impletã,quãtùm ad primũ Christi aduentũ,passionem ac resurrectionem [*Catena hac circundatus sum.*]Quo constat quod Apostо. vinctus seu catenatus
ineesit tẽpore tanto,cuius exẽplo patientiã addiscamus. [*Dixerunt, Nos neque literas accepimus de te à Iudæa*] i.nulla nobis à Iudæis terræ promissionis scripta est accusatio contra te [*Neque adueniens aliquis fratrum*]de populo Iudęorum[*Loquutus est quid de te malum.Rogamus autem audire à te quæ sentit*]de Christi
aduentu atque mysteriis [*Nam de secta hac*].i.Christianorum lege [*Notum est nobis,quia vbique ei contradicitur*] à multis tam gentilibus quàm Iudæis,qui & particulares persecutiones contra Christianos moEsaiæ.6. uerunt.[*Cum constituissent autem eis diem,conuenerunt ad eum in hospitium plures,quibus exponebat*] testimonia Christi[*Testificans regnũ dei*].i.statũ & religionẽ ecclesiæ militãtis,beatitudinemque patriæ celestis,
cũ testificatione affirmans nunc aduenisse Christũ [*Suadensque de Iesu*] quòd esset verus Messias rex Israël [*Ex lege Mosi et prophetis à mane vsque ad vesperã*]in quo feruor Apostoli innotescit.[*Et quidam Iudæorum*]illorum[*Credebant his quæ à Paulo dicebantur,et quidam non credebant. Cumque inuicem non essent cõsen*F
tientes discedebant,dicente Paulo vnum verbum].i.allegante vnum testimoniũ prophetale [*Quia bene loquutus est spiritus sanctus per Esaiam prophetã. Vade ad populum istum,et dic ad eos*]ô tu Esaia. [*Aure*] corporali
Ioan.10. [*Audietis*] ô Iudæi verba Christi,discipulorumque eius[*et non intelligetis ea*]virtutem & veritatẽ eorum
percipiendo ac intuendo[*Et videntes*]visu carnali,[*videbitis*]opera Christi ac Apostolorum [*et non per-*
Deute.32. *spicietis*]hoc est,ex hoc nõ penetrabitis acie mentis vim operũ horũ,quomodo scilicet nõ nisi deo agẽte fieri queãt.& qualiter Euãgelicæ legis veritas per ea mõstratur:quẽadmodũ ait Saluator, Opera quæ
dedit mihi pater,testimoniũ perhibent de me . [*Incrassatum est enim cor populi huius*] .i.mens Iudæorum
obtusa,& obtenebrata est nebula propriæ peruersitatis,sicut & Moses ait,Incrassatus est dilectus, & re-
Ioan.10. calcitrauit.Crassitudo hæc cordis Iudæorum fuit eorũ carnalitas,qua terrenis potissimè inhæserũt.Propter quod Christi documenta ad omniũ terrenorũ cõtemptum hortantia aspernabãtur dicẽtes,Insanit,
Quid eũ auditis?¶Præterea,sicut crassitudo corporalis efficit corpus minus agile,minúsque mobile:sic
crassitudo cordis,reddit animã veritatum cælestiũ incapacẽ,acediosam ac tenebrosam.[*Et auribus*] mẽtis
& corporis [*Grauiter audierunt*]quia & verba Christi indignãter,atque intuitè corporaliter audierunt. ad
cõsiderandum quoque eorũ efficaciã fuerunt tardissimi:quibus dixit Saluator,Qui ex deo est,verba dei G
audit.Propterea vos nõ auditis,quia ex deo nõ estis,[*Et oculos suos*]mentales [*compresserunt*] hoc est, ab
Ioan.8. intuitu euangelicæ theoriæ spontanee auerterunt,spiritui sancto obicem ponentes [*Ne forte videant oculis*] interioribus,quæ sunt veræ salutis [*Et auribus audiant*] diligenter quæ dei sunt . [*Et corde intelligant*]
ea quæ fidei sunt,per donum intellectus penetrando [*Et conuertantur*] per corporalem agnitæ veritatis
amorem ad deum,[*Et sanem eos*] ab infidelitate ac cęteris vitiis,animarum languoribus:secundum quod
Hiere.3. per Hieremiam dico,Conuertimini ad me,& sanabo auersiones vestras. Hanc autem scripturam allegat
Esaiæ.6. Lucas,secundũ translationẽ septuaginta interpretum.Hiero.autẽ quantũ ad tenorẽ seu formã verborũ,
Ioan.12. aliter transtulit.sensus verò redit in idẽ,Quemadmodũ super Esa.ostendi. Ioãnes quoque Euãgelista al
Esaiæ.6. legat hæc verba pro tẽpore Christi prædicta atque impleta. Vbi etiã quædã istorũ verborũ asserit in per
Hierony. sona filij dei esse ad Esa.prolata,videlicet ne fortè cõuertãtur & sanẽ eos.Paulus verò primũ horum ver
borũ dicit à spiritu sancto prolatũ,sicut nũc patuit.ex quo Didymus(quem Beda hoc loco beatũ appel
lat)in lib.de spiritu sancto,diuinitatẽ spiritus sancti probauit.Quod enim nunc Paulus ait à spiritu sancto dictum,id Esaias à domino dictum perhibet.Et ibi per dominũ intelligitur verus deus . Ex quibus
oĩbus sanctus Hiero.durissimè increpat Originẽ,qui per dominũ sedẽtẽ in solio eleuato , istáque verba
Esaie loquentẽ,intelligit deũ patrẽ.Per seraphin verò filiũ & spiritũ sanctũ.Nunc enim ostẽsum est per
dominũ ibi significari spiritũ sanctũ,imò deũ absolutè seu vnãquãque diuinã personã. Ex quo liquidò
demõstratur vnam esse & voluntatẽ & naturã dei & spiritus sancti.Quod & Didymus subtilissimè do-
cet.[*Notum ergo sit nobis,quoniam gentibus missum est hoc salutare dei*] hoc est,Christus mundi saluator , ad H
gentiliũ cõuersionẽ & gloriã à patre per incarnationis mysterium missus est,& per Apostolos deportatus,despicientibus Christum Iudæis,quẽadmodũ xiii cap . plenius dictum est.[*Ipsi et audient*] auribus
mentis & corporis,prædicationẽ Euangelij Christi:iuxta illud , Notum fecit dominus salutare suum, in
cõspectu gentiũ reuelauit iustitiã suã.[*Mansit autem biennio toto in suo conductu*]hoc est,in hospitio quòd
ipse sibi cõduxerat,[*Et in custodia libera et suscipiebat*[hoc est,ad audientiam suæ prædicationis piè & charitatiuè admisit,[*Omnes qui ingrediebantur ad eum*] Iudæos ac Gentiles,[*Prædicans regnum dei*]hoc est, statum & gratiam Ecclesię militantis,quæ frequenter à Christo regnũ cælorum,& regnũ dei vocatur.Statum quoque & gloriã Ecclesiæ triũphantis , [*Et docens quæ sunt de domino Iesu christo*] vtpote præcepta,
consilia,documenta & testimonia saluatoris[*cum omni fiducia*]assistentię dei conuersionisque plurimorum[*Sine prohibitione.*]Nã ante aduentũ Pauli ad Romã,Nero annis regnauit duobus, nõdum tamẽ fuit
confirmatus in regno.Propter quod dimisit Apostolum toto biennio infra Romam in suo conductu li
beráque custodia.Postea verò per decenniũ scilicet decẽ annis dimisit eum in libertate maiori,vt etiam
extra Romã in occidentalibus partibus prędicaret.Postea xiiii anno Imperij Neronis,Paulus ab ipso,
martyrio coronatur pro fide catholica,quę radius est primæ & inuiolabilis veritatis, omni admiratione,
gratiarũ actione,honore & gloria dignissimę,cũ ipsa sit super omnia deus sublimis & benedictus,Amẽ.

Commentariorum in acta Apostolorum. Finis.

A

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN
B.Ioannis Apostoli Apocalypsim, Enarratio.

PROOEMIVM.

ECce puer meus electus , quẽ elegi, dilectus meus,in quo bene placuit animę meę: ponam spiritum meum super eum , & iudicium gentibus nunciabit . Verba hæc iuxta sensum ab Esaia,atque à Matheo in forma(quantùm ad literam)de vnigeni- Esaię.42.
to dei vero,ęterno,naturaliquè filio domino nostro Iesu Christo conscripta sunt. Matth. 12.
De Ioanne tamen Euangelista,iuxta mysticam intelligentiam congruè assumuntur.Ipse enim est vnus puerorum illorum, quibus post resurrectionem suam loquutus est Christus , Pueri nũnquid pulmentarium habetis?De quibus per Esaiam dixit Saluator,Ecce ego & pueri mei,quos dedit mihi dominus. Ioãni itaque Ioan.21.
loquitur euangelistæ deus sublimis,Ecce puer meus . Puer vtique ab innocentiæ Esaię.8.
B puritate ac sanctimonia vitæ:quomodo Paulus hortatur,Nolite pueri effici sensibus,sed malitia paruuli 1.Cor. 14.
estote.Et Psalmista , Laudate pueri dominum.Meus , planè per gratiam adoptionis , per prouidentiam Psalm. 112.
æternæ prædestinationis,per communionem præcipuæ familiaritatis,per eminentiã apostolatus.Quem
elegi præ milibus,quem & ore proprio à naui ad discipulatum,deinde ad apostolatum vocaui.Dilectus Matth.4.
meus.& tam singulariter prædilectus,vt ipse toties de seipso loquens veraciter dicat , Discipulus quem Marc. 3.
diligebat Iesus.In Quo bene placuit animæ , Christi,ita vt in cœna super pectus eius,& in sinu eius re- Ioan.13.20.
cumberet . Vel vt ad deum patrem seu totam Trinitatem referatur, quod dicitur , Bene placuit animæ Ioan.13.
meæ . Anima deo trino ac simplici metaphoricè adscribitur , voluntatem seu mentem intelligendo per Hiere.5.
animam,secundum quod per Hieremiã dominus asserit , Nũnquid in gente huiuscemodi nõ vlciscetur Amos.6.
anima mea?Et in Amos propheta habetur,Iurauit dominus per animã suam . Super hunc felicẽ Ioannẽ Actu.2.
posuit deus spiritum suũ, vtique spiritũ sanctum:præsertim in die Pẽtecostes,cum sedit spiritus sanctus
super singulos discipulorum. Nec tantũ posuit deus spiritum suum super eũ , dando ei gratiam gratum
facientem,& virtutes,ac dona concomitantia illam : sed insuper dona gratiæ gratis datæ accumulauit in
eo,fecitque eum apostolum,Euangelistam,prophetam,doctorem,mirabilium operatorem , cælestium Hebr.5.
C secretorum altissimum contemplatorem,omnium linguarum atque totius diuinæ scripturæ tribuens ei
notitiam.Hic Ioannes,Iudicium id est diuinæ æquitatis effectus & vltiones,æternæ sapientiæ decreta ac
instituta,discretionem quoque inter verum & falsum, inter bonum & malum, itémque finale iudicium
gentibus nunciauit.Per quem deus omnem militantem Ecclesiam præcipuè illustrauit . Nam totius Asiæ minoris Ioannes fundauit texítque ecclesias.Cúmque ad Domitiani Imperatoris præceptum Romã
vsque esset deductus,atque in bulientis olei dolium missus, nec læderetur in eo, in Patmos insulam exul
est relegatus.Vbi cum solus soli deo vacaret,cognouit per spiritum, quanta mala in ecclesiis Asię pullularent.Super quo dolens ac dominum deprecans raptus fuit, & non solùm quę fiebant in Asia : sed quæ
toto orbe in ecclesiis tunc fiebant,& principalia vsque ad finem mundi uentura vniuersali Ecclesię, angelo reuelante cognouit.Super quibus librum illum composuit,suis eum mittens discipulis: non ad eorum dũtaxat,sed ad omnium Christianorum profectum, Pręterea quędam expositioni huius libri possent pręmitti,videlicet,quid sit prophetia,de gradibus,speciebus,& ordine prophetię, de multiplici expositione sacrę scripturæ,& de septem regulis intelligẽtię scripturarum valde prosicuis:de quibus nunc
transeo,quia in exordio expositionis libri Psalmorum ea vtcunque induxi . Postremò quemadmodum
librorum veteris testamenti,quidam dicuntur legales,vt libri Mosi:alij historiales, vt libri regum & paralipomenon:alij sapientiales,vt libri Salomonis:alij prophetales:Ita in nouo testamẽto libri legales sunt
quatuor Euangelia,historialis liber est Actus Apostolorum:sapientiales libri,Epistolę Pauli,& aliæ sep-
D ptem canonicæ:prophetalis autem liber est Apocalypsis.Nec ista intelligenda sunt per pręcisionem,sed
quandam appropriationem : cum certum sit,in quolibet genere librorum istorum , aliqua de aliorum
librorum contineri materia.

Elucidatio 1 cap. [*Apocalypsis Iesu christi quam dedit illi deus.*]
Articulus 1.

APocalypsis Iesu christi,quam dedit illi deus palam facere seruis suis.]Apocalypsis reuelatio dicitur.Vnde Corinthiis scribit Apostolus,Cum conuenitis vniuersque ve- 1.Corin.14
strũm psalmum habet , doctrinam habet,apocalypsim habet . Itaque Apocalypsis Iesu Christi , id est reuelatio facta Christo secundum naturam assumptam
à patre , vel tota superbenedicta Trinitate, cuius indiuisa sunt opera. Denique omnium rerum cognitio , vniuersorúmque secretorum reuelatio facta est
animæ Christi in primo incarnationis instanti : in quo omnium præteritorum,
præsentium, ac futurorum plena notitia Christo homini est infusa . propter
quod ait in Ioan. pater diligit filium,& omnia demonstrat ei quæ ipse facit.Et denuò protestatur,A me Ioan.5.
ipso facio nihil,sed sicut docuit me pater sic loquor . Vel Apocalypsis Iesu Christi, id est quam domi- Ioan.8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus Iesus per angelum reuelauit Ioanni, & per Ioannem toti ecclesiæ quam dedit illi deus, scilicet filio E
secundum quòd homo est, deus pater, palàm facere, id est manifestare seruis suis, omnibus Christianis,
secundum ordinem iã prætactũ: quia pater reuelauit filio, filius angelo, angelus Ioanni, Ioannes fideli-
bus qui serui sunt dei seruitute filialis timoris, non seruilis formidinis. Imò filius secundum quod deus,
Ioan.10. sibiipsi, secundũ quod homo, hanc reuelationem peregit. Nihilominus filius etiam secundum diuinã na
turã omnia habet à patre: sicq; à patre habet virtutẽ & sapientiã, qua reuelat [*Quæ oportet fieri cito*]. i. reue
Matth.18. latio ista continet atque prænunciat tribulationes ecclesiæ, quas fideles citò passuri sunt. Et ista futura
1.Cor.11. non oportet fieri necessitate absoluta: cum in se sint futura contingentia, non sine magno impiorum
peccato implenda. Sed eo modo, quo necesse est, vt veniant scandala: & sicut oportet hæreses esse, vide-
1.Ioan.2. licet necessitate conditionata, & ex hypothesi consequentię, non consequentis. Cùm enim à deo pręuisa
sint, & ab eius sapientia ad electorum profectum sint præordinata: non possunt non euenire secundum
respectum. Veruntamen prouidentia dei mutabilibus necessitatem non imprimit, nec libertatem hò-
minibus tollit. Oportet demum hæc fieri citò, id est in hac vltima mundi ætate, de qua ait in 1. Canoni-
ca sua Ioannes, Nouissima hora est. Vel ideo ait citò, quia à tempore apostolorũ tribulationes istæ sum-
Iacobi.5. pserunt exordium. Hinc etiam ait citò, quoniam præsens tempus futuro sęculo cõparatum est velut mo
mentum. Propter quod Iacobus, Ecce, inquit, iudex ante ianuam assistit. Præterea oportet, id est expe-
dit, hæc fieri citò: quia expediens est electis, in præsenti tribulationibus exerceri: vt à vitiis emundentur, F
Esa.28. ad gratiam disponantur, à futuris pœnis per temporales afflictiones eruantur, Christo conformentur. Ve
xatio quoque dat intellectum, & futuram beatitudinem facit auidius desiderari: imò & mundi contem
ptum inducit. [*Et significauit mittens per angelum suum*] id est Iesus Christus mittẽs angelũ suum, per eun-
dem manifestauit, quæ citò fieri oportet [*seruo suo Ioanni*] in hoc Ioannis commendatur humilitas, quòd
Apoc.22. se Christi seruum potius quàm apostolũ vocat. Huic autem expositioni alludit, quod infra sertur, Ego
Ioan.5. Iesus misi angelum meum testificari hæc in ecclesiis. [*Qui testimonium perhibuit verbo dei*]. i. vnigenito pa
Ioan.1. tris æterni. In quo verbo docuit sanctus Ioannes duplicem esse naturam, & vnam hypostasim seu perso
nam. In principio, inquiens, erat verbum: & verbum caro factum est. Vel testimonium perhibuit verbo
dei. i. sermones dei in scripturis contentos veros esse disseruit. Nec solũ loquendo, scribendo, & sanctissi
mè conuersando, præclarissima miracula perpetrando, martyrio se exponendo, exiliúmq; ferendo, per-
Ioan.3.5. hibuit testimonium dei, secundum vtrunque hunc sensum. [*Et testimonium Iesu Christi*] id est de Christo
Ioan.21. perhibuit [*Quæcunque vidit*] quoniam testimonium istud fuit assertio operum passionisque Christi, &
1.Ioan.1. cæterorum, quæ in eius conuersatione ac passione, post resurrectionem quoque vsque ad ascensionem
& spiritus sancti missionem, conspexit Ioannes oculis mentis & corporis. Vnde in Euangelio suo testa-
tur, Et qui vidit, testimonium perhibet de his, & scripsit hæc. In primæ suæ Canon. ait principio, Quod G
Ioan.21. vidimus oculis nostris, & manus nostræ contrectauerunt, de verbo vitæ annunciamus vobis. Sed quo-
modo ait nunc, quæcũque vidit: cũ in fine sui Euangelij protestetur, Multa alia fecit Iesus, quæ nõ sunt
scripta in libro hoc? Et respondendũ, q̃ quando Ioãnes hunc edidit librum, nõdum scripsit Euangeliũ
nec in eo vniuersã scripsit, quæ prædicando perhibuit. Distributio quoque ista, qua ait quæcúnque, in-
telligi potest de generibus singulorum, non de singulis generũ: quia de omnibus aliqua enarrauit. Iuxta
Psalm.9. quem modum ait Psalmista, Narrabo omnia mirabilia tua. Et in Eccle. Nũne deus facit sanctos enarra-
Eccles.42. re omnia mirabia sua, quæ confirmauit omnipotens dominus, stabilis in gloria sua? Nihilominus in eo-
Eccle.18. dem libro conscribitur, Quis sufficiet enarrare omnia mirabilia eius? Et, pauca vidimus operũ eius. Con
Eccle.43. sequenter pandit Ioannes quàm fructuosa sit hæc eius doctrina, & quãta attentione sit aduertenda. [*Bea
tus*] nunc beatitudine viæ ac spei, siue per meritum: nondum beatitudine patriæ seu rei, per præmiũ [*Qui
legit*] alios erudiendo vel per seipsum studendo [*Et qui audit*] discendo seu aduertendo. vel auribus men-
tis percipiendo, scilicet obediendo [*Verba prophetiæ huius*] id est libri istius prophetici qui vaticiniis ple-
nus est, in quo etiam verba prophetarum frequenter introducuntur [*Et seruat*]. i. memoriter retinet, effi-
caciter implet, patientérq; sustinet [*Ea quæ in ea scripta sunt*]. i. quæ in prophetia huius voluminis docen
tur, iubentur, prænunciantur. Siquidẽ in libro isto cõtenta sunt saluberrima documenta, seriosa præce-
Lucæ .11. pta, futura aduersa. Itaque quod ait, beatus qui legit, audit, & seruat, cõiunctim est intelligendum. Non
Iaco.4. enim sufficit legere, vel audire, nisi vt seruẽtur lecta vel audita, Propter quod ait Saluator, Beati qui au- H
diunt verbũ dei, & custodiũt illud. Et Iacob, Sciẽti bonum & nõ facienti, peccatum est illi. Verũtamen
1.Cor.12. qui nõ omnes sciunt hæc legere, sufficit audire & obseruare. Si tamen quod dicitur, legit & audit, intel-
Bernard. ligatur de lectione & auditione charitatiua interna & attenta (quomodo ait Apost. Nemo potest dicere
dominum Iesum, nisi in spiritu sancto) vtrúmque per se sufficiens erit: quia & tunc tertium virtualiter
includunt, seu comprehendunt. Circa hunc locum dicit Bernardus, Multi præcepta dei legunt vel
audiunt, sed nihil eos iuuat. Aut enim acquirendis terrenis mens eorũ dedita est, aut libidine exagitatur,
aut proximum exagitat, aut contra prælatum superbit, aut fingit se potentem vel magnum futurum, aut
cæteris vanissimis rebus distenditur. Alij diuinas scripturas legunt & audiunt, vt sapientes egregij apud
homines habeantur, & in sæculi prosperitatibus floreant: non vt reprobam corrigant vitam. Cur verò,
qui verba libri huius legit, audit, seruat, beatus sit, subditur [*Tempus enim prope est*] id est dies iudicij par-
1.Cor.4. ticularis singulorũ, imò & vniuersalis, tẽpus quoque æternę retributionis. Vnde futurę vitæ ęternitatem
attendens Apostolus dixit, Momentaneum & leue tribulationis nostræ, ęternũ gloriæ pondus operatur
in nobis [*Ioannes*] mãdat & scribit [*septẽ ecclesiis, quæ sunt in Asia.*] Quãdo enim Ioãnes hęc scripsit, erant
in Asia septem ecclesiæ particulares & principales, videlicet septem congregationes fidelium in septem
ciuitatibus Asiæ minoris: cuius Ephesus fuit metropolis: quæ ecclesiæ & ciuitates infra exprimuntur.
Per has autem septem ecclesias, vniuersæ designantur ecclesiæ: quoniam septenario numero vniuersi-

A tas significari solet: eò quòd septem dierum numero omne tempus cõprehendatur, & septẽ diebus om-
ne tempus euoluatur. Et propter septemplicem gratiã spiritus sancti, qua impletur Ecclesia. Denique
vniuersæ ecclesiæ, sunt vna ecclesia catholica: quæ per septem ecclesias explicatur, propter septem do-
na spiritus sancti, quibus illustrata in mundo refulget. [*Gratia vobis & pax*] Gratia proprie sumpta, est Gratia qd
habitus supernaturalis menti per creationem infusus, esse spirtale, deiforme, atque idoneum ad prome- & quisnã
rendam vitam æternã, conferens ei. Hanc habet omnis qui est in statu salutis. Sed sicut charitas, ita & gra eã habeat.
tia ista perficiũt. Itaque gratiam non habentibus optat gratiam dari, habentibus verò appetit perfici. Po Luc.24.
test tamen hoc loco per gratiam quodcunque spiritale donũ, conferens ad salutem, intelligi. Pax autem Ioan.20.
est tranquillitas mentis, & quies eius in deo: quam maximè habere cõdecet Christianum. Nam & Chri- Ioan.14.
stus sic suos salutauit discipulos, Pax vobis. Et ascensurus in cælum loquutus est eis, passioni iam proxi Luc.20.
mus, Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Insuper hanc salutationis formam ipsis præfixit, In
quancunque, inquit, domum intraueritis, primũ dicite, Pax huic domui. Quàm verò desiderabile, deifi-
cum, ac beatum sit pacem habere, ostendit dicẽdo, Beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Ideo mo
net Apost. Pax Christi exulter in cordibus vestris. Nullam itaque turbulentiam animi, nullam inquietu Matth.5.
dinem vitij, aut amaritudinem spiritus admittamus: sed tranquilla deo mẽte vacemus. Itaque gratia dis- Coloss.3.
ponens ad pacem veram, spiritalem, internam, & pax consequens illam, insit, detur, & cõseruetur vobis
B [*Ab eo qui est, et qui erat, et qui venturus est*] id est à deo patre æterno. Cuius æternitas quamuis sit extensa,
inuariabilis, totaque simplicissimè simul: per tẽporum tamen differentias designatur: quoniã omne tem
pus ambit, includit, & tempori omni assistit: nec à nobis intelligitur: nisi ex tempore, & per comparatio-
nem ad tempus: eo modo, quo incorporalia atque simplicia, per corporalia & composita intelligere di-
cimur: puta per abnegationem, & etiam aliis modis. Itaque deus pater nunc incommutabiliter est, & an-
te omnia erat, & vẽturus est ad ecclesiam militantem ac triumphantem, per charitatem, gratiam seu glo
riam inhabitando: seque suis electis manifestando, ac noua & mira agendo, non locum mutando. Sic nẽ-
pe ait Christus, Qui diligit me, sermonem meum seruabit: & pater meus diliget eum: & ad eum venie- Ioan.14.
mus, & mansionem apud eum faciemus. Venturus est itaque omnium electorum remunerator & cor-
porum gloricator. Quamuis autem iuxta hunc sensum vnicuique diuinæ personę conueniat esse, fuisse,
venturúmque esse: tamen hoc loco patri appropriatur, propter verba sequentia. Sequitur enim, [*Et a se-
ptem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt.*] Per septem spiritus multi expositorum accipiunt spiritũ
sanctum, eò quòd in donis sit septiformis: quamuis sit simplex vnúsque in natura. Cuius dona (quæ a- Esa.11.
pud Esaiam spiritus nomine exprimuntur cum dicitur, Spiritus sapientiæ & intellectus, &c.) sunt in cõ
C spectu throni eius, id est in mente ac intelligentia animæ Christi, cuius humanitas thronus patris voca-
tur. Vel per septem spiritus intelliguntur angeli sancti, ita vt per septem, vniuersitas angelorum insinue
tur, eo modo quo Tobiæ Raphaël loquitur, Ego sum vnus de septem, qui astamus ante deum. Vel cer- Tobiæ. 12.
tè per septẽ spiritus, specialiter denotantur illi septem angelici spiritus, qui septem ecclesiis Asiæ præfue
runt. Quidam etenim vni priuatæ personæ, quidam cõmunitati sunt præsidentes. Omnes autem angeli
sunt in conspectu throni dei, id est ipsi deo omnipotenti assistunt, tanquã obsequi præparati. Thronus Dan.10.
quoque dei vocatur vno modo ipsum tertium intellectualeque cælum, in quo residet Trinitas adoran- Dan.12.
da. Ad quod secundum vnã expositionem raptus est Paulus. Nec aliud est thronus iste, quàm ipsa resi- 2.Cor.12.
dentis authoritas ac maiestas, qui in seipso esse & quiescere perhibetur. Obiter aduertendum quòd non
eodem modo gratia & pax sunt à deo & angelis eius. A deo enim sunt effectiuè, ac principaliter, ab ange
lis imperatiue, & instrumentaliter. Orant quippe pro nobis, & nostra obsequia offerunt deo. [*Et a Iesu
Christo*] qui secundum diuinitatem est idem dator pacis & gratiæ cum patre & spiritu, & eodem modo
cum illis hæc tribuit. Propter quod ait, Quæcunque facit pater, hæc & filius similiter facit. Etenim triũ Tobię.12.
personarum est vna essentia, vna potestas: idcirco & actio ad extra indiuisa. Porrò Christus secundum Act.10.
quòd homo & mediator, est causa pacis & gratiæ meritoria, instrumentalis, secundaria: cùm eius huma Ioan. 15.
nitas sit instrumentum proprium, coniunctũ, animatũ, immediatúmque diuinitatis seu verbi: per quam
humanitatem verbum incarnatum, seu Christus homo, promeruit nobis dona gratiæ, imò & gloriæ. Et
precamur virtute ac merito Christi dona spiritalia nobis præstari [*Qui est testis fidelis*] id est verax in ver
D bis, factis, & promissis, intantùm vt dicat, Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Ioan.14.
Dedit autem testimonium fidele de patre, dicendo, Exiui à patre, & veni in mundum. Et alia multa su- Luc.21.
blimia, quæ in Euangelio Ioannis potissimè sunt descripta. Verbis quoque & factis testimonium perhi Ioan.16.
buit de seipso, qui in die iudicij testimonium perhibebit contra reprobatos, & pro electis: iuxta illud:
Ego sum iudex & testis. Denique Euangelicæ legis doctrinam testatus est populo, de quo loquitur pa-
ter, Ecce testem populis dedi eum [*Primogenitus mortuorum.*] Cũ innumerabiles mortales & mortui fue Hiere.14.
rint ante Christi aduentum, quomodo dictus est primogenitus mortuorum? Ad quod Berengãdus re- Esaię.55.
spondet, quòd primogenitus hic pro primo accipitur: sicut primos eos in populo vocamus, non qui æta
te, sed honore ac dignitate cæteros antecellunt. Et hoc verũ est, siue per mortuos intelligamus corpore
mortuos, siue spiritaliter atque salubriter mortificatos, quales fuerunt quibus scribit Apost. Mortui e-
nim estis, & vita vestra abscõdita est cũ Christo in deo. Primogenitus itaque mortuorum Christus est,
quoniã est prim⁹ & caput omniũ hominum electorũ. Vel sic, primogenitus mortuorũ. i. inter resurgen 1.Cor.5.
tes à morte, primus ad immortalẽ vitam resurgẽs. Primus etiã inter hos dignitate & causalitate. Qui autẽ Ephe.5.
ante Christum à morte suscitati leguntur, ad vitam mortalem rursus morituri resuscitabantur. Hinc ad Colosss.1.
Colossenses scribit de Christo Apostolus, Qui est primogenitus creaturæ, & primogenitus mortuorũ. Hebr.2.
[*Et princeps regum terræ.*] Omnia enim subiecta sunt christo, etiam secundum naturam assumptam. Vn- Ioan.17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Coloss.1. Hebr.2. Ioan.17. Philip.2. Dan.7. Ephe.2. Ephes.5. Ioan.15. Ibidem.

de & passione instante dixit ad patrem, Sicut dedisti potestatem omnis carnis. Et teste Apostolo, in nomine Iesu omne genu flectitur, cælestium, terrestrium, & infernorum. De quo Daniel ait, Omnes populi, tribus & linguæ seruient ei. E

¶ Sed quomodo princeps regum terræ dicitur Christus, cùm tam multi reges terræ ei non pareant, imò rebelles sint? Et respõdendum, q̃ plenariam potestatẽ super eos sortitus sit: & cũ sibi placuerit, potestatem hanc ostendet in eis [*Qui dilexit nos*] amore æterno & increato, secundũ q̃ deus: amore quoque creato, gratuito & infuso, imò & naturali amore, tanq̃ naturæ suæ cõsortes & fratres, secũdum q̃ homo. Vnde monet Apostolus, Ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos. Quàm perfectè autem dilexerit nos demonstrat, Maiorem, inquiens, hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Si hanc dilectionem volumus nobis prodesse, obediamus iubenti: Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos [Et *lauit nos a peccatis nostris, in sanguine suo*] id est merito passionis suæ, & precio sui à peccato originali & actuali nos emũdauit tempore passionis, & hoc quamùm ad sufficientiam. Quoniam quantùm in se est, pro omnibus satisfecit: sed quantùm ad efficientiam seu efficaciam, lauat nos à peccatis, in sacramento baptismi ac pœnitentiæ: quæ à passione Christi efficaciam sortiuntur, sicut & cætera sacramenta: quæ sunt velut vasa medicinalia, dominicæ passionis virtutem & gratiam quodammodo continentia, per quæ meritum Christi nobis applicatur. Præterea quandocũque veniam ex toto corde precamur, lauat nos à peccato in sanguine suo. Nam preces nostræ F

Ephe.5.

& omnis nostra operatio, per hoc redduntur deo acceptæ ac vigorosæ, quòd Christo capiti nostro per fidem cõiungimur. Hinc ad Ephesios inducitur, Christus dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, vt illam sanctificaret. Nam quia dilexit, tradidit se & lauit. non quia digni eramus. [Et *fecit nos regnũ*] id est ex hominibus constituit sibi, ædificauit, & fecit ecclesiam: tales eos efficiens, vt in ipsis habitare & regnare in via per gratiam, atque in patria per gloriam dignaretur. Vnde in Euangelio Ecclesia frequenter regnum cælorum vocatur, imò & regnum dei. Fecit quoque nos regnum, quia cælestis regni ciues nos asscripsit, dicente Apostolo, Iam non estis hospites & aduenæ, sed ciues sanctorum, & domestici dei. [Et *sacerdotes*] quod ad sacerdotes ecclesiæ potest referri, quibus competit corpus domini consecrare: generaliter quoque ad omnes fideles, qui per similitudinẽ, proprietatem & actus quosdam sacerdotes dicuntur. primò quia seipsos offerunt deo, & quoniam corpora sua mortificant per pœnitentiæ actus, sicut Apostolus instruit. Exhibete corpora vestra hostiam sanctam viuentem, deo placentem.

Matth.13. Ephes.2. Luc.22.

Et quia per compunctionem internam, animas suas immolant creatori. Sacrificium enim deo spiritus contribulatus. Sed & orationes, laudes ac cætera virtutum exercitia, offerunt deo indesinenter. Vnde & in Ecclesiastico scriptum est, Salutare sacrificium, attendere in mandatis. Et in psalmo, Immola deo sacrificium laudis. Postremò summi atque æterni sacerdotis sunt membra, videlicet Christi. Fecit ergo G

Rom.12. Psal.50. Eccle.35. Psal.49. Exod.19. Ioan.20.

nos regnum & sacerdotes [*Deo & patri suo,*] id est, ad gloriam dei patris, qui est deus Christi secundum humanitatem, & pater eius secundum diuinitatem. propter quod ait, Ascendo ad patrem meum & deum meum. [*Ipsi gloria*] id est beatitudo perfecta inest & competit. Vel gloria, id est excellentia, seu clara cum laude notitia. Ipsi quoque glorificatio ab omnibus impendatur [Et *imperium*] nam ipse summus est Imperator, cuius est cunctis præcipere. Ipsi ergo obedientia exhibeatur. Hoc verbo docemur, deo cordialiter de suis beneficiis regratiari, eiúsque beatitudini toto corde congratulari. Ideo sequitur [Amen] id est fiat. [Ecce *venit cum nubibus*] id est in nubibus ad iudicandum venturus est. Quemadmodum tectatur, Videbitis filium hominis venientem in nubibus cæli, cum potestate magna & maiestate. sic enim ascendit. Et de ipso angeli prædixerunt, Quemadmodum vidistis eum ascendentem in

Act.1. Matth.26. Act.1. Esa.6. Matt.25.

cælum, sic veniet. Venit quoque cum nubibus, id est cum angelicis spiritibus, sanctis apostolis, cæterisque perfectis ac prædicatoribus, qui in scripturis nubes vocantur. [Et *videbit eum omnis oculus.*] Hic ponitur pars pro toto, & genus pro specie: per omnem oculum intelligendo omnem hominem: & rursus per omnem oculum, omnem oculum humanum. Christus quippe cùm sit deus & homo, in forma humana à bonis ac malis corporaliter conspicietur. Et electis quidem dulcis ac blandus, reprobis verò seuerus atque terribilis apparebit. Dicúntque aliqui, quòd terror & blanditiæ nascetur nõ ex videntium conscientijs tantùm: sed etiam ex ipso iudicis apparatu: qui iustorum visum tanquam conuenientissimum obiectum immutabit, eósque serenissimo vultu aspiciet: reproborum verò visum tanquam ob- H

Ioan.19.

iectum valde contrarium, & seipsum eis iratum ac indignabundum, in vultu terrifico exhibebit. Insuper quamuis electi, qui ante iudicium deum beatificè cernunt aut cernent, Christum in ipso iudicio sint in sua diuinitate clarè felicitérque visuri: illi tamen electi, qui vsque ad iudicium nondum iudicati extiterint, vel de suo præmio nondum securi effecti, non videbunt eum durante iudicio in diuinitate sua per speciem: sed per fidem, quæ non auferetur electis, nisi ad beatificam peruenerint visionem. Postquàm autem Ioannes asseruit, videbit eum omnis oculus. de interfectoribus tamen Christi, quibus visio eius erit specialiter molesta, confusibilis ac pœnosa, subiungit. [Et *qui eum pupugerunt*] vt Iudæi qui eius crucifixionem procurauerunt, Pilatus qui dedit sententiã, milites qui illam sunt exequuti. Te-

Zach.12. Hiere.11.

stimonium istud sumptum est ex eo quod per Zachariam loquitur Christus, Aspicient ad me quẽ confixerunt. Quòd quantùm ad sensum verborum, alibi allegatur cùm dicitur, Scriptura dicit, Videbũt in quem transfixerunt. Vnde & tempore passionis Christus testatus est Caiphe & Iudeis, Amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris dei, & venientem in nubibus cęli. [Et *plangent se super eum omnes tribus terræ*] id est multi de tribubus vniuersis. Vel omnes qui terrena potius q̃ diuina dilexerunt. De quibus loquitur Hieremias, Recedentes à te in terra scribentur. Isti plangent se super eum, id est malitiam, blasphemiam, ingratitudinem suam in Christum deflebunt. Non quòd & de ipsa culpa, secundum

A quòd culpa est, vel dei offensiua, verè dolebunt: sed inquantùm est causa punitionis eorum. Iuxta quod scriptum est, Videntes turbabuntur timore horribili, gementes præ angustia spiritus, dicentes intra se pœnitentiam agentes, Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam. Istud quoque testimonium ex præallegata prophetia Zachariæ assumptum est. Quod & in Matthæo Christus commemorat vbi ait, Tunc apparebit signum filij hominis in cælo, & plangent omnes tribus terræ. [Etiam *amen*] reduplicatio ista designat, quòd ita certissimè ac ineuitabiliter fient. Etiam nanque & Amen idem significant. Deinde verba Christi inducit Ioannes. [Ego *sum alpha & o*] A est prima litera Græcorum, & o vltima. Literis itaque istis se comparat seu exprimit Christus ad innuendum, quòd ipse sit vniuersorum primũ principiũ ac vltimus finis. Omnia enim propter seipsum operatus est dominus. Hinc quasi verba præfata exponens addidit Christus [*Principium et finis*] est nempe principium effectiuum, quia creator, & beatificus finis, quia veræ felicitatis obiectum, & ipse beatitudo obiectalis est electorum, qui per Esaiã testatur. Ego primus, & ego nouissimus. Ad ipsum ergo nos ipsos & omnia nostra iugiter ordinemus, ad eũ semper synceriter intẽdamus: nec possumus esse beati aut bene disposĩti, nisi ad ipsum stemus conuersi, à quo sumus exorti [*Dicit dominus deus*] qui solus est propria authoritate omnium dominus [*Qui est*] quoniam esse verum, plenum, perfectum, immensum, inuariabile possidet, sicut ad Mosen ait, Ego sum qui sum. Hæc dices, qui est, misit me [Et *qui erat*] ab æterno [Et *qui venturus est*] ad iudicandum de

Zach.12. Matth.24. Proue.16. Esa.44. Act.10. Exod.3. Psal.9.

B omnibus [*Omnipotens*] quia in iudicio omnipotentiam suam demonstrabit potissimè, iuxtà illud in Psalmo, Cognoscetur dominus iudicia faciens. possunt quoque hæc verba absolutè de deo, & de qualibet diuina exponi persona, dummodo vltima ista particula, qui venturus est omnipotens, exponatur, sicut iam paulò ante exposita est de patre.

Prosequutio huius cap. ab eo loco quo ait, [Ego *Ioannes frater vester.*]

Articulus 11.

C PRoœmio, titulo, ac salutatione præmissis, ponit narrationem, & materiã libri huius tangit sub quadam communitate. [Ego *Ioannes frater vester*] natura, religione atque baptismatis regeneratione. Frater quoque, quia de eisdem protoplastis patribus secundũ carnem, & de eodẽ deo secundũ animam, iuxta illud Malachię, Nũquid non pater vnus omnium nostrũ? Nũquid nõ deus vnus creauit nos? Iterum frater, quia eiusdẽ matris puta Ecclesiæ filius, & ratione materiæ iuxta illud in Iob, Ecce me sicut te fecit deus. Et de eodem luto formatus sum. Discipulos itaque suos ac filios nominat tantus pater atque Apostolus frater, dans humilitatis exemplũ, vt prælati in humilitate permaneant, & se quasi vnum de grege existimẽt: iuxta illud Eccle

Malac.2. Iob.33.

siastici, Rectorẽ te posuerunt, noli extolli. Esto in illis quasi vnus ex ipsis [Et *participes in tribulatione*] i. in persequutionibus propter Christum illatis vobis conformis. Tũc enim Domitiani persequutio totã infestauit ecclesiã [Et *regno*] i. cælestis patriæ præmio, vobis & mihi parato. Qui enim socij sunt tribulationis propter Christũ, socij erunt cõsolationis in regno cælesti cum Christo. Vel in regno militãtis ecclesiæ, cuius mẽbrum sum ego, sicut & vos [Et *patientia*] sine qua tribulatio ad regnum non duceret nec prodesset. patientia, inquã, [*In christo Iesu*] i. secundũ voluntatem eius, & ad honorem ipsius, à quo vera patiẽtia datur: de quo ait Psal. Verũtamen deo subiecta esto anima mea, quoniam ab ipso patiẽti a mea. Et, Quoniã tu es patientia mea domine. [Fui *in insula, quæ vocatur Pathmos, propter verbum dei*] i. vnigenitum patris. vel propter predicationis instantiã [Et *testimonium Iesu*] i. propter testificationes, quibus quotidie testificabar Iesum esse regẽ Messiam, omniũ creatorem ac saluatorem. Hac nempe de causa missus est in exiliũ Pathmos à Domitiano [Fui *in spiritu*] i. mẽtis exceſſu seu extasi, vtpote ab exterioribus sensibus alienatus, & ad diuina vehemẽter ac supernaturaliter eleuatus, quemadmodũ in imaginariis simul & intellectualibus visionibus prophetarum fieri consueuit. Vnde Ezechiel, Statim, inquit, fui in spiritu

Psalm.61. Psal.70. Ezech.1.

[*In dominica die*] qui est dies diuinorũ occupationibus deputatus, plus q̃ cæteri dies. Sicq; verbis præ-

D actis tãgitur congruẽtia reuelationis desuper factæ sancto Ioãni ex parte loci ac tẽporis. Loci, in eo quod ait, fui in insula pathmos. Locus enim ab aliorũ habitatione remotus, quãtò quietior, tantò contẽplationi, reuelationi, orationiq; aptior. Tẽporis verò dum addit, In dominico die. Denique cũ liber iste sit de visionibus, quibus secundũ Albertum Magnũ virũ subtilissimũ atque doctissimum, nõ est de facili credendum: sanctus Ioannes plura tangit, per quæ verba sua credibilia fiunt. propter quod etiã Beda disseruit, personã, locum, rempus causamq; visionis insinuat, ne carnali phantasmate putaretur illusus. [Et *audiui*] interiori non corporali auditu [*Post me vocem magnam tanquam tubæ dicentis*] id est tubalem, angelicam, alta magna & mystica significantẽ. per quod angeli loquentis idoneitas ad sui officij exequutionẽ innuitur. Simile huic est illud Ezechielis, Audiui post me vocem cõmotionis magnæ. Sed cur ait post me, & non potius intra me, quemadmodum Zacharias: Angelus, inquit, loquebatur in me, vel supra me? Respondet Berengandus, Quasi post nos est quod ignoramus. post se Ioannes vocem audiuit, quia mysteria quæ tunc ei reuelata sunt, nondum perfectè cognouerat. profecerunt enim apostoli & prophetæ in reuelationibus diuinorum. Quæ vox tubę assimilatur. Nam sicut per tubam ad pugnã homines prouocantur, ita per verba libri huius fideles ad prælia contra peccata, diabolum, ac persecutorum insaniam inuitantur ac animantur. Veruntamen aliqui dicunt, quòd ita per angelum reuelata, fuerunt Ioanni antea manifesta: quod intelligi potest quantùm ad aliqua principalia, & in quodam communi. propterea etiam ait post me, quoniam angelus à contemplatione diuinorum, vocauit eum ad considerationem

Albertus. Psalm.92. Beda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

actuum humanorum. Nam & prælati ab apice contemplationis, quodammodo retrahuntur, dum ad E
subditorum curam & prouidentiam reuocãtur. Insuper de hac voce tubali Haymo scribit, Vox quam audit Ioannes, bene tanquam vox tubæ dicitur, quæ ab interioribus sine strepitu sonum accipit, quem promit exterius: quia ille sine sono vocis prius audiuit in corde, quod postea exterius sonuit in voce. In visionibus quippe imaginariis omnia per similitudines rerum geruntur ac repræsentantur [*Quod vides*] id est ea quæ nunc tibi reuelo, & me monstrante intelligis [*scribe*] ad informationem fidelium [*in libro, et mitte septem ecclesiis, quæ sunt in Asia*] de quibus ecclesiis & quomodo per eas vniuersæ ecclesiæ designẽ tur, iam dictum est in præcedenti articulo [*Epheſum*] id est ad fideles in Epheso, metropoli Asiæ minoris, mitte hunc librum. Sic quoque mitte [*Ad Smyrnam et Pergamum, et Thyatyram, et Sardis, et Philadelphiam, et Laodiceam,*] Ista sunt nomina septem ciuitatũ Asiæ, quarum ecclesiis præsidebat Ioãnes. Interpretationem ciuitatum istarum, & quomodo per eas cæteræ ecclesiæ designentur, omitto: quia nõ videtur
Exod.19. magni momenti [*Et conuersus sum*] spiritali conuersione, aspiciendo ad eum quẽ post me audiui. Vel, conuersus sum, aciem mentis à contemplatione supernorum, ad horum aduertentiam dirigendo. Præterea quia in visione imaginaria videbatur Ioanni, quòd post tergum suum vox loqueretur ad eum, etiam in eadem imaginatione sibi apparuit, quòd retrospiceret ad loquentem [*Vt viderem*] visione mentali & diligenter aduerterem [*Vocem quæ loquebatur mecum*] alloquutione interna, quæ exteriori non percipiebatur auditu. Solet tamen visus pro omni sensu accipi. Vnde in Exodo habetur: Populus videbat voces & F
tonitrua. Vel viderem vocem, id est vociferantem tubaliter, scilicet angelum. [*Et conuersus*] ad alloquentem me [*Vidi septem candelabra aurea.*] Quid autẽ per ea significetur, in fine huius capitis dicitur. Significat enim septem ecclesias Asiæ, imò per eas totius Christianitatis ecclesias, septemplici dono spiritus sancti splendentes. Dicitur autem ecclesia per assimilationem quandam candelabrũ, quoniam super se portat lumen clarissimum, scilicet Christum & munera eius, quæ sunt splendidua lumina mentis, puta gratiam gratificãtem, virtutes ac dona, eorúmque actus: qui beatitudines appellãtur & fructus. Istud quoque cãdelabrum dicitur aureum, vel propter charitatis ardorẽ, & sapientiæ salutaris fulgorem: vel propter martyrum sanguinem, & fidelium quotidianam persequutionẽ, tribulationem, ac mortificationẽ. Itẽrum ecclesia, aureum candelabrum nuncupatur, quia per scripturarum notitiã lucida, per charitatem & gratiam preciosa, per patientiam solida, per obedientiam ductilis, per prædicationem sonora, per perseuerãtiam longa, per spem erecta, per fidem in deo fundata. Huic autem visioni Ioãnis simile est quod Zacharias ait, Vidi candelabrum aureum totum, & lampas super illud. Vbi per candelabrum aureum allegoricè, hîc autem literaliter, designatur ecclesia: sicut ibidem expositum est. [*Et in medio*] septem [*Candelabrorum aureorum*].i. ecclesiarũ, vidi [*similem filio hominis*].i. angelum in specie humana, vel potius in per-
Zach. 4. sona Christi, quem repræsentauit. Quod autem angelus Christi personam gerens visus est in medio cãdelabrorum istorum, id figurauit quòd Christus est in medio electorum fidelium, secundum quod ait, G
Matth. 18. Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi in medio eorum sum. Et denuo, Ego vobiscum
Matt.28. sum cunctis diebus vsque ad consummationẽ sæculi. Propter quod in Esaia scriptum est, Exulta & lau-
Sap. 18. da habitatio Siõ, quia magnus in medio tui sanctus Israël [*Vestirum podere*].i. vestes sacerdotali, vsque ad talos dependente. Vnde Sapiens asserit, In veste poderis quam habebat Aaron, totus erat orbis terrarũ: & magnificentia tua domine, in diademate capitis illius erat scripta. Per vestẽ hanc Beda intelligit sacerdotium Christi, summi sacerdotis ecclesiæ: qui Apostolos fecit sacerdotes, & in ara crucis semetipsum
Heb.3. immolauit pro nobis. Alij per poderem intelligunt Christi humanitatem, vel carnem in qua humiliauit
Luc.22. se vsque ad mortem, denique se pro nobis oblationẽ & hostiam deo in odorem suauitatis, secundum Apostolum ad Ephe.5. Vnde de vestimento hoc, angeli Christum scisciati sunt ascendentẽ, Quare rubrum est indumentum tuum? Esaiæ 63. Alij per poderem intelligunt totam ecclesiam, vsque ad finem sæculi permanẽtem: qua Christus quasi vestimento cingitur ac ornatur, cũ sit mysticum corpus ipsius. De qua visione in Esaia recolitur, His omnibus, quasi ornamento vestieris. Postremò cũ poderis sit vestis linea, quæ cõmuniter dicitur alba: potest per eam Christi innocentia, puritásque illibata intelligi.
[*Et præcinctum ad mamillas zona aurea.*] Per hanc præcinctionem suam Christus docet atque insinuat,
Prouer.25. cor esse restringendum ab indiscreto scrutinio diuinorũ: iuxta quod Salomon ait, Sicut qui mel come-
Eccle. 3. dit multũ, nõ est ei bonũ: sic qui perscrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. In Ecclesiastico quo-
Exod.20. que legitur, Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Præterea contemplandum, quòd H
Dan. 10. in veteri testamento prohibetur ipsa luxuria, in nouo autem concupiscentia inordinata. Idcirco in Daniele legitur dominus apparuisse præcinctus ad renes, per quod restrinctio carnis innuitur. In nouo autem testamẽto, scilicet loco præsenti, apparuit dominus ad mamillas præcinctus, per quod restrinctio cordis insinuatur. Aurea autẽ zona charitatem designat, per quam mentẽ in deo ligatam tenemus, & ab illicitis refrenamus. Porrò secundum Bedã, mamillæ sunt duo testamenta, zona aurea chorus sanctorũ,
Act.4. seu multitudo fidelium vnanimi charitate deo adhærens, & testamenta quibus spiritaliter nutritur com-
Ephes.4. plectens, & seruans (vt docet Apostolus) vnitatem spiritus in vinculo pacis. Apparuit ergo angelus ad mamillas præcinctus, ad innuendum quòd Christus ecclesiam sibi connexam per vtriusque testamenti fouet scripturas. Possumus etiam cõuenienter asserere, ideo ad maxillas zona aurea præcinctum: quoniam pectus Christi charitate plenissimum est atque ornatũ, & suis fidelibus intimè copulatum [*Caput autem et capilli eius erant candidi, tanquam lana alba, et tanquam nix*] Caput Christi est eius diuinitas vel su-
1.Corin. 11 perior animę portio, ab omni labe peccati instar lanæ ac nitis immunis. Per capitis quoque albiformem
Dan. 7. candorẽ, antiquitas seu æternitas, ac immortalitas maiestatis Christi ostenditur. Vnde in Daniele scribitur, Antiquus dierũ sedit. Capilli capitis eius quasi lana munda. Per capillos autem designantur fideles

A ex Christo spiritaliter geniti, in esse gratiæ ac virtutum: qui sunt oues ad dexteram collocandæ, & Christo capiti proximè inhærentes: qui Christi munditiam ac sanctimoniam imitantur, & loti ab eo superniuem dealbantur: quibus Petrus in prima sua scribit Canonica, Secũdum eum qui vocauit vos sanctum, 1.petr.3.
& vos sancti in omni cõuersatione sitis. At verò sicut lana est alba, mollis, & callefactiua: sic isti sunt al- Ezech.11.
bi per cordis munditiam, molles per docilitatẽ ac mititatem, habentẽ cor carneum ad susceptionem deuotionis aptissimum: calefactiuum propriæ mentis ac proximorum per infusum sibi diuinum amorem. Nix verò est frigida, ita & ipsi concupiscentiæ carent feruore, & frigidi sunt à mundi huius amore [*Et oculi eius tanquam flamma ignis.*] Nam visus Christi clarissimus, acutissimus, calidissimúsque consistit, dicente Apostolo, Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Mens etenim Christi plena est zelo æquitatis ac Hebr.4.
sapientię. Per hoc quoque ostenditur, cp Christi aspectus valde terribilis erit iniustis. Vnde custodes sepulchri viso angelo, cuius aspectus erat vt fulgur, facti sunt velut amẽtes & mortui. Oculi insuper Christi vocantur septem dona spiritus sancti, quæ fuerunt & sunt in anima Christi: de quibus scriptũ est, Super lapidem vnũ septẽ oculi sunt. lapis enim angularis est Christus. Oculi isti in anima Christi lucent & Zach.1.
ardent vt flamma. Quidã per oculos Christi intelligunt Apostolos, prædicatores, doctores, quorum est aliorũ corda illuminare ac inflammare. [*Et pedes eius similes aurichalcho, sicut in camino ardenti.*] Per quod datur intelligi cp finis Christi in seculo isto per amarissimam passionem fuit, cuius & pedes clauis trãsfi-
B xi conformati sunt aurichalco. Haymo autẽ & Beda per pedes intelligũt Christianos in fine seculi tẽpore Antichristi: qui erunt extremi & vltimi, sicut pedes sunt extremũ & vltimũ corporis. Isti similes erũt aurichalco, quod est æs per ignem & plura medicamina perductum ad auri colorem: sic illi per acerbissimas persecutiones exercebuntur ac perducentur ad plenum charitatis fulgorem: ideo subditur, sicut in camino ardenti. i. tribulatione ingenti. Qui etiam aurichalco potius, quam auro assimilantur: quia & si primis Ecclesiæ sanctis similes sint futuri, in perfectione virtutum: non tamen ita splendebit, aut innotescet eorum perfectio per miracula, sicut priorum sanctorum. [*Et vox illius tanquam vox aquarum multarum*].i. eloquentia eius sonora atque magnifica fuit. Per quod loquentis authoritas designatur, sicut & supra per turbam. Sed quia per aquas populi exprimuntur, ideo vox eius quasi aquarum multarum auditur, quoniam gentes quamplurimę fidem Christi amplexę sunt. Vnde Berengandus, Per vocem aquarum multarum multitudo gentium quæ ad fidem Christi cucurrit, signatur. Et Beda, Vox, inquit, confessionis, prędicationis, & laudis non in Iudea tantùm, sed in diuersis populis resonat. Iuxta illud in Esaia, A finibus terræ laudes audiuimus gloriã iusti. Quòd autem huiusmodi vox deceat Christum, patet per illud Ezech. Audiebã sonum alarũ, quasi sonum aquarũ multarum, quasi sonũ sublimis dei. Rursus vox Christi tanq vox aquarũ multarũ asseritur: quoniã ipse est fons opulentissimus, ex quo flumina gratiarũ
C procedunt, fluenta sapientiæ deriuantur, riui virtutum nascuntur. [*Et habebat in dextera sua stellas septem*] Stellæ hæ sunt episcopi, seu pastores præfatarum Asiæ ecclesiarum: qui stellæ dicuntur, quia illuminant Ioan.9.
subditos, & in Christo (tanquam in firmamento fixæ & altæ) sunt collocati. Magna etiam potestate ac influentia prędiți. Vnde in Daniele legitur, Qui ad iustitiam eruditũ plurimos, quasi stellę in perpetuas Daniel.12.
ęternitates fulgebunt. Denique sicut candela ponitur super candelabrum, ita episcopus super ecclesiam: & vt stella orbem cælestem, sic prælatus dignus ornat ecclesiam. Stellæ istæ ad dexteram sunt Christi, quia eius gratioso auxilio iugiter innituntur: sine quo nil meritoriè operantur, secundum quod ait, Sine me nihil potestis facere. Et quia in spiritalibus Christi bonis atque internis cõsolationibus quę nomine dexteræ designantur, quiescant. Item quia in die iudicij stabunt ad dexteram. Nunc quoque in cælis Ioan.15.
sunt per amorem & vitæ imitationem. Denique de ipsa Ecclesia dicitur Christo, Astitit regina à dextris Matt.25.
tuis in vestitu deaurato. Episcopi autem, tanquam successores Apostolorum, sunt principalis pars huius psal.4.
ecclesiæ. [*Et de ore eius gladius ex vtraque parte acutus exibat*].i. sententia iusti iudicij nimis durissima reprobis, & verbum asperrimum. Ite maledicti in ignem æternum. Vel gladius iste est in Euangelica Matt.26.
doctrina Christi, vitia resecans, partem carnalem occidens, homines mutuò charissimos ab inuicem propter deum corporaliter diuidens. Vnde ait, Non veni pacem mittere, sed gladium. Et Psalmista, Accingere gladio tuo, super fœmur tuum potentissimè. In Esa. quoque loquitur Christus vt homo, Matt.10.
Posuit dominus os meum quasi gladium acutum. Præterea aduertendum: cp angelus Ioanni apparens Lucæ.12.
D in specie Christi, repręsentauit Christum vt sacerdotem ac iudicem. Idcirco enim podere videbatur psal.44.
vestitus & canos habẽs capillos: quia ad sacerdotẽ ac iudicẽ canities atque ætatis maturitas pertinẽt cõ- Esa.49.
decenter. Nempe, væ terræ, cuius princeps puer. Ad iudicem verò gladium certum est pertinere. Verum in Canticis vbi Christus describitur vt sponsus ad quem spectat iuuentus, capilli eius nigri dicuntur. Ecclę. 10.
Berengandus per gladium istũ intelligit Christianos, qui in fine contra Antichristi errores prędicando Cant.5.
pugnabunt, [*Et facies eius sicut sol lucet in virtute sua*] Christus enim est lux mundi, & clarior omni creato. Qui & ante passionem in transfiguratione visus est vultu radiare vt sol. Et cum admirabili fulgore apparuit Ioanni. Quidam autẽ per solem intelligunt Ecclesiam, quantùm ad statum suæ glorificationis post generalem resurrectionem, quando (Christo testante) iusti fulgebunt vt sol in regno patris eorum. Ioan.8.
Porrò quod ait in virtute sua, potest referri ad Christum, qui sua virtute ita splendebat: vel ad solem Matt.17.
cuius virtus illuminatiua hora meridiana maximè demonstratur. Quemadmodum autem à sole cuncta Marc.9.
sydera ac reliqua corporalia clarificantur: sic à Christo, æterno sole iustitiæ ac sapientiæ omnes electi Matt.13.
irradiantur: & signatum est super nos lumen vultus eius. [*Et cum vidissem eum, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus.*] Totum istud in imaginaria visione fiebat. Est autem homini naturale, vt in talium insolitorum Sapien.5.
aspectu ex sua fragilitate debilitetur, resoluatur & obstupescat. Quemadmodum Daniel ait ad angelum, psalm.4.
Domine in visione tua dissolutę sunt compages meę, & nihil in me remansit virium. Sed & halitus meus Daniel.10.
intercluditur. Vnde prophetæ visis mirabilibus dei communiter se corruisse fatentur. Tres quoque apo- Ezech.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matth.17. Marci.9. stoli cum Christum transfiguratū aspicerent, corruerunt in terram. Cecidit quoque Ioannes per humilitatem, & Christi maiestate conspecta propriā prauitatē magis perpendit. Ex quo etiam casu innuitur, quòd quātò quis diuinitatis sublimitatē clari⁹ cernit in via, tātò plus videt se ab eius cōprehēsione deficere, nec posse se aciem mentis in eius claritatem, secundum quòd in seipsā est, figere: sicque profundius seipsum humiliat, & deo altissimo reuerentialius se prosternit. [Et *posuit dexterā suam super me dicens.*] Sic enim in imaginaria visione Ioanni apparuit. Per quod datur intelligi, quòd spiritualiter eum consolabatur, confortauit, erexit. [*Noli timere*] immoderanter ex maiestatis meæ metuendo & inconsueto aspectu.

Ezech.2. Hierem.1. Danie.10. Iuxta hunc modum dictum est Ezechieli, Fili hominis sta supra pedes tuos. Et ingressus est in me spiritus, & dixit, Ne timeas. Et Hieremias ait, Misit dominus manum suam, & tetigit os meum. &c. Daniel quoque similitudinem manus ad se perhibet missam, quæ se confortauit. [*Ego sum primus & nouissimus*] eo sensu quo iam dixit, Ego sum Alpha & o, principiū & finis. Quælibet autē diuina persona dici potest prima atq; nouissima: & omnes simul sunt vnus primus, & vnus nouissimus. Quia in hac superbeatissima Trinitate nihil est prius aut posterius, & ipsæ tres personę sunt omnium rerum vnum primū principium, & vnus vltimus finis: sicut sunt vnus Deus, vnus creator, vna natura [Et *sum viuus*] vita diuina & increata, vita quoque creata humana [Et *fui mortuus*] secundū naturam assumptam [Et *ecce sum viuens in sæcula sæculorum*] Christus enim resurgens ex mortuis, iam vltra non moritur. Quasi dicat, Cū talis ac tantus

Ioan.14. Roma.6. Ioan.19. sim, debes mihi congratulari tanquam charissimo domino, cui in passione condoluisti, non formidare. Ex his confunduntur omnes, qui Christū puram creaturam esse mentiti sunt. Tunc enim primus nō esset [Et *habeo claues mortis et inferni.*] Qui clauē domus habet, quem vult intromittit: quem vult, ab ingressu repellit. Christus itaque claues mortis & inferni habere se asserit, quia quem vult à morte peccati ac pœnis inferni misericorditer eripit, vel præseruat: & quem vult, iustè relinquit atque condemnat. Vnde

Osee.13. Sapien.16. 1.Reg.2. claues istæ sunt iudiciaria Christi potestas, virtus & sapientia. Si autē infernus pro loco, quo patres sancti detinebantur, accipiatur: sic Christus de inferno quosdam in resurrectione eduxit. Propter quod in Osea loquitur, Ero mors tua ó mors, morsus tuus ero inferne. Et Sapiens, Tu domine vitæ & mortis habes imperium. Itémq; alio loco, Domin⁹ mortificat, & viuificat: deducit ad inferos, & reducit. Præfatam

Ioan.20. autem potestatē etiā Ecclesiæ suæ Christus ꝓportionabiliter cōmunicauit, cum spiritū sanctum insufflando in Apostolos loquutus est, Quorū dimiseritis peccata, remittentur eis, & quorū retinueritis retenta erunt. [*Scribe ergo quæ vidisti*] & quæ nunc tibi ostendi, & opera mea, quæ te cernente egi, cum hominibus conuersando in terra [Et *quæ sunt*]. i. quæ nunc in Ecclesia peraguntur, & quæ fideles quotidie patiuntur [Et *quæ oportet fieri cito post hæc*] præsentia quæ per decursum temporum sient in populo Christiano, postsimè tempore Antichristi, videlicet, tribulationes iustorum ex hoc vsque in finē seculi euen

Baruch.3. turas. Itaque scribe & expone [*Sacramentum septem stellarum*]. i. sacrum secretum, siue mysterium quod designant: vbi aliud videtur, aliúdque intelligitur [*Quas vidisti in dextera mea, et septem candelabra aurea.*] Porrò quid stellæ istæ significent, angelus pandit [*Septem stellæ, angeli sunt*]. i. septem episcopos seu prælatos representant [*Septem ecclesiarum*] Asiæ, iuxta modum præhabitum. Et quomodo illi septem ecclesię vniuersas designāt ecclesias, ita hi septem angeli seu prælati cunctos ecclesiarum prælatos siue pontifices. Cum enim angelus nuncius interpretetur, Episcopi, qui à deo sunt destinati ac ordinati vt voluntatem præceptáque dei nuncient, rectè angeli sunt vocati. Imò cum in Mala. non tantùm Episcopus, sed

Malach.2. & sacerdos angelus nuncupetur: constat Episcopos qui sacerdotū sunt principes, congruentius angelos dici. Sic enim scriptū est illic, Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent de ore eius: quia angelus domini exercituū est. Denique (iuxta diuinum Dionysium) supremū ordinis inferioris cum infimo ordinis superioris prœcipuam habet conuenientiā, & interdū nomen vnius transit ad alium. Cum ergo angelus propriè sit nomen cælestium spirituum infimi chori seu ordinis, Episcopus verò supremū quid sit in Ecclesiastica hierarchia: conuenientiā magnam sortiti sunt, & vnum nomine alterius designatur. [Et *septem candelabra*]. s. aurea [*Septem ecclesiæ sunt*] secundū sensum & rationes præhabitas. Nam & prælati subditorū facultatibus sustentātur, sicut candelæ à candelabro. Totus verò hic liber obscuritatibus, & metaphoricis loquutionibus plenus est: sed quædā ab angelo exponūtur, vt per ea detur nobis introitus ad intelligentiam aliorum. Quæ idcirco ab ipso non exponuntur, vt studiosis detur occasio bonę exercitationis, & spiritus. s. illuminationē indesinenter efflagitent: & ne sanctū canibus detur, ne. s. my

Matth.5. Iob.12. steria Ecclesiæ propalentur indignis. Etenim sacramentum regis absconde re bonum est.

Elucidatio cap. 11. [Et *angelo Ephesi ecclesiæ scribæ.*] Artic. 111.

Apoc.1. PRæcedenti capitulo dixit angelus Ioanni, vt sibi ostensa ecclesiis Asiæ scriberet: nūc ei insinuat, quid vnicuique ecclesiarum illarum scribere debeat [Et *angelo*]. i. præsuli & pastori [Ephesi *ecclesiæ*] qui Ephesiis præfuit [*scribe*] Cui idcirco primò scribitur, quia in Asia minori Ephesus fuit metropolis. Sicque episcopus eius, tanquam metropolitanus, authoritate & dignitate extitit maior. Vnde sicut eius defectus aliis nocuit, sic emendatio eius aliis ædificatoria fuit. Sacerdos autem & pōtifex præter rationes præcedenti articulo introductas angelus nominatur, quia in

Daniel. 10. terris angelicam vitam imitari tenetur, per mentis & corporis castitatem. In carne siquidem sine carne viuere, angelicum perhibetur. Secundò, per contemplationis synceritatem. Tertiò, per gregis sui vigilantem custodiam. Quartò, per eam qua inter deū & hoīem sequester est, mediationē. Nā sicut angeli nostra obsequia offerūt deo, orántq; ꝓ nobis, & dei munera gratiosa nobis referūt &, ꝓcurāt: ita sacerdos & pōtifex gregis sui preces, vota hostias immolat deo, cui⁹ gratiā ꝑpetrat populo. Quintò, nā sicut angel⁹ superiorē inferior purgat, illuminat, ꝑficit: sic prælat⁹ sibi subiectos purgare, illuminare, ꝓficere debet. [*Hæc dicit q̄ tenet septē stellas in dextera sua*]. i. Episcopos. 7. ecclesiarū Asiæ, gratiosè cōseruat

Apoca.1.

A ac dirigit, sicut præcedenti articulo plenius fuit expositū [*Qui ambulat in medio septem candelabrorū aureorum*]. i. ecclesiarum. Dicitur autē Christus ambulare in medio fidelium, non hinc inde localiter progrediendo: sed corda credētium visitādo, variósque in eis effectus agēdo: & nūc prosperis nūc aduersis exercēdo. Vnde Moses ait, Dominus deus tuus ambulat in medio castrorū. Et Apost. Vos estis templum dei

Deute.23. 2.Cor.9. viui, sicut dicit dominus, Quoniā in habitabo in illis & inambulabo, & ero illorū deus. Hoc modo deus vadit cum suis, secundū ꝙ Moses orat, Si non tuipse ambulaueris nobiscū ne educas nos de loco isto. Ia

Exod.33. Gene.33. cob quoque in Genesi protestatur, quemadmodū deus fuerit socius sui itineris. Iustum nāque deduxit dominus per vias rectas. Imò intantū ducit deus clementissimus suos electos, corda eorū in omnibus dirigendo, clarificando, tuendo, souendo, vt dicat vir sanctus, Tenuisti manum dexteram meā, & in volun

Sapien.10. Psal.72. tate tua deduxisti me. Denique electos tenet Christus in dextera sua per prædestinationem, ambulátque in eis per donorū infusionem [*Scio*] per approbationē [*Opera tua*] quæ ante fecisti, ex charitate fluxerunt: vel etiam quæ nunc agis. Si enim in bono non perseuerasset, bona præterita fuissent mortificata, & omniū iustitiarum eius deus non fuisset memoratus Sicut per Ezechielē fatetur, Si iustus fecerit iniquitatem, omnes iustitias eius nō recordabor. De hac approbationis scientia loquitur Paulus, Si quis diligit

Ezech.3. 1.Cor.8. 2.Tim.2. deum, hic cognitus est ab eo. Et Mosi dominus loquēs, Te, inquit, cognoui ex nomine [Et *laborem tuum*] in ministerio dei, & cura atque regimine subditorū. De quo hortatur Apostō. Labora sicut bonus miles

B Christi. Laborē quoque quē habuisti refultēdo hæreticis ac peruersis, corporis etiā afflictionē omnémque conatum pro vitiis extirpandis, atque virtutibus inserendis [Et *patientiam tuam*] actualē & habitualem, qua aduersa æquanimiter sustines: non admittendo inordinatam tristitiam contra aliquem, nec ad teipsum. Patientia nēpe est virtus moralis, passionem tristitiæ moderans ac refrenans. Quæ virtus omni

Actuū.14. Matth.5. Roma.12. Psal.119. Christiano potissimè necessaria est, cū per multas tribulationes oporteat nos saluari [Et *quia nō potes sustinere malos*]. i. vitia eorū dissimulare, & palpare nō vales: quāuis naturā, personámque diligas. Nā & inimicos iubemur diligere, cibare, potare, imò bonū pro malo reddere. Et psalmista testatur, Cum his qui oderunt pacē, erā pacificus. Itaque huic verbo, quo laudatur iste Episc. quia malos sustinere nō potuit, nō repugnat illud Gregorij, Qui malorū prauitatē æquanimiter sustinere nō potest, ipse sibi per impatientiā suam testis est, quia bonus non est. Illúdque Augustini, Bonus non fuit qui malos sustinere non potuit. Non enim ex aliorum malitia siue molestia, frāgi vel cōcuti debet patientia nostra. Nihilominus illorū impietas per charitatem & zelum iustitiæ est increpāda ac punienda, potissimè à prælato: & quando est spes de resurrectione eorum. Rursus quidā sunt mali, qui commune bonum Ecclesiæ conantur corrumpere, & isti non sunt sustinendi, sicut hæretici, dicente Apost. Hæreticū hominē post vnā & secundā correptionē deuita. Alij sunt peccatores, qui bonū cōmune corrūpere non intendunt: & isti sunt

C sustinendi, dum speratur eorū correctio. Vnde circa hunc locū loquitur Bereng. De hæreticis mihi dictum videtur. Nam proximorū mala aliquādo reprehendēdo corrigere debemus, tēpore scilicet opportuno: aliquādo tolerare, vt quos correctio nō emēdat, patiētia ad emēdationē prouocet. Sunt nāque nōnulli, qui reprehēdere proximos nescíūt, nisi ira accensi. Horū aliquis si nō solùm pro magna, verūetiam pro parua aliqua re, cōtra proximū cōmotus fuerit: tam diu irā in corde gestat, vsque dū in actibus proximi aliquid videat, quòd reprehēdere possit. Et tunc lætus efficitur, cū reprehēsionis vindictam intulerit proximo. Quod si alicui viderit displicuisse, dicit se zelo dei id fecisse. Ad te ergo loquor qui talis es, Cur

Psal.7. quæris fallere deū, qui cordium occulta considerat? Si zelus dei in te est, cur oculi tui per diuersa vagantur more diabolico, desideras potius malū videre quàm bonū? Desideras in proximo videre malū quod reprehēdas, non bonū vnde ædificeris? Sunt etiā multi, qui eos à quibus aliquā iniuriā pertulerūt, etiam pro minimis culpis impatienter infectantur: eos verò quos diligunt, nō solū non reprehēdunt, imò tota virtute defendūt. O infelix amicitia, quæ illū quē diligit tacendo & defendēdo diabolo tradit, illum verò, cui iratus est reprehēdendo à diabolo abstrahit. Hæc ille [Et *tentasti eos, qui se dicunt apostolos esse, et non sunt.*] Hos tentasti doctrinā eorum sapienter pēsando, cū eis solicitè cōferendo, opera eorū cōsiderando. Sic enim ait Saluator, A fructibus eorum cognoscetis eos. De quibus Romanis scribit Apost. Huiusmo

Matth.7. Roma.16. 2.Cor.11. di pseudapostoli nō Christo, sed suo ventri deseruiūt. Isti fuerunt hæretici, qui se à Christo missos dicebant: vt Ebion, Marcion, & Cherinthus, qui tunc in Asia consurrexerunt [Et *inuenisti eos mendaces*] ver-

D bis & actibus [Et *patientiam habes*] vitiosam tristitiam, seu turbulentiā nō admittendo. Sicque non obuiat huic verbo quòd dictum est, nō potes sustinere malos [Et *sustinuisti*] infestationes illorū ac persecutiões atque laborem in gregis tui defensione ab illorū infestatione [*propter nomen meum*] id est amore mei &

Eccles.2. Galat.6. & propter maiestatis meæ honorē, & non propter propriū emolumentū, seu bonū priuatū [Et *non defecisti*] difficultate, quæ est in aduersitatū perpessione succūbēdo. Hinc in Eccl. scriptum est, In humilitate tua patientiam habe. Et Apost. Benefaciētes (inquit) nolite deficere [*Sed habeo aduersum te pauca.*] Cōmendatione præmissa increpationem subiungit, quam tamen sobriè promit dicendo pauca. Nam in multis offendimus omnes. Per quod informamur, vt si quē reprehēderę volumus, primò bona eius cōmemorādo, beneuolentiā eius captemus: & ne nimis asperè increpatio proponatur, sed magis in spiritu bonitatis, nisi fortè ratio aliud postulet, propter causas. [*Quod charitatem tuam primam reliquisti.*] Secundū Haymonem non reprehenditur præsul iste ratione sui, sed quorundā subditorū ipsius malorum. Idem videtur Beda sentire. Porrò Berengandus hic ait, Multi sunt, qui initio cōuersionis suæ in seruitio dei feruētes existunt, sed processu tēporis tepescūt. Quod præsuli ecclesiæ Ephesi manifestū est cōtigisse. Alij asserunt increpationē istam dirigi ad episcopum hūc nō solū pro se, sed & pro subditis suis. Sed literę magis consonare videtur, ꝙ Episcopus principaliter increpatur, non quòd charitatem absolutè amiserit, in mortale ruēdo: sed ꝙ pristinū charitatis ardorē, & quædā opera charitatis omiserit. Iam enim dicit dominus approbare se opera eius, & ꝙ nō defecerit: idcirco dicēdū, ꝙ nō defecit, & defecit. Defecit quidē

Universidad de Deusto
Biblioteca

à præfato feruore, non penitus ab amore, & actibus charitatis. Refert Lyra, ꝙ expositores communiter dicunt episcopū istum fuisse Timotheū, quē Paulus Ephesiis præfecerat: ego tamen in nullo expositore id legi. Reprobat etiā Lyra dictum illorū expositorū. Quia vt ipse affirmat, illi ex hoc mouētur, ꝙ eir ca tēpora illa nullus excellentior Timotheo legitur Ephesiorum rexisse ecclesiā. Fateor quòd istud motiuum inualidum esset, veruntamen dicto istorum aliquid certius posset apparentiam facere. Siquidē in exordio secundæ Epistolæ ad Timotheum scribit idem Apost. Admoneo te vt resuscites gratiā dei quę est in te. Noli erubescere testimonium domini nostri Iesu Christi. Vbi expositores cōcorditer astruūt, ꝙ Timotheus abūdantia tribulationū aliqualiter fractus fuit, ac remissius egit. Propter quòd in Epistola illa ad martyrium hortatur eum Apostо. Sed quicquid de isto dicatur, incertū puto an Episcopus hic
2. Timo.1. increpatus fuerit Timotheus. [*Memor esto itaque vnde excideris*]. i. de quali charitatis feruore, operúmque instantia, tepescendo paulatim, & tuum circa subditos officium remissius adimplendo [*Et age pœnitentiam*] ꝙ in via dei non continuè profecisti [*Et prima opera fac*] id est tam feruenter ac abundanter operare quæ bona sunt, sicut tēpore primi tui feruoris. Sed quia remissi vicissim cōminatione magis quam blanda admonitione corriguntur, subiungitur [*si autem*] id est si ita non feceris [*Venio tibi cito*] inferendo vindictam celeriter [*Et mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris*] id est ecclesiam tuam tollam à te, ita ꝙ non præeris ei, nec quiescet in te sicut in patre & capite, secundum ꝙ per Esaiam
Esaiæ.22. dominus indigno ait prælato, Expellā te de statione tua, & de ministerio tuo deponā te. Rursus ne Episcopus iste ex increpatione hac exasperetur, vel aliis contemnatur, à domino commendatur [*Sed hoc habes*] bonum] *Quia odisti facta Nicolaitarum, quæ et ego odi*] Secundum August. libro de hæresibus, Nico-
August. Actuū.6. laus iste fuit vnus de septem Diaconis primis: qui cum culparetur, quòd vxorem suam quæ pulcherrima erat nimis zelaret, volens se de hoc excusare, dixit, Non curo quid faciat: qui vult vtatur ea. Vnde vt dicitur, transiit in vsum communem. Quod factum imitati sunt aliqui. Thomas in summa contra gentiles affirmat, ꝙ Nicolaus prędicauit, mulieres debere esse communes, sicut & cætera bona exteriora, quę in primitiua Ecclesia erāt communia. Porrò in Scholastica historia dicitur, ꝙ Nicolaus iste vixit sanctē & castè: sed volens se excusare de vitio zelotypiæ, dixit coram apostolis, Ecce vxor mea, qui vult eā accipiat. Non intendens per hoc eam communicare, sed se excusare. Verùm incontinentes verbum eius in peius interpretantes, dixerunt vxores debere esse communes: & id Nicolaum dixisse. Et isti vocati sunt Nicolaitæ: contra quorum errorem & opera vitiosa prædicauit hic Ephesiorum antistes. [*Qui habet aurem*] interiorem: puta mentem capacem [*Audiat*] auditu corporali, si eum habuerit, atque mentali. i. diligenter aduertat [*Quid spiritus dicat ecclesiis*]. i. spiritus sanctus de quo ait Saluator, Spūs blasphemia non
Matth.12. remittitur hominibus. Vel spiritus. i. deus trinus & vnus. Spiritus enim est deus. Et Apost. ait, Dominus
Marci.3. spiritus est. Hunc modum loquendi Christus in Euangelio habet, dicendo, Qui habet aures audiēdi audiat. Et ad Ezechielem dominus ait, Domus Israēl aures habent ad audiendum, & non audiunt. [*Vincenti*] cuncta aduersa per patientiam, perseueranti vsque in finem, dominanti animo suo, superanti mūdi vanitates, carnales affectus, diabolica tentamenta [*Dabo edere de ligno vitæ*]. i. meipsius beatifica fruitione reficiam eum [*Quod est in paradiso dei mei*]. i. in patria beatorū, in loco voluptatis deificæ, in ecclesia triūphante. Christus autē secundū quòd homo, deum suum nominat cælestis paradisi dominatorem. Christus verò lignū vitæ vocatur, secundū quòd de sapiētia Salo. loquitur, Lignū vitæ est omnibus apprehēdentibus eā. Ipse siquidē est viride lignū, & fructuosissima arbor, à qua vita gratiæ vitáque gloriæ emanauit, qui suis electis immortalitatē concedit. Qui licet vbique sit per diuinitatis naturam, & in Ecclesia militante per sacramentalem præsentiā: in regno tamen cælesti propriè & apertè consistere dicitur, vbi
Psal.15. facie ad faciē cernitur. Cui ait Psalmista, Adimplebis me lætitia cū vultu tuo. Et, Satiabor cū apparuerit
Psal.16. gloria tua. Hoc præmium etiam Christus spondet, dicendo, Qui diligit me, diligetur à patre meo: & ego
Ioan.14. diligam eum, & manifestabo ei meipsum. His verbis vniuersi fideles ad patientiam atque cōstantiā animantur. Patet quoque ex his, ꝙ ea quæ vni Episcopo vel vni ecclesiæ, cunctis episcopis ecclesiisque scri
Marc.13. buntur. Sicut & Christus in Euāgelio ait, Quod vobis dico, omnibus dico. Vnde & supra iubetur Ioan-
Apoc.1. ni, vt scribat & mittat ecclesiis: & tamen hic iubetur angelis ecclesiarū scribere: quia Episcopus est principalis pars suæ ecclesię, & quod ei dicitur, omni Christiano dicitur, qui eisdē defectibus subditur. Hinc prænductis verbis omnes Episcopi, prælati, & subditi, qui à pristino charitatis feruore prolapsi sunt, admonentur pœnitentiam agere, & ad priorē feruorē ac agilitatem in sanctis operibus sine dilatione reuerti. Quod tamen prælatis omnibus summè necessarium extat. Consequēter dirigitur sermo ad Smyrneorum ecclesiæ præsulem. [*Et angelo Smyrnæ ecclesiæ scribe. Hæc dicit primus & nouissimus, qui fuit mortuus et vixit*] scilicet Iesus Christus, de quo verba ista ante scripta sunt atque exposita [*scio*] id est attendo, approbo, remunerare dispono [*Tribulationem tuam*] id est molestias, quas ab hæreticis & tyrannis, à rebellibus & ab peruersis, imò & inuisibilibus hostibus sustines: nō solùm in teipso, sed in populo tibi commisso: quorum tribulatio tuam auget, quibus in prosperis congratularis, in aduersis compateris [*Et paupertatem tuam*] in temporalibus rebus, quia & tua pauperibus erogasti, & infideles te ac tuos spoliasse creduntur [*Sed dives es*] id est in spiritalibus opulentus virtutibus, quæ sunt veræ diuitiæ animi,
Esaiæ.31. plenus. Diuitiæ enim salutis sapientia & scientia. Et minimum bonum gratiæ ac virtutum, præstantius est cunctis terrenis diuitiis. Denique, quantò quis deamore perituras diuitias amplius spernit, eò in anima exuberantius locupletatur: sicut in beato Francisco ostensum est. Et quantò quis temporales diuitias diligentius quærit, eò in anima extat pauperior [*Et blasphemaris*] id est blasphemus vocaris, vituperaris, contemneris [*Ab his qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt, sed sunt synagoga Satanæ*] id est congregatio ad diabolum pertinens. Illi fuerunt Iudæi secūdum carnis propagationem, non secundum virtutum imitationem, nec secundum nominis sui interpretationem. Iudæi enim confitentes interpretabantur.

isti autem Christum negabant. De quibus ait Apost. Videte Israēl secundum carnem. Hinc non fuerūt digni Iudæi vocari, secundum ꝙ incredulis Iudæis ait Saluator, Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Quasi dicat, Cum eius virtutes nō imitemini, non estis digni eius filij nuncupari. Ideo subdit, Vos ex patre diabolo estis [*Nihil horum timeas quæ passurus es*] id est corporales afflictiones, & varias impugnationes. Sic enim hortatus est Christus, Nolite timere eos qui corpus occidunt. Et alibi dicitur, Quis tu vt timeas ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœnum arescit? Porrò qui deū sibi assistere, æternúmque præmium dare paratum considerat, potest dicere cum Psal. Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ à quo trepidabo? Et, Non timebo milia populi circūdantis me [*Ecce mittetur diabolus ex vobis in carcerem*] id est suggerente diabolo, aliqui de grege vestro ab infidelibus incarcerabuntur. Potéstque nomine carceris quælibet tribulatio designari [*vt tentemini*]. i. patientia vestra per aduersa probetur, & aliis ad ædificationē innotescat. Iuxta illud, Tanquā aurū in fornace probauit iustos dominus. Et, Vasa figuli probat fornax, homines autē iustos tentatio tribulationis [*Et habebitis tribulationem diebus decem.*] Per hoc intelligi potest, ꝙ tribulatio hæc diebus decem durius sæuiebat: sic enim Beregandus exponit. Alij per decem dies intelligunt totū tēpus vitæ præsentis, in quo in decē præceptis exerceri debeamus. Et quia frequenter per numerū determinatū, indeterminatus exprimitur, sicut in Psalmo, Memor fuit testamenti sui, verbi quod mandauit in mille generationes. Et in
B Iob, En decies confunditis me [*Esto fidelis*] id est cōstans in fide atque iustitia [*Vsque ad mortem*] inclusiuè, sicut sanctus Iob ait, Donec deficiā, non recedam ab innocentia mea. Hinc in Eccles. dicitur, Pro iustitia agonizāre pro anima tua, & vsq; ad mortē certa pro iustitia: & deus expugnabit pro te. Et rursum, Esto firmus in via domini, & in veritate sensus tui. Debemus autem deo fidelitatem immobiliter obseruare [*Et dabo tibi coronam vitæ*] id est præmium essentiale beatorum in patria, quod aurea dicitur, & mentem coronat reginámque efficit, ac omnē mortis occasum excludit. De quo fertur in Psalmo, Posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. Et alibi, Accipient iusti regnū decoris, & diadema speciei de manu domini. Huic verbo consonat illud Iacobi, Beatus vir qui suffert tentationē, quoniā cum probatus fuerit, accipiet coronā vitæ, quam repromisit deus diligentibus se. Itaque perseueremus vsque in finem: qui enim in finē perseuerauerit (Christo testāte) saluus erit. Qui perfectus est, amore boni perseuerat in bono. Occidi potest, flecti non potest. Qui imperfectus, saltem amore præmij perseueret. Non enim sunt cōdignę passiones huius tēporis ad venturā gloriam. Hinc Hebræos monet Apostо. dicens, Deponentes omne pondus & circunstans nos peccatū, per patiētiam curramus ad propositū nobis certamē: aspiciētes in authorē fidei Iesum, vt nō fatigemur animis nostris. [*Qui habet aures, audiat quid spiritus dicat ecclesijs.*] Hoc nūc expositū. [*Qui vicerit*] ea quę aduersantur saluti, ac displicēt deo [*Non lædetur à morte secunda*] id
C est à damnatione æterna seu pœna inferni, quæ infra mors secunda vocatur. Potest quoque per mortem secundam intelligi culpa, quæ animam lædit ac perimit. Porrò secūdū Albertum, peccatum rectè mors dicitur: quoniam sicut mors corporalis separat animam à corpore, ab amicis, à diuitiis, à visu, imò ab omni corporeo sensu: sic peccatum separat mentem à deo, ab angelis, cunctísque sanctis, à spiritibus, diuitiis, à visu interno, ac cæteris spiritalibus sensibus. Rursus mors animæ puta peccatū morti corporis assimilatur in multis. Nam primò corpus distemperatur, deinde infirmatur, postea moritur. Hinc effertur, sepelitur, lapide operitur, nouissimè à vermibus cōsumitur. Sic anima primò distemperatur per malam affectionem, infirmatur per noxiam delectationem, moritur per consensum, effertur per opera, sepelitur per consuetudinem malam, operitur lapide per obdurationem, ignibus vermibúsque gehennæ torquetur in finem. Præterea aduertentū, ꝙ memoratum Smyrnę pontificē quidam affirmant fuisse beatum Polycarpum: & Iudæos incredulos in vrbe illa morantes excitasse persequutionem contra polycarpum & eius discipulos, inflammando gentiles contra hos Christianos: in qua persequutione multi Christianorum fuerunt occisi, sanctúsque Polycarpus in ignem proiectus. Vbi cum non læderetur tandem gladio cæsus migrauit ad Christū. Consequenter ad præsulem pergamensis ecclesiæ sermo dirigitur. [*Et angelo ecclesiæ Pergami scribe, Hæc dicit, qui habet rhompheam ex vtraque parte acutam*] id est Christus de quo supra dicebatur, De ore eius procedebat gladius ex vtraque parte acutus, quod ibidem expositum est. per quod vtique insinuatur rigor diuini iudicij, quàmque horrendum sit incidere in manus dei viuentis.
D Quidam autem per rhompheā intelligunt sacram scripturam, quæ vitia resecando, mentem ad cælestia acuendo, intima cordis penetrando, animam à rebus secularibus, desideriisque carnalibus occidendo, acuta vocatur. Et ex vtraque parte acuta, propter duo testamenta: quorum scripturæ hęc agunt. Hinc de Christo dicitur, Ipse quasi ignis conflans, & quasi herba fullonū. [*scio vbi habitas*] scilicet in quali oppido atque consortio. Quasi dicat, Hoc te laudabiliorē, ampliorique præmio efficit dignū, ꝙ inter tā pra-
Malac.3. uos non relinquis iustitiam. Difficilius etenim est, inter peruersos iustè viuere, quā inter deuotos [*vbi sedes est Satanæ*]. i. infidelium hominum multitudo, in quorum cordibus manet diabolus [*Et tenes nomen meum*]. i. fortiter prædicas, confiteris, exaltas, & Chrstiano nomine dignum te exhibes, Christi formiter conuersando [*Et non negasti fidem meam*] timore persequutorum, vel molestia impugnationum, [*Et in diebus illis*] quibus inter illos moratus est. [*Antipas testis meus fidelis*] fuit in vrbe hac [*Qui occisus est apud vos*] ab infidelibus Pergami [*Vbi Satanas habitat*] in vasis suis prauis hominibus. Vnde in Euangelio ait Saluator, quòd immundi spiritus ingressi hominem habitant ibi. Constat virum istum, qui cæteris
Luc.11. omissis tam solenniter à domino commemoratur & commendatur, singularis sanctitatis atque constantiæ extitisse: qui dicitur testis Christi, quoniam verbo, & sanguinis sui effusione testimonium perhibuit veritati fidei Christianæ. Martyr autem græce, latinè dicitur testis. [*Sed habeo aduersum te pauca*] emendatione digna [*Quia habes illic*] scilicet inter tuos] *Tenentes doctrinam Balaam*] qui consilio Balaam æqui-
ualenter consentiunt [*Qui docebat Balach*] regem Moabitarum [*Mittere scandalum*] id est offendiculum

Universidad de Deusto
BibliotecaCentral

Psal.105. oculorum & occasionem peccandi [*Coram filiis Israel*] nam suggerente Balaam hariolo, Balach misit fœ E
minas speciosas propè filios Israël: vt earum pulchritudine tracti in luxuriam ruerent, atque de sacrifi-
ciis idolorum comederent. Ideo subditur [EDERE] de sacrificiis idolorum [ET *fornicari.*] De hoc in Psal-
mo, Et imitati sunt Beelphegor, & comederunt sacrificia mortuorum [*sed habes et tu tenentes doctrinam*
Apoc.1. *Nicolaitarum*] id est hæreticos quosdam inter tuos esse permittis, nec eos expellis, seu idoneè reprobas:
Iudæ.1. qui instar Balaam, docent cum illegitimis commisceri, asserentes mulieres debere esse communes: sicut
dictum est plenius supra de erroribus Nicolaitarum. De talibus quoque in Canonica Iudę habetur, Væ
illis qui via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effusi sunt. Hi sunt in epulis suis conuiuantes sine
timore, semetipsos pascentes, arbores infructuosæ, bis mortuæ, dispumantes suas confusiones: quibus
procella tenebrarum conseruata est in eternum. [*Similiter pœnitentiam age*] id est sicut episcopo Ephesi
iussi, sic iubeo tibi pœnitentiam agere. Vel similiter, id est sicut & isti decepti. Nam pari reatu tenetur,
qui peccat: & qui peccantem cum potest & debet, non corripit, vel peccare permittit. [*si quo minus*] fece
ris, id est, nisi pœnitueris [*Veniam tibi cito*] id est per castigationem districtam te visitabo, vel ãte mortem
vel in morte, seu in iudicio generali: quod comparatione futuræ perpetuitatis mox erit [ET *pugnabo cum*
illis] errantibus, quos reprimere negligis, id est, contra illos disceptabo [*in gladio oris mei*] id est per sen-
tentiam damnationis, & per iudiciariam potestatem, eosque damnabiles esse conuincam. Itaque tu cum
illis peribis, nisi pœnitentiam egeris. Quo patet, quàm periculosa sit cura animarum, cum pastor damne- F
tur, nisi oues errantes pro posse reduxerit, diligenter instruxerit, seriosè arguerit, & quantùm valet re-
presserit. Vel pugnabo cum illis in gladio oris mei, id est, te de statione tua amoto, meliorem in tuo loco
substituam: per cuius verba aduersarios veritatis deiiciam, ac deceptos reducam. [*Qui habet aurem, audiat*
quid spiritus dicat ecclesiis] istud frequenter repetitur. Et quoties clausula hæc in hoc loco vel alibi in scri
pturis inseritur, signum est notabile, magnum aut mysticum, salubre, omni quoque aduertentia dignum
esse quod dicitur. [*Vincenti*] passiones & vitia, tentationes, & cuncta aduersa [*Dabo manna absconditum*] id
est refectionem internam, consolationem occultam, panem cælestem. De quo in Euangelio legitur, Be a
tus qui manducabit panem in regno dei. Vel manna absconditũ, est ipsemet dulcissimus dominus Iesus,
cuius figura fuit manna filiis Israël præstitum. Vnde ait Iudæis, Non Moses dedit vobis panem, sed pater
meus dat vobis panem verum. Ego sum panis vitæ. Hunc panem dat nobis deus, seu ipsemet Christus, in
via per quendam dulcem prægustum, per contemplationem & spem, per quotidianam appropinqua-
tionem: in patria autem per plenariam communicationem, ac beatificam refectionem. Deniq; Christus
suo corpore & sanguine nos in præsenti exilio fouet, consolatur, ac reficit, tanquam per gratiæ instru-
mentum gratiæ veraciter contentiuũ: per diuinitatem verò nos alit, tanquã per principale obiectale bea G
tificatiuũ edulium. Manna insuper istud absconditũ fertur, quia secundũ diuinitatẽ Christus est incom
prehensibilis. Iuxta illud Esaiæ, Verè tu es deus absconditus, deus Israël Saluator. Et quia nunc per fidẽ
ambulamus, atque per speculum in ænigmate cognoscimus. In sacramento etiam non parum absconditur, nec à carnalibus eius sapor percipitur: sed deuotis, dicente propheta, Quam magna multitudo dul-
cedinis tuæ domine, quã absondisti timentibus te. Similiter de sapientia scriptũ est, Abscondita est ab
oculis omnium viuentium, nec inuenitur in terra suauiter viuentiũ. Trahitur autẽ sapientia de occultis.
Vnde secundum Berengan. manna absconditũ dicitur, quia sapientia dei superbis absconditur, humili-
bus reuelatur, Christo dicente, Confiteor tibi domine pater, quia abscondisti hæc à sapientibus & pru-
dentibus, & reuelasti ea paruulis [ET *dabo ei calculum candidum*] .i. corpus incorruptionis gloria in futuro
refulgens, secundum Bedam. Sicque per manna potest intelligi præmiũ essentiale, & per calculum præ-
mium occidentale. Sed & ipsemet Christus, qui est preciosissima margarita pro qua cuncta spernuntur,
splendidissimúsque carbunculus in tenebris lucens, eásque fugans: candidus calculus appellatur, qui per
humilitatẽ se paruũ exhibuit, electorum verò corda suo splendore perfudit. Rursus, per caculum candi
dum intelligi potest aureola martyrum. Nam ad martyrium verbis his Christus suos milites animauit.
Sicut enim per lapidẽ preciosum, præmiũ essentiale, seu aurea: ita per calculũ candidum puta carbuncu-
lum, præmiũ accidentale atque aureola intelligitur. [ET *in calculo nomen nouum scriptum*] quo beatus vo-
cabitur, & filius dei per dona gloriæ censebitur. Recipiendo enim hunc calculum, sortietur & nomẽ no
uum, in calculo ipso relucens: vt perfectè glorificatus & duplici stola indutus dicatur,] *Quod nemo scit*] H
per notitiã experimentalẽ, plenariam, seu formatam [*Nisi qui accipit*] ipsum. Quid enim sit deo sic frui,
ita beatificari, ita per similitudinem donorũ gloriæ dei filius esse & appellari, nunc perfectè cognoscere
non valemus: dicente Apostolo, Oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderũt quæ
præparauit deus diligentibus se. Vel per nomẽ istud intelligitur ipsemet Christus nomine designatus, vt
sit sermo de nomine nominato: de quo legitur, Non est aliud nomẽ datum hominibus sub cælo, in quo
oporteat nos saluos fieri. Christus autẽ, tãquam purissimus amator, ac liberalissimus dator, dando dona
gratiæ & gloriæ, simul cũ illis præstat seipsum: quẽ nemo nouit, nisi qui per charitatẽ ipsum susceperit. lo-
quendo de cognitione formata. Siquidẽ qui dicit se nosse deũ, & mandata eius nõ custodit, ab Apostolo Ioanne, imò à spiritu sancto, mendax vocatur. Berengandus per calculũ cãdidum intelligit Euãgeliũ:
& per nomen in eo scriptũ, illud quod legimus, In principio erat verbũ, &c. Quidã Episcopũ istũ Per-
gami asserunt fuisse sanctum Carpum. Consequenter ad Episcopum ecclesiæ Thyatirensis dirigitur ser
mo. [*Et angelo Thyatiræ ecclesiæ scribe, Hæc dicit filius dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis, et pedes*
eius similes aurichalco] hoc totum semel expositum constat. [*Noui operatua*] virtuosa quæ approbo
[*Et fidem*] viuam, formatam, rationibus credendorum ornatam, & purificatæ mentis intelligentia deco-
ratam, quæ est fides secundum statum perfectum [*Et charitatem*] qui deum & proximum amas [*Et mi-*
nisterium] .i. officij tui exequutionẽ in actibus Episcopatus ac sacerdotij [*Et patientiam tuã*] inter tot aspe-

A ra [ET *operatua nouissima plura prioribus*] ita, quòd in bonis actibus abundanter creuisti [*Sed habeo aduer-*
sus te, quia permittis mulierem Hiezabel, quæ se dicit prophetem, docere et seducere seruos meos, fornicari et man-
ducare de idolothytis.] Fuit itaque in ecclesia huius antistitis mulier, quæ vel proprio nomine dicta est
Hiezabel, vel propter parem impietatem cum Hiezabel vxore quõdam Achab regis Israël, de cuius pra
uitate 3. Regum habetur, sic dicta fuit. Dicúntque aliqui, quòd fuit vxor huius Episcopi. Vnde secundũ
Albertum alia translatio habet, Habeo aduersus te, quòd finis vxorẽ tuam Hiezabel. Et ita audacius di- 3.Re.16.18.
xit se esse prophetissam, tanq̃ antistitis, & quidẽ tam sancti antistitis, coniugẽ. Idcirco etiam dixit se pro-
phetissam, vt dum crederetur inspirata diuinitus, facilius eius doctrina susciperetur. Docuit ergo fallaci
ter, & docendo induxit fideles ad fornicationem carnalem, eo modo quo Nicolaitæ: vel ad fornicationẽ
spiritalem, quæ est cum dæmonibus, dum rebus caducis magis quàm deo altissimo inhæretur. Non au-
tem docuit idololatriam corporalem, secũdum Bedam, quia tunc nõ potuisset se fingere prophetissam.
Dicit quoque Albertus, q̃ per mulierem hanc (scilicet eius imitatione siue exẽplo) introducta fuit persi
dia Machometi, qui etiam finxit se esse prophetam. Porrò per idolothyta intelliguntur, quæ idolis im-
molata seu consecrata fuerunt: de quibus manducare licet, secundum Apostolum, quando fit sine scan- 2.Cor.9.
dalo proximi, & non in veneratione idolorum: sed mulier ista docuit illud passim licere. ¶ Sed mirum
videtur, quòd Episcopus ille tantæ perfectionis, tam grande malum permisit. Ad quod Haymo respon Haymo.
B dens, Nulla, inquit, ratio permittit, vt iste hoc vitio notetur, quem dominus tãta laude prosequitur: sed
à corpore electorũ conuertit sermonem ad partem reproborum: quæ in doctoribus intelligitur, qui sua
negligentia prædicta mala in Ecclesia esse finunt. Alij tamen de Episcopo isto verba inducta exponũt.
Et potuit fieri q̃ Episcopus in aliis occupatus, prauitatem fœminæ huius non satis aduertit. vel eius cul
pam nõ tam citò vel tam efficaciter increpuit, vt debuit. [*Et dedi illi tempus, vt pœnitentiam ageret*] in quo
misericordia dei ostenditur. Omnipotens enim est patiens redditor, nec animas vult perire [*Et non vult* Eccle.5.
pœnitere a fornicatione sua] quam docet & facit: præteritam deplorãdo, & futuram vitando. Vnde imple-
tum est in muliere hac illud Iob, Deus dedit illi locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in peccatum. Sed Iob.34.
quia tantò districtior est dei vindicta, quantò longanimior atque clementior fuit expectatio sua, sub-
iungitur, [*Et ecce mitto eam in lectum*] .i. graui languore eam visitabo, & permortem corporalem mittã Lucę.16.
eam ad mortem ac lectum infernalem, vbi sepultus est diues. [*Et qui mœchantur cum ea*] .i. eius doctrinis
ac vitijs participant, vel ei miscentur [*in tribulatione maxima erunt*] ita quòd dira morte consumentur,
deinde æterna supplicia patientur [*Nisi pœnitentiam egerint ab operibus suis*] imò & ab affectionibus suis
verbis, & cogitationibus: quæ omnia actus & opera hominis frequenter in scriptura dicuntur. Hinc in
Euangelio Christus ait, Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Et in Ecclesiastico habetur, Lucæ.12.
C Nisi pœnitentiam egerimus, incidemus in manus dei, & non in manus hominum [ET *filios eius*] id est imi Eccle.11.
tatores, qui pręceteris ei in vitiis conformãtur. Propter quod non solũ participes, sed & filij eius vocan
tur [*interficiam in morte*] formaliter scilicet ipsa morte, id est insanabili plaga, vel morte gehennæ, quæ
est mors secunda, damnatióque perpetua. [*Et scient omnes ecclesiæ*] ex effectu meæ iustitiæ [*Quia ego* Apoc.21.
sum scrutans corda et renes] .i. intimè cernens, diligenter discutiens, vsque ad vnguem diiudicans desi- Psalm.7.
deria & opera carnis, quæ nomine renum signantur, & cogitatus affectionésque cordis [*Et dabo vnicuique*
vestrum secundum opera sua] ita quòd nullum bonum dimittam irremuneratum, nullúmque malum im- Iob.24.
punitum. Hæc idem per Hieremiam dicit, Ego dominus, inquiens, scrutans cor & probans renes, qui do Hiere.17.
vnicuique iuxta vias suas, & iuxta fructum adinuentionum suarum. Quod & in Psalmo cantatur, Ve- Psal.7.
runtamen nomine scrutationis quandoque datur intelligi inquisitio quædam de re ignota, vel nota ali-
qualiter, vt noscatur certitudinaliter: sicque deo nõ competit. & iuxta hoc scriptum est, Núnquid sicut Iob.10.
dies homininis, dies tui: vt quæras iniquitatem meam, & peccatum meum scruteris? Præterea cùm ratio
meriti atque demeriti magis consistat in actibus interioribus, potissimè voluntatis, quam exterioribus, Ioan.6.
qui rationem virtutis aut vitij ab interioribus sortiuntur, cùm deus dicitur vnicuique redditurus secun-
dum opera: per opera intelliguntur actus interiores & exteriores, ita vt & passiones sub nomine actus
cõprehendantur. Vnde quòd actus interior opus dicatur, patet ex eo quod in Euangelio loquitur Chri
stus Iudæis, Hoc est opus dei, vt credatis in eum quem misit ille [*Vobis autem*] fidelibus meis [*Dico et*
D *cæteris qui Thyatiræ estis*] id est cunctis qui estis in domo Episcopi, & in tota vrbe hac commorantes
[*quicunque non habent doctrinam hanc*] impiissimæ Hiezabel, id est ei non acquieuerunt [*Et qui non co-*
gnouerunt] per approbationem [*Altitudinem Satanæ*] id est superbias atque astutias diaboli, filiúmque e-
ius hæresiarcharum, Ebionis, Cherinti ac Martionis [*Quemadmodum dicunt, non mittam super vos aliud* Actu.15.
pondus,] .i. ego non imponam vobis obseruationem legalium, quam Petrus apostolus vocat importabi
le pondus: quemadmodum hæretici iam præfati dixerunt, & me missurum asseruerunt. Docuerunt e-
nim legalia cum Euangelio obseruanda, ita quòd deus mitteret hoc pondus super ceruices discipulorũ,
vltra pondus Euangelicæ legis [*Tamen id quod habetis tenete*] id est Euangelica documenta firmiter ob- 2.Petr.3.
seruate, quæ iamdudum accepistis [*Donec veniam*] id est vsque ad mortem, quando vos visitabo, & per- Michęę.6.
seuerantes de via ad patriam eleuabo. [*Et qui vicerit*] secundum sensum iam sæpe inductum [*Et qui cu-*
stodierit vsque in finem opera mea] id est sine reprehensione & macula exhibuerit opera mihi placita, & 1.Cor.6.
mea virtute peracta: in omnibus custoditè, circunspectè, cautè, solicitè, timoratè se habens [*Dabo illi po* Matt.19.
testatem super gentes.] Sancti enim secundum Apostolum de hoc mundo iudicabunt, quibus & Chri- Psalm.2.
stus promisit, Sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israël. Vnde in libro Sapientiæ scri-
ptum est, Iudicabunt nationes & dominabuntur populis. [*Et reget eas in virga ferrea*] id est in rigore Lucę.22.
iustitiæ. Vel cùm damnationis sententia mittet seu diriget eas ad finem eis debitum, puta ad pœnas
inferni. Nam simul cum Christo iudicabunt, & eius sententiam approbabunt. [*Et tanquam vas figuli*

Universidad de Deusto
Biblioteca

confringentur]non esse, sed omne bene esse, perdendo. Denique sancti in patria potestatem sortiti sunt E
subueniendi viatoribus, & gratiam boni regiminis eis procurandi, impiosque torquendi. Vel, qui custodierit vsque in finem opera mea, id est in bonis actibus stabilis manserit, & verè ac efficaciter in bono
Prou.11. perseuerare decreuerit: dabo illi potestatẽ super gentes, id est alijs eum præficiam tanquã dignum prælatum, aliosque docere idoneum. Et reget eos in virga ferrea, id est constanti inflexibilique iustitia. Vel
Luc.9. in euangelica lege seu rigore disciplinæ. Et tanquam vas figuli confringentur, à sua duritia amittendo
Galat.2. non esse naturæ, sed propriæ peruersitatis & libertatis irrefrenatæ. Secundum quod Salomon ait, Verte impios, & non erunt. Hæc est salubris confractio, qua quis vincit seipsum, & frangit proprium animũ,
quod est abnegare seipsum. Quod qui fecerit, dicere potest illud apostoli, Viuo autem iam non ego,
Ioan.10. viuit verò in me Christus [*sicut & ego accepi a patre meo*]potestatẽ præfatam acceptione æterna, secun
Ioan 17. dum quòd deus: & acceptione temporali, secũdum quod homo. Omnia enim filius habet à patre: iuxta
Matth.18. illud, Omnia mea abs te sunt. Et in ipso incarnationis instanti, prælata est humanitas Christi omni creaturæ, & data est ei tunc omnis potestas in cælo & in terra: videlicet potestas iudiciaria, sacerdotalis ac re
Eodem. gia, miraculorumque operatiua, authoritas quoque iubendi angelis bonis ac malis, propter hypostaticã
Psal.9. suam vnionem cum verbo: sed quantũ ad manifestationẽ, dicitur ista potestas Christo in resurrectione collata. Vnde ipse tunc dixit, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Porrò hæc verba in Psal
mo de Christo ad literam scripta sunt, vbi pater ait ad filium secundum formam seruilem, Postula à me F
& dabo tibi gentes hæreditatem tuam. quæ secundum hanc eorum introductionem, de membris ipsius
Matt.22. exponuntur [*Et dabo illi stellam matutinam*]id est meipsum secundum quod infra dicitur, Ego sum radix
Iob.34. Dauid, stella splendida & matutina. Iterum, Dabo illi stellam matutinam, id est angelũ sanctum suæ vitæ custodem, socium habebit in gloria, erítque sicut angelus dei, atque in cælo empyreo matutina stella figetur. Quod enim angeli sancti stellæ sint matutinæ, beato Iob dominus pandit dicendo, Vbi eras
cùm me laudarent astra matutina & iubilarent omnes filij dei? Vel stella matutina, est lucidissima contemplatio diuinorum. Denique sicut prædictum est: quicquid in istis capitulis ad præsules Asię scribitur, cunctis prælatis, imò & partim vniuersis Christianis denũciatur. Defectus itaque propter quos anti
stites illi reprehenduntur, omnis prælatus seu Christianus in se & suis debet corrigere, si de eis sibi consscius fuerit. Virtutes quoque, de quibus illi laudantur, excolere debet. Vnde si quis primæ charitatis feruorem, & pristinæ deuotionis alacritatem reliquerit, memor sit vnde exciderit, & pœnitentiam agat: ne
Galat.3. cum spiritu cœperit, carne consummetur & pereat. Cũ enim in eodẽ statu homo non maneat, qui non
Iob.14. proficit, deficit: & qui negligit modica, paulatim penitus euacuatur, nisi sollicitè se emendet. Propter
Eccle.19. quod tali dicitur, Si non in timore domini tenueris te instanter, citò subuertetur domus tua. Etenim ti-
Eccles.27. mor filialis & castus, qui est fuga mali culpæ, ab omni abstrahit diuinitatis offensa, à torpore atque igna G
Eccle.7. uia. secundum illud dictum Salomonis, Qui timet deum, nihil negligit. Præterea si quis prælatus in gre
ge sibi commisso percipiat aliquos esse pestiferos, peruersa docentes, & scandalizãtes pusillos, trahentes
ad carnis inquinamenta vel spiritalia vitia, omnem mox diligentiam ac laborem apponat, vt tantum ma
lum extirpet, animarũ subuersores corripiat, excludat, deuitet, si se emendare noluerint. Consideremus
solerter, quanta sit pietas dei, quantũ nostram optet salutem, quomodo nunc minãdo pœnas, nunc pro-
Philip.2. mittendo iucunda, satagat nos à vitijs reuocare, ad virtutes inflammare, ad beatitudinem sublimare. Nõ paruipendamus gratiam dei, nec prouidentię eius simus ingrati: alioquin omnia cooperabuntur nobis in malum, & quantò maiora ac plura sunt eius beneficia, tantò enormiora erunt nostra facinora, & du-
riora supplicia.

Explanatio cap. III. [*Et angelo Sardis ecclesiæ scribe.*] Artic. IIII.

Apoc. 2. CApitulo præcedenti scripta sunt, quæ ad quatuor Episcopos quatuor ecclesiarũ Asiæ pertinent: nunc quæ ad reliquos tres episcopos eiusdẽ prouincię spectant, scribuntur. [*Et angelo*]id est præsuli [*ecclesiæ*]scilicet Christianorum qui sunt in
ciuitate [*Sardis scribe, Hæc dicit qui habet septem spiritus dei*]id est Christus in quo
Esa.11. septem dona spiritus pleniſsimè fuerunt & sunt, qui & septem spirituum, id est H
omnium angelicorum spirituum dominus est: qui per septem spiritus designantur, vt dictum est super illud, Et à septem spiritibus qui in conspectu throni eius
Apoc.1. sunt [*Et septem stellas*]id est septem episcopos Ecclesiarum Asiæ, per quos vniuer
Eodem. sarum significantur ecclesiarum Episcopi & prælati: quia omnes in manu sunt saluatoris: vnde in fine primi capitis scribitur, Septem stellæ, angeli (id est Episcopi) sunt septem ecclesiarum. [*scio opera tua*] quæ displicent mihi. Bona scit deus per approbationem, mala per simplicem cognitionem & detestatio
nem: iuxta illud, Cognoui multa scelera vestra. Et illud, Dominus scit cogitationes hominum, quoniã vanæ sunt. Nec obstat quod Abacuc dicit, Mundi sunt oculi tui domine, ne videas malum: & respicere ad iniquitatem non poteris. Hoc enim non asserendo, sed conquerendo, & ex contrario dicitur sensu [*Quia non habes, quod viuas*]id est ab alijs per charitatem & gratiam viuere æstimaris, & famam bonam per hypocrisin tuam sortitus es. Fama autem nomen vocatur, iuxta illud, Curam habe de bono nomine. Et illud Machabæorũ, Faciamus & ipsi nobis nomen [*Et mortuus es*]morte peccati, de qua ait Saluator, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Spiritalis siquidẽ vita animæ est charitas, quam, qui mortaliter peccat, amittit, spiritalitérque moritur, nec aliquem actum deo placentem ac meritorium operatur: sed est velut turpe fœtidúmque cadauer corã super sanctissimo deo. [*Esto vigilans*]id est diligens in custodia cordis tui ac subditorum: & quò pluribus præes, tantò solicitior & agibilior consistas. Omnem

A enim prorsus torporem abijcere debet prælatus, & omni metu timore atque tremore suam ac gregis Philip.2.
operari salutem. Vnde de indignis pastoribus dicitur, Speculatores cæci, videntes vana & dormientes Esa.56.
Hinc Romanos monet Apostolus, Qui præest in solicitudine, supple, præsit [*Et confirma cætera quæ mo* Rom.12.
riturа erant]id est opera tua parua, quę facis & de genere bona sunt, maiore puritate exerce: vt ex charita Galat.6.
te nascantur, & meritoria comprobentur: quæ alias nihil tibi proficient ad salutem. Vel confirma cętera
quę moritura erant, id est infirmos seu imperfectos gregis tui, orando, dicendo, exemplariter conuersãn
do ad virtutes erige. Sicut & petro ait Saluator, Tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Grex Lucæ.22.
nẽpe citò in vitia labitur, & mortẽ culpæ mox patietur, nisi à prælato iuuetur, cõfirmetur, & deducatur. Ezech.34.
Secundum quod dominus per prophætam ait, Dispersæ sunt oues meæ, eò quòd non esset pastor. [*Non*
enim inuenio opera tua plena].i. veraciter virtuosã [*coram deo meo*]secundum quod homo sum. Qui enim
vana intentione quæ bona sunt agit, mente est vacuus, peccato exhaustus, verè pauperrimus. Tales sunt
qui quærunt placere hominibus, qui apparentiam magis quam existentiam sanctitatis assumunt: qui etsi
coram hominibus aliquid videantur: deum tamen fallere nequeunt. Vnde & fatuarum virginum lam- Matt.25.
pades extinguuntur. Et teste Ambrosio, plenitudinem vita iusti habet, inanes autem sunt dies malo- Ambros.
rum. [*In mente ergo habe*]id est diligenter considera [*Qualiter acceperis*] gratiam dei in baptismo, deinde
sacerdotium, Episcopatúsque gradum [*Et audieris*] à me cæterisque sanctis ea quę ad Episcopum perti
B nent, ac reliqua Euangelicę legis documenta, præcepta, consilia [*Et serua*] hæc omnia memoriter reco
lendo, & efficaciter prosequendo. Vnde & Timotheum admonens Paulus, Noli, inquit, negligere gratiã
quæ data est tibi cum impositione manuum presbyterij. Et rursus, Cofortare in gratia: & quę audisti à
me per multos testes, hæc commenda fidelibus [*Et pœnitentiam age*] de bonis omissis & malis com-
missis. [*Si ergo non vigilaueris*]id est nisi officium tuum solerter fueris exequutus, oculósque direxeris
ad considerandos defectus tuos ac subditorum [*Veniam ad te*] per potentiæ meæ effectum, & æquitatis
vindictam [*Tanquam fur*] id est improuisè, iuxta illud Apostoli. Dies domini tanquam fur in nocte ita 1.Thes.5.
veniet [*Et nescies qua hora veniam ad te*] nisi cùm pœnam ipsam cœperis experiri. Nam hora mortis in-
certa est. Quapropter Christus hortatur, Vigilate, nescitis enim qua hora dominus veniat, ferò an me- Marc.13.
dia nocte, an gallicãtu, an manè: ne cũ venerit repentè, inueniat vos dormientes: vigilate, videte & orate.
Denique corporaliter dormit, qui oculos carnis tenet clausos, nec vtitur ratione, nec quippiam facit ad-
uertens: sic spiritaliter ac miserabiliter dormit, qui oculos mentis ad ea quę dei sunt ac suę salutis non
aperit, qui rationem, quę ad optima instigat, non sequitur, qui nil meritorium operatur. [*Sed habes*
pauca nomina in Sardis]id est quosdam fideles in tua ecclesia [*Qui non inquinauerunt vestimenta sua*] id
est vestem innocentiæ in baptismo collatam seruauerunt incontaminatam, postea mortaliter non pec-
C cando, & de venialibus quotidie satisfaciendo: imò in splendore gratię ac virtutum creuerunt. Vesti- Matth. 22.
menta quoque animę sunt virtutes ac dona spiritus sancti: quibus mens decoratur, & contra frigora vi- Eanti. 4
tiorum, atque ardores concupiscentiarum, ac tentamentorũ munitur. Vnde & charitas dicitur vestis Esa.61.
nuptialis. Et de sponsa cantatur, Vidi speciosam, cuius inęstimabilis odor erat nimis in vestimentis eius,
quibus se indutam gloriatur quę dicit, Gaudens gaudebo in domino, quia induit me vestimento salu-
tis, & indumento iustitiæ circundedit me. Hæc vestimenta non fœdat, qui in mortale non ruit: & de ve
nialib us omni hora se purgat, mentem frequenter eleuando ad deum, bonisque actibus iugiter insisten-
do. Iterum vestimenta sunt opera. Vnde quę opera tenebrarum adiecit, ait, Exui tunicam meam, quo- Canti. 5.
modo induar illam? Qui itaque satagit deo in puritate seruire, nemini (quantũ in se est) dans vllam offen 1.Cor. 6.
sionem: iste vestimenta sua non inquinat. Ad quod Philippenses hortatur Apostolus, Charitas vestra Philip .1.
magis ac magis abundet, vt sitis synceri & sine offensione. Sed quomodo potest quis vestimenta ista ser
uarę non inquinata, cũ conqueratur propheta dicens, Facti sumus vt immundi omnes nos, quasi pan- Esa. 64.
nus menstruatæ vniuersę iustitiæ nostrę? Et respondendum, quòd comparatione lucis ac puritatis diui- Iob 15.
nę id dicitur. Sic enim & cæli non sunt mundi. Hinc in libro Iob dicitur, Non iustificatur homo com- Iob.9.
positus deo. Et item, Quid est homo vt immaculatus sit, & iustus appareat natus de muliere? Nihilomi Iob.15.
nus ait Psalmista, Custodi animam meam, quoniam sanctus sum. Et Apostolus, Nihil mihi conscius Psal. 85.
sum. Propterea aduertendum, quòd dupliciter dicitur quis vestimenta præfatata non inquinasse. Pri- 1.Corin.3
D mò, cũ post primam iustificationem seu gratiæ infusionem nunquam peccauit mortaliter quod pau-
cissimis competit. Secundò, cùm actualiter in charitate & gratia est studens deo in sanctitate & iustitia
cunctis diebus suis seruire: quod omnibus verè pœnitentibus, ac proficientibus certum est conuenire. Luc.1.
Quæritur quare potius ait dominus, habes pauca nomina, q̃ paucos homines, cũ de hominibus sermo
sit? Et respondendum q̃ ideo, vt innuat quòd electos & bonos nosci per modum specialem, per accep- Rom. 8.
tionem & directionem præcipuam, dicẽte Apostolo, Quos prædestinauit, hos & vocauit. Et Moli ait Exod.33.
qui omnia nouit, Teipsum noui ex nomine. Vnde de seipso loquens Christus sub nomine boni pasto- Ioan.10.
ris ait, Proprias oues vocat nominatim. In parabola quoque purpurati diuitis, electum pauperem expri- Luc. 16.
mit nominatim, reprobum diuitem appellatione communi. [*Et ambulabunt mecum in albis*] id est mecũ
erunt in regno cęlesti, stola gloriæ ac immortalitatis induti. In albis quoque, id est corporibus glorifica
tis ac splendidissimis gloriæ donis. In ecclesia etiam militanti ambulabunt mecum, id est coram me &
vestigia mea sequendo. Qui enim se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambula- 1.Ioan. 2.
re. Sic Dauid commẽdat scriptura, quòd coram domino ambulauerit. Et Abrahæ dicitur, Ambula co- Ruth.4.
ram me, & esto perfectus. In albis, id est innocentiæ indumentis, si gratiam baptismalem non perdide- 2.Reg.3.
runt. Vel in bonis operibus, secundum Berẽgandum. Vnde, vt Haymo asserit: non solũ qui in innocẽtia Gene.17.
permanserunt, sed & hi qui per pœnitentiã surrexerunt, puta omnes electi, ambulabũt cum Christo in
albis: qui dicit, Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego & illi sint mecũ: vt videãt claritatẽ meam

Universidad de Deusto
Biblioteca

[*Quoniam digni sunt*]Ex quo sequi videtur,quòd aliquis de condigno mereatur vitam æternam,cùm tamen dicat Apostolus, Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam. Et Saluator, Cùm feceritis,inquit,omnia quæ præcepta sunt vobis,dicite,Serui inutiles sumus:quod debuimus facere fecimus. Sed dicendum, quòd homo existens in charitate meretur vitam æternam de condigno,inquantùm spiritus sanctus charitatem mouet & excitat ad agendum,non inquantùm procedit,vel passio acceptatur à libero arbitrio etiam habitu charitatis adiuncto.Hæc est sancti Thomæ responsio. [*Qui vicerit*]vanitates sæculi,desideria carnis,suggestiones diaboli[*sic vestietur vestimentis albis*] id est præinductis bonis gratiæ ac gloriæ donis ornabitur [*Et non delebo nomen eius de libro vitæ*]Minus dicit & plus significat,vt sit sensus,Ostendam eum scriptum esse in libro vitæ.Vbi quærendum est,quomodo aliquis dicatur deleri de libro vitæ.Et respondendum,quòd liber vitæ in deo est electorum conscriptio,tenax memoria seu firma notitia in mente diuina,qui liber est ipsa prædestinatio.Itaque secundum Thomã, aliquis dicitur scriptus in libro vitæ dupliciter. primò, secundum ordinationem prædestinationis, vt hi quos deus saluare decreuit:& sic nullus deletur. Secundò, quantũ ad prædestinationis effectum, scilicet charitatem & gratiam,quam qui habet,dignus est vita æterna. Ideo scriptus dicitur in libro vitæ. Et cùm ea peccando admittitit,deletur secundum istum respectum, videlicet quo ad effectum prædestinationis diuinæ.In idem redit quod alij dicunt, aliquem scriptum in libro vitæ,per præscientiam æternã, & sic sciptus nunquam deletur,sicut nec dei præscientia fallitur.propter quod scriptum est, Sanctus vo
Esaiæ.4. cabitur omnis,qui scriptus est in vita Hierusalem.Secundò,per præsentem iustitiam:& sic potest deleri.Vnde cùm Moses dixisset ad dominum, Aut dimitte populo hanc noxam,aut dele me de libro quem
Exod.32. scripsisti,dominus mox respondit, Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. Porrò qui scriptus est in libro vitæ primo modo,dicitur simpliciter scriptus:qui secundo modo, scriptus dicitur secũdum quid.Ideo absolutè loquendo, nullus propriè deletur de libro vitæ:sicut nec prædestinatus damnatur.
Lucæ.12. [*Et confitebor nomen eius*]id est in hora iudicij eius particularis ac vniuersalis, ipsum ad me pertinere testabor[*coram patre meo,et coram angelis eius*]quæ confessio est honos præclarus, ob quem contemnendus est omnis honor terrenus[*qui habet aures audiat,quid spiritus dicat ecclesiis.*]Ista admonitio pollicitationi diuinæ nunc præponitur, nunc subiunguntur: ad innuendum, quòd verba dei ac diuina promissa diligenter auscultare debemus,siue ad hoc præmonemur,siue non.Consequenter præsuli Philadelphię
Apoca 2. ecclesiæ sermo dirigitur. [*Et angelo Philadelphiæ ecclesiæ*] id est Episcopo congregationis Christianæ in vrbe hac commorantis [*scribe. Hæc dicit sanctus verus*]id est Christus, qui secundum diuinam naturam essentialiter sanctus & verus est,secundum naturã quoque assumptam sanctior vniuersis & verus in
Ioan.14. verbis atque operibus:qui testatur,Ego sum via,veritas,& vita. De quo apud Danielem dicitur, Vngatur sanctus sanctorum[*qui habet clauem Dauid*]Clauis est qua abdita reserantur,& clausa panduntur,ac ianua aperitur. Ita clauis hęc Dauid quam habet Christus, est virtus sua illuminatiua seu sapientia, per quam aperit nobis mysteria scripturarum,sicut & Apostolis aperuit sensum,vt intelligerent scripturas. Per hanc autem virtutem aperit nobis & ipsum Dauid, seu librum Psalmorum, in quo secundum diuinum Dionysium, virtualiter continetur, quicquid in scripturis habetur. Vnde & clauis ista vocata est clauis Dauid, qui præ cæteris de Christo prophetauit,cuius Psalmos Christus elucidauit. Veruntamen secundum Berengandum & Haymonem, per clauem Dauid intelligitur Christi humanitas de semine
Roma.1. Dauid assumpta, per quam reserata sunt omnia, & quæ Dauid de deo, & quæ deus ad Dauid loquutus est:per quam etiam ianua regni cælestis est patefacta,& tota ecclesia illustrata [*qui aperit*] id est scripturarum notitiam menti infundit,corda ac gratiam,charitatem & fidem patula facit[*Et nemo claudit*]ei cui Christus sic aperit:quoniam Christi operationem nullus prohibere,impedireve potest directè, & dum Christus noluerit:quanquam diabolus & homines praui nonnunquam dispositiuè illuminatos ad tene
Matth.13. bras falsitatis ac vitiorum declinent:sicut in Euangelio ait Saluator,Venit diabolus,& tollit verbum dei de corde ipsorum,ne salui fiant. Et denuo, Vę vobis scribę & pharisæi, qui clauditis regnum cælorum ante homines:ipsi non intratis,nec alios intrare permittitis,scilicet quantùm in vobis est. [*Claudit*]id est gratiam subtrahit,intellectum scripturarum salutarem non influit superbis ac reprobis [*Et nemo aperit*] eis tanta bona.Ipse vtique clausit Iudæis & aperuit Gentibus.Sicut in Euangelio loquitur,In iudicium
Ioan.9. ego in hunc mundum veni,vt qui non vident,videant:& qui vident,cæci fiant. At verò verba hæc scripta sunt in Esaia de Eliachim,secundum quod fuit Christi figura cùm dicitur, Dabo clauem domus Da
Esa.22. uid super humerum eius,& aperiet:& nòn est qui claudat,&c.[*scio opera tua*]per approbationem.[*Ecce dedi coram te ostium apertum*]id est patefeci tibi ingressum ad intelligentiam scripturarum, mentem tuã claritate scientiæ salutaris illuminando, [*quod nemo potest claudere*] tibi cùm ego id aperuero, qui potens sum te in data diuinorum notitia conseruare. Hoc etenim ostium est infusa clarificatio animæ per quam scripturas intelligit.Denique præter ostium hoc loquitur scriptura adhuc de multiplici ostio.Est enim prædicatio ostium:iuxta illud Pauli,Ostium mihi apertum est magnum & euidens, & aduersarij
Actu.14. multi.Fides etiam dicitur ostium,vt in Actis,Retulerũt,quia aperuisset deus gentibus ostium fidei. Insuper præparatio cordis ad ea,quæ dei sunt,ostium appellatur,dicente Apostolo,Cùm autem venissem
2.Cor.2. Troadem,& ostium mihi apertum esset in domino. Christus nihilominus etiam ostium cælestis patrię
Ioan.10. nuncupatur. Ego,inquit,sum ostium[*quia modicam habes virtutem.*]Hoc multipliciter exponitur.Quidam enim per modicam virtutem intelligunt humanitatem,per quam efficitur homo diuinam illustrationem susciepere aptus:iuxta illud, Declaratio sermonum tuorum illuminat & intellectum dat paruulis. Alij dicunt quod ideo fertur habere modicam virtutem,quia non habuit potestatem seu gratiam faciendi miracula,sicut Episcopi communiter tunc habebant: ideirco deus in intelligentia scripturarum
Psal.118. ei recompensauit,quod in illa ipsi gratia defuit.Berengandus videtur istud subtilius elucidare,dicendo,

Videtur mihi,quòd iste angelus Philadelphiæ ecclesiæ in diuinis scripturis non satis fuerit eruditus: & ideo dixit eũ modicam habere virtutem ad cõuincendos fidei inimicos. Ideo dedi corã te ostium apertum in diuinis scripturis,vt intelligas mysteria scripturarum:quod nemo poterit claudere, id est sapientiæ quæ tibi dabitur,nullus poterit resistere inimicorum.Potest quoque sic accipi.Modicam habes virtutem,id est naturalis & propria virtus atque scientia tibi non sufficit, idcirco auxiliũ gratiæ tibi impendo,[*Et seruasti verbum meum*].i.sermonibus meis obediuisti[*Et non negasti nomen meum*]meipsum:sed te esse Christianum,& me esse dei filium liberè es professus.[*Et ecce dabo tibi de synagoga satanæ*] id est aliquos incredulorum Iudæorum per tuam prædicationem conuertam. & tibi subiiciam,[*Qui se dicunt iudæos esse*]verè ac propriè secundum nominis proprietatem,& virtutem patrum suorum imitationem.Iudæi enim quasi confitentes dicuntur,& isti antequam fidem Christi reciperent,iactabant se deum fideliter colere & confiteri,patrúmque suorum fidem ac opera sequi:quod ita nõ fuit, ideo subditur,[*Et nõ sunt*] hoc modo Iudæi [*sed mentiuntur*] quia secundum carnem tantùm Iudæi sunt.Christiani verò spiritaliter circuncisi, secundum proprietatem spiritalem atque virtutem Iudæi vocantur,cõfitendo Christum de semine Iudæ exortum. Propter quod ait Apostolus, Non qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto in carne est circuncisio,sed qui in abscondito Iudæus est,& circuncisio cordis in spiritu non litera.Et iterum,Qui ex fide sunt,hi sunt filij Abrahæ.[*Ecce faciam illos*]tales per gratiã[*Vt*
B *veniant et adorent ante pedes tuos*]id est tibi humiliter se fide susceptã,subiicient, tęque vt patrem honorabunt:deum cultu latriæ,& te cultu duliæ venerantes[*Et scient quia ego dilexi te*]quem ad tantam abundantiam gratiæ gratum facientis,ac gratiæ gratis datæ promoui,ita illuminaui, Episcopum ordinaui, aliorum pædagogum cõstitui.Cũ enim diligere sit alicui bonum velle,hos diligit deus,quos ad bona gratiæ donáque gloriæ præordinauit. [*Quoniam seruasti verbum patientiæ meæ*] id est documentum meum, quòd patientiam præcepi ac docui,quam & opere demonstraui[*Et ego seruabo te ab hora tentationis,quæ ventura est in orbem vniuersum, tentare habitantes in terra.*] per hanc horam tentationis quidam intelligũt tempus persequutionis ecclesiæ ab Antichristo,qui vbique persequuturus est Christianos:alij diem iudicij.Potest autem magis ad literam ad huius Episcopi tempus referri,& de persequutione Christianorum à Romanis Imperatoribus eorúmq; satellitibus accipi.Iam enim quando Ioannes hæc scripsit, cœperunt hi ecclesiam generaliter persequi:& quidam post eos grauius persecuti sunt eam. promittitur ergo huic Episcopo,quòd instantibus grauissimis quibúsque tribulationibus,per virtutem & gratiam spiritus sancti seruabitur:non vt aduersa non patiatur,sed ne eis vincatur,ne in tentationem ducatur,id est tentationibus obruatur atque consentiat. Vnde vt Haymo asserit, tẽtatio hic pro deceptionis lapsu accipitur.Nihilominus quælibet persequutio ac tribulatio dici potest tẽtatio:quia per eam homo exami-
C natur,& qualis sit noscitur.Sic enim deus tentat electos,quia per aduersa & aspera de eorum perfectione accipit experimentum, probationem,seu euidentiam:nõ vt ipse agnoscat,sed vt aliis ad ædificationẽ patescat.Sic enim legitur,quòd deus tentauerit Abraham. Moses quoque populo Israël loquitur, Recordaberis cuncti itineris,per quod adduxit te dominus:vt affligeret te atq; tentaret,& nota fierent quę
Sapien.3. versãbantur in corde tuo:vtrũ custodires mandata illius,an non.Vnde & in libro Sapientiæ,Deus pro-
Gene.2. bauit illos,& inuenit illos dignos se.Præterea ex eo quod dominus ait:quia seruasti verbum meum, fa-
Deut. 8. ciam vt veniant & adorẽt ante pedes tuos, elicitur, quòd dum homo humilitatẽ patientiamq; obseruat,
Sap.3. aduersarij ei reconciliantur:quemadmodum scriptum est,Quũ placuerint domino viæ hominis,inimicos quoque eius conuertet ad pacẽ.[*Ecce venio cito*]transferendo te de via ad patriam,de tribulatione ad gloriam,de merito ad præmium.Hoc verbo consolationem infundit,& ad patiẽtiam excitat[*Tene quod habes*].i.in donis gratiæ perseuera[*Vt nemo accipiat coronam tuam*].i.ne præmio dispositio destituaris per propriam culpam,& alius loco tui subrogetur.Quum enim certus sit numerus saluandorum,si vnus iustus ceciderit atque perierit:alius in gradum eius seu locum succedit. Quamuis autem nec prædestinatus possit corona priuari,nec præscitus eam sortiri in sensu cõposito, puta vt talis & per cõparationẽ ad prouidentiã dei:vterque tamen manet liberi arbitrij,& in sensu diuiso ille potest damnari,& iste saluari.[*Qui vicerit*].i.peccata cõtempserit, nec alicui illicito consensum præbuerit. [*Faciam illum columnam*] id est fortem,fixum ac eminentẽ[*in templo meo*].i.in ecclesia,vt possit aliorum imbecillitatẽ portare,&
D simpliciores docere.Vnde per colũnam perfecti & prædicatores ac prælati signãtur:quorũ est,cæteros per charitatẽ portare,roborare,constabilire:sic enim Paulus, petrum, Iacobum, & Ioannem columnas
appellat.[*Et foras non egredietur amplius*]ab ecclesiastica vnitate,ac indiuidua charitate recedẽdo: imò vt Galat.2.
que in finem,me operante,in sanctis operibus perseuerabit[*Et scribam super eum nomen dei mei*]id est dei filium eum faciam appellari, quãdoquidem & virtuosi homines dij vocantur: iuxta illud, Ego dixi,dij
estis.[*Et nomen ciuitatis dei mei nouæ Hierusalem*].i.nomen ecclesiæ militantis imprimam ei, ita quòd ca-
Psal. 81. tholicus,seu ecclesiasticus,ac fidelis per omnia asseretur.Ecclesia enim est ciuitas dei noua per gratiam, quæ Hierusalẽ nuncupatur:quia in ea est visio pacis,inchoatio ac cõtemplatio quietis cælestis [*Quæ descendit de cælo a deo meo*].i. à supernis à spiritu sancto profluxit,regenerata est,ordinatur ac regitur.Omne enim bonum optimum,& omne donũ perfectum desursum est, descendens à patre luminũ.Nihilo-
Iaco. 1. nus ecclesia ascendit ad cælum,ad bona gloriæ aspirando.Hæc loquitur Christus secundum quod homo,dicens à deo meo[*Et nomen meum nouum*]scribam super eum,vt à me Christo Christianus vocetur.
Actu. 11. Nã filius dei ex tẽpore cœpit Christus vocari.Sed quia nonnulli fidelium,qui in ecclesia videbantur columnæ ceciderunt,& per prauã doctrinam foras egressi sunt,quorum vnũ dicit Berengandus fuisse Origenem: hinc locũ hunc exponit de præmio atque ecclesia triumphante:vt sit sensus,Qui vicerit,faciã illum columnam in templo dei mei,id est in regno cælesti firmissima stabilitate locabitur:nec beatitudinem illam amittet, hoc est foras non egredietur amplius. Et scribam super eum nomen dei mei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nomen dei est esse æternum,quod super vincentes scribitur,cũ eis æternitas communicatur, ita quòd E
philip. 4. sine fine cum domino commorantur. Et ciuitas dei mei nouæ Hierusalem, id est ecclesiæ triumphantis:quæ Hierusalem dicitur,quia in ea increata pax dei omnem sensum exuperãs,facie ad faciem cernitur.Hui⁹ ergo ciuitatis nouæ per dona gloriæ nomẽ scribitur super electos,quando eã ingressi,ciues ac filij eius vocantur. Quæ descendit de cælo,quia domino Iesu Christo de cælis ad nostram redemptionem descendente, simul ac sancti descenderunt: quia iam per prædestinationem illi coniuncti erãt. Sic ille exponit.Consequenter ad Laodicensis ecclesiæ præsulem sermo dirigitur. [Et *angelo Laodiceæ eccle*
siæ scribe,*Hæc dicit amen testis fidelis & verus*]id est Christus qui est verus & veritas,testisque dei patris,&
Ioan.14. actuum humanorum.Amen quandoque nominaliter sumitur, vt hic, & tunc significat verum.Sicque competit Christo,qui est ipsum primum, summum,& exemplare verum. Quandoque sumitur aduerbialiter, & tunc significat verè [*Qui est principium creaturæ dei*] id est vniuersorum creator, per quem pater omnia fecit:iuxta illud,Omnia per ipsum facta sunt.Propter quod ait Iudęis,Ego principium qui
Ioan.1. & loquor vobis. Vel principium creaturæ dei, id est inter creata primus dignitate & gratia, secundum
Ioan.8. naturam assumptam:quemadmodum supra plenius dictum est [*scio opera tua*]simplici notitia[*Quia neque frigidus es*]per infidelitatem [*Neque calidus*]per charitatem infusam[*Vtinam frigidus esses,aut calidus*]
Apoc.1. id est in altero extremorum,videlicet totaliter sine notitia dei & simulata iustitia,vel feruens amore:tũc
Lucæ.12. enim minus esset tuum peccatum,eò quòd seruus sciens voluntatẽ domini sui,nec implens,grauius pec F
cet.Facilius quoque tunc conuertereris ad seruorem amoris, quia audito dei verbo te peccatorem aperRom.5. tum perpenderes:nec te aliquid reputares,sed accusares: sicque vbi abundauit culpa,abundaret & gratia. [*Sed tepidus es*] id est piger,acediosus & negligens, habens fidem informem, & aliquid esse te reputans [Et *non frigidus,neque calidus,incipiam te euomere de ore meo*]id est mea sententia reprobare, à fideliũ numero segregare,ab officio tuo deponere.Fideles autem & feruidi Christo sunt incorporati,à quo reiiciuntur dum in mortale labuntur.Quemadmodum autem aqua tepida,tanquam fastidium generans, citò euomitur:sic tepidi isti sunt deo specialiter detestabiles atque ingrati.Et videmus ad oculum ꝙ hi qui manifestè sunt vitiosi,ita,vt nec aliquid boni se egisse aut agere putent,facilius conuertantur,quàm tepidi:seu illi qui volunt partim deo,partim sæculo cohærere,placere,seruire.Tepidum demum hoc loco non sumitur quasi medium,de charitatis calore aliquid participans:sic enim melius est esse tepidum, quàm frigidum [*Quia dicis*]verbo mentali,siue vocali [*quod diues sum*] per virtutes & dona spiritus sancti[Et *locupletatus*]per opera meritoria copiosa [Et *nullius egeo*] id est maior profectus seu gratia, vel aliorum oratio,seu doctrina mihi necessaria non est ad salutem[Et *nescis*].i.non attendis,vel scire nõ vis:
Esa.35. sicq; habes ignorantiã affectatam, quæ inexcusabilis perhibetur: de qua fertur in Psal.Noluit intelligere,vt bene ageret[*Quia tu es miser*]per culpã:iuxta illud, Iustitia eleuat gentẽ, miseros facit populos pec G
Proue.14. catũ[Et *miserabilis*]aliis,propter pœnã tibi imminentem ac debitã[Et *pauper*]donis gratiæ spoliatus [Et *cæcus*]sapientiã non habẽdo, & vitiis excæcatus[Et *nudus*]à bonis operibus,ac virtuosis habitibus.[*Suadeo tibi emere a me*]opulentissimo fonte omnium bonorum [*Aurum ignitum probatum*].i. charitatem feruentem diuinitus commendatam,aduersitatibus exercitatam,veram nõ fictam,ab omnibus verè sapien
1.Cor.13. tibus approbatã.Hæc charitas sic inter cæteras excedit virtutes,rubet,fulget,perornátque thalamũ mentis:quemadmodũ aurũ inter metalla præstantius est,& corporalem structuram decorat.Charitas autem & gratia emi adseritur,nõ quòd aliquis in mortali existens eas de condigno mereatur, sed vtcunque de cõgruo:quando se ad eas habilitat & disponit,faciens quod in se est.Hinc enim ait Apostolus,Si autem gratia,iam non ex operibus.Alioquin gratia nõ est gratia.Rursus per aurum intelligitur sapiẽtia,potissimè illa quæ est primũ inter dona:quæ est saporosa & affectuosa diuinorũ cognitio.Idcirco ignita vocatur atque probata:quoniam eos,à quibus habetur, amorosos & deo acceptos constituit. Vnde & Salomon,Thesaurus,inquit,desiderabilis in ore sapientis. Quomodo autem charitas vel sapientia emitur, cũ sanctus Iob cõtestetur.Nõ dabitur pro ea aurũ obrizum,& nescit homo preciũ eius?Sed & Salomõ,
Prouer.21. Precios̃ior est,air,sapientia cunctis opibus: & omnia quæ desiderantur,huic nõ valent cõparari. Ad quę
Iob.28. propheticus sermo respõdet,Omnes sitientes venite ad aquas, & qui nõ habetis argentũ properate,ve-
Prouer.3. nite,emite absque argento,& absque vlla cõmutatione vinum & lac.Itaque non tẽporali re emitur, sed
Esa.55. bonis operibus,cõtinuis precibus,misericordiæ actibus,pœnitentiæ studiis,omniũ terrenorum contem H
ptu,postremò charissimo nummo,puta seipso,seu propriæ voluntatis abnegatione,spõtanea paupertate.Ideo loquitur Christus,Si vis perfectus esse vẽde omnia quæ habes,& da pauperibus,& veniens sequere me [Et *locuples fias*] in spiritalibus bonis. Nempe qui charitatem,vel sapientiæ donũ adeptus est, omnes habet virtutes & omnia dona[Et *vestimentis albis induaris*].i. mundis operibus adorneris, sicut ait
Heb.19. scriptura, Omni tempore vestimenta tua sint candida. Passiones autem & vitia nigredini comparantur [Et *non appareat confusio nuditatis tuæ*].i.ne corã deo & eius ministris tẽ inhonestus, ac spiritaliter turpis, mentéq; vacuus ac detestandus appareas . Si enim de corporis nuditate corã hominibus verecundamur,
Eccle.9. potissimè propter inhonestiora corporis mẽbra:incõparabiliter plus erubescere nos oportet coram deo & angelis eius de animæ nuditate,deformitate,sordidatione. Hæc est erubescẽtia salutaris , qua diuinæ puritatis aspectui erubescimus maculati & sordidi apparere.[Et *collyrio inunge oculos tuos,vt videas.*]Per collyriũ,quod de terra nascitur, quo oculus primò turbatur, deinde à noxio humore purgatur, sicque clarioris visus efficitur:cordis contritio,seu cõpunctio designatur:quæ primò per dolorem de peccatis mentẽ amaricat:à vitiorũ squalore emũdat,lachrymas elicit,illuminationẽ procurat. Hoc collyrio oculi cordis vngũtur,dũ in deo verè cõpũgimur,sicq; videmus in lumine gratię, & defectus nostros cognoscimus,deũ perpẽdimus:quicquid salus nostra requirit cõsideramus.Rursus collyriũ dici potest sermo diuinus, vel dominicæ passionis memoria, vel scientia salutis. Vnde vt Beda differuit, Collyrio oculos

A vngere,est b oni operis exequutione scripturarum intelligentiam promereri . Sed quia increpatio præinducta aspera satis videtur,clementissimus deus increpatum,ne plus induretur, dulcissimè consolatur. Quo dat prælatis increpatoribúsque exemplum , vt verbis asperæ increptionis , charitatis dulcia iungant eloquia:instar boni Samaritani,qui vino oleum miscuit. [*Ego quos amo*]puta electos & bonos[*Arguo*]per me & meos vicarios, verbis [Et *castigo*]verberibus seu aduersis , ne quid mali in eis remaneat. Lucæ.10.
Cùm ergo hos taliter tractem,quantomagis tu imperfectus debes hæc cum gratiarum actione gaudenter recipere,tanquam animæ medicinam ? Hinc spiritus sanctus monet , Disciplinam domini,fili mi,ne Prouer.3.
abiicias,& ne deficias cum ab illo argueris.Quem enim diligit dominus,corripit: & quasi pater in filio Iob.5.
complacet sibi.Et alibi,Beatus homo qui corripitur à domino.Hinc ait Apostolus, Si extra disciplinam Hebr.12.
estis,ergo adulteri,& non filij estis.Itaque grauissima dei ira ac vltio est,dum peccatorem prosperari at- 2.Mac.6.
que ad libitum peccare impunè permittit: quemadmodum de reprobis ait in Psalmo,Dimisi eos secundum desideria cordis eorum,ibunt in adinuentionibus suis [*æmulare ergo*] id est bonos sequere : iuxta Galat.4.
illud, AEmulamini bonũ in bono semper.Et iterum, AEmulamini charismata meliora, [Et *pœnitentiam*
age] quod hucusque tam negligens extitisti. Nam & ego paratus sum tibi succurrere. Et ideo subditur Hiere.23.
[*Ecce sto ad ostium*]id est ostio cordis,scilicet libero arbitrio,seu voluntati,assisto seu præsens sum : qui omnia impleo, & nullibi desum [Et *pulso*]per sacram scripturam hortando, per vicarios meos loquendo,per angelicam inspirationem,per motionem internam qua moueo mentem ad supernaturale bonũ,
B per beneficiorum collationem,per aduersitatum exercitationem.His siquidem modis , deus omnipotẽs cordis nostri pulsat quotidie ianuam.Vnde & loquitur sponsæ seu animæ amorosæ , Aperi mihi soror Cant.5.
mea,amica mea,columba mea.Hinc de increata sapientia legitur,Sapientia præoccupat eos qui se concu
piscunt,vt illis se prior ostendat:qui de luce vigilauerit ad illam,non laborabit:assidentem enim illam fo Cant.5.
ribus suis inueniet.Itaque Christus pulsat,sicut scriptum est , Vox dilecti mei pulsantis . Præterea contuendum,quòd gratia interdum accipitur pro habitu essentiam rationalis creaturæ deo gratam faciente, interdum pro diuina motione qua deus animam mouet ad supernaturale bonum:quemadmodum motione naturali ac generali mouet omnia ad sibi connaturalia.Propter quod dicitur, Attingit à fine vsque Sapien.8.
ad finem fortiter,& disponit omnia suauiter.Hic autem diuinus instinctus siue influxus, vel motio hæc communiter fit cunctis hominibus quandiu in vita præsenti subsistunt. Quem quidem influxum quidam sequuntur per liberi conatum vel cooperationem arbitrij ad supernaturale bonum se disponẽtes. Alij non sequuntur,propter quod merentur sibiipsis relinqui , sicque ex sua defectibilitate de peccato in peccatum labuntur.[*Si quis audierit vocem meam*]id est inspirationi diuinæ siue angelicæ,vel verbis sacræ scripturæ consenserit,atque paruerit [Et *aperuerit mihi ianuam*] cordis sui,id est mentem cum affectu spiritaliter dilatauerit seu patefecerit ad me suscipiendum:secundum illud prophetæ , Præparare in
C occursum dei tui [*intrabo ad illum*] dona gratiæ infundendo,infusa augendo , misericorditer consolan- Amos.4.
do,varios effectus in secretis animæ producendo [Et *cœnabo cum illo*] id est eius saluti atque profectui congratulabor:sicut scriptum est,Beneplacitum est domino in populo suo.Et iterum,Gaudium domi- Psal.149.
ni est fortitudo vestra [*Et ipse mecum*]delectando in me per conscientiæ puritatem , & de cœlestis gloNehem.8.
riæ promisso lætando per spem.Et in isto ineffabiliter commendatur nobis clementia,charitas atque dignatio dei nostri ad nos tãtillos vermiculos.Hinc etenim cõtestatur dicẽs,Delitiæ meę, esse cũ filiis ho- Hiere.32.
minum.Et iterum,Lætabor super eis,cum benefecero eis.Tantum igitur pulsorem nõ repellamus, cum
tanto hospite cœnare quotidie properemus:quicquid eius introitum impedit , quicquid vultum ipsius 2.Cor.6.
offendit,vitemus.Porrò ipse lux est,peccata & passiones sunt tenebræ:& scimus , quòd non sit conuen- Psal.4.
tio luci ad tenebras.Ab his ergo mentis cœnaculum emundare oportet.Sed cur potius ait cœnabo cum illo,quàm prandebo?Est respondendum,vt innuat scilicet,se velle pernoctare nobiscum , atque in thalamo mentis quiescere:vt in pace in id ipsum dormiamus,& requiescamus.Sic cœnat cum Christo , atque in eius castis quiescit amplexibus,qui corde deuoto pergit ad stratum,& in meditationibus sanctis obdormit.Talis non timet à timore nocturno,sed de mentis securitate reficitur.Secura enim mens,quasi iuge conuiuium.[*Qui vicerit*] impedimenta salutis suæ [*Dabo ei sedere mecum in throno meo*] id est in regno cælesti in cælo empyreo.Teste enim propheta,Cælum mihi sedes est.Hinc in Euangelio ait,Vado parare vobis locum.Et,Iterum veniam & assumam vos ad meipsum:vt vbi ego sum,& vos sitis.Dabo Ioan.14.
D quoque ei sedere mecum in throno meo.i.potestatem iudicandi mecum in finali iudicio,secundũ promissionẽ illam,Sedebitis & vos super sedes duodecim,iudicantes duodecim tribus Israël [*Sicut et ego vici*]per patientiã,cuncta aduersa:per passionem meam,diabolum:per aciem virtutũ, aciem vitiorum : per Matth.19.
inflexibilem æquitatem,blanda & aspera mundi.Christus enim fortem armatum ligauit , vasa eius diripuit,mundi gloriam strauit:sed & aduersarios suos induratos Iudæos deiecit.Hinc ait militibus suis, In mundo pressuram habebitis.Sed confidite,ego vici mundum [Et *sedi cum patre meo in throno eius*] in cælesti palatio:iuxta illud Apostoli,sedet ad dexteram maiestatis in excelsis . De quo throno scriptum est, Hebr.1.
Mitte sapientiam à sede magnitudinis tuæ.Itémque,Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius.Qui thronus intelligi potest,vel ipsum cælum,vel iudiciaria regiáque potestas,dignitas siue authoritas dei, in seipso inuariabiliter quiescentis . Vnde quod ait,sedi cum patre meo in throno eius , sic potest exponi, potestatem iudicandi a patre accepi.Pater enim omne iudicium dedit filio.Et Psalmista ait , Deus iudicium tuum regi da . Quamuis autem Christo secundum diuinitatem conueniat iudicare per authoritatem,tamen iudicij exequutionem meruit per suam humiliationem ac passionem : sicut & corporis glorificationem , & exaltationem super omnes cælos , per palmam præfatam meruit . Ideo loquens Christus de patre & seipso testatur,Potestatem dedit ei & iudicium facere,quia filius hominis [*Qui habet aures,audiat quid spiritus dicat ecclesijs .*] Exhortatio ista iam septima vice repetitur , atque in epistola cu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. 4. iuſlibet eccleſiæ Aſiæ ponitur: quatenus omnes Chriſtiani iſta perpendant, & quicquid Epiſcopis Aſiæ ſcriptum eſt ad ſuam informationem conuertant: quod tamen epiſcopis ac prælatis ſummè incumbit. Videamus itaque, vt opera noſtra plena ſint coram deo, & ne nomen ſanctitatis habendo mortui ſimus coram altiſſimo: quod eis eueniet, qui laudes quærunt humanas, ac commodum temporale: inſuper caueant pigri potiſsimè religioſi remiſsi, quod dominus cuidam tunc improperauit, quia nec frigidus es, neque calidus, &c. Cum religioſi teneantur quotidie ad perfectionem, iuxta ſuæ profeſsionis exigentiam tendere: hi qui peruigilem curam non adhibent per paſsionum ſuarum reformationem & ordinis obſeruationem ac operum dei reuerentialem exequutionem, tepidi comprobantur, & non progrediendo in dei itinere, infœliciter retrogrediuntur. Poſtremò ex præinductis certiſsimum eſt, per angelos ſeptem eccleſiarum Aſiæ in iſtis duobus capitulis non intelligi ſpiritus ſupernos beatos, quibus præſcripti defectus nullatenus competunt.

E

Elucidatio cap. 1111. [*Poſt hæc vidi, et ecce oſtium apertum in cælo.*]

Articulus quintus.

Apoc.1.2. Oſtquam in præcedentibus, beatus Ioannes ſeptem eccleſias Aſiæ, præſertim earum Epiſcopos informauit, & per eos vniuerſam eccleſiam: nunc totius eccleſiæ ſtatum, ſublimitatem, decurſum, generalius pleniúsque proſequitur, ſeu deſcribit. Eſt autem totus hic liber mirabiliter difficilis & obſcurus, etiam præ cunctis libris propheticis. Nam per imaginarias viſiones ac ſpecies eſt deſcriptus, ita quòd ſenſus literalis ipſius eſt, qui per ſimilitudines & res, non qui per voces ſignatur. Vnde & expoſitores variis modis hunc librum exponunt, nec aliquis plenè eum intelligit, ita quòd expoſitiones huiuſmodi pro magna parte ſunt infra certitudinem, nec aliquid certum intuentur in his, niſi vt ſecundum fidem ſint. Hinc & ego puſillus, nil noui introducere præſumens, ea quæ ab aliis catholicè dicta ſunt, quantùm deus præſtiterit, breuiter tangam & colligam. [*Poſt hæc vidi, & ecce oſtium apertum in cælo*] Quod ait, poſt hæc, ad ordinem viſionis, non ad interualla ſeu viciſsitudinem temporis refertur, ſecundum Haymonem & Gloſſam. Eodem enim die vidit omnes viſiones in libro iſto deſcriptas, ſicut ſuperius inſinuauit, dicendo: fui in ſpiritu dominica die.

F

P

Difficultas libri huius intellect⁹.

Apoca.1.

¶Porrò ſeptem ſunt viſiones huius voluminis, quarum ſecunda hîc incipit. Itaque poſt hæc, id eſt poſt reuelationem primam hucúſque protenſam: vidi, viſione imaginaria, ac intellectuali. Eadem quippe viſio interior, imaginaria & intellectualis fuit. Imaginaria, quia per corporalium rerum ſimilitudines, ſeu materiales imagines, in interiori ſenſu angelico miniſterio formatas fiebat. Intellectualis, quia per illuminationem ſupernam Ioannes, quid illæ ſpecies deſignarent, veraciter intellexit: aliàs non fuiſſet propheta. Quia intelligentia eſt opus ſeu principale in viſione, prout in Daniele legitur. Veruntamen quod ait, poſt hæc, etiam ad temporis diſtinctionem videtur poſſe referri. Quamuis enim omnia iſta intuitus ſit vno die, & fortè vna hora vel tempore breuiori, non tamen ſimul & ſemel, ſeu eodem tempore præcisè, ſed quælibet viſio ſuam habuit morulam. Simul enim non intelliguntur viſiones, niſi quæ per eandem ſpeciem repræſentantur. Porrò hæ diuiſiones per diuerſas oſtenſæ ſunt ſpecies. Sed quia inter viſionum iſtarum impreſsiones non fuit notabilis interſtitio temporis, imò vna alteri mox ſucceſsit: dicunt expoſitores, non ad ordinem temporis, ſed viſionis referendum quod ait, poſt hæc, Et ecce oſtium apertum in cælo. Per oſtium iſtud communiter expoſitores intelligunt Chriſtum: qui ait, Ego ſum oſtium ouium. Per me ſiquis introierit, ſaluabitur. Quod apertum aſſeritur, quoniam Chriſtus notitiam ſui aperuit mundo, & ore ſuo aperto per ſcipſum docuit homines. In paſsione quoque corpus eius multis vulneribus fuit apertum, quando & vnus militum lancea latus eius aperuit. Inſuper Chriſtus omnibus ad ſe venientibus gremium offert clementiæ, & miſericordiæ ſuæ aperuit ianuam: ſecundum quod ait, Venite ad me omnes qui laboratis. Et idem, Eum qui venit ad me non eiiciam foras. Hoc oſtium apertum eſt in cælo, id eſt in eccleſia militante, quam Chriſtus in euangelio regnum cælorum appellat dicendo, Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. Quarum vtique fatuæ quinque fuerunt, quod eccleſiæ triumphanti nullatenus competit. Aliqui verò dicunt, quòd Ioannes in iſto capitulo deſcribit maieſtatem dei, qui vnus eſt in natura, trinus in perſonis, qui Chriſto homini Apocalypſim, ſeu viſiones huius libri, per ſe immediatè reuelauit ſeu indidit. Ideirco primò deſcribitur eius maieſtas, quantùm ad eminentiam ſui throni ſeu loci, quo reſidere cenſetur. Et ita per hoc quod dicitur, ecce oſtium apertum in cælo, datur intelligi, quòd Ioanni in viſione imaginaria apparebat, quòd ianua quædam aperiretur in cælo, vt dei omnipotentis maieſtas ipſi oſtenderetur ſub corporalium ſpeciebus, atque ad innuendum quòd deſuper ipſi reuelaretur ſtatus eccleſiæ. Iuxta quem modum Ezechiel dicit, Aperti ſunt cæli, & vidi viſiones Dei. Itémque, Thronus ſuper firmamentum, & ſuper ſimilitudinem throni ſimilitudo quaſi aſpectus hominis deſuper. Per quod deus altiſsimus omnibus præſidens deſignatur: prout ibidem plenius dixi [*Et vox prima, quam audiui, tanquam tubæ loquentis mecum dicens, Aſcende huc, & oſtendam tibi, quæ oportet fieri citò poſt hæc*] Per vocem iſtam tubalem, quæ prima fuit in hac viſione, quidam intelligunt vetus teſtamentum ſeu doctrinam propheticam, quã per illuminationem ſupernam audiuit interiori auditu Ioannes, quæ admonuit eum aſcendere huc ſcilicet ad Chriſtum, ſpiritualémque intellectum. Hæc autem expoſitio videtur nimiùm ſpiritalis, nec apparet quomodo iſta vox dixerit Ioanni, oſtendam tibi quæ oportet fieri citò poſt hæc, niſi fortè formaliter. Demique in die ſancto Pentecoſtes, veniente ſuper apoſtolos ſpiritu ſancto, infuſa fuit Ioanni excellens notitia legis & prophetarum. Alij ergo per vocem hanc intelligunt inſpirationem diuinam. Sed

G

H

Ioan.10.

Ioan.19.

Matt.11.

Ioan.6.

Ezech.1.

Danie. 10.

A quoniam deus non docuit hæc Ioannem immediatè per ſeipſum, imò nec per Chriſtum, ſed per angelum in perſona Chriſti apparentem: aptius, vt arbitror, poſſet per vocem hanc angelica alloquutio ſeu inſpiratio accipi, vel ipſemet angelus Ioannem interius alloquẽs & informans. Cur autem vox angeli quaſi vox tubæ dicatur, ſem el iam expoſitum eſt: cum de hac voce dixit Ioannes, Conuerſus ſum, vt viderem vocem quæ loquebatur mecum, intelligendo per vocem vocis prolatorem. Sed & Dionyſio conteſtante, propheticæ reuelationes per angelos factæ ſunt. Itaque ait vox prima, quaſi dicat eadem quam iam ante audiui. Nam quod præceſsit primum vocare ſolemus. Veruntamen Berengandus per vocem primam intelligit Ioannem Baptiſtam, qui de ſeipſo fatetur, Ego vox clamantis in deſerto. De quo fuit prædictum, Tu puer pro pheta altiſsimi vocaberis. Aſcende huc, id eſt ad contemplationem te erige. De ſpiritali nanque non de corporali aſcenſu hoc dicitur, & oſtendam tibi quæ oportet fieri citò poſt hæc, id eſt proceſſum, ſtatum, & tribulationes eccleſiæ: quæ ex hoc vſque in finem mundi protrahentur ac fient [*Et factus ſum in ſpiritu*,] id eſt alienatus ab omni exteriorum ſenſuum vſu, atque extaſi mentis, per intenſiſsimam eorum quæ mihi oſtendebantur interius conſiderationem [*Et ecce ſedes poſita fuit in cælo*] Si per cælum intelligamus militantem eccleſiam, ſedes in eo poſita, eſt quæuis congregatio deuota, ſeu corda amore dei accenſa, in quibus deus regnat, reſidet & quieſcit: dicente Apoſtolo, Templum dei ſanctum eſt quod eſtis vos. Nam & anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ. Vnde ſcriptura aſſerit, Iuſtitia & iudicium præparatio ſedis tuæ. Quia videlicet, per iuſtitiæ exequutionem, atque iudicij diſcretionem, anima deo diſponitur: vt in ea reſidere dignetur. Si verò per cælum intelligatur patria beatorum, ſeu triumphans eccleſia, per ſedem in ea poſitam intelliguntur angelicæ poteſtates, omnès que mentes deo beatificè perfruentes, quibus deus ſublimiter præſidens, interius cuncta diſponit. Rurſus per ſedem hanc authoritas & poteſtas dei eccleſiam gubernantis, exprimitur. Deus etenim nullibi verius, quàm in ſeipſo eſſe & quieſcere perhibetur. Poſtremò quia & ipſa eccleſia ſedes eſt dei, ſedes in cælo eſt poſita quia eccleſia militans, quamuis adhuc in carne verſetur, mente tamen cælum inhabitat [*Et ſupra ſedem ſedens*] ſcilicet deus vnus & trinus omnibus dominans. De quo fertur in pſalmo, Deus in cælo ſedes eius. Et, deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam. Quidam autem per ſedentem ſpecialiter intelligunt Chriſtũ, de quo ſcriptum eſt, Dominus quidem Ieſus poſtquam loquutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum, & ſedet à dextris dei [*Et qui ſedebat, ſimilis erat aſpectui lapidis iaſpidis, & ſardij*] Per aſpectum Iaſpidis ac Sardij, color eorum exprimitur. Iaſpis autem viriditis eſt coloris, qui color viſum oblectat atque confortat. Sardius verò rubeum habet colorem. Hinc Berengandus & Haymo per Iaſpidis viriditatem, intelligunt Chriſti diuinitatem, quę interiorem viſum ſummè oblectat, reficit, & confortat. Per Sardij rubedinem, eius humanitatem pro nobis ſanguine ſacro perfuſam accipiunt. Iuxta illud, Quare ergo rubeum eſt

B

C indumentum tuum? Rurſus, quoniam Iaſpis apparentiam aquæ habet, Sardius verò ignis, Chriſtus omnium iudex ſecundum Bedam, his comparatur, quia iam vnum iudicium per aquam exercuit, aliud per ignem exercebit. Albertus per Iaſpidis virorem intelligit immarceſsibilem fœlicitatis coronam, quam Chriſtus electis donabit. Per Sardij ruborem, æterni ignis incendium, quod reprobis irrogabit. Alij qui per ſedentem intelligunt deum vnum ac trinum: dicunt, Quòd imaginariæ illæ propheticæ apparitiones, fiunt ſecundum congruentiam ad id, quod per imagines deſignatur, ac reuelatur. Deus autem apparuit, vt militantis Eccleſiæ gubernator, ad quam ſe habet vt dulcis conſolator, & charitatis accenſor: quorum primum deſignat viriditas Iaſpidis, ſecundum Sardij rubor. Porrò in viſione Ezechielis, deus ſedens in throno videtur in ſimilitudine electri, velut aſpectus ignis. Et ibidem per ſplendorem electri (quod aurei igneſque coloris eſt) prouidentia & ſapientia dei deſignatur. Hinc ergo hoc loco per Sardij igniformem ruborem, diuina ſapientia: per Iaſpidis verò virorem, incommutabilitas, decor ac dignitas diuinæ naturæ, quæ æternaliter eiuſdem vigoris eſt, vel etiam aſſumptæ humanitatis, quæ in reſurrectione refloruit, intelligi poteſt [*Et iris erat in circuitu ſedis*] ſicut in Geneſ. legitur, Dominus dixit ad Noë, Arcum meum ponam in nubibus cæli, & erit ſignum fœderis inter me & inter terram. Itaque per irim ſeu arcum, clementia & fœdus amicitiæ dei ad eccleſiam inſinuatur. Sic enim dilexit mundum, vt vnigenitum filium ſuum daret ei, & pro eo, Eſa. teſtante, Puer natus eſt nobis, filius datus eſt nobis. Itaque iris

D erat in circuitu ſedis, id eſt Eccleſiæ ſeu electorum, qui thronus ſunt dei, quoniam miſericordia dei, & pactum amicitiæ eius circundat, munit, tuetur eccleſiam. Miſericordia enim domini ab æterno & vſque in æternum ſuper timentes eum [*ſimilis viſioni ſmaragdinæ.*] Smaragdinus eſt lapis viriditatis clarioris ac plenioris quàm Iaſpis: eſt enim nimiæ, atque gratiſsimæ viriditatis, intantùm, vt videntium animos in admirationem conuertat. Quod ergo iris, in quo tripartitus color apparet, viſioni ſeu colori ſmaragdi aſsimilatur, deſignat: quòd miſericordia, gratia, dilectio dei ad Eccleſiam ſit electis admirabilis, ſummè accepta, euidentiſsimè cognita, confortatiua, & conſolatoria. Vnde per irim euangelica lex, quæ eſt lex amoris & gratiæ, poteſt intelligi. De quo Hieremiæ loquitur dominus. Feriam domui Iſraël & domui Iuda pactum nouum. Rurſus, per arcum ſeu irim deſignatur, quòd deus omnibus elementis, eorùmque impreſsionibus, & alterationibus dominetur [*Et in circuitu ſedis ſedilia viginti quatuor, & ſuper thronos viginti quatuor ſeniores ſedentes*] Secundum Berengandum, per viginti quatuor ſeniores in libro hoc, interdum patres veteris teſtamenti, interdum patres noui teſtamenti: aliquando ſimul vtrique ſignificantur. Nunc autem per eos ſecundum dictum Berengandum, ſignantur patres veteris teſtamenti. Et per ſedilia viginti quatuor, inſinuantur viginti quatuor libri veteris teſtamenti: in quorum lectione ac meditatione, quaſi in ſedibus, veteres ſancti à laboribus eurisque ſeculi quieſcebant. Sed cum ſecundum hunc expoſitorem per ſedem intelligatur Eccleſia militans, cuius decurſus & ſtatus hoc libro deſcribitur: non videtur quòd patres veteris teſtamenti tem-

Apoc.1.

Lucę.1.

Pſalm.88.

Eſa.37.

Ezech.1.

Geneſ.9.

Hierem.31.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pore huius reuelationis, dicti sint esse in circuitu ecclesiæ militantis, qui iam ad triumphantem ecclesiam in Christi ascensione erant translati: nisi fortè dicantur esse in circuitu ecclesiæ, eam suis præsidiis muniendo, non ad eius numerum pertinendo. Quod si dicatur, nondum apparet, quòd tunc in libris veteris testamenti, seu eorum lectione ac meditatione quiescebant: quando iam non per fidem sed per
1. Corin. 13. speciem cognoscebant. Omnis enim scriptura noui ac veteris testamenti ad fidei obscuram spectat notitiam, cùm iuxta Apostolum per speculum in ænigmate cognoscamus. Quod si quis dixerit per ecclesiam iam signari vniuersos fideles à principio mundi vsque ad vltimum electorum, qui nascetur in mundo (sicut Gregorius in parabola euangelica de vinea tangit) hoc rursus non approbatur. Nunc enim describitur Ecclesiæ status, prout à synagoga distinguitur: vtpote prout à Christi aduentu, & Euangelicæ legis prædicatione, seu nouo testamento sumplit exordium. Et quamuis illud quis diceret, nihilominus tempore huius reuelationis patres veteris testamenti, extra statum & ordinem militantis ecclesiæ fuerunt. Porrò si per sedem authoritas, & potestas trini ac simplicis dei intelligatur, non inconuenienter patres veteris testamenti in circuitu sedis huius ac sedenti assedisse feruntur: qui iam tempore huius propheriæ ad patriam deuenerunt, & cum angelicis mentibus regi gloriæ assistebant. Sed tunc in præfatis sedilibus non sederunt. Alij ergo per vigintiquatuor seniores veteris ac noui testamenti sanctos patres intelligunt, vt Beda & Haymo: qui propter duodecim apostolos atque duodecim patriarchas, à quibus spiritaliter siue corporaliter nati sunt, vigintiquatuor describuntur. Vnde sicut apud Matthæum per duodecim sedes, in quibus ad iudicandum sessuri dicuntur apostoli, vniuersitas sedium ac perfectorum qui in eis ad iudicandum sedebunt exprimitur: propter duodenarium numerum apostolorum, eorúmque dignitatem, quorum filij vniuersi sunt Christiani: ita hoc loco per vigintiquatuor sedes vniuersitas sanctorum vtriusque testamenti, quibus iudiciaria communicatur aliquo modo potestas, innuitur: sicque per numerum determinatum, indeterminatus numerus denotatur. Verùm contra hoc videtur præinducta instantia, quantùm ad patres veteris testamenti, procedere: nisi fortè quis dicat, quòd Ioannes hoc loco more prophetico ponit tempus præsens pro præterito, quantùm ad sanctos Mosaïcæ legis. Alij ergo per vigintiquatuor sedes intelligunt vniuersas euangelicæ legis cathedrales ecclesias: & per totidem seniores, earum episcopos: & hoc propter concordantiam noui testamenti ad vetus. Nam primò Paralipomenon scriptum est, quemadmodum Dauid
1. Para. 24. diuinum cupiens cultum augere, constituit vigintiquatuor sacerdotes successiuè per hebdomadas in templo ministrantes. Et sic rursus per numerum determinatum indeterminatus exprimitur. Interdum siquidem septenario, quandoque denario, subinde centenario, aliquando millenario, nonnunquam & aliis numerorum speciebus vniuersitas designatur, secundum varias considerationes, numerorúmque proprietates vel perfectiones. Sed quia præfati vigintiquatuor sacerdotes à Dauid dispositi non erant pontifices, imò sub pontifice, apparet quòd per eos conuenientius vniuersitas sacerdotum euangelicæ legis exprimeretur: per sedes autem eorum potestas & gratia, seu virtus, & merita eis collata, in quibus velut in sedibus spiritualiter conquiescunt. Dicuntur quoque ista sedilia & eorum sessores esse in circuitu sedis, puta Ecclesiæ: quia eorum est, alios ab antiquo hoste, cunctísque veræ salutis aduersis tueri. Veruntamen ista atque similia, solùm probabiliter sentio, plenam certámque notitiam deo, & his quibus ipse reuelare dignatur, committens: nec aliorum atque maiorum meorum, quorum comparatione nihil sum, dicta in aliquo reprehendens [*Circumamicti stolis albis*] quia (ad literam) albis tempore sacrificij induuntur, castitate quoque corporis, & mentis puritate debent fulgere [*et in capitibus eorum coronæ aureæ*] sunt enim regale sacerdotium, & rectores fidelium. Porrò in scripturis per caput mens, per aurum sapientia, exprimi solet. Aureas ergo in capitibus suis habent coronas, quia mentes eorum dono sapientiæ decorantur. Vel coronæ istæ sunt merita quibus futuræ beatitudinis promeruerunt coronas [*Et de throno,*] id est de ecclesia militante, quæ sedes est dei [*Procedebant fulgura*] puta miracula, quæ instar fulguris terrent atque illuminant: sicut scriptum est, Timebunt qui
Marci. 4. habitant terminos terræ à signis tuis. Et in Euangelio sæpius legitur: quomodo turbæ visis Christi prodigiis timuerunt. Fulgura etiam sunt comminationes futuri iudicij, & pœnarum inferni [*Et voces*] id est prædicatio mediocris & simplex, sicut de seipso loquens commemorat Apostolus, Quasi par-
Marc. 3. uulis in Christo lac dedi, non solidum cibum. Vnicuique enim proponendum est verbum dei secundum suam capacitatem [*Et tonitrua*] id est predicatio sublimis, sonora, profunda. Vnde in euangelio Christus quosdam apostolorum filios tonitrui nuncupauit. Et alibi sermo diuinus testatur, Ecce hæc ex par-
Ioan. 1. te dicta sunt viarum dei. Et cum vix paruam stillam sermonum eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudines eius intueri? Tonitrua sunt verba Ioannis, In principio erat verbum, & verbum caro factum est. Et illud quod Paulus dicit, Audiui arcana verba, quæ non licet homini loqui. Itémque, Sapientiam loquimur inter perfectos [*Et septem lampades ardentes ante thronum*] id est in conspectu ecclesiæ, & ante oculos fidelium interiores, vel potius in mente ipsorum. Quid autem significent lampades ardentes, ipse subdendo exposuit [*Qui sunt septem spiritus dei*] id est septem dona spiritus sancti, qui
Apoc. 1. bus mens velut lampadibus illustratur, ac inflammatur. Vel septem spiritus dei, intelligendi sunt omnes angeli sancti, quorum ministerio corda fidelium irradiantur, & accenduntur. Vnde & superius dicebatur, A septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt [*Et in conspectu sedis*] id est ecclesiæ militantis, quæ thronus est dei [*Quasi mare vitreum,*] id est baptismatis sacramentum, in quo submergitur exercitus vitiorum, sicut in mari rubro exercitus Aegyptiorum, quod instar vitri pellucidú est, animásque clarificat. Per quod velut per vitrum splendor solis iustitiæ mentem subintrat [*simile crystallo*] ratione sui effectus. Ab omni enim culpa ac pœna emundat, omniú virtutú atq; donorum speciositatem inducit: ita vt euolet qui ipsum susceperit, nisi aliunde fœdetur. Rursus in crystallo, quod ex ni-

mia cõgelatione non fluit, neque resoluitur, assimilatur baptismus ob sui effectus soliditatẽ. Nam indelebilem characterem imprimit, vnde nec iteratur. Quidam per mare vitreum simile crystallo intelligunt pœnitentiæ sacramentum, in quo esse debet fons lachrymarum. Porrò Berengandus per mare vitreum simile crystallo, intelligit nouum testamentum. In hoc etenim mari tria insinuantur, videlicet mare, & vitrum, item crystallum. Per mare ergo historia, per vitrum moralis intelligentia, in qua velut in speculo, homo quicquid in se vitiosum est, perspicit: per crystallum, quod cunctis gemmis splẽdidius est radiósque splendoris emittit, spiritalis intelligentia designatur, quæ obscura quæque scripturarum elucidat, mentes spiritualium sensuum flammis illuminat, & quosdam dei ac cælestis patriæ amore succendit. De
2. Para. 4. nique, secundum eundem venerabilem patrem, in templo Salomonis mare æneum fuisse legimus: in quo lauabantur sacerdotes, antequam accederent ad hostias offerendas. Aëris verò splendor quadam nigredine citò obnubilatur. Per mare itaque æneum lex Mosi designatur, quæ fulgorem spiritualis intelligẽtiæ, literæ nigredine obscurat. Et sicut æs, si lima teratur, splendor eius aperitur, ita & spiritualis intelligentia, quæ literæ superficie obscuratur in lege: si à fidelibus viris diligenter discutiatur, per dei gratiam manifestatur. In hoc ergo mari sacerdotes lauabantur, quia per sacrificia, & quasdam obseruationes legales, quædam peccata veteris populi delebantur [*Et in medio sedis, & in circuitu sedis quatuor animalia plena oculis ante & retro*] Hoc (vt asserit Berengandus) secundum historiam stare non potest. Neque enim tam par
B uus numerus ambitum sedis & medietatem eius potuit obtinere: sed spiritualiter intelligenda sunt. Hæc quatuor ergo animalia in hoc libro, non semper quatuor euangelistas, sed & omnes doctores ecclesiæ, Beda. Albertus.
qui eorum doctrinam sequuntur, designant. Huic assertioni etiam Beda & Albertus subscribunt. Ait enim Beda, per quatuor animalia in hoc libro non semper quatuor euangelistas intelligi, sed quandoque ecclesias. Et Albertus ait, quòd per quatuor animalia omnes prædicatores, & præcipuè quatuor Euangelistæ, signati sunt. Dicuntur autem prædicatores quatuor animalia, quia de quatuor euangeliis eorum prædicatio sumitur. Itaque sensus est, Et in medio sedis. i. in sustentatione ecclesiæ, seu inter fideles, & in circuitu sedis, id est in protectione atque custodia Christianorum, quatuor animalia, id est vniuersi doctores & prædicatores consistunt, quorum est gregem dominicum ab omni animarum munire dispendio, qui pleni sunt oculis ante & retro, id est scripturarum sententiis, & consideratione præteritorum ac Gregorius
futurorum. Veruntamen quoniam, teste Gregorio super Ezechielem, & secundum plurimorum doctorum consonam assertionem, per quatuor animalia quatuor Euangelistæ notantur, dicendum: quòd ipsi suis prædicationibus ac doctrinis seu Euangelicis libris, vsque in præsens, ecclesiam Christi sustentant, custodiunt, ac defendunt. Vnde & spiritaliter ambiunt eam. Nihilominus huic expositioni difficultatem facit, quod subditur [*Et animal primum simile leoni, et secundum animal simile vitulo, et tertium animal habens faciem quasi hominis, et quartum animal simile aquilæ volanti*] Qui enim animalia ista euangelistas inter-
C pretantur, per faciem hominis Matthæum accipiũt: qui primus est in ordine euangelistarum, & primus euangelium scripsit, secundum Hieronymum. Cum ergo hoc loco animal habens faciem quasi hominis Hierony.
tertio loco ponatur, non videtur per ipsum significari Matthæus. Ista obiectio, quam aliqui ponderant, non videtur mihi alicuius momenti. Primò, quoniam teste beato Gregorio, Hieronymo, multísque sanctis doctoribus, quemadmodum apud Ezechielem, ita & hoc loco per præfata animalia euangelistæ si- Gregorius
gnantur. Ezechiel autem faciem hominis ponit primo loco, & per eam ibidem significatur Matthæus. Similiter hic non obstat variatio ordinis: nam diuersis respectibus, idem alicui præponitur, aut postponitur. Hinc, vt Haymo ait, Ezechiel primò ponit hominem, secundò leonem, tertiò vitulum, quartò a- Matth. 1.
quilam: seruans historiæ ordinem, quoniam primò natus est Christus vt homo, secundò terribiliter præ Marci. 1.
dicans vocem emisit vt leo, tertiò in passione oblatus est vt vitulus, postremò ascendit in cælum vt aquila. Porrò Ioannes primò ponit leonem, quoniam Christus iam surrexit à mortuis, cuius resurrectioni fides præsertim innititur: ideo Ioannes tanquam testis resurrectionis, primò expresit leonem. Quamuis autem prætacta Gregorij expositio, qua per hominẽ Matthæus, per vitulum Lucas, & cætera insinuantur, communis sit: aliqui tamen sanctorum aliam habuerunt considerationem. Nam sicut hic retulit Beda, beatus Augustinus per leonem intellexit Matthæum, quoniam regiam Christi prosapiam in exor- Matth. 1.
dio Euangelij sui conscripsit. Per vitulum autem Lucam, quoniam sacerdotalem Christi originem scri-
D psit, vt fertur, & Hilarius tangit. Per hominem Marcum, quoniam cæteris iam prætactis omissis, humanos Christi actus conscribit. Per aquilam verò omnes Ioannem intelligunt, ob sensuum sui Euangelij sublimitatem. Præterea (vt recitat Berengandus) quidam aliter moti per leonem (vt dictum est) Matthæum, per vitulum verò Marcum propter eloquij simplicitatem, & per hominem intellexerunt Lucam, quoniam humanam Christi generationem est plenius prosecutus. Videlicet quemadmodum angelo nunciante conceptus sit, qualiter natus, in præsepio collocatus, circunciśus, in templo oblatus, in eodem duodecim habens annos inuentus. Aliqui demum per quatuor animalia ista, quatuor patriarchales ecclesias intelligi volunt. Primam, videlicet Hierosolymitanam per leonem, propter constantiam apostolorum, ac primitiuæ illius ecclesiæ, Secundam, scilicet Antiochenam, per vitulum, propter obedientiam, qua primi illius ecclesiæ filij parati fuerunt apostolis obedire. Tertiam, vtpote Alexandrinam, per hominem, quia in ea à principio fuerunt doctissimi viri. Quartam, puta Constantinopolitanam, per aquilam, quia in ea fuerunt viri per contemplationem eleuati. Sed hoc Hierosolomitanæ ecclesiæ multo sublimius competit, quando in ea fuerunt apostoli, & primi Christi discipuli apostolicæ perfectionis viri, qui omnes in contemplationis gratia prorsus omnibus præfulserunt. Finaliter per quatuor animalia quatuor Euangelistas hic designatos opinor: quanquam per ea etiam Christus & membra eius, scilicet viri Christiani, queant intelligi: sicut Gregorius eleganter edocuit. Fuit enim Christus homo in natiui- Gregorius
tate, vitulus in passione ac obedientia, leo in prædicatione ac resurrectione, aquila in contemplatione &

Universidad de Deusto
Biblioteca

ascensione. Sic & quilibet Christifidelis, homo est, rationem sequendo: vitulus, carnem cum vitiis & cō E
cupiscentiis crucifigendo: leo, spiritaliter resurgendo, & hostibus suæ salutis fortiter ac magnanimiter re
luctando: aquila, cælestium contemplationibus insistendo, orationi, deuotioni, laudi diuinæ vacando
[*Et quatuor animalia singula eorum habebant alas senas*] Alæ sanctorum sunt virtutes, quibus in alta conscē-
dunt. Quoniam ergo senarius numerus est perfectus, & per ipsum frequenter perfectio designatur: ideo
quódlibet animal sex alas habere asseritur. Quia in vniuscuiúsque Euangelistæ libro omnium virtutum
perfectio edocetur, ac nouæ legis doctrina perfectionaliter continetur. Rursus sex alæ sanctorum sunt,
lex naturæ, lex Mosi, doctrina prophetica, lex euangelica, Apostolica documenta, & catholicorum pa-
Esaiæ. 6. trum instructio seu generalium conciliorum statuta. His alis homines virtuosi per amorem & contem-
plationem ascendunt, & ad proximorum ædificationem descendunt. Volant quoque ad dexteram, gra-
tias agendo in prosperis, item ad sinistram, per patientiam in aduersis. Præterea seraphin quæ Esaiæ appa
ruerūt, sex alas habebant. Hinc & animalia ista, sex alis alata feruntur, quoniam per euangelistarum do-
Ezech. 1. ctrinam ad angelicam perfectionem, beatitudinémque pertingitur. Iterum per sex alas, sex species con-
templationis (secundum quod quidam eas assignant) intelligi possunt. Quæritur, cur hoc loco animalia
sancta sex alas habere scribantur, cùm apud alium prophetam quatuor pennas habere commemorentur.
Huic quæstioni respondere difficile arbitror, nisi quis contendat mysterium animalium horum Ioanni
euidentius atque sublimius reuelatum fuisse quam illi [*Et in circuitu*] .i. per totum corpus suum, sicut & F
Ezechiel vidit. Vnde alia translatio habet, ante & retro [*Et intus plena sunt oculis*] .i. consideratiōibus sa-
pientalibus & scripturarum sententiis, creatoris ac creaturarum notitiis. Quia in omnibus circunspectè
se habent, reuerenter ad deum, exemplariter ad proximum, discretè ad, seipsos: præterita recolunt, præ-
sentia pensant, futura prouident: & ipsi Euangelistæ non sibi duntaxat, sed toti ecclesiæ Christi viderūt.
Nec fuit quicquam in congerie actionum eorum, quod oculo directionis careret. Quod & sapientibus
& virtuosis competit, secundum quod ait Saluator, Si fuerit oculus tuus simplex, totum corpus tuum lu
Matth. 6. cidum erit. Vnde & nos in omnibus oculati esse debemus, nec aliquid sine prudenti consideratione per-
agere, prout Salomon loquitur, Palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. Et apostolus, Sine præiudicio (id
est, præuio iudicio) nihil facias. Et in Ecclesiastico, Fili sine consilio nihil facias, & post factum non pœ-
nitebis. [*Et requiem non habebant*] Sancti enim in hac vita variis tribulationibus exercentur, nec modo cor
poralem pausationem libenter admittunt, vt in futuro æternaliter conquiescant. Reprobi verò in hoc se
culo pacem suam carnalem & requiem quærūt, quibus æterna tribulatio imminet. Requiem quoque a-
nimalia non habebant, quoniā euangelistę, & vniuersi qui eorum doctrinam sectantur, à dei laudibus, o-
rationibus, ac bonis operibus non cessauerunt, neque desistunt. Oportet enim, Christo testante, semper
Lucæ. 18. orare & non deficere, iuxta Dauidicam professionem. Benedicam dominum in omni tempore, semper G
laus eius in ore meo. Ideo subditur, [*Die ac nocte,*] .i. congruis horis dierum ac noctium, in prosperis &
aduersis [*Clamantia, Sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus omnipotens, qui erat*] ante omnia ab æterno [*Et qui
est*] inuariabiliter in ipso æternitatis instanti atque momento [*Et qui venturus est*] id est æternaliter erit, &
in iudicio suam æquitatem ac potestatem monstrabit, venturúsque est omnium iustissimus remunera-
tor. Istud supra plenius fuit expositum. Huic autem cantico simile est & illud angelicum, Clamabant al-
Apoca. 1. ter ad alterum, Sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus exercituum. Itaque ecclesia militans in laudibus
creatoris se triumphanti conformat, tanquam ventura ad illam, & sine fine deum cum ea fœliciter lauda
tura. Porrò in eo quod ter sanctus profertur, superbeatissimæ trinitatis mysterium cōmendatur: vnitas
verò diuinitatis, per id quod singulariter subditur, dominus deus omnipotens. Est autem deus glorio-
sus & summus essentialiter sanctus, tanquam in suiipsius natura verè purissimus, supermundissimus, lux im
mensa, sapiētia infinita, virtus fontana: à quo omnis synceritas deriuatur, in quem solùm per naturam cu l
pa cadere nequit: cum ipse sibi sit finis, & à nullo dependeat. Quò autem quis sanctior est, eò fœditatem
peccati plus detestatur. Cum autem deus adorandus ac benedictus sit sanctitatis omnifariè infinitæ, con
stat, quod detestatione immensa abominatur turpitudinem culpæ. Si igitur ei placere, vniri, conformari
optamus, deformitatem peccati tota mente odiamus, vitemus, purgemus. Non enim habitabit iuxta eum
malignus, nec permanebunt iniusti ante oculos eius. Adde, quòd quantūcúnque quis in sanctitate pro-
Psalm. 5. fecerit, si ad diuinæ mentis sanctitatem se conferre contenderit: obscurum & maculatissimum se pro- H
clamabit [*Et cum darent illa quatuor animalia gloriam, & honorem, & benedictionem*] id est quatuor euan-
gelistis verbis & scriptis per mundum Christi mysteria & euangelicā legem disseminantibus, per quod
glorificabant, honorabant, ac benedicebant [*Sedenti super thronum*] id est deo præsidenti ecclesiæ, & pro
pria authoritate omnibus dominanti [*Viuenti in secula seculorum*] id est æternaliter: cum ipse sit per essen
tiam viuens & vita, totiúsque vitæ superopulentum principium [*procidebant viginti quatuor seniores, ante
sedentem in throno*] id est vniuersi sacerdotes, prædicatores ac patres noui Testamenti deo se profundè
humiliarunt, ac paruerunt [*Et adorabant viuentem in secula seculorum*] scilicet deum verum, cui soli cul-
tus latriæ est impendendus, non idolis. Quo datur intelligi, per Euangelistarum prædicationem idolo-
latriam pro maxima parte destructam, secundum quod propheta vaticinatus est dicens, In die illa, di-
1. Tim. 1. cit dominus, disperdam nomina idolorum de terra [*Et mittebant coronas suas ante thronum,*] id est deo
altissimo humiliter gratissima mente adscripserunt, quicquid sapientiæ ac virtutum, quicquid vi-
ctoriæ de hostibus suæ salutis obtinuissent: non in se sed in domino gloriantes [*Dicentes, Dignus es do-*
Zach. 13. *mine deus noster*] omnium vtique deus per creationem & præsidentiam omnipotentem, in cuius ditio-
Hierem. 9. ne cuncta sunt posita. Specialiter autem deus noster, per singularia beneficia tua super nos, atque per
nostram deuotionem ad te [*Accipere gloriam, et honorem, et virtutem*] id est vt tibi à cunctis gloria, honor,
omnisque virtus attribuatur seu impendatur, vel adscribatur, & omnia ad tuam gloriam ordinentur:

A non proprius, sed tuus semper honor quæratur: tu solus virtuosus, omnipotens, per te sufficiens, omnis
quoque virtutis collator ab omnibus prædiceris: sicut Psalmista ait, Non nobis domine non nobis, sed
nomini tuo da gloriam. Et Apostolus, Soli deo honor & gloria [*Quia tu creasti omnia*] qui solus es ens
per essentiam, & alia vniuersa sunt entia per participationem. Creauit autem deus omnia, vel totaliter
quantùm ad id quod sunt, vel quó ad primordialem materiam, vel quantùm ad eorum primarias cau-
sas [*Et propter voluntatem tuam erant*] non antequam crearentur, sed quod ex eo instanti ex quo creata
sunt, erant, & vsque in præsens perseuerant, tuæ est liberrimæ voluntatis. Propter quam, seu ex qua [*Et*]
secundum quam [*creata sunt*] liberè, non per modum naturalis emanationis, vel de necessitate naturæ,
sicut radius procedit à sole. Imò potius eo modo, quo dona procedunt à dante, & artificiata ab artifice.
Propter quod dicit Apostolus, Deus operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. Et de increa Ephe. 1.
ta sapientia dicit quidam, Omnium est enim artifex, omnem habens virtutem. Vel sic, Propter voluntā-
tem tuam erant, id est secundum voluntatem tuam per complacentiam fuerunt ęternaliter, quantùm ad
esse ideale, in in creata tua arte, ac dispositione seu prædestinatione: iuxta illud, Quod factum est, in ipso
vita erat. Et creata sunt, de esse ideali procedendo ad esse propriæ speciei & existentiæ actualis: tunc &
taliter, quando & qualiter tibi supergloriosissimo creatori complacuit. Quemadmodum vestis seu do-
mus est in mente artificis antequam in opere fiat. Propter quod septimo primæ philosophiæ Aristote-
B les ait, quòd domus est à domo, & sanitas à sanitate. Domus videlicet materialis & sanitas corporalis, à
domo & sanitate quæ sunt in conceptu artificis per intelligibile esse. Itaque quoniā omnia profluxerūt
à deo, omnia ad eum sunt referenda, vt vnde exeunt flumina, reuertātur. Et de omnibus atque in omni-
bus exhibenda sunt deo, honor, gloria & virtus, tanquam principio & fini absolutè perfecto.

Expositio cap. v. [*Et vidi.*] Artic. vi.

C [*Et vidi in dextera sedentis super thronum librum scriptum intus et foris, signatum sigillis
septem*] Quidam hunc librum in aliquibus locis tot modis exponunt, vt exposi-
tionis multiplicitas confusionem, obscuritatem atque fastidium parére videatur.
Hinc planius procedendo, & quantū deo agente potero, iuxta literam permanen
do, id quod ordini literæ magis cōuenire apparet, inducam. Iam autem satis præ-
habitum est, quòd in isto volumine decursus ac status Ecclesiæ à tempore Chri
sti vel apostolorum vsque in finem sęculi describatur. Vidit ergo Ioannes imagi
naria visione in dextera sedentis super thronum, id est dei omnipotentis toti Ec-
clesiæ præsidentis librum scriptum intus ac foris, & septem sigillis signatum. Sic nanque in imaginaria
visione apparebat Ioanni, quòd huiusćemodi librum videret, quemadmodum etiam Ezechiel asserit,
Vidi, inquiens, & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber: & expandit illum coram me, qui
erat scriptus intus & foris. Quemadmodum ergo in visione Ezechielis per librum imaginaria repræsen
tatione visum, scriptum, expositum, & comestum, designatur eorum cognitio, quæ deus Ezechieli per
angelum reuelauit, quæ & in Ezechielis libro conscripta sunt: ita hoc loco per librum Ioanni ostēsum
intelligitur notitia vel scientia eorum, quæ Ioanni de ipso Ecclesiæ statu fuerant reuelanda. Quę & nūc
in hoc Apocalypsis volumine sunt descripta. Qui liber intus & foris scriptus apparuit, scilicet ab vtra-
que parte, vel in ambobus lateribus: ad innuendum, quòd valde multa mysteria contineret, & sensibus
redundaret. Item, quædam obscura, & aliqua clara haberet. Imò & aliqua de præsenti militanti ecclesia,
& aliqua de futura vita nondum nobis patente: sed quasi intus scripta, siue inclusa seruaret. Porrò quid
septem designent sigilla, infra deo implente dicetur: nunc verò intantùm tangatur, quòd tot sigillorum
signatio, difficultatem, obscuritatem, preciositatem sententiarum libri huius significat. [*Et vidi angelum
fortem prædicantem voce magna, Quis est dignus aperire librum*] id est sentētias huius libri exponere [*Et sol-
uere signacula eius*] id est causas difficultatis eius amouere: vt quæ latent, patescant? Quidam hunc ange-
lum dicunt fuisse Gabrielem, qui fortitudo dei interpretatur: potius tamen apparet, quòd fuerit angelus
D Ioanni in Christi persona apparens, eúmque de omnibus his informans, secundum quod superius dice-
batur. Denique angelus iste tam tubaliter inquisiuit, quis librum hunc aperiret, quatenus mentem Ioan-
nis ad horum aduertentiam prouocaret, atque sciendi hæc desiderio inflammaret. Non enim ex igno-
rantia interrogauit. Clamauit quoque voce tam grandi, ad insinuandum quòd magna prorsus existerēt
quæ erant scripta atque pandebat. [*Et nemo poterat in cælo*] id est nullus angelorum [*Neque in terra*] id
est nullus viatorum [*Neque subtus terram*] id est nullus eorum qui sub terra sunt, scilicet mortuorum,
vel dæmonum, vt quidam exponunt, quod tamen impropriè (vt arbitror) sonat. Idcirco per eos qui
sub terra sunt, potius designati videntur defuncti saluandi, qui in locis purgatoriis sunt: vel angeli bo-
ni, qui ad eorum consolationem descendunt [*Aperire librum*] id est horum scientiam elucidare [*Ne-
que respicere illum*] id est secreta eius comprehendere aut rimari. Quidam per librum istum vtriusq;
que testamenti scripturam intelligunt: Per angelum verò fortem, patres veteris testamenti. Sed hanc
scripturam sancti angeli intelligunt aperiréque possunt, prophetæ quoque ea quæ de Christo prædi- Danie. 10.
xerunt, eiúsque mysteria sibi ostensa, intellexerunt, cū intelligentia sit opus in visione. Insuper sanctus Actu. 2.
iste Ioannes, quando in die Pentecostes spiritum sanctum susćepit, vtriusque testamenti scripturas
atque mysteria eminenter cognouit. Hinc per librū istum potius arbitror designari horū secretorū no-
titiam, secundū quod est in mente diuina: cuius scientiā incomprehensibilem esse cōstat. Vel certè hanc
ipsam notitiam, secundū quod Christo homini fuit reuelata atq; infusa: quia in tanta plenitudine nul- Colloss. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

li alteri cõmunicatur. Sicque liber iste visus est in dextera dei ad innuẽdum, quòd in pia ac gratiosa dei E
virtute constat,cui & quantũ velit aliis hæc secreta manifestare.[Et ego flebam multum, quontam nemo]id
est nullus præfatorum[Dignus inuentus est aperire librum,nec videre illum]secundum sensum prætactum.
Potuit tamen aliquo modo videri, cũ Ioannes dicat se eum vidisse.Sed scientiam increatam, vel animæ
Christi infusam, nullus horum potuit penetrare.In quibus vtique verbis pandit Ioannes,quanto feruo
re optauit horum notitiam ac futurum ecclesiæ decursum & statum agnoscere:ita quòd verè cum Da-
Danie.10. niele & plus quàm Daniel,vir desideriorum posit vocari.[Et vnus de senioribus dixit mihi] me consolan
Iob.3. do.Nempe tam sancto dolori ac fletui consolatio debebatur, quia post fletum virtutis deus consolatio-
Matth. 5. nem infundit,docente Christo,Beati qui lugent,quoniam ipsi consolabuntur. [Ne fleueris] tam amarè,
Lucæ.6. [Ecce vicit leo de tribu Iuda].i.Christus,qui dictus est leo propter fortitudinem,regiam dignitatem,ac im
Matth.1. perterritum animum.Ortúsque est de semine Iuda per Dauid, qui moriendo mortem destruxit, atque
Hebr.2. in resurrectione victor apparuit.Hic vicit diabolum,eius vasa diripiendo, eiúsque potentiam debilitan
Matt.2. do.Vnde passioni iam proximus dixit,Nunc princeps huius mũdi eiicietur foras Et ego si exaltatus fue
Ioan. 2. ro à terra,omnia traham ad meipsum.Insuper spoliauit infernum,captiuam duxit captiuitatẽ,& per pa-
Psalm. 67. tientiam omnia superauit aduersa,[Radix Dauid]quia de radice ipsius Dauid,secundum naturam assum
Esa.11. ptam descendit,sicut prophetatum fuerat,Egredietur virga de radice Iesse.Christus quoque secundum
suam diuinitatem,fuit origo,radix ac fundamentum Dauid,& omnium.Rursus,Christus est radix Da- F
uid.i.radix ad Dauid secundũ carnis propaginem pertinens: de qua radice fideles quasi virgulta nascun
tur.Imò & ipsa ecclesia tanq̃ oliua arbor ac vinea fructuosa est nata.[Aperire librum, & soluere septem si-
gnacula eius]id est Christus quoniã victor surrexit,potens est tibi libri huius mysteria reuelare,& quic
quid scire cupis,ostendere: ita quòd increata dei cognitio futurorum ac secretorum, per ipsum tibi se-
cundum tuam capacitatem nunc patefiet,Christo quippe etiam secundum formam assumptam, compe
tit omnem mentem creatam purgare, illuminare,perficere ex plenitudine sibi collata. Notãdum,quòd
per vnum seniorum, qui Ioanni ista loquutus est, quidam Matthæum apostolum, quidam Petrum ar-
chiapostolum putant expressum,qui tempore huius reuelationis iam sub Nerone,per martyrium migra
uit ad dominum.Probabilius autem loqui videntur, qui omnia ista per eundem angelum Ioanni reuela
ta affirmãt: qui tamen in vi imaginatiua Ioannis,diuersarum personarum formauit effigiem.Sicque in il
lorum persona sermo dirigebatur interno affatu ad hunc sanctum. Consequenter prosequitur quomo
do Christus aperuerit librũ[Et vidi,et ecce in medio throni,et quatuor animalium et seniorum]id est in medio
militantis Ecclesiæ,quę sedes est Christi,ad quam Euangelistæ ac cęteri pertinent sancti. Nam & secun
dum Berengandum, per thronum & quatuor animalia ac seniores, vna Ecclesia eum cunctis suis ordi- G
nibus designatur[Stantem agnum] scilicet Christum, de quo ait præcursor Baptista, Ecce agnus dei. Et
Ioan.1. de quo item Hieremias, Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam.Agnus nanque propter
innocentiam,mansuetudinem, obedientiam & immolationem vocatur. De quo & Esaias prædixit, Si-
Esa.56. cut ouis ad occisionem ducetur: & quasi agnus coram tondente se obmutescet. Christus itaque in me-
dio Ecclesiæ visus est à Ioanne.Nam & hoc spopondit, Ecce, inquiens, vobiscum sum cunctis diebus.
Matt.28. præterea Christus dicitur in medio fidelium ambulare (inquantũ dona sua eis distribuit) & in throno
sedere vt omniũ princeps ac iudex:nunc verò dicitur stare,quasi paratus iuuare certantes[Tanquam occi
sum] quia reuera ante fuit occisus,& nunc quasi occisus apparuit cum cicatricibus vulnerum,cũ indubi
tanter ad immortalem resurrexerit vitam [Habentem cornua septem].i.omnium regum atque regnorum
Danie. 7. potestates:iuxta illud,Omnes populi,tribus & linguæ seruient ei.potestas eius potestas æterna,quę non
Psal.71. auferetur,& regnũ eius quod nõ corrumpetur.Item in psal.Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes
gentes seruiẽt ei.Berengãdus per septem cornua omnes electos intelligit: qui regnũ dei vocantur,& per
septem mundi ætates distinguntur[Et oculos septem,qui sunt septem spiritus dei]Itaque oculi isti sunt septẽ
Zach.3. dona spiritus sancti,quæ spiritus.i.spiritales influxus appellantur[Missi in omnem terram].i.per totam Ec
clesiam fideliũ animabus infusi. Istis donis plena est anima Christi,de quibus sermo propheticus loqui-
tur,Super lapidẽ vnum oculi septẽ sunt. Sed quia per oculum intellectus exprimitur, possunt per septẽ
oculos vniuersæ angelicæ mentes,quæ propter cognitionis eminentiã oculi nominãtur,intelligi:quę ad
ecclesiam custodiendã ac gubernandã mittuntur.Sicut Apost.astruit, Nũne omnes administratorij spi H
Heb. 1. ritus sunt in ministerium missi,propter eos qui hæreditatẽ capiũt salutis?Qui omnes sunt in manu Chri
Psalm. 122. sti,sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum. [Et venit et accepit de dextera sedentis in throno
librum.] Sic nempe in imaginaria visione apparebat Ioanni, quòd Christus homo ad patrem in throno
Danie.7. sedentẽ accedens,librum præfatum de dextera eius acciperet. Simile & in Daniele scriptum est,Aspicie
bam in visione noctis,& ecce quasi filius hominis veniebat,& ad antiquum dierũ peruenit. Per hoc igi-
tur quod vidit Ioannes,figurabatur quòd Christus vt homo à patre,imò à tota superfœlici Trinitate,o-
mnem suam scientiã,efficaciamq́; aperiendi librũ fortitus sit:non tunc quando Ioannes hæc vidit, sed à
primo incarnationis momento. Sed nunc ista monstrantur illi,vt videat se per Christum,mediante ange
lo,edocendum.[Et cum aperuisset librum]diuina secreta,& statum Ecclesiæ,ac scripturarum mysteria re-
serando[Quatuor animalia,et vigintiquatuor seniores] id est primi doctores ac prælati & sacerdotes Eccle
siæ,prout in præcedentibus plenius dictum est[Ceciderunt coram agno] ei humiliter gratias de tantę illu
minationis beneficio referentes.Cùm enim fideles in Asia,deinde & cæteri,reuelationem hoc libro cõ-
tentam à Christo per angelum & Ioannem suscepissent,in domino sunt gauisi [Habentes singuli citharas
et phialas aureas]per citharam, carnis mortificatio, quæ in auribus dei bene sonantem facit harmoniam,
exprimitur, porrò per phialas aureas,quæ latæ ac lucidæ sunt, mentes deuotæ per charitatem dilatatæ,
per sapientiam clarificatæ signantur [Plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum] exponit

A hoc loco seipsum,vt per hoc in aliis ad expositionem mysticam manuducamur. Hæc itaque odoramen
ta sunt spiritalia,puta orationes sanctorum istorũ,quas pro seipsis ac aliis fundunt, & sicut incensum co
ram deo ascendunt esque suauiter redolẽt,& per eas bonus odor Christi deo efficimur, multò amplius 2.Cor.2.
quàm per sacrificia legis, quorũ odorem deus toties legitur odoratus, quod non est aliud, nisi quòd ea Gene. 8.
propter deuotionẽ offerentium acceptauit,[Et cantabant canticum nouum]id est ad euangelicam pertinẽs Exod.29.
legẽ,& de humani generis innouatione tractãs,nouáque gesta cõtinens [Dicentes, Dignus es domine deus] Leni. 26.
Iesũ Christe, qui in vna persona es verus deus verúsque homo[Accipere librum & soluere signacula eius] Num.28.
id est præfata mysteria fidelibus elucidare[Quoniam occisus es,et redemisti nos deo]id est ad gloriam dei,
qui vnus ac trinus est[In sanguine tuo]id est precioſi tui sanguinis effusione.Ex quo sequi videtur,quòd
Christus sua passione libri huius acceptionem meruit,ac reuelationem: quem tamen, vt dictum est, ab
incarnationis exordio sumpsit ac nouit.Itaque aduertendum,quòd secundum Damascenum humanita
ti Christi ratione suæ hypostaticæ vnionis cum verbo,data est & competit ab incarnationis instanti ple Colloſ.1.
nitudo gratię ac sapientiæ:potestas quoque atque prælatio super omnem creaturam,ita quòd quicquid
deus scit scientia visionis,quæ est de existentibus secundum quãcunque differentiam temporis,scit etiã
anima Christi à primo suæ creationis momento. Nihilominus corporis sui glorificationem, exaltatio- Philip.2.
nem,iudiciariam dignitatem,dicitur sua passione ac humiliatione promeruisse,quãuis hęc ratione præ-
B fatæ vnionis ei cõperent. Vnde quod nunc dicitur agnus dignus accipere librũ & soluere eius signa-
cula,quia occisus est:intelligendũ est quantũ ad manifestationem huius acceptionis.Sicut & agnus ipse
Christus dominus est post passionem cõtestatus,Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Quia
tunc cœpit potestas hæc manifestari. Veruntamen aliqui dicunt quòd solutionem signaculorũ lib. vi- Matth. 28.
delicet reuelationem mysteriorum,Cristus sua passione promeruit,sicut & corporis sui glorificationẽ.
Itaq; redemisti nos[Ex omni tribu et lingua,et populo et natione.]Hoc dupliciter exponitur. Primò,quòd
ipsa ecclesia ex omnibus istis constet siue collecta sit,iuxta illud, Reminiscentur & cõuertentur ad do- Pſalm.21.
minum vniuersi fines terræ.Secundò,quòd fideles,præsertim electi,ex omni tribu,lingua,& populo ita
redempti sunt deo,quòd alij multi eiusdem populi linguæ ac tribus relicti & reprobi sunt. Secundum
quod Lucas ait,Crediderũt quotquot præordinati erant ad vitam, [Et fecisti nos deo nostro regnum et sa- Act. 13.
cerdotes]hoc ipsum supra scriptum est atque expositũ [Et regnabimus super terram]id est corpori nostro
dominabimur, eius carnalitatem ac passiones frenando. Iuxta quod ait Saluator, Beati mites, quoniam Apoc.1.
ipsi possidebunt terram.Denique Christo seruire regnare est,& ingenuitas summa,quemadmodũ bea-
tissima protestata est Agatha,Quid enim est Christo seruire,nisi diabolo,mundo,carni ac propriæ vo-
luntati victorialiter dominari? Quemadmodum nanque vitiosi sunt serui diaboli: sic virtuosi sunt do-
C mini eius.Vel quia non dicunt regnabimus in terra,sed super terram:exponi potest quod dicitur super
terram, id est in cęlo. Sed & cælum terra viuentium appellatur. Imò cùm sint verba quatuor animaliũ
& seniorum,per quos prælati,doctores, & sacerdotes intelliguntur: exponi potest de præsidentia, qua
isti inferiores gubernant.Præterea quoniam angeli sancti humanum genus,tãquam sibi in intellectuali
perfectione simile diligunt,eiúsque salutem deliderant: & quoniã per hominum saluationẽ eorum in-
stauratur ruina,præmium quoque & gaudium accidentale augetur.idcirco saluationi hominum congra
tulati sunt,sicut subiúgitur,[Et vidi]id est spiritaliter intuitus sum[Et audini]interiori auditu[Vocem an-
gelorum multorum in circuitu throni,et animalium,et seniorum]id est per gyrum totius ecclesiæ,quam ange-
li sancti circumeunt,custodiunt,protegunt,sicut & dæmones eandem circumeunt ad deuorandum [Et
erat numerus eorum milia milium] id pene innumerabilia milia. Siquidem per hunc maximum numerum
innumerabilis eorum multitudo exprimitur:quę & si deo sit certa,viatoribus tamen innumerabilis est. Iob. 21.
Hinc vox illa admirantis,Nũquid est numerus militum eius? Hic autem,secundum Berẽgandum & a-
lios, sit sermo de angelis ad hominum custodiam destinatis, quia de inferioribus constiſtunt ordinibus:
nisi quis dicat,omnium cęlestium ordinum spiritus ad externum mitti obsequium:quod sancto Diony Dionyſius
sio non concordat.Si ergo est tantus numerus angelorum Ecclesiam custodientium,quantus est nume-
rus vniuersorum:præsertim cũ iuxta diuinum Dionysium quantò in cælestibus hierarchiis chorus seu
ordo est altior: tantò plures in se angelicos continet spiritus. Hinc asserit sanctus Thomas, quòd sicut
D cælestia corpora excedunt inferiora quasi incomparabiliter in magnitudine:ita angelici spiritus in mul- Danie. 7.
titudine. Propter quod ait Daniel, Milia milium ministrabant ei,& decies milies centena milia assiste-
bant ei [Voce magna] id est iucundissima & vehementer affectuosa [Dicentium, Dignus est agnus,qui oc-
cisus est, accipere virtutem et diuinitatem, et sapientiam, et fortitudinem, et honorem, et gloriam, et benedi-
ctionem] id est rationabile est, iustum & opportunum, vt omnia ista Christo adscribantur, conuenire
seu inesse dicantur,eique competere manifestentur. Accipit ergo ista à nobis,quando laudamus,& con
sitemur ei ista inesse, seu conuenire. Ipse quippe est virtus & sapientia patris, vnigenitus dei, & verus
deus. Fortitudo quoque creata ei maxima est collata, secundum quod homo. Benedicimus autem
Christo benedictione laudis, & benedicit nobis benedictione consecrationis, seu sanctificationis, mu-
nera gratiæ infundendo. De qua benedictione ait Apostolus, sine vlla contradictione,quod minus est, 1. Cor. 1.
à maiore benedicitur. [Et omnem creaturam quæ in cælo est] id est vniuersos sanctos dignus est pos-
sidere, & subiectos habere, etiam secundum naturam assumptam [Et quæ in mari, et quæ sunt super Hebr.1.
terram, et quæ sub terra] id est homines viatores & damnatos, imò & cuncta creata [Et quæ sunt in aere]
id est pisces & aues.Vnde ad Christum maximè pertinet illud Dauidicum,Omnia subiecisti sub pedi-
bus eius, oues & boues vniuersas, insuper & pecora campi, Volucres cæli & pisces maris. Hinc alius
propheta testatur,quòd antiquus dierum,videlicet pater æternus,dedit Christo potestatem,honorem,
& regnum. [Omnes] id est angelos vniuersos & militantis Ecclesiæ seniores, ac filios [Audini dicen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

res sedenti throno]id est deo excelso vni ac trino[*Et agno*]id est Christo secundum naturam assumptam. E
[*Benedictio*]laudis & gratiarum actionis[*Et honor*] latriæ, seu hyperduliæ quantũ ad Christi humanitatem[*Et gloria et potestas in secula seculorum*]Hæc competunt deo, & hæc ei ab omnibus adscribi optare, & eius perfectioni ac beatitudini congaudere, debemus[*Et quatuor animalia dicebant amen*] diuina præconia confirmando, & de laude ac excellentia dei cordialissimè exultando. Quod & Euangelistis præcipuè competit.[*Et vigintiquatuor seniores ceciderunt in facies suas*]deo omnipotenti mente & corpore se
Ioan.5. humiliter prosternendo, quod & quotidie agunt electi fideles [*Et adorabũt viuentem in secula seculorum*] scilicet deum, qui essentialiter vita est:in quo idem sunt viuens, vita, & viuere. Cuius vita tantæ est eminentiæ, vt eius respectu nullum aliorum viuens dicatur: quia ab aliis vitæ puritate, fœlicitate ac plenitu
1.Tim.6. dine, distat in infinitũ: iuxta quem modum solus deus dicitur bonus, solus ens, solúsque sapiẽs. Ab hoc viuente primo fontano, purissimo: cuius vita in seipsa mundissima est, nobilissima, deliciosissima, inuariabilis, infinitis diuitiis plena: profluit omnis vita. Vita vegetatiua, vita sensitiua, vita secundum locũ motiua, & intellectiua. Vita naturæ, vita gratiæ, vita gloriæ. Denique ex prædictis patet consensus militantis ac triumphantis Ecclesiæ in laudibus dei: & quantũ omnes sancti regratiati sunt Christo pro beneficiis eius: præsertim quòd suo nos sanguine liberauit. Hinc ergo & nos debemus deum indesinenter, cordialiter concorditérque laudare, beneficia Christi, potissimè eius salutiferam passionem, incessabiliter F
menti nostræ proponere, gratias agere, imitari ac obedire.

Explanatio cap. v i. [Et vidi *quod aperuisset agnus vnum de septem sigillis.*] Artic. v i i.

PRæcedenti cap. dictum est, librum in dextera dei visum fuisse septem sigillis signatum: nunc de reseratione sigillorum istorum, & quid cuiuslibet sigilli apertionem sequutum sit, edocetur, [*Et vidi quod aperuisset agnus vnum de septem sigillis*] id est primum sigillum quo clausus fuit liber hic. Nunc incũbit ostendere quid ista sigilla designent. Qui ergo per librum intelligunt totã vtriusque testamenti scripturam, per ista sigilla intelligunt inuolutiones seu obscuritates, quibus Christi atque Ecclesiæ mysteria in scripturis velantur. Sed quia probabilius
Esa.43. visum est, vt per librum istum intelligatur increata scientia dei, qua deus Ecclesiæ decursum & statum prænoscit: cõsequenter per septem sigilla intelligendę sunt occultationes, quibus deus scientiam istã ab oculis omnis viatoris abscondit. Et hæ occultationes in re aliud non sunt, nisi ipsemet deus, secretũ suũ abscondens ac pandẽs pro libito suo. Porrò sigillorũ apertio, est diuinæ huius G
scientiæ manifestatio. Vidit ergo Ioãnes imaginaria visione, quòd Christus librum in dextera patris seu dei trini ac simplicis apparentẽ, in manũ accepit, primúmque eius sigillum aperuit. Ita, inquam, apparebat Ioanni in visione præfata. Per quod intellectualiter designabatur, quòd Christus præscientiam dei de statu Ecclesię cœpit Ioãni per angelum cõmunicare, reuelare, seu aperire. [*Et audiui*] interiori auditu[*Vnum de quatuor animalibus tanquam vocem tonitrui*].i. tubaliter, autoritatiuè, ac terribiliter loquẽs[*Dicens, veni et vide*]Cũ per quatuor animalia, quatuor euangelistæ signentur, per animal vnũ seu primum quidam intelligunt Marcum, qui per leonem signatur. Leo autem in ordine quatuor animalium primò exprimitur. Quidã autem per animal primũ intelligunt apostolum Iacobum minorem, alij euangelistã Matthæum. Insuper aliqui asserunt, quòd sancti per quatuor animalia significati, qui in isto cap. scribũtur affari Ioannẽ, fuerunt tẽpore huius reuelationis defuncti: & quòd animæ eorum in visione apparuerunt Ioanni, alloquentes eundẽ. Aliis magis apparet, quòd non ipsi veraciter apparuerunt: sed aliqua effigies eos repræsentãs, angelico ministerio in vi imaginatiua sancti Ioannis formata: sicque angelus in eorum persona ipsum affatus est. Et iuxta hanc viam non oportet eos fuisse defunctos, qui hic loqui cum Ioanne scribuntur. Nã infra quartũ animal: scilicet aquila, Ioannẽ designans inducitur ipsum affari. Similiter animal secundũ, scilicet Lucas, qui post hanc reuelationẽ multis vixit diebus. Cur ergo animalia ista scribuntur alloquuta Ioannẽ, vel angelus in persona eorum, nisi propter cõgruentiã quãdam: ad denotandum, quòd tota Ecclesia (cuius vicem gerit, typum seruat, personámque repræsentat Ioannes) à
quatuor Euangelistis informationẽ sortitur? Itaque primum animal dixit, Veni, spiritali appropinqua- H
tione, desiderando & aduertendo diuina. Et vide. i. intellige eos. Iuxta quem modum ait Psalmista, Accedite ad eum, & illuminamini. [*Et vidi, et ecce equus albus, et qui sedebat super illum habebat arcum.*] Sic imaginariè apparebat Ioanni. Cuius rei intelligentiam seu significatum ipse angelo instruente cognouit, sed non expressit, ideo obscuritatem induxit, expositoribúsque laborem reliquit. Beda & eũ sequentes, per equum albũ intelligunt primitiuam ecclesiam in baptismo lotam, & super niuem dealbatam, vestéque innocentiæ decoratã. Alij per equum album accipiũt cœtum seu chorum Apostolorum. Sed hoc cum priori expositione satis concordat, quia primitiuę Ecclesię dignissima portio fuerunt Apostoli. Porrò nonnulli per equum album, intelligunt cœtum primorum prædicatorum siue doctorum. Et hoc rursus redit in idẽ. Hi enim fuerunt Apostoli. Hic itaque Apostolorũ, seu primitiuæ Ecclesię chorus, dicitur equus: quoniã velox & agilis in prædicando, fortis in operando seu aspera sustinẽdo, audax in testificando: Albus verò per sanctitatis candorẽ. Sessor autem huius equi est Christus, qui in illorũ cordibus tanquam magister, director, & doctor iugiter præsidebat. Qui habebat arcum in manu sua, id est sacram scripturam & prædicationi idoneitatem in propria potestate. Congruè quoque scriptura dicitur
Abac.3. arcus, quia ex ea procedunt veritatis eloquia, virtutúmque documenta, vt tela contra inuisibiles atque
Esa.66. visibiles hostes Ecclesiæ, & contra aciem vitiorum. De quibus scriptum est, Mittam ex eis, qui saluati fuerint, ad insulas longè tenentes sagittam [*Et data est ei*] videlicet Christo secundum quod ho-

A mo est, à deo seu à tota Trinitate[*Corona*]id est dignitas regia, potestas dominatiua, beatitudo completa. Hæc quantùm ad rem, data sunt ei in incarnatione: quantùm verò ad manifestationem, in resur- Hebr.2.
rectione & ascensione. Hinc testatur Apostolus, Videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatũ. Potest quoque per coronam intelligi fidelium multitudo: quæ eum velut corona circundedit, ornauit, ipsi etiam tanquam capiti suo adhæsit. Hinc ait Esaias, Eris corona gloriæ in manu Esa.62.
domini, & diadema regni in manu dei tui. Denique data est ei à Satanæ synagoga, spinea corona, quam Ioan.19.
patienter ferendo, promeruit totius accidentalis mercedis coronam. Quidam per coronam intelligunt Christi carnem. Nam sicut coronam baiulat caput, & corona vestit caput: sic diuinitas verbi portat Christi carnem, & caro Christi vestiuit diuinitatẽ. Et de hac corona intelligi potest illud Canticorũ, Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem, in diademate quo coronauit eum mater sua[*Et exiuit*] de Cant.3.
medio Hierusalem seu primitiuæ Ecclesiæ, quando post passionem, & spiritus sancti missionem. Apostolos milit per mundum: sicque per potestatis suæ operationẽ exiuit cum eis. Item exiuit apatre, & venit in mundum. Exiuit itaque[*Vincens*]diabolum sua profundissima humilitate, mundum sua paupertate, carnẽ sua castimonia[*Vt vinceret*] Nam aduersarios suos suæ potestati subiecit, quosdam conuertendo ad fidẽ & obedientiam, alios deserendo & abijciendo damnationi per proprię æquitatis sententiam. Propter quod ait propheta, Sagittæ tuæ acutæ (populi sub te cadent) in corda inimicorũ regis. Et item,
B Dominãre in medio inimicorum tuorum [*Et cum apperuisset sigillum secundum*]id est diuinæ præscientiæ secretum de futuro statu Ecclesiæ copiosius mihi Ioanni elucidasset[*Audiui secundum animal dicens, Psal.44.*
Veni & vide]Secundum animal, secundum ordinem quatuor animalium supra inductum, est vitulus, Psal.109.
per quem designatus est Lucas Qui quomodo intelligendus sit affari Ioannem, iam tetigit. [*Et exiuit allus equus rufus, & qui sedebat super eum, datum est illi vt sumeret pacem de terra*]In isto capitulo ponit sanctus Ioannes apparuisse sibi quatuor equos: quorum primus fuit albus, secundus rufus, tertius niger, Apoc.4.
quartus pallidus: ad quos pertinẽt prima quatuor sigilla libri. Vnde in cuiuslibet sigillorum istorũ apertione viderur egredi equus. Per quod datur intelligi, quòd mox cum Ioannes in visione imaginaria cernebat ab agno aliquod horũ sigillorum aperiri, seu solui, intuitus est equũ imaginariè egredi. Per quod ei imaginaria visione præsentabatur, & simul intellectuali reuelatione pandebatur, quid in statu Ecclesiæ esset venturũ seu inchoatum, pleniúsque implendũ. Itaque secundũ Bedam & Albertũ sequẽtes in hoc Augustinũ, in primi sigilli apertione, per equum albũ ostenditur status primitiuæ Ecclesię. In tribus autem sigillis sequentibus triforme bellũ contra Ecclesiam. Ita quòd in apertione secundi sigilli per equum rufum ostenditur status Ecclesiæ tempore persequutorum ac martyrũ. In apertione verò tertij sigilli, per equum nigrũ status Ecclesiæ tempore hæresiarcharum. In apertione autem quarti sigilli, per equum pallidum status Ecclesiæ hypocritarũ, falsorúmque fratrum. Porrò in quinto sigillo ostenditur
C gloria triumphantũ in hoc bello. In sexto autem sigillo, ea quæ fient in persequutione tempore Antichristi. In septimo quietis æternę initium. Alij verò aliã considerationem assumunt, putantes omnia ista, quæ in quinque sigillorũ apertionibus visa sunt, ad Imperatores Romanos Ecclesiæ persequutores debere referri, ita vt per equũ rufum & eius sessorem, intelligatur populus Romanus, & Nero Imperator ei præsidens: qui propter sanguinem fideliũ, quem fuderunt, per equũ rufum eiusque sessorem, signantur. Insuper per equum nigrum & eius sessorem, intelligunt populum Romanum & Titum Imperatorem: qui nigro equo signati sunt, quoniam Iudæos ad tãtam calamitatẽ duxerunt, quòd fame fuerãt denigrati. Per equum pallidum & eius sessorem, accipiunt populum Romanum & Domitianum Imperatorem. Per apertionem quinti sigilli, dicunt manifestatum statum ac persequutionẽ Ecclesiæ à Traiano. Per apertionem sexti sigilli, persequutionem Ecclesiæ sub Diocletiano. Septimi verò apertionem sigilli referunt ad tempus hæreticorũ. Verùm contra hoc multa possent induci. Primũ, quòd isti expositores nituntur reuelationes sancti Ioannis exponere secundum processum ac ordinem temporis: vt quæ pri- Esaiæ.37.
mò sunt scripta, prius credantur impleta, nec eadem tẽpius iterentur. Hoc autem omnino incertum est, 32.
præsertim cum liber iste propheticus sit, & instar prophetaliũ procedat voluminum: in quibus tempo- Hiere.21.
ris ordo non obseruatur sicut in historialibus libris: & in quibus etiam sæpe eadem tractantur. Sicut in 32.&.39.
Esaia, Hieremia, Ezechiele, clarissimum est videre. Quoties nempe de Sennacherib regis Assyriorũ de- Ezc.7.17.
iectione Esaias prophetat? quoties Hieremias atque Ezechiel de vastatione Hierusalem per Chaldæos &.24.
D vaticinantur? Præterea qua ratione per equum rufum & eius sessorẽ populus Romanus ac Nero signantur, alij quoque Imperatores præfati significari dicerẽtur Omnes tãtùm in effusione sanguinis Christiani russi ac cruenti fuerunt, maximè Diocletianus. At verò quod dicunt de Tito, non videtur ad propositum pertinere. Titus enim non fuit Ecclesię persecutor: sed infidelium Iudæorum: & anteq̃ obsedit Hierusalem ac Iudæã, Christiani qui morabãtur ibidem, ex angelica admonitione inde regressi fuerũt, & regnum Agrippę (qui fuit confœderatus Romanis) inhabitauerunt, quemadmodum in Ecclesiastica narrat historia Eusebius. Præterea ex præhabitis innotescit, ea potissime in horum sigillorum apertura Ioanni ostensa, quę ante latebant, vel futura erant. Titus autẽ ante hanc reuelationẽ vastauit Iudæos, & Zach.6.
obijt. Nam Domitianus frater eius imperauit post eum. Postremò his, quæ hoc loco scribit Ioannes de quatuor equis, similia pro magna parte sunt, quæ apud Zachariam leguntur. Scribit enim ibidem ille Hierony.
quemadmodũ viderit quatuor quadrigas egredientes. In quarum prima fuerunt equi rubei, in secunda equi nigri, in tertia albi, in quarta equi varij & fortes. Et secundũ Hieronymum & alios doctores, ibidem per quatuor quadrigas & earum equos, in colore quadriformiter variatos, intelliguntur quatuor regna & reges eorum: sicut tamen vt per eosdem equos plures reges eiusdem regni signentur. Idcirco & hoc loco probabile est, omnes Romanos imperatores cruentos Ecclesiæ persecutores, eiusdem scilicet regni reges aut imperij, per equum rufum significari. Itaque Augustinũ, Bedam, Albertum sequen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.6. do,aperto secundo sigillo, exiuit alius equus rufus. Sic apparebat Ioanni in imaginaria visione. Et est E
sensus,quòd per illum equum ac eius sessorem,sibi tunc reuelabatur status Ecclesię tempore persequu-
torum,qui à tempore Neronis cœperunt Ecclesiam generaliter persequi. Vnde per equum rufum ex-
primitur multitudo ministrorũ principum persequutorum. Per cuius sessorem, intelligitur multitudo
Ioan.19. dominorum illorum crudelium,qui per martyrum occisionem sanguinarij extiterũt. Huic multitudini
principanti data est potestas,qua abutitur in persequutione iustorũ. Sicut & Christus dixit Pilato, Nõ
haberes aduersùm me potestatẽ vllam,nisi tibi desuper datum esset. Datum itaque seu permissum est ei
Matth. 10. [*sumere pacem de terra*].i.fideles in terra peregrinantes terrere, turbare, inquietare, occidere: secun-
Marc.31. dum quod Christus prædixit,Trademini à parentibus,& fratribus, & cognatis,& amicis: & eritis odio
Lucæ.21. omnibus hominibus propter me. Hoc à tempore Neronis vsque ad Constantini conuersionẽ durauit.
Abstulit ergo electis pacem temporis,& exteriorem quietem:non pacem pectoris,aut æternitatis[*Et vt
se inuicem interficiant*]Fideles enim,vt dictum est,ab infidelibus etiam valde propinquis, familiaribus,&
amicis occidebantur:quod in sanctorum legendis & chronicis satis describitur. Propter quod præmo-
nuit Christus, Tradet autem frater fratrem in mortem[*Et datus est illi gladius magnus*].i.grandis pote-
stas occidendi fideles. Romanis enim Imperatoribus persequentibus Christianos data desuper fuit mo
narchia,sed abusi sunt ea,& sibi subditos ac fauentes spiritaliter peremerunt, ad tot scelera ac sacrilegia
eos trahendo[*et cum aperuisset sigillum tertium*].i.vlteriorem,maiorem,& extensiorem futurorum noti- F
tiam mihi reuelare cœpisset, librum increatæ scientię mihi plenius exponendo, seu aperiendo[*Audiui
tertium animal dicens, Veni & vide*] Tertium animal habens faciem quasi hominis Matthæum significat.
Cuius anima vel effigies,seu angelus in eius persona dixit Ioanni,Veni & vide[*Et ecce equus niger*].i.hæ-
reticorum caterua vitijs denigrata,atque à lumine veritatis maximè aliena,dæmonibus coæquata [*Et qui
sedebat super eum*]videlicet hæresiarcharum, qui errorum inuentores errantiumque rectores fuerunt,
Matt.7. catena seu multitudo:vt Arius, Manichæus, Fotinus[*Habebat stateram in manu sua*] Per stateram,quam
hæreticorum doctores in manu,operatione seu vsu habent,intelligi potest simulata eorum iustitia:qua
se alios posse ponderare, eorumque opera mensurare, præsumunt. Vnde Saluator, Attendite (inquit)
vobis à falsis prophetis,qui veniunt in vestimentis ouium.Rursus starera est sacra scriptura,qua cogno-
scitur quanti ponderis sit spiritus:quemadmodum per stateram perpenditur,quanti ponderis sit corpus:
Hanc hæretici pro se allegant,dolosè proponunt,falsè exponunt,doctores se iactant, secundum eam se
viuere asserunt. Denique vt hi qui volunt aliquid emere in statera ponderant illud,sit ne dignum precio
an non: ita hæresiarchæ eos quos sibi acquirere atque decipere intendunt, prius per considerationem
acutam ponderant,an graues sint an leues.docti vel simplices, virtuosi an ad ruinam procliues [*Et audiui
tanquam vocem in medio quatuor animalium*] id est angeli existentis inter hæc animalia, ita quòd vox
ista de throno seu Ecclesia sonat [*Bilibris tritici denario vno, & tres bilibres ordei denario vno,& vinum et* G
oleum ne læseris]Bilibris est mensura seu vas continens duas libras: per quam hoc loco signatur eccle-
1.Cor.6. siastica congregatio, vtriusque Testamenti doctrinis imbuta, gemina charitate fundata, duobus
ex populis adunata. Porrò per triticum, quod est optimum granum, prælati, perfecti ac prædicato-
Matt.20. res expressi sunt: quorum est, alios spiritaliter ac saporosè reficere. Itaque bilibris tritici est collectio
eminentium personarum Ecclesiæ. Hæc empta est denario vno, scilicet precio sanguinis Christi: sicut
ait Apostolus,Empti estis precio magno Vel denarius est vita,seu merces beata in patria:quę in Euange
lio per denarium significatur diurnum. Hoc nummo digna censetur Ecclesia, & pro eo obtinendo
redempta est & renata in Christo. Insuper nomine ordei inferiores, rudiores, & subditi exprimuntur.
Tres verò bilibres ordei, sunt tota hæc fidelium multitudo, in fide superdignissimæ Trinitatis viuens:
quæ licet inferior sit gradu,dignitate,aut merito:eodem tamen precio est redempta,& ad eandem beati-
tudinem ordinata. Ideo cum tantæ æstimationis sint apud deum fideles,clamat angelus ne ledantur malo
exemplo:vel ne corporalis afflictio eis spiritaliter noceat,videlicet ne succumbant,imò per aduersa pro-
ficiant & saluentur. Item ne corporaliter plus q̃ deus permittit, ab aliquo molestentur. Per vinum autẽ
& oleum intelliguntur, qui quasi medio modo inter istos se habent, vel medium statum tenent: qui
Sapien 5. propter deuotionis feruorem,& mentis in deo iucunditatem,significantur per vinum. Per oleum verò,
propter pietatem & animi bonitatem. Tales præcipuè sunt religiosi, qui similiter non sunt lædendi.
Potest quoque verborum horum hic esse sensus, quòd vox illa dei prædixerit fideles maiores atque H
minores intantùm à persequutoribus esse vilipendendos, vt pro vno denario traderent multos,vixque
alicuius valoris eos haberent. Iuxta id quod in fine dicturi sunt, Nos insensati vitam illorum æstima-
bamus insaniam,& finem sine honore. Quomodo ergo computati sunt inter filios dei?& inter sanctos
sors illorum est?Vnde cum precioli sint coram deo,per vinum & oleum designantur, & persequutori
omni præcipitur,ne eos lædat modis prætactis.[*Et cum aperuisset sigillum quartum*]secundum sensum de
Matt.6. aliorum sigillorum apertione inductum[*Audiui vocem quarti animalis*] videlicet aquilæ per quam Ioan-
nes significatur: cuius vice loquutus est angelus ad eundem, personam Ecclesiæ repræsentantem[*Veni
& vide. Et ecce equus pallidus*]id est hypocritarum & fallacium fratrum cœtus[*Et qui sedebat super eum*]
id est quicunque principalis & ductor illorum[*Nomen illi mors*]quia & ipse in anima mortuus est, alio-
rúmque animas subuertendo occidit.Hic equus est pallidus,quoniam designati sunt per eum. qui cha-
ritate & sapientia quasi aurum se fulgere singunt:sed simulatione pallescunt:insuper exterminant facies
suas, vt pareant hominibus ieiunantes[*Et infernus sequebatur eum*]id est eterna pœna morientem talem
mox comitatur. Sed & multi diaboli currunt post eum, & suæ dolositatis sunt comites & consortes
1.Cor.11. [*Et data est illi potestas super quatuor partes terræ*]quia in omni loco Ecclesię hypocritarum ac seductio-
Mich.7. rum genus consistit, est que vbique in fallis fratribus periculum. Nam vir fratrem suum vena-

A tur ad mortem. Atque in omni angulo terræ inueniuntur,qui proximum à deo auertere,& ad vana con-
uertere moliuntur. Ideo subditur.[*Interficere gladio*]id est sermone venenato: nam gladius in labiis eo- Psalm.58.
rum,[*Fame*]id est subtractione alimoniæ verbi dei ac sacramentorum [*Et bestiis terræ*]id est carnalibus & Matth.4.
irrationabilibus concupiscẽtiarum viri orũmque motibus:vel crudelibus prælatis atque principibus,per Deuter.8.
quos multi spiritaliter corporalitérque n ecantur,[*Et morte*].i. alio quouis modo nocendi ac perimendi,
in corpore siue in anima.[*Et cum aperuisset sigillum quintum*]iuxta sensum præhabitum [*vidi subtus alta-
re*].i.in secretario laudis æternæ,quod est sublime altare triu mphantis ecclesiæ. Vel subtus altare, id est
sub Christi custodia & quiete. Christus enim vno modo alta re vocatur,in quo & super quod cuncta im
molamus,offerre debemus,videlicet in fide & charitate ipsius[*Animas interfectorum propter verbum dei,&
testimonium quod habebant*]id est animas martyrum qui occisi sunt eò quòd Christum prædicauerũt siue
confessi sunt. Has animas earúmque gloriam vidit Ioannes in spiritu,eo modo quo vidit & angelum se-
cum loquentem. Omnia enim hæc per quasdam effigies sibi præsentabantur. [*Et clamabant voce magna*]
.i.plurimùm affectuosa[*Vsque quo domine sanctus et verus non vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant
in terra?*].i.in persecutoribus nostris? Hæc beatæ animæ diuinæ æquitati penitus conformatæ,zelo iusti-
tiæ,non appetitu vltionis nudæ pretantur. Quod enim id liceat per id constat,quod Christus ait in Euã-
gelio,Deus non faciet vindictam seruorum suorum,clamantium ad se die ac nocte? Dico vobis,quia ci-
B tò faciet vindictam illorum. Hinc subditur[*Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ*].i. vnicuique præmium Lucæ.1.18.
essentiale,quod est gloria animæ[*Et dictum est illis*].i.à deo responsum[*Vt requiescerent tempus adhuc modi-
cum*]id est patienter præstolarentur, & interim corpora eorum in sepulchris quiescerent vsque ad diem
iudicij:quod modicum est, comparatione durationis futuri sequentisque seculi [*Donec impleatur nume-
rus conseruorum eorum*]qui nunc in militanti ecclesia deo ministrant:vel conciuium suorum,qui cum ip-
sis in cælis deo deseruiunt[*Et fratrum eorum qui interficiendi sunt, sicut et illi*]pro fide occubuerunt. Mul-
ti enim sub Antichristo circa finem seculi occidentur. Et tam diu durabit huius mundi decursus, quo-
usque electorum numerus compleatur. Vnde per fratres possunt intelligi martyres propter ampliorem
mutuò similitudinem. per conseruos verò confessores. Itaque in huius sigilli apertione, plenius declara-
ta est sancto Ioãni gloria quiescentium in Christo,& cõsolatio eorundem, futurúmque martyrium plu
rimorum in ecclesia militanti. Sed cum sancti in patria nil precentur nisi quod obtinent,animarum ista-
rum oratio fuit à domino exaudita: quia nec ipsi aliter appetierunt fieri vltionem, quàm deo placeret.
Ex his etiam probantur animæ ante futuram resurrectionem beatificari. Iterum innotescit ex his, quàm
stulta fuerit hæresis dicentium,impios in die iudicij precibus electorum saluandos: cum ex hoc loco ac
Euangelio pateat,quòd sancti optant postulántque iustam vindictam[*Et vidi,cum aperuisset sigillum sex-
tum*]magis ac magis reuelando mihi diuinæ scientiæ de statu Ecclesię sacramentum [*Ecce terræmotus fa-*
C *ctus est magnus*]Ista de nouissima sub Antichristo persecutione acerrima exponuntur. Loquitur autem
Ioan.more prophetico de futuro quasi præterito, propter certitudinem prophetiæ. Tunc igitur erit
magnus terræmotus,id est maxima inquietudo,turbatio,motio,habitantium in terra. Erit enim tunc tri Matth.2.
bulatio qualis non fuit à principio,vt proprio ore contestatus est Christus:qui & per Danielem idipsum Dan.7.
prædixit[*Et sol factus est niger*].i.Christus sol iustitiæ tunc maiestatem suam minus solito declarabit,nec
coruscabit per seruos suos miraculis. Diffamabitúrque nomen ipsius, & blasphemiis ipse inhonorabitur
maximis vehementer[*Tanquam saccus cilicinus*]qui est obscuri coloris,& vilis putatur. Quidam per so-
lem intelligunt doctores Ecclesiæ,qui tunc per sapientiam non lucebunt vt ante, nec fulgebunt prodi-
giis [*Et luna facta est vt sanguis*].i.Ecclesia plus solito sanguinem fundet, atque ab impiis sanguinolenta,
seu peccatrix dicetur[*Et stellæ cæli ceciderunt super terram*].i.qui in ecclesia splendidi videbantur, timore
& acerbitate persequutionis illius à fide recedent:quidam veraciter,quidam simulatè,seu apparẽter. Ali
qui quoque simulata sanctitate & miraculis Antichristi fallentur[*Sicut ficus emittit grossos suos,cum vento
magno mouetur*]tunc enim grossi, id est primi temporis fructus arboris fici ex vento impellente mox ca-
dunt in terram[*Et cælum recessit*].i.Ecclesia tunc prædicationem suam abscondet,nec publicè more soli-
to apparere,Christúmque colere & laudare audebit:nisi aliqui valde perfecti seu deprehensi [*Sicut liber
inuolutus*].i.signatus & clausus. Nam sicut huiusmodi liber quid intus contineat,non ostendit:sic Eccle-
D sia tunc filiis suis, non extraneis se manifestabit. Vnde Beda hîc ait, Sicut liber inuolutus mysteria qui- Beda.
dem intus,sed foris nõ apparentia cõtinet:sic & tunc Ecclesia suis tantùm cognita,persequutionem dis-
cretè vitans recedet:vt ab extraneis abdita,non videatur[*Et omnes montes insulæ moti sunt de locis suis*]id est
magni ac eis in insulis subditi,à facie tyrãnidis Antichristi vel corporaliter fugient, vel ab Ecclesiastica
vnitate ac fide recedent. Sic tamen,vt sit distributio pro generibus singulorum: quoniam quidam de om
nibus mouebuntur.[*Et reges terræ,et principes,et tribuni,et diuites,et fortes,et omnis seruus,et liber abscondé-
runt se in speluncis et in petris montium. Et dicunt montibus et petris,Cadite super nos,et abscondite nos a facie se-
dentis super thronum*].i.dei omnipotentis,qui vnus est trinus[*Et ab ira agni*]videlicet Christi, secundum
naturam assumptam,in qua iudicium exequetur. Totum istud vno modo exponitur de Christianis, qui
tunc ab Antichristi ferocia se abscondent diuersis ac secretis latibulis,& præ vehementi angustia, quasi
per excessum loquentes precantur, vt à montibus & petris operiantur & abscondantur à facie sedentis
super thronum,id est persequutionis acerbitatem, quam deo permittente seu ordinante sciunt grassari
in populo Christiano,effugiant. Iuxta quem modum & in Euangelio scriptum est, Dicent montibus, ca
dite super nos:& collibus,operite nos. Quod & Christus tempore passionis testatus est, peccatores esse
dicturos.[*Quoniam venit dies magnus iræ ipsorum*]scilicet sedentis in throno & agni,id est tempus grauis- Lucæ.23.
simæ persequutionis à deo & Christo permissæ,quæ patientibus atque timentibus quasi ira dei videbi-
tur: quàmuis propriè deo non competat, qui electos suos & amore potius & pietate, quàm ex ira in

Universidad de Deusto
Biblioteca

præsenti flagellat,vt emendentur aut perficiantur.Præterea per montes & petras,à quibus quærunt operiri & abscondi,quidam intelligunt maiores & perfectiores,quorum consilio,auxilio,precibúsque inferiores & minus perfecti,quærent iuuari,defendi, saluari: ne Christo veniente sint imparati, sed fixi reperiantur in fide.Plerique per montes & petras intelligunt sanctos in patria confirmatos in bono, instar petrarum & quasi montes præcelsos:quorum suffragia tunc isti postulabunt. Secundò hic locus exponitur de reprobis,qui die iudicij imminente,se quærent abscondere,& irâ dei euadere[*Et quis poterit stare*].i.constans in fide manere tẽpore tantę persequutionis? Nullus vtique propria virtute. Erit enim nũc tentatio tanta,vt in errorem ducantur etiam,si fieri potest,electi. Postremò quod dictum est, sol factus est niger,& luna vt sanguis,& stellæ cęli ceciderunt,& cælum recessit,& cætera,puto adhuc aliter posse intelligi. Siquidem sanctus Ioannes volumine isto prophetali sequitur modum loquendi prophetarum Est autem consuetudo prophetis,vt grauem cum aliquam hominibus vastitatẽ denunciant,luminaria cę li asserant immutari: quia videlicet hominibus in mœrorem deiectis ad solatium non relucent, quibus omnia sunt amara,& ipsa etiam lux consistit odibilis. Et iuxta hunc sensum verba hîc posita in prophetis quoque inueniũtur conscripta. Et primò(vt aliqua cõmemorentur)apud Ioëlem dicitur, Sol & luna obtenebrati sunt,& stellæ retraxerũt splendorem suum. Itémque, Sol cõuertetur in tenebras, & luna in sanguinẽ. Item apud Esaiam, Complicabuntur sicut liber cęli. Sic & in Ezechiele,cum dominus Pharaonis clades prædiceret, Operiam(inquit)cũ extinctus fueris cælos,& nigrescere faciam stellas. Omnia luminaria cæli mœrere faciam super te.

Ioë.29.
Esaiæ.24.
Ezec.32.

EXPOSITIO CAP. VII.[*Post hæc vidi quatuor angelos stantes.*] ARTIC. VIII.

Apoc.6.

QVoniam ea,quæ in fine præcedentis capituli sub sexti sigilli reseratione descripta sunt, ad Antichristi persequutiones ac tempora sunt relata:conuenientius reor ex ipso textus tenore,connexione,& forma etiã quæ sequuntur,ad prædicta referre. Subditur enim [*Post hæc vidi quatuor angelos,stantes super quatuor angulos terræ,tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent super terram.*]Itaque quæ nunc dicuntur ostensa sunt ei post ea quæ præcedenti capitulo scripsit, tanquam implenda,dum implebuntur quæ sexti sigilli apertionem concernunt. Nondum enim de septimi sigilli apertura disseruit. Denique tempore Antichristi,satellites eius in principalibus mundi patribus,plagis,seu regnis tenebunt dominiũ,nec Euangelicæ legis prædicatores permittent verbum dei disseminare. Est itaque sensus,Post hęc vidi quatuor angelos id est quatuor dæmones secũdum Haymonem. De quibus paul. Nescitis(inquit)quia & angelos iudicabimus? Et rursus,Certus,sum, quia neque angeli,neque principatus,neque virtutes poterunt nos separare à charitate dei. Alij per quatuor angelos, intelligunt seculi principes,stãtes super quatuor angulos terræ in quatuor partibus mundi habentes dominium,si de terrenis id est principibus intelligatur. Si autẽ de spiritibus malis,sensus est, quòd & ipsi in locis impiorum consistunt. Quemadmodum autem regnis præsident angeli boni, ita apponuntur eis & angeli mali. Tenentes quatuor ventos terræ,id est vitæ spiraculũ auferentes credentibus, & suo dominatu omnia præfocantes:ne flarent super terram,i.ne fidelibus pacificè viuere cõcederetur. Per hanc metaphoricam loquutionem innuitur,quòd ad tantam angustiam impij illi perducent Ecclesiam,vt respirare vix queat. Rursus venti terræ dicuntur prędicatores,qui audientium corda refrigerant, spiritalis vitæ flatum insundunt,nubem obũbrantis gratiæ afferunt. Itaque prędicti angeli tenebunt quatuor ventos terrę.i.prędicatores totius Ecclesię impedient,ne flent super terram.i.ne verbum dei hominibus prędicent. De quo flatu in Canticis dicitur,Veni auster perfla hortum meum[*Neque super mare*]id est in insulis maris,& his qui occupantur in aquis multis[*Neque in vllam arborem*].i.in eos qui habitãt in locis arboribus consitis. Vel arbores sunt homines,secundũ quod ait Saluator, Aut facite arborem bonam,aut facite arborem malam.[*Et vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis*].i.ab oriente[*Habentem signum dei viui*] Per hunc angelum quidam intelligunt Iesum Christum, qui est magni consilij angelus visitauitque nos oriens ex alto:& ascendit,id est sublimiter venit & gloriosè innotuit, ab ortu solis eterni,ex corde patris altissimi,ex summo cælo,vbi est nunquam deficiens. Vbi soli intelligentiæ mentibus oritur beatorum. Hic habuit signum dei viui.s.crucis vexillum. Habuit quoque signum quòd verè missus esset à deo,& quòd esset deus verus: secundum quod ait, Opera quæ dedit mihi pater, testimonium perhibent de me. Veruntamen per angelum istum potius arbitror intelligendum angelicum spiritũ diuinitus missum,prout infra in textu tangi videtur, Deus enim per angelos disponit ecclesiam. Qui angelus in visione imaginaria videbatur Ioanni quasi ab oriente cõscẽdere, atque in altiora volare: sicque in sublimi stans,ea quæ subsequuntur clamare. Habuit autem signum dei viui, quia in eo certũ videbatur indicium,quòd esset de curia summi regis,& angelus sanctus non malus,sicut prædicti. Præterea angeli sancti subinde cum crucis vexillo apparuisse leguntur. Sed & signum istud intelligi potest potestas refrenandi ac compescendi ferociam malignorum spirituum[*et clamauit voce magna*]id est grandi authoritate præcepit[*Quatuor angelis,quibus datum*].i.permissum,vel etiam diuina iustitia exigente concessum [*Est, nocere terræ & mari*].i.persecutionẽ inferre fidelibus,in prouinciis ac insulis hinc inde manentibus [*Dicens,Nolite nocere terræ & mari,neq; arboribus*].i.vltra nõ attentetis vexare fideles(qui per terrã mare & arbores,sicut expositũ est,designãtur)sicut fecistis [*Quoadusque signemus seruos dei nostri in frõtibus eorũ*] .i.quoadusq; ego & angeli sancti,mihi cooperãtes, crucis vexillo fideles ab infidelib⁹ discernam⁹ vel prędestinatos ad fidẽ cõuertẽdos notemus,corũq; cõuersioni cooperemur.quib⁹ verbis instruimur,qđ licet de⁹ ꝓmittit Antichristũ ad tẽp⁹ regnare,citò tñ malitię ei⁹ satellitũq; ipsi⁹ finẽ imponet,ita qđ angeli san

1.Cor.6.
Roma.8.

Cant.4.
Matth.12.

Esaiæ.6.
Lucę.7.

Ioan.18.

Hebręi.1.

Acti dæmonũ quoque tunc compescent sæuitiã,ne Christianos omnino extinguant,nec electorum cõuersionẽ ad Christũ impediant. Quidã verò,vt Berengandus & Beda,exponunt hęc pro tempore primi aduentus Christi, quando quatuor principalia regna mundi persida erant, & homines variis modis vexabant,postea quoque Euangelicæ legis prædicationẽ impedire conati sunt. Quorũ prauitatem compescuit Christus,suósq; protexit,ne eorũ quis impediret salutẽ. Imò ante suã natiuitatem ex virgine voluit pacem esse in mundo,cunctis subiectis Romano imperio. Quamuis autem istud catholicè dictum sit,nõ tamen videtur expositio ista ad præcedentia atque sequentia esse connexa. Neq; enim in primo Christi aduentu impleta sunt,quæ mox subduntur. Alij referunt istud ad tempora Constantini Imperatoris,cuius temporibus dicũt fuisse quatuor persequutores præcipuos in diuersis prouinciis,quos dicunt hîc per quatuor angelos, tenentes quatuor ventos signari. Et per angelum ascendentem ab ortu solis æstimant Constantinũ Imperatorẽ notari,cuius virtute prædicti persequutores à Christianorum infestatione repressi sint. Veruntamen eius tẽpore impletum non est,quod de signatione seruorũ dei in frontibus suis subiungitur,nisi secundum spiritalem intelligentiã,secũdum nominũ interpretationem acceptã. Sequitur enim de numero signandorum,& iam in dei præscientia signatorum[*Et audiui numerum signatorum*] signo dei in fronte,vt dictum est[*Centum quadraginta quatuor milia ex omni tribu filiorum israel*]ita quòd omnes simul accepti,tot fuerunt,seu erunt. Ex qualibet enim tribu erunt duodecim milia. Cúmq; duodecim tribus sint,signati ex omnibus tribubus istis pariter sumpti constituunt numerum memoratum. Nam in fine, Antichristi detecta perfidia, omnes tribus Israël conuertentur ad prædicationem Heliæ. multo vtique plures quàm hîc taxantur. Vnde per numerum istum determinatum indeterminatus ex primitur,propter perfectionem numeri huius:quemadmodum expositores satis declarant[*Ex tribu Iuda duodecim milia signati*].i.duodecim milia hominum ex hac tribu signabuntur signo crucis fide suscepta [*Ex tribu Ruben duodecim milia signati, &c.*]Conuenienter à tribu Iuda incepit,quia ex ea nati sunt reges. & quoniam Iudas inter fratres suos robustissimus fuit,vt primo Paralipomenon legitur. Potissimè autem,quia de semine eius natus est Christus. Omittit autem tribũ Dan.quia de ea(vt dicitur)Antichristus nascetur. Duodecim tamen nomina tribuum ponit. Nam tribum Manassen & tribum Ioseph distinguit cum tamen Manasses filius fuerit Ioseph. Similiter tribum Effraim non expressit:cuius secundum quosdam est ratio,quia Hieroboam primus rex decem tribuum Effrateus, populum Israël ad idololatriam traxit. Alij asserunt,per tribum Ioseph tribum Effraim designari. Qui autem hoc loco per duodecim tribus intelligunt vniuersos fideles(qui patriarcharum fidem & opera imitando,spiritaliter eorum filij nuncupantur,iuxta illud Apostoli,Si enim vos Christi, ergo semen Abrahæ estis)mysticam intelligentiam penes nominum interpretationẽ accipiunt. Iudas enim interpretatur confessio. Idcirco per tribum Iuda omnes,qui Christum veraciter confitentur,& propria quoque mala confiteri non renuũt,intelliguntur. Porrò Ruben interpretatur videns filiũ,vel videns in medio,vel filius visionis. Eius itaque tribus sunt, qui visioni contemplationis insistunt,& in medio laqueorum se positos cernunt.[*Ex tribu Gad,duodecim milia signati*]Per Gad,qui interpretatur accinctus, intelliguntur qui virtutibus contra peccata armantur [*Ex tribu Aser duodecim milia signati*]Per Aser,qui interpretatur,beatus,significantur qui Euangelicarum beatitudinum possessores sunt & futuram prægustare beatitudinem nunc merentur. [*Ex tribu Neptalim duodecim milia signati*]Per Neptalim,qui latitudo interpretatur, hi qui charitate extenduntur ad omnes, significantur[*Ex tribu Manasse duodecim milia signati*]per Manassen,qui obliuio interpretatur,signati sunt qui inferiorũ ac volubilium obliuiscentes,diuinorum meditationibus suam semper replere & occupare nituntur memoriam.[*Ex tribu symeon duodecim milia signati*]per Symeonem, qui audiens mœrorem interpretatur,sunt intelligendi,qui ex passionis Christi memoria,salubri conficiuntur mœrore, etiam ex desiderio patriæ,ex contemptu propriæ culpæ,ex proximorum ruina,& ex proficiendi affectu [*Ex tribu Leui duodecim milia signati*]per Leui,qui additus dicitur,exprimũtur qui bona bonis accumulant, & obseruantiæ præceptorum obseruantiam consiliorum adiiciunt,[*Ex tribu Isachar duodecim milia signati*]per Isachar,qui merces interpretatur,dantur intelligi qui meritis abundare satagunt,præmijque intuitu fortiter agunt[*Ex tribu Zabulon duodecim milia signati*]per Zabulon, qui habitaculum fortitudinis interpretatur,signati sunt qui perseuerantes in bonis,in deo quasi in firmissima terra,quiescunt [*Ex tribu Ioseph duodecim milia signati*]per Ioseph, qui interpretatur augmentum, expressi sunt qui spiritalibus diuitijs quotidie augmentantur[*Ex tribu Beniamin duodecim milia signati*]per Beniamin, qui filius dexteræ interpretatur,figurati sunt qui deum sibi gratiosè ac piè assistentem sortiti sunt, atque in eius dextera collocabuntur. Sed quia post Antichristi interitum & generalem Iudæorum conuersionem, mox beatitudo æterna præstatur,congruenter de triumphante Ecclesia subditur[*Post hæc vidi*] in spiritu[*Turbam magnam, quam dinumerare nemo*]id est nullus homo viator [*poterat*] beatis verò in patria numerum electorum conciuium suorum constare,probabile est[*Ex omnibus gentibus, & tribubus,et populis,et linguis stantes ante thronum*].i.coram maiestate diuina,cuius thronus quandoque Ecclesia militans,quandoque Ecclesia triumphans,interdum Christi humanitas,interdum anima iusti, interim cælum empyreum, nonnunquam ipsamet dei authoritas ac potestas vocatur:sicque nũc potissimè sumitur. Dicuntur autem sancti stare coram deo,& ante eum,non quasi deus non sit intra eos,qui omnia implet ac penetrat: sed humano more loquuntur scripturæ, morem gerentes infirmitati intelligentiæ nostræ. Stant itaque ante thronum, tanquam vultui maiestatis intenti, eiúsque obsequio cum inæstimabili reuerentia indesinenter parati[*in conspectu agni*]quia de Christi humanitate speciali gaudio reficiuntur, cui etiam secundum naturam assumptam reuerenter subduntur.[*Amicti stolis albis*].i.candidissimis incõtaminatisque gloriæ vestimentis,puta duplicibus stolis,beatitudine animæ & corporis,præmio essentiali, & accidentali:sicut scriptum est,propterea in terra sua duplicia possidebunt [*Et palmæ*]id est victoriæ suæ indicia

1.para.28,
Matth.1.

Gene.41.

Galat.5.
Gene.29.

Eodem

Gene.42.
Gene.30.
Gene.49.
Gene.41.

Gene.22.

Gene.49.

Gene.30.
Gene.25.

Esaiæ.61.

Universidad de Deusto
Biblioteca

[*In manibus eorum.Et clamabant voce magna*]id est amorosa,iucunda,deuota[*Salus deo nostro,qui sedet super* B
thronum]id est vno trinóque deo sit summa,æterna,& infinita fœlicitas,omnísque gloria ei attribuatur:
& quicquid salutis in nobis est,ab ipso profluxit. Hoc congratulando dicunt, quia sic est,non orando:
Psam.48. vt sit sicut cum dicimus,Laudate eum omnes angeli eius[*Et agno*].i. Christo secundum quod homo est.
Aliter tamen competit salus Christo vt homo, quam superbenedictæ Trinitati. Siquidem secundum
quod homo est,causa est nostræ salutis instrumentalis & meritoria, habétque fœlicitatem creatam fini-
tam:sed maiorem,quàm cæteri vniuersi simul accepti. [*Et omnes angeli stabant in circuitu throni & senio-*
rum & quatuor animalium].i.hominum beatorum in cælo glorificatorum.s.Euágelistarum & præcipuo-
rum patrum Ecclesiæ:qui,vt dictum est,per quatuor animalia & seniores expressi sunt.Loquitur autem
Ioannes de istis,secundú quod ipsi in visione apparuit,& pro statu futuro in patria. [*Et ceciderunt in con-*
spectu throni in facies suas]sic in imaginaria visione apparebat Ioanni. Quo significatur,quòd angeli san-
cti deo spiritaliter atque humiliter prosternuntur, eíque de hominum triumpho & gloria regratiantur
[*Et adorauerunt deum, dicentes Amen*]id est sic sit.& verè sic est,sicut sancti isti homines sunt loquuti,sa-
lus deo nostro,&c.Nam dicendo amen,hominum laudem confirmauerunt,diuinæque maiestatis hono
rationi congratulari se monstrant.Denique addunt.[*Benedictio,et claritas,et sapientia,et gratiarum actio,ho*
1.Ioan.1. *nor,et virtus, et fortitudo deo nostro in secula seculorum Amen*] id est ista omnia deo nostro conueniunt seu
debentur.Ipsi benedictio,id est laudatio impendatur,ab omnibus benedictus cognoscatur & commen- F
detur.Ipsi claritas,pulchritudo,synceritas,nobilitas cõpetit,in quo nulla est macula, nulla imperfectio-
Sapien.7. nis aut defectibilitatis admixtio.Deus enim lux est,& tenebræ non sunt in eo vllæ,qui in seipso immen-
sa prorsus claritate venustus est.Ipse quoque sapientia est,& omnis virtutis origo,cui omnes mentes be
Daniel.9. ne disposítæ,intimo regratiantur affectu,& optare debemus, vt ei ab omnibus sempiterna gratiarum a-
Ephe.5. ctio exhibeatur,cui soli honor Iatriæ debetur.Ipse est virtus virtutum,sanctus sanctorum, omni virtu-
te sine mensura conspicuus:cuius fortitudo seu omnipotentia finem non habet. Hoc angelicum canti-
cum mente & ore deuotissimè frequentemus,núncque pro viribus vitam inchoëmus cælestem,psallen-
do deo iugiter in cordibus nostris:semper gratias referentes eidem,& cõfitentes ex animo, quòd à digna
ac plena gratiarum actione deficimus in immensum. [*Et respondit*] id est ad animæ meæ admirationem
seu dispositionem conuenienter loquutus est [*Vnus de senioribus*]mihi in visione apparentibus [*Et dixit*
mihi]non quasi ignorans,sed me instruere volens.[*Hi qui amicti sunt stolis albis qui sunt, et vnde venerunt? Et*
Zach.4. *dixi illi,Domine,tu scis*]qui iam vnus illorum es, & regnas in patria. sicut Zacharias angelo, ita Ioannes
seniori huic respondit, quem aliqui putant Petrum fuisse apostolum, qui tempore huius reuelationis
triumphauit cum Christo.[*Et dixit mihi,Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione*] Per multas enim tribu
lationes oportet nos ingredi regnum dei[*Et lauerunt stolas suas,et dealbauerunt eas in sanguine agni*]id est G
Actu.14. opera interiora & exteriora, quæ sunt mentis & corporis spiritalia indumenta. Vel stolæ sunt corpus,
quo anima vestitur,& anima qua corpus ornatur.Has stolas ab inquinamento peccati mundauerunt in
sanguine agni,id est in fide & imitatione,in virtute & merito passionis Christi.Vnde non ait rubricaue-
runt,sed dealbauerunt:ad innuendum,quòd de spiritali dealbatione sit sermo: itémque, quòd omni ca
rent immunditia culpæ,quæ nigredini comparatur.Præterea aliqui dicunt hæc de solis martyribus di-
ci.Beda verò & alij multi,exponunt de cunctis beatis hominibus.Nam & aliqui confessorum,longum,
magnum,ac durum in mundo duxerunt martyrium,sicut Hieronymus & beatissimi eremitæ[*Ideo sunt*
ante thronum dei]id est deo facie ad faciem fruuntur[*Et seruiunt ei*]cultu latriæ, scilicet laudatione, ado-
ratione,gratiarum actione[*Die ac nocte*]id est sine interruptione in ipsa æternitate,omne temp⁹ dierum
ac noctium complectente[*in templo eius*]puta in patria ac triumphanti ecclesia. Veruntamen infra dicit
Ioannes templum non vidi in ea, scilicet in ciuitate cælesti: quod quomodo intelligendum sit, ibi-
dem deo implente dicetur. Hæc seruitus, quietissima atque dulcissima merces est seruitutis præsentis
laboriosæ. [*Et qui sedet super thronum*]id est deus omnipotens, trinus & simplex [*Habitat super illos*]
1.petri.1. id est in eis per dona gloriæ indesinenter quiescit, & desuper posidet eos,gubernátque immediatè per
Psam.102. seipsum, non dirigendo eos in finem adipiscendum, sed conseruando immobiliter in fine adepto.
[*Non esurient neque sitient amplius*] secundum quod in esurie ac siti defectus atque pœnalitas includun-
tur: iugiter tamen appetent eum, in quem & angeli desiderant prospicere.Satiatur ergo & omnino im- H
pletur in bonis desiderium cordis eorum,ita quòd contentantur. [*Neque cadet super illos sol*]id est ser-
uor persequutionis[*Neque vllus æstus*]diræ aduersitatis vel anxietatis [*Quoniam agnus, qui in medio throni*
est]id est inter beatos, & omnium corda inhabitans [*Reget eos*] id est confirmatos tenebit in bono, ita
quòd amplius errare,peccare,labi aut pati non poterunt[*Et deducet eos ad fontes vitæ aquarum*] id est ple-
nitudine sapientiæ, exuberantia gaudiorum, inundantia æternalium diuitiarum, eos sine fine reficiet
Psam.38. & potabit. Iuxta quod scriptum est, Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis
tuæ potabis eos. Quoniam apud te est fons vitæ. Fontes enim aquarum vitæ sunt infinita ipsa sapien-
tia dei, immensa eius opulentia, plenitudóque incunditatis ipsius. Quæ omnia quamuis in deo
sunt vnus simplicissimus fons, tamen ob diuersitatem effectuum seu donorum pluraliter nomina-
tur. Sicut & misericordia dei in se vna est, quæ frequenter plurali numero designatur. De hoc fon-
Psalm.45. te ad plenum potantur beati: iuxta illud, Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. In quibus imple-
Esaiæ.66. tur, quod dominus per prophetam dicit, Ecce ego declino in eos vt flumen pacis, & vt torrens in-
Esaiæ.40. undans gloriæ gentium. Quod hic dictum est, apud Esaiam ferè eisdem verbis exprimitur, vbi
habetur, Non esurient neque sitient amplius, & non percutiet eos æstus & sol: quia miserator
eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos [*Et absterget deus omnem lachrymam ab oculis eo-*
rum.]Ecce quàm dulce verbum,quàm familiarem se exhibet deus in patria his, qui piè lachrymantur,

A atque salubriter cõpungantur in via.Quàm fœlix lachryma,quam creatoris clemẽtissimi manus absterget. Ideo ait Saluator,Beati qui lugent,quoniam ipsi cõsolabuntur. Hoc ipsum est,quod propheta prædixit, Præcipitabit (inquiens) dominus mortem in sempiternum, & auferet lachrymam ab omni facie. Núnne stultissimi ac vanissimi probantur, qui propter huius breuissimæ vitæ ac immundissimæ carnis delitias,tanta se beatitudine priuant? Quibus loquitur & Christus, Væ vobis qui ridetis,quia plorabitis & flebitis.Væ vobis diuitibus,quia nunc habetis consolationem vestram. Matth.5. Esaiæ.35.

Explanatio cap. VIII. [*Et cum aperuisset sigillum septimum*] Artic. IX.

OCtauum capitulum quidam incipiunt in hoc verbo, Et cum aperuisset, quidam in eo quod post pauca subiungitur,[Et] vidi septé angelos. Itaque[*cum*]agnus habẽs clauem scientiæ,in quo sunt omnes sapientiæ thesauri [*Aperuisset sigillum septimum*] .i. seipsum vltimúmque libri ostensi sigillum,secretum præscientiæ dei de statu Ecclesiæ plenius enodasset,& quid in fine seculi Antichristo perempto futurum esset,insinuasset [*Factum est silentium in cælo*].i.quies & pax in ecclesia [*Quasi media hora*].i.modico tempore.Per quod figurabatur, quòd Antichristo deleto ecclesia erit in pace,& liberè prædicabit,quod tamen non diu durabit, quoniam citò veniet ad iudicium Christus. Vnde Beda
B hîc ait,post interitum Antichristi aliquantula requies futura creditur in ecclesia.De qua Daniel ita prædixit,Beatus qui expectat,& peruenit ad dies mille trecentos triginta quinque. Quod exponens Hieronymus.Beatus(inquit)qui interfecto Antichristo supra mille ducẽtos nonaginta dies. i.tres semis annos dies quadraginta quinque præstolatur: quibus dominus atque Saluator in sua maiestate est venturus [*Et vidi septem angelos*]Hîc secundum Albertum incipit tertia visio.Et de angelis istis infra singillatim tractatur. Per quos quidam intelligunt septem hæresiarchas,Arrium,Macedonium,Pelagium, &c. Quibus quod subditur non videtur bene congruere[*stantes in conspectu dei,& datæ sunt illis septem tubæ*] nisi fortè dicatur,quòd etiam alibi Sathan legitur affuisse inter filios dei,& coram eo stetisse.Hinc Berengandus,Haymo,Beda,& alij multi per septem angelos intelligunt prædicatores euangelicæ legis vniuersos: quia frequenter & maximè in libro isto,per septenarium vniuersitas denotatur. Quibus diuinitus datæ sunt sIob.1.
ptem tubæ.i.cuilibet data est efficacia prædicandi,& sermo idoneus,quę tubę nomine exprimuntur:iuxta illud,Quasi tuba exalta vocem tuam.Et illud,In gutture tuo sit tuba,[*Et alius angelus venit et stetit ante altare*] Quoniam hîc iam alia visio est ostensa Ioanni, dicunt doctores catholici, hoc loco statum & cursum ecclesiæ plenius quasi à principio demonstrari atque conscribi.Vnde per angelum istum intelligũt Christum,qui est magni consilij angelus, & per incarnationis mysterium venit in mundum,stetitEsaiæ.58.
C que ante altare.i.in conspectu ecclesiæ:quæ secundum Berengandum & Bedã altare vocatur.Vel altare Oseæ.8.
est ara crucis,in qua ipse summus sacerdos sacrificauit deo patri seipsum. Sed & mensa, in qua cœnauit
& primã missam celebrauit,corpus suum & sanguinem consecrando,atque discipulis porrigendo,nún- Esaiæ.9.
ne altare ritè vocatur?Vel stetit ante altare illud sublime in patria. Quia licet esset in terra visibiliter, in
cælo tamen erat veraciter,& per clarissimam contemplationem astitit patri[*Habens thuribulum aureum in*
manu sua] Thuribulum aureum quidam exponunt corpus Christi immaculatum, ex quo deus odorem Matth.29.
suauitatis accepit.Alij corda apostolorum,atque credentium quæ erant in manu,dispositione, directio- Ioan.13.
néque Christi. Potest nihilominus per thuribulum istud intelligi sanctissima conuersatio,seu meritum
Christi,splendore sapientię & charitatis ardore ornata:quæ thuribuli ,pprietates & actus impleuit,sicut
paulò post dicetur.[*Et data sunt ei incensa multa*].i.spiritalia holocausta,videlicet,orationes sanctorum ignitæ,quas fideles offerunt Christo mediatori,vt meritis suæ sacratissimæ in mundo hoc conuersationis
perficiantur,atque à deo patre seu Trinitate exaudiantur.Sicque conuersatio seu meritũ Christi sortitur
rationem thuribuli.quia sicut in thuribulo ignis & thus simul ponuntur vt odor suauis erũpat,ita in cõuersatione ac merito Christi preces fidelium actusque fundantur,vt coram deo suauiter redoleant[*Vt*
daret] .i.patri offerret, tanquam aduocatus ac mediator,non vt verbum genitori æquale [*De orationibus*
sanctorum]quia incensa ista sunt de numero orationum,quas deuoti per Christum immolant deo. Iuxta
illud,Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo[*Super altare aureum*].i.super conuersationis
D suæ meritum.Vel corpus suum ac corporis sui passionem,vt scilicet horum dignitate atque virtute orationes sanctorum sortirentur effectum.Denique,teste apostolo,Christus interpellat pro nobis.Et Ioannes dicit,Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccaPsal.140.
tis nostris[*Quod est ante thronum dei*] .i.in approbatione & beneplacito eius, sicut ad filium loquutus est
pater,Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui [*Et ascendit fumus aromatum*] .i.odor seu Matth.5.17
grata acceptio[*De orationibus sanctorum*] quæ sunt flagrantissima coram deo aromata [*De manu angeli*].i.
virtute,interpellatione,& merito Christi:qui preces suorũ immolat patri,cuius vultui nunc apparet pro
nobis ostẽdens ei quam pro nobis assumpsit naturam, & quid in ea pro nobis fecit ac pertulit. Ideo subditur[*coram deo.Et accepit angelus*].i.Christus[*Thuribulum aureum*].i.corpus suum incontaminatum,vel
conuersationem suam sanctissimam,eam pro nobis patri allegando,ac offerendo,seu ostendendo[*Et implevit illud de igne altaris*].i.donis,feruore,& gratia spiritus sancti:qui altaris.i.ecclesiæ ignis est. Nam &
Christo homini dedit pater seu trinitas spiritum non ad mensurã.Et ipsemet christus opera sua in summa charitate exhibuit & effecit[*Et misit in terram*]ignem istum seu gratiam & ardorem spiritus sancti.Nã
de plenitudine Christi accepimus omnes:qui ait, Ignem veni mittere in terram. Misit quoque corpus
suum in terram,scilicet in sepulchrum,& derelinquens illud in sacramento ecclesiæ cũctis fidelibus ad
refectionem salutis,ad charitatis indicium,ad perpetuam rei memoriam. Sed & conuersationem suam
nobis in exemplum reliquit.Sicut scriptum est,Christus passus est pro nobis,nobis relinquens exemplũ 1.Petri.2.

Universidad de Deusto Biblioteca

vt sequamur vestigia eius[Et *facta sunt tonitrua & voces*].i.sublimia ac mediocria documenta [Et *fulgura*] B
.i.coruscantia signa,prout supra magis expositum est[Et *terræ motus magnus*].i.grandis admiratio habitatorum terræ,alijs pœnitẽtibus, aliis obstinatis & conuersos vexantibus. Quamuis autẽ expositio ista sit vera atque catholica:aptius tamen videtur vt angelus iste intelligatur angelicus spiritus ecclesiæ præsidẽs
Daniel.2. .s.Michaël,quia nunc princeps extat Ecclesiæ, sicut olim synagogæ. Iste ecclesiam visitat, & ante eius altare stat,habens thuribulum aureum,id est charitatem præcipuam ad fideles,per quam eorum spiritalia sacrificia colligit,deóque offert:cui dantur incensa multa, quando ecclesia eius suffragia petit, suásque preces per manus illius deo offerri precatur. Quod & ille diligenter exequitur, offerens preces & actus fidelium super altare aureum illud cęleste in patria,super quod beati laudes & preces offerunt domino. Insuper accipit angelus thuribulum suum aureum, quia charitatem suam extendit ad nos, eúmque implet igne præfati altaris,seipsum ad nos amandos inflammans:vel precibus suis ac nostris ardorem sanctæ charitatis nobis à deo obtinẽs ac reportans.Ideo sequitur,Et misit in terrã.i.corda fidelium hoc igne charitatis succendit,quo facto fiebant tonitrua,voces & fulgura;quia tunc corda præceptorũ,& prælatorum siue doctorum confortata sunt atque idonea facta ad prædicandũ, & ad miraculosè agendum[Et *septem angeli qui habebant septem tubas.*] Quid per angelos istos eorúmque tubas signetur, pro viribus dictum est [*Præparauerunt se,vt tuba canerent*]id est ad prosequendum prædicationis officium sibi iniun- F
Actu.1. ctum se idoneos exhibuerunt,se humiliando, in dei ope sperando, iustè viuendo, vt quod prædicaturi erant,primò implerent,exemplo Christi qui cœpit facere & docere[Et *primus angelus tuba cecinit*]Per primum angelum tuba canentem,primus prædicatorum ecclesiæ ordo,videlicet apostolorũ chorus,tubaliter prædicans designatur[Et *facta est grando & ignis mixta sanguine*]hoc accipi potest in bono,quantùm ad electos atque conuersos: & in malo,quantùm ad infideles,duros & reprobos. Iuxta primum sensum per grandinẽ quæ percutit verba apostolorũ,quæ corda prauorũ arguendo percutiebant,& conuertebant,intelligũtur.Per ignẽ amor & gratia spiritus sancti.Per sanguinẽ cruor Christi pro hominibus fusus. Hi ergo verbo dei percussi,& spiritus sancti igne inde succensi sunt, quæ grando & ignis mixta sunt sanguine.i. virtute dominicæ passionis dabantur & operabãtur.Porrò iuxta sensum secundũ,per apostolorum prædicationem reprobi maiorem damnationem promeruerunt,verbis dei non obediendo:sicque facta sunt eis grando & ignis mixta sanguine,i.tempestas atque incendium infernale pro sanguinolentis & carnalibus eorum operibus.Verùm enimuero Beda venerab.hunc assumit sensum, quòd per apostolorum prædicationem hæ pœnæ infernales innotuerunt hominibus,ita vt per grandinem intelligatur
Iob.14. frigus inferni,per ignem ardor ipsius.Ab aquis enim niuium ad calorem nimiũ trahiẽt, & vsque ad inferos peccarũ illorũ.Vt Iob ait,præter hunc & alius non inconueniens sensus accipi potest,vp.s.ex apostolorum prædicatione facta est grandis tempestas & ignis æmulationis in mũdo, ad quę cõsequuta est san- G
guinis copiosa effusio, quibusdam credentibus,alijs contradicentibus,& credentes necantibus[Et *missum est in terram*]Totum istud secundum Glossam. s. grando, ignis, & sanguis.i. hominibus ista denunciata siue illata sunt,electis quidẽ salubriter secundum primam expositionẽ, reprobis verò damnabiliter.s.ad damnationem eorum,iuxta expositionem secundam[Et *tertia pars terræ, et arborum combusta est, et omne fœnum viride combustum est*]Sacra scriptura multiplicem sensum habere asseritur, non idcirco
Augusti. duntaxat, quoniam literaliter, tropolicè, allegoricè & anagogicè explanatur: sed ideo quoque,quia in ea vicissim sensus literalis est multiplex,secundum Augustinũ.Cuius ratio est quia interdum sensus literalis scripturæ non est qui per verba,sed qui per res verbis designatas exprimitur. Res autem huiusmo
Matth.3. di diuersas sortitæ sunt proprietates & actus,ideo iuxta hoc sensus literalis multiplicatur. Sic autem est in loco præsenti.Præterea quòd per terram habitãtes in terra significentur,certissimè constat,quòd etiã per arbores intelligãtur homines,liquet ex eo quod ait Saluator,Omnis arbor quę non facit fructum bo
Esaiæ.40. num excidetur & in ignẽ mittetur. Quòd demum nomine fœni homines innuantur,pandit sermo pro-
1.Petri.1. pheticus dicens,Verè fœnum est populus.Insuper per tertiã partem istorum.s.terræ,fœni, ac arborum intelligenda est pars valde magna eorũ.Itaque tertia pars terrę.i.hominũ inferiorum ac subditorũ,& arborum.i.maiorũ ac prælatorũ,& omne fœnum viride.i.homines in quibus floret iuuentus & humor car
prou.1. nalitatis ac mundi prosperitas, combusta sunt.i.consumpti. Quidam salubriter, esse culpæ amittendo, iuxta sapientis sententiam dicentis,Verte impios & non erunt.Quidam infeliciter, damnationem incur H
rendo,prout grando,ignis,& sanguis dupliciter exponuntur. Quòd autem grandinis nomine verbũ dei
Hiere.23. possit intelligi,hinc constat,quod per Hieremiã dñs loquitur, Nũnquid non verba mea sunt quasi malleus conterens petram?[Et *secundus angelus tuba cecinit*].i.chorus ordo seu cœtus discipulorum, quos apostoli à suis sedibus ad loca diuersa prædicandi gratia direxerunt, vel incertis vrbibus ordinauerunt episcopos:quales fuerunt excellentissimi patres ac prædicatores Dionysius, Polycarpus, Ignatius [Et
ecce tanquam mons magnus igne ardens].i.diabolus per superbiam eleuatus:cui dicitur, Quid tu mons
Zach.4. magne coram Zorobabel,in quo est ignis inuidiæ,feruor totius impietatis?Vnde secundum Dionysium in diabolo est amens furor, [*Missus est in mare*]id est in corda incredulorum amara & inquieta ingressus est,vt per eos euangelicæ prædicationi resisteret. Nã(vt Dionysius scribit)audientes Græci crucem prædicari & resurrectionem ex mortuis, lato ore riserunt, & tyranni exacerbati fuerunt [Et *facta est tertia pars maris sanguis*] id est valde magna pars gentilium fidem recipientium sunt occisi [Et *mortua est tertia pars creaturæ, quæ habebat animam in mari*] Quia, vt dictum est, in hoc mari magno, quod est
Marci.16. seculũ nequã,multi istorum sunt trucidati.Alij verò qui vel non crediderunt,vel credentes vexauerunt, spiritaliter mortui sunt.Itaque nomine creaturę intelligitur homo,testante seruatore,Prædicate euange-
Roma.1. liũ omni creaturæ.Et apostolo dicente,Inuisibilia dei à creatura mundi,per ea quæ facta sunt,intellecta conspiciuntur[Et *tertia pars nauium interiit*].i.rectorũ & prelatorum ecclesię,quorũ est alios per hoc ma-

A re turbulentissimu m ad salutis vehere portum. Tunc nanque episcopi,aliíque principales inter fideles, primi trahebantur ad mortẽ [Et *tertius angelus tuba cecinit*].i. ordo sanctorũ doctorum qui cessante persecutione ecclesiæ à tyrannis contra insurgentes hæreticos tubaliter prædicauit,& scripturas verè exposuit scilicet Hieronymus,Augustinus,Ambrosius[Et *cecidit de cælo*] id est de ecclesia, [*Stella magna*].i. quiuis hæresiarcha,vel hæresiarcharum catena vel cœtus,qui ad scientiæ eminentiam,sanctitatísque apparentiam,stellæ vocantur.Nam & tales ab Apostolo Iuda sydera errantia vocantur.Et quidã per stel- Iudę.1.
lam istã intelligũt Pelagium hæresiarcham,qui fuit valde literatus & monachus [*Ardens sicut facula*]Hi enim flamma proprij sensus & igne ambitionis vehementer accensi fuerunt. [Et *cecidit in tertiam partem fluminum & in fontes aquarum*].i.corda multorum etiam baptizatorum infecit ac perturbauit.Imò & fontes aquarum,doctores videlicet & prælatos,à quibus riui scientiæ ad subditos profluunt,partim subuertit. Nam multi episcopi ac prælati per hæresiarchas fuerunt corrupti [Et *nomen stellæ dicitur absinthium*] quia maxima amaritudo,tristitia, dolor generabatur electis ex cuiuscunque hæresiarchæ peruersissimis documentis[Et *facta est tertia pars aquarum absinthium*]ídque dupliciter. Nam qui cõsenserunt hæresiarchis facti sunt similes eis,& appellantur absinthium,propter amaritudinem vitiorum, quibus contra catholicos sæuiebant.Cæteri autem fideles propter hæreticorum impudentiam & errores, simpliciúmq; pereuntium seductionẽ amarè planxerunt[Et *multi homines mortui sunt de aquis*].i.de hæresiarcharum do-
B ctrinis,siue discipulis[*Quia amaræ factæ sunt aquæ*].i.spiritus sancti dulcedinem perdiderunt, & felle falsitatis ac prauitatis infectæ sunt.Vnde & quosdã catholicorum corporaliter occiderunt. [Et *quartus angelus tuba cecinit*].i.ordo vel cœtus doctorum qui contra negligentiam,& peccata fideliũ præsertim pastorum loquuntur.Olim nanque quando vigebant hæretici,erant valde sancti episcopi,postea autẽ redita vndique pace cœperunt prælati negligentius agere, & quadam securitate torpere. Vnde & subditi inferioréſque delapsi sunt[*Percussa est tertia pars solis*]id est prælatorum qui debent instar solis lucere,& calorem amoris diuini in aliorum corde producere.Quibus ait Saluator, Vos estis lux mũdi. Isti verbis Danie. 2.
diuinis percussi,reprehensi,notati sunt[Et *tertia pars lunæ*]id est congregationis ecclesiasticæ illis subie- Matth.5.
ctæ à quibus est illustranda[Et *tertia pars stellarum*]id est religiosorum ac inferiorum prædicatorũ,quibus ornatur ecclesia sicut cælum astris[*ita vt obscuraretur tertia pars eorum*] Nam ex prælatorum potissimè episcoporum ruina & impia vita, inferiores isti passi sunt magnam diuinæ illustrationis & gratię minorationem,splendorémque sanctitatis,& famæ perdiderunt nitorem [Et *diei non luceret pars tertia,noctis similiter*]per diem contemplatiui,per noctẽ actiui,& in pœnitentiæ actibus constituti signantur. Horum grandis pars claritatem gratiæ amiserunt,ita quòd sicut tenetur, proximis suis nõ lucent exemplo,
C fama,doctrina,consilio atque auxilio:quandoquidẽ maximum malum ecclesiæ,est negligẽtia superiorum,& consequens inde casus inferiorum,ac dissolutio atque carnalitas religiosorum multorum.Iuxta hunc modum sumendi diem & noctem fertur in Psal. Dies diei eructat verbũ,& nox nocti indicat sci- Psal.18.
entiam[Et *vidi*]in imaginaria visione[Et *audiui*].i.angelo edocẽte percepi ac intellexi. Vnde istud videre & audire realiter idem sunt[*Vocem vnius aquilæ volantis per medium cælum*]Per aquilę huius effigiem quã in interioribus sancti Ioannis angelus sanctus formauit, ipsemet Ioannes horum scriptor ac denũciator figurabatur.Porrò per medium cęlum,ecclesiæ protensio insinuatur[Et *dicentis voce magna*],i.seriosa & affectuosa [*Væ væ væ habitantibus in terra*] id est viatoribus præsertim terrena amantibus. Dicítque ter væ,ad ampliorem exaggerationem,clariorémque mentis suæ expressionem,conformans se consuetudini prophetarum,qui instante magno periculo,vocem doloristignificatiuã ter exprimere consueuerunt. Quemadmodum Ioël, Hieremias, Ezechiel,in quorum libris subinde sic scribitur, A,a,a,diei domini, Ioël.1.
vel aliquid tale. Et in Zacharia,O,bis repetitur [*De cæteris vocibus trium angelorum qui erãt tuba canituri*] Hiere.1.
id est toties dixit vę habitantibus,&c. propter acerbitatem tribulationum denunciãdarum sub vocibus Ezech.2.
trium angelorum sequentiũ.Iam enim quinque angelorum buccinatio est descripta, restat trium. Itaq; Zach.4.
si per væ intelligatur pœna damnationis æternę vel malum culpę, referenda erunt hęc væ ad ipsos persequutores iustorum,seu reprobos.Si verò temporalem afflictionẽ designet,poterit ad electos, qui multipliciter affliguntur,referri.Vnde & ad intuendum triplex malum,dicit ter væ. Est enim peccatũ,temporalis vexatio,æterna damnatio.Postremò quę dicta sunt,ad nostram possent informationem conuer-
D ti,vt scilicet discamus & studeamus continuis atque ardentibus orationibus insudare: quum tanta sit o- Tob. 12.
rationis virtus & dignitas,vt angelicis manibus recipiatur,ac in cælum mox deferatur,faciátque suauem coram deo odorem,& qualiter cętera nobis valeant coaptari,perfacilè reor.

Explanatio capitis IX. [Et *quintus angelus tuba cecinit.*]
Articulus X.

OVemadmodum statim post Christi ascensionem, & spiritus sancti missionem, cœpta euangelicę legis prędicatione hęreses oriri cœperunt:sic secundum quosdam catholicos doctores & patres, Antichristi aduentum præcursurę sunt hæreticę prauitates.Et inde quidã exponũt prędens cap. Omnes autem de hæreticis ista exponunt.Sed aliqui de illis hæreticis,qui in primitiua fuerunt ecclesia,aliqui de illis qui post Arriũ eruperunt.Beda verò,Albertus & alij multi, de illis qui Antichristi præcurrent aduentũ. Sensus autem pro magna parte redit in idem. Vnde & sic exponenda est litera, vt omnibus queat aptari [Et *quintus angelus tuba cecinit*] id est quintus ordo vel chorus prædicatorum atque doctorum, ea quæ Christi sunt fortiter

Universidad de Deusto
Biblioteca

prædicauit,quod tamen potissimè sumitur de his prædicatoribus,qui post præfatos erunt,aduenientibus E
memoratis hæreticis Antichristi aduentum præcurrentibus [*Et vidi stellam de cælo cecidisse in terram*] id
Marc.13. est quempiam hæresiarcham, seu hæresiarcharum cateruam, qui ob scientiæ fulgorem stellæ vocantur. Et quia plerique eorum, antequam laberentur in hæresim, quasi stellæ in ecclesia splenduerunt, se-
Matth.25. cundum Berengandum. Labuntur ergo de cælo, id est de ecclesia quæ regnum cælorum vocatur. In terram, id est ad vitam terrenam & vitiosam: atque ad eos quorum affectio in terrenis versatur [*Et data est illi clauis putei abyssi*] id est potestas siue industria aperiendi profunditatem, vel secretum fluctuantis amari hæretici documenti. Aqua enim doctrinam significat: Abyssus verò mortifera ac submergentia hæreticorum figmenta. Hæresiarchæ itaque per apparentem ac fictam sanctitatem, per eloquentiæ venustatem, per naturalem philosophiam, per scripturarum inordinatam allegationem, secreta suorũ pandunt atque proponunt errorũ. Denique puteus abysi dici potest intellectus hæresiarchæ, ex quo dogmata hauriuntur iniqua: & hunc puteum suum simulatores & callidi hæresiarchæ sub specie sereniss-
mi fontis aperiunt, fèlque sub colore mellis propinant. Hinc subditur, [*Et aperuit puteum abyssi*] id est
cordis sui versutias hæreticósque errores [*Et ascendit fumus putei abyssi sicut fumus fornacis magnæ*] id est
hæreticæ impietatis tenebrosus error & falsitas nubilosa, longè latéque dispersa sunt copiosè, & fœ-
Apoca.8. tor perfidiæ coram deo ascendit: sed & fama hæresiarchæ vulgata est. Quia vt facerent sibi nomen, nouа asserere præsumpserunt [*Et obscuratus est sol et aer de fumo putei*] Per solem sicut iam dictum est, prælati atque doctores ac superiores quique seu eminentes (quorum est alios illustrare) signãtur, & talium multi hæreticorum errore commaculantur: lumen rectę fidei, ac virtutum perdentes splendorem. Aëris verò nomine plebs ipsa seu grex significatur, qui à prælato susçipit scientiæ lumen, quemadmodum
Matt.14. à sole aër fulgorem. Plebs autem facilius etiam decipitur. Obscurantur quoque electi, dum per hæreticos diffamantur & contristantur [*Et de fumo putei exierunt locustæ super terram*] id est hæretici hæresiarcharum filij siue discipuli, instar locustarum multi, & distortè incedentes per semitas tenebrarum, animo leues ac petulantes. Hi nempe ab hæresiarchis spiritaliter generantur [*Et data est illis potestas sicut habent potestatem scorpiones terræ*] id est deo permittente potestate sibi concessa aburentur, & nocebunt ac
Esaiæ. 40. animas lædent improuisè, acutè, blanditiosè: sicut scorpio improuisè diffundit venenũ. nam vultu blanditur, & percutit cauda [*Et præceptum est illis*] id est deo agente prohibiti sunt [*Ne læderent fœnum terræ, neque omne viride, neque omnem arborem: sed tantum homines, qui non habent signum dei in frontibus suis*] Per
*Matth.24. fœnum, inferiores, fragiles, & incipientes: per viride mediocres & proficientes: per arbores, maiores atque perfecti sunt designati: quibus deo iubente hæretici non queunt nocere in anima, quando electi
2.Thes.2. sunt: quoniam dei gratia conseruantur. Homines verò signum dei in suis frontibus non habentes, sunt G
qui charitatem & opera fidei non habent: qui iusto dei iudicio falli ac disperire sinuntur. Quemadmo-
Matt.24. dum ait Apostolus, Mittet illis deus spiritum erroris, vt credant mendacio: eò quòd veritatis charitatem non receperũt. Et Christus testatur, Quoniam refrigescet charitas, abundabit iniquitas multorum [*Et datum est illis*] id est hæreticis à deo prærordinatum [*Ne occiderent eos*] puta præfatos fideles, morte perfidiæ vel naturæ. Nam & si aliquos Christianos, non tamen vniuersos, occidere permittentur [*Sed vt cruciarent eos*] id est corporaliter persequerentur [*Mensibus quinque*] id est per omne tempus vitę præsentis: quæ propter quinque sensus in quibus agitur, & quinque ætates quibus extenditur (qu æ sunt in-
Gregor. fantia, pueritia, adulescentia. iuuentus & senectus) per quinque menses designatur. Beatus Gregorius sacit sex ætates in homine. Nam vltimam bipartitur, vocans posteriorem eius partem decrepitam, vt sex ætates hominis, sex ætatibus mundi conformet. Itaque permittit deus in seculo isto catholicos ab hæ-
1.Cor.11. reticis tribulari, sicut Apostolus loquitur, Oportet hæreses esse, vt qui probati sunt manifesti fiãt [*Et cruciatus eorum*] id est pœna à perfidis inflicta fidelibus erit [*Vt cruciatus scorpionum cum percutit hominem*] id est talis erit, qualis est pœna quam sustinet à scorpione percussus: quia vt tactum est acutè, improuisè, & venenatè nocebunt. [*Et in diebus illis*] quibus hæretici sic vastabunt ecclesiam, & variis modis eam irreuerenter tractabunt, plurimósque decipient, [*Quærent homines mortem*] corporalem dicentes cum
Rom. 7. Paulo, Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Vt scilicet sint cum Christo, nec
Num.11. tantam enormitatem conspiciant. Sicut & Moses domino ait, Obsecro vt occidas me, ne tantis afficiar H
malis [*Et non inuenient eam, et desiderabunt mori, et fugiet mors ab illis*] Quoniam deus pro ampliori eorum profectu, atque propter inferiorum custodiam conseruabit eos in vita. Itaque in tribulatione grauissima constitutus potest appetere mortem corporalem, vt viam ad vitam beatam, & cum conditione saltè
3.Reg.19. implicita, inquantùm scilicet deo placuerit. Sic enim Helias & Tobias animas suas tolli rogabant à cor-
Tob.3. pore. Paulus quoque, Supra modum, inquit, grauati sumus, ita vt tæderet nos viuere [*Et similitudines lo-*
2.Cor.1. *custarum similes equis paratis in prælium*] Non ait locustæ, sed similitudines locustarum, ad innuendum
Danie.28. quòd omnia ista in imaginaria visione sibi ostensa sunt. Itaque similitudines locustarum, id est hæretici similes erãt equis ad pugnam paratis, id est cum seruore & impetu procedentes, sine dei timore ac discretione. Et sicut equi non sua ratione, sed sessoris impulsu aguntur in bellum: ita doctores pestiferi diabolico spiritu agitati feruntur contra ecclesiam [*Et super capita eorum tanquam coronæ similes auro*] id est signa victoriæ præferent. In mentibus quoque eorum, quæ spiritaliter capita nuncupantur, secularis sapientiæ fulgor, imò & scripturarum quędam cognitio refulgebit. Verũtamen quoniam vera & salutari
Matth.27. sapientia carent, nec ipsas scripturas rectè intelligunt, sed subuertunt, non coronę aureæ, sed tanquam coronę auro similes in eorum capitibus describũtur. [*Et facies eorum sicut facies hominis*] Hoc ideo dicitur, quia hæresiarchę & quidã eorum sequaces, frequẽter sunt ingeniosi seu cautelosi. Per faciem equidem ratio designatur. Ad insinuãdum ergo quòd rationabiles quodãmodo esse videntur (nam & natu-

A ralis rationis argumentis se muniunt) dictum est, facies eorum, sicut facies hominis. Et sicut in facie hominis sunt os, per quod eloquentia, nasus quo discretio, oculi quibus sapientia & mansuetudo seu modestia designantur: ita hæresiarchæ eloquentes, prudentes, discreti inaniter apparebunt. [*Et habebant capillos sicut capillos mulierum*] Per capillos capitis, cogitationes, affectionésque cordis signantur. Quum ergo heretici cogitationibus affectionibúsque carnalibus, mollibus, instabilibus, effœminatis repleti sint: rectè instar fœminarum criniti feruntur. [*Et dentes eorum sicut dentes leonum*] id est quic- Eccle.21.
quid simulationis & fictæ pietatis assumpserint, tamen re ipsa sæuissimi erunt, & animas dilaniabunt, atque consumptas in diaboli corpus traiicient. Rursus, quemadmodum dentes leonum fœtorem emittũt: sic isti per diffamiam fœtidi erunt, & vitiis coram deo fœtentes [*Et habebant loricas sicut loricas ferreas*] id est indurata contra veritatem præcordia, & varia errorum suorum munimenta, vndique contra catholicos se armantes [*Et vox alarum*] id est insolentia verborum, seu strepitus exercituum, earum [*Sicut vox equorum multorum currentium in prælium*] Quo datur intelligi, quòd nullam habent in loquendo verecun- 2.Tim.3.
diam garruli & procaces, quorum sermo serpit vt cancer. Præterea, quòd per alas significentur exercitus, patet per illud Esaiæ, Erit extensio alarum eius, vtpote regis Assyriorum, implens latitudinem terræ tuæ ô Emanuel [*Et habebant caudas*] id est fautores & turmas post se currentes [*Similes scorpionum*] id est Esa.8.
pungitiuas, crudeles, procaces. Qui enim alium sequitur adulando, iuuando, hortando, cauda vocatur: Esa.9.
B Esaia dicente, Propheta docens mendacium, cauda est [*Et aculei*] id est industriæ decipiendi, blasphemię, scandala, & tormenta quæ infligunt catholicis, [*Erant in caudis earum*] quia his iaculis feriunt, & occidũt quamplurimos [*Et potestas earum nocere hominibus mensibus quinque*] Permittũtur enim decipere reprobos, temporaliterque affligere iustos. Cur autem per menses quinque totum tempus præsentis vitæ exprimatur, iam patuit [*Et habebant super se regem angelum abyssi*] id est diabolum qui in impiis regnat: iuxta Iob. 41.
illud Iob, Ipse est rex super omnes filios superbiæ. Impij autem, secundum quod Esaias profatur, sunt Esa. 57.
quasi mare feruens quod quiescere non potest. Quemadmodum autem quidam angelici spiritus præsident singulis hominibus, scilicet, quilibet vni, & quidam eorum præsident regnis, vt hi qui sunt de su- Heb. 1.
premo ordine infimæ hierarchiæ: sic & quilibet homo vnum habet exercentem diabolum, & regnis certi aduersantur diaboli. Nam & de quolibet ordine angelorum aliqui lapsi credũtur. [*Cui nomen Hebraice abaddon*] quod interpretatur exterminãs, seu disperdẽs [*Græce autem apollon, Latine autem habet nomen exterminans*] & hoc ab effectu suæ malitiæ. Nam per seipsum & suos ministros indesinenter conatur fi- 1.Petr.3.
deles exterminare, hoc est, extra fines seu terminos ecclesiæ militantis ac triumphantis statuere, & vera Ephe.6.
beatitudine, quæ rationalis creaturæ finis est, spoliare. Ponitur autem nomen diaboli in tribus linguis Sapien.1.
præcipuis, per quas cæteræ dantur intelligi: quia hæc scripta sunt ad totius profectum ecclesiæ, ex variis
C linguis collectæ, quatenus vniuersis diaboli innotescat proprietas: qui & in omni lingua multos exterminauit. De quibus Sapiens loquitur, Ab itinere iusto abierunt in exterminium [*Væ vnum abiit*] id est vna harum trium tribulationum modo descripta est, & tempore suo finem habebit [*Et ecce veniunt adhuc duo væ*] id est duæ prægraues tribulationes post illam sequentur sub tuba sexti & septimi angeli [*Et sextus angelus tuba cecinit*] id est sextus ordo seu chorus prædicatorum valde prædicauit. Quod de prædicatoribus illis accipitur, qui instante Antichristi aduentu ecclesię filios præmunire studebunt, secundum Haymonem, Bedam, Albertum [*Et audiui vocem vnam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod est ante oculos dei*]. Omnia ista in imaginaria visione ostendebantur Ioanni per angelum, qui verba, effigies, atque Apoc.1.
imagines in interiori sensu Ioannis formauit. Itaque per vocem istam, quam audiuit in spiritu designatur, concors totius ecclesiæ sensus, prædicatio, vel doctrina. Porrò altare aureum appellatur ecclesia seu Marc.16.
fides & charitas eius, secundum quod plenius dictum est. Quatuor cornua sunt quatuor euangelia, vel
quatuor principales virtutes, vel vniuersi doctores ac prædicatores, ecclesiam in quatuor mundi parti- Psalm. 30.
bus protegentes: ex quibus omnibus vnanimis prædicatio oritur, vt contra Antichristum & eius falla- psalm. 149
cias prædicetur. Est quoque altare hoc ante oculos dei, quia acceptum est cuncta cernenti. Oculi enim
domini super iustos. Et beneplacitum est domino in populo suo. Itaque audiui vocem, [*Dicentem sexto angelo, qui habebat tubam*] id est memorato ordini prædicatorum tempore suo fortiter prædicaturo [*Solue quatuor angelos qui alligati sunt in flumine magno Euphrate*] per hos quatuor angelos quidam intel-
D ligunt dæmones. Alij principes seculi infideles, qui omnes dicti sunt quatuor, propter quatuor plagas terræ principales, in quibus demorantur & regnant. Insuper per Euphratem, seculum nequam procellosum ac fluctuans designatur: in quo angeli isti ligati sunt, quoniam diuina virtute eorum refrenatur crudelitas, ne iuxta libitum suum queant nocere. Hos igitur angelus iste soluet, id est soluendos denunciabit, quia tunc plus solito desæuire, tentare & persequi permittentur [*Et soluti sunt quatuor angeli*] id est aduersarij isti tempore suo ecclesiam impugnare sinentur. [*Qui parati erant*] id est e- Iob. 3.
runt. Loquitur enim de futuro quasi præterito, consuetudine prophetali, propter certitudinem veritatis [*in horam et diem et mensem et annum*] id est indefesso animo parati erunt continuò seu omni temporis sui spatio, persequi iustos. Veruntamen Haymo per horam intelligit medium annum, per alia tria, tres annos, quibus Antichristi durabit tyrannis [*Vt occiderent tertiam partem hominum*] id est plurimos valde [*Et tertia pars terræ combusta est*] id est multitudo habitatorum terræ igni impietatis seu duritia tribulationis consumpta. Multos enim spiritaliter periment, quos à Christi fide & cultu auertent: quos autem auertere nequierint, corporaliter lædent [*Et numerus equestris exercitus*] istorum quatuor angelorum Matth.24.
Satanæ est [*Vicies millies denamilia*] Hic rursus, sicut & supra frequenter, ponitur numerus determi- Apoc. 7.
natus pro indeterminato, quasi innumerabilis multitudo tunc persequutura est Christianos. Vicies autem est bis decies, hoc est vicesies. Porrò, vt ait Berengandus, quemadmodum deus habet equos suos, scilicet prædicatores, qui eum per vniuersum orbem deportauerunt: ita habet diabolus equos suos, id

Universidad de Deusto
Biblioteca

est omnes impios super quos sedet,& ad perpetrãda diuersa scelera impellit. Denique hæresiarcharum B
Hiere.4. Ioël. 2. discipuli dicuntur eorum equi: omnes quoque ministri principum iniquorum, equi eorum vocantur, dum eis ad mala agenda infœliciter obsequuntur[*Et audiui numerum eorum*] id est angelo loquente & edocente, percepi ac intellexi numerum huius equestris exercitus, & quid significaret[*Et ita vidi equos in visione*]imaginaria atque prophetica,quòd scilicet isti veritatis aduersarij hæretici,fuerũt mihi ostensi tanquam diabolorum mãcipia[*Et qui sedebant super eos*]id est dæmones hæresiarchis ac hæreticis præsidentes. Vel hæresiarchæ & principes persequutores suis discipulis ac ministris dominantes [*Habebant loricas igneas et hyacinthinas, & sulphureas*] Per loricam hoc loco exprimitur quæcunque armatura spiritalis contra fidei ac virtutum synceritatem,seu cordis duritia. Vel propriè lorica est iniustitia:sicut &
Ephe.6 lorica bonorum extat iustitia,secundum illud Pauli, induti loricam iustitiæ. Istæ loricæ sunt igneæ, propter ardentẽ persequendi affectũ,& propter ignem iræ atque furoris persequutorum. Et hyacinthinæ, id est cælestis cuiusdam apparentiæ erunt,quoniam magnam boni & veri speciem sibi assument:secundum quod diabolus transfigurat se in angelum lucis. Hyacinthus autem cælestem habet colorem. Vel hyacinthinæ,id est fumeæ,secundum Haymonem & Bedam:eò quòd oculum mentis obtenebrabunt, quemadmodum fumus oculos corporales. Sulphureæ quoque scribuntur,quia per falsitatem,impietatem,blasphemiam contra Christum procedẽt[Et *capita equorum*]id est dæmones,hæresiarchæ atque tyranni,impiorum istorum capitanei[*Erant vt capita leonum*]id est superbi erant,feroces, & deuoratores fi F
delium[Et *de ore ipsorum procedebat ignis*]id est sermo inuidiosus & rabidus,seu sententia occisionis contra fideles[Et *fumus*]id est verba ventosa, vanitatisque vapor instabilis [Et *sulphur*].i.blasphemiæ fœtor.
Iob. 13. Etenim sic loqui,imprudentibus,non sapientibus competit:iuxta illud Iob, Nũquid sapiens respondebit quasi in ventum loquens,& implebit ardore stomachum suum? [*Et ab his tribus plagis occisa est tertia pars*].i.magna multitudo[*Hominum*]vtpote[*De igne,fumo et sulphure*]Nam & ipsi hæresiarchæ & hæretici suis erroribus & peccatis primò spiritaliter seipsos occident,deinde multos inficient:stabilitos verò in fide & gratia corporaliter tribulabunt[*Potestas enim equorum*]id est hominum impiorum istorum[*In ore ipsorum est*]id est sermone iactantiæ. Vel in ore.i.hæreliarcha eorum magistro,qui est tanquam os discipulorum suorum,pro quibus effatur[Et *in caudis eorum*]id est ministris os sequẽtibus. Vel in caudis,
2.Thes.2. id est officio astutissque eorum. Ideo subditur,[*Nam caudæ eorum similes sunt serpentibus*] propter calliditatem , & quia fallitatem venenis erant repleti [*Habentes capita*] id est magistros ac principes mendaciorum ac vitiorum.[Et *in his nocent*]id est authoritate,virtute, suggestione capitũ horum vastabũt cæ-
tholicos.[Et *cæteri homines,qui non sunt occisi in his plagis*]id est pagani atq; idololatrę,qui pro fide persequutionem passi non sunt[*Neque egerunt pœnitentiam ab operibus manuum suarum,vt non adorarent simulacra aurea,et argentea,et ærea et lapidea*]id est de idololatria sua se nõ emendauerunt[Et *non egerunt pœni-* G
Luc.13. *tentiam ab homicidijs suis neque a veneficijs*]quibus occultè læserunt[*Neque a fornicatione neque a furtis*] omnes,inquã,hi simul peribunt.Estque hic modus loquendi detruncatus seu decurtatus,in quo aliquid subintelligere & supplere oportet.

Expositio capitis x. [Et *vidi alium angelum fortem,etc.*]
Articulus x i.

QVemadmodum tactum est,quidam conati sunt librum istum exponere de statu & tribulatione Ecclesiæ ,secũdum processum & ordinem temporum sub Euangelica lege,à tempore apostolorum seu primo Christi aduentu , vsque ad persequutionem Antichristi,finémque seculi. Talem quoque expositionem ex historiis & chronicis extrahunt, & vsque ad tempus suum quo taliter hæc expoſuerunt,protendunt. Denique quidam eorum satis subtiliter applicant historias hu-
Apoca 8.9 iusmodi ad huius libri tenorem. Et quòd duobus præcedẽtibus capitibus de septem angelis tuba canentibus scriptum est, de angelis Satanæ seu pessimis hominibus,scilicet hæresiarchis atque eorum sequacibus,interpretantur, per primum horum angelorũ intelligentes Arrium,qui patrem & filium & spiritum sanctum personam & natura distingui mentitus est. Pro H
cuius intolerabilis condemnatione erroris,congregata fuit sancta Synodus Nicæna trecentorum decem & octo episcoporum. Per secundum intelligunt Macedonium, qui patrem & filium vnius esse naturæ
Hierony. concedens spiritum sanctum creaturam esse affirmare præsumpsit,sequens in hoc Lactantium,qui hoc ipsum asseruit,teste Hieronymo,Contra huius Macedonij perfidiam, collecta fuit Synodus Cõstantinopolitana centum quinquaginta episcoporũ. Porrò per tertium angelum accipiunt Pelagium hęresiarcham,qui cõtra articulum fidei de gratia spiritus sancti,dixit hominem propria potestate sine gratia,sed licet ex puris naturalibus,posse meritoriè agere,nec peccatum priorũ parentum transfundi in posteros. Per quartum intelligunt Eutichen hæresiarcham Constantinopolitanum,asserentem in Christo esse vnam duntaxat naturam,ex vnione naturæ diuinæ & humanæ resultantem. per quintum angelum intelligunt Valentem imperatorem,qui de coniugis suæ consilio in Arrianam lapsus est hæresim. per sextũ
Apoc. 11. autẽ Laurẽtium,qui ad papatum inordinatè tendebat. Sub his angelis impiis factæ sunt graues persequutiones fidelium,præsertim sub primo & eius fautoribus,scilicet Arrianis. De septimo autem angelo dicetur postea. Veruntamen contra expositiones has quædã superius breuiter sunt obiecta. Insuper quod præsenti nunc elucidando cap.scribitur[Et *vidi alium angelum fortem descendentem de cælo, amictum nube, et iris erat in capite eius,et facies eius erat vt sol,et pedes eius tanquam columna ignis*]exponunt de Iustino seniore Imperatore Constantinopolitano, qui fuit vir Christianissimus atque piissimus, & cõtra Arria-

A norum mendacia fidei zelo succensus. Hanc autem expositionem non prosequor , præsertim cùm in commento cuiusdam nunc satis non contenta sit, & quia superioribus non satis concordat , nec antiquis ac solidis expositoribus Augustino, Haymoni , Bedæ, Berengando, &c. consonare videtur . Illos ergo sequendo dicendum, quòd descriptis Ecclesiæ persequutionibus,nunc consolatio ponitur ex descriptione mysteriorum Christi. Nempe in libro isto, sicut in cæteris libris propheticis, sæpius de eodem fit,& repetitur sermo,sub alia ac alia forma & cum additione,maioréque explanatione. Itaque per hunc angelum fortem descendentem de summo vtique cælo : iuxta illud , A summo cælo egressio e- Psal.18.
ius, haud dubium quin per incarnationis mysterium intelligitur Christus magni consilij angelus. Sicut superius declaratum est plenius[*Amictum nube*] id est carne assumpta, peccato non aggrauata, per quam pluuiam gratiæ, sapientiæ, & sanguinis nobis diffudit . Vnde in Esaiæ prophetia dicitur, Ecce dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur AEgyptum [Et *iris erat in capite eius*] id est charita- Esa.10.
tis & reconciliationis indicium atque clementia in ipso apparuit. Id nanque iris designat : iuxta quod dominus ait, Arcum meum ponam in nubibus cæli , & erit signum fœderis inter me & terram [Et *facies eius erat vt sol*] hoc supra tractatum est plenius , vbi habetur , Facies eius sicut sol lucet in virtute Genes.9.
sua [Et *pedes eius tanquam columna ignis*] per pedes intelliguntur affectiones . Sanctæ autem & feruidæ affectiones sunt quasi columna ignis, quoniam ardent in se, & aliis exemplariter lucent , quod Christo
B maximè competit . Certum est autem, quòd sicut corpus pedibus, sic spiritus moueatur affectibus. Ideo quoque Christi pedes quasi columna ignis apparuerunt, quoniam ipse in cunctis suis operibus immaculatus permansit, nec terram calcando labem incurrit, imò in extremis ac infimis actibus suis corporalibus, sicut sunt manducare, bibere , &c. in pleno charitatis feruore , sapientiæ quoque splendore actualiter mansit stabilis indesinenter . Præterea pedes Christi sunt prædicatores virtuosi, præsertim apostoli, qui eius nomen vbique tulerunt , quemadmodum de Paulo loquitur , Vas electionis est mihi Act. 9.
iste , vt portet nomen meum coram gentibus . Hi ergo habent pedes vt ignis columnam, charitate feruendo, & sapientia illustrando,imò & alios inflammando , & fideles charitatiuè potando , prout Paulus commemorat, dicendo, Petrus, Iacobus & Ioannes, qui videbantur columnæ esse [Et *habebat in manu sua libellum apertum*] Sic enim in imaginaria visione apparuit , & per libellum hunc significabatur Euangelica Christi doctrina, verbis parua , sensuum verò maiestate maxima . Vnde & Esaias prædixit, Esa. 10.
Verbum abbreuiatum faciet dominus super terram. Hunc libellum Christus præsertim aperuit, quando per spiritus sancti infusionem in die sancto Pentecostes corda apostolorum de lege Euangelica plenè instruxit, quando item proprio ore sermocinatus est mundo. Præterea ante iam dixit Ioannes, Vi- Act. 2.
C di in dextera sedentis super thronum librum signatum sigillis septem, & vidi agnum, & venit, & accepit librum de dextera sedentis super thonum. Cúmque aperuisset librum, &c. Itaque quòd ibi per librum signatum est,hoc hic per librum apertum,diuersis respectibus insinuatur,vtpote quia æterna dei præscientia de statu,de cursu, tribulatione ecclesiæ latuit homines, quousque per Christum eis est reserata . Ideo quia iam de septem sigillorum libri illius apertione præhabitum est, meritò scribitur angelus iste , libellum in manu apertum habere. Sed cùm liber iste sit æternæ atque immensæ præscientiæ dei designatiuus,cur modò libellus vocatur? Respondendum quia per comparationem ad plenitudinem præscientiæ & notitiæ rerum in mente diuina permodicum est , quicquid hominibus reuelatur [Et *posuit pedem suum dexterum super mare, sinistrum autem super terram*] id est tam habitantibus in in- Matt. 10.
sulis maris, quàm eis qui in arida commorantur , Christus per discipulos euangelium prædicauit , imò & proprio ore aliqualiter id impleuit ad mare Tyberiadis, & ciuitates maritimas prædicando, quando & subinde in nauicula stetit in mari. Berengandus per pedem dextrum intelligit nouum testamentum, per sinistrum vetus , per mare Gentiles in quibus erat profunditas ignorantiæ & errorum : per terram Iudæos , qui per legem & prophetas erant exculti. Per hoc itaque, quòd in visione ista apparuit angelus Christum repræsentans quasi ponens pedem dextrum super mare, signatum est quòd euangelicam legem proposuit gentibus per apostolos Christus. Per hoc verò quod sinistrum pedem posuit super terram significabatur,quòd Iudæis vetus tradidit testamentum. Præterea quia,vt dictũ est, per pedes Chri
sti eius apostoli exprimuntur(dextrum vocamus quod iucundum ac prosperum est, sinistrũ quod aduersum)tunc Christus pedẽ dextrum posuit super mare , quando relictæ olim Gentilitati per apostoD los prospera núciauit,quod,scilicet, ad bona gratiæ & gloriæ esset electa. Prout in Actis paulus testatur Act.13.
dicendo,Ecce conuertimur ad gentes. Vbi mox subditur,Audientes autem gentes gauisæ sunt. Sinistrũ autem pedem posuit super terram,id est super carnales & induratos Iudæos,quando eisdem per apostoAct.28.
los prænunciauit,quòd relinquendi essent ac perituri,secundũ quod paulus dicebat, Notum vobis sit, quia gentibus missum est hoc salutare dei [Et *clamauit voce magna, quemadmodum cum leo rugit.*] Christus enim affectuosissimè ac seriosissimè prædicauit,dæmones impiosque perterruit,& eum summa au- Esa.42.
thoritate ac efficacia est loquutus. Diffusa est enim gratia in labiis eius. De quo & aduersarij eius com- Matth. 12.
pulsi sunt dicere, Nunquã sic loquutus est homo, sicut hic loquitur. Sed quomodo stare hæc possunt, cùm apud Esaiam prophetam de Christo prædictum sit (quod & Matthæus allegat) non clamabit,nec Ephe.4.
audietur foris vox eius? Et respondendum , quòd per hoc non nisi irrationabilis passionatúsque clamor auferetur à Christo. Sicut & paulus hortatur, Omnis amaritudo, & indignatio, & clamor tollatur à vobis. [Et *cum clamasset*] Euangelium prædicando [*Loquuta sunt septem tonitrua voces suas*] id est vniuersi prædicatores eius, præsertim Apostoli atque eorum discipuli : qui septenario exprimuntur propter illius numeri perfectionem & mysteria, & quoniam septiformi gratia spiritus sancti erant repleti,ex Christi commissione,prædicationis voces effundere sunt exorsi. Nam & ante passionem misit

Universidad de Deusto
Biblioteca

apostolos & septuagintaduos discipulos euangelizare, post passionem verò loquens apostolis, Euntes, E
inquit,in mundum vniuersum prædicate euangelium omni creaturæ. Prædicatores autem sancti propter verborum suorum efficaciam & terrorem tonitrua appellantur. [*Et cum loquuta fuissent septem tonitrua voces suas*] iuxta sensum præhabitum [*Scripturus eram*] id est putaui ac præparaui me conscribere eas. Sicut supra ab angelo sancto audiui, Quod vides, scribe in libro [*Et audiui vocem de cælo dicentem*] per inspirationem internam, quæ vox ab angelo est formata [*Signa quæ loquuta septem tonitrua, noli ea scribere*] Quod ait signa, potest esse nomen & verbum. Si nomen,sensus est: Signa, id est voces præfatas quæ signa sunt rerum non scribas. Si autem sit verbum, quod magis apparet, sensus redit in idem. Matt.7.
Signa, id est absconde, & sub secreto claude ea, quæ loquuta sunt septem tonitrua, & noli ea scribere, seu omnibus pandere. Hoc ideo dicitur,quia non omnia omnibus competunt,nec Christianæ fidei my
2.Cor.12. steria cunctis sunt passim pandenda: cùm dicat Saluator, Nolite sanctum dare canibus,neque margaritas vestras proiiciatis ante porcos,ne conculcent eas pedibus suis. Propter quod Paulus de se quasi de a-
Danie.12. lio loquens, Audiui,inquit, arcana verba, quæ non licet homini loqui. Et rursus, Non potui vobis loqui quasi spiritalibus,sed quasi carnalibus: Ista ergo secretiora Christianæ sapiétiæ documenta, nõ sunt sapientibus & perfectis, sed imperfectis & iniustis celãda,vt pateãt probis, lateant improbos. Hinc Danieli loquutus est angelus, Signa librum & claude sermonẽ vsque ad tempus statutum [*Et angelus quem vidisti stantem super mare*] cum dextro pede. [*Et super terram*] cum sinistro,vt dictum est [*Leuauit manum* F
suam ad cælum] gestum habitúmque iurantis assumens [*Et iurauit per viuentem in secula seculorum*] scilicet per deum æternum totius vitæ opulentissimum & incommutabilem viuidissimum fontem [*Qui creauit cælum*]id est omnes orbes cælestes[*Et ea quæ in eo sunt*]scilicet angelos & beatos,solem,& lunam, & astra,[*Et terram,et ea quæ in ea sunt,quia tempus amplius non erit*] Quomodo autem tempus amplius nõ erit,subiungitur, [*Sed in diebus vocis septimi angeli cum cœperit tuba canere*]id est fortiter prædicare [*consummabitur*] id est ad effectum ducetur seu perficietur [*Mysterium*] id est secretum [*Dei*] quod in fine mundi præsignauit implendum [*Sicut euangelizauit per seruos prophetas*]qui tam in veteri,quàm in euan gelica lege fuerunt, atque de Christi mysteriis,cõsummationéque seculi, & retributione finali noscun tur loquuti. Omnes quippe Apostoli & cæteri quidam discipuli in nouo testamento spiritu fulserunt prophetico. Sicut & sanctus Dionysius qui huic beato Ioanni in Patmos relegato misit epistolã, in qua & de eius reditu ad Ephesum prophetauit. Itaque quod angelus iste iurando asseruit,quia tempus vltra non erit,refertur ad seculi consummationem,quia peracto finali iudicio cessabit motus primi mobilis, cuius motus mensura est tempus,cessabítque tunc motus cælestium corporum, ac trãsmutatio elemen torum. Porrò si tempus sumatur secundum quod dicitur mensura motus rerum mutabilium, manebit
Esaiæ. 80. quantùm ad reprobos in inferno:iuxta illud, Inimici domini mẽtiti sunt ei, & erit tempus eorum in se- G
cula. Vnde & Beda hic ait,Erit vtique,vt ait Psalmus,tempus impiorum in æternum, sed mutabilis secularium temporum varietas in nouissima tuba cessabit. Haymo quoque ait, quòd in beatis tunc tẽpus non erit,sed in reprobis. Si verò obiiciatur,id quod diuinus sermo quodam loco testatur dicendo, Erit mensis ex mense,& sabbatum ex sabbato,dicendum quòd verbis illis non tẽporalis vicissitudo,sed perpetuitas patriæ designatur. ¶ Ex his vacillare videtur expositio,exponẽtis hęc de Iustino Imperatore, & quæ infra dicentur de septimo angelo de Iustino Imperatore filio filij Iustini præfati.non enim tunc tempus cessabit. Nec Iustino illi seniori competit, quòd hîc de angelo super mare stante asseritur,quod iurauit,quia tempus vltra non erit, &c. [*Et vocem quam audiui iterum loquentem mecum et dicentem*] per vo cem hanc intelligitur interna alloquutio angeli qui iam paulò ante dixit Ioãni, Signa quæ loquuta sunt septem tonitrua,noli ea scribere, &c. per quem angelum quidam intelligũt angelũ, qui in persona Chri sti Ioanni ista ostendit ac dixit, secundum quod supra dicebatur. [*Vade accipe librum apertum de manu angeli stantis super mare et super terram*]id est scripturarum nouæ legis intelligentiã sume à Christo. Quidam putant hoc dictum Ioanni in persona apostolorum,ad innuendum quòd omnes apostoli à Christo instructi sunt. Vel in persona futurorum prædicatorum, qui docebuntur à Christo. Verius tamen reor,vt in persona propria Ioanni hoc dictum credatur,vel vt scripturarum mysteria profundius contemplaretur,clariúsque cognosceret:vel vt futura ecclesiæ aduersa,cursum,& statum plenius nosceret: vel vt prædicationis officium ad Ephesum reuersus resumeret: vel certè ad insinuandum, quòd post H
Prouer.22. istam reuelationem in Asia euangelium esset scripturus [*Et abij ad angelum*]stantem super mare & terrã, puta ad Christum [*Et dixi ei vt daret mihi librum*]id est horum notitiam mihi infunderet. Videbatur autẽ Ioanni in imaginaria visione, quòd ista corporaliter agerentur: sed intellectualiter deo per angelum edocente cognouit, quid significarent. Itaque mente studiosa veritatísque auida, animo obedienti ac
Ezech.2. prompto,spiritali approximatione accessit [*Et dixit mihi, Accipe librum,et deuora illum*]id est diuinorũ ac futurorum notitiam diligenter assume,memoria retine,spiritaliter mastica, mentis visceribus imprime. Verbum etenim dei cibus est animæ, [*Et faciet amaricari ventrem tuum*].i. memoriam tuam seu mentem, quę animę venter est:iuxta illud diuini eloquij,Fili,accipe sapiẽtiam quæ pulchra tibi erit, cũ in ventre tuo eam acceperis. Et illud Ioannis. 7. Flumina de ventre eius fluẽt aquæ viuę. In reuelatione enim præfata cognouit Ioannes,quanta passura esset ecclesia:idcirco ei compassus est, & amaritudine bona repletus. Amaricata quoque est anima eius,quia tot Christianos vidit in hæreses & alia vitia ruituros. Quẽ-
1.Cor.6. admodum & Ezechiel cùm librum sibi oblatum se deuorasse describeret,addidit, Abij amarus in indignatione spiritus mei,quæ videlicet fuit indignatio virtuosa contra iniquorũ peccata: quam Apostolus Corinthiis scribens cõnumerat bonis affectibus ex tristitia,quæ secundũ deum est,cõsequentibus. Insu per faciet amaricari vẽtrem tuum.i.inferiorem animæ tuæ portionem, & corporalem naturam: quando

A cognitionem libri huius cœperis effectui mancipare, prędicando & operando ac multipliciter in dei vinea laborando [*Sed in ore tuo erit dulce sicut mel*].i. in ipsa diuinorum reuelatione,primò delectationem in intellectu habebis. Veritatis nanque consideratio dulcis est ex sua natura:nec delectationi, quę est in considerando,opponitur tristitia. Delectabile ergo est animæ diuinitus illustrari,regi,doceri. Sed quia nonnunquam in tali reuelatione seu consideratione monstrantur dura & mala,idcirco iu attendẽdo affectus qui consequuntur,amaritudo seu dolor mox generatur [*Et accepi librum de manu angeli,et deuoraui illum: et erat in ore meo tanquam mel dulce.*] Istud totum modò expositum est. Vnde & Psalmista decantat Psalmo centesimo decimooctauo, Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. In visione autem apparebat Ioanni,quòd ista corporaliter fierent:sed eorum significationem intellexit [*Et cũ deuorassem eum,*] ruminando quæ mente precepi [*amaricatus est venter meus*] secundum intellectum nunc introductum. [*Et dixit mihi, Oportet te iterum prophetare*].i. futura prænunciare ac euangelizare,& scripturas sacras interpretari,verbo vel scripto [*populis et gentibus,et linguis,et regibus multis*] His verbis angelus prænuntiauit Ioanni,quòd de exilio esset Ephesum reuersurus, atque ibidem ac locis circumiacẽtibus prædicaturus. Sed cùm reuersus nõ nisi in Asia prædicasse legatur, quomodo populis & gentibus & linguis, multísq; regibus prædicauit,seu prophetauit? Est respondendũ, quòd verbo vel scripto eis locutus est,
B mediatè vel immediatè. Et quoniam ea quæ scripsit in libro isto & in Euãgelio post Apocalypsis huius descriptionẽ conscripto omnes Christianos cõcernunt. Dubiũ quoq; non est, quin diuersarum regionũ ac prouinciarũ Christiani ad Ephesum causa videndi & audiendi tam sublimem apostolum copiosę con- Galat.5.
fluxerint,præsertim cùm post reditum à Patmo tot vixerit annis,vsque ad Traiani Imperatoris tempora perseuerans. ¶ Postremò secundũ Berengandum, præcipitur Ioanni vt librũ accipiat.i. Christi diuinitatem consideret,& Euangeliũ inde conscribat. Deuorauit autẽ hunc librum, cùm scientiam Euangelij à Christo susceperit. Præinductæ insuper reuelationi Ioannis de libro accipiendo ac deuorando consonat illud quod in Ezechiel.3.capite dicitur, Fili hominis comede volumen istud. Et aperuit os meum,& cibauit me volumine illo:& factum est in ore meo quasi mel dulce. Hoc quoque pensandum,quòd cunctis deuotis verbum dei in meditatione & auditione dulce fecit:sed vẽter eorum ac sensualitas amaricantur, & affliguntur:dum secundum verba dei operantur, & carnem suam cum vitiis & concupiscentiis per abstinentias,vigilias,disciplinas,solitudines,lachrymas, crucifigunt.

Explanatio cap. XI. [*Et datus est mihi calamus similis virgæ.*] Artic. XII.

ET *datus est mihi*] Ioanni,haud dubium quin ab angelo,secundũ imaginariã apparitionem [*Calamus similis virgæ*] Calamus plura significat. Interdũ enim accipitur pro mensura sex cubitorum, vti apud Ezec.40.
Ezechielem: vbi angelus templum mensurans, calamum fertur habuisse in manu. Per calamum autem Sapien.2.
C ibidem scientia seu prouidentia dei omnipotentis,qua cuncta in numero, pondere, & mensura constituit atque vniuersa metitur,cunctorum actus meritáque perpẽdens) signatur. Interdum calamus pro in- psalm. 44.
strumento scriptorio accipitur. sicut in Psalmo, Lingua mea calamus scribæ. Itaque secundum Berengandum & Bed. hoc loco per calamum intelligitur euangeliũ,quod scripsit beatus Iob. Vel,vt alij dicũt,sacræ scripturæ notitia:per quam virtutes animo inseruntur, merita quoq; & demerita hominũ perpendũ tur:sicut per calamũ literę in membranis formantur. Estque calamus iste similis virgę,quoniã corrigit vitia, Christi regnũ describit,bene agentibus regnũ cælestę promittit. Per eam quoq; prelati gregẽ domini dirigũt,peccãtibus cõminantur. [*Et dictum est mihi,*] ab angelo [*Surge*].i. ad actum quem tibi iniungo pro- philip.3.
cede, in diuinorum illuminationib⁹ cresce, ad altiora & anteriora te erige. Hoc modo surgere debemus, quantũlibet stemus. Sicut Apostolus profitetur, Ego non arbitror me apprehendisse,sed quæ priora sunt oblitus,ad anteriora extendo meipsum [*Et metire templum,et altare,et adorantes in eo*] Templum est eccle- 1.Cor.5.
sia militans,seu fidelium congregatio: cui ait Apost. Templum dei sanctum est, quod estis vos. Altare verò sunt perfecti,& contemplatiui:quorum auxilio aliorum sacrificia innituntur. Adorantes verò in tẽplo sunt reliqua credentium multitudo. Potest quoque de templo & altari materialibus accipi inanimatísque. Sícque adorantes in templo sunt vniuersi catholici. Si templum & altare primo modo sumãtur,sensus est,Metire,id est singulorum capacitatem,perfectionem,mensuram,considera: vt vnicuique
D secundum suam capacitatem,& modum dei proponas, Alij enim & alij aliter sunt dicendi. Quod Paulus obseruans ait, Sapientiam loquimur inter perfectos. Et rursus, Non potui vobis loqui quasi spiritalibus. Itémque, Facti estis quibus lacte opus est,non solido cibo. Si autem secundo modo sumantur, sensus 1.Cor.2.
est, Metire templum & altare,id est quemadmodum ecclesiæ atque altaria Christi, per totum mundum 1.Cor.3.
sint cõstruenda intende,ita,quod sicut in Malachia prædictum est, in omni loco offeretur deo oblatio Hebrę.5.
munda. Iuxta hunc modum scriptum est apud Zacha. quemadmodum angelus veniens mensurare. Hie- Malac.1.
rusalem habebat in manu funiculum mensorũ [*Atrium autem,quod foris templum est*] id est peccatores im- Zach.2.
pœnitentes,præsertim hæreticos:qui vel merito, vel fide,sunt extra ecclesiam:nec Christo per charitatem sunt incorporati [*Proijce foras*] per excommunicationem & reprobationem, seu foris proiiciendum Matth.25.
denuncia. Quia in tenebras proiicientur tartareas [*Et ne metiaris illud*] id est ab illis auertere, nec deignes eos ad ecclesiam pertinere, aut in structura supernæ Hierusalem collocandos. Ita & Paul. loquitur Tito, Hęreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita [*Quoniam datum est gentibus*] id est Titum.3.
inter paganos & perfidos hi computãtur,atque cum eis inferni supplicia sortientur. Quibus & Christus dicturus est, Amen dico vobis,quia nescio vos. Porrò Bereng. per atrium istud intellexit populum Iudæorum,qui per infidelitatem extra ecclesiam fuerunt,& tamen in cordibus. Apost. per amorem manse- Matth.25.
runt,desiderantium conuersionem eorum. Quoniam verò indurati erant,iubetur Ioan. vt verbũ prędicationis eis nõ inferat,qui gẽtibus cõparati sunt,& manibus traditi Romanorũ [*Et ciuitatem sanctam*] puta Ephes.5.
ecclesiã dei, de qua Paul. testatur,quòd christus elegit sibi gloriosam ecclesiã,non habentẽ maculam,ne-

Universidad de Deusto Biblioteca

que rugam: cuius mysteria in decem vltimis Ezech. cap. iusto describuntur sermone [*Calcabunt mensibus quadraginta duobus*]. i. annis trib. cum dimidio. Tanto enim tempore dicitur Antichristus regnaturus, secundum quod Dan. ait: per tempus & tempora, & dimidium temporis: per tempus intelligens annum, per tempora duos annos, per dimidium temporis medium annum, quib. Christiani atrocissimè opprimentur [Et *dabo duob. testibus meis*]. s. Enoch & Heliæ, copiosissima gratiæ dona, virtutem & constantiam contra Antichristum, sapientiam & eloquentiam conuertendi Iudæos, fortitudinem patiendi martyrium [Et *prophetabunt*] contra Antichristi perfidiam fortiter predicando, eiúsque ruinam prænunciando [*Diebus mille ducentis sexaginta*] id est tribus annis cum medio vel circiter. Aliqui enim dies deficiunt. Sed in talibus computationibus scriptura non solet vim facere de modico [*Amicti sacco*] pœnitentialibus. asperis, abiectis, humilibus indumentis: vt sicut verbis, ita & habitu pœnitẽtiam prædicent. Denique quòd horum testium vnus fuerit Helias, Christus in euangelio protestatur. Et in Malachia dicitur, Ecce ego mittam vobis Heliam prophetam antequam veniat dies domini magnus & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres. Quòd verò Enoch sit alter, elicitur ex eo quod in Genesi legitur, videlicet quòd tulit eum deus. Et in Eccles. quòd translatus est in paradisum [*Hi sunt duæ oliuæ*] id est arbores fructuosæ, quæ oliuæ vocati sunt, quoniam charitate ac pietate, vnctionéque spiritus sancti sunt pleni [Et *duo candelabra*] id est fidelium luminaria, qui donis sapientiæ, scientiæ, intellectus, consilij, intra se lucent, aliísque per ea verbis & exemplis lucebunt. Et sicut candelabrum super se positum gerit lumen, & assistentes per illud illustrat: sic isti christum, qui vera lux, in corde portabunt, & per eum plurimos illuminando docebunt [*in conspectu domini terræ stantes*] id est deo placentes, eius imperio promptè obedientes, & seipsos coram deo solicitè custodientes. Sicut Helias nondum translatus dicere consueuit, Viuit dominus in cuius conspectu sto hodie. Huic autem verbo consonat, quod in Zacharia habetur, Cum enim Zacha. dixisset ad angelum, qui sunt istæ duæ oliuæ? Respondit est ei, Isti sunt duo filij olei, siue splendoris (secundum quod Aquila transtulit) qui assistunt dominatori vniuersæ terræ. Quod ibidem ad literam de Iesu sacerdote magno siue pontifice, & Zorobabel principe Iudæorum dicitur [Et *si quis voluerit eis nocere*] id est à predicationis officio impedire, terrere, ligare [*Ignis*]. i. virtus, gratia, sermo igneus, verbum igneæ prædicationis [Et *exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum*] id est rationabiliter superabit, confundet, damnandos ostendet. Dabit enim eis Christus os & sapientiam, cui non poterunt resistere aduersarii eorum omnes. Nam & id Heliæ ante translationem suam collatum est: iuxta illud Eccl. Surrexit Helias quasi ignis, & verbũ illius quasi facula ardebat. [Et *si quis voluerit eos lædere*] in corpore [*sic oportet*] diuina iustitia exigente [*Eum occidi*] in anima. Omnis nempe qui gladium accipit, gladio perit: quoniam alium persequẽdo impiè, aut occidendo, animam suam peccando mortaliter permit. Quod maximè euenit, dum quis iustos infestat. Vniuscuiusque etenim culpa, malitia, crudelitas, in propriũ recidiuat autorem, magísque, imò incomparabiliter amplius nocet sibi, quàm alteri: dũ alter patientiã seruet, nec deum offendat. Ideo Salomon loquitur. In insidiis suis capientur iniqui. &, Qui disipat sepem, mordebit eum coluber [*Hi habent potestatem claudendi cælum, ne pluat diebus prophetiæ eorũ: et potestatem habent super aquas, cõuertendi eas in sanguinem: et percutere terram omni plaga, quotiescunque voluerint*] Circa hoc loquitur Berengandus, Legimus Heliam oratione clausisse cælum, & iterum aperuisse: sed & Mosen aquas in sanguinem conuertisse. Non ergo putandum est Heliam minorem virtutem habere, cum ad explendum suæ prædicationis officium venerit, quàm habuit eo tempore quo inter homines conuersatus est, sed potiorem. Ex quo sequi videtur, quòd Helias & Enoch tunc miracula sint facturi, quod & quidam concedunt. Alij asserunt, quòd Ecclesia, durante rabie Antichristi, non coruscabit miraculis, quòd item Helias & Enoch tunc potestate hac non vtentur. Ideo ista spiritaliter interpretantur, vt dicantur potestatẽ habere claudendi cælum ne pluat super terram: quoniam tantæ virtutis & familiaritatis sunt apud deũ, vt queant quibusdam pluuiam gratiæ, & rorẽ benedictionis cælestis orãdo acquirere: alijs autem iusto zelo punitionem cõdignam desuper imprecari. Rursus per cælũ Ecclesia designatur, quam poterunt claudere, ne documentorum fluenta influat habitatoribus terræ. Poterunt etiam aquas. i. riuos doctrinarũ suarum in sanguinem i. peccatum conuertere, reprobis prædicãdo, qui ex prædicatione audita dum eam non implent, grauius condẽnantur. Vel aquę sunt hæreticorum doctrinę: iuxta illud. Aquæ furtiuę dulciores sunt. Quas conuertent in sanguinem, eorum errores reprobãdo, & morte æterna dignos monstrãdo. Habent etiã potestatem percutere terram omni plaga, quotiescunque voluerint. i. aduersa & vltiones habitatoribus terræ diuinit' procurare, verbum prædicationis indignis subtrahere. Sicut ad mosen dominus dixit, Constitui te dominum Pharaonis. Deniq; Ecclesia virtute clauium potest claudere cælum ne pluat, quoniam dona gratiæ non infunduntur his, quos Ecclesia iustè non absoluendos iudicat. Potestque terram percutere omni plaga per excommunicationis sentẽtiam prolatam. [Et *cum finierint testimonium suum*] id est predicationẽ qua Iesum esse Christũ contestabuntur [*Bestia*]. i. Antichristus irrationabilissimus blasphemus & ferox, de qua in Daniele plura leguntur [*Quæ ascendet de abysso*] id est de tenebroso suo latibulo, quo se bonũ & iustũ simulauit, vt pote de calliditate sua atque hypocrisi: qui & nascetur de excecato populo Israël, & de hoc sæculo nequam mari magno ascendet ad apertã tyrannidẽ vsurpatúmque regnũ. Sed & abundantia impietatis, ac diabolicæ cooperationis caligo, abyssus sunt, vnde hęc bestia scandet [*Facient aduersus eos bellum*] verbis, factis, signis, corporalium suppliciorum inflictionibus. Varijs enim modis Antichristus persuadebit, se verum Christum esse [Et *vincet illos*] non ratione, sed violentia: quia interimet eos, sicut subiungitur [Et *occidet eos.* Et *corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ*] id est irreuerenter insepulta manebunt ad terrorem fidelium [*Quæ spiritualiter vocatur Sodoma et Aegyptus.*] Per ciuitatem hanc magnam quidam intelligunt ipsam Hierusalem, eò quòd subditur [*Vbi et dominus illorum crucifixus est*] scilicet Christus, dominus Helię & Enoch

Cap. 11. Matt. 17. Malac. 4. Genes. 3. Eccle. 44. Ioan. 1. 3. Reg. 17. 18. Zach. 4. Lucę. 21. Eccle. 48. Matth. 27. Prou. 23. Eccle. 20. 3. Reg. 17. Prou. 9. Exod. 7. Dan. 7.

ac omnium prophetarum. Sed contra hoc arguit Berẽgandus, Quia Hierusalem, in qua passus & crucifixus est Christus, funditus sit destructa, & ea quæ ꝓ illa constructa est, in alio sita est loco. Et quoniam tempore Berengandi à Christianis ciuitas illa habitabatur, ideo non diceretur Sodoma & Aegyptus. Itẽ quia in libro isto per ciuitatem magnam, intelligitur Babylon ciuitas diaboli, ex omnibus reprobis constans, Hinc per ciuitatem hanc quidam intelligunt generaliter infidelium Antichristi satellitum collectionem, inter quos isti sunt occidendi: quæ congregatio ob vitiorum abominabilitatem, & mentis caliginem, Sodoma & Aegyptus spiritaliter appellatur. Quemadmodum, Petrus in prima sua Canonica Romã nominat Babylonem. Aegyptus autem caligo seu tenebræ, Sodoma verò muta vel cæcitas interpretantur. Ipmij autem à dei laudibus obmutescunt, excæcatáque mente ad inferos præcipiti properant gradu. Veruntamen de hac re nihil affirmo. Neque enim certum habeo an sancti isti in Hierusalem occidentur. Argumenta quoque Berengandi faciliter sõluerentur, presertim cum Hierusalem modo constructa sit vbi crucifixus est dominus, ita quòd locum illum intra se continet: de qua ciuitate nunc agitur penes qualitatem eius pro tempore Antichristi. Si verò ciuitas magna intelligatur sæculum nequam, seu congregatio iniquorum, palàm quòd in ea occisus sit Christus [Et *videbunt de populis, & tribubus, & linguis et gentibus*]. s. multi ex omnibus istis [*Corpora eorum per tres dies et dimidium*] in plateis iacentia [Et *corpora eorum non sinent poni in monumentis.* Et *in habitantes terram*]. i. terreni ac vitiosi satellites Antichristi [*Gaudebunt et iucundabuntur*] anima & corpore gloriando de illorũ occisione [Et *munera mittent inuicem*] in signũ pacis & gaudij, [*Quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos qui habitant super terram*] id est amatores terrenorum, contra eorum carnalia desideria prædicando, æternam damnationem eis minando, contra eorum magistrum Antichristi efficaciter edocendo [Et *post tres dies et dimidium spiritus vitæ a deo intrauit in eos*] id est deo ministrante animam suam quisque eorum recepit, & resuscitatus est [Et *steterũt supra pedes suos, et timor magnus cecidit super eos, qui viderunt eos*] iam suscitatos per diuinam potentiam. Increduli enim quò de eorum occisione magis grauisi sunt, eò de eorum suscitatione amplius doluerunt: formidantes ea omnia fore implenda, quæ illi fuerunt comminati. [Et *audierunt*] Enoch & Helias iam suscitati. [*Vocẽ magnam de cælo dicentem, Ascendite huc*] hæc fuit vox angeli, in dei seu Christi persona loquentis [Et *ascenderunt in cælum in nube*] eos obumbrante, sicut & Christus ascendit. Loquitur autem de futuro per modum preterti, more prophetico [Et *viderunt illos inimici eorum*]. s. infideles. Quemadmodum loquitur Berengandus, an hæc secundum historiam implebuntur, hominibus quidem incognitum est: deo autem nota sunt omnia. Multi tamen doctores attruunt, hæc literaliter adimplenda. [Et *in illa hora*] quando ascendere visi sunt [*Factus est terræmotus magnus*] quia tunc vel circiter terra mouebitur, seu habitatores eius varijs affectionibus agitabuntur [Et *decima pars ciuitatis cecidit*] quia circa hoc tempus multi de Antichristi ministris simul cum ipso peribunt. Ciuitas itaque hæc est congregatio impiorum, quæ est ciuitas diaboli. [Et *occisi sunt in terræmotu nomina hominum septem milia*] per numerum istum determinatum exprimitur indeterminata multitudo seruorum Antichristi, qui in prefata tempestate peribunt [Et *reliqui*] qui cum illis non perierunt [*in timore missi sunt*]. i. diuinæ æquitatis iudicium ex consideratione tantę vltionis mox expauerunt [Et *dederunt gloriam deo cæli*] ei de sua euasione regratiantes, nec aliquid boni sibiipsis de cætero adscribentes. Multi enim ab Antichristo seducti, visa hac vltione conuertentur, & gratias agent immensas [Væ *secundum abijt*]. i. media de istis tribus grauioribus tribulationibus (de quibus supra dictũ est, quæ ad trium vltimorum angelorum de septem præfatis angelis tubicinum pertinent) suo tempore sub Antichristo celeriter finietur [Et *ecce væ tertium venit cito*]. s. pressura atque angustia hominum, ex consideratione finalis iudicij imminentis [Et *septimus angelus tubam cecinit*]. i. septimus ordo prædicatorum qui Antichristo deiecto instanter idem iudicij imminentem insinuabit, & retributionem electorum nũc proximam esse [Et *factæ sunt voces magnæ in cælo*]. s. in Ecclesia militante, ac triumphante [*Dicentes*] cum ingenti gratiarum actione, & gaudio [*Factum est regnum huius mundi dei nostri et christi eius*]. i. multitudo hominum, in quibus tempore Antichristi regnauit diabolus, & erant filij huius mundi: nunc Antichristo oppresso cum multis suorum ad deum patrem & Iesum Christum, ab eo secundum naturam assumptam spiritaliter vnctum, conuersa est, pertinétque ad patrem & filium, nec dubium quin æque ad spiritum sanctum [Et *regnabit*] in eis deus & Christus eius [*In sæcula sæculorum.*] Tunc enim totus penè mundus ad Christum conuertetur, secundũ doctores. Vnde angelus loquitur Danieli. Regnũ autem & potestas quod est subter omne cælum, tradetur populo sanctorũ: qui & obtinebunt illud vsque in sæculũ sęculorum, [Et *viginti quatuor seniores, qui in conspectu dei sedent in sedibus suis*] per seniores hos intelligi possunt hoc loco tam prœcellentes in Ecclesia militanti, quàm triumphanti: imò & omnes beati. De quibus senioribus & significatione eorum ac sedibus, dictum est plenius supra. Sedes autem, quas habent in patria, sunt quies & mansio illa cælestis. Sedent beati in patria, in diuino cõspectu. i. suauissimè requiescunt, creatoris faciem beatificè intuendo, eíque cũ omni reuerentia assistendo [*Ceciderunt in facies suas*] deo huc millimè se prosternentes, eiúsque superimmensam altitudinem admirantes [Et *adorauerunt deum dicentes, Gratias agimus tibi domine deus omnipotens*] pro beneficio tantæ clementiæ, quia homines de Antichristi erroribus eruisti & cõuertisti. Imò & pro vniuersis beneficiis tuis. s. donis naturæ, gratiæ, & gloriæ [*Qui es, qui eras, et qui venturus es*] quomodo istud intelligendum sit, & de deo vno ac trino, itémque specialiter de Christo accipi possit, diffusè tractatum est [*Quia accepisti virtutem magnam*] id est, inuariabili tua potestate, quam æternaliter habes, in reproborum damnatione, electorúmque saluatione, euidenter ac recenter nunc vsus es: eámque plus solito nunc demonstrãsti, in effectibus misericordiæ, atque iustitiæ tuæ [Et *regnasti*] in cordibus electorum, dæmonibus & peccatis depulsis: quę corda electorum tuę voluntati nunc subdidisti, humilitérque seruire fecisti. [Et *iratæ sunt gentes*] scilicet reprobi, obstinati: qui nec Antichristo occiso pœnitentiam agent, & de principis sui deiectione dolebunt [*Quia aduenit ira tua*]. i. hora

A B C D E F G H

Galat. 1. 1. Petri. 5. Apoca. 8. Dan. 7. Apoca. 4. Actuum. 1. Apoca. 1.

Universidad de Deusto Biblioteca

Cap. 12.

iustę tuę vindictę, qua & gentes intantùm exęcari permisisti, digna quoque pro tot malis tormenta in- E
fliges [Et *tempus mortuos iudicari*].i. tempus aduenit, quo mortui iudicętur. tempus etiam aduenit [*Reddere*
mercedem seruis tuis prophetis et sanctis, et timentibus nomen tuum] filiali timore. i. vniuersis electis, siue qui
Actu.10. gratia prophetali fulserunt, siue qui sine ea virtuosè vixerunt [*Pusillis et magnis*].i. perfectis & minus per-
Sapien.6. fectis, prælatis & subditis, superioribus & inferioribus. Non enim est personarum acceptor deus, de quo
Sapiens ait, Pusillum & magnum ipse fecit, & æqua est illi cura de omnibus. Iterum tempus aduenit [*Ex-*
terminandi eos, qui corruperunt terram].i. separandi iniquos à consortio electorum, vt sint extra fines electę
Ecclesię: qui habitãtes in terra spiritualiter infecerunt, læserunt & peremerunt: puta seipsos & proximos,
impiè conuersando, scandalizando, falsa docendo, fallaciter consulendo. Itaque istud est tubicinium se-
ptimi angeli, scilicet exterminatio reproborũ in die iudicij. At verò quod dictum est, gratias agimus tibi
domine deus omnipotens, specialiter accipi potest de Christo: qui virtutem suam, tępore passionis quasi
depositi, eam non demonstrando. Iuxta illud Abacuc, Isti abscondita est fortitudo eius. Sed in resurre-
ctione, sanctorum de inferno eductione, ascensione, & spiritus sancti missione, accepit eandem omnipo-
tentiam suam, palàm ostẽdens: & regnauit per fidem, charitatem, & gratiam in cordibus eorum, qui præ-
Abac.3. ordinati fuerunt ad vitam æternam. Hunc autem versiculum, etiam nos vbertim Christo grata mente
cantemus, & de vniuersis beneficijs eius, gratias cum pura charitate veráque obedictia referamus. Postre-
mò pensandum, quòd illi, qui asserunt Heliam & Enoch ante alios ali quos resurrecturos, dicunt quòd F
Actu.15. eorum resurrectio erit tunc glorioſa, & ex speciali priuilegio per anticipationem præstanda est eis. Cùm
verò asseritur quod omnes simul resurgent, dicunt hoc secundum communem legem intelligendum.
Quantùm præterea in huius capituli expositione quidam à forma textus recedat, dum ista secundum
temporis cursum & ordinem exponere nititur, & per duos testes præfatos, Siluerium papam & alium
quendam dei seruum intelligendos putat, omni intuenti satis reor patere. Neque enim hi duo leguntur
fuisse prophetæ, nec ita occisi sunt quòd corpora eorum insepulta iacere visa sunt, nec post tres dies & di
midium à morte sunt suscitati.

Expositio cap. XII. [Et *apertum est templum dei in cælo.*] Artic. XIII.

Secundum explanationem antiquorũ doctorum catholicorúmque patrum, Augu
stini, Bedę, Haymonis Berengandi, & item eos sequentis Alberti, frequẽter, in isto
volumine sanctus Ioannes, cum persecutiones Ecclesię à tyrannis ab hæreticis à
falsis fratribus, vel ab Antichristo eidẽ inferendas descripserit, ab exordio rursum
resumit: & Christi mysteria sub alijs verbis, plenius eminentiúsque describit. Ve- G
rùm, vt sæpe nunc tetigi, quidam conati sunt librum istum de diuersis Ecclesiæ e-
uentibus, secundũ temporis processum ac ordinem explanare: de quorum exposi-
tione quid appareat, subinde prætactum est: quantùm etiam in huius capituli ex-
positione videantur hi à textus tenore recedere, paulò post tangam. Solidorũ ergo illorum sententijs in-
hærendo procedam [Et *apertum est templum dei in cælo*] Templum dei vno modo est Christus vt homo,
seu corpus ipsius. Secundum quod ait, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Hoc au-
tem dicebat de templo corporis sui, vt euangelista Ioannes exponit. Hoc templum apertum est, id est ma
Ioan.2. nifestatum, effusum, paratum in cælo, id est Ecclesia militante: cui per euangelistarum doctrinam, apo-
stolorum prædicationem, miraculorum operationem, ac cætera Christianæ fidei argumenta, innotuit
Christus: qui & seipsum ei aperuit, per largissimam gratiarum suarum infusionem. cunctis quoque aper-
tum, seu paratum se exhibet, qui pœnitenti ac humili mente, ad ipsum confugiunt. Rursus templum dei
est Ecclesia, quæ aperta, id est diuinorum illustrationibus reserata, ablato velamine legalium figurarum:
aperta quoque, quia publicè deum colit, & Christum liberè confitetur, cuius vsque cor apertum est ad
susciendia charismata spiritus sancti. In cęlo, id est in conuersatione cælesti, sicut Apost. astruit, Nostra
conuersatio in cælis est [*Et visa est arca testamenti eius in templo eius.*] In arca Mosi, vt dicitur ad Hebræos,
Hebr.6. fuerunt tabulæ Mosi, virga Aaron quæ frondauerat, & manna. Per arcam itaque quidam intelligunt Chri
stum, in quo est sapientia & doctrina per tabulam designata, virga correctionis & directionis ac potestas,
quę significabantur per virgam Aaron: manna quoque pietatis, consolationis, refectionisque nostrę. H
Est itaque sensus, quòd per oculum fidei & gratiam contemplationis, in templo Ecclesię militantis, Christus
à fidelibus sit conspectus postquàm seipsum eis aperuit. Diuersis itaque respectibus Christus vocatur
templum dei, & arca testamenti noui cuius ipse est institutor. Beda verò per arcã intelligit corpus Chri-
sti, in quo velut in auro mundo consistit diuinitas. Porrò Berengandus per templum dei, intelligit Chri
stiferam Mariam, in qua, velut in templo, Christus tot mensibus requieuit, atque in mente ipsius semper
gratiosissimè habitauit: per arcam verò Christum, qui ex ea carnem assumpsit. Dicitur autem virgo beata
aperta, inquantùm ex ea Christus visibiliter prodiit: quamuis vterus eius virgineus clausus permanserit.
Postremò apertum est templum dei in cęlo, quando in primitiua Ecclesia, testamentum, lex, scriptura &
status synagogæ, spiritaliter intellecta, clarè cognita, veracitérque adimpleta fuerunt. Tunc quoque arca
testamenti eius visa est in templo eius, quando spiritu sancto edocente innotuit Christianis, quòd iuxta
spiritalem intelligentiam arca illa, scilicet Christus, seu euangelica eius doctrina in templo dei, vero, viuo
& rationabili. s. in Ecclesiastica congregatione, maneret. [Et *facta sunt fulgura*].i. præclara miracula, quæ
instar fulgurum timorem incutiunt, ad virtutis splendorem deducunt, & caulant stuporem [*Voces et to-*
nitrua].i. prædicationes, laudationes, pœnarum cõmemorationes, magnæ & paruæ, altæ & submissę diffi-
Actu.2. ciliores & minus difficiles [Et *grando magna*].i. persequutionũ tẽpestas. Statim nempe missio desu p spiri-

A tu sancto, facta sunt ista in Christi Ecclesia quando apostoli orsi sunt prædicare, Christũ laudare, increActu.2.
dulis pœnam æternam minari, miraculis coruscare. [Et *signum magnum apparuit in cælo*].i. in Ecclesia,
scilicet mihi Ioanni, cui subscriptum signũ, seu imaginaria visio monstrabatur. Secundũ Albertum hîc
incipit quarta visio huius libri. Vnde & multi asserunt, hîc esse exordium duodecimi capituli. Conse-
quenter quod fuerit signum istud, subiungitur [*Mulier amicta sole*] In hac etenim quarta visione sta-
tus Ecclesiæ describitur, sub figura mulieris parientis: in qua labores atque victorias Ecclesiæ aperit, &
præmia digna se rependere Christus demonstrat. Itaque mulier amicta sole, est Ecclesia militans, quæ in Galat.3.
baptismo induit Christum sapientiæ atque iustitię solem, iuxta illud ad Galatas, Quicunque in Christo
baptizati estis, Christũ induistis. Denique in pœnitẽtiali emẽdatione, seu mentis cõuersione, induimus Colo.3.
Christum. Secundum quod ad Colossenses hortatur Apostolus, Expoliantes vos veterẽ hominem cum Roma.13.
actibus suis, induite nouum. Imò quantò plus in Christi imitatione proficimus, tantò plus eũ induimus.
Ideo nanque ait Apostolus, Induimini dominum Iesum. Quẽadmodum autem vestis corpus tegit, or- Galat.3.
nat, ab incommodis protegit, & calefacit: sic Christus sol iustitię animam tegit, eius peccata per gratiam
sacramentorum operiendo: ornat, virtutes & dona sancti spiritus infundẽdo: protegit, tentationes & vi-
tia repellendo: calefacit, dei & proximi charitatem præstando [Et *luna sub pedibus eius*] per lunam
ob suam continuam variationem, mundialium rerum instabilitas, seu terrena opulẽtia, vel mundus ipse
B fallax & labilis, designatur. Cum ergo ecclesia terrena ista despiciat, calcet, transcendat, rectè sub pedi-
bus. i. affectibus eius, luna esse asseritur. Rursus per pedes Ecclesiæ, inferiores possunt intelligi. Cũ ergo 1.Cor.6.
ad tales pertineat temporalium dispositio, luna. i. mutabilia ac defectiua sub Ecclesiæ pedibus ordinan-
tur. Propter quod ad Corinthios ait Apostolus, Sæcularia iudicia si habetis, contemptibiles qui sunt
in Ecclesia, constituite ad iudicandum. Circa hunc locum loquitur Berengandus, Quia luna noctẽ illu- Psal.118.
minat, melius videtur vt per lunam, sacram scripturam intelligamus, sine cuius lumine in nocte huius
sæculi per vias rectitudinis incedere non valemus. De hoc lumine Psalm. dicit, Lucerna pedibus meis
verbũ tuũ domine, & lumen semitis meis. Mulier ergo lunam sub pedibus suis habuisse visa est, quia Ec
clesia gressus mentis suæ in præceptis diuinarum scripturarum figens, ad cælestia tendere nouit [*Et in ca*
pite eius corona stellarum duodecim] siue per caput Ecclesiæ intelligatur Christus, de quo ait Apostolus, Ipse est caput corporis Ecclesiæ: siue ipsa mens Christianorum, eo modo quo principale alicuius rei caput eius vocatur: siue primitiua Ecclesia, secundum quod principiũ rei caput eius asseritur. per coronam stellarũ duodecim, intelligũtur duodecim apostoli, eorúmque doctrina & opera, qui Christo tam Eccle.50.
proximè adhæserunt, vt capiti corona. Iuxta illud Ecclesiastici, Circa illũ corona fratrum quasi plantatio cedri in libano. His sanctis apostolis, velut splendidissimis stellis, fulgorem sapientiæ, ardorémque
charitatis mittentibus ornabatur Ecclesia: quorũ doctrina ac imitatione decorantur animæ Christianæ
C in mente. Nihilominus per coronam stellarum duodecim, intelligi potest ornamentum duodecim fru- Galat 5.
ctuum spiritus, quos ad Galatas ponit Apostolus, duodecim quoque virtutũ moralium. Quomodo au
tem hæc verba (quæ ad literam de Ecclesia militante dicuntur, sicut sequentia verba testantur) de beata
Christifera virgine possint exponi, Bernardus in quodam sermone pulcherrimè docet. [*Et in vtero ha-*
bens clamabat parturiens, et cruciatur vt pariat.] Per ventrem seu vterum in nouo ac veteri Testamen- Psal.109.
to, mens siue memoria, interdum ad literam (sicut ostensum est) designatur. Nam & in Psalmo pater lo
quitur filio, Ex vtero ante luciferum genui te. Ecclesia ergo habet in vtero. i. mente cõcepit & iugi me-
moria tractat conuersionem animarum ad deum. Diligit etenim omnes, & quos amore cõplectitur, deo
vnire conatur. Clamat quoque parturiens, quia orando ac prædicando, & seipsam multipliciter affli-
gendo filios spirituales producit, quos ad esse gratiæ, & dei amorem perducit. Sicut quibusdam scribit 1.Cor.4.
Apostolus, Per euangelium in Christo Iesu ego vos genui. Itémque alibi, Filioli mei, quos iterũ partu- Galat.4.
rio donec formetur Christus in vobis. Et cruciatur. i. aliorum errori compatitur, de peccatorum per-
uersitate affligitur: seipsam vt pro eis exaudiatur, orationibus, vigilijs ieiunijs, disciplinis exercet. Vt
pariat. i. ad deum quosdã conuertat, & de filiis sæculi atque diaboli, filios dei efficiat. Hoc omnis prædi
cator, prælatus & pastor debet implere: vt subditos suos proximos semper in memoria habeat, pro eis
ad dominum clamet, se quoque præfatis modis affligat: quatenus eis gratiã desideratam queat à domino
obtinere. Quod Apostolus se feciſſe protestans ait, Tristitia mihi magna est, & dolor continuus cor-
D di meo pro fratribus meis Iudæis. Et rursus ad gentes, Libenter impendam & impendar ipse pro anima Roma.9.
bus vestris. In Actibus quoque loquens Ephesijs, Per trienniũ, ait, non cessaui quotidie, cum lachrymis 2.Cor.12.
monens vnumquemque vestrũm. [Et *visum est aliud signum in cælo*] quod ipse Ioannes visione con- Actu.20.
sueta intuitus est, in cælo. i. in ecclesia, vbi inter fideles discurrit inquietissimus inimicus, qui vt leo ru-
giens circuit, quærens quem deuoret. Deinde ponitur signum istud. [Et *ecce draco magnus et rufus*] id est 1.Petr.5.
diabolus, qui alios inficiendo tentationum veneno, callidè circumueniendo, in seipso igne malignitatis
ardendo, dicitur draco: & magnus, non virtute, sed prauitate, vel etiam potestate. Non est enim potestas
super terram, quæ comparetur ei. Rufus verò, quia vt dicit Saluator, Ille homicida erat ab initio. Et Iob.41.
inuidia eius mors introiuit in orbem terrarum. Nec aliud sitit nisi sanguinem animarum. i. vitam chari- Ioan.8.
tatis & gratiæ eis auferre. [*Habens capita septem*] id est septem spiritus nequam: iuxta illud, Tunc vadit
& assumit septem spiritus nequiores se. Septẽ quoque capitalia vitia, & septẽ spiritalia nocumenta, con- Matt.12.
traria septem donis spiritus sancti. Berengandus per septem capita ista intelligit vniuersitatem reprobo- Luc.11.
rum, quibus ad aliorum deceptionem diabolus vtitur. [Et *cornua decem*] per cornua quandoque reges
seu principes, interdum regna seu acies, designantur. Vnde in Daniele scriptum est, Decem cornua quæ
vidisti decem reges sunt. Et primo Machabæorum habetur, Bachides erat in dextero cornu. Vbi per
cornu, exercitus ad bellandum expositus explicatur. Itaque per decem cornua, vniuersi reges, principes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& acies huius exprimuntur draconis. Quemadmodum enim septenario, ita & denario vniuersitas designatur: eò quòd septẽ diebus omne tẽpus euoluitur, & numeri qui sequuntur denariũ, sunt quædã repli E
Ioan.14.19 cationes ipsius, [*Et in capitibus suis septem diademata.*] Habuit enim draco septem capita, & in quolibet vnũ diadema: quod est signũ regię potestatis, indiciũmq; triumphi. Ipse quippe est princeps huius mundi, & rex super oẽs filios superbiæ. Itaq; ad innuendũ, ꝙ oĩbus his dñetur atq; prævaleat, septẽ diademata in suis visus est habere capitibus. [*Et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cæli,*] potest per caudã diaboli, eius dolositas accipi, per quam innumerabilem multitudinẽ angelorũ hominũmq; fefellit. Ita exposuit Beda. Berengãdus autem per caudã, quæ finis est corporis, Antichristũ intelligit, qui plurimos in Ecclesia instar stellarũ fama atque scientia resplẽdentes decepturus nõ ignoratur. Iterũ per caudã diaboli, intelliguntur spiritus maligni principẽ suũ sequẽtes, pluriműsq; fallentes. Rursus qm animalia turpitudinẽ suã cauda operiũt, potest per caudã diaboli multitudo hypocritarũ, falsorúmque exprimi fratrũ, per quos diabolus suã tegit & exercet malitiã. Quod autẽ per tertiã partẽ nõ illud semp quod precisè tertia pars est, sed magna quędã pluralitas insinuetur, prehabitũ est: sicut & mediũ nõ semp vocamus quod æqualiter distat ab extremis, sed illud quoq; quod mediat seu cõprehensum est inter extrema: quemadmodum Tyrus scribitur in medio maris sita, [*Et misit eos in terram,*] spiritaliter interfecit, terrenorum amori inuoluit, in pditionis foueã iecit, vel in aërem caliginosũ, quãtùm ad dęmones: qui & frequẽter ad homines tentandi causa, à principe suo mittuntur. [*Et draco stetit ante mulierem*] i. diabolus omnibus mo- F
Genes.3. dis aduersabatur ecclesiæ: iuxta illud, Inimicitias ponã inter te & mulierẽ. In Zacharia quoque Satan stabat à dextris Iesu, vt aduersaretur ei, [*Quæ paritura erat*] id est aliquos in Christo regenatura seu conuersura. Non enim infructuosi sunt eius labores, quib' ꝙ aliorũ cõuersione desudat. [*Et quũ peperisset, filium eius deuoraret*] i. sibi per peccatum incorporaret, gratia atq; virtutib' spoliatum. Hoc enim summè conatur, intendit, desiderat: vt renatos & conuersos auertat, perimat, damnet. [*vt peperit filium ma-*
Matth.2. *sculum*] quidam per fœminam, beatam Mariam, per filium masculum, intelligunt Christum: cui mox nato per Herodem insidiatus est dæmon. Sed quia, vt patuit, hoc loco per mulierem non intelligitur ad literam sancta Maria, sed ecclesia, per filium masculum intelligi puto cœtũ fortiũ, & virtuosorum Christianorum: vt per singulare intelligatur plurale, quod in isto volumine sæpius agitur, vt patet in his, quæ de septem angelis sunt prædicta. Isti ob animi robur fideique constantiã, quibus diabolo prędant, vir masculus nuncupantur, [*Qui recturus erat gentes virga ferrea*] id est in rigore disciplinæ, ac vigore
Apoc.11. iustitiæ. Tales nanque idonei sunt alios gubernare. Quomodo autem illud perfectis & electis conueniat dictum est plenius [*Et raptus est filius eius ad deum*] i. cœtus fidelium perfectorum sub diuinæ protectionis vmbra quieuit, & mente ad deum erectus est. [*Et mulier fugit in solitudinem*] insidiante dracone perse, & angelos tenebrarũ, ac ministros peccati ecclesiæ Dei: in hominum vitauit tumultus, omnémque in-
Psalm.54. quietudinẽ terrenorũ & mentis, intrauit secretũ pœnitentiæ locum. Cum omni tempore persequutionum infestarent tyranni famulos Christi, frequenter ad loca solitaria confugerunt. Quod & postea in- G
Oseæ.11. numerabiles eremitæ ac monachi fecisse noscuntur, implentes illud Psalmistæ, Ecce elongaui fugiens, & mãsi in solitudine, [*Vt habebat locum paratum a deo,*] qui ait per Oseã, Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Illic enim specialiter visitat deus suos electos Quia quò amplius propter deum ab hu-
Marc.6. mano consortio, alloquio, & tumultu fuerint separati: eò ad diuinã alloquutionem, illustrationem, tran-
Psam.70. quillitatẽ sunt aptiores. Vnde & Christus dixit Apostolis, Venite seorsum in desertũ locum, & requie-
Matth.6. scite pusillũ. Denique illic ipsemet deus est locus eorum, quia in ipso quiescunt collocantur & cõmorantur. Propter quod orat vir sanctus, Esto mihi in deũ protectorem, & in locum munitum [*Vbi pascat illam*] orantẽ, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie [*Diebus mille ducentis sexaginta*] per hos dies (qui faciunt annos tres & medium,) secundũ Bedam, signatur totũ tempus Christianitatis, seu euangelicæ legis: quoniam tanto tẽpore Christus prædicauit. Qui ecclesiam suam quotidie multiplici reficit pane. s. sacramentali, pane lachrymarum, confortationis, consolationis, pane bonæ operationis. Virtutes quoque & dona panes sunt animæ. Consequenter ostenditur, quòd angelica prędia assint ecclesię. Plures enim nobiscum sunt, quàm contra nos. [*Et factum est prælium magnum in cælo*] id est in ecclesia mili-
4.Reg.6. tante, vbi iugiter virtuosi contra mundum & carnem diabolúmque confligunt. [*Michael & angeli eius præliabantur cum dracone.*] Michaël (qui est princeps ecclesiæ) de supremo ordine infimæ hierarchiæ, vi
Daniel.12. delicet de choro principatuum esse creditur. Itaque angeli eius sunt angeli sancti eo inferiores, singulis H
hominibus præsidentes, & in gubernatione ecclesiæ cooperantes eidem. Hi prælíantur cum dracone. i. contra diabolũ pro ecclesia & singulis filiis eius orando, mentem illustrando, salubria inspirando, à diabolicis tentationibus eruendo, illorum sæuitiam & potentiam reprimendo, [*Et draco pugnabat et angeli eius*] s. angeli tenebrarum, qui cum suo principe corruerunt. Imò secundum Bedam, hoc loco angeli eius non solùm spiritus maligni, sed & homines dæmonum laqueis irretiti intelliguntur: qui si aliorum damnationi seu transgressioni cooperentur, núnne veraciter angeli satanæ sunt dicẽdi? Hi itaque pugnãt contra ecclesiã. i. re & nomine Christianos, vt eos à via æquitatis auertant. Estq; prælium istud adeò gra-
Ephe.6. ue, vt dicat Apost. Non est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinem, sed aduersus principes & potestates. Potissimè autem bellum istud incepit à tempore predicationis euangelicę legis, quia tunc de innumerabilium hominum cordibus vbique terrarũ expellebatur diabolus. Secundũ quod Christus passione instante prædixit, Nunc iudicium est mũdi, nunc princeps huius mũdi eiicietur foras. ¶ Denique dæmones contra angelos sanctos pugnant, quia vt valent eis resistunt, sempérque impedire atque destruere moliũtur, quod illi operãtur in nobis. Quidam præfatũ prędiũ in cælo factũ, exponunt de dissensione angelorum in exordio ante confirmationẽ bonorũ, quãdo aliqui lucifero cõsenserunt, alij dissenserunt: tuncque expulsi sunt impij, fortè ministerio stantium, [*Et non prævaluerunt*] draco cum suis con-

A tra angelos sanctos & ecclesiam, angelorum ope protectam. Electos enim finaliter supplãtare nõ queunt, & retinentibus eis, gentilitas ad fidem conuersa est. [*Neque locus inuentus est eorum amplius in cælo*] i. in ecclesia quantũ ad eos, quorum conuersatio est in cęlis, qui acquiescunt Paulo dicenti, Nolite locum dare diabolo. Et Iacobo admonenti, Resistite diabolo, & fugiet à vobis. De cuius eiectione de cordibus
Philip.3. electorum subiungitur, [*Et proiectus est*] i. spiritus sancti virtute, angelica ope, libero arbitrio concurren-
Ephe.4. te & cooperante, per conuersionem suam ad deum, de credentiũ corde expulsus est, [*Draco iste magnus*]
Iaco.4. cuius venter animarum pereuntium dãnatione non satiatur, magnus prauitate, non bonitate, & magnus propria æstimatione, quia superbus, [*Serpens antiquus,*] ob calliditatem sic dictus, & quia per serpentem
Iob.41. loquens hominem vicit, qui vocatur antiquus: non quòd propriè esse eius tempore mensuretur, quum
Gene.1. sit incorporeus spiritus. Sed quoniam ab initio mundi fuit, & impius extitit, habens nocendi consuetudinem, experientiam, artem [*Qui vocatur diabolus*] quasi deorsum fluens, & duo, videlicet corpus & animam mordẽs. [*Et Satanas,*] qui interpretatur aduersans, quia nostræ incessabiliter inimicatur saluti, [*Qui seducit vniuersum orbem*] i. multos vbique terrarum. Multi enim sunt reprobi & terreni. Et quis est, qui & si electus sit, non tamen aliquando seductus est, tentante diabolo? Verùm ante Christi aduentum, totum penè orbem vehementer seduxit, omnibus ad idololatriam tractis: sed per Apostolorum prædicationes fallaciæ eius sunt reseratæ. [*Proiectus est in terram*] i. in infernum, vel in reproborum corda terre-
B na, vel in terram ad literam. Quum enim immũdus spiritus exierit ab homine ambulat per loca inaquo-
Matth. 12. sa. Vnde ad dominum loquitur, Circuiui terram, & perambulaui eam. [*Et angeli eius cum eo missi sunt*] id est de electorum corde depulsi atque in ima detrusi. De qua re omnes virtuosi in ecclesia triumphan
Iob.1. te ac militante lætati sunt: & deo gratias cecinerunt, secundum quod subditur, [*Et audiui vocem magnam in cælo dicentem,*] Ista fuit vox angeli sancti, qui ista demonstrauit Ioanni. Potéstque per cælum intelligi ecclesia militans & triumphans. [*Nunc facta est salus, & virtus, et regnum dei nostri et potestas Christi eius*] id est hominibus ad veritatem conuersis, dæmonibúsque deiectis, facta est à deo in animabus credẽtium, salus seu beatitudo in spe, & virtus infusa seu gratia ac fortitudo, contra aduersarias potestates, & regnum, id est regnatio dei patris, seu trinitatis in mentibus electorum, in quibus ante regnauit diabolus. Vel regnum, id est populus Christianus talis per gratiam est effectus, vt meritò regnum dei vocetur, & deus altissimus in ipso regnare ac habitare dignetur. Sed & potestas Christi eius nunc facta est, id est manifestata in aduersariorum prostratione, & prædestinatorum illuminatione. Rursus potestas eius, id est potens atque magnificus eius effectus impletus est, puta mundi conuersio ad tam arduam legem, támq; incomprehensibilem fidem: quod omni miraculo mirabilius est. Iuxta hunc sensum, & increata dei salus ac virtus facta nunc est, quantùm ad manifestationem: quoniam per prædicta, beatitudo & excellentia de mũdo innotuit. [*Quia proiectus est accusator fratrum nostrorum*] id est diabolus semper intẽtus, quo-
C modo hominum peccata coram deo allegando posit obtinere licentiã magis tentãdi, nocendi, perimendi, atque tartareas miserias inferendi. Ecce angelus sanctus homines vocat fratres, tanq futuros cõciues, & per dona gloriæ sibi cõformandos, ac in natura intellectuali saltem quantùm ad genus cõsortes, itémque ab eodem creatore immediatè manentes. [*Qui accusabat illos ante conspectum dei nostri die ac nocte*] id est inexcusabiles. Quum enim sit plenus inuidia, semper paratus est mala cõmemorare, & dei iustitiam
Sapien.1. ad vltionem inducere, quantùm in se est. Accusat quoque, & accusabiles facit, quando ad vitia pertrahit, & ipsi vicerunt illum, puta diabolum accusatorem [*propter sanguinem agni*] id est virtute & merito passionis Christi, ob quam datur electis virtus, & gratia prævalendi, [*Et propter verbum testimonij sui*] id est per confessionem & prædicationem nominis Christi, quibus ei coram hominibus testimonium perhibuerunt. Vel propter verbum testimonij sui, id est per adimpletionem verborum Christi, quibus testatus est nobis, quid credere, quid facere, quid vitare debemus. [*Et non dilexerunt animas suas vsque ad mortem*] id est nec seipsos, nec animas suas carnaliter dilexerunt. Imò salubriter odierunt, abstrahendo sibi delectabilia vitæ præsentis, & asperis, mortísque periculis, se pro deo ac iustitia exponendo. Hoc est odium bonum, de quo ait Christus, Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam
Ioan.12. custodit eam. Imò sic odire, est verè diligere. Nempe cùm diligere sit alicui bonũ velle, ille verè se dili-
D git, qui summum & incommutabile bonum, scilicet deum desiderat: & omnia, quæ ad illius boni adeptionem necessaria, siue accommoda sunt, amat: quæ verò ab illo impediunt, odit, puta delitias carnis, homines, vanitates, & cuncta quæ lege prohibentur diuina. Et quia huiusmodi quãdoque bona sunt apparenter, delectabilia & iucunda, idcirco talia sibimet denegãdo, dicitur quodammodo se odire, quia vult sibi mala pœnalia, & non vult sibi bona carnalia. Istud tamen, vt dixi, est verè diligere: & qui carnali amore se diligunt, verè se odiunt. Ea etenim quærunt & amant, quæ suæ aduersantur saluti: quibus animas suas grauissimè lędunt, deum amittunt, & diabolo attinent. [*Propterea lætamini cæli, et qui habitatis in eis*] si per habitatores cæli intelliguntur beati, quomodo cæli dicuntur lætari? Quidam ergo per cælos intelligunt angelos superiores: & per habitatores eorum, angelos inferiores: qui in superioribus habitant, inquantùm ab eis illustrationes suscipiunt. Veruntamen & si orbes cælestes quis dixerit esse animatos, dicuntur tamen laudare, benedicere, lætari, materialiter saltem: inquantùm intuentibus præbent lætandi, benedicendi, laudandi materiam. Sed quum beati habitent omnes in vno cælo, puta empyreo, quomodo nunc pluraliter dicitur, qui habitatis in eis? Et respondendum, quòd in scripturis frequenter ponitur numerus singularis pro plurali. Porrò hoc loco per cælos intelligi possunt Ecclesia militans & triumphans, omnes quoque particulares Ecclesiæ & mansiones, ac chori cælestes: qui inuitantur lætari, de electorum saluatione, & dæmonum superatione. Gaudium enim est angelis dei,
Lucæ.1. super vno peccatore pœnitentiam agente, [*Væ terræ et mari*] id est habitatoribus prouinciarum ac insularum obstinatione in malo duris, firmis & aridis, vitiorúmque fluxu instabilibus [*Qui descendit ad*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.13.

vos diabolus] expulsus enim ab electis, atrocius supplantare conatus est cæteros [*Habens iram magnam*] scilicet grandem ac inflammatum appetitum nocendi, seu vindicandi se, de hoc quòd à pristinis habitaculis suis expellitur, in quo superbissimus reputat sibi iniuriam fieri [*sciens quod modicum tempus habet*] nocendi. Vel quia omne tempus præsens respectu durationis futuræ, breuissimum perhibetur: vel quia eorum quos tecntare molitur, breuis omnino est vita, & quia indesinenter cernit propinquare diem iudicij. [*Et post quam vidit draco, quod proiectus est in terram*] iuxta sensum nunc introductum [*persequutus est mulierem, que peperit masculum*] id est Ecclesiam, quæ mater est cœtus fidelium robustorum. Non enim cessat diabolus persequi & tentare credentes, imò secundum Bedam, execrabili astutia diabolus, quantò fortius ab Ecclesia deijcitur, tantò pertinacius eam persequitur. Nam & de christo scriptum est, consummata omni tentatione, diabolus recessit ab eo vsque ad tempus. Est autem Ecclesia, sponsa christi per fidem & charitatem: mater, per prædicationem: soror, per naturæ conformitatem: & vxor per bonorum operum inhesionem. [*Et datæ sunt*] à spiritu sancto [*Mulieri*] id est Ecclesiæ [*Duæ alæ aquilæ magnæ*] id est deuotio orationis & synceritas contemplationis, quibus altissimè volat præ cunctis generationibus mundi, sicut & aquila cæteris auibus volat sublimius. Quidã per duas alas duo testamenta, seu duo charitatis præcepta, vel actiuam contemplatiuàmque vitam accipiunt [*Vt volaret in desertum in locum suum*] id est in solitudinem iam prefatam [*Vbi alatur per tempus et tempora, et dimidium temporis*] per tempus annum, per tempora duos annos, per dimidium temporis medium annũ, hic & in Daniele significari iam patuit, Quomodo autem Ecclesia per tantum temporis à christo in solitudine nutriatur, in isto articulo dictum est. [*A facie serpentis*] id est à venenata tentatione callidissimi hostis, quem vincere nisi ad christum confugieus nequit. [*Et misit serpens ex ore suo*] id est ex corde suo nequissimo [*A quam tanquam flumen post mulierem*] i. impetum persequutionum, abundantiam tentationum, seu copiam persequentium populorum, post ecclesiam. His nanque eam infestat, quantúmlibet ad secreta confugiat. Imò quò seriosius ad deum se erigit, eò ille malignantius eam insequitur [*Et audiuit terra mulierem*] id est perfectiores quique in terra morantes, vel angeli ad homines custodiendos transmissi, pro Ecclesia fortiter orauerunt, eiúsque hostibus per arma iustitiæ restiterunt. Terra quoque est sancta Maria, de qua loquitur Esaias, Aperiatur terra, & germinet saluatorem. Atque psal. Terra nostra dabit fructum suum. Ipsa autem est fidelissima Ecclesiæ aduocata. [*Et aperuit terra os suum*] præces ad deum fundendo. [*Et absorbuit flumen, quod misit serpens ex ore suo*]. i. suæ virtute ac prece machinationes diaboli prorsus extinxit, gratiámque patientiæ contra eas, Ecclesiæ procurauit. [*Et iratus est draco in mulierem*] id est contra ecclesiam, quod eam superare nequiuit [*Et abiit facere prælium cum reliquis de semine eius*] id est filios eius imperfectiores tentare. Dum enim perfectos deijcere nequit, ad imperfectos expugnandos conuertitur [*Qui custodiunt mandata dei*] puta decalogum. Vnde loquitur christus. Si vis ad vitam intrare, serua mandata [*Et habent testimonium ieſu*] id est fide & opere testimonium perhibent christo, eius se famulos ostendẽdo. [*Et stetit super arenam maris*] id est in hominibus vanis & leuibus incompactis & in fructuosis conquieuit, & principatum obtinuit, qui sunt tanquã puluis, quem proijcit ventus à facie terræ. postremò, quidam hunc librum secundum ipsum processum ac ordinem temporis exponentes, præscriptam tribulationem Ecclesiæ exponunt de persequutione christianorum à cosdroe rege persarum: quem dicunt hoc loco ad literam appellari draconem magnum, serpentem antiquum, atque diabolum. Quod prima facie non habet apparentiam magnam, cùm in tota scriptura canonica alibi tale nil inueniatur: quamuis in Ezechiele Pharao draco magnus vocetur. Nec cosdroe competit propriè quod sequitur, qui seducit vniuersum orbem. Per masculum autem quem mulier peperit, intelligunt heraclium Imperatorem, qui contra cosdroam deo iuuante prœualuit. Per Michaëlem quoque quidam ad literam intelligit imperatorem prefatum: quod qualem apparentiam habeat, diligenti lectori committo. Multa autẽ possent huic expositioni opponi, sed melius arbitror pertransire. Neque enim Apocalypsis in locis obscuris certitudinaliter intelligi potest, nisi per reuelationẽ diuinam. Legi etiam in cuiusdam commento, quòd secundum omnes expositores, per draconẽ & angelos eius intelligatur cosdroa, & suus exercitus. Hoc verbum indiget pio intellectu. Cum nec Augustinus, nec Beda, nec Haymo, nec Berengandus, nec Glosa, neque Albertus ita exponant.

Beda. Lucę.4.

Dan.12.

Ezech.29.

Actu.12.

EXPOSITIO CAP. XI II. [*Et vidi de mari bestiam ascendentem.*] ARTICVLVS XIII.

PRæcedenti capitulo dictum est qualiter draco, hoc est, diabolus, persequitur Ecclesiam: nunc denunciatur, quomodo corpus & familia eius id faciat. [*Et vidi de mari bestiam ascendentem*] bestia ista est Antichristus irrationabilissimè se habiturus, vel cœtus reprobrum bestialiter agens. Quæ ascendit de mari, scilicet de sæculo nequam, de pelago iniquitatis, de profundo vitiorum, de vitiosis principibus. Vel mare designat inquietam, amarámque tribum, de qua antichristus nascetur. [*Habentem capita septem, et cornua decem: et super cornua eius decem diademata*] per septem capita Antichristi, vniuersitas capitancorum seu principum eius exprimitur. porrò per decem cornua, vniuersitas regnorũ seu acierum ipsius expressa est. Per diademata verò significatũ est, quòd populos sibi adhærẽtes regio coronabit honore, multiplicíque triũpho [*Et super capita*]. i. principes [*Eius, nomina blaphemiæ*]. i. principes eius pleni erũt blasphemijs contra Christũ [*Et bestia quam vidi, similis erat pardo*] id est varietate vitiorũ atque hypocrisi perfusa ac palliata. Antichristus enim cum nequissimus sit futurus, sanctum tamen se multiformiter simulabit. Pardus autem animal est varijs respersum coloribus. Iuxta illud Hiere. Si mutare potest pardus varietates suas, & vos poteritis bene facere. [*Et pedes eius sicut pedes vrsi.*] Secundũ Berengandũ, vrsus est callidissimũ animal: per quod Antichristi astutia qua homines fallet, exprimitur. Rursus p vrsum, animal pedib* cõculcãs ac

Apoc.13.

Hiere.13.

A devorans innuitur quòd Christianos auidè conculcabit. [*Et os eius sicut os leonis*] quia in loquendo erit fidelibus crudelis ac animosus. [*Et dedit illi draco*] puta diabolus [*Virtutem suam et potestatem magnam*] quod enim per sepsum facere nõ valebit, per Antichristum implebit, qui erit velut vas & instrumentũ diaboli: iuxta illud in Esaia, Ego creaui fabrum sufflantem prunas & proferentem vas in opus suum. Sed cũ omnis potestas sit à deo, quomodo à diabolo erit Antichristi potestas? Et respondendum, quòd omnis potestas & virtus quantùm ad suam essentiam, est à deo mediatè vel immediatè, non autem quo ad suam abusionem. Ista siquidem est à voluntate creata, peruersa ac defectiua. Potestas ergo diaboli est à deo. Et cũ illa sit adeò magna, vt nõ sit potestas super terram quæ comparetur ei, constat q̃ hanc potestatem cõmunicando Antichristo, dabit ei potestatẽ magnam. Dabit enim ei scientiã naturalium rerũ, & potestatẽ faciendi miracula, secundũ Glossam. Quomodo autẽ facturus sit miracula, postea est tangendũ. Rursus in omnibus cooperabitur ei occultè. Verũ hac potestate eatenus ille impius abutetur, vt melius à diabolo, quàm à deo collata feratur. [*Et vidi vnum de capitibus eius quasi occisum in mortem*] ipsemet Antichristus est vnus seu primus inter principes suos, qui secundũ Bedam, finget se occisum & suscitatum, vt Christus verus credatur. Ideo subditur, [*Et plaga mortis eius curata est*]. i. à morte hac simulata se resurrexisse magica arte monstrabit. Cuius rei typus in Simone mago præcessisse asseritur. [*Et admirata est vniuersa terra post bestiam*]. i. vniuersi terreni & seducti his visis, cũ admiratione sequuturi sunt

B Antichristũ, tanquam verum messiam, in quo prophetarum eloquia sint cõpleta. [*Et adorauerunt draconem*]. i. diabolum. Cui Antichristo, quem adorando vt deum, non deum, sed dæmonem impissimo vasculo præfidentem adorabunt [*Qui dedit potestatem bestiæ,*] vtpote Antichristo, iuxta sensum nunc tactũ [*Et adorauerunt bestiam*] nam & Antichristum tanq̃ dei filium adorabunt [*Dicentes, Quis similis bestiæ?*] Putabunt enim, q̃ nec in sanctitate, nec in sapientia, nec in potestate operandi miracula fuit aut sit similis ei [*Aut quis poterit pugnare cum ea?*] Quasi dicerent, Non est, qui ei queat resistere. Vnde de Antichristo ait Apostolus, Qui extollitur supra omne quod dicitur aut colitur deus, ita vt in templo dei sedeat, ostendens se quasi sit deus. Veruntamen eius ministri verba præfata formaliter dicturi non sunt, sed æquiuà lenter. Ipsi etenim dicent, Quis similis Christo, aut quis poterit pugnare cum eo? Verũ (quoniam iste, quem Christum putabant, potius bestia q̃ homo aut Christus dicendus est) fertur q̃ dicent, Quis similis bestiæ, &c. [*Et datum est ei os loquens magna*]. i. præsumptuosè se verbis magnificabit. Os autem quo loquetur habebit à deo, abusionem verò à semetipso & à diabolo, [*Et blasphemias.*] Nam Iesum Christũ dicet fuisse Antichristum. [*Et data est illi potestas facere menses quadraginta duos*] qui faciunt annos tres medium, tãto enim tempore blasphemare, regnare ac prœualere diuinitus permittetur. [*Et aperuit os suum in blasphemias ad deum*] id est contra deum blasphemando vnigenitum filium eius Iesum Christum.

C Qui enim non credit in filium, mendacem facit patrem. Et qui non cõfitetur filium, nec patrem habet, vt in prima Ioannis epistola legitur. Et ipsemet Christus testatur, Qui non honorificat filium, non honorificat patrem, qui misit illum. Potest quoque hoc loco nomine dei, filius, qui est verus deus & vita æterna, intelligi. Aperiet itaque os suum in blasphemias contra deum [*Blasphemare nomen eius*] dicendo, quòd Christus fuit seductor & mendax [*Et tabernaculum eius*] id est ecclesiam. s. omnes sanctos qui in Iesum Christum crediderũt: quos omnes dicet deceptos atque damnatos. Ideo subditur, [*Et eos qui habitant in cælis*]. i. apostolos & martyres, quos dicet periisse. [*Et datum*]. i. à deo permissum, & à diabolo inspiratum [*Vt faciat illi facere bellum cum sanctis*]. i. contra sanctos [*Et vincere illos*] nam Christianos constantes corporaliter perimet. Vnde in Daniele legitur, Tradentur sancti in manus eius vsque ad tempus & tempora & dimidium temporis. Plures etenim sub eius tyrannide martyrio coronabũtur. Quorũ triumphus secundum Gregorium, glorioſissimus erit: quia non ipsi, sed persequutor eorum miraculis coruscabit. [*Et data est illi potestas in omnem tribum, et linguam, et gentem*] Ex omni enim natione tribu ac populo aliqui, imò & plurimi ei subdentur: vt videatur impleri in eo, quod de Christo prædictum est per Danielem, Omnes populi, tribus, & linguæ seruient ei. [*Et adorauerunt eũ omnes, qui habitant in terra*]. i. quidam de omnibus, vel omnes terreni & reprobi. De quibus loquitur Hieremias, Recedentes à te domine in terra scribẽtur. Vel ideo ait omnes, quoniam tam multi eum adoraturi sunt, vt eorum comparatione alij videantur pauci aut nulli. Veruntamen multi solo timore eum adorabunt oretenus: non ex corde [*Quorum non sunt nomina scripta in libro vitæ agni*]. i. qui prædestinati non sunt, nec scripti in libro vitæ glorię: quam agnus nobis promeruit, secundum q̃ homo, & quam authoritatiuè præstat vt deus. De hoc libro supra dictum est plenius. [*Qui occisus est ab origine mundi*] vel dispositiuè, vel præfiguratiuè. Quia in Abel occisione, Christi fuit figurata occisio. Propter quod asserit Augustinus, quòd Christus fuit in Abel occisus, & in prophetis exhonoratus. Rursus quoniam passio Christi hoc egit implenda seu futura, quod facit impleta atque præterita. Omnes enim qui in Christum ante eius aduentum crediderunt, per eius fidem saluati sunt. Christus ab origine mundi, scilicet à tempore Adæ, occisus est virtualiter: quoniam virtute suæ passionis, & ipsi protoplasti parentes saluati sunt. Denique secundum Berengandum, quod dicitur ab origine mundi, referri potest ad illud quod dictum est, non sunt scripta: vt sit sensus, quòd hi quorum nomina non sunt scripta ab origine mundi, adoraturi sunt Antichristum. Iterum ait circa hunc locum, Difficile videtur, vt in tam breuissimo tempore, id est, in tribus annis & dimidio, omnes gẽtes sibi subiicere, & ad suam culturam genus humanum Antichristus ponat, præter paucos electos, perducere. Erunt enim multi electi, sed in comparatione infidelium paucissimi. Veruntamen potest fieri, vt primò omnes gentes suæ ditioni subiiciat, postea verò in superbiã elatus, se pro deo coli instituat. Nã sicut mihi videtur, in tribus annis & dimidio, persequutionis tempus tantummodo comprehenditur: in quo & per se & suos discipulos, & per ostensionem signorum, tota virtute laborabit vt culturam deitatis omnes homines sibi impẽdant. Hæc Berengandus. Faciet autem bellum contra sanctos,

D

1. Ioan. 3.
1. Ioan. 2.
Ioan. 5.
Ioan. 1. 14.
Danie. 7.
Gregor.
Hiere. 17.
Apoc. 3.
Gene. 4.
August.

Esaiæ. 54.
Rom. 13.
Iob. 41.
Act. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

blandiendo,terrẽdo,ſcripturas allegando, mirabilia operãdo,vt probet ſe Chriſtũ.Præterea multi quæ- E
runt,cur deus talia fieri ſinat,vt ſcilicet genus humanum Antichriſtus tam peſsimè fallat. Verũ duabus
ex cauſis Deus iſta permittet.Nã ſicut ipſe dicit in Euangelio,in illis diebus refrigeſcet charitas,& abun
Matth.24. dabit iniquitas multorũ,propter hoc digni erũt à deo relinqui,& tam peſsimo homini ſubiici: ſecũdum
2.Theſ.2. illud ad Theſſalonicenſes,Reuelabitur ille iniquus,cuius eſt aduẽtus in omni ſeductione iniquitatis his
qui pereunt,eò ꝙ charitatem veritatis nõ receperunt vt ſalui fierent,ideo mittet illis deus operationem
Iob.34. erroris,vt credant mendacio,vt iudicentur omnes,qui nõ crediderunt veritati,ſed cõſenſerunt iniquita
Cap.3. ti.Vnde in Iob quoque legitur,Deus regnare facit hominem hypocritã,propter peccata populi.Rurſus
Prou.17.27 permittet deus hæc fieri,propter probationem electorum ſuorũ. Vt ſicut aurum probatur per ignẽ, ita
Danie.12. & illi in perſequutione Antichriſti probentur:iuxta illud in Daniele, Eligẽtur & dealbabũtur,& quaſi
Matt.24. aurum probabuntur plurimi. Præterea ſi quæratur,an aliqui electorum ab Antichriſto fallentur,dicen
dum ꝙ Antichriſto occiſo, multi eorũ,quos decepit,efficaciter pœnitebunt: quos cõſtat electos. Hinc
quod ait Saluator,erit tribulatio magna,ita vt in errorem ducãtur,ſi poſsibile eſt,& electi, intelligendũ
eſt,ꝙ non poterunt finaliter decipi[*ſi quis habet aures audiat*]id eſt iſta diligenter aduertat, Vbicunque
Prouer.6. in ſcripturis hoc dicitur,ſignum eſt,ꝙ notabile vel obſcurum diligentérque penſandũ ſit,quod profer-
Matth.22. tur.[*Qui in captiuitatem duxerit*]id eſt Antichriſtus & eius exercitus,qui Chriſtianos corporaliter captiuabunt,& multos ſpiritualiter capient,eos ſuis erroribus implicando,& dæmonum captiuitati ſubiicien F
do,[*in captiuitatem vadet*]id eſt dæmonum vinculis impietatiſque propriæ funibus irretietur. Ligatis er
go manibus & pedibus in exteriores tenebras proiicietur. Quod & de omnibus violẽtis captiuatoribus
accipi poteſt,in quibus illud Prouerb.completur,Iniquitates ſuæ capient impium, & funibus peccato-
Matt.26. rum ſuorum conſtringetur. [*Qui in gladio occidit, oportet eum in gladio occidi*] ſimile eſt quod ait Saluator,Omnis qui acceperit gladium,gladio peribit.Siue enim materiali gladio alium corporaliter quis occidat iniuſtè,ſiue ſpirituali gladio peſtiferę perſuaſionis aut ſcandali animam eius necauerit,gladio diuinæ ſententiæ eſt damnandus,imò propria impietate quam gladio committit: animã ſuam mortaliter læ
dit ac perdit.[*Hic eſt*]id eſt in harum tribulationum æquamini perpeſsione conſiſtit[*Patientia*]cuius eſt
in aduerſis inordinatam auferre triſtitiam[*Et fides*]id eſt credulitas[*Sanctorum*]quorum fides in hoc cõ
ſtans & integra comprobatur,quòd nec aduerſis concutitur:quod eſt contra eos,qui ad tempus credũt
ac laudabiliter agunt:ſed tempore tentationis ſuccumbunt,& deum relinquunt[*Et vidi aliam beſtiam aſcendentem de terra*]Hæc beſtia eſt cœtus principalium miniſtrorum,vtpote prædicatorum Antichriſti.
Lucę.8. Qui de terra.i.de vita terrena,& temporalium rerum opulentia erigentur in altum elationis [*Et habebat duo cornua ſimilia agni*]Quia ſicut in Chriſtum crediderunt quidam ex Iudæis,& quidam ex Gentibus: G
ita & in Antichriſtum ex vtroque populo crediturі ſunt plurimi. Acies autem iſtorum cornua nuncupantur. Denique tam Antichriſtus quàm iſte cœtus ipſius Chriſto ſimiles apparebunt per ſimulatã ſanctitatem,& miraculorum operationem[*Et loquebatur ſicut draco*]verba blaſphema, infeſtiua ac diabolica proferendo. Nam & diabolus per Antichriſti prædicatores,ſicut per ipſum,loquetur [*Et omnem potestatem prioris beſtiæ*]ſcilicet Antichriſti[*Faciebat in conſpectu*]id eſt in preſentia,beneplacito,vel nomine
[*Eius*]mirabilia enim,quæ ope diaboli faciet Antichriſtus, faciet & iſte cœtus prædicatorum eius. Qui
nõ omnes erũt ſemper in corporali eius præſentia,ſed vbique diſcurrentes, in eius nomine & virtute operari ſe fatebuntur[*Et fecit terram*]pro,id eſt[*Inhabitantes in ea adorare beſtiam primam*].ſ. Antichriſtum
[*Cuius curata eſt plaga mortis*].i.à morte ſimulatè finget ſe ſuſcitatum, vt patuit.Ad hoc nãque prædicatores Antichriſti tendẽt, vt vniuerſos inducant ad credendum,ꝙ ipſe ſit filius dei. [*Et fecit ſigna magna, ita vt etiam ignem faceret de cælo deſcendere*]quod dupliciter explanatur. Primò, ꝙ ſicut diabolus per ſeipſum deo permittente fecit ignem materialem deſcẽdere, qui oues ſancti Iob puerόſque conſumpſit:
Iob.11. ita in fine Antichriſtus & eius miniſtri ope diaboli facient ignem corporalem de cælo æreo cadere.
Quem vtique ignem diabolus naturali virtute atque induſtria facilè producere poterit.Secundò,ꝙ ſi-
Act.2. cut Chriſtus diſcipulis in ſpecie ignis ſpiritum ſanctum miſit ; ita & Antichriſtus, prædicatoréſve eius,
igne deſuper veniente, dicent ſpiritum dei ſuper credentes in ipſum deſcendere [*In terram in conſpectu hominum. Et ſeducet habitantes in terra propter*]id eſt per [*Signa quæ data ſunt illi facere in conſpectu beſtiæ*] H
Exod.7. id eſt quæ nomine vel præſentia Antichriſti factura eſt, cooperante diabolo. Sicut & magi Pharaonis
eo præſente arte magica non parua mirabilia operati leguntur.Vnde Chriſtus prædixit,Surgẽt pſeudo-
apoſtoli,& dabunt ſigna magna[*Dicens*]ſcilicet iſta beſtia ſecunda ſeu chorus,ordo,& cœtus prædicantium Antichriſtum habitantibus in terra [*Vt faciant imaginem beſtiæ*] id eſt Antichriſto ſe conforment,
vel eum depingant,atque in imaginibus ſuis adorent.Sicut Chriſtiani habẽt in eccleſiis imaginem Chri
ſti.Hoc fortè iubebunt [*Quæ habet plagam gladij*] id eſt quæ fuit occiſa [*Et vixit*] Secundum apparentiã
In vita B. enim,non in veritate occidetur,atque reſurget.Sicut de Symone mago narratur. Tamen quod ait, quæ
Petri apo. habet plagam mortis,quidam exponunt,quòd cicatrices vulnerum in ſe ad hominum deceptionem oſtendet [*Et datum eſt illi*] id eſt beſtiæ huic pedicatrici Antichriſti à deo permiſſum eſt [*Vt daret ſpiritum imagini beſtiæ,et vt loquatur mago beſtiæ*]Si per imaginem beſtiæ,intelligatur ſtatua Antichriſti, ſenſus eſt,quòd arte magica facienti prædicatores iſti ſtatuas Antichriſti verba formare : non quòd ſtatuæ veraciter ſint loquentes,ſed ſpiritus maligni per eas,quemadmodum in idolis paganorum.Si autem per imaginem beſtiæ intelligantur conformantes ſe Antichriſto, ſenſus eſt, quòd quaſi ſpiritum prophetię atque ſcientiæ eis præſtabunt, venientes in iſtos ſe Antichriſto conformantes , non ſpiritu ſancto , ſed diabolico,per quem prophetandi ac prædicandi officium vſurpabunt[*Et faciet*] beſtia prædicans Antichriſtum [*Vt quicunque non adorauerint imaginem beſtiæ*] ſcilicet ſtatuam Antichriſti, ſeu ipſum in ea
[*Occidantur*] poteſtate ſecularium principum Antichriſto credentium. [*Et faciet omnes, puſillos et ma-*

A *gnos,et diuites et pauperes,et liberos et ſeruos*]nõ ſimpliciter omnes,ſed de omnibus plures,vel omnes ſeductos[*Habere characterem in dextera manu,aut in frontibus ſuis*]hoc fortè corporaliter ſic erit, vt ſcilicet ad diſcernẽdum credentes in Antichriſtum ab aliis, faciant eos certo ſigno aut figura notari. Vel character Antichriſti eſt cõformitas ſeu imitatio vitæ doctrinæq; eius: quæ in manu dextera ac frõtibus, id eſt opere manifeſto & oris cõfeſsione ſeu mẽtis manifeſtatione,ab Antichriſtianis habebitur.[*Et ne quis poſſit emere vel vendere,niſi qui habuerit characterem beſtiæ aut nomen eius*]vt eum confiteatur,ſeu prædicet,atque ab ipſo appellationem aliquam ſortiatur, ſecundum quod nos à Chriſto Chriſtiani vocamur [*Aut numerum nominis eius*]id eſt de numero ſit credẽtium Antichriſto.Vel per numerũ nominis eius intelliguntur opera ſecũdum doctrinam Antichriſti multipliciter adimpleta. Itaque Chriſtiani tũc velut excommunicati vitabũtur,& mutuò emere ac vẽdere nõ licebit apertè, niſi ſignatis charactere Antichriſti [*Hic ſapientia eſt*].i.in cõſideratione ſeu cognitione myſterij,quod ſequitur,ſapiẽtia magna cõſiſtit[*Qui habet intellectum*]illuminatũ à deo,vt poſsit mẽte viuaci diuina penetrare myſteria[*Computet numerum beſtiæ*].i.annos pertinẽtes ad Antichriſtũ, vt numeri huius agnoſcat myſteriũ. Vel numerum beſtiæ.i.literas nominis eius.[*Numerus enim hominis eſt*].i.numerus iſte reſpicit Antichriſtũ:qui eritveraciter homo nõ diabolus,vt aliqui putauerũt:nec deus,vt quidã tunc æſtimabunt.[*Et numerus eius eſt ſexcenti ſexaginta ſex*]ſcilicet anni.Vel ſenſus eſt,quòd literæ nominis Antichriſti talem numerum ſignãt,ſcilicet 666. Actu.11.
Quaſi dicat,cõiungat literas,quæ talẽ numerũ ſignãt, & habebit nomẽ beſtiæ.ſ.Antichriſti,circa quod
B ſcribit Berengãdus. De hoc numero multi multa dixerũt,pleràq; nomina repererũt,in quorũ literis hic Berengan.
numerus inuenitur.Tamẽ ſi aliquod ex his nominibus Antichriſtus poſsideat, præuidere nõ potuerũt.
Sed de re tam incerta nil audeo definire.Quis enim ſcit,ſi nomẽ,quod à parentibus ei imponetur,numerum iſtum cõtineant? Hæc Berengandus, Porrò Albertus de loco iſto obſcuriſsimo,ſubtiliter ſcribens
ſequitur Bedam. Et ait Albertus,quòd Apocalypſis,ſcilicet liber iſte,primò à Ioanne ſcriptus eſt Græ- Albertus.
co ſermone.Ideo ſecũdum modum Græcorum hic numerus nominis hominis, accipiendus eſt. Græci Beda.
autem per literas ſignificãt numeros,ſecũdum quod in alphabeto Græco ponũtur, ita ꝙ prima eorum
litera,ſcilicet a ſignificat vnum,ſecunda duo,tertia tria: ſicq; vſque ad decimã literam, ſcilicet iota,quæ Pſalm. 18.
decem ſignificat:ſequens autem poſt eam,ſignat viginti:& quę hãc ſequitur,ſignat triginta:& ita vſque
ad cẽtum.Sequẽs demum poſt hãc,ſignificat ducẽta.Et ſic procedẽdo vſque ad mille. Itaque ſecũdum
Bedam & Albertum,nomẽ Græcum in quo literæ præfatũ numerum deſignãtes cõtentæ ſunt, eſt Titan,quod interpretatur gygas,quod nomẽ ſibi Antichriſtus aſſumet, quaſi omnibus fortior eminẽtiórque cõſiſtat,iactãs ſe eſſe eum de quo fertur in Pſal. Exultauit vt gygas ad currendã viam. Numerus autem huius nominis eſt ſexcẽti ſexaginta ſex.i.talem numerum literæ nominis huius important. T.enim
C deſignat trecenta,E quinque,I decem,T.trecẽta,A vnum,N,quinquaginta: quæ ſimul faciũt 666.Simi Ie huic ſecũdum Albertum eſt,ſi iuxta Latinos dicamus pro vno vocabulo D I C L V X, quod competit Antichriſto,qui vnicuique imperabit.Diclux i.dic me eſſe lucem veram.In hoc autem nomine prę-
ſatus numerus inuenitur. Nam apud nos, D ſignificat quingẽta,I vnum,C centum, L quinquaginta, V
quinque,X decem,quæ ſimul numerum prefatum cõſtituunt.De hac re plura conſcribit Albertus,Securius autẽ Berengãdum ſequor.Nã locus iſte obſcuriſsimus eſt omnino. Et aliqui per numerum iſtũ,
tot annorum curricula intelligẽda exiſtimant.Poſtremò quemadmodum quidã per beſtiam de mari aſcendẽtem,de qua in huius capituli principio agitur, intelligũt filium Coſdroæ regis Perſarum, & quæ
de beſtia iſta iam dicta ſunt exponũt de perſequutione Eccleſiæ illata à filio Coſdroę: ita per aliam beſtiam aſcẽdentem de terra,de qua in ſequẽti huius parte capituli dictum eſt,intelligũt Mahumetũ legiſlatorem Saracenorum.Et quæ de beſtia iſta cõſcripta ſunt,exponũt de perſecutione Eccleſiæ, à Mahu
meto & ſuis eidem illata.Hæc autem expoſitio videtur à litera in pluribus diſcordare,præſertim quo ad
ea quæ de Mahumeto dicũtur:quod diligẽter inſpiciẽtibus textum, & huiuſmodi expoſitionẽ reor ſatis poſſe cõſtare.Neque enim poſt filiũ Coſdroę admirata eſt vniuerſa terra,nec adorauit eũ,nec ipſe ſuſcepit poteſtatẽ in omnẽ populum & tribũ & linguam & gẽtem,nec adorabũt eum omnes reprobi qui
inhabitãt terram:quæ omnia de beſtia aſcẽdente de mari ſcribũtur.Similiter Mahumeto nõ competit,
quod de alia beſtia aſcẽdenti de terra prædictũ eſt , quòd ſcilicet omnẽ poteſtatẽ prioris beſtiæ fecit in
D cõſpectu illius,quódque fecit habitãtes in terra adorare beſtiam primam.Nõ enim Mahumetus coràm filio Coſdroæ,exercuit poteſtatẽ ipſius filij Coſdroæ,nec induxit habitatores terræ ad adorãdum filium
Coſdroæ,nec etiã Mahumetus fecit ignem de cælo deſcẽdere, nec angelum ſanctũ,nec per ſigna mundum ſeduxit: imò armis præualuit, ſecũdum quod ipſemet aſſerit deum ſibi dixiſſe,quòd non permiſit
eum miracula facere.Similiter reliqua non propriè videntur Mahumeto competere.Verùm(vt dicitur)
ſcriptura cereum habet naſum,hinc diuerſimodè applicatur. Ego tamẽ nullius catholicorum dicta,catholicè introducta infirmare intẽdo, neque in his aliquid pertinaciter aſſero. ¶Solet autem inquiri, an
Antichriſtus & eius miniſtri facient vera miracula.Et apparet quòd non, cùm dicat Pſalmiſta, Benedi- Pſalm. 71.
ctus dominus deus Iſraël,qui facit mirabilia ſolus.Apoſtolus quoque loquẽs de Antichriſto,Cuius eſt, 2.Theſ.2.
inquit,aduentus in omni virtute & ſignis & prodigiis mendacibus.Oppoſitum verò patet ex dictis,Facturi ſunt enim ſigna magna. Et reſpondendum quòd propriiſsimè loquendo de mirabilibus atque miraculis, vtpote ſecundum quod ſunt effectus totum naturalem rerum curſum, legem, virtutem, & ordinem tranſcendentes, ſic deo dũtaxat competit vera operari miracula. Si verò de miraculis & mirabilibus communius extenſiúſque loquamur, puta vt ſunt effectus inconſueti & miri ſolitum rerum curſum & ordinem excedentes,& præter naturalem modum productiſ:ſic tamen vt in rebus creatis ſit naturalis cauſalitas,capacitas ſeu poteſtas ad huiuſmodi effectus ſe extendens : ſic cooperante diabolo miracula ſeu mirabilia facient:quæ tamen vocantur mendacia ratione finis,quia ad homines decipiendos or-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dinabuntur & fient. Aliqua quoque erũt omnino mendacia, apparentia siue phantastica, & in præstigiis tantùm: vt si ea, quæ primo modo miracula nuncupantur, se operari iactent. E

Explanatio cap. XIIII. [*Et vidi, et ecce agnus stabat.*] Artic. XV.

DEnunciatis grauissimis ecclesiæ persecutionibus, decuit consolatorium aliquid interponi: & hoc præsenti agitur loco, vbi de Christo eiúsque plebe electa & glorioſa tractat. [ET *vidi, et ecce agnus stabat supra montem Sion, et cum eo centum quadraginta quatuor milia*] per montem Sion quidã hic intelligunt ecclesiam militantem, alij triumphantem. Sed quantùm capere valeo, vtrunque dici nil prohibet. Itaque consueta seu imaginaria visione intuitus est Ioannes Christum stantem supra eccle siam, hoc est in vertice omnium electorum suorum, & tam militanti quàm triumphanti ecclesiæ præsidentem, militantibus quoque pro ipso auxiliari paratum, secundũ quod Stephanus ait, Ecce video cælos apertos, & filium hominis stantem à dextris virtutis dei. Et Christus in Psal. loquens de patre, Ego, inquit, sum constitutus rex ab eo super Sion mõtem sanctum eius. Sion autem speculatio interpretatur quòd militanti ecclesiæ competit: quæ videt per speculum in ænigmate, reuelatáque facie gloriam domini speculatur. Sed triumphanti ecclesiæ cõpetit syncerissimè contemplari, quippe quæ facie ad faciẽ contuetur. Iste est mons dei mons pinguis, de quo Apost. Accessistis ad montem Sion. Denique per cẽ tum quadraginta quatuor milia, numerum determinatũ atque finitum, indeterminatus innuitur numerus sanctorum istorum, de quibus subiungitur, [*Habentes nomen eius et nomen patris eius scriptum in frontibus suis.*] i. vnigenitum dei & patrem æternũ (quibus prolatis datur intelligi amborum superdulcissimus nexus spiritus sanctus) in mentibus suis firmissimè cõmorantes, amorosè impressos, memoriter tentos. Libera quoque & aperta confessione protestãtes, se patris & filij esse ministros, summámque trinitatem incessanter laudantes [ET *audiui vocem de cælo*] vox ista fuit cantus, seu laus horum milium deũ laudantiũ: quam de cælo militãtis seu triũphantis ecclesiæ interiori auditu audiuit Ioannes [*Tanquam vocem aquarum multarum, et tanquam vocem tonitrui magni*] Per quod insinuatur ꝙ forti, affectuoso, tubali atque magnifico præconio deũ laudabunt. Vel ideo ait, tanq̃ aquarum multarum, quoniam fuit vox hominũ plurimorũ. Aquæ autẽ significant populũ, secundũ quod infra habetur, Aquę multæ, populi multi sunt [ET *vocem quam audiui, sicut cytharœdorum cytharizantium in cytharis suis*]. i. laus ista fuit deo gratissima, angelis placita, mihi quoque Ioãni instar suauissimæ melodiæ videbatur delectabilis ac iucũda. ¶ Circa hoc verbum loquitur Beda. Cũ citharistæ dei sint omnes sancti, qui carnem suam cum vitiis & concupiscentiis crucifigentes deum laudant in psalterio & cythara, quantò amplius illi qui euangelicæ priuilegio castitatis, toto se deo faciunt holocaustum, & singulariter abnegant semetipsos, tollentésque crucem suã sequuntur agnũ quocunque vadit [ET *cantabant quasi canticum nouum ante faciem dei.*] Cũ enim electi de via patriã ingrediuntur cælestem, mox nouum canticũ offerunt deo: quem tunc incomparabiliter clarius cernunt, profundius nosc̃unt, ardentius diligunt, immobilius tenent. Vnde & præclarioribus eum attollunt præconiis, quæ ex mentibus per dona gloriæ innouatis, sempérque recentibus, & nunquam veterascentibus prodeunt. Porrò electi deuoti, & amorosi in præsenti ecclesia domino militantes, quasi canticum nouum decantant, per euangelicæ legis verba, & opera deum laudando: eúmque quotidie ex recenti renouata ac inflammata deuotione nouis laudibus secũdum multiplicem spiritus instigationem, vbertim atque sæpissimè commendando. Nam & seculi amatores, nõne frequenter carmina componunt & cantant recentia, de re sibi dilecta? Itaque nouum canticum cãtauerunt ante sedem dei, id est coram altissimo præsidente, ad eius honorem ipsíque cordialissimè regratiantes de omni sua victoria & virtute. De vniuersis beneficiis eius, videlicet donis gratiæ, seu dotibus gloriæ [ET *ante quatuor animalia et seniores*] id est coram quatuor Euangelistis ac cæteris præcipuis sanctis, apostolis, patriarchis, prophetis atque perfectis. Hi nanque, qui in præsenti adhuc peregrinantur ecclesia, ad deum ac beatos in patria oculos erigunt, & in eorum præsentia se per fidei contemplationem constituunt: sicque laudes, gratiarũ actiones, & vota offerunt superbeatissimo deo: cuius excellentiam attoniti ritè mirantur [ET *nemo poterat dicere canticum*] istud, videlicet de quo nunc sermo: quia nunc agitur ad literã de cantico virginum, qui quodã singulari cãtico gaudio præmio de sua virginitate lætantur, regratiantur ac munerantur. Nam & specialis aureola eis cõfertur [*Nisi illa centum quadraginta quatuor milia*]. i. nisi vniuersitas virginũ mente & corpore, quæ præfato numero designantur. ¶ Præterea secundũ Bedam, singulariter canticum agno cantare, est cum eo in perpetuũ præ cæteris fidelibus etiam de carnis incorruptione gaudere. Quod canticũ cæteri electi audire possunt, licet dicere nequeũt: quia per charitatem in eorũ celsitudine læti sunt, quãuis ad eorũ præmia nõ assurgant. Veruntamẽ non est putandum, ꝙ absolutè loquendo virgines maioris sint meriti in præsenti & præmij in futuro, q̃ cæteri vniuersi electi, qui vel cõiugio vel alio modo virginitatẽ amiserunt, sed quòd in accidẽtali quodã merito præmióq; excellant, & cæteris paribus, beatiores sint. Qui verò in charitate diuina est ardentior siue perfectior, hic absolutè eminentior est, in essentialiq; præmio erit sublimior. Vnde quod aliqui putauerũt virgines tantũ ad angelicos ordines assumẽdos, cæteros verò infra futuros, stultissimũ fuit [QUI *empti sunt de terra*]. i. de societate terrenorũ atq; carnaliũ hominũ misericorditer segregati, & de terra ac fragilitate corporis proprij sursum per gratiam eleuati. Emptiq; sunt nõ corruptibilibus auro vel argento, sed precioso sanguine agni immaculati. [*Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati*]. i. mixti siue fœdati [*Virgines enim sunt*] mẽte & corpore ¶ Virginitas autẽ sola cogitatione amissa, per pœnitentiam recuperatur: alioquin virgines aureolã non obtinerent, qui vel semel in illicitam copulam, aut etiam licitam consensissent, quantumlibet postea pœnitere rent & continerent [*Hi sequuntur agnum quocunque ierit*] In præsenti enim sequuntur Christum, non solùm per viam præceptorum, sed etiam consiliorum: in patria quoque quadam singulari familiaritate ei adhærent, & quocunq; se verterit, quemcũque visitauerit, ad quodcunque se extenderit, speciali eum

Actu. 7. Psalm. 2. Heb. 1. Apoc. 11. Beda. 1. Petr. 1. F H G

A persequuntur feruore: quemadmodum nunc pro eius amore contra propriam carnem laboriosius certauerunt. De virginibus enim huiusmodi præcipuè sermo est, qui ætatem adultam sortiti, per rationis iudicium, gratia duce vicerunt seipsos. Vnde Ambrosius ait, Supergreditur virginitas conditionem humanæ naturę, per quam homines angelis assimilantur. Maior enim victoria virginum est quàm angelorum. Angeli nanque sine carne viuunt, virgines in carne triumphant. Augustinus quoque circa hunc locum deuotissimè scribit, Pergite sãcti dei pueri & puellæ, mares ac fœminæ, cœlibes & innuptæ, pergite perseueranter in finem. Laudate dominum dulcius, quem cogitatis vberius: sperate felicius, cui seruitis instantius: amate ardentius, cui placetis attentius. Lumbis accinctis & lucernis ardentibus expectate dominum, quando veniat à nuptiis. Vos assertis ad nuptias agni canticum nouum, quod cantabitis in citharis vestris: vtique tale, quale nemo poterit dicere nisi vos. Sic enim vidit vos in Apocalypsi quidam præ cæteris dilectus agno, qui discumbere super pectus eius solitus erat. Ipse vos vidit duodecies duodena milia sanctorum citharœdorum, illibatæ virginitatis in corpore, inuiolatæ veritatis in corde. Sequimini eum virginitate cordis & corporis, quocunque ierit. [*Hi empti sunt*] sanguine Christi [*Ex omnibus*] id est de toto grege ecclesiæ [*primitiæ deo & agno,*] id est ad hoc vt sint ad gloriam dei patris & Christi, nec minus ad honorem spiritus sancti, priores hostiæ & quasi fructus primi temporis: qui magis accepti ac dulces consistunt: quia prę cæteris exhibent corpora sua, hostiam sanctam, viuentem, deo placentem. Hinc Lucæ.12.

B Berengandus ait: in lege præceptum est, vt primitiæ offerantur domino. Per primitias frugum designantur electi. Nam sicut ex multitudine fructuum paruæ primitiæ offerebantur deo, ita ex multitudine populorum paruus electorum eligitur numerus, qui ab angelis deo in templo gloriæ cælestis offertur [ET *in ore eorum non est inuentum mendacium*] Vel quia nunquam mentiti sunt, vel quia de præteritis suis mendaciis ante mortem seu in purgatorio sunt purgati. Est autem mendacium pernicioſum, quod mortale censetur, à quo timorati iugiter cauent. Qui autem in mendacium officioſum seu iocoſum nunquam colapſus est, singularis est gratię. Interdum verò mendacium extensè accipitur, pro instabilitate, vanitate seu mutabilitate entis creati, quæ vero & incommutabili esse opponitur: sicque omnis creatura ex se dicitur mendax & vana, inquantùm ex nihilo est producta. Iuxta illud. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Item alibi, Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens. Et, Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Apost. quoque loquitur ad Rom. Est autem deus verax, omnis autem homo mendax. Et rursus, Vanitati creatura subiecta est. Huic mendacio seu vanitati contrariam quandam veritatem habet homo, omnisque creatura, quæ dicitur veritas naturæ seu entis [*sine macula sunt ante thronum dei*] In ecclesia enim militante sunt sine macula peccati mortalis, in patria verò omni macula carent. ¶ Verùm circa hæc oritur quæstio. Ex his nanque videtur quòd virgines sunt, absolutè loquendo, cæteris præ- Roma.2. Exo.23.27. Deu.11.26. Iacob.3. Eccle.1. Pſalm.38. Pſalm.115. Roma.3. Roma.8.

C stantiores, cum sint primitię deo. Respondendum quòd ista eorum pęrogatiua ad accidentale præmium pertinet: nec sola virginitate simpliciter cæteris præferuntur, nisi & in aliis sint a quales. Veruntamen, vt recitat Beda, Ticonius non de virginibus specialiter ista exponit, sed de tota ecclesia generaliter: quam despondit Apost. vni viro virginem castam exhibere Christo. Ecclesia enim virgo & spõsa vocatur. Similiter Bereng. per hæc centum quadraginta quatuor milia, intelligit vniuersos homines iam beatificos in patria, qui dicuntur non inquinati cum mulieribus. quia & si inquinati fuerunt, postea tamen per pœnitentiam sunt abluti & emundati. Prima tamen expositio magis consonat textui [ET *vidi alterum angelum volantem per medium cælum, habentem euangelium æternum*] Quemadmodum supra, ita nunc nomine angeli, cœtum, chorum seu ordinem prædicationis Euangelicæ legis designat, qui Ioanni ostensus est, dum agnum supra montem Sion stantem vidisset. Tunc enim reuelatum est ei plenius, quòd impiorum non obstante insania, persecutione, & comprehensione, qua prædicatores captos clauserunt, euangelium Christi diuulgandum esset vbique. Itaque vidi in spiritu angelum volantem, id est cœtum prædicantium Christum affectuosè alacriter atque celeriter procedentem per medium cælum, id est per omnem ecclesiam, habentem euangelium æternum, id est annunciationem seu doctrinam à Christo collatam, quæ est annunciatio bona & optima. Dicitur quoque euangelium istud eternum, quia ab æterno dari dispositum, quia promittit bona æterna, & quoniam aliud non succedet ei dandum à deo [*Vt euangelizaret sedentib.*] id est morantibus [*Super terram*] quod consequenter specialius explicat [*Super omnem*

D *gentem, et tribum, et linguam et populum*] id est omnibus his euangelicæ legis doctrinam infunderet [*Dicens*] angelus iste [*Voce magna*] id est affectuosa, diligenti, tubali [*Timete dominum*] ô peccatores primò timore, ad minus seruili, vt saltem pœnarum formidine pœniteatis. Deinde proficiendo timete eũ timore initiali, vt ad perfectionem veniendo timorem seruilem penitus abiiciatis, deúmque vt patrem charissimum, dulcissimũ, atque piissimũ timeatis, timore filiali casto & sancto, quo malum culpæ. s. dei offensa ex ingenti amore & zelo iustitiæ timetur ac euitatur [ET *date illi honorem*] id est latriæ cultum ei quoque in omnibus obediatis omne bonum ipsi attribuatis toto corde vosipsos & alios ad diuinæ maiestatis honorificentiam inflammetis, optantes ex animo ipsum ab omnibus in cunctis semper & vbique solicitè honorari. [*Quia venit hora iudicii eius*] quòd intelligi potest de iudicio discretionis, quo deus in præsenti inter prædestinatos ac præscitos discernit ac diuidit illos misericorditer couuertẽdo, hos iustè de relinquendo: quod à tempore Euangelicæ prædicationis in toto mundo maximè fieri cœpit. Propter quod ante passionem dixit saluator, Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Vel venit hora iudicij eius, quoniam prope est vt singulos tempore mortis indicet iudicio particulari, omnésque simul iudicio vniuersali [ET *adorate eum*] cum omni reuerentia, custodia, munditia cordis mente stabili, & deuota, tanti domini maiestatem pensantes [*Qui fecit cælum & terram, mare et omnia quæ in eis sunt, et fontes aquarum*] qui eius sapientia fluũt ex mari magno ad hominũ vsum [ET *alius an-* 2.Cor.10. Ioan.12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gelus sequutus est eum]Iste alius angelus sequens priorem, secundum Berengandum est ordo seu agmen prædicatorum, qui finitis persequutionibus principalibus ecclesiam gubernauerunt. Prædicatores enim sibi inuicem succedunt, secundum Glossam[*Dicens, Cecidit, cecidit Babylon illa magna*]Per Babylonem, quæ confusio interpretatur, intelligitur regnum, corpus, congregatio, ciuitásque diaboli, vitiorum confusione repleta, vtpote reproborum hominum collectio: cuius idololatria fuit per christi discipulos iam destructa, tyrannorum crudelitas iam refrenata, omnísque múdi decor & gloria reprobata. Ideo ad ampliorem assertionem ait bis, cecidit, & etiam propter intentionem mouendam. Item, quia duplici cecidit casu, puta in culpam & pœnam æternam. Vnde his verbis vanitas, instabilitas, breuitas gloriæ secularis exprimitur: iuxta illud, Quomodo facti sunt in desolationem, subitò defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam. Et denuo, Quoniam tanquam fœnum velociter arescent, & tanquam olera herbarum citò decident[*Quæ a vino iræ fornicationis suæ*] id est seminatione erroris idololatriæ impietatisque suæ multipertitæ[*Potauit omnes gentes*] id est quosdam ex omni natione, & pene omnes ante Christi aduentum. Idololatria autem specialiter, spiritalis fornicatio vocatur: quia per eam potissimè mens à sponso cælesti diuiditur, & dæmoni tanquam eius adultera copulatur. De qua fornicatione in Hieremia, Ezechiele, cæterísque prophetis frequentissimè agitur. Error autem & impietas & præsertim idololatria dicitur vinum, quoniam animam quasi inebriat, ne rationem sequatur, eiúsque statum euertit, & ipsam efficit stultam. Rursus vinum iræ dicitur, quoniam dei iram seu vltionem meretur. Præterea cum Babylon aliud nihil sit, quàm, omnes gentes seu reprobi vniuersi, quomodo omnes gentes vino iræ fornicationis suæ potauit? Respondendum quòd quia vnus alium ad vitia traxit, & ille tertium, sicque deinceps. Imò vnus frequenter multos infecit. Et ita in omnes hos diabolicus error ingressus est. Vtique Babylon omnes gentes potauit[*Et tertius angelus sequutus est, dicens voce magna*]Iste est ordo prædicatorum, qui contra instantem Antichristi perfidiam circa nouissima tempora prædicabit[*si quis adorauerit bestiam*] vt pote Antichristum[*Et imaginem*]id est statuam[*Eius*]vel eius imitatores fuerit veneratus[*Et acceperit characterem*]id est signum, cultum, professionem, figuram Antichristi[*in fronte sua*] per apertam illius confessionem[*Aut in manu sua*]ei operibus seruiendo. Quid autem sit Antichristi character, & illum recipere in manu aut in fronte, supra dictum est plenius[*Hic bibet de vino iræ dei*]id est diuina vltione quasi potu implebitur[*Quod mixtum est mero, in calice iræ ipsius*]Merum dicitur purum. In vino autem duo inueniuntur, vnum impurum scilicet sex, aliud purum videlicet merum. Cum ergo nunc dicitur quòd bibet de vino quod mixtum est mero, accipit vinum pro impuro, & merum pro puro. Insuper in scripturis per calicem pœna vel passio designatur: iuxta illud, Transeat à me calix iste. Et Calicem meum bibetis. Potest quoque per calicem mensura retributionis seu vltionis, vel diuina æquitas mensuratè ac proportionabiliter puniens, accipi. Itaque vinum istud, id est vltio æquitatis diuinæ mixtum est mero id est salubri antidoto, seu potione medicinali, in calice iræ ipsius, id est in propinatione pœnæ, quam infligit dum aliquem in præsenti vita paternaliter corrigit, ne æternaliter pereat. De calice isto multa loquitur Hieremias, de quo & canit psalmista, Calix in manu domini, vini meri plenus mixto. Possumus etiam dicere, quòd vinum diuinæ vindictæ mixtum est mero in calice iræ ipsius, quoniam deus semper citra condignum punit reum: misericordiam suam, quæ per merum exprimitur, rigori suæ miscens iustitiæ; cuius effectus quasi fex reprobis amarescit[*Et cruciabatur igne*]gehennæ, qui in seipso non extinxit ignem malitiæ, feruorem libidinis, inclinationem propriæ voluntatis[*Et sulphure*,]de quo maximus fœtor egreditur, id est fœtore tartareo. Vt sicut in peccato sunt feruor improbæ voluntatis, & fœtor deformitatis: ita in pœna peccati sunt feruor ignis, & fœtor infernalis[*in conspectu angelorum sanctorum*]Vniuersi enim beati reproborum tormenta conspiciunt, nec compassione aliqua afflguntur, cum sint diuinæ voluntati & æquitati totaliter conformati: imò inde deo amplius regratiantur, cernentes quid per diuinam clementiam euaserunt. Siquidem lætabitur iustus, cum viderit vindictam[*Et ante conspectum agni*,]qui coram Christo & angelis eius peccare non erubuerunt, eis cernentibus torqueantur ad suã ampliorem confusionem,[*Et fumus tormentorum eius ascendet in secula seculorum*]id est ignis ille nunquam deficiet, imò reprobos dirè operiet. Ignis autem inferni non clarus & splendidus, sed fumosus & quodammodo tenebrosus asserítur. Veruntamen, secundum Thomam modicum quid sortitur de luce: intantùm vt damnati ad calamitatis suæ augmentum se inuicem aspicere queant[*Nec habent requiem die ac nocte, qui adorauerunt bestiam et imaginem eius,*]id est continuò & indesinenter puniuntur. Ex quo sequi videtur, quòd pœna inferni sit non solùm æterna, sed etiam non interrupta.[*Et si quis acceperit characterem nominis eius*]scilicet Antichristi iuxta sensum expositum, ille, vt dictum est, punietur: imò & vniuersi, qui in mortali vitio moriuntur, his subiacent pœni[*Hic patientia sanctorum est*]id est in huius æternę damnationis prauorum consideratione sancti patientiam suam in vita hac fundant. Pensantes enim, quòd pro temporali persecutione, vel afflictione æternam beatitudinem sortientur, impij verò & tribulatores eorum pro suã iniustitia infernalem damnationem obtineant, in aduersis non contristantur, sed omnia æquanimiter ferunt[*Qui custodiunt mandata dei*]illa memoriter retinendo, & opere exequendo [*Et fidem iesu,*] intellectum suum in Christo obsequium in captiuitatem humiliter redigentes: non immoderanter scrutantes incomprehensibilia fidei, sed authoritati Christi ingenium suum subdentes. Nec fidem propter quęcunque aduersa aut aspera abnegantes vel deserentes. Consequenter pro consolatione Ecclesię, descripta impiorum damnatione proponitur beatitudo & gloria electorum in hoc seculo multipliciter afflictorum: quatenus opposita iuxta se posita, clarius innotescant. [*Et audiui vocem de cælo dicentem mihi, Scribe, Beati mortui, qui in domino moriuntur*] Hanc vocem non corporalem, nec foris sonantem aut prestrepentem: sed spiritalem & intus formatam per angelum qui Apocalypsim

Esa.21.
Psalm.72.
Psalm.36.
Hiere.3.
Ezec.16.
Apoc.13.
Matth.26.
Matth.20.
Hiere.15.
Psal.14.
Psal.47.
2.Cor.10.

A seu reuelationem hanc ostendit Ioanni, audiuit ipse beatus Ioãnes interiori auditu. De cælo, puta ab angelo ciue cælesti, in sua vel prædicatorum persona loquente loquutione interna: sicut in visionibus imaginariis ac intellectualibus fieri solet, quemadmodum loquitur Zacharias, Angelus qui loquebatur in me egrediebatur. Scribe, id est cordi proprio imprime, & ad profectum ecclesiæ in libro exara verbum notabile, quod tibi nũc dico, Beati mortui qui in domino moriuntur. Quid est hoc? Nempe quod mortuum est, vita caret. Quod autem vita caret, nec moritur nec mori potest: nisi prius viuificetur. Itaque intuendum, quòd verbum hoc multipliciter possit exponi. Primò, Beati mortui, id est felices sunt illi defuncti, qui in domino moriuntur, id est in domino obierunt, puta in statu salutis, in charitate, in diuini nominis confessione, in mentis ad deum cõuersione. Tales enim securi sunt quòd nunquam auertentur à deo, & si veniale quid deferant secum, per purgatorium pertingunt ad patriam. Si verò plenè satisfecerunt omnive macula reatúque carent, mox euolant. Sæpe autem in scripturis verba à connotatione temporis absoluuntur, & verbum vnius temporis pro verbo alterius temporis ponitur, etiam in his quæ historialiter conscribuntur. Quod in euangelio sancti Ioannis frequentissimè fieri, omni constat legenti, nec opus est inde allegare exempla. Secundò sic, Beati mortui, id est mortales & agonizantes. Solemus enim de aliquo lætaliter infirmanti, mortíque proximo dicere, quòd sit mortuus homo. Vnde Iairus archisynagogus, qui apud Marcum legitur Christo dixisse, filia mea in extremis est, in alio Euangelio fer- B tur ei loquutus, Filia mea modò defuncta est. Qui in domino moriuntur, secundum sensum inductum. In ea enim mentis dispositione seu conuersione, qua moritur homo, permanet anima eius perpetuò. Ideo qui in domino moriuntur, videlicet in conuersione mentis ad eum, nunquam auertuntur ab ipso. Iuxta illud, In quocunque loco ceciderit lignum, ibi erit. Propter quod asserit Damascenus, Quod angelis est ruina, hoc homini mors. Tertiò sic, beati mortui, id est qui mortui sunt huic seculo & peccatis, imò sibi ipsis, videlicet propriæ voluntati, & omni vitioſę affectioni, atque mundanę vanitati, qui cum Apostolo dicere possunt, Viuo autem iam non ego, viuit verò in me Christus. Et item, Mihi absit gloriari, nisi in cruce domini mei Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. De taliter mortuis alibi dicit Paulus, Qui mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in eo? Et ad Colossenses, Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Hi sunt qui dominantur animo suo, & C vincunt seipsos, odiúntque peccare amore virtutum, atque iyncero dei intuitu. Qui in domino moriuntur, per separationem animæ à corpore. Hi enim perseuerando vsque in finem non nisi in domino fœliciter moriuntur. Sed quoniam nunc de Antichristo facta est mentio, possunt hæc verba specialiter accipi de his, qui ab illo pro fide catholica occidentur, & de vniuersis martyribus. Vt sit sensus, Beati mortui qui in domino moriuntur, id est per palmam martirij migrauerunt ad dominum, in eius confessione spiritum exhalantes. [*Amodo*]id est à tempore isto vitæ præsentis, vel à tempore mortis, [*Iam dicit spiritus, vt requiescant a laboribus suis*]id est amplius non laborent nec affligantur: sed ab omni fatigatione, pœna, aduersitate, & tædio cessent, liberi & immunes sint cum ad patriam venerint: in qua æternam quietem & pacem quæ omnem sensum exuperat, plenámque beatitudinem sortiuntur. In paucis enim & modico tempore vexati, in multis perpetuò fœliciter disponentur. Potest autem hoc loco per spiritum intelligi angelicus spiritus, cuius ministerio deus ista reuelauit Ioanni. Vel spiritus sanctus, per quem propheticæ reuelationes per appropriationem quandam fieri asseruntur. Quemadmodum seprem dona dicuntur dona spiritus sancti, cum vtique sint dona totius superbeatissimæ trinitatis, cuius indiuisa sunt opera. Et quia tota superbenedicta trinitas spiritus est (dicente Apostolo, Dominus spiritus est. Et apud Ioannem ipsomet Christo, Spiritus est deus) potest iam per spiritum deus trinitas accipi. Idcirco autem beati sunt isti sic mortui, & ideo requiescent [*Opera enim illorum sequuntur illos*] Quomodo opera quæ præterierunt & esse desierunt, poterunt mortuos sequi? Et núnne opera nostra præcedunt nos ante mortem, & præparant viam, cum oratio humiliantis se & deprecatio iusti penetret cælos? Et Cornelio dictum sit, Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu dei? Respondendum, quòd opera bona & mala, seu meritoria & demeritoria, sequuntur morientes, id est comitantur vel simul pergunt cum eis, inquantùm splendor virtutum, & ratio obtinendi fœlicitatem cælestem in iustis decedentibus permanent & comitantur eosdẽ. In reprobis autem macula vitio- D rum & reatus pœnæ æternæ manent, sequuntur, comitantúrque eos. Itaque non diuitias, non delitias, non honores, nec aliquid huius mundi: sed opera virtuosa desideremus, amemus, colligamus, & vsque in finem custodiamus. Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid possumus. Sola autem opera nostra merita vel demerita pergent nobiscum, & inseparabiliter adhærebunt. At verò secundum Haymonem, quia post opus sequitur operis merces, opera electorum ipsos sequi dicuntur: quoniam præmium suorum operum consequuntur. Consequenter de finali iudicio agitur, & ipsa persona iudicis imaginaria repræsentatione describitur [*Et vidi*] imaginaria, intellectuali, prophetalísque visione [*Et ecce nubem candidam, et super nubem sedentem similem filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, et in manu sua falcem acutam*] Itaque in visione imaginaria apparebat Ioanni angelus similis filio hominis, id est Christum repræsentans, vel in forma humana apparens, sedere super nubem claram & lucidam, qui habuit coronam auream, per quam regia Christi dignitas designatur: & in manu falcem acutam, per quam iudiciaria ei⁹ potestas, seueráque æquitas, seu districtum eius iudicium explicantur: quæ supra per gladium ex vtraque parte acutum expressa sunt. Potest autem per nubem candidam, immaculatissima Christi caro intelligi: super quam sedet, inquantùm eidem per diuinitatis potentiam præsidet. Et quia in finali iudicio Christus apparebit sublimis in aëre, rectè super nubem candidam angelus eum repræsentans videbatur sedere [*Et alter angelus exiuit de templo clamans voce magna ad sedentem super nubem, dicens, Mitte falcem tuam et mete, quia venit hora vt metatur*] Angelus iste,

2.Cor.3.
Ioan.4.
Eccle.31.
Actu.10.
Apoc.1.
Actu.1.
Dan.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quem in visione imaginaria vidit Ioannes exire de templo ecclesiæ triumphantis (in qua habitat tanquam ciuis, vel de templo ecclesiæ militantis, puta de ipsa ecclesia, in qua est tanquam custos & visitator ipsius) repræsentat personam sanctorum, qui circa horam iudicij desiderabunt illud complere zelo iustitiæ, vt diuina æquitas declaretur, & electi plenariè glorificentur, impij quoque digna
Matth.13. sortiantur tormenta. Hi ergo, sicut & angelus iste, clamabant voce magna affectuosa & seriosa ad se-
Matth.25. dentem super nubem, puta ad Christum, Mitte falcem tuam, id est iudiciariam potestatem extende
Matth. 13. in opus, exercendo iudicium. Et mete, id est homines dele de terra, electos à reprobis diuide: illos ad cælos, istos ad infernum mittendo. Quia venit hora vt metatur, id est iudicandi tempus à te æternaliter præordinatum aduenit, & completus est numerus electorum, [*Quoniam aruit messis terræ,*] id est
Matth.24. homines in terra existentes, qui sunt velut germina terræ in qua nascuntur, steriles facti sunt ab opere bono, & flamma vitiorum exusti. Tunc enim Christo testante abundauit iniquitas, & charitas refrigescet. Sicque gratiarum rore subtracto arida erit messis: quæ sicut Christus loquitur, est consummatio
Lucç.21. seculi, vtpote homines illi, qui in seculo isto futuri sunt vltimi, secundum vnam expositionem [*Et mittebat qui sedebat super nubem, falcem suam in terram*] id est iudiciariam potestatem in habitatoribus terræ exercuit [*Et messuit terram*] id est homines congregauit, iudicauit, & vnumquenque in locum quem meruit collocauit. Loquitur autem Ioannes more prophetico de futuro quasi de præterito, & quia in visione
F ista iam facta fuerunt [Et *alius angelus exiuit de templo, quod est in cælo*] ecclesiæ militantis seu triumphantis: sicut de præcedenti angelo dictum est. Templum autem, & ecclesia & cælum in libro isto frequenter pro eodem sumuntur. Electi enim in quibus deus per dona gratiæ seu glorię habitat, sunt templum, ecclesia & cælum [*Habens & ipse falcem acutam.*] Per angelum istum quidam intelligunt eundem, qui & per sedentem super nubem exprimitur, scilicet Christum. Quia tamen nunc dicitur alius angelus exiuit, Albertus satis conuenienter per angelum istum intelligit chorum sanctorum, qui iudicabunt cum
Matth. 19. Christo, & iudiciariam potestatem suo modo sortiti sunt. Iuxta illud, Iudicabunt sancti nationes. Et
Sapien.3. Paulus ait, Nescitis quia sancti de hoc mundo iudicabunt? Verùm quia vt Christus in euangelio docuit,
1.Cor.6. messores sunt angeli, per angelum istum congruè intelligitur agmen illud angelicum, per quod exhibe-
Matth. 13. bitur atque implebitur finale iudicium, secundum quod verba statim sequentia monstrabunt. Subditur enim [Et *alius angelus exiuit de altari*] videlicet de principaliori & securiori loco ecclesiæ militantis, seu triumphantis: quasi à conspectu dei egrediens, & de Christo qui altare vocatur (vt sæpius patuit) missus [*Qui habebat potestatem super ignem*] quia angelico ministerio ignis conflagrationis per terram & aërem diffundetur, & reproborum cuneus in ignem gehennæ mittetur. Sed quoniam nomine ignis quælibet dira punitio designatur, angelus iste potestatem habet super ignem, id est virtutem inferendi debitam pœnam malignis [Et *clamauit voce magna ad eum qui habebat falcem acutam*] id est ad eos qui per præceden- G
tem, videlicet tertium angelum exprimuntur [*Dicens, Mitte falcem tuam*] id est de terra abscinde [*In botros vineæ terræ*] id est homines malos, qui sunt botri vineæ malæ. Sicut enim ecclesia electorum est vinea dei, sic collectio reproborum est vinea terræ, vinea mala, infructuosa, vinea planè diaboli. Vnde
Hiere.2. synagogæ dominus ait per Hieremiam, Quomodo conuersa es in prauum vinea aliena? [*Quoniam maturæ sunt vuæ eius*] id est botri eius præfati, scilicet impij ad plenitudinem vitiorum peruenerunt, ita quòd consummatis eorum peccatis nil restat nisi vt iudicentur. [Et *misit angelus*] iste tertius [*Falcem suam in terram*] secundum quod deus per angelum intimauit. Siquidem de diuinis operibus superio-
Zacha.1. res angeli inferiores illuminant, diuinam eis voluntatem insinuando, quemadmodum Zacharias protestans Angelus, inquit, qui loquebatur in me egrediebatur, & alius angelus egrediebatur in occursum eius, & dixit, Curre & loquere ad puerum istum [Et *vindemiauit vineam terræ*] id est impiorum collectionem de loco suo & statu amouit [*Et misit in lacum iræ dei magnum*] scilicet in infernum, qui ob
Eze.22.13. suam profunditatem dicitur lacus, de quo apud Ezechielem multa scribuntur, éstque ob suam capa-
Esaiç.30. citatem magnus & spatiosus. De quo & Esaias ait, Præparata est ab heri Tophet, à rege præparata, pro-
Hierony. funda, & dilatata. Porrò per Tophet, secundum beatum Hieronymum aliósque expositores, significatur gehenna à rege exlorum impiis præparata.

¶ Denique quòd angeli sancti in fine seculi hoc modo vindemiabunt botros præfatos, atque eos-
Matth. 13. dem in inferno contrudent, innotescit ex verbis Christi dicentis, In consummatione seculi exi- H
bunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Angeli quoque, secundum doctores, reprobos suscitatos ad locum iudicij deferent [Et *calcatus est lacus*] id est missi in foueam infernalem in perpetuam calamitatem, depressi sunt ibi. Interdum enim continens pro contento ponitur [*Extra ciuitatem.*] Nam lacus iste longè est extra ciuitatem dei viuentis, quæ est ecclesia electorum [Et *exiuit sanguis de lacu*] id est vindicta seu pœna pro sanguine seu peccato inflicta exuberauit [*Vsque ad frenos equorum,*] id est vsque ad principes & prælatos, qui fastu superbiæ præfuerunt: quorum crudelitas per frenos innuitur, qui per eam subditos pro sua voluntate compescuerunt, sicut freno compescitur equus. Dicuntur autem superiores, equi, quoniam sua potestate abutendo, instar equorum ad libitum hinc inde per omnia mala liberè velocitérque seruntur. [*Per stadia mille sexcenta*] quo numero secundum Berengandum & alios, omnes mali Christiani iniusti ac vani intelliguntur. Stadium enim, secundum quod Haymo dicit, est Græca mensura, & nomen à stando sortitur: éstque certi spatij metrum, quo Græci mensurauerunt loca in quibus ludebant, atque ibidem spatiantes deambulabant. Sicque per stadia ista signantur, qui ludis & vanitatibus seculi vacant. Potest quoque hîc locus facilius, & vt apparet, conuenientius explanari: vt quod ait, exiuit san-
Ioan.21. guis de lacu vsque ad frenos equorum per stadia mille sexcenta, sit metaphoricus ac hyperpolicus sermo. sicut quod in euangelio Ioannis scriptum est, Multa alia fecit Iesus, quæ si scribantur per singu-

A la, nec ipsum mundum arbitror posse capere eos, qui scribẽdi sunt, libros. Et in psalm. Ascendunt vsque Psalm.106.
ad cælos, & descendũt vsque ad abyssos. Et ita his verbis nil aliud designatur, nisi quòd ineffabiliter grauis magna atque exuberãs sit pœna reproborum in lacu gehennæ: quemadmodum inæstimabiliter magna esset pressura, vbi tot homines occiderentur, quòd sanguis à foueis terræ, vsque ad frenos equorum ascenderet per stadia præsignata. Quidam ordinem successionis temporum in expositione huius voluminis prosequentes, per numerum centum quadraginta quatuor milium virginum, de quibus in principio huius capituli sermo est, intelligunt religiosos à Mahumeto eiúsque satellitibus interfectos, quando terras Christianorum in Aegypto & alibi vastauerunt. Sed scire quis potest (nisi deus reuelet) an illi tot fuerunt. vel si inter illos tot virgines extiterunt? Sed & numerus iste mysticè potius, quàm secundum literalem superficiem exponẽdus videtur: præsertim quum supra cum de signatis ex omni tribu filiorum Israël ageretur, etiam numerus iste taxatus sit. Præterea quod subditur [Et *vidi alterum angelum volantem* Apoc.7.
per medium cælum] exponunt de sancto Bonifacio misso à Romano pontifice: qui aliquibus gentibus prædicauit. Sed quomodo hoc stare possit, non video. Quomodo enim papa misit eum ad euangelizandum super omnem gentem, tribum, linguam, & populum: qui omnium linguarum vsum, notitiámque non habuit? Nec Bonifacius iste omni populo, omni genti, & linguæ euãgelixauit. Hinc antiqui & solidi ex-
B positores per angelum istum non intellexerunt aliquem prædicatorem determinatum & singularem, sed cœtum ac ordinem prædicatorum. iuxta sensum præhabitum. Qualiter autem quæ sequntur exponunt, omitto: quoniam euidentem instantiam pati videntur. Nam & per Babylonem (de qua sequitur, Esaiæ.21.
Cecidit Babylon) intelligunt regnum Græcorum, pro tempore Iustiniani Imperatoris.

Expositio cap. xv. [Et *vidi aliud signum in cælo magnum.*] Artic. xvi.

HOc loco incipit visio quinta [Et *vidi aliud signum in cælo magnum et mirabile*] Quod autem fuerit signũ hoc, subditur [*Septem angelos, habentes sepiẽ plagas nouissimas.*] Itaque imaginaria visione intuebatur Ioannes in spiritu quiddam mirabile, quod fuit indicium seu figura significatiua rei futuræ. Vidit enim septem angelos, id est similitudinem repræsentatiuam eorum in cælo, scilicet in ecclesia militante in qua ipse tunc fuit, & angelus socũ existẽs, istáque sibi per rerum imagines monstrans: quoniam angeli isti ecclesiasticas personas designant, sicut patebit. Quidverò per angelos septem, eorúmque plagas significetur, infra in textus expositione clarebit:
C Nunc tantũ tangatur, ꝙ per eos, prædicatores ecclesiæ, per plagas autẽ quas habere visi sunt, vindicta & pœna, quas reprobos denunciabunt passuros, insinuatur. Et sicut per septem angelos plenitudo & vniuersitas prædicatorum, ita per septem plagas plenitudo & cõsummatio supplicij reproborum innuitur. Exod.32.
Quemadmodum & in Exod. dominus ait, Percutiam vos septem plagis. Septenario siquidem, sicut frequenter nunc patuit, vniuersitas designatur. Hinc de plagis istis subiungitur [*Quoniam in illis consummata est ira dei*] id est per eas rigor diuinæ iustitiæ iudicabit plenariè demerita impiorum. Dicuntur quoque nouissimę, quia grauissimæ: & quia in fine, tẽpore Antichristi potissimè infligentur [Et *vidi tanquam mare vitreum mixtum igne*] Quemadmodum per mare vitreũ intelligatur fons baptismi purus ac lucidus tanquam vitrum, vel doctrina euangelicę legis instar aquæ clarissima vndiq; fluẽs & tanquã vitrũ, sublimiũ virtutum splendore pellucida, in superioribus à nobis dictũ est cap. 4. Porrò mare hoc mixtum est igne, quoniam in baptismo infunditur spiritus sanctus qui ignis vocatur, & charitas eius qui ardor asseritur. Propter quod Ioannes Baptista de Christo prædixit, Ille vos baptizabit spiritu sancto & igne. Christus Matth.3.
quoque Apostolis loquens, Vos, inquit, baptizabimini spiritu sancto. Sed & virtus sacramentalis ipsius Actu.1.
baptismi, quum sit cooperatiua ad charitatem & gratiam quæ in baptismo præstantur, nomine ignis potest intelligi. In doctrina verò euangelicæ legis, ignis diuini amoris, de quo loquitur Christus, Ignem veni mittere in terram, copiosè miscetur, relucet, operatur, & inflammatur. Propter quod sacra scriptura Lucæ.12.
seu theologia à quibusdam doctoribus dicitur affectiua potius, quàm practica vel speculatiua [Et *eos qui*
D *vicerunt bestiam, et imaginem, et numerum nominis eius*] id est qui Antichristo & imitatoribus, atque ad eum quouis modo spectantibus, non consenserunt nec cultum latriæ aut reuerentiam exibuerunt. Qui licet ab illis sint occidendi, spiritaliter tamen prævalebunt, veritati immobiliter adhærendo, & per patientiam in omnibus superando, Quemadmodum ait Apostolus. In omnibus his superamus propter eum Roma.8.
qui dilexit nos [*Stantes supra mare*] id est gratiæ baptismali sacramentorúmque fidei firmiter innitentes, veritati quoque scripturæ insuperabiliter cohærentes, atque in ea gressus suos semper fundantes. Iuxta Psalm.118.
illud, Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, & non dominetur mei omnis iniustitia. Quod agentes à plaga septem angelorum eripiuntur [*Habentes citharas dei*] id est mentes deuotas deo, in quibus iuxta apostolicum documentum, cantant & psallunt deo semper. Citharæ quoque sanctorum, sunt mortificatio carnis, cõpassio cordis, patientia in aduersis, prædicatio oris, gratiarum actio pro beneficiis. [Et *cantantes canticum Mosi serui dei, & canticum agni*] .i. ex vtriúsque testamenti scripturis deũ laudantes. In ecclesia enim libri Mosi frequentantur. Nec Christiani sunt qui vetus testamentum nõ acceptant [*Dicentes, magna et mirabilia sunt opera tua domine deus omnipotens*] Hoc in libris Mosi & in euangelio Christi concorditer edocetur. Quum enim opifex deus cunctis causis & operationibus in infinitum emineat in potestate, sapientia, voluntate, omnísque perfectione, decuit opera eius esse incõparabiliter magna & mira. Denique magna & mirabilia sunt opera naturæ, maiora & mirabiliora opera gratiæ, maxima verò ac mirabilissima opera gloriæ. Hæc sunt opera creationis, recreationis, glorificationis, quæ omnia nostram Exod.15.

Universidad de Buenos Aires Biblioteca

capacitatem vehementer transcendunt. Hinc Moses ait, Quis similis tui in fortibus domine, quis similis tui? Magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, & faciens mirabilia [*iustæ et veræ sunt viæ tuæ*] id est tua instituta, præcepta, opera, atque iudicia. Iustus enim dominus in omnibus viis suis, & sanctus in omnibus operibus suis, qui vnicuique tribuit quod meretur, & quod promisit adimplet, quod asserit exhibet. Ideo ait propheta sanctus Deuteronomij trigesimo secundo, Date magnificentiam deo nostro, dei perfecta sunt opera, & omnes viæ eius iudicia. Deus fidelis, & absque vlla iniquitate iustus & rectus. Daniel quoque dicit, Iustus es domine in omnibus quæ fecisti nobis, & vniuersa opera tua vera. Et vera sunt omnia iudicia tua, [*Rex seculorum*] qui vniuersorum es primus, atque altissimus dominator, rector ac ordinator. De quo loquitur Paulus prima ad Timotheum primò, Regi autem seculorum immortali inuisibili, soli deo honor & gloria. [*Quis non timebit te, et magnificabit nomen tuum?*] Tanquam dicat, Nimis errat & grauiter peccat, qui te non timet, & qui maiestatem tuam non magnificat, id est magnam atque dignissimam profitetur: qui non verbis & factis pro viribus suis te magnum esse ostendit, qui tibi cum ingenti reuerentia non obedit. Tua enim opera te metuendissimum summéque magnificandum & honorandum demonstrant. Nempe in omnibus tua omnipotentia, sapientia, bonitas, lucent. Hinc ait propheta Hieremias, Non est similis tui domine, Magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine, Quis non timebit te ô rex gentium? Et Esaias, Dominum exercituum, ipsum sanctificate. Ipse pauor vester, & ipse terror vester. Sed & Salomon ait. Fecit deus opera sua, vt timeatur [*Quia tu solus pius es*] Núnne & pia virgo Maria? núnne & pius sanctus iste Ioannes? Núnne pius & Moses, qui erat mansuetus super omnes homines qui morabantur in terra? Quomodo ergo solus pius deus, præsertim cum nemo placeat deo, nisi donum habeat pietatis? Sed sic solus pius deus, quomodo solus sapiens, solus ens, solus bonus. Intantùm siquidem eius pietas omnium pietatem excedit, vt comparatione ipsius nullus sit pius. Nam & impiissimis hominibus indesinenter beneficia multa impendit & peccantibus diu ac sæpissimè parcit, iudicium differt, suspendit vindictam, & frequenter in his abundantiam gratiæ cumulat à quibus innumerabilibus vicibus grauissimè est offensus. Iuxta hunc modum scriptum est in libro Machabæorum, Domine deus qui solus es rex bonus, solus præstans, solus iustus, omnipotens & æternus [*Quoniam omnes gentes venient et adorabunt in conspectu tuo*] Nam ante finem mundi pene omnes conuertentur, & iam quodammodo omnes venerunt: vt sit distributio pro generibus singulorum, non pro singulis generum. In hora quoque iudicij omnes venturæ sunt, sed tunc non omnes adorabunt. Nisi fortè quis dicat, reprobos tunc pro venia oraturos ex seruili timore, quam nullatenus obtinebunt. Hinc fertur in psalmo, Omnes gẽtes quascunque fecisti, venient & adorabunt coram te domine, & glorificabunt nomen tuum. [*Quoniam iudicia tua manifesta sunt*] id est euidenter coram omnibus fient, quando in die iudicij omnes iudicabis, cunctísque patebit, quòd verè & iustè de omnibus iudicas. Omnis enim qui facit veritatem, venit ad lucem. Sícque iudicia dei sumuntur pro exequutionibus atque affectibus diuinæ iustitiæ. Si autem iudicia dei sumantur, prout sunt in ipso deo, quibus ipse in seipso de cunctis quid agendum sit, discernit: quę licet sint vnum in re, plura tamen dicuntur per relationem ad iudicata: sic iudicia dei sunt incomprehensibilia secundum Apostolum, & abyssus multa iuxta Psalmistam. Vnde Haymo ait, Subtilitatem iudiciorum dei quare hoc vel illud facit, nemo comprehendere valet. Manifesta verò sunt in eo, quòd iusta sunt, quia à cunctis vera noscentibus iusta esse sciuntur. Præterea vt scribit Albertus, duplex est iudicium dei Videlicet singulare, quo vnum eligit, alium reprobat sine præuiis meritis: iuxta illud, Iacob dilexi. Esau verò odio habui. Item quo facit vnum pauperem, alium diuitem: vnum sanum, alium infirmum. quæ omnia facit ex causa rationabili, licet nobis ignota. Ista iudicia manifesta sunt in suo actu in quem exeunt, quia sic esse omnibus patet: sed occulta sunt in sua causa, ex qua exeunt. Incertum est enim quare sic fiat. Aliud est iudicium generale, & istud est triplex. Videlicet discretionis, quo in die nouissimo separabit electos à reprobis, illos ad dexteram, istos ad sinistram constituendo. Secundum est disceptationis. Tertium diffinitionis, quo dabit sententiam. Ista iudicia nota sunt in causa, quoniam clarum est, quòd omnes secundum opera sua iudicabuntur: ignota sunt autem quo ad exitum causæ, quia nescitur qui sunt isti vel illi [*Post hæc vidi, et ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in cælo*] id est mysteria dei in ecclesia omnibus intrare volentibus sunt reserata, & Christi sacramenta sunt patefacta. Templum autem tabernaculi est ipsa ecclesia, quę & templum est in quo deus per gratiam habitat, & tabernaculum quod venientem in se dominum recipit. Estque templum & tabernaculum istud, templum & tabernaculum testimonij, per tabernaculum Mosi & templum Salomonis præfiguratum, testimonium verbo & opere vsque ad sanguinem perhibens deo, vtriúsque quoque Testamenti testimonia continens, præcepta adimplens, scripturas amplectens. Quod etiam apertum est in cælo, videlicet, inter ipsos fideles: quorum conuersatio est in cælis, qui & regnum cælorum vocantur. Quidam verò per templum istud intelligunt ecclesiam triumphantem, seu patriam beatorum, cuius ianua merito passionis Christi est reserata [*Et exierunt septem angeli habentes septem plagas*] hoc iam in principio huius articuli est tractatum [*Vestiti lapide mundo et candido*] scili cet Christo, qui est lapis angularis, factus in caput anguli. De quo scriptum est, Ecce ego mittam in fundamentis Sion, dicit dominꝰ, lapidem angularem, probatum preciosum: & omnis qui crediderit in eum, non cõfundetur. Et alibi, Super lapidem vnum oculi septem sunt, qui apud Danielem, vocatur lapis absciſus sine manibus de monte. Hoc lapide vestiuntur fideles in anima, eum per amorem stringendo, & conuersatione sequendo, eius quoque protectione gaudendo. Secundum quod ait Apost. Induimini dominum Iesum, qui est lapis mundus, quia ab omni peccati labe immunis, & cãdidus splendore sapiẽtiæ omniúmque virtutũ decore. Potest quoque per lapidem istum, gratia, fides, & quęlibet virtus intel-

Psalm.144 — Danie.3. — Psalm.71. — Hiere.11. Esaiæ.8. Eccles.3. — Sapien.8. Matth.10. — 2.Mach.1. — Psalm.85. — Roma.11. Psalm.35. — Macha.1. — Apoca.14. — Exod.26. 3.Reg.8. — Esaię.28. Zach.3. Danie.2. Roma.13.

ligi [*Et præcincti circa pectora zonis aureis*]. i. sapientiæ fulgore, charitatísque vinculis, & castimonia mentis. De hac præcinctione dictum est plenius supra, vbi & angelus Ioãni in Christi persona apparens, describitur zona aurea ad mamillas pręcinctus: ideo pertrãseo. His autẽ ornamentis debẽt præcingi, stringi atque cõnecti prædicatores & omnes vicarij Christi [*Et vnũ de quatuor animalibus*] id est euãgelistis [*Dedit septem angelis*] id est prædicatoribus iam præfatis, de quibus plura dicentur propriis locis [*Septem phiales aureas, plenas ira dei viuentis in secula seculorum*] Phialæ aureæ secundum Berengandum sunt corda sapientiæ splẽdore ornata, vel intelligẽtia scripturarum, secundum Albertum, quod redit in idem. Vnicuique ergo prædicatori angelo seu nuncio dei data est phiala aurea, id est mens illuminata, vel sacræ scripturæ notitia, quàm Christus, vt deus, dat authoritatiuè. Vnum verò de quatuor animalibus dedit eam instrumentaliter, quia ex Euangelico libro accipitur & precibus impetrat eam à deo: missus quoque ad viatores illustrat eosdem. Quidã per animal istud Matthæum, alij Marcum, alij Lucam intelligunt. Potius autem tenendũ est, quòd in imaginaria visione angelus repræsentauit Ioãni effigiem vnius quatuor Euãgelistarum, ad innuendũ quòd posteriores prædicatores à prioribus illuminationem accipiunt. Sed quomodo phialæ istæ plenæ sunt iræ, & nõ potius clementia, atque dulcedine dei? Respondendum, vtroque sunt plenæ. Nam impiis comminãtur supplicia, iustis præmia pollicẽtur. Vnde Apostolus protestatur, Christi bonus odor sumus, & his qui salui fiũt, & his qui pereũt, aliis odor vitę in vitã, aliis odor mortis in mortẽ. [*Et impletum est templum fumo a maiestate dei, et de virtute eius*] Per fumum quidam intelligunt, quòd in ecclesia militante est obscura & imperfecta cognitio diuinorum propter excellẽtiam maiestatis ac sanctitatis dei immẽsi. Sicut Apost. ait, Videmus nũc per speculum in ænigmate, & nunc cognosco ex parte. Alij per fumũ, quo impletur ecclesia, intelligunt ignorãtiam atque caliginem impiorũ quibus diuina mysteria iustè claudũtur. Beda verò exponit in bono, vt ecclesia fumo dicatur impleta. i. quia ex igne charitatis in ipsa succẽso, vapor piæ cõuersionis & gratiarũ actionis ascẽdit. Deniq; Esaias dicit, quòd templum impletum est fumo, quãdo videlicet, seraphin clamauerũt ter, Sanctus. Et ibidẽ Iudæorum magistri, teste Hierony. per fumum intelligunt incẽsum seu thymiama, quo templum affirmãt fuisse impletum propter diuinæ maiestatis præsentiã. Hieronymus tamen ibidem per fumũ intelligit Iudæorũ ignorantiam & errorem. Rursus in libris Reg. & Paralip. legitur, quemadmodum in dedicatione templi Salomonis nebula impleuerit domum domini. Vbi secundũ quosdam per nebulam gratiosa dei cõdescensio atque præsentia designatur. [*Et nemo poterat introire in templum, donec consummarentur septem plagæ septem angelorum*]. i. nullus à fide & Christo extraneus poterit ecclesiã ingredi, Christo incorporari, ciuis sanctorum & domesticus dei fieri, nisi à prædicatoribus audiat cõminationes pœnarũ quas deus impiis præparauit, vel quousque à prædicatoribus compleatur sermocinatio, qua futura tormenta denunciant. Hoc de lege cõmuni sic est. Nam per huiusmodi denunciationem mali perterriti solent conuerti. Vnde Beda scribit hoc loco, Nemo potest ecclesiæ mẽbris incorporari, nisi qui mysteria fidei audiens, discat à prædicatoribus, quia Iesus constitutus est à deo iudex viuorum & mortuorum.

Apoc.1. — 1.Cor.2. — 1.Cor.13. — Esaiæ.6. — 3.Reg.8. 2.Paral.6. — Actu.10.

Expositio cap. XVI. [*Et audiui vocem magnam de templo.*]
Articulus XVII.

CONsequenter specificatur, quid præfatis septem angelis diuinitus cõmittatur: demonstratúrque damnatio impiorum per prædicationem bonorum. [*Et audiui vocem magnam de templo*] siue de cælo [*Dicentem septem angelis*] id est cunctis prædicatoribus, de quibus nunc sermo: qui, sicut in præcedentibus patuit, septenario designantur. Hanc autem vocẽ angelus Ioanni omnia ista ostendens, formauit & protulit in interioribus auribus eius, in persona dei omnipotentis: cui primò & propriè competit prædicationis officium quibus voluerit commendare. [*Ite et effundite septem phialas iræ dei*] id est sapientialia dogmata scripturarum, ac virtuosa eloquia earundem, in quibus dei vltio contra iniquos ostenditur [*In terram*] id est habitatores eius, præsertim in terrenos atque carnales, annunciando eis quid ipsis emineat [*Et abiit primus angelus*] scilicet primus prædicatorum istorum ordo vel cœtus, [*Et effudit phialam suam in terram*] id est sacræ scripturæ eloquia prædicauit Iudæis. Qui nomine terræ expressi sunt, quoniam duri fuerunt, & terrena auidè quæsierunt: vel etiam quia solidi, quantùm ad electos Iudæorum, & quia per legem diuinam præ cæteris gentibus à vitiorum profluuiis desiccati. [*Et factum est vulnus fœuum et pessimum*] id est grauissima exœcatio in cordibus horum infidelium Iudæorum, in quos ira dei peruenit vsque in finem. Ideo sequitur, [*In omnes qui habebant characterem bestiæ*] id est fidem Antichristi, quem recipient pro Christo, nunćque præstolantur eundem [*Et in eos qui adorauerunt imaginem eius*] id est eum in sua imagine seu imitatoribus eius superfluè honorauerunt, aut honorabunt. Ista Iudęis qui fuerunt conueniũt, in quibus illud Hieremiæ completum est, Insanabilis est fractura tua, insanabilis plaga tua. Quibus & Christus testatus est, Ego veni in nomine patris mei, & nõ recepistis me. Si alius venerit in nomine suo, illũ recipietis. Præterea secũdum Bedam dupliciter prædicatores phialas irę dei effundũt. Primò, pœnas impiorum eis spiritaliter per iudicium irrogando. Sicut Petrus dixit ad Simonem magum, Pecunia tua tecum sit in perditionem. Paulus quoque excommunicauit Corinthium. Secũdò eas ecclesiæ prædicando [*Et secundus angelus effudit phialam suam in mare.*] per mare signantur Gentiles, inquieti, amari, ac tumidi, nullo diuinæ legis freno sedati: in quos secundus angelus, vtpote secundus prædicantium chorus, phialam suam effudit sacri eloquij verba, infidelíumque tormenta eis annunciando [*Et factus est sanguis tanquam mortui*] per sanguinem intelligitur vel effusio sanguinis prædicatorum, quem fuderunt incre-

Apoc.15. — Hiere. 10. Ioan.5. — Actu.8. 1.Corin. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

duli vel sanguinolenta eorum transgressio, siue sempiterna damnatio [Et *omnis anima viuens, mortua est in mari*] Per partem intelligitur totum, videlicet homo per animā. Ista quoque distributio est pro generibus singulorum, nō pro singulis generum: nisi secūdum diuersam mortis acceptionē. Gētilium enim aliqui cōuertebantur, & hi ab incredulis pro magna parte occidebātur. Occisores verò propria impietate, infidelitate & rabie, deterius occiderūt seipsos, atque totaliter perierunt [Et *tertius angelus effudit phialam suam*] i. tertius ordo prædicantiū euangelicam veritatē, eandem aperuit [*Super flumina et super fontes aquarum*] Flumina ista & fontes sunt hæretici cū hæresiarchis suis magistris, qui hæretici instar fluminū abundabāt & vndique effluebant & discurrebant, vt plures sibi in erroribus consociarent. Quoniam tamen respectu aliorū pauci fuerūt, & qui ex eis orti sunt, potius flumina q̄ mare vocātur: præsertim quia non solū à catholicorū ecclesia, sed etiā à se inuicem variis assertionibus diuidūtur. Quorū principes & magistri fontes sapientiæ se æstimare præsumunt, susque poculum mortis propināt, qui aquas furtiuas iudicāt dulciores [Et *factus est sanguis*] quia ipsi incorrigibiles sunt atque dānantur, & prædicatores catholicos pro viribus persequuntur [Et *audiui angelū aquarum dicentem, Iustus es domine*] Per angelū aquarū. i. populorum (aquæ enim significāt populū, sicut & Salomō ait, Mitte panē tuum super trāseūtes aquas) intelligitur multitudo tam supernorū spirituum, qui præsunt hominibus, q̄ prædicatorū atque pastorū bonorū ecclesiæ, qui populū dei custodiunt. Omnes isti diuinā approbant æquitatem, & de iusto eius iudicio gratias agūt dicētes, Iustus es domine, qui das vnicuique quod ei debetur, seu dare te decet [*Qui es et qui eras sanctus*] per essentiā, ac totius iustitiæ es origo [*Quia hæc iudicasti*]. i. ista iudicia exercuisti, & reprobos taliter perdidisti: in quo relucet tua iustitia. Vnde quod ait, quia, nō notat causam à priori seu propriè, sed signū vel causam à posteriori. s. quantū ad nos, quibus diuina per suos effectus innotescit iustitia [*Sanguinem sanctorum et prophetarum fuderunt*] eo modo quo omnes peruersi ac persecutores, vna generatio & vnum corpus diabolo appellātur: ticē; quod vnus seu quidā fecerunt, toti asscribitur. Secundum quod ait Saluator Iudæis, Vt veniat super nos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terrā, &c. Prædicatores autem ecclesiæ primi & præcipui gratiā propheticā habuerunt. Verū circa hæc quæritur, cur nō omnes angeli isti phialas suas fuderunt super terram: sed secūdus super mare, tertius super flumina, &c. cū tamen vox diuina dixerit eis, Effudite phialas vestras super terrā. Et respondendum, q̄ ibi per terram habitatores terræ s. homines designātur: qui ob varias proprietates & culpas, diuersis tamē expriuntur nominibus [Et *sanguinem dedisti bibere*] i. sui sanguinis effusione eos replesti, ita quòd & ipsi occisi sunt, vel morte eos porasti, atque dirissima vltione eorū homicidia vindicasti [Vt *digni sunt*] per sua demerita. Vnde in prophetis sæpius scriptum est, Sanguis tuus super caput tuum. Et sanguis eius super eū veniet. In Genesi quoq; habetur, Quicūque effuderit sanguinem humanū, effundetur sanguis illius [Et *audiui alterum dicentem*] scilicet angelum [*Ab altari*] id est secretiori loco ecclesiæ, vel de interiori cordis affectu. Altare etenim dei, est mēs deuota [Et *iam domine deus omnipotens, vera & iusta iudicia tua*] Per angelum istum signati sunt cæteri militātis ac triumphātis ecclesiæ nuncij & custodes, qui eorum, quos per præcedētem angelum iam dixi expressos, cōfirmat sentētiam, & diuinæ applaudunt ac gratias agunt æquitati: ad insinuādum quòd singuli electorum de beneficiis cuique electo collatis, in deo gaudere & gratias referre debēt [Et *quartus angelus effudit phialam suam*] Istud de quarto angelo & phiala sua exponatur, sicut de primo, secundo, & tertio angelis, eorúmque phialis. [*In solem*] Quidam per solem intelligunt Antichristum, qui se asseret solem iustitiæ. Alij principes ecclesiæ, qui ratione potestatis, dignitatis atque scientiæ, per solem notantur [Et *datum est illi æstu affligere & igne*] id est variis tribulationibus & pressuris, quibus principes subditos vexant [Et *æstuauerunt homines æstu magno*] id est grauissimis afflictionibus laborauerunt [Et *blasphemauerunt nomen domini habentes potestatem super has plagas.*] Indurati nanque & superbi impatientésque, dum suis exigentibus excessibus exercentur aduersis, non attendūt se ea propter sua pati peccata, & ad præclariorem suæ mentis profectum: sed passionibus animam obtenebrantibus, arbitrantur sibi iniuriā fieri, & deo altissimo verbo & corde maledicere audent. Hinc subditur, [*Neque pœnitentiam egerunt, vt darent illi gloriam*] sua peccata humiliter confitendo, séque talia iustè pati pensando: ac deo de hoc quòd in præsenti eos calligat, gratias agendo. His ergo nequaquam assimilemur, sed nosipsos in omnibus ex animo accusando, & deum in cunctis laudando, pœniteamus, & deo gloriam demus: iuxta illud Iosue 7. Fili mi da gloriā deo [Et *quintus angelus effudit phialam suā super sedem bestiæ*] id est super regnū & ministros Antichristi, contra hos prædicando [Et *factum est regnum eius tenebrosum*] id est ex prædicatione illa, caligo perfidiæ, & tenebræ vitiorum populi huius & principis eius patebunt [Et *commanducauerunt linguas suas præ dolore. Et blasphemauerunt deum cæli et præ doloribus et vulneribus suis: et non egerunt pœnitentiam ab operibus suis*] Multi vtique dolebunt & turbabuntur, scilicet Antichristus & eius fautores, quādo ad prædicationem Heliæ & Enoch falsitas ipsorum aperietur, & milia multa ad dominum cōuerterentur. Quod autem dicuntur linguas suas præ doloribus manducaturi, hyperbolica est locutio. Sicut de homine multùm assiducto ac mœsto asserimus, quòd cor suum consumit. Insuper cùm vltio dei in Antichristum, magnamq; sui exercitus partem descēderit, non pœnitebūt: sed Christum cœli creatorem, & omnium deum blasphemādo, cælitus occidētur [Et *sextus angelus*] i. sextus ordo prædicatorum [*Phialam suam effudit*] i. prædicationis eloquia sparsit [*In flumen magnum Euphratem*] Per Euphratem fluuium Babylonis intelligitur grandis falsorum fratrum collectio, qui fertiles esse videtur (Euphrates siquidem fertilitas interpretatur) sed intus vanitatum cōfusionibus pleni sunt. Vel per Euphratem intelliguntur reprobi illi qui Antichristo adhærebunt, & ipso occiso in sua perseuerabunt duritia, vitiis carnalibus seruiētes ac delectes. Propter quod nomine Euphratis exprimuntur, quia in aquis suæ luxuriæ, & propriæ impietatis abūdantia demorabūtur, quousq; subitò auferātur. Cū enim dixerint pax & securitas, repētinus eis superueniet interitus, iuxta Apostolum [Et *sicauit aquam eius*] id est

Prouer. 9.

Eccle. 11.

Matth. 23.

Ezech. 33. Ose. 12. Gene. 9.

1. Thes. 3.

delitias omnémque copiam horum subitò tollendam annunciabit [*Vt præparetur via regibus ab ortu solis*] id est ideo sic prædicabit, quatenus sua prædicatione ad Christum reducat reges & principes ab Antichristo deceptos, qui ad literam pro maxima parte orientales, vt dicitur, erunt. Idcirco quoque ait, ab ortu solis, quoniam non redibunt ad veritatem, nisi in cordibus eorum oriēte, per inspirationem internam, Christo sole iustitiæ [Et *vidi de ore draconis, & de ore bestiæ, & de ore pseudoprophetæ exisse spiritus immundos tres in modum ranarum*] Per draconem diabolus non quilibet, sed ille supremus & primus, qui in Antichristo habitabit, intelligi debet: per bestiam, Antichristus: per pseudoprophetā, cœtus seu multitudo prædicatorum Antichristi. Itaque ad innuendum quòd diabolus in Antichristo habitans, diriget dæmones inferiores ad introeundum Antichristi satellites ac prophetas, visus est spiritus immundus de ore draconis exisse. Rursum de ore Antichristi prædicatorúmque eius visi sunt egredi spiritus immundi, puta diaboli, quoniam nō spiritu sancto, sed diabolico pleni loquentur: talémque spiritum qualem ipsi sortiti sunt, per suas prædicationes suis auditoribus insusilabunt. Qui spiritus immūdi ranarum speciem habēt, quoniam in omni deformitate ac sordibus vitiorum delectantur. Et sicut ranæ turpem proferūt sonum, sic ipsi suggerēt documenta perfida atque dulcissima, coram deo & omni corde illuminato ineptissimè turpissimèque sonātia. [*Sunt enim spiritus dæmoniorum*] id est dæmones, qui spiritus sunt [*Facientes signa*] id est quædam mirifica, sicut per magos Pharaonis fecerūt. Quomodo autem hoc possint & quātum, dictum est supra, cùm ostendebatur quomodo Antichristus miracula sit facturus, [Et *procedunt ad reges terræ congregare illos in prælium*] id est regibus inspirant & suggerūt occasiones & propositum præliandi cōtra se inuicem, & præsertim cōtra fideles & iustos, quod & tempore Antichristi potissimè facient [*Ad diem magnum dei omnipotentis*] id est vt prælientur tempore diuinitus præstituto: qui dies dicitur magnus, quia magna fiēt in eo. Potest quoque per diem hunc dies iudicij accipi, quia ex præliatione illa regum iniusta, sequetur quòd ad diuinum iudicium ducentur, & coram omnibus diiudicabuntur. Vnde in Christi persona subiūgitur, [*Ecce venio sicut fur*] id est improuisè ac subitò ad iudicandum descendam, & peccata vlciscar. Vnde in Euangelio loquitur, Qua hora non putatis, filius hominis veniet. Et rursus, Sicut erant in diebus Noë edentes & bibentes, quousque venit diluuium & tulit omnes: ita erit aduentus filij hominis. [*Beatus*] est nunc in spe & in merito [*Qui vigilat*] mente, id est coram deo diligens est ne peccet, sed deo in cunctis obediat: iuxta illud, Omni custodia custodi cor tuum [Et *custodit vestimenta sua*] id est virtutes & dona ac cætera gratiarum charismata, & quantùm possibile est, opera bona continuat, quibus anima decoratur, protegitur & vestitur. [*Ne nudus ambulet*] id est donis gratiæ spoliatus viuat, ad infernúmque tendat [Et *videant*] Deus & angeli boni ac mali, vel etiam proximi, qui poterunt scandalizari [*Turpitudinem eius*] id est inhonestam ac vitiosam ipsius conuersationem, & animæ deformitatem. Verba hæc plenius scripta & exposita sunt [Et *congregabit illos in locum, qui Hebraice dicitur hermæ geddon*] quod est secundum Bedam, consurrectio in priora, vel mons globosus. Quod & in bono, & in malo accipi potest. Si in bono, sensus erit quòd Christus iudex congregabit reges terræ, imò & omnes ad locum sui iudicij: in quo ipsemet Christus cōsurget, vt testis fidelis & verax pro suis, & cōtra iniquos: vbi & vniuersi homines quodammodo cōcursu conglobabuntur. Si in malo, sensus est, quòd diabolus seu trium præfatorum immundorum spirituum numerus colliget, interius suggerendo reges terræ ad collegium Antichristi, vt ei adhæreāt. quod collegium consurget aduersus fideles, priorémque fidem Ecclesiæ, & erit sua multitudine velut mons globosus contra electos. [Et *septimus angelus*] id est septimus ordo prædicatorum: quorum distinctio in isto cap. nō sem per accipitur ex parte personarum, sed interdum ex parte officiorum seu actuum [Et *effudit phialam suam*] id est prædicationem suam, & futuræ plenariæ damnationis iram [*In aerem*] .i. aëreas potestates, secundum Bedam & Albertū, illarum pœnas denunciando: quæ simul cū Antichristo & eius ministris, in infernū trudentur. Quemadmodum per Esaiam prædictum est, In die illa visitabit dominus super malitiam cæli in excelso, & super reges terræ, & cōgregabuntur congregatione vnius fasciis in lacum, & claudentur in carcere. Dæmones autem ob suam leuitatem, spiritualitatem & mobilitatem, per aëream designātur, & etiam quia in ipso vsque ad diem iudicij commorātur [Et *exiuit vox magna de templo*] Ecclesiæ militātis seu triumphātis [*A throno*] puta à loco, quo deus residere dicitur & regnare. Istam vocem angelus in interiori sensu Ioānis formauit & protulit [*Dicens, Factum est*] omne quod deus futurum prædixit & fieri iussit, adestque finis [Et *facta sunt fulgura et voces et tonitrua*] Ista enim tūc ad literam corporaliter fient, ad insinuādum horrorem instantis iudicij. Similiter fient tunc fulgura, id est miraculosi effectus in superioribus inferioribúsque corporibus: iuxta quod ait Saluator, Erunt signa in sole & luna, & stellis, & in terra pressura gentium. Et voces & tonitrua, id est annūciationes imminētium operū dei, & comminationes futuri supplicij [Et *terræmotus factus est magnus*] In visione imaginaria factus iam videbatur, tūc autem realiter fiet [*Qualis nunquam fuit ex quo homines fuerunt super terram, talis terræmotus sic magnus*] Et hoc rursus dupliciter potest exponi. Primò, quia tunc erit, secundum Albertum, terræmotus vehementissimus vniuersalis. Nam erit à causa supernaturali volūtaria & diuina. Secūdò, per terræmotum intelligitur commotio cordium humanorum: quia tūc tribulatio & inquietudo maxima erit, veniétque tempus, quale nō fuit ex quo gentes esse cœperunt vsque ad tempus illud, quemadmodum apud Danielem legitur. [Et *facta est ciuitas in tres partes*] id est reproborum societas, quæ maior est numero quàm catalogus electorū, in tres portiones, videlicet in Iudæos, paganos, & falsos seu impios Christianos diuiditur: ita q̄ quælibet pars secundū sui peccati mēsuram supplicia sortietur. Circa hunc locū dicit Beda, Triforme bellū impia ciuitas infert Ecclesiæ dei, quam Gētiles & hæretici aperto certamine, & subdola fictione, falli fratres prauis infestant exemplis [Et *ciuitates gentium ceciderunt*] Nam igne conflagrationis omne ædificium destruetur, & viuētes Gētiliter damnabūtur. [Et *Babylon illa magna*] videlicet

Exod. 7. Apoc. 13.

Matth. 25. Lucę. 12. Marc. 13. Mich. 6. Prouer. 4.

Apoc. 3.

Esa. 24.

Luc. 21.

Danie. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

præfata iam ciuitas, seu collectio impiorum vitiis deordinata. Babylon enim confusio dicitur [*Venit in memoriam ante deum*]id est deus inuariabilis,per suæ æquitatis effectum ostendet se memorem iniquitatum eius in die iudicij[*Dare*]id est vt det ei[*calicem vini*] id est poculum damnationis, mensuratámque pœnam secundum mensuram culpæ [*indignationis iræ eius*]id est pœnæ procedentis ex indignatione iræ dei contra eius peccata.Hoc est ex zelo iustitiæ, quo eius crimina deus iustissimus & sanctissimus detestatur.Porrò secundum Albertum,quoties Ioannes in libro isto loquitur de pœna malorum,dicit calicem vini,& non aquæ: ad innuendum, quòd plaga eorum irreuocabilis erit ac desperata. Sicut signum est desperatam esse plagam,dum vinum propinatur laboranti in febre acuta[*Et omnis insula fugit,et montes non sunt inuenti*]id est habitacula nunc in terra cessabunt,& habitatores de terra tollentur. Sed & terra complanabitur in nouissima hora. Aliqui autem per insulas intelligunt iustos instar insularum tactibus persequutionum contusos,qui tunc mente se à reprobis segregabunt.Per mõtes verò perfectos,qui tunc in damnatione pereuntium nõ inuenientur participes[*Et grando magna sicut talentum descendit de cælo*]id est grauissima dei percussio,scilicet pœna inferni,tunc ruet super iniquos[*Et blasphemauerunt homines deum propter plagam grandinis,quia magna facta est vehementer*]Impij enim & reprobi,præsertim damnati,ex dei flagellis non emẽdantur:sed indurantur,& impatientia pleni blasphemant:quasi deus iniustè agat cum eis,& optantes eum nõ esse,eiúsque omnipotentiæ & gloriæ ineffabiliter inuidentes.In inferno enim erit odium omnis boni honesti,superbia,ira,inuidia,&c.quæ omnia augebunt calamitatem miserrimorum,cũ animus tam inordinatus sibiipsi pœnosus sit.Peccabunt autem miseri, sed non demerebuntur,cùm non sint in via,seu statu merendi ac demerendi,sed in termino.

Explanatio cap. XVII. [*Et venit ad me.*] Artic. XVIII.

Apoca .16. VB effusione phialæ septimi angeli,diẽ iudicij sanctus Ioannes circa finem præcedentis cap.summatim perstringens:nunc ad ea quæ prætermisit reuertitur,atque sub specie mulieris meretricis ciuitatem diaboli describens, quas pro suis sceleribus pœnas passura sit,nũc declarat. Iam enim causa reprobationis impiorum ostenditur,[*Et venit ad me vnus de septem angelis,qui habebant septem phialas*]

Apo.15.16. Quemadmodum per septem angelos istos vniuersitas prædicatorum Christi,& per septem phialas eorum totius sacræ scripturæ intelligentia seu doctrina insinuetur in præcedentibus dictum est. Itaque in visione hac imaginaria apparebat Ioãni effigies alicuius prædicatoris Euangelicæ legis,gerens personã alicuius ordinis, chori seu agminis prædicatorum. Et fortè aliquis Euangelistarum seu Apostolorum, tempore huius reuelationis defunctus, Ioanni in visione apparuit[*Et loquutus est mecum*] loquutione interna [*Dicens, Veni*] per considerationem intentam [*Et ostendam tibi damnationem meretricis magnæ*] id est ciuitatis diaboli, quæ est generatio reproborum,collectio impiorum. Quæ non meretrix tantùm,sed etiam adultera appellatur,quoniam relicto sponso cælesti, creatore suo deserto, dæmoni constuprandam se ac maculandam prosternit:cum vanis atque caducis mente miscetur,innumeris sordibus maculatur [*Quæ sedet super aquas multas*]id est in multis populis conquiescit, ex quibus & ipsa consistit: quos decipit, quibus & dominatur.

Ezech.16. Oseæ.4.

Actu.4. 2.Cor.2. Resident quoque in concupiscentiæ aquis,atque in discordium fluctibus populorum. Quemadmodum econtrario multitudinis credentium erat cor vnum,& anima vna: quos despondit Apostolo.vni viro virginem castam exhibere Christo [*Cum qua fornicati sunt reges terræ*] Reges enim principes, & magnates seculi huius sunt principalis primáque portio ciuitatis istius,& inferioribus vitiosis, quos bene dirigere debuerunt: in vitiis sunt conformes,simúlque cum eis à deo cor suum auertunt, & ad ea quæ dæmonibus complacent illud conuertunt, spiritaliter & corporaliter fornicantes [*Et inebriati sunt*] id est vltra mensuram repleti [*Qui habitant terram*] videlicet carnales terreni qui ad cælestia non aspirant [*De vino prostitutionis eius*] id est de carnalibus eius oblectamentis, vel quibuscunque bonis temporalibus deceptiuis,quibus anima prostituitur dæmoni [*Et abstulit me in desertum in spiritu*] id est in spiritali hac visione seu mentis consideratione auertit me ab intuitu,cui eram intentus,ad considerationem populi à deo relicti:qui per desertum exprimitur,tanquam à dei inhabitatione alienus.Vnde Berengandus,Per desertum omnium impiorum multitudo designatur, eò quòd ipsa deseruerit deum, & ideo derelicta sit ab eo[*Et vidi mulierem sedentem super bestiam*] id est diabolo seu Antichristo innitentem,atque in ipso fallaciter quiescentem[*Coccineam*]id est peccatis cruentam,& sanguinis martyrum,quem effudit,ream.Coccus nanque sanguinei est coloris [*plenam nomnibus blasphemiæ*] id est multa verba blasphemiæ proferet contra Christum. Antichristus quoque multa diuinitatis nomina sibiipsi non sine grandi ascribet blasphemia.Porrò diabolus id summè conatur,vt ad peccata blasphemiæ mentes inducat humanas [*Habentem capita septem et cornua decem*] Quid per hoc designetur, paulò post in hoc capite sanctus docet Ioannes. Nam & parabolam hanc ipse exponit in textu [*Et mulier erat circundata purpura et coccino,et inaurata auro,lapide precioso,et margaritis*]per quod intelligi potest,quòd huius cõgregationis pars potior mundi huius regia fulget virtute,omníque ornamento mundano:quòd item filij huius seculi perituras querunt diuitias, & vestimentorum ornatus, ac cætera quibus coram hominibus decorentur: qui mentem deo immaculatam exhibere non satagunt. Spiritalius autem per purpuram,simulata perfectio sumitur, quam impia plebs ambitiosè dominans sibi fingit inesse :per coccinum cruenta ferocitas contra iustos: per aurum sapientia,quia astuti sunt filij seculi:per lapidem precio sum,charitas :per margaritas, cæteræ virtutes insinuantur, quibus callida plebs se fingit ornatam [*Habens poculum aureum*] id est delectabilia mundi [*in manu sua*] quia talia præbet amatoribus suis, videlicet diuitias, delitias, & honores vitæ præ-

sentis [*Plenum abominatione et immunditia fornicationis suæ*] id est abominationibus,vitiis, & inquinamentis spiritalis corporalisque fornicationis: quæ omnia incurrunt hi, qui mundum & ea quæ mundi sunt amplectuntur,seu de poculo bibunt præfato. Berengandus per poculum aureum intelligit documenta philosophorum ac poëtarum erroribus plena. Beda verò hypocrisim, quia foris parẽt hominibus quasi iusti:intus verò pleni sunt omni spurcitia [*Et in fronte eius nomen scriptum Mysterium*] id est meretrix ista in aperto,seu in manifesta sua operatione ostẽdet qualis sit: quia ex operibus suis quisque cognoscitur, & arbor ex fructibus suis iudicatur.Verútamen quoniam tot simulatis virtutibus decoratur, nõ omnibus mulieris huius prauitas innotescet,sed iustis atque prudentibus:ideo nomen eius mysterium quod- Matth.27.
dam est,id est secretum. mysterium enim vocatur,quod est alicuius occulti cõtentiuum, atque in quo aliud cernitur,& aliud intelligitur.Deinde nomẽ complexum exprimitur [*Babylon magna mater fornicationum et abominationum terræ*] Babylon nempe vocatur, quoniam impietatum confusionibus plena, nil agens veraciter,ordinatè,sapiẽter ac virtuosè: cùm semper habeat intentionem corruptam.Magna,propter multitudinem filiorum suorum enormitatémque criminum.Mater fornicationum,id est origo immunditiarum,radix auersionum à deo: quæ verbo & exemplo alios & à dei copula casta auertit, & suis impuritatibus miscet [*Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum,et de sanguine martyrum Iesu*]id est immoderanter repletam trãsgressione, qua sanguinem electorum effudit, quorum sanguinem instar ebrij
B sitit.Et quia hæc mulier totum reproborum corpus repræsentat, adscribitur ei non solùm effusio sanguinis martyrum Christi, sub Euangelica lege effusi, sed eorum quoque qui ante Saluatoris aduẽtum pro iustitia occubuerunt.[*Et miratus sum cum vidissem eam,admiratione magna*]Fuit enim effigies ista & significatio eius valde mirabilis,rara, sapientialis ac mystica. Et in hac visione multa reuelata sunt sancto Ioãni,quæ ante tam distinctè ac particulariter nõ cognouit.In persona quoque Ecclesiæ miratus est Ioannes,quòd deus electos suos tam multiformiter tentari permittit,quòd etiam reprobos tam patiẽter ac longanimiter suffert.De qua Hieremias & Abacuc,imò & Iob,vel in sua,vel in infirmorum persona nõ Abac.1.
parum se admirari testãtur,Hieremia dicẽte, Iustus quidem es domine, si disputem tecum. Verútamen Iob. 21.
iusta loquár ad te. Quare via impiorum prosperatur,&c.[*Et dixit mihi angelus,Quare miraris?*]id est noli Hiere.12.
nimiùm admirari,sed causa cognita admiratio cesset [*Ego dicam tibi sacramentum*] id est occultam significationem [*Mulieris et bestiæ, quæ portat eam, quæ habet septem capita, et decem cornua*] Ista enim consequenter angelus exponit,& de significatione mulieris ac bestiæ iam dicta sunt aliqua. [*Bestia quam vi-* Apoc.12.13
disti] id est diabolus qui supra dictus est draco, seu Antichristus [*Fuit.*] Diabolus enim ante domini saluatoris aduentum penè cunctis dominabatur hominibus. Similiter Antichristus modico tempore regnaturus est, & quantùm ad hoc de ipso dicitur, fuit, scilicet in mundo hoc regnans [*Et non est*] nunc
C post Christi aduentum in mundo sic dominãs,sicut olim fuit ipse diabolus. Propter quod passione instante testatus est Christus,Nunc princeps huius mundi eiicietur foras. De Antichristo quoque dicitur, Ioan.12.
non est,quoniam regnum eius sicut crudelissimum ita & breuissimum erit [*Et ascensura est de abysso*]id est tam dæmon quàm Antichristus de impietatis profundo, de insidiarum occulto, de latebris callidi-
tatis,& abundantia prauitatis,ascendet in fine mundi ad hominum deceptionem, & ad principatum super iniquos, [*Et in interitum ibit,*] æternam dominationem recipiendo. Antichristus quoque cum omnibus præsidens fuerit,repentè diuina occidetur vitute. [*Et mirabuntur inhabitantes terram, quorum nomina non sunt scripta in libro vitæ a constitutione mundi, videntes bestiam,quæ erat et non est*] id est habitatores terræ, terrena magis quàm cælestia appetentes, qui ab æterno prædestinati non sunt, stupebunt videntes Antichristum,seu diabolum per Antichristum tam potenter regnare,támque mirabilia operari in mundo.Mirabuntur quoque, quum viderint regnum illud tam repentè deiectum, & principem suum tam subitò esse extinctum. [*Et hic est sensus*] id est interpretatio seu expositio eorum, quæ vidisti, hæc est, [*Qui habet intelligentiam*] id est illi qui capere potest,qui docilem habet mentem & intelligentiam scripturarum. Quasi dicat,Interpretatio horum difficilis est & profunda. Deinde exponit quæ sint capitæ bestiæ. [*Septem capita, septem montes sunt, super quos mulier sedet, et*] pro id est [*Septem reges sunt*] id est per septem capita bestiæ intelliguntur septem montes, id est septem reges, vtpote præ cæteris potestate sublimes, animosítatéque tumidi, ac cæteris præsidentes: qui sunt velut fundamenta ac stabilimen-
D tum mulieris istius meretricis ciuitatis diaboli, congregationísque reproborum: quia illorum potestati innititur,& de eorũ præsumit potẽtia. Impij enim subditi scientes dominorum suorum potẽtiam atque malitiam,audacter agunt mala,quæ dominis suis placere nouerunt.Hinc secundum Berengãdum, sicut Apostoli dicuntur fundamentum ciuitatis dei,puta Ecclesiæ: sic isti sunt fundamentum ciuitatis diaboli. Septenario autem vniuersitas regum ac principum horum exprimitur. [*Quinque ceciderunt, vnus* Ephe.2.
est, et alius nondum venit] id est horum septem regum quinque iam perierunt,illi videlicet,qui à tempore Adæ vsque ad diluuium regnauerunt. Item & illi,qui post diluuium vsque ad Abrahã fuerunt.Deinde & hi qui deinceps vsque ad Mosen præfuerunt. Postea illi qui à tempore Mosi vsque ad trasmigrationem Babylonis rexerunt.Quintò & hi qui ab illo tempore vsque ad Christi aduẽtum dominabãtur. Omnes isti durissimum dei iudicium sunt perpessi,quoniã potestate sibi cõcessa abusi sunt,impios sustẽiendo atque portando contra fideles ac iustos. Vnus autem regum istorum, videlicet sextus, nunc est sub Euangelica lege,per quem omnes reges & principes persequentes Ecclesiã innituntur. Et alius,vtpote septimus nondum venit, scilicet Antichristus. [*Et quum venerit, oportet illum breue tempus manere in regno.*] Tribus enim annis cũ medio legitur apertè ac generaliter regnaturus.Vnde & eius persequutio sicut durissima,ita erit breuissima.Ideo ait Saluator, Nisi breuiati fuissent dies illi, nõ fieret salua omnis caro:sed propter electos breuiabuntur.Vnde Grego.asserit,Quia & superbos & infirmos nos dominus conspicit, dies quos singulariter malos intulit, misericorditer breuiatos dicit: profectò vt & superbiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

nostram terreat de aduersitate, & infirmitatem foueat de breuitate. [Et *bestia*] scilicet Antichristus, siue diabolus, [*Quæ erat et non est*] secundum expositionem iam habitam [Et *ipsa octaua est*] id est quamuis ad reproborum congregationem pertineat, tâquam caput ipsius: ob singularem tamen suam nequitiam, potestatem, eminentiam, ponit in numerum, & proprium obtinet locum. [Et *de septem est*] id est ad reproborum catalogum spectat. [Et *in interitum vadit*] scilicet in damnationem perpetuam. Insuper ostenditur, quid decem cornua bestiæ signent. [Et *decem cornua quæ vidisti*] in bestia, scilicet Antichristo [*Decem reges sunt*] id est repræsentant [*qui regnum nondum acceperunt: sed potestatem tanquam reges vna hora accipient*] Dicunt aliqui, quòd regnum Romanum circa Antichristi tempus diuidetur in decem regna: quorum reges adhærebunt Antichristo, sicut capiti cornua: & per illos impugnabit Ecclesiam, qui nunc quoque per decem reges signantur. Securius autem videtur dicendum, quòd sicut supra quandoque, ita & nũc per denarium vniuersitas insinuatur: ità vt per decem reges intelligãtur omnes reges, qui Antichristo tunc acquiescent, qui nõdum regnum sortiti sunt, quia nec nati sunt: sed tempore illo vna hora, id est modico tempore potestatem accipient & habebunt: sicut & Antichristus non diu regnabit. Accipiẽt autem tâquam reges, quia præsidẽtia eorum tam breuis & impia erit, vt potius dicatur apparentia, quàm veritas regiæ potestatis. Accipiẽt quoque [*Post bestiam*]. i. imitãdo suum principem Antichristum, per potestatis abusum: & nõ in tãta plenitudine, sicut ipse. [Hi *vnum consilium habent*] id est cõcordes erũt in malo ad persequẽdum Ecclesiam [Et *virtutem et potestatem suam bestiæ tradent*] id est seipsos & suos exercitus ad cooperandum & obsequendum Antichristo præbebũt. Vel ei quicquid possunt adscribent. [*Hi cum agno*] id est cõtra Christum [*Pugnabunt*] qui propter innocẽtiam & immolationẽ suam pro nobis, agnus vocatur. Pugnabũt autem cõtra eum, eius fidem & legem pro posse tollendo, ciúsque mẽbra infestãdo: de quibus testatur, Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis [Et *agnus vincet eos*] dãdo suis militibus patiẽtiam in aduersis, Antichristum etiam perimẽdo, Euangelicam legem postea reformãdo, & quosdam persecutorum istorum corporaliter occidẽdo, æternaliterque damnando, quosdam forsitan post Antichristi interitum cõuertendo [*Quoniam dominus dominorum est et rex regum*] id est cõcunctis potẽtior, & ad superãdum idoneus [Et *qui cum illo sunt*] id est qui ei fideliter vsque ad mortẽ in omni tribulatione adhærẽt. Hi sunt [*Vocati*] à deo per inspirationem aut prædicationem [Et *electi*] ad vitam beatam [Et *fideles*] re & nomine. Deinde angelus exponit, quid per aquas præfatas signetur. [Et *dixit mihi*] scilicet angelus [*Aquas quas vidisti vbi meretrix sedet*] id est ciuitas diaboli seu reproborum collectio cõquiescit, sicut paulò ante expositũ est [*Populi sunt et tribus linguæ*]. i. varię nationes ex quibus malignorum societas constat [Et *decem cornua quæ vidisti in bestia*] scilicet reges & reprobi memorati [*Odient fornicariam*] id est meretricem ciuitatem diaboli, cùm se viderint cum ea pariter perituros. Sed & vnus odiet alium, secundum quod inter superbos semper sunt iurgia, imò odient & seipsos, optando se non esse, & posse impiè agere & frui caducis. Nam & qui diligit iniquitatẽ, odit animã suam [Et *desolatam facient eam et nudam*] quia tunc ei non ferent auxilium quemadmodum ante, quando diuitiis seculi subdi tos suos ornauerunt [Et *carnes eius manducabunt, et ipsam igne conremabunt.*] Si carnes eius comedent, quomodo eam comburent? Hyperbolica ergo & mataphorica est loquutio, ad innuendum magnitudinem mutui odij eorum in pœnis, qui socij fuerant in peccatis, qui sibi mutuò augent suæ damnationis supplicia. Nam & Apostolus ait, Si inuicem mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem consumamini [*Deus enim dedit in corda eorum, vt faciant quod placitum est illi*] id est meretrici mala pœnalia inferant modo præfato. Si autem referatur ad mala culpæ, intelligendum est quòd deus dedit hoc permissiuè. Sicut ait Apostolus, Tradidit illos in reprobum sensum, vt contumeliis afficiant corpora sua in seipsis. Vnius nempe peccati demerito meretur peccator à deo relinqui, grauius excæcari ac transgredi [*Vt dent regnũ suum bestiæ*] id est congregationem sibi subiectam atque in vitiis similem, exponant diabolo puniẽdam, vel ab Antichristo & diabolo se regi permittant: sequentes Antichristi malitiam, etiam post eius interemptionem [*Donec consumentur verba dei*] id est opere impleantur, quæ serui dei ex diuina reuelatione decursu statúque istorum prædixerunt: quibus impletis, impij pariter sine fine cruciabuntur. [Et *mulier, quam vidisti*] scilicet meretrix sedens super aquas, puta collectio reproborum [*Est ciuitas magna*] id est ciuitas diaboli, scilicet reproborum hominum multitudo [*Quæ habet regnum super reges terræ*] id est potestatem & dominium tale ac tantum, quòd etiam reges sibi plurimos subiugabit, vt secum Antichristo consentiant. Vel hoc ideo dicitur, quia reges sunt pars ciuitatis istius. Rex autem, vt vna persona, à multitudine superatur.

Apoc.13.

Esaiæ.53.

Matt. 25.

Prou.13. Psalm.10.

Galat.5.

Rom.1.

E

F

G

H

Explanatio cap. XVIII. [*Et post hæc vidi.*] Articulus XIX.



Onsequenter mystico difficilísque sermone, describit sanctus Ioãnes huius mundi immundi seu seculi nequam vanitatem, & iustam condemnationem eiusdem. [*Et post hæc vidi alium angelum descendentem de cælo, habentem potestatem magnam: et terra illuminata est a gloria eius*] Secundum Albertum hic incipit visio sexta, ideo ait, post hæc, puta visionem quintam præscriptam. Porrò in visione hac imaginaria apparebat Ioanni quòd angelus præpotens atque præsplendidus de cælo descendens, tanti esset fulgoris, vt ipsa terra inde fulgeret. Hæc autem per quasdam similitudines, species, siue effigies angelus sanctus Ioannem instruens intúsque alloquens, mõstrauit eidem. Denique per angelum istum quidã intelligunt Christum, qui per incarnationis mysterium cælitus venit, qui est virtus & sapientia patris, & magni cõsilij angelus, à cuius gloria, id est eminenti sapientia, prædicatione, miraculosaque operatione illuminati sunt habitantes in

1. Corin. 1. Esa.9.

A terra, videlicet militans electorum Ecclesia, quando populus qui sedit in tenebris vidit lucem magnam. Alij per angelum istum, intelligunt cœtum seu ordinem doctorum & prædicatorum qui de militantis Ecclesiæ cælo descendit, & magnæ virtutis est, potens soluere & ligare peccata, & viatores illustrat, potest quoque per angelũ hunc angelicus spiritus accipi ad consolationẽ fideliũ, mundi seu impiorum ruinam eis denuncians. [Et *exclamauit in fortitudine dicens, Cecidit, cecidit Babylon illa magna*] Hoc ipsum in superioribus dictum expositúmque recordor. Quod autem per Babylonẽ ciuitas dæmonis, videlicet impiorũ & reproborũ hominum vniuersitas designetur, in isto potissimè libro, frequenter prædictum est. Præterea sicut in libris prophetarũ Esaiæ, Ezechielis, Hieremiæ, per Babylonem ad literam exprimitur vrbs illa Chaldææ, in qua Nabugodonosor rex regnauit: per quã ibidẽ spiritaliter mundus vanitatibus deditus, & mundanorũ hominum multitudo intelligi datur: ita præsenti capitulo per Babylonẽ ad literã significatur præfatus mundus, vitiorum confusione repletus. Sicut ait Ioannes, Omne quod est in mundo, cõcupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Vnde in isto capitulo multa verba scribit Ioannes, quę in memoratis habẽtur prophetis. Verũtamen literalis sensus distinctus est. Rursus quia non solùm per Babylonem, sed per Aegyptum quoque & Tyrum mundus spiritaliter explicatur, aliqua hic verba scribuntur, quæ apud Ezechielem de Tyro dicũtur. Itaque cecidit, cecidit Babylon. i. vani homines corpore & anima perierunt, & in vtroque damnabuntur ac punientur. Et sicut B nunc cadunt in profunda vitiorum, ita tunc cadent in barathrum tormentorum. [Et *facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, et omnis volucris immundæ et odibilis*] id est sicut ciuitas materialis euersa funditúsque destructa, fit mansio & locus brutorũ: sic impiorum caterua peccando facta est locus, domus & ciuitas dæmoniorum spirituum immundorum: qui ob suam in altum vitiosam tendentiam, volucres immundæ atque odibiles appellantur. Odibilis enim corã deo & hominibus est superbia. Et in Euangelio ait Saluator, quòd volucres cælt comederunt semen verbi dei, id est diaboli. Rursus ciuitas ista cadendo in mala pœnæ æternæ, fit habitatio dæmonum: quoniam in inferno opera diabolica incessanter exercet, omne bonum virtutis odio habens, & deũ sine cessatione blasphemans. Impij autem odibiles sunt, non quantùm ad esse, quod habent à deo: sed quo ad culpam, quam habent à proprio [*Quia de ira fornicationis eius*] id est de voluptate immunda, seu amore illicito, ac impia vanitate dei iram seu vindictam prouocante Babylonis huius [*Biberunt*] id est gustauerunt [*Omnes gentes*] per consensum, appetitum, seu actum. Omnes, inquam gentes, gentiliter non rationabiliter conuersantes, seu quædam de omnibus [Et *reges terræ cum illa fornicati sunt*] mente & corpore, terrena magis quàm cęlestia amplectendo, & concupiscentias assequendo [Et *mercatores terræ de virtute diuitiarum*] id est magnis & fortibus diuitiis [*Eius diuites facti sunt*] Quod de negotiatoribus literaliter accipi potest, qui opes seculi congregando ditantur. Spiritaliter verò mercatores sunt omnes auari. Iuxta quòd in Ecclesiastico scriptum est, Auaro nihil est scelestius. Et, Nihil est iniquius, quàm amare pecuniam: hic enim animam suam habet venalem. Isti pro temporali abundantia suas animas in felici commutant mercatu. Sed cum Babylon ista aliud nihil sit, quàm gentes omnes iniquæ, cum regibus reprobis: quomodo mercatores, & reges, ac gentes omnes de ira fornicationis eius biberunt? Et respondendum, quòd loquitur de eisdem quasi de diuersis, secundum diuersas proprietates & considerationes. Quemadmodum in scripturis & Ecclesia & fidelibus sit mentio quasi de diuersis: cum tamen sint idem. Quoniam ergo plerunque vnus reproborum alium inducit ad impietatem, interdum verò reprobi seipsos prouocant ad peccandum, nunc nomine Babylonis quasi vnum aliquid, nunc aliis nominibus quasi plures signantur [Et *audiui vocem aliam de cælo dicentem, Exite de illa popule meus*] Vocem hanc in interioribus viribus animę sancti Ioannis angelus eum informans formauit, quam ipse interiori auditu percepit. Per quam prædicatio Christi, & seruorum eius hortantium fideles vt ab impiis se elongent, intelligi datur. Nam & Paulus, Exite, inquit, de medio eorum: & immundum ne tetigeritis. Denique Hieremias Babylonis destructionem prænuncians, populum Iudęorum hortatur exire de medio Babylonis. Sed & Esaias ait, Exite, exite, & polIutum nolite tangere. Semper autem & vbique exeundum est de congregatione malorum, mente & animo: ne scilicet consentiamus vanitati & prauitati illorum, sed omne vitium detestemur, & peccatum semper displiceat. Interdum verò, cum fieri potest, etiam corporalis recessus perutilis est maximè imD perfectis, qui aliorum malitia faciliter maculantur [Et *ne participes fitis delictorum eius*] eadem mala agendo, seu eadem bona omittendo, aut certè illorum peccatis consentiendo, aut etiam non redarguendo [Et *de plagis eius non accipiatis*] id est de prauis exemplis & scandalis, quibus animæ vulnerantur, occasionẽ ruinæ sumendo: sed inflexibiles sitis in bono. Rursus de plagis eius non accipiatis, id est supplicia ei parata nolite incurrere. Tanquam dicat, Si non communicatis in peccatis, non communicabitis in tormentis. Ita egressus fuit de Babylone Hieremias, qui ait, Non sedi in consilio ludentium, & diem hominis non concupiui. A facie manus tuæ domine solus sedebam. Itémque Psalmista, Non sedi cum consilio malignantium, & cum iniqua gerentibus non introibo. Itaque nos barbari studeamus implere, quod in libro Tobiæ puella quædam implesse se veraciter profitetur, Nunquam cum ludentibus miscui me, neque cum his qui in leuitate ambulant, participem me præbui. [*Quoniam peruenerunt peccata eius vsque ad cælum*] id est intantùm coram deo creuerunt atque enormia facta sunt, vt exigente iustitia sit damnanda. Simile est quod loquitur Hieremias, Peruenit iudicium eius vsque ad cælum. Et de Niniue dominus ait, Ascendit malitia eius coram me [Et *recordatus est deus iniquitatum eius*] id est statim in vltionis effectum, monstrabit se peccata eius attendere. Consequenter dominus ait electis & sanctis. [*Reddite illi sicut et ipsa reddidit vobis*] id est Babyloni seu congregationi prauorum infligite pœnas iustas, pro persequutionibus quas intulit vobis iniustè. Nec hoc est contra illud quod ait Saluator, Benefacite his qui oderunt vos. Et Apostolus, Nulli malum pro malo reddentes. Hoc enim ideo dicitur, ne quis propria au-

Apoc.14. Esa.21. Esai.13. 14. Hie.50.51 Ezec.32. 1.Ioan.2. Ezech.27. Ecclę.10. Matth.13. Luc.8. Ecclę.10. Eodem. 2.Cor.6. Hiere.50. Esa.52. Hiere.15. Psalm.23. Tob.3. Hiere.51. Ioan.1. Matth.1. 1.Thes.5. 1.Petri.3.

thoritate se vindicet, aut zelo inordinatæ vindictæ affligat. Sed ex commissione diuina, & secundum E
processum iustitiæ licet id agere: præsertim non vt propria iniuria vindicetur, secundum quod propria:
sed inquantùm est dei iniuria, eiúsque offensura [*Et duplicate illi duplicia*] id est pro duplicibus pœnis
quas intulit vobis, in corpore & in anima vos affligendo, infligite ei duplicem punitionem; vt corpore
& anima in inferno crucietur. Et hanc duplicem punitionem duplicate, vt corpus affligatur frigore &
calore: iuxta illud Iob, Ibunt ab aquis niuium ad calorem nimium: anima verò verme conscientiæ, &
Iob.24. carentia visionis diuinę. Iterum pœnæ istæ duplicari dicuntur, quia pro temporalibus persequutionibus
quas impij infligunt electis, æternales recipiunt punitiones. Hæc ergo facite [*Secundum opera eius*]
id est secundum quod mala acta ipsius merentur: iuxta illud Hieremię, Reddite ei secundum opus suum
Iuxta omnia quæ fecit, facite ei [*In poculo, quod miscuit vobis,*] id est pro multiformi tribulatione,
Hiere.50. qua vos potauit [*Miscete illi duplum*] id est duplicatam & æternalem pœnam ei infligite, secundum
modum præfatum. ¶Sed núnne hoc videtur esse contra iustitiam & crudele, cùm vltio non debeat
quantitatem culpæ excedere? Respondendum, quòd non. Non enim vltra, imò citra condignum puni-
untur iniqui: quãuis illa pœna sit multo maior, quam pœna quam intulerunt iustis [*Quantum glorificauit se*] contra deum atque iustitiam inaniter gloriando, vel se per superbiam erigendo, humanam gloriam
appetendo, aliis se glorioſum exhibẽdo [*Et in deliciis fuit*] in carnalibus carnaliter delectando [*Tantum date*
illi tormentum] quo in corpore affligatur propter delitias impuras præhabitas [*Et luctum*] id est dolorem in F
anima, contra glorificationem inanem: sicque pœna correspondeat culpæ.

¶ Sed cùm incomparabiliter maior ac diuturnior sit pœna inferni quàm delectatio præsens, quomodo
dicitur, tantùm date illi, &c. Respondendum, quòd sensus est, vt secundum exigentiam demeritorum
suorum puniatur: tamen citra condignum propter immensitatem diuinæ clementiæ. Vnde propor-
tio ista attenditur penes genus, vt qui magis se glorificauit, & in delitiis maioribus fuit, acrius puniatur
cæteris paribus. Quæ verba superbis & luxuriosis præsertim timenda sunt & pensanda: quia quò nunc
amplius intumescunt, & in carnis vilissimæ fœtidissimis delectationibus se resoluunt, eò dirius in in-
fima tartari deprimentur, atque intensius torquebuntur. Similiter cupidi & gulosi, qui in auro, ar-
gento, cibo, & potu delectationes suas constituunt. Omnis autem delectatio munda & licita est in
deo, vel in rebus creatis secundum deum. Quòd autem Babylon ista iure sic punietur, verba pandunt
sequentia [*Quia dicit in corde suo*] stultè, præsumptuosè, ac impiè cogitando [*Sed ero regina*] id est pote-
state, honore, & opulentia rerum vallata [*Et vidua non sum*] id est à multis mecum spiritaliter aut corpo-
raliter fornicantibus diligor [*Et luctum non videbo*] id est aduersa & tristia non incurram, neque experiar. Impij nanque quamuis se sciant pro suis sceleribus puniendos, fingunt tamen se non videre quod
Eccles.8. vident: & memoriam mortis à sua mente reiciunt, ne tristis cogitatio lætitiam cordis eorum pertur- G
bet. Tales sunt filij huius seculi qui sine timore peccant, & in tanta viuunt securitate stultissima, quasi
morituri non essent [*Ideo in vna die venient plagæ eius*] puta in die iudicij. Quæ verò sint plagæ istæ, sub-
iungitur [*Mors, & luctus, et fames*] Per mortem intelligitur mors secunda, videlicet infernalis miseria:
per luctum, pœnarum acerbitas, dolor, confusio: per famem, desiderium quietis, quam nunquam ha-
bebit, seu omnis boni defectus quo iugiter plena erit. [*Et igne comburetur*] quia æterno igne torquebi-
tur, non consumetur [*Quia fortis est deus, qui iudicabit illam*] ideo nullus potest ei resistere, & quicquid
sibi iustum videtur, potest efficere. Præterea vnicuique impio ad ciuitatem Babylonicam pertinenti,
Lucę.12. & vana securitate negligentiáque decepto, mala ista in die vna eueniunt: quando hora qua non puta-
uit corporaliter moritur, diuinitus condemnatur, omnibus temporalibus, quæ dilexit, priuatur: quem-
admodum legitur diues ille dixisse, Anima habes multa bona reposita in annos plurimos: requiesce, co-
Lucæ.6. mede, bibe, epulare. Dixit autem illi deus, Stulte hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem pa-
Esaię.47. rasti cuius erunt? Aduertant igitur amatores mundi, quod loquitur Christus, Væ vobis qui ridetis,
quia plorabitis. Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis. Væ vobis diuitibus, qui nunc habetis con-
solationem vestram. Porrò his verbis consonant quæ apud Esaiam de Babylone conscripta sunt, Di-
xisti in sempiternum ero domina: quæ dicis in corde tuo, non sedebo vidua, & ignorabo sterilitatem.
Venient tibi hæc duo subitò in die vna, sterilitas & viduitas. [*Et flebunt et plagent super illam reges terræ,*
qui cum illa fornicati sunt, et in deliciis vixerunt, cum viderint fumum incendij eius] id est tempore damnationis H
infernalisque pœnæ ipsius Babylonis, videlicet congregationis prauorum reges & principes animosi
& impij (qui sunt principalis portio Babylonis istius) communem eius calamitatem dolebunt ac fle-
bunt, se simul cum ea deflentes. Cum viderint simúlque senserint fumum incendij eius, id est inflam-
mationem qua ab igne gehennæ torquebitur. Loquitur autem scriptura hoc loco de his secundum mo-
dum loquendi aliquibus vsitatum. Frequenter nempe contingit, vt præclara aliqua vrbe ab hostibus ca-
pta præcipui ciues eius, quamuis & ipsi videant se mox trucidandos, suam tamen miseriam reticendo, to-
tius ciuitatis suæ vastitatem & clades deplorent [*Longe stantes propter timorem tormentorum eius*]. i. animo
vehementer abhorrentes ac refugientes tormenta impiæ ciuitatis, quæ ipsi simul cum ea experiuntur in-
uiti. Vnde Bereng. hîc differit, Stabunt longè mente & voluntate, horrentes quòd æternaliter cruciabun
tur. Sed cur tunc Ioan. non ait, Stabunt longè propter sensum seu experientiam tormentorum eius? Ad
quod respondet Albertus, Quia plus cruciabit eos interius cogitatio de continuatione doloris, quàm
sensus exterioris tormenti. Et hoc verbum Alberti valde imprimendum est cordi [*Dicentes, Væ væ, ciui-*
Sapien.6. *tas illa magna Babylon*] Maxima quippe est reproborum collectio [*Ciuitas illa fortis*] robore corporis, &
naturalibus viribus, ac ministrorum frequentia in seculo isto: quæ potestate sibi concessa abutens,
fortis fuit, & est ad mala agenda: mollis verò & debilis ad vitia expugnanda. Cui compètit id Sapien-
tiæ, Potentes potenter tormenta patientur, & fortioribus fortior instat cruciatus. Contrario autem

A modo se habet fortitudo electorum fortitudini impiorum, quia electi fortitudinem suam conuertunt
ad exequendum actus virtutum eradicandáque vitia: impij verò ad exequenda ea, ad que proprię volun-
tatis & sensitiui appetitus inclinat affectio. Idcirco de eis scriptum est, Factus est cursus eorum malus, &
fortitudo dissimilis [*Quoniam vna hora venit iudicium*] id est damnatio [*Eius*] de quo ait Saluator, Qui ma- Hier.24.
la egerunt procedent in resurrectionem iudicij [*Et negotiatores terræ*] de quibus nunc dictum est, [*Fle-* Ioan.5.
bunt et lugebunt super illam] eo modo quo reges, quia & ipsi sunt pars ciuitatis istius, & simul cum
ea cruciabuntur [*Quoniam merces eorum nemo emet amplius*] id est quia ista caduca & temporalia ami-
serunt, in quibus sibi finem vltimum statuerunt: sicque eorum prosperitas erit finita. Consequenter spe-
cificantur merces, quas nemo peracto iudicio amplius emet [*Merces auri, et argenti, et lapidis precioſi,*
& margaritæ, & byſſi] id est candidissimi lini seu vestimenti inde facti [*Et purpuræ, et serici, et cocci*]
quod rubei est coloris [*Et omne lignum thyinum*] de quo genere ligni legitur. 3. Regum Salomon fecisse
cantoribus templi lyras & citharas. Estque lignum istud, vt dicitur, imputribile, crescens in Ophir.
[*Et omnia vasa eboris*] id est eburnea [*Et omnia vasa*] facta [*Ex lapide precioſo et æramento*] id est æreę [*Et ferro* 3.Reg.10.
et marmore] ista oblectant visum. Deinde ponuntur quæ oblectant olfactum [*Et cynamomum*] quod est
species aromatica cinereum habens colorem, crescens ad modum cannæ, & fractum fundit odorem suą-
uem [*Et amomum*] quod secundũ Albertum, est species seminis, faciens effluere menstrua, & vrinam [*Et*
B *odoramentorum*] mercem nemo plus emet [*Et vnguenti et thuris*] Deinde tanguntur sensibilia oblectantia
gustum [*Vt vini et olei et similæ*] quæ est delicatissima farina [*Et tritici*] Insuper nominat ea quæ hominum
vsibus deseruiunt [*Et iumentorum, et ouium, equorum et rhedarum*] .i. quadrigarum [*Et mancipiorum*]. i. ser-
uorum [*Et animarium hominum*]. i. hominum qui venales præbentur. Porrò per animas hominum, ipsi ho-
mines designantur, secũdum quòd nomine partis totum intelligi solet [*Et omnia poma desiderij animæ tuæ*]
.i. carnalitatis tuæ, quæ anima tua sensualitatem secuta, vehementer appetiit. Et quamuis sint alia multa in
quibus carnales homines magis, quàm in pomis delectentur: tamen pomis expressis, adiunctum est desi-
derij animæ tuæ: ad innuendum, secundum quod Haymo scribit, quòd nõ tantùm in rebus precioſis at-
que maioribus, sed etiam in minoribus valde offenditur deus, si vltra quàm appeti debeant, appetantur.
Vel per poma intelliguntur vilia quæque, quæ seculi amatores præferunt bonis spiritalibus & æternis.
Vnde similes sunt pueris, qui poma & pyra magis, quàm precioſa quælibet amplectuntur. Hinc quoque
id hominibus talibus ponitur vitium puerilitatis, quod stultitia appellatur: & dono sapientiæ, quo diuina
sapiunt animo, contrariatur [*Discesserunt a te, et omnia pinguia et præclara perierunt a te*] vt pote opes &
fercula delicata, ac cætera quæ magni precij æstimasti: quãuis comparatione spiritalium diuitiarum sint
nullius momenti [*Et mercatores horum, qui diuites facti sunt ab ea*] id est à diuitiis Babylonis, scilicet mun-
di huius, non nisi terrena amantis [*Longe stabunt propter timorem tormentorum eius*] iuxta sensum, quo re-
C ges longè stare iam dicti sunt [*Flentes, lugentes, dicentes, Væ, væ, ciuitas illa magna*] scilicet Babylon [*Quæ a-*
micta erat byſſo, et purpura, et cocco, et inaurata est auro et lapide precioſo et margaritis] id est prædictis re-
bus, ornamentis & vestibus, in seculo isto lasciuè, curiosè, pomposeque vsa est: quærens in sensibilibus
delectari, ab hominibus honorari, & corpus non animam ornans ac vestiens [*Quoniam vna hora deſtitutæ*
sunt tantæ diuitiæ] id est breuissimo tempore, seu momento ablata est ei omnis opulentia ista [*Et omnis*
gubernator] scilicet in temporalibus, vel in spiritalibus præsidens, vt episcopi & principes seculares [*Et o-*
mnis qui in lacum]. i. in mundo [*Nauigat*] vel in aqua, vt hi qui ad maiora aspirant, & in præsenti vita exalta
ri affectant [*Et nautæ qui in mari operantur*] Per nautas, intelligi possunt vel qui nauem Ecclesiæ regere ha-
bent, vel qui nauigia dirigunt. Per mare quoque intelligitur, vel seculum nequam, vel quælibet congre-
gatio aquæ, in qua homines lucris insistunt, [*Longe fleterunt, et clamauerunt, videntes locum incendij eius*]. i.
infernum, in quo & ipsi pariter erunt inclusi [*Dicentes, Quæ similis ciuitati huic magnæ?*] id est quis in diui-
tiis, delitiis, honore, potestate, & cæteris mundi fallacibus bonis, similis fuit Babyloni præfatæ, videlicet
impiæ congregationi? [*Et miserunt*]. i. in inferno mittent [*puluerem super capita sua*]. i. signa mœroris osten Sapien.5.
dent, & de peccatis suis in quantùm sunt in eis causa supplicij, pœnitebunt: iuxta illud Sapientiæ, Dicen- Psam.57.
tes intra se pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. Nos insensati, &c. Et post pauca, Ta-
lia dixerunt hi, qui sunt in inferno. Denique in vita præsenti miserunt pulueren super capita sua, id est
D terrena, vana, & leuia superposuerunt per vitiosum amorem cordibus suis. At verò secundum Berengan
dum, per caput, mens: per cinerem peccata signantur. Cinerem itaque super capita sua ponent, quia me-
moria peccatorum à mentibus eorum nunquam recedet [*Flentes et dicentes, Væ, væ,*]. i. damnatio æterna
in corpore & in anima, nunc inest tibi ô Babylon [*Ciuitas illa magna, in qua diuites facti sunt omnes qui ha-*
bent naues in mari] id est gubernatores, & mercatores, ac nautæ præfati [*Quoniam vna hora desolata est*] id
est subitò omni gaudio opibúsque priuata. Propter quod ciues ciuitatis istius apud Sapientem fatentur
lugubriter, Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis? Transierunt om-
nia illa, tanquam vmbra. Præterea quia damnatio reproborum cedit in augmentum gloriæ electorum
(iuxta illud, Lætabitur iustus cum viderit vindictam) subiungitur [*Exultate super eam*] id est de iusta dam
natione & pœna Babylonis [*Cæli*] id est ciues cælestes angeli [*Et sancti apostoli et prophetæ*] qui præ cæteris
fuistis à ciuibus Babylonis afflicti, & qui ista eius supplicia prædixistis. [*Quoniam iudicauit deus iudicium*
vestrum de illa] id est iudicium, quod zelo iustitiæ optastis fieri, & quod vestræ iustitiæ debebatur, deus
de Babylone exercuit. Hoc est enim iudicium de quo supra sancti locuti sunt deo, Vsquequo domine
sanctus & verus, & non vindicas sanguinem nostrum? [*Et sustulit vnus angelus fortis lapidem quasi mola-* Apoca.6.
rem, et misit in mare dicens, Hoc impetu mittetur Babylon illa magna] In visione imaginaria apparebat Ioanni,
quòd angelus sanctus proiecit saxum grande in mare: ad figurandum, & facto exemplari prænunciandũ,
quòd Christus magni consilij angelus in die iudicij proiiciet subitò in infernum omnem impiorum ca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hier.51. teruam. Et huic simile est quod legitur Hieremias dixisse ad Saraiam, Cum veneris in Babylonem, liga- E
bis lapidem ad librum istum, & proiicies illum in medium Euphratem, dicens, Sic submergetur Baby-
lon, & non consurget à facie afflictionis quam ego adducam super eam. Vnde nunc subditur de Babylo
ne, cuius typus fuit Babylon illa Chaldaica [Et vltra non inuenietur] videlicet in pristino statu, & prosperi-
tate mundana, aut seculo isto. [Et vox citharœdorum, et musicorum, et tibia canentium, et tuba non audietur am
plius in ea] id est nulla suauitas harmoniæ, & nullus sonus auditum mulcens: sed planctus & vlulatus, &
miserabilis clamor erit in damnata impiorum collectione [Et omnis artifex, omnisque ars non inuenietur in
ea amplius] Núnne multi artifices damnabuntur? Quomodo ergo non erunt in societate damnata? Et res-
pondendum, quòd substãtialiter erunt ibi, non autem quantùm ad vsum suæ artis, seu commodum im-
Eccles. 9. piæ ciuitatis. Porrò quòd nec artem dicit ibi manere, consonat ei quod Salomon ait, Quodcúque potest
manus tua, instanter operare: quia nec opes nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos.
¶ Ex quibus probabiliter æstimatur, quòd damnati non erunt suæ artis atque scientiæ memores in infer
no. Si enim grauis infirmitas inducit scientiæ obliuionem, quantò magis vehementia illa infernalis tor-
menti? Quod si scientia remanet ibi, non ad vsum iucundum, sed potius ad calamitatis cumulum rema-
net. [Et vox molæ non audietur in ea amplius] non enim cibaria eis parantur. Propter quod Ecclesiasticus
dicit, Ante obitum operare iustitiam, quoniam non est apud inferos inuenire cibos [Et lux lucernæ non lu
Eccles. 14 cebit tibi amplius] id est nulla tibi ad consolationem claritas refulgebit: sed in densissimis tenebris eterna- F
liter permanebis, ne visu aliquo modo exhilareris. Siquidem, vt in Ecclesiastico dicitur, dulce lumen, &
delectabile oculis videre solem [Et vox sponsi et sponsæ non audietur adhuc in te] id est de cætero non cele-
Eccles. 11. brabuntur nuptiæ, seu carmina & gaudia nuptiarum in te, nec luxuriaberis amplius [Quia mercatores tui]
de quibus prædictum est, qui spiritualia pro terrenis dederunt, iúsque animas pro temporalibus com-
mutauerunt, ac dæmonum potestati & seruituti se tradiderunt [Erant principes terræ]. i. ciuium tuorum.
Nam tales maluisti habere rectores, quàm iustos [Quia in veneficiis tuis] id est diuersis erroribus, prauis
exemplis, pestiferis persuasionibus, magicis trufis [Errauerunt omnes gentes] ad tuum collegium pertinen-
tes, atque gentiliter cõuersantes, seu multæ de omnibus. Quia ergo in vita tua recepisti bona & diuitiis
abundasti, honore & delitiis exuberasti: nunc in inferno cruciaris. [Et in ea] puta in Babylone [sãguis pro-
phetarum et sanctorum inuentus est, et omnium qui interfecti sunt in terra]. i. generatio ista reproba rea est effu-
sionis sanguinis omnium electorum in terra hac iniustè occisorum ab ea. Sicut ait Saluator, Venient hæc
Matth. 23. omnia super generationem istam. Per hoc autem quod ait, & omnium qui interfecti sunt in terra, innui-
tur, quòd nõ solùm sanguis sanctorum requiretur ab ea: sed etiam malorum quos occidit iniustè, quam-
uis digni essent occidi. Propter quod Glossa hic dicit, Si malus malum occiderit, non excusat occisi ne-
quitia: sed cum iustitia excusat, vt si iustè à iusto iudice occidatur. G

Expositio cap. XIX. [Post hæc audiui, etc.]
Articulus, XX.

DEscripta præcedenti capitulo Babylonicæ ciuitatis damnatione: nunc ciuitatis dei exultatio denunciatur, quæ amore boni & zelo æqui ac veri, deo altissimo pro impiæ ciuitatis damnatione gratiarum actiones reponit. [Post hæc audiui] interiori auditu, sicut in visionibus imaginariis fieri solet [Vocem magnam] id est affectuosam ac deuotissimam dei laudationem & gratiarum actionem [Quasi vocem tubarum multarum in cælo dicentium, Alleluia] Potest autem per cælum intelligi Ecclesia militans ac triumphans. Vtraque enim ob causam prætactam deo laudes gratiásque rependit, & vox ista ob suam eminentiam, comparatur sono tubarum multarum: præsertim cùm sit vox doctorum & prædicatorum, quorum cuilibet dicitur, Quasi tuba exalta vocem tuam. Alleluia autem designat, laudate deum. Vnde & ipsum nomen exponendo, vel eundem sensum ex deuotione resumendo, vt feruor amoris fortius inardescat, subiungitur [Laus et gloria et virtus deo nostro] id est honor & exaltatio, præconium, fœlicitas, potestas, sanctitas deo competunt, & adscribenda sunt semper [Quia vera et iusta iudicia eius sunt] quod supra scriptum atque ex- H
positum est [Quia iudicauit de meretrice magna] id est Babylonicam ciuitatem, seu reproborum numerosissimam collectionem pro suis peccatis damnauit [Quæ corrupit terram] id est habitantes in terra ad peccata induxit, vitiisque infecit [In prostitutione sua] id est in petulantia, lasciuia, procacitate, vanitate, quam se cunctis peccare volentibus præbuit impudenter paratam, & alios prouocauit ad impurissimam voluptatem [Et vindicauit sanguinem seruorum suorum de manibus eius] id est eam puniuit pro eo, quòd seruos dei persequuta est & occidit. [Et iterum dixerunt Alleluia] Commemorando enim diuinæ æquitatis iudicia, delectati fuerunt in laude ipsius. Ideo repetitis deum vocibus laudauerunt. Ad innuendum etiam, quòd infatigabili ac incessabili voce deum excelsum & glorioſum laudare debemus [Et fumus eius ascendit in secula seculorum] id est infernalis succensio Babylonis æternaliter perseuerat. Vnde & pœna inferni, quæ grauis est propter tormenti acerbitatem, & grauior propter suppliciorum diuersitatem ac multiformitatem, grauissima perhibetur propter suppliciorum æternitatem. Estque verbum præfatum vehementer pauendum, & solicitè reminiscendum. [Et ceciderunt viginti quatuor seniores et quatuor animalia, et adorauerunt sedentem super thronum dicentes Amen, Alleluia] Quemadmodum per vigintiquatuor seniores intelligantur sancti veteris ac noui Testamenti: qui filij sunt duodecim Apostolorum, atque duodecim patriarcharum: vel ipsi patriarchæ, Apostoli, omnes quoque doctores iudicésque Ecclesiæ, superius tractatum est sæpe. Per quatuor autem animalia

A Euangelistæ & predicatores vniuersi intelliguntur. Verùm hoc loco per seniores & animalia, omnes ciues Ecclesiæ militantis ac triumphantis, potissimè tamen primi & superiores in eis accipi possunt: qui omnes deo se profundissimè humiliantes, ac latriæ cultũ, vt dignum est, exhibentes, præfato dei præconio fauentes & annuentes, dicunt, Amen. i. verè sic est, & ita fiat. Hoc est, ita laudetur deus omnipotens. Insuper & ipsum idem agẽtes adiiciunt, Alleluia [Et vox exiuit de throno] id est de loco gloriæ dei sublimis ac
benedicti, videlicet de Ecclesia triũphante ac militante. Nam & prædicatores Ecclesiæ quotidie exhor- Apoc.45.
tantur, quod ista vox admonet. Et vocem hanc in interioribus auribus Ioannis angelus eum instruens protulit & formauit. Deinde vox subditur [Laudem dicite deo nostro omnes serui eius] seruitute dilectionis & casti timoris [Et qui timetis eum] timore filiali, vel saltem initiali [Pusilli et magni] videlicet, superiores & inferiores, sapiẽtes & simplices. Consequenter ponitur dei laudatio propter pietatem eius in suis electis, vel potius propter excellentiam eius in semetipso. [Et audiui quasi vocem turbæ magnæ, & sicut vocem aquarum multarũ, et sicut vocem tonitruorum magnorum dicentium, Alleluia] id est Deum laudate. Et cur hoc additur? [Quoniam regnauit dominus Deus noster omnipotens] Itaque vox ista, quæ tot rebus comparatur, est
vnanimis laudatio, qua sancti in cælo & terra Deum altissimum deuotissima mente collaudãt. Quæ vox Esa.24.
assimilatur tubæ, ob sonũ euidentem tubalem: & aquis multis, propter laudantium copiam: magnis quoque tonitruis, quoniã aduersariis potestantibus ac Babyloni est terribilis. Et item, quoniam alta pandit
B mysteria. Ideo itaq; deum collaudant, quoniam regnauit dominus deus noster omnipotens. i. Babylonicæ ciuitatis regnum destruxit, aërearum potestatum aciem strauit ac superauit. Omnes quoq; hos cõgregauit congregatione fascis vnius, & clausit in carcere gehennæ. Insuper electos suos ab omni malo eripuit, suæ voluntati ac ditioni perfectè conformauit ac subdidit: atque in ipsis per dona gloriæ nunc regnare dignatus est, in quibus ante per dona gratiæ fuerat regnãs. Nempe canticum illud refertur potissimè ad consummatũ patriæ regnum, quo peracto iudicio deus in omniũ electorũ vna regnabit Ecclesia, quum vltra nulla aduersariorum impugnabit malitia. Et tunc Christus potestatem quam habet in cælo & in terra apertè monstrabit, ac plenè cunctis aduersariis suis sibi subiectis pereuntibus atq; damnatis. In Ecclesia autẽ militanti Christus regnare exorsus est, quando ad eius fidem & cultũ homines conuerti cœperunt. Et de hoc eius regno, quo nunc in fidelibus regnat, etiam gratulandũ est nobis, & laudes ac gratias ei referre debem⁹: sed de futuro illo cõsummato beatifico regno maxima erit laudatio, gratulatio, gratiarúmque actio. Ideo sequitur [Gaudeamus et exultemus]. i. mente & corpore, seu intellectiuo sensitiuoque appetitu lętemur: iuxta illud, Cor meũ & caro mea exultauerunt in deum viuum [Et demus gloriã Psalm.83.
ei]. i. ipsum in omnibus & de omnibus summè arq; finaliter glorificemus, glorioſum fateamur, & omnis
boni fontẽ opulentissimum, munificentissimumque dicamus [Quia venerunt nuptiæ agni] id est plena &
C consummata cõiũctio Christi Ecclesia. Et ista coniunctio, est eius in ea regnatio: quæ coniunctio plena & vniuersaliter erit peracto iudicio, dũ Christus electos in anima & corpore glorificabit. Vnde hæ nuptię sunt internę ac spiritales, dum per beatificam visionem, suauissimam fruitionem, inamissibilem tentionem, mentes electorum Christo in thalamo regni cælestis iungentur. Insuper secundum Albertum, harum nuptiarum sponsalia contracta fuerunt in prophetarum sponsione. Perfectum est matrimonium
per verbum de præsenti, in colloquutione mutua angeli & Mariæ: consummatũ fuit in carnis & verbi v- Luc.1.
nione: solennitas cœpit celebrari in ascensione. Nunc paulatim introducitur sponsa in domũ sponsi, sed totaliter introducetur in fine: & tunc fiet conuiuiũ generale [Et vxor eius]. i. Ecclesia quæ est sponsa & coniunx Christi [Præparauit se]. i. aptam & dignam se fecit in via ista, vniri sponso suo in patria. Triplex autem est sponsa Christi, videlicet vniuersalis, quæ est Ecclesia: particularis, vt anima deuota: singularis, scilicet virgo beata. Rursus sunt nuptiæ Christi cum militanti Ecclesia per gratiæ dona, & sunt nuptiæ eius cum ecclesia triumphanti per gloriæ munera [Et datum est illi] id est gratia dei concessum, non ppriis viribus. [Vt cooperiat se byssino candido splendenti] Quid autem per byssinum huiuscemodi intelligatur, author ipse exponit [Byssinum enim sunt iustificationes sanctorũ] id est virtuosæ operationes & obseruantiæ
præceptorum, de quibus in Psalmo illo, Beati immaculati, & c. sæpe fit sermo. Itaque sensus est, quòd au- Psalm.118.
xilio gratiæ collatum est congregationi fidelium, vt se virtuosis actibus suis decoret Qui actus sunt candidi per gratiæ charitatem, conscientiæ puritatem, iustitiæ lucem. Splendentes quoque sunt, quia sunt a-
D liis exemplares. Vnde ait Saluator, Lux vestra luceat corã hominibus. Conuenienter verò per byssinum iustificationes signatæ sunt. Nam sicut byssus multis tonsionibus perducitur ad candorem, sic electi per Matth.5.
varias tribulationes pertingunt ad gloriam. [Et dixit mihi] angelus me informans [Scribe] in corde tuo & libro ad Christianorum consolationem verbum valde suaue atque notabile [Beati, qui ad cœnam nuptiarum agni] id est ad patriæ beatificam refectionem, seu diuinæ bonitatis immediatam fruitionem [Vocati sunt] per prædestinationem & inspirationem internam efficacem, ita quòd actualiter peruenerunt ad eas seu peruenturi sunt. Et ista refectio potius cœna quàm prandium appellatur, cum vltima sit, nec alia ei succedat. Refectio autem qua fideles in præsenti à deo per verba sacrę scripturę, charismata gratię, consolationes internas reficiuntur, prandium dicitur: interdum tamen cœna vocatur, tanquam inchoatio cœnæ futuræ. Vnde superius dixit Saluator, Si quis aperuerit mihi, intrabo & cœnabo cum illo. De hac
beatifica spiritali cœnatione Christus disseruit, Ego dispono vobis regnũ vt edatis & bibatis super men- Apoca.3.
sam meam in regno. Itaque dominum deprecemur indesinenter, vt eius continuò gratioso auxilio ad Luc.22.
cœnam nuptiarum istarum pertingere mereamur: & quanta beatitudo repromissa sit Christianis, sapienter intueamur, nec præsentis vitę delitias admittamus. [Et dixit mihi, Hæc verba dei vera sunt] Quum enim Rom.3.
deus sit essentialiter veritas ipsa, verba eius non vera esse non possunt. Propter quod Christus loquitur Ioan.17.
patri, Sermo tuus veritas est. Et psalm. Principiũ verborum tuorum veritas. [Et ceciderunt ad pedes eius]. san- Psalm.118.

Universidad de Deusto
Biblioteca

geli. Quia in sua natura pedes non habent, sed in imaginaria visione in specie hominis apparebat. Et alii qui asserunt, quòd ex aëre corpus assumpsit. Potius tamen tenendum, quia Ioanni interius loquebatur & apparebat, nõ verum corpus, sed corporis effigiem interiori sensui sancti Ioãnis obiecit ac demonstrauit. Cecidit ergo Ioãnes ad pedes eius eo modo, quo Ezechiel in spiritali visione adductus in Hierusalẽ, scribit se cecidisse in faciẽ suam. Nam casus iste in spiritu fuit, videlicet imaginariè, quemadmodũ supra Ioannes ait, Fui in spiritu in dominico die. Voluit autem Ioannes angelo reuerentiam exhibere, tanquam superiori in natura & gloria pro tunc. Ideo subditur [*Vt adorarem eum*] non adoratione latriæ, sed duliæ, per quam proximis honorem impendimus. Item, vt gratiarum actionem angelo exhiberet pro beneficio propheticæ illustrationis. Hoc modo Iosue legitur angelum adorasse. [*Et dixit mihi, Vide*] id est attende & caue [*Ne feceris*] quod cœpisti. [*Conseruus tuus sũ & fratrum tuorum*] spiritalium. s. Christianorum [*Habentium testimonium Iesu*] id est dona gratiæ per quæ ostenduntur esse famuli Christi, seu opera virtuosa eorum quoque qui verbo & operè testimonium perhibent Christo. Sed núnne Ioannes bene fecit procidendo, & venerari volendo? Cur ergo prohibitus fuit? Et respondendum, quòd vtique bene fecit: angelus tamen propter maius bonum id fieri non permisit, puta ex humilitate, & propter eminentiam dignitatis ac sanctitatis tanti Apostoli: potius tamen propter dignitatẽ ac reuerentiã humanæ naturæ à verbo assumptæ. Et in hoc docetur, quantũ per vnigeniti filij dei incarnationẽ dignificata sit humana natura, seu omne genus humanũ: quia post incarnationem verbi, angeli ab hominibus renuũt adorari, qui super hominẽ deũ adorãt, quod in veteri testamento non renuerunt. Non ergo negligamus nosipsos, nec gratiam dei paruipendamus, ne grauiori dãnationi efficiamur obnoxij. [*Deũ adora*] cultu latriæ, quæ est virtus deo cultũ cæremoniámque impendens. [*Testimonium enim Iesu est spiritus prophetiæ*]. i. spiritum seu gratiam prophetalẽ habere, signũ ac testimoniũ est quòd homo sit Christi & seruus eius: non quia semper sic est, cũ gratia prophetiæ sit gratia gratis data, quæ potest bonis ac malis esse cõmunis: sed quia vt frequẽter, sic est. prophetia nanq; verè ac propriè dicta, nõ est nisi à spiritu sancto: nec datur cõmuniter, nisi dispositis ad illuminationẽ diuinã. s. virtuosis. propter quod princeps apostolorũ in sua secũda ait canonica, Non voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati, loquuti sunt sancti dei homines. Potest quoque ita exponi, Testimonium Iesu est spiritus prophetiæ, id est quicquid per spiritum propheticum prædixerunt prophetæ, aliquo modo testimonium perhibet Christo. Propter quod loquitur Petrus. Hinc omnes prophetæ testimonium perhibent. Consequenter secundum Bedam agitur de futura gloria supernæ Hierusalem. [*Et vidi cælum apertum, et ecce equus albus: et qui sedebat super eum, vocabatur fidelis et verax*] In visione imaginaria, ista sic corporaliter apparebant, quorum spiritalem intelligentiam angelo edocente Ioannes mox intellexit. itaque per hoc quòd cælum sibi apertum apparuit, significabatur, quòd diuina mysteria in diuinæ mentis præscientia clausa, pandebantur Ioanni, Item quòd Ianua cæli primi parentis peccato clausa, est aperta merito Christi. Rursus ad innuendum, quòd Christus per sui auxilij exhibitionem, ac militum suorum missionem, de cælo descenderet, secundum modum subscriptum. Porrò per equum album, cuius effigiem angelus præsentauit interiori oculo sancti Ioannis, intelligitur immaculatum Christi corpus, seu natura eius humana, per quam aduersarias potestates deuicit. Super quàm Christus secundum naturam diuinam sedebat, id est eam in omnibus dirigebat & ei in singulis præsidebat. Qui vocatur fidelis, implens quod spopondit, & verax: secundum quod ait, Ego sum via, veritas, & vita [*Et cum iustitia iudicat*] Nam secundum quod homo, constitutus est iudex viuorum ac mortuorum: nec sine æquitate, sed iustissimè cuncta discernit [*Et pugnat*] suis bellatoribus dando præliandi ac prævalendi doctrinam ac potestatem. quibus & angelos in auxilium mittit, de quo ait Psalmista, Benedictus dominus deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Denique, vt Moses ait, dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius. [*Oculi autem eius sicut flamma ignis*] quia aspectus eius erit terribilis reprobis. Nam quia in equo quasi aduersarios expugnaturus apparuit, igneum atque terribilem prætendebat ad impios visum. Ideo etiam oculi eius vt flamma ignis, quia interiores oculi animæ eius sunt lucidissimi, ita quòd omnia cernunt. Vel oculi eius dicuntur dona spiritus sancti. Sicut supra de ipso dixit Ioãnes, quòd habet oculos septem, qui sunt septem spiritus dei. Qui ignis flammæ meritò comparatur. Ignis nanque illuminat & accendit, rubiginem tollit, duritiam ferri emollit, frigida calefacit, liquida quoque consolidat. Sic dona spiritus sancti inflammant ad dilectionem dei & proximi, illuminant ad cognitionem veri & falsi, boni & mali: consumunt rubiginem peccati, emolliunt duritiam animi, corda frigida calefaciunt, fragiles mentes confortant [*Et in capite eius diademata multa*] id est vniuersale dominium super cælum & terram: secundum quod ait, Data est mihi potestas in cælo & in terra: seu multi triumphi, vel multitudo sanctorum qua cingitur. [*Habens nomen scriptum*] id est sic inditum atque conueniens [*Quod nemo nouit*] id est planè comprehendit [*Nisi ipse*] Hoc est nomen de quo ait Apostolus, quod dedit ei pater, nomen quod est super omne nomen: quo in vna persona verus deus & verus homo vocatur. Quod nomen nominatum, scilicet res ipsa secundum id quod diuinitatis est, incomprehensibile est omni menti creatæ, loquendo de plena comprehensione, qua aliquid cognoscitur tam perfectè, sicut ex sua natura cognoscibile existit. Porrò in eo quod ait, quòd nemo nouit nisi ipse, non excluduntur pater & spiritus sanctus. In his enim quæ absolutè deo conueniunt, quod de vna persona dicitur, de aliis quoque duabus intelligi datur. Sicut cum filius ait ad patrẽ. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Et iterum, Nemo nouit patrem, nisi filius, &c. Et cum ait Apost. Quæ sunt dei, nemo scit nisi spiritus dei. [*Et vestitus erat veste aspersa sanguine*] id est corpore, proprio sanguine tempore passionis rubricato. Vel in tali veste apparuit, ad insinuandum quòd impios occidere venit. De

Eze.44. Apoc.1. Iosue.5. 1.Petri.2. Actu.10. 1.Cor.5. Ioan.14. Psalm.144. Exod.15. Apoc.5. Matth.28. Philip.2. Ioan.18.

veste autem præfata scriptum est apud Esaiam, Quare rubrum est indumentum tuum? [*Et vocabatur nomen eius verbum dei*] id est vnigenitus patris æterni. Est enim verbum æternum, quod pater seipsum intelligẽdo intra se inuariabiliter profert. De quo scriptum est, In principio erat verbum. [*Et exercitus qui sunt in cælo sequebantur eum*] quod de ciuibus ecclesiæ triumphantis regem suum comitantibus accipi potest. Cũ venim Christus venerit debellare Antichristũ cum suis, descendent angeli sancti, & Christi imperium contra impios exequentur. Rursus intelligi potest de fidelibus Ecclesiæ militantis, qui per vias præceptorum, & semitas consiliorum, Christum sequũtur. De illis verò potissimè sumitur, qui tempore Antichristi erunt constantes, & in virtute Christi, Antichristo vsque ad mortem resistent [*In equis albis*] id est mundis seu castis corporibus. Quoniam scient vas suum possidere in sanctificatione, & ab omni inquinamento animæ & carnis se emundabunt. Si autem de ciuibus triumphantis Ecclesiæ exponatur, per equos albos intelligendi sunt sancti viatores: quibus illi præsidebunt, & opem impẽdent [*Vestiti byssino albo, mundo*] id est iustificationibus suis, sicut expositum est. Vnde & scriptum est, Sacerdotes tui induantur iustitiam. Et sanctus Iob, Iustitia, inquit, indutus sum [*Et de ore ipsius procedit gladius acutus*] id est iudicialis sententia, & increpatorius sermo. Sicut supra plenius expositum est. [*Vt in ipso percutiat gentes*] id est Gentiliter, carnalitérque viuentes reprehendat, reprobet & condemnet [*Et ipse reget eas in virga ferrea*] id est rigorosa iustitia, impœnitentes dirigendo in finem eis debitum, scilicet damnationem æternam. Pœnitentes autem in hac vita disciplinando. Hoc in secundo psalmo de Christo constat prædictum. [*Et tanquam vas figuli confringentur*] id est electæ & pœnitentes salubriter frangent, & abnegabunt seipsas amittendo quod erant per culpam. Prout Salomon ait, Verte impios & non erunt. Aliæ autem confringentur, in anima & corpore pereũtes. Istud implebitur etiam tempore Antichristi, quando Iudæi conuertentur ad dominum, & alij multi, saltem Antichristo occiso [*Et ipse calcat torcular vini furoris iræ dei omnipotentis*] Torcular quandoque vocatur congregatio recentium fructuũ: interdum locus vbi, seu instrumentum per quod vinum exprimitur: interdum supplicium per modum torcularis premens & opprimens. Secundum hæc, verba ista diuersimodè exponũtur. Si enim torcular exponatur pro pœna, sensus est, quòd Christus calcat torcular, id est mortem superauit. Nam moriendo pro nobis mortem æternam abstulit & destruxit: iuxta quod per Oseam protestatur, Ero mors tua ô mors, morsus tuus ero, inferne. Mortem quoque temporalem in seipso tertio die resurgens deuicit. Hæc autem mors seu pœna æterna est vinum furoris iræ dei, id est retributio à diuina iustitia hominibus pro suis peccatis, vel primi parentis originali peccato instar poculi propinata. Secundum hãc expositionem loquitur Christus apud Esaiam, Torcular calcaui solus. Si verò sumatur torcular pro loco supplicij seu pressuræ, designat hoc loco infernum: quem Christus calcat demergendo in eum ac conculcando iniustos. Estque torcular hoc, vinum iræ dei, id est locus pœnalis pro peccato inflictus. Demum si torcular sumatur pro instrumento premendi, sensus est, quòd ignem inferni impiis superducit: iuxta quem modum scriptum est, Torcular calcauit dominus virgini filiæ Iuda. Furor autem & ira in deo omnipotente, non passionem aut mentis commotionem, sed æquitatis rigorem, & vltionis acerbitatem designat [*Et habet in vestimento & in femore suo scriptum, Rex regum et dominus dominantium*] Per vestimentum Christi iam significata est eius humanitas, seu caro verbo vnita. Per femur verò Christi, spiritalis eius fœcunditas, qua multos genuit seu conuertit, videlicet perfectio suæ virtutis, sanctitatis & charitatis signatur. De quo ait Psalm. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissimè. Itaque sensus est, quòd in Christi humanitate & corpore indelebiliter demõstratur, quòd ipse sit rex regum & dominus dominantium. Nam & humana eius natura prælata est omni creaturæ, & per eam omnipotentiam suam ostẽdit in miraculis, & saluatione humani olim perditi generis. Similiter in fœcunditate eius, qua mũdum spiritaliter regenerauit, idem ostẽditur, Berengandus & Beda per vestimentum Christi intelligunt electorum ecclesiam: iuxta illud in Esaia, Omnibus his quasi ornamento vestieris. In quibus declaratur, quòd Christus sit rex regum & dominus dominantium. Albertus per vestimentum intelligit Christi humanitatẽ, vt à verbo assumptam: per femur verò eãdem, vt à patribus propagatã [*Et vidi vnum angelum stantem in sole, et clamantem voce magna omnibus auibus, quæ volant per medium cæli*] ita in imaginaria visione apparebat Ioanni. Per angelum istũ designatus est ordo seu cœtus prædicatorum, qui in fine mũdi prædicabit, quę subsequũtur. Vel angelicus spiritus, qui tunc alloquetur electos. Angelus iste stetit in sole, quoniã prædicatores illi fixi erũt in Christo sole intelligentiæ atque iustitiæ. Vel in sole, id est in eminenti splendore sapientiæ. Per aues verò significãtur fideles ad cælestia se leuantes: quæ pennis virtutum, oratione & contemplatione, volant per medium cæli, id est per totam ecclesiam, vel per patriam beatorum, cælestiũ ciuium ordines, mansiones & gaudia speculantes, & cõuersationem in cælo illo habentes [*Dicens, Venite congregamini ad cœnam magnam dei*] id est ad cœnam nuptiarum agni de qua dictum est iam, hoc est ad refectionem patriæ festinate [*Vt manducetis carnes regum, et carnes fortium, et carnes equorum*] id est inferiorum [*Et sedentium in ipsis*] id est præsidẽtium in ipsis. Hoc est, Venite ad patriam, vt de impiorum iusta punitione delectetur ac reficiatur mens vestra zelo iustitiæ: & quia tantum supplicium euasistis. Vn de scriptum est Esaiæ sexagesimo sexto, Egredientur (scilicet electi) & videbunt cadauera virorum, qui præuaricati sunt: & erunt vsque ad satietatem visionis omni carni. In reproborum quoque damnatione elucebit sapientia dei, quæ inordinationem culpæ instaurat per ordinationem pœnæ. Præterea vt apparet, locus iste potest intelligi de comestione corporum occisorum ab auibus cæli aërei, eorum videlicet qui Christi virtute eum Antichristo subitò occidẽtur. De quo Ezechielis trigesimonono plura leguntur. Sicque quod ibi intelligitur per victimã quam deus dicit se auibus immolare, intelligeretur hęc cœna secũdum metaphoram quandam. Cõsequenter prædicitur prælium Antichristi cõtra Christum [*Et vidi bestiam et reges terræ*] scilicet Antichristũ, & ei credentes [*Et exercitus eorum congregatos ad faciendũ*]

Esa.63. Ioan.1. 2.Tim.4. Psalm.131. Iob.29. Prou.12. Osæ.13. Esa.63. Tren.1. Psalm.2. Esaiæ.49. Philip.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prælium cum illo, qui sedebant in equo] id est contra Christum, sicut expositum est [ET *cum exercitu eius*] id est contra fideles in fide constantes. Pugnabunt autem contra Christum eius fidem & cultum destruendo, ciúsque membra persequendo, & occidendo. Ista præuidit Ioannes in spiritu [ET *apprehensa est bestia*] id est Antichristus Christi virtute conteretur, dicente Apostolo, Quem dominus Iesus interficiet 2.Thes.2. spiritu oris sui [ET *cum illa pseudopropheta*] id est cœtus prædicatorum Antichristi, vel aliquis prædicator eius præcipuus [QVI *fecit signa coram ipsa*] id est in beneplacito seu præsentia Antichristi [*quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestiæ*] id est conformitatem vitæ Antichristi [ET *qui adorauerunt imaginem eius*] id est statuam seu imitatores Antichristi, De his prædicatorum Antichristi miraculis & adoratione imaginis eius, & eius charactere superius dicta sunt plura, idcirco pertrãseo] *viui missi sunt hi duo*] scilicet Antichristus & pseudopropheta ipsius [*in stagnum ignis sulphure ardentis*] id est diuina plaga occisi, mox cum impetu ruent in tartara: quasi si viuentes repentè absorberentur à terra, & caderent in infer- Num.16. num. Sic enim Dathan & Abyron viuentes in infernum descendisse dicuntur: quamuis morerẽtur, antequam illuc venirent, secundum doctores [ET *cæteri*] Antichristo adhærentes minus rei & impij [*Occisi sunt in gladio sedentis super equum*] id est Christi imperio perierunt. Multi enim eorum subitò morientur ac damnabuntur [ET *omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum*] secundum sensum nunc præinductum. Sic enim saturabuntur, quomodo manducabunt. Loquitur autem Ioannes more prophetico de futuris tanquam præterito, propter certitudinem propheticæ denunciationis.

Expositio cap. xx. [ET *vidi angelum.*] Artic. xxi.

Esa.14. Ioan.12. INalem damnationem diabolo, scilicet proiectionem eius in tartara, volẽs author plenius atque distinctius elucidare: primò ostendit qualiter victus, ligatus atque damnatus est à Christo in primo eius aduentu. Denique secundum Berengandum, triplex ponitur damnatio dæmonis. Prima, quando ob suam superbiam de cælo proiectus est. Secunda, quãdo per Christi passionem perdidit genus humanum, & religatus est in abyssum. Tertia, quando in infernum cum omnibus suis æternaliter cruciandus mergetur [ET *vidi angelum descendentem de cælo*] Angelus iste Christum designat, cuius à summo cælo fuit egressus, quando per incarnationis mysterium descẽdit de sinu patris in vterum virginis [*Habentem clauem abyssi*] id est potestatẽ claudendi quos vult in inferno, & eripiendi seu retrahendi de eo. Vel clauis abyssi est potestas ligãdi & solu- G endi diabolum, qui nihil valet nisi permissus à Christo. Intellectus autem verbi huius, plenius patet ex his quæ in expositione superiorum scripta sunt, scilicet super id, Habeo claues mortis & inferni [ET *catenam magnam in manu sua*] Catena ista quam habet in potestate sua Saluator, est multitudo electorũ suorum sibinuicem instar ansarum per charitatem, ordinem, gradus, atque officia pulchrè cõnexa: aut certè ineuitabilis sua potestas, cuncta cõstringens. [ET *apprehendit draconem serpentem antiquum, qui vocatur diabolus & Satanas, et religauit eum per mille annos*] Hoc fecit Christus, quãdo per suam dignissimam passionem eripuit genus humanum à potestate diaboli, eiúsque potestatem restrinxit, compescuit, de innumerabilium hominum cordibus expulit: per sacramenta quoque ecclesiæ virtutem diaboli vehementer minuit & ligauit. Porrò per mille annos, ob huius numeri perfectionem, totum euangelicę legis tempus exprimitur, per quod ista durat ligatio: nisi quòd tempore Antichristi tribus annis cum medio plus solito sæuiet, sicut infra dicetur. [ET *misit eum in abyssum*] scilicet in infernum, teterrimũ, profundissimum, turbulentum. Vel in corda tenebrosa reproborum, eorum potissimè qui persequebantur ecclesiam. In quibus licet & antea fuerit, tamen tunc missus fertur in ea permissiuè à deo, quia tunc magis quàm ante regnauit in eis. Hinc passione imminente Christus perhibuit, Nunc princeps huius mundi eiicietur fo- Ioan. 12. ras. Magis autem videtur missio ista de proiectione eius in infernum intelligenda, propter verba sequentia [ET *signauit super illum*] id est signum reclusionis adhibuit virtute signaculi crucis, prohibens illum egredi ante tempus præfinitum [*Vt non seducat amplius gentes, donec consumentur mille anni*] id est tem- H pus durationis Euangelicæ legis vsque ad Antichristi aduentum. Ideo sequitur, [*Et post hoc oportet illum solui modico tempore*] quo Antichristi persequutio defæuit & durabit. Præterea constat, quòd Christus suæ passionis virtute non misit neque ligauit dæmones vniuersos in inferno: cùm certum sit, homines à dæmonibus indesinenter tentari. Si ergo religatio ista de inferno exponatur, per diabolum, non tota diabolorum caterua, sed aliqua pars eorum fortè crudelior erit intelligenda. Et aliqui dicunt per diabolum de quo nunc sermo, primum illum apostatam dæmonum principem accipiendum, à quo affir- Matth. 4. mant Christum tentatum, & illum à Christo in infernum retrusum ac vinctum, donec Antichristus na- Marc. 1. scetur: quem, vt asserunt, diabolus iste intrabit ac diriget. Si autem per diabolum, de quo nunc mentio, Lucę. 4. intelligatur quicunque spiritus malignus hominúmque tentator, & per abyssum accipiãtur impia peccantium corda: tunc quod ait scriptura hæc, vt non seducat amplius gentes, intelligendum est de gentibus prædestinatis. Vel, vt non seducat eas tot modis támque copiose, vt ante. Verùm repressio ista diaboli tempore persequutionis Antichristi cessabit, quia tunc eius potestas magis soluetur ac prævalebit quàm ante. Non tamen putandum est, quòd diaboli permittentur tunc hominibus quantùm si permitterentur possent nocere. Quia si hoc, quis posset euadere, aut in vita corporali manere? Tunc ergo oportebit diabolum solui, vt impleantur scripturæ, & quia id deus prædixit, & quia electis hoc vtile erit ad gloriam ampliorẽ. Aduertendum quoque, quòd diabolus nũc pluribus nominibus expressus est. Nempe, vt Beda testatur, draco vocatur propter nocẽdi malitiam, serpens propter nocendi astutiam, diabo-

A lus ob status sui casum. Diabolus enim deorsum fluens interpretatur. Satan, ob instantiam seu obstinationem aduersandi domino & electis eius. Et, vt scribit Albertus, quantùm ad illos qui peccant ex infirmitate, dicitur draco propter violentiam tentationis: quantùm ad illos qui peccant ex ignorantia, dicitur serpens, propter astutiam deceptionis: quantùm ad illos qui peccant ex certa malitia, diabolus, quasi deorsum fluens per malitiam: quantùm verò ad bonos, dicitur Satanas, quoniam illis iugiter aduersatur. Consequenter agitur de liberatione & gloria electorum, quæ dæmonis ligationem sequutæ sunt [ET *vidi sedes, & sederunt super eas, et iudicium datum est illis*] Per sedes has primò intelligi possunt mansiones cælestes, & throni glorioſi, in quibus animæ sanctorum sunt collatæ dominicæ passionis merito & virtute: quibus data est iudicandi potestas cum Christo, cuius dono etiam nunc frequenter aliqua iudicant, faciendo mirabilia in hoc mundo, suis cultoribus succurrendo, dæmones ab obsessis corporibus eiiciendo, atque miracula varia peragendo. Secundò, per sedes intelliguntur mansiones, dignitates, authoritates ecclesiæ, in quibus superiores residẽt, & prælati: quibus datum est iudicium discretionis ac sententiationis de actibus inferiorum, potestas quoque ligandi & soluendi peccata. Insuper Ioan. 1. vidi [ET *animas decollatorum*] id est occisorum, [*Propter testimonium Iesu, et propter verbum dei*] id est prædicationem, vel Iesum qui est verbum dei secundum naturam diuinam, [QVI *non adorauerunt bestiam, neque imaginem eius, et qui non acceperunt characterem eius in frontibus et in manibus suis*] Quamuis Apo.13. 16
B iam sæpe per bestiam intellectus sit Antichristus, & per imaginem eius statua vel imitatores ipsius: nũc tamen per bestiam & imaginem eius intelligi videntur hi qui eius figura fuerunt, & in typo ipsius præcesserunt, videlicet falsi dij, qui se hominibus colendos & adorandos exhibuerunt. Vnde & martyres, qui pro Christo mori maluerunt quàm idola adorare, seu impios homines colere, dicuntur non adorasse bestiam nec imaginem eius, nec characterem eius, id est criminis imitationem & notam, seu signum quod pertineret ad eum, accepisse in frontibus, id est in confessione aperta, neque in manibus, id est in operibus suis. Potest quoque per bestiam dæmon intelligi, qui in idolis adoratur. Huic autem expositioni arbitror consonare, quod de Antichristo scribit Apostolus secunda ad Thessalonicenses secundo: quia mysterium nunc operatur iniquitatis. Est etiam modus loquendi, vt vnum similium alterius nomine exprimatur, & qui aliquid facit æquiualenter, sic facere illud asseritur, ac si formaliter faceret illud [ET *vixerunt*] animæ istæ vita gloriæ [*Et regnauerunt cum Christo*] in patria, quemadmodum ait Apostolus secundæ Corinthiorum quinto, Scimus, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis soluatur, quòd ædificationem habemus ex deo, domum non manufactam æternam in cęlis. Et Christus in Euangelio Ioannis decimoseptimo, Volo pater vt vbi sum ego, illi sint mecum, vt videant claritatem meam [*Mille annis*] id est omni tempore nunc currenti vsque ad resurrectionem futuram. Per
C determinatum etenim numerum annorum, indeterminatus numerus designatur: sicut cùm dicitur in psalmo centesimo quarto, Memor fuit testamenti sui, verbi quod mandauit in mille generationes [ET *cæteri mortuorum*] id est mortui ad numerum electorum, societatémque martyrum non pertinentes [NÕ *vixerunt*] vita naturali, corporali, humana [*Donec consumentur mille anni*] id est vsque ad finem mundi, seu diem iudicij, quando resurgent & viuent in corpore ad maiorem sui miseriam [HÆC] scilicet, vita gloriæ animarum sanctarum cum Christo in patria [EST *resurrectio prima*] quia præcedit illam, qua corpora sua resument. Et item vita hæc dicitur resurrectio prima, quia per eam ab hac misera vita, quæ comparatione illius vitæ vmbra mortis & mors nuncupatur, eriguntur: & homo sanctus hîc moriens, ibi in patria viuere incipit melius atque fœlicius. Sicque à morte naturæ, qua cecidit corpore, resurgit pertingendo ad vitam gloriæ, qua viuit in mente. Quidam autem per primam resurrectionem, intelligunt resurrectionem spiritalem: qua homo per baptismum & pœnitentiam resurgit à morte culpæ, prout monet Apostolus ad Ephesios quinto, Surge qui dormis, & exurge à mortuis. Quibus obiicit Berengandus quod subditur, [*Beatus et sanctus, qui habet partem in resurrectione prima. In his mors secunda non habet potestatem*] In his mors secunda non habet locum. Multi enim post baptismum, pœnitentiámque peractam, peccant & pereunt. Itaque beatus est in re & sanctus, quia omni labe peccati carens, & confirmatus in bono, qui habet partem, id est cõsortium in resurrectione prima, id est in animarum beatificatione. In his mors secunda, id est damnatio vltimata, non habet potestatem: quia de sua æterna fœlicita-
D te securæ sunt [*Sed erunt sacerdotes dei et Christi*] id est patris ac filij, nec dubium quin & spiritus sancti. Beati nanque in patria seipsos perfectissimè offerunt deo, & inacceſsibilem gloriæ hymnum (quod est sacrificium laudis) perfectè decantant superbeatissimę trinitati [ET *regnabunt cum Christo mille annis*] Psalm. 49. id est vsque ad resurrectionem corporum, beatificati in spiritu. Et dehinc cum corpore & anima pariter glorificatis regnabunt cum eo in sempiternum. [ET *cum consummati fuerint mille anni*] id est circa finẽ temporis, quod currit à principio Euangelicæ legis vsque ad terminum eius [*Soluetur Satanas de carcere suo*] id est abyssо, vbi nunc relegatus & missus descriptus est [ET *exibit*] Vnde apparet quòd per abyssum non propriè intelligantur corda reproborum: quia de illis Satanas non exibit tempore Antichristi, imò ea tunc tenacissimè possidebit, & per ea tanquam per vasa instrumentáque sua electos grauissimè persequetur. De inferno itaque tunc primus apostata egredietur, cum crudeliori sua phalange, [ET *seducet gentes quæ sunt super quatuor angulos terræ*] id est in quatuor plagis terræ multos de omni natione ac populo fallet per Antichristum, & prædicatores ipsius eorúmquem signa, hypocrisim & doctrinam, prosperitatem, dona, comminationes & persequutiones. Et hę gentes sunt [*Gog et Magog.*] Secundum interpretationem nominum horum. Gog enim interpretatur tectum, per quod quidam intelligũt Antichristũ, qui erit velut tectum seu habitaculum dæmonum. Alij per Gog eos intelligũt, qui tunc malitiam suam tegentes, iustos se simulabunt. Magog verò interpretatur de tecto, per quod quidam accipiunt exerci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum Antichristi,de quibus velut de tecto ipse impugnabit fideles. Alij per Magog eos specialiter intelligunt qui de tecto cordis sui egredientes, in manifesta peccata prosilient. Veruntamen agnoscendum, E
Eze.38.39. quòd de Gog & Magog plura apud Ezechielem scripta sunt,& ibidem varios modos loquendi de Gog & Magog ex verbis Hieronymi, Augustini, & aliorum expositorum recitaui, quos hîc resumere esset prolixum. Quidam autem per Gog & Magog intelligunt decem tribus. Alij Getas, & Messagetas, alij gentes Scythicas innumerabiles & immanes. Veruntamen Augustinus vigesimo de ciuitate dei satis rationabiliter ex præsenti ostendit scriptura, quòd per Gog & Magog non designentur aliquæ determinatæ gentes, in aliqua parte terrarum constitutæ: toto nanque orbe terrarum significati sunt esse, cùm dicitur,seducet gentes quæ sunt super quatuor angulos terræ, eásque subiecit esse Gog & Magog [Et *congregabit eas in prælium*] contra fideles. Non tamen vniuersæ gentes illæ erunt corporaliter adunatæ,sed multi erũt eorum exercitus in quatuor angulis terræ,quæ omnes vno animo inuadent ecclesiam, sicut sequẽtia verba declarant[*Quarum numerus est sicut arena maris*]id est innumerabilis erit illarum gentium multitudo [Et *ascenderunt super latitudinem terræ, et circuierunt castra sanctorum,*] id est acies Christianorum seu ipsos fideles,virtutibus contra inuisibiles atque visibiles hostes armatos, & charitate conIunctos. Loquitur autem Ioannes de futuro tanquam præterito, propter certitudinem veritatis. Quasi dicat, Tam verum & certum est,quod dico ac si nunc esset impletum. [Et *ciuitatem dilectam*] id est eccle F
siam, quæ est castra sanctorum. Toto enim orbe terrarum ecclesia tunc ab incredulis illis cingetur & inuadetur. Ecclesia autem militans est ciuitas deo, & Ecclesiæ triumphanti charissima. Quidam verò per ciuitatem dilectam, intelligunt ipsam Hierusalem in Iudæa:quam tunc asserunt à Christianis inhabitandam,& ab Antichristo ac suis specialiter impugnandam. [Et *descendit ignis de cælo,et deuorauit eos*] id est diuina plaga Antichristum,& multos de adhærentibus ipsi consumet, &, vt quidam dicunt, fulminabuntuur [Et *diabolus qui seducebat eos,*]scilicet gentes præfatas [*Missus est in stagnum ignis et sulphuris*] id est in lacum & puteum tartarei, callidissimi & fœtidissimi ignis. Tunc enim omnes diaboli peracto iudicio in infernum mergentur, nec amplius egredientur [*Vbi bestia et pseudopropheta*] id est Antichristus,& ordo seu cœtus prædicatorum eius [*cruciabuntur die ac nocte*] id est sine cessatione [*in secula seculorum*] id est æternaliter. Non itaque finietur pœna inferni. Consequenter de finali iudicio & resurrectione mortuorum secunda seu corporali breuiter tractat sanctus Ioannes [Et *vidi thronum magnum candidum et sedentem super eum*] In visione imaginaria apparuit Christum omnium iudicem, sedere in solio iudiciali sublimi ac splendido, ad insinuãdum huius iudicis maiestatem. Iuxta quem sen-
Esa. 6. sum loquitur Esaias, Vidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum. Et per thronum hunc designatur ecclesia,tam militans quàm triumphans. Vtrique enim præsidet Christus. Et sicut ec- G
clesiam militantẽ regit,eam per dona gratiæ ad finem vltimum dirigẽdo:sic gubernat & triumphantem, eam per dona gloriæ in fine vltimo iam adepto inauertibiliter conseruando [*A cuius conspectu*] id est imperio atque præsentia [*Terra fugit et cælum*] id est à modo seu qualitate suæ existentiæ recedent, quia
Apoc. 21. mutabuntur in melius. Sicut in principio sequentis cap. plenius est dicendum [Et *locus non est inuentus ab eis*] id est ipsa amplius non comparebunt, videlicet eo modo & statu & forma accidentali,in quibus
Matth. 23. nunc sunt [Et *vidi mortuos magnos et pusillos*] eos scilicet qui mortui fuerunt,& tunc suscitati erunt ac
Ioan. 5. viui [*Stantes in conspectu throni*] id est coram iudice Christo, secundum quod ipse prædixit. Cùm se-
1.Corin. 5. derit filius hominis in sede maiestatis suæ, tunc congregabuntur ante eum omnes gentes. Et item, Veniet hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient. Apostolus quoque ait, Oportet nos omnes manifestari ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque prout gessit [Et *libri aperti sunt.*] Isti sunt libri conscientiarum, qui sunt ipsæ conscientiæ,secundum quod in eis merita vel demerita continentur atque leguntur. Qui tunc aperientur,quia tunc conscientiæ singulorum singulis innotescent, ita quòd vnusquisque merita vel demerita omnium aliorum cognoscet:vt dei iudicium esse iustissimũ omnibus
Danie.7. declaretur. Hinc in Daniele scribitur, Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Beda per libros intelligit ve-
Auguſt. tus ac nouum testamentum: quæ tunc aperientur, quia secundum eorum scripturas iudicabitur mundus. Augustinus verò per libros apertos intelligit sanctos, in quibus mali poterunt legere seu videre bona,quæ facere debuerunt & neglexerunt. [Et *alius liber apertus est qui est liber vitæ*] liber iste est præ- H
scientia seu prædestinatio dei nunc latens: qui tunc aperiendus asseritur, quia tunc patebit ad oculum
Apoc. 3. 5. qui in ipso scripti fuerunt,& qui non, id est qui electi, qui reprobi. De libro hoc vitæ nos quidem supra diximus. Cæterum Augustinus per librum istum intelligit vim diuinam, qua fiet vt vnicuique sua
Auguſt. facta monstrentur ac pateant,ita quòd se iustè damnari vel saluari conspicient. [Et *iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris*] conscientiarum suarum seu scripturarum. Magis autem iudicabuntur secundum cordium suorum affectiones, intentiones, & cogitatus, quàm secundum opera exteriora. In illis siquidem magis immediatè & propriè ratio meriti & demeriti,seu virtutis vitiique,consistit [Et *mare dedit mortuos suos, qui in eo erant*] id est qui in mari submersi fuerunt. Vel in seculo isto, quod per mare intelligi solet, sepulti seu resoluti fuerunt, inde consurgent. Cineres enim ex suis locis colligentur, & in corporis formam redigentur [Et *mors et infernus dederunt mortuos suos*] id est diabolus author mortis, cuius inuidia mors intrauit orbem terrarum. Et carcer tartareus animas ibi detentas ad ingrediendum corpora exhibebunt, siue dimittent. Terra autem,mare & infernus dabunt mortuos suos, id est materialiter quasi præbebunt. Per mortem quoque videtur posse intelligi ignis conflagrationis, quo tunc viuentes interficientur, moxque resurgent. Hæc autem resurrectio ante iudicium fiet, quamuis hîc per epilogum quendam post descriptionem iudicij describatur. Scriptura nanque non semper seruat ordinem rerum gestarum seu gerendarum [Et *iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum*] intel-

A ligendo per opera quemlibet actum,etiam interiorem & loquutionem. Ex ore enim tuo(ait scriptura) iustificaberis, & ex ore tuo cõdemnaberis[Et *infernus*]id est omnes reprobi,ad inferni habitaculum per- Matth.2.
tinentes. Solent enim per locum habitatores eius intelligi[*Et mors*]scilicet ignis cõflagrationis,qui eos in infernum ructes inuoluet,& simul cum eis descendet, quantùm ad id quod in ipso caloris est ac fumositatis,secũdum Basilium. Vel mors,id est diabolus,cum angelis suis apostatis[*Missi sunt in stagnum ignis*] id est in infernalem puteum igneum ac sulphureum proiicientur:Christo dicente,Ite maledicti in ignẽ æternum.[Hæc]scilicet æterna damnatio & infernalis calamitas[*Est mors secunda*]grauissima,planè con- Matth.23.
summata ac perhorrenda. Prima etenim mors,est mors culpæ,seu ipsum peccatũ, pro quo mors ista secunda infligitur: quam qui susceperint mortem illam quæ esse naturæ aufert optabunt: mallent etenim mori,seu prorsus nõ esse,quàm talia sustinere. Sed fugiet mors illa ab eis [Et *omnis qui non est inuentus in libro vitæ scriptus*].i.in diuinæ mẽtis prædestinatione cõtentus[*Missus est in stagnum ignis*] videlicet omnes reprobi homines. Quod tamen intelligendũ est de his, qui in mortali vitio decesserunt. Infantes enim nõ baptizati non punientur ab igne:sed erunt in lymbo puerorum. Sicque per infernũ intelligi possunt angeli principis tenebrarũ:per mortem princeps eorum:per nõ scriptos in libro vitę homines impij. Ista metuẽda sunt magis quàm exponenda. Itaque cogitemus quàm horrẽdum sit incidere in manus dei vi- Heb.10.
uẽtis:& tanti iudicij districtionem quotidie perpendamus,timoratiq; simus. Quia tunc erunt securi,qui Auguſt.
B modò nõ sunt securi:tunc q; timebũt ac disperibunt,qui modò nõ metuunt,& negligunt miseri seipsos.

Expositio cap. XXI. [Et *vidi cælum.*] Artic. XXII.

ET *vidi cælum nouum et terram nouam.*] Postquam descriptus est status ecclesiæ, quem habet ante finale iudicium:nunc status eius describitur, quem post finale iudicium sortietur. Denique secundum Albertum,hîc incipit septima ac vltima visio huius libri:in qua ornatus sanctæ ecclesiæ,quæ sponsa est Christi, prænunciatur. Itaque ait,Vidi in spiritu cælum nouum,quod quidam exponunt de cælo aëreo,scilicet aëre innouando. Sed generaliter accipi debet,de tota cælestiũ corporum regione. Omnes enim orbes cælestes, planetæ & stellæ in fine seculi,electorum corporibus glorificatis pariter innouabuntur,& plus solito ornabuntur. Vnde hoc loco per duo ista extrema,scilicet cælum & terram simul intelliguntur & media, vtpote alia tria elementa, & quicquid cælestium corporum sub primo mobili continetur. ¶Cùm enim hæc corporalia propter hominem sint creata,illi hominis statui tunc conformabuntur,quem electi peracto ha-
C bebunt iudicio. Ideo sicut corpora electorum innouabũtur & digniores qualitates habebunt, videlicet claritatem & incorruptibilitatem:ita & elementa atque cælestia corpora tunc clariora consistent, & elementorũ mutua alteratio desinet,motus quoque cælestes cessabunt, & sol iugiter stabit in oriente,luna in occidẽte.¶Porrò,vt creditur,terra in superficie peruia erit vt vitrũ,aqua sicut crystallus,aër vt cælũ, ignis vt sydera. De quãtitate autẽ meliorationis qualitatis solis & lunæ loquitur Esaias,Erit lux lunæ,sicut lux solis:& lux solis septempliciter,sicut lux septem dierum. Quantitas verò meliorationis cælestiũ Esa.30.
orbium deo est cognita. Talis ergo status,innouatio, & melioratio erit circa hunc mundum sensibilem post finale iudicium ad gloriã creatoris,vt eius excellentia in suis declaretur effectibus:electi quoque in sensibilibus rebus,exterioribus sensibus magnificentiã Dei iucundissimè speculentur atque collaudent. Cũ igitur in scripturis legũtur corpora ista corrumpenda,desitura,seu peritura,intelligendum est quantùm ad modũ essendi,videlicet quo ad cessationem actionum,passionum & motuum. Sic nanque ait A- 1.Cor.7.
postolus,Præterit figura huius mundi. Et Psalmista,Opera manuum tuarum sunt cæli. Ipsi peribunt,& Psal.101.
omnes sicut vestimentum veterascent. Idem quoque Petrus testatur, Adueniet dies domini tanquam 1.petri.3.
fur,in quo cæli magno impetu transient, elementa verò magno calore soluentur. Nouos autem cælos, Esa.65.
& nouam terram expectamus. Itémque per Esaiam dominus ait, Ecce ego creo cælos nouos, & terram nouam. Hinc subditur,[*Primum enim cælum et prima terra abiit*]id est corpora minorata, quantũ ad pristinum statum ac modum essendi, cessabunt. Iuxta hunc sensum debemus nosipsos abnegare, relinquere,
D & veterem hominem exuere[Et *mare iam non est*]Circa quod.20.de ciuitate dei loquitur Augustinus,V- Luc.9.
trum mare maximum illo ardore ficetur,an & ipsum vertatur in melius,non facilè dixerim. Verũ si mare sumatur pro mari Oceano totam terram cingente(iuxta illud Psalmistæ,Abyssus sicut vestimentum Matt.19.
amictus eius,quomodo vtique hîc sumendum videtur)dubium nullum est, quin substantialiter perse- Ephe.4.
ueret: cũ sit vnum quatuor elementorum. Sed quantũ ad pristinum modum ac statum, non erit. Nam Psal.103.
amaritudo eius grositiésque tollentur,& remanebit in primo statu, tamen innouato ac meliorato, secundum Albertum. Si autem sumatur mare pro quocunque mari particulari per terram currente,& ex Oceano profluẽte:an sic mare manebit in pristino loco, an omnia maria huiusce modi in Oceanum reuertentur seu siccabuntur,ita quòd per terram nec maria nec flumina current, scriptum non reperi,nec de incertis certi aliquid fari præsumo. Quanquã probabile arbitrer per maria & flumina, quæ propter hominũ necessitates & cõmoda iuxta infinitæ sapientiæ dei altissimi ordinationem currunt per terram, & tunc in ea amplius non decurrent,nec erunt:& magna eorũ pars per ignem conflagrationis siccabitur [Ego *Ioannes*] cui tanquam Euangelistæ & Apostolo firmissimè est credendum,[*Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem*]id est triumphantem ecclesiam,ex angelis hominibúsque constantem. In qua est ciuiũ perfectissima vnio, & æternæ increatæque pacis dei superbenedicti consummata gustatio, splendor quoque virtutum sine omnis admixtione peccati [*Nouam*] id est per dona gloriæ innouatam, & in corpo-

Universidad de Deusto Biblioteca

ribus glorificatam. Tunc nanque animæ sanctæ habebunt corpora impasibilia, agilia, clara, atque subtilia [*Descendentem de cælo*] quia tunc omnes beati descendent cum Christo ad iudicij locum, & animæ sanctæ ad sua corpora resumenda. Quia tamen modò nõ agitur de iudicio illo, sed statu ipsum sequente, aptius fertur ciuitas ista de cælo descendere, quia ab eo qui præsidet cælo exoritur & descendit, inde dona gloriæ sortiendo. Quemadmodum Iacobus ait, Omne donum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum. Quod non de corporali descensu, sed de emanatione ac dependenria, est sumendum. Rursus descendit de cælo, quoniam per reuerentialem timorem, à diuinæ magnitudinis contemplatione in propriam descendit paruitatem: atque per humilitatem nõ sibi, sed deo attribuit gloriam, cui se summa humilitate prosternit ac subdit, [*A deo paratam*] .i. donis gratiæ in præsenti decoratam atque disposítam ad beatificos diuinitatis amplexus [*sicut sponsam ornatam viro suo*] Nam sicut sponsa sponso seu viro, ita Ecclesia Christo ornabitur. Vnde ad innuendum quòd Ecclesia tunc Christo vsque ad satietatem per fœlices amplexus iungetur, & à Christo summè implebitur, atque fœcundissima reddetur, potius dicit sicut spõsam ornatã viro suo, quàm sponso suo. Iam enim est sponsa, per fidem & dilectionẽ illi coniuncta: tunc verò vxor consistet [*Et audiui vocem magnam de throno dicentem.*] Vox ista fuit angelica, tubalis, sonora, affectuosè prolata, & magnæ rei indicatiua: quam angelus in interioribus sensibus sancti Ioannis formauit, & in visione imaginaria videbatur sibi de throno maiestatis diuinæ egredi: quia & angelus eam proferẽs, ciuis fuit cæli empyrei [*Ecce tabernaculum dei cum hominibus*] Per tabernaculum dei quidam intelligũt Christi humanitatem, quę fuit diuinitatis templum, vt sit sensus, Ecce tabernaculum dei, id est Christi humanitas, nunc est & æternaliter erit cum hominibus, sanctis scilicet & electis, in eadem cum illis gloria permanendo. Alij per tabernaculum intelligunt Ecclesiã. Sed cùm homines sancti sint Ecclesia, non apparet propriè dictum quòd Ecclesia erit cum hominibus: nisi intelligatur quòd Ecclesia quæ dudum iam fuit triumphans, de cætero tunc erit cum hominibus electis: qui vsque ad finem mundi, in hoc mundo militantes fuerunt, & tunc ad supernorum ciuium consortium assumentur. Potest itaque sic exponi, Ecce tabernaculum, id est habitatio dei, seu locus cælestium delitiarum in quo habitat deus, scilicet empyreum cælum, erit perpetuò cum hominibus, qui tunc omnes simul ascendent ad patriam, quam nunquam amittent [*Et habitabit cum eis*] id est per dona gloriæ in æternum cum ipsis & in ipsis manebit, sicut pater cum filiis, dominus cum ministris, magister cum discipulis, defensor in gyro suorũ [*Et ipsi populus eius erunt*] id est deo suo familiares atque charissimi erunt in quibus valde beneplacitum erit eidem: in quo scilicet populo, plenè complebitur illud Sopho. Sophoniæ, Gaudebit super te dominus in lætitia, silebit in dilectione tua, & exultabit super te in laude [*Et ipse deus cum eis erit eorum deus*] id est deus omnipotens, qui solus est verus deus, & per creationem ac generalem præsidentiam est communiter omnium deus, erit singularissimo modo deus istorum: ita quòd ei tota mente integerrimè inhærebunt, incessanter eum adorabunt, colent, laudabunt, erítque ab eis perfectè dilectus atque possessus. Vnde de re maximè chara & iugiter cogitata dicitur: quòd sit deus taliter eam amantis & cogitantis [*Et absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum*] perfecta enim beatitudo omnem excludet ab eis miseriam, omnem mali admixtionem, omnem pœnam, & occursum contrarium [*Et mors non erit vltra*] in eis, quia nec mors naturæ, nec culpæ neque miseriæ. In inferno quoque non erit mors naturæ, videlicet separatio animæ à corpore [*Neque luctus*] pro quacunque causa [*Neque clamor*] ex dolore proueniens, vel ex desiderio aliquid obtinendi. Erit tamen ibi secundum quosdam laus vocalis [*Neque dolor*] quia nec dolebunt dolore afflictiuo de suis peccatis [*Quæ prima abierunt*] id est mala ista pœnalia in præcedenti vita fuerunt, & finem cœperunt [*Et dixit qui sedebat in throno*] id est deus æternus, vnus & trinus, in empyreo residens cælo [*Ecce noua facio omnia*] id est terram & cælum ac corpora electorum iam innouo, melioráque facio. Et tũc noua faciet deus omnia, de quibus & Christus prædixit, Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum [*Et dixit mihi*] deus per angelum [*scribe*] hæc omnia & verba sequẽtia, vtpote [*Hæc verba fidelissima & vera sunt*] quia neminem non solũ non fallunt, verùm credentes ad summam fœlicitatem perducunt [*Et dixit mihi, Factum est*] id est nunc impletum est, quod à principio mundi de finali retributione bonorum atque malorum cœpit prædici [*Ego sum Alpha et O, initium et finis*] hoc semel dictum & expositum fuit [*Ego sitienti*] id est his qui in vita præsenti esuriunt sitiúntque iustitiam, & veram salutem desiderant: id quoque præcipuè sitiunt, vt deus in omnibus honoretur [*Dabo de fonte aquæ viuæ*] id est ex opulentia mea liberalissima & immensa, quæ omnis boni origo est, infundam dona gloriæ consummata, & ex sapientia mea fontana illi sapientię riuos immittam. Fons ergo est ipsemet deus ditissimus, & aqua viua est sapientia eius beatificans & beata. Hæc itaque dabo [*Gratis*] non sic gratis, vt sine meritis: sed gratis quãtùm ad meritorũ radicem. Quoniam gratiam gratum faciẽtem, quæ merendi est causa, sine meritis dedit: & quia vltra cõdignum remunero, & quia omnia electorũ merita, mea sunt dona. Ideo dicit Apostolus, Gratia dei vita æterna. Quod autem nõ sine bonis operibus istud præstetur adultis, docet subdendo, [*Qui vicerit, possidebit hæc*] id est qui aduersariis suæ salutis, tẽtamentis diaboli, concupiscentiis carnis, vanitatibus mundi, inordinatis motibus animi, omni quoque peccato mortali efficaciter restiterit ac prævaluertit, tãtum præmium cõsequetur. Nõ enim coronatur, nisi qui legitimè certauerit, [*Et ero illi deus*] id est singulari prouidẽtia eũ custodiam [*Et ipse erit mihi filius*] .i. valde dilectus, & per virtutes ac dona spiritus sancti specialiter assimilatus, in futuro autẽ per dona glorię plenius cõformatus. Ecce q̃ dulcia sunt omnia verba hæc, & quàm dignãter aut amorosè hortatur nos deus ad bene agẽdum, tãta bona se redditurum promittẽs. Itaque beneuolẽtiæ eius conemur esse veraciter grati. Quid autẽ nobilius q̃ esse filium dei? Hinc in sua epist. scribit Ioãnes, Nũc filij dei sumus, & nõdum apparuit quid erimus. Scimus quia cùm apparuerit, similes ei

Iacobi.1.
Esa.65.
Ioan.12.
Apoc.1.
Matth.5.
Psalm.149
Sopho.3.
Rom.6.
2.Tim.2.
1.Ioan.3.

erimus, quia videbimus eum sicuti est [*Timidis autem*] timore inordinato, mundano, carnali aut etiam puerè seruili: qui corporalia mala & damna terrena magis timẽt, quàm deum amittere & salutem: qui plus hominem verentur quàm deum, & arctam viam salutis arripere trepidant [*Et incredulis*] qui fidem non habent catholicam, sicut hæretici, pagani, Iudæi [*Et execratis*] .i. excommunicatis, seu execrabilia peccata agentibus, ac recidiuantibus, [*Et homicidis*] voluntate seu operè, Nam & qui odit fratrẽ suum homicida est secundum Ioannem [*Et fornicatoribus*] id est omnibus vitiosè concumbentibus. Nam & vehemens coniugis amator adulter est coram deo [*Et veneficis*] id est sortilegis, magis, infectoribus, maleficis [*Et idololatris*] quibus secundum Apostolum similes sunt auari, imò & omnes qui magis inhærent creaturæ quàm creatori [*Et omnibus mendacibus*] mendacio pernicioso seu consuetudine mentiendi. Nam & venialia per consuetudinem fiunt mortalia [*Pars*] id est retributio [*Illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure*] quod expauescendum est magis, quàm exponendum. Etenim quàm pauci sunt qui nulli horum subiacent vitiorum [*Quod*] scilicet pœnam hanc pati [*Est mors secunda*] id est infernalis miseria pro culpa inflicta, Vel quod stagnum est mors secunda effectiuè, quia inducit hanc calamitatem [*Et venit ad me vnus de septem angelis habentibus septem phialas plenas septem plagis nouissimis*] de angelis istis qui sint & quid designent, quid etiam per septem phialas & per septem plagas nouissimas intelligi debeat, dictum est supra [*Et loquutus est mecum*] imò intra me, sicut in imaginariis visionibus fieri solet [*Dicens, Veni*] non corporaliter procedendo, sed mentaliter aduertendo [*Et ostendam tibi sponsam vxorem agni*] Quidã hoc loco per sponsam vxorem agni, intelligunt militantem ecclesiam. Sed in sequentibus multa dicuntur, quæ ecclesiæ militanti non congruunt, sicut in prosequendo tangetur, & nunc modicè tangam. Nam de ciuitate hac sequitur, Non intrabit in eam aliquid coinquinatum. Et nox ibi non erit. Et ciuitas non eget sole neque luna. Et templum non vidi in ea. Dicendum itaque, quòd in isto loco vsque ad finem voluminis describitur status & excellentia, pulchritudo & dignitas triumphantis ecclesiæ, quæ verè est vxor christi. Nam de statu ecclesiæ militãtis & persequutionibus eius, de finali quoque iudicio & reproborum damnatione æterna dictum est supra. Nunc ergo in speciali tractatur de conditionibus Ecclesiæ triumphantis. Et sicut in principio capituli decimiseptimi vnus de septem angelis memoratis ostendit Ioanni damnationem ciuitatis diaboli, scilicet Babylonis: ita nunc perhibet vnum de septem angelis illis sibi monstrasse beatitudinem ciuitatis dei Hierusalẽ illius cęlestis [*Et sustulit me in spiritu*] .i. secundũ imaginariã repręsentationẽ & spiritalem ostensionẽ ac eleuationẽ. Iuxta quem modum ait Ezech. se translatum de Babylone in Iudæam in visionibus dei, [*In montem magnũ et altum.*] Sic enim imaginariè videbatur Ioanni. Nec tamen decipiebatur, quoniam angelo eum docente intellexit, quid imaginaria illa visio designaret. Nempe per montem magnum & altum intelligitur Christus, cui innititur ecclesia militans & triumphãs. Vel certè cælum empyreum, quo in loco ecclesia triumphans locatur. Quamcunque autem personam dicatur hic angelus Ioannem sic ferens ac instruens designasse, angelus iste realiter fuit angelicus spiritus in Christi persona apparens, atque de omnibus his Ioannem informãs: quemadmodum iam supra patuit, & infra innotescet. Veruntamen angelus iste diuersarum personarum effigiem repræsentauit Ioanni interius. Et iuxta hoc, quasi à diuersis dicit Ioannes sibi quędam ostensa [*Et ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem descendentem de cælo*] Hæc verba sunt nunc in hoc ipso articulo explanata. Itaque supernam Hierusalem triumphantem ecclesiam ostendit Ioãni, non sicut ipsa in se est: sed sub similitudinibus corporalium rerum, scilicet magnæ ciuitatis, sicut infra describit. Insuper intuendum, quòd verba sancti Ioannis in his duobus capitulis vltimis, præsertim in isto vltimo, consonantiam magnam habent cum his, quę in vltima visione beati Ezechielis de ciuitate & templo leguntur. Nam & ipse Ezechiel quadragesimo libri sui capitulo visionem illam incipiens asserit se in montem excelsum adductum, in quo erat quasi ædificium ciuitatis. Veruntamen sensus in pluribus distinctus. Quæ enim est ibidem descripta sunt, de ecclesia militãte à catholicis patribus exponuntur: ista verò de ecclesia triumphante. In aliquibus tamen seusus coincidit, [*Habentem claritatem dei*] id est diuinæ & increatæ luci copiosissima participatione perfusam. Fulgebunt enim iusti sicut sol in regno patris eorum. Incircumscriptum quoque illud supersplẽdidissimum lumen clara acie facialiter contemplantur. Electi itaque in anima & corpore inæstimabili claritate erũt repleti. Potest etiam specialiter claritas ista lumen gloriæ accipi, per quod ad diuinæ essentiæ beatificam visionem immediatè disponuntur [*Et lumen eius simile lapidi precioso*] Hoc dupliciter intelligi potest. Primò, quod lumen eius .i. Christus, qui est lumẽ ecclesię triumphantis, lumen vtique obiectale, quod ipsa iugiter intuetur: & efficiẽtiale, à quo fœliciter illustratur, est simile lapidi precioso: quoniam Christus in scripturis frequenter lapis angularis & preciosus vocatur. Secundò, quòd lumen eius, id est præfata claritas participata ecclesiæ triumphantis, assimilatur lapidi precioso, vtpote Christo: quia per claritatem illam Christo tanquam capiti conformatur [*Tanquam lapidi iaspidis*] id est lumen illud ob suam delitiositatem, vigorem, & venustatem iaspidi est conforme. Iaspis nanque sua viriditate pulcherrima visum valde delectat, atque confortat, éstque grandis vigor & firmitas lapidis huius. Vnde tam christus, quàm claritas participata beatorum, iaspidi assimilãtur idonee [*Sicut crystallum*] id est lumen istud etiam assimilatur crystallo. Nam sicut crystallum purum, clarum atque perspicuum est seu transparens: ita & claritas ista sanctorum mũdissima est, & per eam habetur clarissima dei cognitio, se inuicem quoque penetrans intelligendo [*Et habebat murum magnum & altum*] per quem inexpugnabilis dei protectio, ac securissima eius custodia, qua supernam Hierusalem ambit & protegit, designatur. Vel ipsemet Christus seu trinitas deus illam defendens, Iuxta illud Esaiæ, Saluator ponetur in ea murus & antemurale. Et in psalmo, Dominus in circuitu populi sui. Christus autem magnus est & altus, quia immensus & incomprehensibilis ac superexaltatus, secundum quod deus. Imò de eo etiam secũdum quod homo prædictum est, Hic erit magnus. Præterea aduertendum, quòd templum Ezechieli ostensum cingebatur

Roma.1.
Ezech.8.
1.Petri.1.
Apoca.1.
Matth.13.
Esa.16.
Psalm.124.
Dan.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luc. 1. Ezech. 40. triplici muro: quia ecclesia militans triplici indiget protectione, videlicet diuina, angelica, & humana, per prælatos & principes eius. Triumphans verò diuina protectione eget duntaxat [*Habentem portas duodecim*] per quas duodecim patriarchæ, itémque duodecim apostoli insinuantur. quorum exempla, fidem, & doctrinam sequendo, cælestem Hierusalem introimus. Eorum quoque patrocinio quasi per portas, patet nobis ingressus ad vitam æternam. Rursus duodecim portæ sunt obseruationes decem præceptorum decalogi, & duorum, charitatis dei ac proximi [*Et in portis angulos duodecim.*] Per quos cæteri prædicatores, doctores, prælati sumuntur: qui instar angulorum parietes nectentium plures spiritaliter copulant mentis dilectione, concordia & doctrina: qui omnes apostolis innituntur, idcirco in portis esse feruntur [*Et duodecim nomina super portas, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel*] per nomina duodecim tribuum filiorum Israël, intelliguntur vniuersi electi veteris testamenti, imò & omnes prædestinati, qui per dona gratiæ filij patriarcharum vocãtur: qui in portis duodecim scripti sunt, quoniam patriarcharum seu apostolorum virtutibus inhærendo & doctrinis ingressi sunt, intrant, aut introibunt regnum cælorum. [*Ab oriente portæ tres, ab aquilone portæ tres, ab austro portæ tres, & ab occasu portæ tres.*] Idcirco ciuitas ista visa est versus quamlibet principalium terræ plagarum tres portas habere: quia de quatuor partibus mundi multi conuersi sunt, atque in fide superbenedictæ trinitatis saluati. Quemadmodum Esaias prædixit, Ecce isti delongè venient: & ecce illi qui ab aquilone & mari, & isti de terra australi. Christus quoque in Euãgelio, Multi ab oriente & occidente, ab austro & aquilone venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob, in regno cælorum. Ideo quoque versus quamlibet plagam tres portæ consistunt, quia ex omni parte quidam saluantur in statu incipientium, quidam in statu proficientium, quidam in statu perfectorum: omnes quoque per tres virtutes theologicas ingrediũtur ad regnum. [*Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duodecim apostolorum, et agni*] Hoc quod dicitur, & in ipsis duodecim nomina duodecim apostolorum, asserit Berengandus expositorium esse eius quod præmittitur. Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim. Vnde secũdum eum & Bedam, ista duodecim fundamenta sunt duodecim apostoli: qui alia & alia ratione dicuntur portæ & fundamenta. Nam portæ dicuntur ob rationem præhabitam: fundamenta verò, quia catholicam fidem primò prædicauerunt, & in ea alios fundauerunt: ipsi quoque tanquam robustissimi alios super se portauerunt, eorúmque imbecillitatem sustentauerunt. Alij per fundamenta duodecim, accipiunt duodecim patriarchas, qui primi hanc fidem tenuerunt: in quibus scripta fuerũt nomina apostolorum & agni, quia fuerunt apostolorum & Saluatoris figuræ, & prænunciatores Christi. Rursus nonnulli per duodecim fundamenta intelligunt duodecim articulos fidei, quorum cognitio est fundamentum seu inchoatio cognitionis perfectæ, quæ habetur in patria: in quibus articulis scripta sunt nomina duodecim apostolorũ, quia hanc fidem primitus publicauerunt. Et agni, id est nomen christi: quia obiectum articulorum fidei Christus est, cùm aliqui sint de eius humanitate, aliqui de diuinitate.

Esa. 46. Luc. 13.

1. Cor. 3. Psalm. 86. ¶ Præterea aduertendum, quòd licet sit vnũ primum ac principale seu vniuersale fundamẽtum ecclesiæ, s. Christus, dicente apostolo, Fundamentũ aliud nemo ponere potest præter id quod positũ est, quod est Christus Iesus: plura tamen sunt fundamenta secundaria, particularia. De quibus cãtamus. Fundamenta eius in montibus sanctis. Sed & Christus secundũ quod homo, est fundamentum instrumentale: verũ vt deus, est fundamentũ per authoritatem: fundamentũ vtique fundans non fundatum. Sicque tota supergloriosa trinitas est vnum summum ecclesiæ militantis ac triumphantis fundamentum, cui cuncti innituntur electi. [*Et qui loquebatur mecum*] scilicet angelus in Christi persona apparens & loquens [*Habebat mensuram arundineam auream*] id est arundini similem [*Vt metiretur ciuitatem et portas et murum eius*] In hoc angelus repræsentauit Christi personam, qui omnium merita discutit & mensurat, & singulis electorũ in patria præmium donat iuxta meriti sui proportionem, mensuram & qualitatem. Itaque per mẽsuram arundineam auream, intelligitur sapientialis iustitia, seu iusta sapientia Christi, iudicis & remuneratoris vniuersorum: qui per sapientiam suam omnia in numero, põdere, & mẽsura constituit: omniúmque merita pensans, quantùm de præmio dandum sit, inspicit. In visione quoque Ezechielis, angelus visus est habere in manu funiculum lineum & calamum mẽsuræ. Sed cum per murum ciuitatis istius ipsemet Christus, seu diuina protectio intelligatur, quomodo murus eius mẽsurari asseritur: nisi quòd deus seipsum secundum certum determinatúmque modum, applicat vnicuique electorum secundum exigẽtiam meritorum? [*Et ciuitas in quadro posita est*] id est quadrangularis in situ seu in quadro æquilatero: ita quòd in lõgo & lato eiusdem seu paris est quãtitatis: ideo subditur [*Longitudo eius tanta est, quanta et latitudo*] Eodem modo & tẽplum Ezechielis situatum describitur, per quod nunc designatur firmitas atq; stabilitas beatorũ in deo: ita quòd nec auerti, nec cõcuti, nec cadere queunt: sicque habẽt se instar quadrati, quod quocũque vertatur, permanet fixũ. Itémque quod nihil distortũ, inæquale seu disproportionatum inuenitur in patria, nec aliquid incircunciſum, sed polita & recta ibi sunt omnia. Rursus per quadraturã istã insinuatur, quòd per contẽperaturã quatuor virtutũ cardinaliũ, & per doctrinã quatuor Euãgelistarum, ad patriæ beatitudinẽ peruenitur: imò & in beatis virtutũ cardinaliũ pmanet quadratura, quãtùm ad act⁹ aliquos. Quælibet nẽpe earum duos act⁹ sortitur. Nam secũdum Albert. primus prudẽtiæ actus est præcauere insidias, qui nõ manet in patria. Alius, nihil deo præponere vel æquare, qui manet in ea. Primus quoque temperantiæ actus est, noxias delectationes reprimere, qui ibi non manet. Secũdus, nullo motu noxio delectari, qui manet. Prim⁹ autem fortitudinis actus est, molestias fortiter ferre, quem certum est in patria non manere. Alius, deo fortiter adhærere, qui permanet. Postremò, primus actus iustitiæ ponatur proximo subuenire, qui ibi non manet quantùm ad eos qui ibi sunt: vel post diem iudicij. Secũd⁹, deo regenti subditum esse, qui manet. Per longitudinem verò ciuitatis, intelligenda est pfectio virtutum ad vim intellectiuam pertinentium: per latitudinem perfectio virtutum ad vim affectiuam spectantium.

Albertus.

A Vel per longitudinem contemplatio, per latitudinem dilectio, & ista æqualia perhibentur. Quò enim beati deum clarius contemplantur, eò ipsum feruentius amant, & econtrario: sicque amor affectus, æquatur notitiæ intellectus. [*Et mensus est ciuitatem*] scilicet spatium eius [*Per stadia duodecim milia,*] per quod amplitudo & magnitudo cælestis Hierusalem designatur, non quòd cæli empyrei spatium hac mensura stringatur: sed per minus intelligitur maius: & per determinatum, indeterminatum. Sicut superius sæpenumero per septenarium vniuersitas significatur. Vnde quemadmodum spatium ciuitatis hîc descriptum, vehementer excedit cõsueta vrbiũ spatia: ita his verbis insinuatur, quòd patria electorum omnem locum viatorum quasi incomparabili capacitate & mole transcendit. Nec solùm capacitate & mole, sed & omnium bonorum affluentia, gaudio & decore: secundum illud Baruch proph. O Israël quàm magna est domus dei, & ingẽs locus possessionis eius. Magnus & nõ habens finem. Excelsus & immensus. Hinc etiam ciuitas ista multo maior describitur, quàm illa de qua Ezec. vaticinatur. Illa enim est habitatio viatorum, & secũdum quosdam habet in gyro. 30. Hæc verò habet in ambitu, vt affirmãt, 48. milia stadia. Nam &. 12. milia stadia, de quibus litera loquitur, referunt ad vnum latus prędicti quadrati [*Longitudo & latitudo et altitudo eius æqualia sunt*] Qui ista de ecclesia militante exponunt, per longitudinem intelligunt fidem, quæ facit credere præterita, præsentia, & futura. Per latitudinem verò charitatem, quę ad omnia se extẽdit. Per altitudinem autem spem, quę erigit ad superna. Hęc tria æqualia sunt in viatore, nõ in dignitate, cum maior horum sit charitas: sed in profectu, seu incremẽto, & operatione. quò enim quis amplius crescit in vna harum virtutum, eò & in aliis duabus, loquẽdo de fide formata & spe viua. Sed quia de ecclesia triumphãte exponẽda sunt hęc, per tria ista intelligẽdæ vidẽtur tres dotes animę glorificatę, virtutibus theologicis succedẽtes: vt per longitudinem intelligatur beatifica visio quę cũcta attingit: per latitudinem beata fruitio: per altitudinem tentio qua intus tenetur altissimus. Quod autem hîc dicitur de altitudine ciuitatis, quantùm ad imaginariam pertinet visionem, nõ de altitudine murorum, sed spatij sumitur: cuius altitudo accipitur secũdum montis ascensum, in quo ciuitas ista visa est sita, sicut iam dixit, Sustulit me in montem magnum & altum. Sícque altitudo mõtis est. 12. milium stadiorum, quemadmodum lõgitudo spatij & latitudo ipsius [*Et mensus est muros eius centum quadraginta quatuor cubitorum*] scilicet in altitudine. Et quamuis vnus visus sit murus, nunc tamen pluraliter loquitur muros, propter quatuor latera eius. Totus enim murus videbatur quadratus æquilaterus. Et per murum istum in altitudine stabilis, perfectio sanctæ illius ciuitatis exprimitur. Nam computus iste quadraturam duodenarij comprehendit, eò quòd duodecies duodeni, centum quadraginta quatuor faciunt, qui est numerus quadratus, resultans ex ductu duodenarij in seipsum. Idcirco designat securitatem & stabilitatem fœlicitatis supernę. Nam corpus quadratum, vt tactum est, stat firmiter in quolibet latere. Propter quod. 1. Ethicorũ virtuosus comparatur quadrato. In omni euentu virtuosus, in ratione & virtutum medio perseuerat [*Mensura hominis quæ est angeli*] id est sic mensurantur merita & pręmia hominum, sicut & angelorum. Vel sensus est, quòd æqualis erit beatitudo angelorum & hominum. Sicut loquitur Christus, Erunt sicut angeli dei in cęlo. His ergo verbis innuitur, quòd ad angelorum ordines homines assumuntur, & vna est omnium beatitudo ex parte obiecti: quę per denarium diurnum omnibus operariis datum exprimitur. Omnes enim facie ad faciem vident deum [*Et erat structura muri ex lapide iaspide*] Totus itaque murus videbatur ex lapidibus huiusęmodi factus, & ritè. Per murum enim, vt dictum est, Christus seu eius protectio designatur. Christus autem iaspidi assimilatur, vt dictum est sępe. Quoniam sicut iaspis sua viriditate decora, visum oblectat & roborat, sic Christus omnibus contemplantibus eum delectabilis est, & eõ firmatiuus eorum in bono. [*Ipsa vero ciuitas aurum mundum simile vitro mundo*] Ciuitas ista est vniuersitas beatorum, qui aurum mundum vocãtur, quia in omnibus charitatis feruor sine omni peccati macula dominatur. Estque aurum hoc simile vitro mundo, quoniam charitatis feruori adiũctus est pręclarissimus sapiẽtię splendor, ita quòd beati instar vitrorum sibi mutuò patent seu cogniti sunt. Et sicut vitrum lumine penetratur, sic sancti in patria intus & foris diuinę lucis participatione implẽtur, imò cogitationes suas alterutrum intuentur, secundum Augustinum [*Fundamenta muri ciuitatis omni lapide precioso ornata*] Fundamẽta ista (vt dictum est) sunt ipsi beati Apostoli, qui omni lapide precioso ornantur, quia cunctis virtutibus decorantur [*Fundamentum primum iaspis*] id est primus lapis preciosus fundamẽtorum istorum est iaspis, vtpote virtus per iaspidem designata. Per quam charitatem intelligo, qua nihil est dulcius, & mẽtem vehementer oblectat & cõfortat in deo, sicut iaspis oculos exhilarat, & confortat [*Secundum*] vel, vt alij dicunt, secũdus [*Saphirus*] id est secũdus ornatus fundamẽtorum supernæ Hierusalem est virtus per saphirum signata, videlicet donum sapientię. Nunc enim nomen virtutis communiter sumitur, nec cõdistinguitur dono. Quemadmodum enim saphirus cęliformem habet colorem, sic sancti in patria per sapientiam istam, quæ donum est, angelicis mentibus comparantur. Rursus saphirus corpus humanum vetegat & membra consolidat: sic sapiẽtiæ donum spiritum nutrit, & vires eius in deo defigit. Iterum sicut saphirus tactus radiis solis ardentem ex se mittit fulgorem, sic sapientia beatorum tacta & perlustrata radio solis æterni, mox cum feruore splendifluo tendit in deum [*Tertius calcedonius*] id est tertius horum ornatus est virtus, nomine calcedonij propter proprietatum similitudinem designata, videlicet donũ intellectus. Quemadmodũ enim calcedonius pallidi est coloris, & fortissimæ resistentiæ, ita vt in eo sculpere quis difficillimè queat: sic donũ intellectus, quo ea quę fidei subsunt acutè atq; subtiliter penetrãtur pręsertim in patria, omni argumẽto quod fidei cõtrariatur fortissimè reluctatur. Verum tamen quoniam ea quæ cadunt sub fidẽ, nulla mens creata plenè comprehendere potest: donum intellectus quasi pallenti lapidi assimilatur, nõ plenariè rubeo atq; totaliter claro ac splẽdido [*Quartus smaragdus*] per smaragdũ intelligo donũ cõsilij. Quemadmodũ enim smaragdus eximiæ viriditatis & pulchritudinis est, intantùm vt ea quæ circa se sunt sua viriditate afficiat, imò aërem ex repercussione virescere

B

C

D

Matth. 22. Matth. 20. 1. Ioan. 3. Apoca. 14.

Prouer. 5. Eccles. 1.

Apoca. 11. Baruch. 3. Ezech. 40.

Universidad de Deusto Biblioteca

faciat nullâque gemma gratior oculis(nam & herbas ſua ſuperat viriditate)ſic donũ conſilij in ſeipſo decorum atque ſuaue eſt,& aliis ſe diffundit,eorúmque mentes ſua afficit directione. per donum quoque conſilij homo ſit aliis valde acceptus,imò gratiſsimus. Melius enim vincit homo cõſilio, quàm fortitudine. Denique ſicut hic lapis valet contra morbum caducum,ſic donum conſilij præcipuè tollit peccati ruinam. De hoc lapide Auguſtinus & Beda atque Iſidorus multa pulchra cõſcribunt. Plura enim eius ſunt genera. Et tellus,qua nobiliores ſmaragdi naſcũtur,locuples eſt,ſed inhabitabilis. Nempe cum auro & gemmis abundet, griphes omnia tenent aues ferociſsimæ,vel potius feræ volantes . Sunt enim quadrupedes,& corpore quidem leonibus,capite verò & alis,aquilis ſimillimæ. Arimaſpi cum his dimicãt, q vno oculo in fronte media feruntur inſignes,vt accipiãt hos lapides mira cupiditate & feris rapiẽtibus, & Arimaſpis eos cuſtodiẽtibus. [*Quintus ſardonix.*] Lapis iſte candidus perhibetur in rubeum colorem parumper declinans. Eius tamen multa ſunt genera. Nam alius rubeus fertur,alius bicolor,vt dictum eſt, alius triformiter coloratur:primum habẽs nigrum,medium candidum,ſuperius rubeum, & iſte eſt pretioſior,per quem donum fortitudinis deſignatur,quæ inter aduerſa & proſpera permanet fixa,& in martyrio ſtabilit mentem:in patria verò ſolo candore ornatur,quia circa triſtia & læſiua non occupatur. Et ſicut ſardonix humilem efficit & pudicum, ita per fortitudinem animoſitas & carnalitas ſuperantur: ita quòd homo humilis atque pudicus efficitur [*Sextus ſardius*] Sardius ſecundum Bedam,ex integro ſanguinei ſeu rubei eſt coloris:tamen ſecundum Berengandum,pro eo quod in rufum colorem aliquantulum declinare videtur,paululum obſcuratur:per quem donũ ſcientiæ inſinuatur,quæ per hoc quòd facit mentem cum guſtu perpendẽre,quòd in nulla re creata ſtatuendus eſt vltimus finis, eò quòd illa in ſe ſit deficiens & caduca,ad ſapientiæ fulgorem propinquat,increatíque boni amore ſpiritum afficit. Veruntamen quia nõ immediatè circa increatum obiectum ſed circa creatum verſatur, quia de rebus creatis dat bene & connaturaliter iudicare:hinc à puritate auriformis rubeíque coloris parumper occumbit, & ſplendore ſapientiæ minor eſt. Et ſicut ſardius pellit timorem, & gaudiũ parit atque accendit:ſic donum ſcientiæ tollit timorem perdendi terrena,accendítque gaudium in contẽptu eorum & in amore cæleſtium. [*Septimus chryſolitus.*] Gemma hæc tota aurei eſt coloris,& ardentes videtur ſcintillas diffundere. Confortat inſuper intellectum,& timores expellit nocturnos. Quò enim ratio amplius confortatur, eò paſſiones magis ſedantur. Per quam donũ pietatis intelligo,quæ facit hominem inter proximos quaſi aurum acceptum & charum:facítque eum ad alios liberalem ſiue beneuolũ,ita quòd affectiones ſcintillantes diffundit. Meretur quoque ſpecialem illuminationem & confortationem à deo [*Octauus beryllus*] Beryllus eximiæ claritatis eſt,ceruleum habens colorem admixtum,ſecũdum Berengandum. Et ſecũdum Bedam,ſic eſt quaſi cõſideres aquam ſolis fulgore percuſſam,rubicuudum ac decorum exhibere colorem. Facit quoque in bello inuictum,& mitem efficit ac benignum. per quem donum timoris congruè deſignatur. Filialis etenim caſtus ſanctúſque timor,præclaræ eſt ſynceritatis, & in ſpiritali pugna facit inuictum. Quia intantùm facit hominem dei offenſam vitare, quòd mallet mori quàm deum inhonorare,ſicque manſuetũ ac benignum conſtituit animum. [*Nonus topazius*] Gemma hæc preciosiſsima omni fulget colore. Duo tamen colores,videlicet aureus & aëreus in ipſa abundant:quæ cum ſolis radio tangitur, iubar ſuum vndique ſpargit, omniúmque gemmarum ſuperat claritatem, in ſuum aſpectum præcipuè trahens aſtantes. Hęc gemmarum ampliſsima,& regibus adeò chara,vt ea nil charius inter diuitias ſuas habere ſe reputent. Valet demum contra iram atque lunaticam paſsionem. Per quam iuſtitia deſignatur, quæ eſt præclariſsima virtus. Et non eſt lucifer nec heſperus tam admirabilis,quæ lucem ſuã circunquaque diffundit,omni quoque virtutũ decore ſplendeſcit,preſertim aureo & ethereo: quoniam dei & proximi dilectionem præcipuè reſpicit. Hæc quò purior ac perfectior fuerit, eò ſanis oculis delectabilior comprobatur. Quam reges & omnes qui preſunt,maximè debent diligere,& opibus cũctis prę ferre. Quæ etiam in beatis prę cipuè locum habet. Nam ipſi demũ plenam implent iuſtitiam,reddentes cuique quod ſuum eſt,& deo ſeipſos totaliter. Per quam & viatores inquietudines animæ vitant. [*Decimus chryſopraſus*] Lapis hic viridis eſt coloris,& hinc inde quaſi aureis guttulis eſt diſtinctus,& valet cõtra lepram. Per quem prudentia,quæ cardinalis eſt virtus,contra dona ſapientiæ & ſcientiæ condiſtincta,accipitur. Suo nanque virore in agendis mentem perfundit,& aliis floridam exhibet. Aureo quoque ornatu paſsim fulcitur,dum ad vltimum finem dirigit humanos actus, quod faciendo cordis pellit putredinem, ne terrenorum attactu quaſi leproſa infecta & corrupta reddatur. [*Vndecimus hyacinthus*] Hyacinthus cerulei fertur coloris. Et vt ait Berengandus ſereni cæli habet colorem, ſicut ſaphirus: ſed ille maculas habet. Iſtius autem pulchritudo maculis non deformatur. Lucet vt purpura, ſed non ſemper æqualiter rutilat,quia cum facie cæli mutatur. Nam in ſereno perſpicuus eſt & gratus,in nubilo autem obſcurus. qui preciosus & bonus eſt valde,dat membris vigorem, & ſalutiferum facit ſaporem,per quem virtus latrię deſignatur. Huius nanque virtutis actus perfectiſsimè inſunt beatis, qui laudi & cultui dei indeſinenter cum tota mẽte ſine interruptione inſiſtũt: quia diuino lumine inceſſabiliter perfunditur: quo ſi carerent,protinus rutilare ceſſarẽt:ſed & actibus latriæ beati dulciſsimè reficiuntur, & ſine interpellatione inenarrabiliter oblectantur [*Duodecimus amethiſtus*] lapis iſte triformi ornatur colore,roſeo,violaceo,atque purpureo,& paruulas flammas fundit,facitque vigilem, & malam pellit cogitationem. Per quem beatorum in patria pleniſsima caſtitas explicatur. Quia vt ait Saluator, non nubent neque nubẽtur: ſed angelicæ ſunt mũditiæ. Et quoniã caſtitati eorum,feruor diuini amoris,& humilitatis profunditas ſunt adiuncti,quaſi triplici fulget decore,nec cogitationẽ admittit impurã. Iſta de lapidũ horũ myſtica expoſitione vtcũque prolata,piè ſumãtur. Alii enim aliter eos interpretãtur,quorũ melioribus dictis iſta non derogant. Conſequenter agitur de materia & ornamento portarum, quod tamen ſpiritaliter eſt ſumendum [*Et duodecim portæ*] muri ciuitatis ſuperne [*Duodecim margaritæ ſunt per*

Matth. 22. Luc. 20.

ſingulas]id eſt cum portæ iſtæ exiſtant duodecim,in qualibet earum præfati duodecim precioſi lapides habentur. Quia vt dictum eſt,in quolibet Apoſtolorum(qui portæ ſunt ciuitatis illius)virtutes his margaritis expreſsæ excellenter reperiuntur. [*Et ſingulæ portæ erant ex ſingulis margaritis*] Si ſingulæ portæ erant ex ſingulis margaritis, quomodo in vna quaq; fuerunt duodecim margaritæ? Itaque ſecundũ Berengandum & Albertum,iſtud ſecundum literæ ſuperficiem ſtare non valet. Ideirco dicendum,quòd licet in vnoquoque ſanctorũ prętata ſint ornamenta virtutum,in quolibet tamen aliqua emicat virtus,à qua & ſpecialiter cõmendatur ac nominatur. Iuxta illud quod de quolibet eorum cantatur, Non eſt inuẽtus ſimilis illi. Ideo ſingulæ portę ex ſingulis margaritis cõſtare dicuntur. [*Et plateæ ciuitatis aurum mundum tanquam vitrum pellucidum.*] Hoc & de ciuitate iam dixit,atque expoſitum eſt. Vnde hoc loco, vt aliqua aſsignetur diſtinctio,per plateas ciuitatis cæleſtis Hieruſalẽ,intelligi poſſunt inferiores & ſubditi:& qui per vias aliqualiter latiores ambulauerunt,contenti obſeruantia mandatorum,non ingreſsi ſemitas conſiliorum ſtrictiores. Ad inſinuandũ ergo,quòd hi quoque ad patriæ beatitudinem conducantur, atque ibidem charitatis feruore ac ſplendore,ſeu mentis & corporis glorificatione ſplendebunt,dictũ nunc eſt quòd plateę ciuitatis. Vel inferiores gradus ac meriti homines,ſimiles ſunt auro puro ac vitro pellucido. [*Et templum non vidi in ea*] i. materialem locum,ad offerẽdum deo orationes ac ſacrificia pro peccatis. Templum nempe eſt locus orationis & ſacrificiorum huiuſmodi. Beati autem in patria,præſertim poſt finale iudicium,ſecundum quod nunc agitur de ciuitate ſuperna,omni malo carebunt,omniq;bono pleni erũt Nec tunc deprecabuntur pro aliis,nec ſacrificia offerent pro peccatis: ideo materiale templum ibi non erit. Nihilominus tota Eccleſia illa triumphans,templum & domus dei ſpiritaliter erit: quoniam vnuſquiſque in mente ſua deo ſacrificium laudis exhibebit æternæ. [*Dominus enim deus omnipotens templum illius eſt*] quia in ipſo tanquam in beatificante obiecto æternaliter conquieſcunt. Ipſe ergo habitabit in eis dona gloriæ influendo,datáque conſeruando: & habitabunt in eo,in cunctis actibus ſuis in ipſo finaliter quieſcendo [*Et agnus*] Nam chriſtus,ſecundum quod deus, vnũ & idem templum eorum eſt cum patre & ſpiritu ſancto,ſicut & vnũ felicitatis obiectum. Porrò ſecundum naturam aſſumptam,eſt pręcipuum præmij accidentalis obiectum. Nam eius humanitate reficientur exterius,& quantùm ad hoc quieſcent, & commorabũtur in ipſa. [*Et ciuitas non eget ſole & luna*] id eſt illuſtratio luminarium cæli non erit neceſsaria beatificatis in patria,cũ corpora eorum clariora ſint illis futura. Ideo ſubditur [*Nam claritas dei illuminabit eam*] ſcilicet increata lux dei efficienter, & claritas ab ipſo beatis communicanda illuminabit eam inſtrumentaliter atque formaliter [*Lucerna eius eſt agnus*] Lucerna non eſt lumen, ſed luminis contentiua:ita & Chriſtus vt homo,non ſubſtantialiter lux eſt:ſed receptaculum ac retinaculum lucis præcipuum. In ipſo nanque habitat plenitudo diuinitatis corporaliter. Quoniam ergo humanitatis Chriſti claritas poſt increatum lumen omnibus ſanctis maximè refulgebit,virtute diuinæ immenſæque lucis in ea manentis,atque per ipſam micantis, agnus meritò lucerna cæleſtis Hieruſalem nuncupatur. His autẽ verbis,& c. quæ ſubduntur,conſonãt quæ apud Eſaiam ſcripta ſunt,Non erit tibi ſol amplius ad lucendum,per diem,nec ſplendor lunæ illuminabit te:ſed erit tibi dominus in lucẽ ſempiternam,& deus tuus in gloriam tuam. [*Et ambulabunt gentes in lumine eius*] quia ſicut electi nunc viuunt in lumine fidei ipſius eccleſiæ militantis,& in Chriſto qui eſt lumen fidelium:ita in patria ambulabunt,agent,viuent,atque in deum ſe iugiter erigẽt,& erecti manebũt in lumine eccleſiæ triumphantis. Corporaliter quoque mouebuntur & ambulabunt in lumine corporum glorificatorum,potiſsimè corporis Chriſti:cuius corporea claritas lumen ſolis inæſtimabiliter ſuperat,regionem quoque terræ viuentium implet [*Et reges terræ*] ſcilicet principes & prælati idonei, omnes quoque qui bene rexerunt ſeipſos [*Afferent gloriam ſuam et honorem in illam*]. i. ſpiritales ſuas diuitias,merita,magnificentiámque virtutũ ſuarum,ſecum in cęleſtem Hieruſalem deferent. Opera enim illorum ſequuntur illos. Gloria quoque eſt conſcientiæ puritas,dicente Apoſtolo,Gloria noſtra hæc eſt,teſtimonium conſcientiæ noſtræ:quam ſecum adducent. Rurſus,gloria & honor regum iſtorum ſunt ſubditi,quos dignè rexerunt & ſecum ad beatitudinem perduxerunt. Sicut diſcipulis ſuis loquitur Paulus,Gloria noſtra vos eſtis in domino. Et iterum,Gaudium meum & corona mea,ſic ſtate in domino. Quid autem tam honorificum homini,ſicut alios ſecum ſaluaſſe, eosque ad patriam perduxiſſe? Nam & filius ſapiens,gloria patris. Malis quoque ſeu deceptis diſcipulis ſcribit Paulus apoſtolus. Quoniam confundor in vobis. Ergo in bonis honorificabatur. [*Et portæ eius non claudentur per diem*] id eſt nunquam. Nam ibi erit dies perpetuus. Ideo ſubditur [*Nox enim non erit illic*] Quibus datur intelligi,quòd non erit ibi occurſus malus,nec timor,ſed ſumma & ſempiterna ſecuritas. Item quòd corda beatorum æternaliter patula erunt,& in contactu actuali lucis diuinæ,nec caligo ignorantiæ ſeu peccati erit ibidem. Hinc apud Eſa. legitur, Aperientur portæ tuæ iugiter die ac nocte non claudentur Rurſus per diem,id eſt tempus Euangelicæ legis, apertus eſt aditus regni cœleſtis. [*Et afferent gloriam gentium et honorem in illam*] quia,vt tactum eſt,qui ſalubriter præfuerunt, gẽtes ſuo regimine ſaluatas, earum quoque virtutes & merita ſimul cum ipſis ſecum adducent, ac domino tanquam preciosiſsimum ſpolium de faucibus hoſtis ereptum,repreſentabunt & offerent. Simili modo angeli ſancti rectores Eccleſiæ militantis,eos qui ſuæ directioni acquieuerunt ſecum in patriam ducent. [*Et non intrabit in illam aliquid coinquinatum*] id eſt quocunque mortali peccato fœdatum [*Et abominationem faciens*] id eſt execrabilia opera & plurimùm deteſtanda [*Et mendacium*] fallaciter agẽdo,aut falsè loquendo. Vel per inquinatum intelliguntur ſpiritalia vitia:per abominationem,carnalia. Vel illud refertur ad peccata cordis,iſtud ad vitia operis,mendacium ad vitia oris [*Niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ agni*] id eſt prædeſtinati & purificati intrabunt duntaxat,non vitioſi ac reprobi. Nullus autẽ cæleſtem Hieruſalem ingredi valet, niſi ab omni labe atque reatu ſit prorſus immunis. Quis enim eloqui queat quàm purum eſſe oporteat cor, quod diuinæ increatæque luci immediatè ac beatificè vnietur? Non poterit in ea eſ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. 22.

se vel minima macula. Si ergo post vitam præsentem, nolumus diu differri à gloria, nec grauissima purgatorij ferre supplicia, satagamus nunc indesinenter deo pura mente intendere, vigilanti animo deseruire, cum omni reuerentia obedire, in charitatis feruore proficere, cor nostrum solicitè custodire, mentem vbique ad deum leuare, continuis precibus insudare, quotidianos defectus deplangere, emendare, vitare, ac tali martyrio nosipsos deo quotidie mortificare atque offerre. E

Expositio cap. XXII. [*Et ostendit mihi.*] Articulus XXII.

Onsequenter sacratissimus Euangelicæ legis propheta sanctus Ioannes, cælestis Hierusalem pandit edulium, atquæ beatæ refectionis materiam & obiectum [*Et ostendit mihi flumen aquæ viuæ*] Per flumen aquæ viuæ, intelligi potest exuberans illa effusio donorum gloriæ à deo superbenedicto in mentes beatas, seu increatæ beatitudinis participatio copiosa, seu ipsemet spiritus sanctus fons totius bonitatis, felicitatis ac voluptatis. Quod flumen dicitur aquæ viuæ, quoniam post vitæ præsentis laborem dulcissimè recreat siue refrigerat, & vitam gloriæ præstat. De quo flumine accipi potest illud in psalm. Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Et rursus, Torrente voluptatis tuæ potabis eos. Per Esaiam quoque dominus protestatur, Ecce ego declino in eos vt flumen pacis, & vt torrens inundans gloriæ gentiũ. Denique Ezech. describit torrentẽ aquæ de templo procedentem. Sed quoniam ibi de militãte Ecclesia agitur, per torrentem illum, baptismatis sacramentum, vel Euangelicæ legis doctrina exprimitur [*splendidum tanquam crystallum*] Nam spiritus sanctus immensę est puritatis, & cõmunicatio munerum gloriæ seu beatitudo sanctorũ participata, nullã habet prorsus culpæ labem admixtam [*procedens de sede dei et agni*]. i. à patre & filio, à quibus tanquam ab vno principio ꝓcedit spiritus sanctus. A patre quoque, & filio, & haud dubiũ quin & à spiritu sancto, profluit omnis felicitas beatorũ [*in medio plateæ eius*]. i. per omnes cõsistentes in ciuitate superna, seu p latitudinẽ mẽtis vniuersorũ ciuiũ supernorum, qui vno omnes splendidissimo, ac liberalissimo fonte potãtur atq; replentur. Hinc quoque Daniel, Fluuius, inquit, igneus rapidusq; egrediebatur à facie eius, Cõsequẽter beatorũ cibus describitur [*et ex vtraque parte fluminis lignũ vitæ*] Omnia ista ostẽsa sunt sancto Ioanni sub corporaliũ similitudinibus rerũ. Vnde in imaginaria visione apparuit ei, quòd per mediũ ciuitatis decurreret splẽdidissimũ flumen, & ex vtráque parte cõsisteret lignum vitæ. Palã est autem, quòd cùm idem numero lignũ non stet in vtraq; ripa torrẽtis, quòd in imaginaria visione videbãtur plura ligna: sed in scripturis frequenter numerus singularis ponitur ꝓ plurali, & econuerso. In visione quoque Ezech. ex vtraq; ripa aquę ostẽsa sunt plura ligna, per quę ibi fideles in christo renati atq; virtutibus fructuosi, signãtur Hic verò per lignũ vitę intelligitur Christus sapiẽtia dei patris. Secundũ quod in prouerbiis de sapiẽtia, Salomõ fassus est, Quia lignũ vitæ est omnib⁹ apprehendẽtibus eã. Quoniã ergo Christus secundũ diuinitatis naturã vbiq; est presens, omniũmq; beatorũ mentes alit, cõfirmat, felicitat, vitã gloriæ influẽs, lignũ vitæ ex vtraq; parte fluminis est ostẽsum. porrò partes inter quas fluui⁹ emanauit, sunt angeli hominésq; beati [*Afferens fructus duodecim*] Ideo Christus lignũ vitę vocatur, quoniã ciues in patria feliciter reficit, dona sua illis cõmunicans. Itaq; fructus quos Christus ꝓfert in patria, quibus & beatos illico nutrit, sunt vniuersa quę ad plenã electorũ felicitatẽ pertinent & cõcurrunt. Beatitudo nanque est status omniũ bonorũ aggregatione pfectus. Et dona hæc quamuis sint plurima, cõuenienter tamen duodenario designatur: qm per Apostolorũ duodecim prædicationẽ, electi in nouo Testamẽto sunt spiritualiter generati atq; saluati: sicut in veteri Testamẽto ex duodecim patriarchis alij corporaliter ꝓfluxerunt. Præterea duodecim fructus isti sic queunt taxari, vt primus dicatur lumen glorię, alij tres dotes, tres animę. s. visio, tentio, atq; fruitio. Quintus pax, quã S. Thomas & alij multi ponunt à dotibus istis distinctã. Estque realiter delectatio seu quietatio cõsummata beatorum in deo. Alij quatuor erũt quatuor dotes corporũ glorificatorũ, puta agilitas, impassibilitas, subtilitas, claritas. Decimus autẽ fructus, sit accidẽtalis illa beatitudo, in aspectu humanitatis christi cõsistens. Vndecimus, gaudiũ quod beati ex mutuo consortio & conspectu, Christo donãte, cõcipiunt. Duodecimus, quod ex consideratione totius machinæ mundialis tunc innouãdæ & clarificandæ sunt sortituræ. His fructibus Christus eos æternaliter, tanq̃ vitis ac fructuosa arbor, alet [*per menses singulos*] anni æternitatis [*Reddens fructum suum*]. i. christus fructus hos indesinẽter cõseruabit in mentibus beatorũ. Aeternitas nanq; nomi nibus temporũ frequenter exprimitur, vt in Psalmo, Anni tui non deficient. Et in Esaia, Erit mensis ex mense, & sabbatũ ex sabbato. Et quoniam mẽsis est anni principiũ, verbis his insinuatur, quòd in patria æterna erit innouatio inceſſabilisque continuatio [*Et folia ligni*]. i. verba quibus Christus suos in patria suauissimè alloquetur alloquutione interna & corporali. Siquidem (sicut ipse promisit) præcinget se & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis [*ad sanitatem gentium*]. i. perpetuã sospitatẽ, consortationem & cõsolationẽ inducet beatis, ita quòd nulla vsquã aduersitate lędentur. Verba quoque Euãgelicæ doctrinæ Christi, in presenti dant animę sanitatem. [*Et omne maledictum non erit amplius*] id est in cælesti conuiuio nulla erit alicuius verbi mali prolatio, nulla contentio: nec aliqua dei offensio, vel pœnæ ab ipso inflictio: iuxta illud Esaiæ, Non audietur vltra iniquitas in terra tua, vastitas & contritio in terminis tuis. Imò ibi erit indeficiens gratiarum actio, & iucundissima summa dei laudatio [*Sed sedes dei et agni*] id est deus pater seu trinitas, & Christus homo ęternaliter habitabit in sanctis, & ipsi erunt thronus ipsius. Confundatur ergo, qui in beatis dixit esse ruinam [*Et seruient ei*] seruitute latriæ deum reuerentialiter adorando, indefessè laudando, eiúsque bene placito in omnibus obtemperando. Estque seruitus ista sine labore, non ad meritũ, sed ad præmiũ spectans. Nam & præsentis seruitutis est merces, talitérque deo seruire, est summa nobilitas ac perfectè regnare [*Et videbunt faciem eius*]. i. diuinam essentiã clarè & immediatè per speciem contemplabuntur, ita quòd plenè cognoscent quòd in vita hac credunt

Pſalm. 45. Pſalm. 35. Eſaiæ. 66. Ezec. 47. F

Pſalm. 110. Eſai. 66. H

Prouer. 3. G

Lucæ. 22.

Eſa. 60.

A Et hæc visio tota est merces quã amatori suo Christus ad Ioannem promittens, Manifestabo, inquit, ei meipsum. Et alibi, Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum deum, & quẽ misisti Iesum Christum. Videbunt quoque corporalibus oculis corpoream faciem Christi: quod beatis hominibus ineffabile gaudiũ erit, & charitatis mirabiliter inflãmantiuum, cernentibus suã naturam sic deo hypostatica vnione coniunctã, & per eam tot bona sibi esse collata. quantę autẽ delitiositatis atque dulcedinis, quãque incõprehensibilis felicitatis, dignitatis, ac nobilitatis sit dei faciẽ intueri, meditandum est magis quã exponendũ. Nũne obiectũ illud est in seipso infinitæ pulchritudinis, suauitatis ac voluptatis. omni mẽti creatæ prorsus conuenientissimũ, desiderabilissimũ, summéq; amplectẽdum? Cur ergo eius amore non aspnamur ista caduca & vana? Cur vnq̃ in eius obsequio animo fatigamur? Quare non consideramus quanta nobis beatitudo promittitur? Prẽterea cum facies dei dicatur eius præsentia, secundũ Alber. triplex ponitur facies dei, videlicet præsentia eius p gratiã, presentia eius per carnem assumptã, presentia eius p gloriã. Potestque addi & quarta, prẽsentia dei per irã seu æquitatẽ. Iuxta illud Psal. Pones eos vt clibanũ ignis in tempore vultus tui. Vnde sanctus Iob ait, A facie eius turbatus sum, & considerans eum timore solicitor, [*Et nomen eius*] scilicet descriptũ [*In frontibus eorũ*]. i. apertissimè p dona gloriæ innotescet, q̃ ipsi sint filij dei ab ęterno prædestinati. Ipsi quoque nequaq̃ cessabunt deũ suum magnificis laudare prẽconiis [*Et nox vltra non erit*] in patria, nulla. s. caligo, aduersitas, ignorantia. [*Et non egebunt lumine lucernæ, neque lumine solis*] Si de materiali lucerna & sole sensibili intelligatur, certissimũ est. Bereng. autem per lumen solis intelligit noui Testamẽti doctrinã: per lumen verò lucernę & etiã lunæ, doctrinam veteris testamenti, quibus in patria opus non est. cuius causa annectitur [*Quoniam dominus deus illuminabit illos*] intantùm, q̃ nunq̃ poterunt deuiare aut falli, sed intus & foris perfusi & superimpleti sunt lumine multiformi [*Et regnabunt in ſæcula ſæculorum*] cum illo cuius regni non est finis. Hucúsq; protenditur visio septima: quæ autẽ sequuntur ad admonitionẽ pertinent sancti Ioãnis & reliquorũ fidelium: suntq̃ libri huius conclusio [*Et dixit mihi*]. s. angelus qui omnia præinducta mihi ostendit [*Hæc verba fidelissima sunt et vera*] Hoc & supra iam dixit, sed modò repetijt propter assertionẽ maiorem [*Et dominus deus spirituum prophetarum*]. i. creator & illustrator animarum prophetarũ, seu dator prophetaliũ gratiarũ, ac spiritalium munerum prophetarũ. Vnde Paulus ait, Spiritus prophetarũ, prophetis subiecti sunt [*Misit angelũ suum*] qui ista reuelauit [*Ostendere*] Ioanni, & per eũ toti Ecclesiæ [*Quæ oportet fieri cito*]. i. statum & cursum ac remunerationẽ finalem ecclesiæ [*Et ecce venio velociter*]. i. ad faciendũ iudicium particulare in mortibus singulorum, generale quoq; in fine mundi. Hinc per Iacobũ dicitur, Ecce iudex ante ianuam assistit. Et per Ioẽlem quoque, Citò velociter reddã vicissitudinẽ super caput vestrũ. Quanta autẽ sit libri huius vtilitas, subditur [*Beatus*] nũc in spe, in inchoatione, in merito: nondũ in præmio, in re, in consummatione [*Qui custodit verba prophetiæ libri huius*] ritè credendo, & dictis parendo, audita quoque memoriter retinendo [*Et ego Ioãnes qui audiui et vidi hæc*] Quasi dicat, nullus de veritate vel authore dubitet vel contendat, cum ego Ioannes apostolus horũ assertor consistã [*Et postquam audissem et vidissem*] hæc omnia [*Cecidi, vt adorarem ante pedes angeli, qui mihi hæc ostendebat. Et dixit mihi, Vide ne feceris. Conseruus enim tuus sum, et fratrum tuorum prophetarum*]. s. apostolorum & apostolicorum virorum prophetali gratia præditorum. Verba hæc supra scripta sunt, & tractata: idcirco pertranseo [*Et eorum, qui seruant verba prophetiæ huius*] credendo, docendo, & obediendo. Frequenter in volumine isto iam dictum est, propheticum esse hunc librum: quia vt patuit, cum aliis prophetarum codicibus in pluribus habet concordiam in verbis ac sensibus: potissimè cum his, quæ in Esaia, Ezechiele, & Zacharia scribuntur. [*Et dixit mihi, Ne signaueris verba libri huius*]. i. scripturam huius voluminis non omnino obscuram relinquas, nec fidelibus sensum earũ penitus claudas, Sed cũ liber iste sit obscuritatibus plenus, non videtur Ioannes angelo obedisse in isto, Respondendũ, quòd angelus ei iussit ne penitus scripturã istam inexplanatã relinqueret. Vnde subinde seipsum exponit, & quædã interserit, per quæ datur occasio ad intelligentiã cæterorum. Berengand. verò ita respondet, Quod non fecit scribẽdo, credimus eũ fecisse prędicando. Vnde & Beda refert, quemadmodũ beatus Dionysius Alexandrinus antistes affirmat, q̃ exurgentibus quibusdam hæresibus occasione voluminis huius, Ioannes errorẽ redarguit, eiusdémque prophetiæ sensum ab omni carnalis intelligentiæ nubilo purgatũ, ad æterna promissa cælestia transtulit [*Tempus enim prope est*] quo ista implenda sunt: idcirco sunt probanda [*Qui nocet*] peccando in proximũ [*Noceat adhuc*] iniquitatem continuando [*Et qui in sordibus est*] seipsum vitiis inquinando [*Sordescat adhuc*] in deteriora ruendo. Non prœceptiuè aut hortatiuè, sed cõmunicatoriè, prœnnciatiuè, & ironicè dictũ est hoc. Tanquã dicat, Qui iuxta admonitionẽ scripturæ se emendare contẽnit, iustè relinquetur à deo, & in peiora casurus est, nec dira euadet tormẽta. Iuxta hunc modũ Iob sanctus ait suis amicis, Quod cœpistis implete, & tamen de eo quod cœperunt eos redarguit. Sic & gymnasiarchæ dicere solent pueris, quos corrigere intendunt, dũ eos intempestiuè ludentes inueniunt, Ludite, ludite. Quo audito, illi scientes quo animo id dicatur, ab incepto desistunt. Sic & Christus in Euangelio, Facite, inquit, arborem bonã, & fructũ eius bonũ: aut facite arborem malã, & fructum eius malũ [*Et iustus iustificetur adhuc*]. i. in virtutibus crescat [*Et qui sanctus est*]. i. perfectus quantùm ad viatores, vt sunt viri heroici [*Sanctificetur adhuc*]. i. in puritate & charitatis feruore proficere nõ desistat. Cum enim hęc vita sit via ad aliã, in ea non proficere, est deficere. Nemo vtique ita de suis cõfidat profectibus, vt tepescat aut negligentius agat: imò proficiendi propositum quotidie renouet, & vigilãtiori mente deo semper deseruire conetur. [*Ecce venio cito*] vt dictum est ad iudicãdum [*Et merces mea mecum est*]. i. digna retributio pro meritis atque demeritis singulorum [*Reddere vnicuique secundum opera sua*] per opera, etiã interiores actus, scilicet cogitationes, intentiones affectiones, itémque loquutiones intelligendo. Simile est & illud Isaiæ, Ecce dominus deus in fortitudine veniet, & brachiũ eius dominabitur, Ecce merces eius cũ eo, & op⁹ illius corã illo [*Ego sum alpha et o, principiũ*

Ioan. 14. Ioan. 17. Pſalm. 20. Iob. 13. 1. Cor. 14. Iacob. 3. Ioël. 3. Apoc. 19. Matth. 12. Bernard. Eſaiæ. 4. B C D

Cap.22. Apoc.1. *et finis, primus et nouissimus*] Verba hæc supra scripta sunt atque exposita. Quamuis autem filius dei sit verè genitus à patre, & spiritussanctus ab vtroque procedat, nihilominus filius & spiritussanctus sunt primus & nouissimus. Imò tres superbenedictæ personæ, sunt vnus primus & vnus nouissimus: sicut sunt vnus æternus, & vnus immensus, sumendo scilicet hæc nomina substantiuè. Si quidem in hac trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus. Veruntamen in diuinis ponitur prioritas originis, item authoritatis, & subauthoritatis: non dignitatis, aut temporis. Sed quantùm ad creaturas, sunt vnum principium, vnúsque finis. Dicitur autem deus nouissimus, non quòd aliquid eum præcesserit, aut omnia sint peritura ipso tantummodo permanēte: sed quia æternus à parte post, sicut ab ante: nec aliquid erit, quādo ipse non erit. [*Beati qui lauant stolas suas*] id est virtutes, quibus animæ vestiuntur, ab impuritate vitiorum custodiūt: qui corda sua à malis præteritis purgant, qui operum suorum sordes lachrymis pœnitentiæ, exercitiisque cæterarum virtutū emundant. Iuxta illud Hier. Laua à malitia cor tuū. Et Esaiæ, Lauamini, múdi estote, [*Vt sit potestas eorum in ligno vitæ*] id est Christo frui possint in patria, & nunc conseruentur ac stabiliantur in ipso, eíque iugiter innitātur [*Et per portas intrent in ciuitatem*] id est per obseruantiam præceptorum, cælestem Hierusalē ingrediantur: iuxta quod scriptū est, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. [*Foris autem*] i. extra ciuitatem hanc manebunt [*Canes*]. s. iracundi, gulosi, & recidiuantes, more canum ad vomitum redeuntes. Vnde ad Philip. ait Apost. Videte canes, videte malos operarios [*Et venefici*] de quibus iam dictum est [*Et impudici*] id est luxuriosi, & omnes qui sine verecūdia peccant, nec diuini vultus erubescunt præsentiam, ixuta illud Hiere. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere [*Et homicidæ*] qui maximè peccant in proximum [*Et idolis seruientes*] qui directè peccant in deū [*Et omnis qui amat, et facit mendacium*] id est cum delectatione & ex proposito seu cōsuetudine dicit quæ falsa esse cognoscit, vel impiè agit. Omne enim peccatū est quoddam mendacium. Nam sicut triplex est veritas scilicet vitæ, doctrinæ, iustitiæ, ita & triplex est falsitas. Rursus sicut est veritas propositionis: ita est falsitas operis, falsitásque sermonis. Tales itaque sunt, qui lætantur quū malè fecerint, & exultāt in rebus pessimis. [*Ego iesus misi angelum meum testificari hæc vobis in ecclesiis*] quia vt dictum est sæpe, Iesus per angelum reuelauit hæc Ioanni, & per eum cunctis Christianis, primitus Asianis. [*Ego sum radix et genus Dauid*] Dauid radix est totius sobolis suę. ¶ Quomodo ergo Christus, quum sit filius Dauid, radix est eius? Et respondendum, quòd secundum diuinam naturam est radix, origo & causa eius: sed secundū formam serui, est genus seu proles ipsius. Factus est enim ex semine Dauid, secundum Apostolum. De quo per Esaiam dictum est Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. [*Ego sum stella splendida et matutina*] quia per sapientiā meā cunctis splendidior, & cunctos per eam illumino: qui diem gratiæ, diémque gloriæ præcedo, annuncio, atq; efficio. In resurrectione quoque post tenebras passionis, veluti stella clarissima manè splendens, surrexi. [*Et spiritus et sponsa dicunt, Veni*]. i. spiritus sanctus seu trinitas adoranda, & item ipsa ecclesia militans ac triūphans, dicunt omni fideli, vt veniat ad ea audienda ac adimplenda, quæ modò prescripta sunt. Vel dicunt Christo vt veniat ad iudiciū, quatenus electi plenius beatificentur. Hoc enim sancti desiderant, & tempore suo deus Christo, secundum naturam assumptam, id ipsum iniunget. [*Et qui audit*] quæ dei sunt [*dicat veni*] ó Christe ad iudicandū, & interim ad miserendum. Vel veni tu proximè, ad audiendum sermones dei in hoc libro, alibíque conscriptos. Quilibet ergo hortetur proximum suum ad bona [*Et qui sitit*] iustitiam in præsenti, & gloriam in futuro [*Veniat*]. i. humili mente, & incessabili prece, ad deum pro gratiæ donis accedat. [*Et qui vult*]. i. verè appetit deo placere, vniri, impleri: qui vtiq; facit quod in se est, ad gratiā se disponendo [*Accipiat aquā vitæ gratis,*] gratiā & doctrinam Euangelicæ legis sine meritis suis. De qua aqua Saluator ait, Qui biberit ex aqua, quam ego dabo, fiet in eo fons aquę salientis in vitam æternam. Nec verba hęc obuiant verbo Hiere. dicentis, Nō est in homine via eius, nec viri est vt dirigat gressus suos. Nec ei quod loquitur Paulus, Non est volentis neque currentis. Hęc enim idcirco dicūtur, quòd gratia non ex nostris est meritis, nec eam de condigno meremur, nec sine gratia gratū faciente mereri aut saluari valemus. Cōsequenter prohibet sanctus Ioānes formā verborū huius libri subtractione aut additione mutari aut vitiari. [*Contestor ego omni audienti verba prophetiæ libri huius*]. i. testificor & prænuncio ei quod subdo. [*Si quis apposuerit ad hæc*] textum sua inordinata additione mutando, aut dissonantia veritati miscendo [*Apponet deus super illum plagas scriptas in libro isto*]. s. pœnas impijs infligendas. [*Et si quis diminuerit de verbis prophetiæ libri huius, auferet deus partem eius de libro vitæ*] id est in iudicio eum reprobum, & non esse prædestinatum ostendet [*Et ciuitate sancta*] id est de cælesti Hierusalem, ita quòd ibi portionem nullam habebit [*Et de his quæ scripta sunt*] id est de bonis promissis [*In libro isto. Dicit qui testimonium perhibet horum*] id est Christus, qui hęc vera esse testatur. [*Etiam*] id est sic sit. Vel quod ait, etiam, refertur ad verbum quod subditur [*Venio cito*] secundum sensum expositum, Veni domine Iesu. [*Gratia domini nostri*] id est gratia gratum faciens, quàm Christus, secundum quod deus, dat authoritatiuè & efficienter: & secundum quod homo, dei ac hominum mediator, dat eam vt causa instrumentalis ac meritoria. Nam sua passione atque sanctissima conuersatione eam nobis promeruit, eiúsque merito datur, sine qua nemo meretur. Potest tamē hoc loco per gratiam, omne spiritale donum ad salutem necessarium, siue accommodum accipi [*Sit cum omnibus vobis. Amen*] Si enim gratia hac non adiuuamur, in omnibus deficiemus & omnia beneficia Christi erunt nobis occasio grauioris damnationis. Semper ergo pro gratia & eius incremento quotidiano, viscera misericordiæ dei nostri totis præcordijs deprecemur. Quò enim illa plus creuerit in anima, eò ad vniuersa opera meritoria reddimur fortiores. Quam cunctis donet hominibus, ad sumpsius laudem & gloriam sempiternam, omnium finis bonorum, qui est super omnia deus sublimis & benedictus. Amen.

COMMENTARIORVM IN APOCALIPSYM FINIS.

D. DIONYSII CARTHVSIANI HYMNORVM ALIQVOT VETERVM ECCLESIASTICORVM, pia nec minus erudita enarratio.

PROOEMIVM.

IMplemini spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris domino, gratias agentes pro omnibus. Ephe.5. In hac saluberrima diuini apostoli exhortatione tanguntur actus præclari virtutis quæ latria appellatur, quæ deo cultum cærimoniámque impendit, qui actus ad spirituales personas præcipuè pertinēt, ad vniuersos quoque fideles. Ad quid enim rationalis creatura est facta, nisi vt creatorem suum agnoscat, colat, diligat, laudet, vereatur, ac omni modo sibi possibili veneretur? Eccle.17. Et quoniam vnicuique mandauit deus de proximo suo, vt scilicet diligat eum ex charitate, tanquam seipsum, atque ædificet eum, quatenus qui audit verbum salutis, dicat confratri, veni ad obtemperandum verbo salutari. Sícque vnusquisque prout accepit gratiam, in alterutrū illam administret, & conferat secum de scripturis, de laudibus dei, hoc est de psalmis & hymnis spiritualibus canticis, ac de intelligentia eorundem, de modo psallendi attentè ac reuerenter, cum obedientia operū salutari ac debita: quoniam dominus ipse deprompsit, Quid mihi dicitis domine domine, & non facitis quæ dico? Itémque, populus hic labiis me honorat, cor autem eius longè est à me. Itaque, ad condignā & deo acceptam laudationem, exigitur cordis attentio, & operum exequutio timorata: ita vt seruiamus domino cum metu & timore, & exultemus ei cum tremore. Etenim maledictus, qui facit opus dei negligenter siue fraudulenter. Cùm ipse loquutus sit, Si pater ego sum, vbi est honor meus? Et si dominus ego sum, vbi est timor meus? Hinc opus altissimi efficit fraudulenter, qui aliquid debitæ reuerentiæ aut formidolosæ laudationis subtrahit cultui eius. Ideo dicitur ad Hebræos, Seruiamus deo cum metu & reuerentia. Consideremus quanta sit excellentia eius, cui psallimus, quem laudamus. Núnne colūmnæ cæli contremiscunt & pauent ad nutum ipsius? Núnne exercitus illi angelici cum tremore ei assistunt? Quanti ergo nos sumus, vt loquamur verbis nostris cum eo? Certè coram ipso & comparatione ipsius, non solùm orbis terrarum, sed & totius vniuersitas creaturæ, est tanquam momentum staterę, & tanquam gutta roris antelucani. Ipse est (teste Porphyrio) quem & polus, tellus, pontúsque contremūt, & ipsa insuper numina perhorrescunt. Hoc Ecclesiasticus euidentius, salubriúsque deprompsit. Ecce, inquiens, cælum & cæli cælorum, abyssus & vniuersa terra, & omnia quæ in eis sunt, in conspectu dei commouebuntur, montes simul & colles: & cùm conspexerit illa deus, tremore concutientur. Nihilominus sicut ibidem subiungitur, In omnibus iis insensatum est cor hominis. Cor vtique hominis indeuoti, ista non attendentis, tam infinitam supergloriosissimi dei excellentiam non pensantis, sine recollectione hymnos canentis, sine custodia, formidine & feruore psallentis. Erubesce qui talis es, & formida ne inter eos computeris ac pereas, de quibus per Esaiam protestatus est deus, Appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me, cor autē eius lōgè est à me. Et item per Hieremiam, Audi populeste, qui non habes cor. Me non timebitis, qui posui arenam terminum mari? Psallamus igitur spiritu, psallamus & mente: quod ore profertur, mente pensetur. Ad quod implendum, ipsos hymnos intelligere est necesse, in quibus tamen non videtur grandis aut specialis consistere difficultas. Ideo exhortando magis quàm exponendo, circa hos hymnos, aliquid, prout donauerit dominus, breuiter introducam: sicut & venerabilis quidam pater, aliqui quoque fratres deuoti precati sunt. Postremò, Hymnus propriè appellatur laus dei ad deuotionem accendens. Psalmus laus dei ad bene operandum inducens. Canticum ad spiritualem iucunditatem ex diuinorum atque cælestium contemplatione sustollens. Veruntamen vnum horum pro alio multoties sumitur, quia & primo paralip. fertur, quòd cātores templi deū laudabant in hymnis Dauid regis. In psalmo etiam, vbi nostra habet translatio, Repleatur os meum laude, vt cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam: continet alia, Repleatur os meum laude, & cantem hymnum gloriæ tuæ. Pſal.70.

In aduentu domini ad vesperas, hymnus.

Commendatur in eo Christi filij dei benignitas, quòd ad nos redimēdos in primo aduentu de virgine nasci dignatus est: rogatúrque vt in secundo aduentu nos ab hoste antiquo saluet & protegat, ne ipsius percutiamur telo. Author beatus P. Ambrosius.

Carmen Iambicum Trimetrum.

Conditor alme syderum.] Laudare deum commune est comprehensoribus, id est vniuersis beatis in patria, ac viatoribus in hoc mundo. De comprehensoribus nanque ait psalmista, Beati qui habitant in domo tua domine. in secula seculorum laudabūt te. De viatoribus verò scriptum est Pſal.83.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apoca.19. in Apoca. Laudem dicite deo nostro omnes serui eius, & qui timetis eum, pusilli & magni. Verùm laudes istæ beatorum ac viatorum in multis ab inuicem distinguuntur. Laus quippe, siue laudatio, ex cognitione laudati existenti in laudante procedit, ideo quoque beati clarius atque iucundius deum conspiciunt, quàm viatores: eóque perfectius atque delectabilius ipsum collaudant. Propter quod sine interruptione & fatigatione, eius insistunt præconiis: iuxta quod in Apocalypsi asseritur, Requiem non habebant, id est cessationem ab actu laudis diuinæ, die ac nocte. ¶ Porrò, laus viatorum sæpe interpellationē sortitur, fatigationémque patitur, nec indesinenter consolationem & hilaritatem habet admixtā. Rursus beati eum omnimoda securitate creatorem præcordialissimis laudibus venerantur. Viatores verò cū admixtione periculi & pauore: quibus & dicitur, Exultate ei cum tremore. Nec enim certi sunt absolutè quòd amore sint digni, & charitate ornati, ac sine culpa mortali: cùm tamen certi consistant, quòd non sit speciosa laus in ore peccatoris. Nihilominus nonnunquam præuenti exuberantia deuotionis internæ, hymnum dicunt & psallunt deo cum iubilo, excluso ad tempus actuali timore, experientes salubriter quod dixit Apostolus, Ipse spiritus testimonium perhibet spiritui nostro, quòd filij dei sumus. Adhuc autem laus beatorum quam offerunt regi regum, est pura, distractionem nullatenus sustinens, nec orationibus mixta: ita quòd pro seipsis non orant, præsertim quantùm ad præmium essentiale adipiscendum. Laudatio verò viatorum fumum habet distractionum, multiplicémque defectum, orationibus quoque miscetur: quia sic laudat altissimum, vt proprium euadere queat periculum, imò quæ est oratio efficacissima atque dignissima, quæ dei præconis decoratur, ex dei inuocatione, & eius laudatione composita: de qua ait propheta, Laudans inuocabo dominum, & ab inimicis meis saluus ero. Tales sunt hymni & psalmi cōmuniter, sicut & hymnus iste iam exponendus, in quo Christus deus & homo magnificè ac multipliciter commendatur. Nempe in prima primi versus particula commendatur à magnificentia operis sui, quod est creatio, quæ omnipotenti deo est propria: & ab eminētia sui effectus, qui est stellarum productio, cū dicitur, Conditor alme syderum. In secunda, à puritate suæ naturæ & eius largissiua diffusione, cū additur, æterna lux credentium. In tertia verò particula ab excellentia suæ operationis per assumptam humanitatem expletæ, dum subditur, Christe redemptor omnium, quæ redemptio facta est pretio sacratissimi Christi sanguinis. In quarta, gratiosa redēptoris assistentia imploratur, cū sequitur, exaudi preces supplicum. Itaque ait author huius hymni, [*Conditor alme syderum*] quod quamuis de qualibet diuina & increata possit persona intelligi, imò de tota superbeatissima trinitate (quæ est vnus verus, summus vniuersorum deus & conditor (tamen hoc loco de vnico dei patris filio Iesu Christo profertur, vt verba pandunt sequentia. Christus ergo almus conditor, id est sanctus creator syderum. i. astrorum fixorum in firmamēto, ac planetarum, quorum vnusquisque in proprio orbe mouetur ac situatur, non figitur. propter quod erraticus nuncupatur. prout de hoc Ptolomæus in Almagesto ac Centilogio ac alibi pertractat. Albumasar quoque in introductorio maiori. Aristoteles verò putat planetas in suis orbibus esse fixos, vt patet in libro de cælo & mundo. Plato demum tam stellas firmamenti quàm planetas perhibuit in sphæris moueri instar auis in aëre, ac piscis in vndis: ita quòd fixi non essent in circulis. Imò opinatus est non ipsos cælos moueri, sed stellas & planetas in illis. Sic etenim in Timæo effatur, Meant & choreas ducunt in cælo. Quod itidem opinatus est Ptolomæus, qui (vt in prologo refert Hieronymus) in Platonis dogma cadere videbatur. Quid horum sit verius, infra certitudinem esse reor. Denique, vt in Genesi scribitur, Sol, luna ac stellæ quarto die sunt factæ: quod qualiter à diuersis diuersimodè exponatur, & qualiter probabilius videatur intelligendum, super Genesim & super secundum sententiarum diffusè expressum est. Quemadmodum autem syderum, ita & omnium cælestium corporum, imò & elementorum, omnium item rationalium animarum Christus est conditor. Cúmque in tribus superbenedictis adorandis personis sit vna essentia, imò natura eadem numero, & natura sit operandi principium: constat, quòd operationes summæ & incomprehensibilis trinitatis ad extra sint penitus indiuisæ. Conformiter in tribus superfœlicissimis illis personis est eadem numero potentia, seu potestas absolutè accepta. Siquidem quicquid absolutè non relatiuè conuenit vni diuinæ personæ, conuenit aliis duabus, estque tribus personis commune, atque in tribus illis numero idē. Idcirco, vt tactum est, tres illæ æternæ personæ sunt vnus conditor, seu creator vnus, vniuersorum gubernator, princeps, finis ac dominus, vna lux, vna bonitas summa, vna veritas prima. Hinc de Christo secūdum diuinam naturā subiungitur, [*Æterna lux credentium*] non quòd credentes ab æterno fuerint, nō secundum esse ideale in deo: sed quòd lux ista verè æterna sit. Iuxta quem sensum dicitur deus, æternus rerum conditor: non quòd ab æterno creauit, sed quoniā ipse qui cuncta creauit, verè æternus est. Ideo non penitus eodem modo est æternus creator, sicut æternus prædestinator. Nam verè ab æterno prædestinauit, præordinauit, elegit: prout hoc super primum sententiarum expositum est. Præterea lux in spiritualibus ac diuinis, verè magisque propriè dicitur, quàm in sensibilibus rebus, quamuis nonnulli opinentur oppositum, vt alibi multipliciter est ostensum. Hinc in prima sua canonica sanctus Ioannes ait, Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllę. Et idem alibi, Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Etenim ipse est candor lucis æternæ, splendor gloriæ, superspledidissima ac superpulcherrima dei patris imago. Ipsáque deitas ac diuina essentia est lux superpurissima & immensa. Nec obstat, quòd lux in inferioribus dat qualitatem sensibilem, quemadmodum & sapientia formam accidentalem. Nihilominus sapientia verè magisque propriè, non metaphoricè conuenit deo, quàm creaturis, intantùm, vt ad Romanos dicat Apostolus, Soli sapientia deo, &c. Quocirca mirum videtur, quòd aliqui tenent oppositum, qui tamen sequuntur expositionem Augustini super Genesim de distinctione sex dierum, tanquam literalem: attamen fatentur totam illam expositionē esse solùmodo spiritualem ac mysticā: si lux in spiritalibus & diuinis non propriè, sed metaphoricè dicatur.

Apoc. 4.
Eccle. 9.
Eccl. 15.
Rom. 8.
Apoca. 19.
Psalm. 17.
1. Ioan. 1.
Sap. 7.
Heb. 1.
Rom. 16.
Ptolomę⁹.
Albumasar.
Aristote.
Plato.
Gene. 1.

A ¶ Insuper Christus etiam secundū naturam assumptā lux credentiū nominatur, prout ipsemet in Euangelio est loquutus, Ego sum lux mundi. & denuò, Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis. Nam & Apostolus dixit, Vos estis lux mundi. Amplius, ipse est lux hominum vniuersorum, quia est causā luminis naturalis humani ingenij. de quo accipi potest illud Psalmographi, Signatū est super nos lumē vultus tui, domine. Illud quoque Ioannis, Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominē venientē in hunc mundum. Propter quod anima rationalis, quantū ad vires suas superiores, præsertim quantū ad verticē intellectiuæ & apicē affectiuæ, vocatur signaculū luminis increati ac primæ lucis imago. Specialiter quoque est lux credentiū, quia per fidē euangelicámque doctrinā eos illuminat. Eorū demum qui credunt fide formata, est excellentius lux, vtpote causā lucis gratiæ gratum facientis in eis, ac doni sapientiæ, cæterorū quoque charismatū, quæ charitati inseparabiliter sunt annexa. Beatorū verò in patria excellētissimè lux est, in quibus est causā luminis gloriæ, splendidissimúmque obiectum beatificum beatæ & glorioſę visionis eorū: & hoc potissimū secundum suam diuinitatem. Secundū humanitatem verò assumptā, est obiectū præcipuum accidētalis præmij eorundem. Hinc secundū deitatem est lux supernæ Hierusalē, atque secundū humanitatem est lucerna ciuitatis illius: iuxta illud Apoca. Ciuitas nō eget sole neque luna. Nam claritas dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus, [*Christe redemptor omnium*] Christus secundum quod deus, ab exordio seculi redemit electos à vinculis vitiorum, à captiuitate & iugo diaboli, à seruitute & reatu peccati: iuxta illud, Quis potest dimittere peccata, nisi solus deus? Et rursus, Quis potest facere mundū de immūdo conceptū semine, nisi tu qui solus es? Insuper de variis tribulationibus vitæ huius redemit suos fideles, sicut cātatur in psal. Dicāt qui redempti sunt à domino quos redemit de manu inimici, de regionibus congregauit eos. Et Iudas ait, Iesus populum suum saluans de terra AEgypti. Propriissimè verò ac specialissimè Iesus redemptor omnium nominatur, quoniam per incarnationis & passionis suæ mysteria redemit genus humanum, quoniam passio Christi ex parte ipsius patientis, fuit piissima & acceptissima deo patri, inquantū ex summa & ardentissima charitate, ex incomparabili obedientia, ex præcordialissima pietate & misericordia, eam acceptanter sustinuit, & ad humani generis redēptionem, imò potissimū ad dei patris honorem, ordinauit ac retulit. Impiissima verò crudelissima & dei maximè extitit offensiua ex parte inferentiū & infligētium eā, intantū q⁹ ob hoc ira dei venit super Iudæos vsque in finē. Hinc angelus dixit ad Ioseph, Vocabis nomen eius Iesum. ipse enim saluum faciet populū suum à peccatis eorum. Beatissimus quoque princeps apostolici chori in sua prima ait canonica, Nō corruptibilibus auro vel argento redēpti estis, sed precioso sanguine agni immaculati, de quo in Apoc. habetur, Qui dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Præterea Christus redēptor omniū appellatur. i. hominū vniuersorum, quantū est ex parte ipsius, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionē veritatis venire. Et quia pro omnibus copiosissimè satisfecit. propter quod dicitur, redemptor omniū, quantùm ad sufficientiā, electorum verò quantū ad efficientiam, quoniā dominicæ passionis consequuntur finaliter fructum ac consummatū effectum. De iis omnibus passione sua instāte differuit, Ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahā ad meipsum. Passione quoque cōpleta, Prædicate euangelium omni creaturæ. Amplius, virtus & meritū saluatoris est quasi generalis medicina & vniuersale remediū contra omnium vulnera vitiorum, & contra omniū animarum perditionem. Cúmque generale remediū ac medicinale emplastrum oportet lāguidis applicari, instituit Christus sapiētia patris septē ecclesiastica sacramenta, tanq̄ medicinalia vasa, per quæ virtus ac meritum suæ fructuosissimæ passionis applicatur hominibus. quod meritū est multiplex gratia & salubris effectus, quos promeruit eis, per quos etiam vniuntur Christo tanquā capiti suo, cuius spiritu vitā gratiæ ac motum virtutum & supernorū incrementa charismatum sortiuntur: iuxta illud, De plenitudine eius omnes accepimus gratiā pro gratia. His laudibus Christi præmissis, offertur ei oratio, [*Exaudi preces suppliceum,*] hoc est cunctorum fidelium tibi humiliter ac deuotè supplicantium: sicut dixisti, Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Verùm, vt tu ipse testatus es, oportet semper orare, & non deficere, atque in nomine tuo orare, ea videlicet postulando, quæ verè pertinent ad salutem. Postulet item talis in fide nihil hæsitans. Nempe qui hæsitat, similis est fluctui maris. Qualis etiā orans inuenit gratiam, quam precatur Moses dicens, Cùm quæsieris dominum deum tuum, inuenies eum: si tamen toto corde quæsieris eum, & tota tribulatione animæ tuæ. Hoc est cum vera cōtritione, cum ingenti afflictione super tuis defectibus & peccatis, cum solicitudine grandi, ne tanquam fœdum cadauer repellaris & proiiciaris à facie creatoris ac metuendissimi iudicis. Certè sacrificium deo est spiritus ita contribulatus. Anima nanque quæ tristis est super magnitudine mali, & incedit curua, dat gloriam deo, vt propheta ait, Qui ergo sine attentione & cordis custodia, sine compunctione ac gemitu, sine feruore & metu, orat altissimum, nónne potius despici quàm exaudiri meretur? Væ misero iram adhuc magis quàm veniam colligenti. ¶ [*Qui condolens, interitu mortis perire seculum*] hoc est tu Christe vnigenite dei patris, condolens, id est pie compatiens: seculum, hoc est genus humanum, perire, id est damnationem incurrere, spiritualiter mori, æternā salutem amittere, interitu mortis, id est reatu originalis peccati, læsione etiam propriæ culpæ peccantium, letalíque vulneratione cuiuscunque peccati mortalis. Omnes etenim in primo parente peccauimus, cecidimus, & mortem, id est originalis iustitię præuaricationem incurrimus. Propter quod teste Apostolo, eramus natura, hoc est incorrupta & infecta natura, filij iræ, & prius damnati, id est priuationi æternæ fœlicitatis addicti seu adiudicati, quàm nati, [*saluasti mundum languidum*] hoc est de morte culpæ ac infernalis miseriæ liberasti genus humanū in hoc mundo inferiori exulantem, deiectū ac fomite peccati dirè infectum, imò omni genere vitiorum tabefactum ac morbidū, de quo mundo ait Apostolus, Deus erat in Christo mundū reconcilians sibi. Et ipse saluator, Non venit filius hominis vt

Ioan. 8.
Ioan. 12.
Matth. 5.
Psal. 4.
Ioan. 1.
Apoca. 21.
Matth. 2.
Luc. 5.
Iob. 14.
Psal. 106.
Iudæ. 1.
1. Thes. 2.
Matth. 1.
1. petri. 1.
Apoc. 1.
1. Tim. 2.
Ioan. 12.
Marc. 16.
Ioan. 1.
Matth. 7.
Matth. 6.
Iacobi. 1.
Deut. 4.
Lucæ. 11. & 18.
psal. 50.
Baruch. 2.
Roma. 3.
Ephe. 2.
1. Cor. 5.
Ioan. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iudicet mundũ,sed vt ſaluetur mundus per ipſum, [*Donans reis*]hoc eſt iniquis ac perditis,[*Remedium*] E
id eſt paſsionis tuæ meritum,gratiæ ac virtutis tuæ auxilium, ſalutis antidotum,gratiam ſacramẽtorum.
¶Præterea ſciſcitari quis poteſt,quomodo protuimus in primo parente peccare, cadere, infici & damnari,& eſſe dãnati antequam nati,qui tunc nondum eramus?Nũne actus ſecundus,vt mereri ac demereri,preſupponit actũ primum,qui eſt eſſe,quòd per generationem acquiritur?Ad hoc reſpõdent doctores,Quod ſicut in vno corpore ſunt multa membra,& indiuidua plura in ſpecie vna, multíſque rami in vna radice:ſic in primo parente fuerunt poſteri eius. De hoc quoque datur planum cõueniẽnſque exẽplum de rege terreno, præſtanti ſuo militi bonum feudale aut caſtrum,ea cõditione,vt donũ illud permaneat militi,& ad eius poſteros deuoluatur,ſi miles ille regi ſuo fidelis permanſerit, alioquin tam ipſe quàm eius poſteritas beneficio illo priuerur. Si itaque miles ille deſerens regem aduerſario eius concordet:nũne tam miles ꝙ ſoboles ſua iuſtè huiuſcemodi deſtituitur bono? Ita in propoſito eſſe facilè eſt pẽſare.At verò Chriſto ſecundũ deitatis naturã non conuenit condolere, quemadmodum nec dolere per paſsionis affectũ,ſed per ſubuentionis effectum,hoc eſt per ſimilitudinem operis,non per veritatem do-
Iudic.3. loris:ſicut ſcriptura frequẽter loquitur de deo,affectu & more humano,vt eſt illud Iudicum,Doluit ſu-
Gene.16. per miſeriis eorũ.Et Geneſis,Tactus dolore cordis intrinſecus. At verò ſicut triplex eſt vita, vtpote vita naturæ,vita gratiæ,vitáque glorię: ita eſt triplex mors huic triplici vitæ oppoſita,videlicet mors naturæ,mors culpæ,mors infernalis miſerię.Et ab hac triplici morte Chriſtus redemit nos,ſicut iam patuit. F
1.Cor.15. Verũtamen corporis immortalitatem nõ conſequuntur electi,niſi in die vniuerſalis iudicij,quãdo mor-
Pſalm.102. tale hoc induet immortalitatem. Hinc de prætacto interitu ait propheta, Qui redimit de interitu vitam
Rom.5. tuam.De præfata quoque infectione generis humani,ex tranſgreſsione hominis protoplaſti,& de redẽptione facta per Chriſtum,loquitur ad Romanos Paulus apoſtolus,Per vnũ hominem peccatũ in hunc mundum intrauit,& per peccatum mors:& reconciliati ſumus deo per mortem filij eius.[*Vergente mundi veſpere,vti ſponſus de thalamo, egreſſus honeſtiſsima virginis matris clauſula*] hoc eſt, tu Chriſte egreſſus es clauſula honeſtiſsima,id eſt ex caſtiſsima cellula ſeu illibatiſsima matrice,virginis matris, hoc eſt, virgi-
Matt.28. neæ genitricis,de cuius vtero clauſo manente prodiſti. Quemadmodum de ſepulchro lapide ſuperpoſi-
Ioan.20. to necdum reuoluto.Et ſicut introiſti cœnaculum foribus clauſis in die reſurrectionis,quod per omni-
Ezec.44. potentiã dei ſupernaturaliter geſtũ eſt.Iſtud apud Ezechielẽ legitur figuratũ his verbis,Porta hæc clauſa erit,& nõ aperietur,& vir nõ tranſiet per eã,quoniam dominus deus Iſraël ingreſſus eſt per eam,erít-
Num.17. que clauſa.In Num.quoque dicitur,Germinauit virga Aaron in domo Leui, & turgentibus gẽmis eruperant flores,qui foliis dilatatis in amigdalas defloratæ ſunt.De his demũ vaticinatus eſt Eſaias,Ecce vir-
Eſa. 7. go cõcipiet & pariet filiũ,& vocabitur nomen eius Emanuel. Itémq; loquens de Chriſto,Aſcendet,in-
Eſa.53. quit,ſicut virgultũ coram illo,& ſicut radix de terra ſitienti.Virgultũ quippe aſcendit de humo nõ arata,nõ culta,nõ ſeminata:ſic Chriſtus exortus eſt de ſacratiſsima virgine,omni viro incognita,nec huma-
Hiere.31. no ſemine fœcundata.Vnde & à Hieremia prædictum eſt,Nouum creauit dominus ſuper terrã,Mulier circundabit virũ.Quod ſi exponatur de muliere viro cognita, & ab eo imprægnata virúmque brachiis amplexata,non fuiſſet nouũ:quomodo nouum fuit,quòd terra os ſuum aperuit,& Dathan & Abyron,
Num.16. Hon ac Chore abſorbuit:quale opus nunq; legitur ante factũ.Propter quod Moſes locutus eſt,Sin autẽ nouam rẽ fecerit dominus,vt aperiẽs terra os ſuũ deglutiat eos,& omnia quæ ad illos pertinẽt,deſcẽderuntq; viuẽtes in infernũ:ſcietis ꝙ blaſphemauerint dominũ.Ideo verba illa Hieremiæ nõ niſi de Chriſto & beatiſsima virgine ritè intelligũtur, quæ incõparabilis & deificatiſsima virgo vnigenitũ dei patris
Ibidem. cõcepit ac incarnatũ intra virginalis vteri ſui circundedit terminũ: qui ab incarnationis exordio vir fuit
Luc.2. nõ corporis quãtitate,annorũmve numero,ſed omni ſapientia ac virtutũ perfectione,quod adeò extitit nouum,mirũ,magnum,inſolitũ, vt ſanctus Maximius epiſcopus proteſtetur angelicas mentes non comprehendiſſe,quomodo verbũ æternum manſit totum in patre, & totũ per incarnationis myſteriũ continebatur in virgine.¶Præterea ſi obiiciatur hoc nouum nõ eſſe,quia Albumeſar Maurus introductorio maiori lib.6.affirmat,ꝙ ſole exiſtẽte in virgine,hoc eſt in ſigno zodiaci quod dicitur Virgo, naſcitur in terra virgo mũdiſsima,quę filiũ ex ſe natum fouet in gremio.Dicendum,ꝙ opinio illa eſt falſa,imò hæretica.Nec Ptolomæus aſtronomorũ princeps,nec Albategũ,nec Alfraganus, nec cæteri doctores aſtro H
nomi hoc fatẽtur.Et dato,ꝙ ſol in illo ſigno poſſet tantã fœcunditatẽ virgini dare,nullatenus tamẽ virgo poſſet ſine virginalis ſignaculi læſione atque corruptione parere prolem naturali virtute:cũ id ſine dimenſionũ penetratione fieri nõ valeret.Sic ergo egreſſus eſt Chriſtus virginis aluo, [*Vti ſponſus de thalamo*].i.cũ omnium diuinorum ornamento charismatum excellentiã ſuam decentiũ, deſponſata ſibi natu
Gene.2. ra humana,& itẽ eccleſia,in ipſius præſtantiſsimę virginis vẽtre caſtiſsimo.Quẽadmodũ enim ſi ſpõſus
1.Cor.6. & ſpõſa carnales,ſunt duo in vna carne.i.duo ſuppoſita in vno carnali cõmercio:ita in Chriſto verbum æternũ, & natura humana à verbo aſſumpta, ſunt vnũ quid in perſona: & ille fuerunt nuptię pſonales. Chriſtus verò & eccleſia vniti ſunt ſicut ſpõſus & ſpõſa per cõmunionẽ naturę in ſpẽ atque fidẽ & charitatẽ.In eadẽ etiam incarnatione peramabiliſsima ac gratioſiſsima illa virgo Maria facta eſt ſpõſa ſingularis ſpõſi illius cęleſtis.imò totius ſuperadorãdæ & ſupergloriоſiſsimæ trinitatis nobiliſsimũ prorſus
Pſalm.18. ſpẽdidiſsimumq; triclinium.Hinc prædixit Pſal.In ſole poſuit tabernaculũ ſuum.Vbi Hebraica veritas habet,Soli poſuit tabernaculum ſuũ,& ipſe tanq; ſpõſus procedẽs de thalamo ſuo.Quod factũ eſt,[*Vergente mundi veſpere*].i.vltima mũdi ætate inſtãte & diuertente ad nos:ſicut ait Apoſtolus,Nos ſumus in
1. Cor. 10. quos fines ſeculorũ deuenerũt.Nec obſtat ſi hæc vltima ætas cæteris duret diutius:cũ & vnius hominis ætas vltima,interdũ diutius duret ꝙ oẽs præcedẽtes. [*Cuius forti potentiæ*].i.omnipotẽtiæ tuæ, ô Chriſte, [*Genu curuantur omnia*] id eſt vniuerſa creata, de quibus ſubiungitur, [*cæleſtia, terreſtria*] imò & infernalia humiliãtur genu,id eſt per genuflectionem,ſeu genua ſua flectendo,præſertim omnes rationales,

A intellectualésque creaturæ:& hoc vel ſponte vt angeli boni,hominéſque deuoti.Dæmones verò coactè, Infideles quoque ſaltem in die iudicij, quando(vt Eſaias prædixit)ad eum venient, & confundentur omnes qui repugnant ei. Hoc eſt quod ad Philipp.ſcribit Apoſt.Humiliauit ſe, factus obediens vſque Eſaię.45.
ad mortem,& c.vt in nomine Ieſu omne genu flectatur,cæleſtium, terreſtrium & infernorum. Quod philip.2.
de Chriſto ſecundum vtranque naturam exponitur. Quamuis enim Chriſto ſecundum diuinitatis naturam præcipuè competat,quòd omnia ei genua flectent:tamen quòd hoc fiat, quia humiliauit ſe factus obediens vſque ad mortem, atque ob hoc exaltari à patre, conuenit ei ſecundum naturam aſſumptam, Certum eſt autem quòd intellectuales creaturæ à corpore ſeparatæ, non niſi ſpiritualia genna flectãt,de quibus ſecundo Paralipo.in ſua oratione ait Manaſſes,Flecto domine genua cordis mei ad te,& c. Præterea prout tertio libro diſſeruit Damaſcenus, eo ipſo quo vnigenitus patris aſſumpſit naturam humanam ad ſuipſius hypoſtaticam, id eſt perſonalem vnionem, prætulit naturam illam aſſumptam omni creaturæ, & digna eſt honorari à cunctis creaturis hyperduliæ cultu,prout ſuper tertium ſententiarum declarant doctores.[*Patentur nutu ſubdita*]id eſt per ſigna recognoſcunt ſe Chriſto ſubiecta.Nam & dæmones credunt & contremiſcunt. In actibus quoque Apoſtolorum recitatur, qualiter in nomine Ieſu Chriſti dæmones adiurati cogebantur mox egredi.Hinc in Apoc.multa leguntur,Quemadmodum ſanIacobi.2.
ctus Ioannes audiuit omnem creaturam in cælo,terra,& inferis,fateri excellentiam ſaluatoris.[*Te depre-* Actu.19.
B *camur hagie,venture iudex ſeculi*]id eſt ô Chriſte hagie,id eſt ſancte,future iudex ſeculi,id eſt mundi ge- Apoca.5.
nerisve humani,deprecamur te[*conſerua*]id eſt præſerua & cuſtodi[*Nos in tempore*]peregrinationis,exiliſque pręſentis:ſicut orauit Pſalmiſta,Cuſtodi me domine vt pupillam oculi,ſub vmbra alarum tuarum protege me.[*Hoſtis a telo*]id eſt ab improuiſis,inſidioſis,acutis & callidis leſionibus,tentationibus,nocumentis,hoſtis[*Perfidi*]id eſt fallacis diaboli,qui eſt mendax & fallax,& ſuggerens mala ſub ſpecie boni.
Vnde ad Epheſios hortatur Apoſtolus,In omnibus ſumẽtes ſcutum fidei,in quo poſsitis omnia tela ne- Pſalm.16.
quiſsimi ignea extinguere.[*Laus,honor,virtus,gloria,deo patri & filio,ſancto ſimul paracleto.*]Sicut in fine cuiuſlibet pſalmi offertur pręconiũ ſuperdigniſsimum trinitati,ita in fine cuiuſlibet hymni:quoniam quicquid agimus,loquimur,exercemus, ad laudem & gloriam ſuperſanctiſsimæ trinitatis ordinare de- Epheſ.6.
bemus.Sicut deprompſit Apoſtolus ad Corinthios Siue manducatis,ſiue bibitis, ſiue aliquid aliud facitis,omnia in gloriam dei facite.Et rurſus,Quoniam finis noſter eſt,deum in cælis ex beatifica viſione æternaliter collaudare,Ita[*Laus*]id eſt mentalis ac vocalis laudatio.[*Honor*] id eſt exhibitio reuerentiæ actualis & operatoria in ſignum excellentiæ & ſanctimoniæ:propter quod ait Apoſtolus,Soli deo honor
& gloria:quia videlicet ſolus deus in ſe & propter ſe tinaliter,principalitérque laudandus & honorandus 1.Cor.10.
eſt:alij autem id deo & propter deum,prout dixit Pſalmiſta.In domino laudabitur anima mea. [*Virtus*]
C id eſt poteſtas ſeu omnis virtutis perfectio. [*Gloria*]id eſt ſumma maieſtas ac magnificentia: iuxta illud
Eſaię Plena eſt omnis terra gloria eius. In Eccleſiaſtico quoque, Gloria domini plenum eſt opus eius.
Vel,gloria,id eſt felicitas atque lætitia.Item clara cum laude notitia,fama altiſsima, honorificentia ſum- 1.Tim.1.
ma.Vnde per Eſaiam dominus proteſtatur,Ego dominus,hoc eſt, nomen meum, gloriam meam alteri pſalm.33.
non dabo,& laudem meam ſculptilibus.[*Deo patri*]qui ſeipſum æternaliter ac inuariabiliter intelligen- Eccle.42.
do ac intuendo hoc quod de ſe concipit,intra ſe profert, videlicet verbum æternum:in quo tota ſua natura atque perfectio,& quicquid in ſua infinita ſapientia continetur,lucet ac cernitur,plenè exprimitur ac reſplendet.Ideo verbum hoc appellatur ſplendor gloriæ,figura paternæ ſubſtantiæ, imago naturalis ac ſuperclariſsima dei patris,ſimillima patri. Et quia ſecundum rationem ſimilitudinis oritur ac procedit,rectè gigni aſſeritur,ac proles & filius patris cenſetur,qui de hoc ſuo vnigenito conteſtatur. Eructauit cor meum verbum bonum.Et iterum,Ex vtero ante luciferum genui te.Vnde de patre ac filio Salomon ait,Quod nomen eſt eius,& quid nomen filij eius,ſi noſti?In quibus verbis Salomon innuit vtrũque innominabilem,incomprehenſibilem eſſe,ideóque æquales.[*Et filio*]dei patris vnigenito,qui à patre
intellectualiter,immaterialiter,incommutabiliter ac æternaliter generatur, naturali ac ſupermundiſsima Heb.1
emanatione procedens à patre.de quo fatetur, Dixit dominus ad me, filius meus es tu,ego hodie genui pſalm.44.
te,[*Sancto ſimul paracleto*]id eſt ſpiritui ſancto cõſolatori dulciſsimo, qui eſt amor patris & filij ab vtro- Pſal.109.
que immediatè ſcaturiens,quia in patre & filio eſt vna voluntas,à qua & per quam amor iſte æternus & prou.30.
D increatus immediatè ſpiratur:quemadmodum verbum ab intellectu producitur. Ideo ſpiritus ſanctus à patre & filio tanquam ab vno principio, vnoque ſpiratore deriuatur, quemadmodum etiam creaturæ procedunt à tribus perſonis,tanquam ab vno creatore.Cúmque tres perſonæ ſint conſubſtantiales,coæternæ & coæquales,debetur eis vnus & æqualis honor,laus,gloria. Nec ita verſiculum iſtum cantamus, pſalm.2.
quaſi ſumma trinitas vnquam ſit ſine laude,honore & gloria:imò in militante ac triumphante eccleſia ei hæc inceſſabiliter offeruntur & exhibentur, ſed orando, vt plenius atque perfectius & à pluribus, imò ab omnibus rationabilibus creaturis ei exhibeantur & item gaudendo & congratulando, quia hec ab vniuerſis beatis infatigabiliter ac feruentiſsimè impenduntur: iuxta quem modum ad cæleſtem Hieruſalem dicimus,Lauda Hieruſalem dominum,quæ vtique noſtra exhortatione non indiget, ſed eius laudibus congaudemus.Hæc ergo ſic ſint.[*In ſempiterna ſecula*]id eſt per durationes perpetuas, vt potę iugiter ſine fine.¶Poſtremò,quod in primo verſiculo dictum eſt, Conditor alme ſiderum, etiam de ſpiri- Pſalm.147
tualibus ſyderibus accipi poteſt. Hoc eſt de omnibus angelis ſanctis ciuibúſque ſupernis: de quibus in Iob dominus loquitur,Vbi eras, quando ponebantur fundamenta terræ cum me laudarent aſtra matutina & iubilarent omnes filij dei?Quibus planè ornatur ac ſplendet cęlum empyreum,pręſertim triumphans eccleſia, ineffabiliter pulchrius, quàm cæli volubiles viſibilibus ſtellis,planetis & perfectionibus Iob.38.
ſuis.Conformiter de viatoribus virtuoſis, contemplatiuis hominibus, dignis pręlatis,perſonis heroĩcis, doctoribúsque & prędicatoribus ſanctis,hoc poteſt exponi:quos omnes condidit chriſtus, non ſolùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

in esse naturali,imò etiam in esse & viuere supernaturali gratuito,quibus pulchrè decoratur ecclesia mi- E
litans. Vnde de talibus ad Philippenses fatur Apostolus, Sitis sine querela & simplices filij dei, sine re-
Philip.2. prehensione in medio nationis prauæ atque peruersæ. Inter quos lucetis sicut luminaria mundi,verbum
vitæ continentes. De quibus item in Daniele legitur,Qui docti fuerint,fulgebunt quasi splendor firma
Dan.12. menti,& qui ad iustitiam erudiunt multos,quasi stellæ in perpetuas æternitates. Hi tales salubriter docti
sunt, quos vnctio spiritus sancti docet de omnibus, quibus dominus dat de omnibus intellectum : qui
1.Ioan.2. non informi,nuda,insipida pollent vel potius sordent scientia,qui sciunt nec faciunt. Propter quod du-
2.Thim. 2. plicata damnatione peribunt . Quibus loquitur Esaias, Væ qui sapientes estis in oculis vestris. Et Hie-
Matth. 23. remias, Sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nesciunt .¶ Demum expositioni huius primi
Esa.5. hymni tam prolixè sum immoratus, quoniam expositio ista ad sequentium elucidationem hymnorum
Hiere.4. plurimùm confert. Ideo illorum declarationem celerius pertransibo.

¶In natiuitate Domini,Hymnus.

Laudatur in eo christus dei filius,quòd pro nobis redimendis humanã carnem de matre virgine sum-
pserit,& natiuitatis ipsius secundum carnem mysteria piè reserantur. Author B.P.Ambros.

Carmen Iambicum dimetrum.

F
VEni redemptor gentium]Hunc hymnum cantant aliqui in aduentu,& dicunt,veni, id est spiritualiter descende in tuorum corda fidelium per gratiæ infusionem,aut per infusæ gratiæ incrementum,ac virtutum profectum : per consolationem internam, illuminationem piissimam & inflammationem assiduam.¶ Alij cantant hymnum hunc in solennitate natiuitatis Christi, & dicunt per modũ gratiarum actionis ac spiritualis lætitiæ super incomparabili beneficio incarnationis,natiuitatisque filij dei.[*Venit*] in vterũ excellentissimæ virginis non per loci mutationẽ aut corporalem ingressum, sed per incarnationis mysterium . Venit item in vterum virginis per natiuitatẽ in vtero,qua eius humanitas cœpit esse nec antea fuit. De qua natiuitate fertur Matthæi primo. Quod in ea natum est,de spiritu sancto est. Atq; in psalmo,Homo natus est in ea,& ipse fundauit eã altissimus. Insuper venit iam incarnatus in mundũ per natiuitatem ex vtero & corporalẽ egressum:implens illud Baruch, Post hæc in terris visus est,& cum hominibus conuersatus est. Vnde per Zachariam prædixit,Gaude & lætare filia Sion,quia ecce ego venio,& habitabo in medio tui. Venit ergo redemptor gentiũ,cuius incarnatio fuit nostræ redemptionis exordium:& eius ad ima discensio, fuit nostra ad summa prouectio. Qui redemptor est gentium,id est hominum vniuersorum, quantùm in se est:quamuis non omnes redemptionis eius fructum & gratiam consequantur, vt in præcedentis hymni expositione probatum est. Vel,gentium , id est specialiter gentium, ex quibus quasi incomparabiliter plures ad Christum conuersi & redemptionis effectum sortiti sunt quàm Iudæi. Propter quod in Actis paulus ac Barnabas contestantur Iudæis, Vobis oportebat primùm loqui verbum dei , sed quoniam repulistis illud,conuertimur ad gentes. Rursus in Actibus asserit paulus,Gentibus missum est hoc salutare dei. De quo Simeon dixit, Viderunt oculi mei salutare tuũ. Veruntamen vtriusque populi redemptor est Christus,qui fecit vtraque vnũ,in quo tanquam in lapide angulari , populus vterque cõuenit ad constituendam vnam ecclesiam,prout Zacharias prædixit,Consilium pacis erit inter duos illos.[*Ostendens partum virginis*]hoc est,seipsum ex virgine natum exhibẽs verè præsentem : iuxta illud Esaiæ , Ego ipse qui loquebar,ecce assum. Et iterum,Oculo ad oculum videbũt. Hinc orauit Psalmista, Qui sedes super Cherubin,manifestãre . [*Miretur omne seculum*] id est omne genus hominũ,præsertim ad fidẽ conuersi,de tot & tantis mirabilibus factis in Christo. In quo deus & homo in vnam conuenerunt personam,quæ æternaliter nata est ex patre,sine matre:temporaliter quoque ex matre in terris,sine patre. De tot item ac tantis beneficijs nobis à superbeatissima trinitate per Christum exhibitis,& de profundissimis Christi mysteriis , de altissimo consilio supersapientissimæ trinitatis , super modo & ordine saluatoris generis humani per incarnationem & cætera gesta Christi , de his quæ in die natiuitatis Christi in euangelio ac alibi scripta leguntur. Hæc est admiratio sapientialis,reuerentialis ac sobria , de qua narrat Euangelista, Erant Ioseph & Maria mater Iesu mirantes super his quę dicebantur de illo. Ad quorum cõtemplationem & sobriam admirationem necessaria valde est illuminatio spiritus sancti. Propter quod orauit propheta,Reuela oculos meos,& considerabo mirabilia de lege tua.

psalm.85. Baruch.3. Zacha.2. Actu.13. Actu.28. Zacha.6. Esaiæ.52. Ibidem. Psalm. 79. Lucæ.2. H

¶ Denique hoc est quod ad Ephesios deprompsit Apostolus,Pater glorię det vobis spiritum sapiẽtiæ in agnitione eius,illuminatos oculos cordis vestri:vt sciatis quæ sit spes vocationis vestræ. [*Talis deum partus decet*]id est tam supernaturalis,mũdissima,singularis & præclara natiuitas,decuit vnigenitum dei. De quo in prima sancti Ioannis canonica legitur,Hic est verus deus & vita æterna . Nunne decentissimum fuit omnium saluatorem essentialiter sanctum,cõfractorum reparatorem,qui iuxta Apostolum ad Romanos,est super omnia deus benedictus in secula,supernaturali,singulari,& præclarissima natiuitate nasci in natura assumpta ex integerrima atque sanctissima matre , tanquam institutorem & authorem naturę,qui ex supersanctissimo deo patre æternaliter natus fuit. Idcirco cecinit Esaias , Generationem eius quis enarrabit? De hoc multę cõgruentię in Legẽdis sanctorum,& super tertium Sententiarum inueniũtur . Hinc & quidam Hebręorum doctor antiquus in persona dei allegatur dixisse super illud in Threnis . Pupilli facti sumus absque patre: vos fleuistis coram me dicentes, Pupilli facti sumus absque patre. Ecce saluator quem suscitabo vobis,erit in terra sine patre , sicut in cęlo absque matre. ¶ Præterea triplex natiuitas ascribitur Christo, Vna æterna ex corde patris. Secunda carnalis ex vtero virginis. Tertia spiritualis,qua in eorum mentibus generatur, qui conuertuntur ad ipsum , seu regenerantur in ipso

1.Ioan.1. Rom.9. Esa.53. Thren.5.

A [*Non ex virili semine, sed mystico spiramine*,]id est occulta ac diuina operatione spiritus sancti.[*Verbum dei factum est caro*]id est vnicus dei filius factus est homo:iuxta illud,Verbum caro factum est , ibi caro pro homine,vt pote pars pro toto accipitur. Vnde archangelus ad præelectissimam virginem est locutus, Spiritus sanctus superueniet in te,& c. Atque ait ad sanctum Ioseph , Quod in ea natum est,de spiritu Lucæ.1.
sancto est. Quamuis autem opera supereſſentialis incomparabilis trinitatis ad extra,sint indiuisa,vt circa Matth. 1.
primum hymnum est declaratum:efficientia tamen incarnationis per appropriationem ascribitur spiri
tui sancto,cùm sit opus maximę benignitatis,quæ spiritui sancto appropriatur. Propter quod in simbolo Apostolorum asseritur,Qui conceptus est de spiritu sancto,id est virtute & benignitate spiritus sancti,qui ex purissimis sanguinibus præstantissimæ virginis corpus Christi in instanti formauit,organizauit,animam Christi creauit, corporique coniunxit:ex quorum immediata coniunctione resultauit vera & perfecta humanitas, quam in eodem instanti persona verbi æterni assumpsit , & in suo esse personali increato suppositauit. Eodem demum instanti impleuit animam Christi omni supernaturali charismate spiritus sancti,imperfectionem in sua ratione non includente,imò & beatifica visione deitatis tam clara vt modò habet. Cúmque deus dicatur creaturam tantò plus diligere, quantò maius bonum ei communicat,& esse illud personale increatum humanitati Christum communicatum, maius ac dignius sit toto vniuerso,constat quòd deus plus diligat Christi humanitatem,seu Christum secundum naturam assum
B ptam,quàm totum residuum vniuersum . Vnde & Christi humanitas ob suam hypostaticam vnionem cum verbo,est dignitatis quodammodo infinitæ. Insuper quamuis in Christo ponatur duplex natiuitas, diuina videlicet & humana,vt & duplex naturamnon tamen duæ filiationes,sicuti nec duæ personæ. Natiuitas enim concernit naturam , filiatio verò personam , prout hæc omnia super tertium Sententiarum Lucæ.1.
determinantur.[*Fructusque ventris floruit*]id est verbum æternum , quod secundum deitatis naturam est psal.126.
fructus,& proles cordis & intellectus paterni : secundum assumptam humanitatem est fructus & filius psal.148.
vteri virginalis. De quo sancta dixit Elizabet,Benedictus fructus ventris tui. Et psal. Ecce hæreditas do- Esaiæ.4.
mini filij merces fructus ventris. Itémque. Dominus dabit benignitatem,& c. De quo Esaias, In die illa Lucæ.23.
erit germen domini in magnificentia,& gloria , & fructus terræ sublimis . Qui effloruit in hoc mundo Esaiæ.11.
omni sanctitate,sapientia,fama,predicatione,miraculis:intantùm, quòd etiam tempore passionis retulit Cantic.5.
de seipso,Si in viridi ligno hoc faciunt,&c. Hinc apud Esaiam,Egredietur virga de radice Iesse,& c. De
quo in Canticis ait sponsa,Dilectus meus candidus & rubicundus,electus ex milibus.[*Aluus tumescit virginis*]id est virgineus venter,toti mundo,imò & vniuersæ triumphanti ecclesiæ,venerabilis & veneran-
C dus,tanquam sacratissimum dei templum, thronus ac mansio , Venter(inquam)Mariæ dulcissimæ,tumescit,id est paulatim tumebat seu eleuabatur , secundum quòd corpus filij eius creuit & augebatur in vtero eius:quod Ioseph deprehendens,cogitauit occultè dimittere eam. Vel,quia suspicabatur quid mali de ea,secundum Chrysostomum in Homilia:quamuis ipsemet alibi aliter dicat,Vel(quia quod & decentius sonat)reputauit se indignum contubernio atque consortio eius, quàm sine viri fœcundatione credidit cõcepisse. Hinc secundum eundem Chrysostomum alibi,& Bernardum,ac alios plures,in hoc refulget ineffabilis laus Mariæ , quòd Ioseph possibilius credidit virginem sine viri admixtione concipere,quàm Mariam peccare.[*Claustrum pudoris permanet*]hoc est, virginale signaculum pudicissimæ ac integerrimę genitricis Christi clausum & illęsum manſit,in eius conceptione,natiuitate,ac deinceps indesinenter:quoniam virgo fuit,ante partum , in partu,& post partum , tantò integrior,mundior , & in cunctis perfectior,quantò matrem veri dei,reginam ac dominam omnium virginum,imò vniuersorum sanctorum, decuit cunctis sanctis dei, & etiam cæteris huius incomparabilis virginis famulis & ancillis perfectiorem,puriorem,ac sanctiorem consistere.¶ Deinceps in conceptione vnigeniti filij dei fuit tam indicibiliter spiritualizata,deificata , atque in cunctis dignificatissima , quòd indecentissimum extitisset eam deinceps à viro cognosci . Christus ergo suæ matri præstantissimæ ac supercharissimæ fœcunditatem attulit,integritatem non abstulit nascendo , nec auferri permisit ab alio . [*Vexilla virtutum micant*] hoc est , insignia excellentissimorum operum dei in virgine & deinceps in filio eius , videlicet præclara
D eius mysteria,miraculosi effectus,beneficia,charismata,& multiplicia dona refulgent , repræsentantur, noscuntur , & vndique prædicantur, ac in ecclesiis honorantur . In virgine nanque facta est incarnatio verbi æterni,creatio & glorificatio animæ Christi,quantùm ad vires eius supremas, coniunctio virginitatis ac maternitatis in eadẽ persona. Vnio sponsi cælestis cum sponsa singulari,& cum sponsa vniuersali, Tunc angelus apparuit & loquebatur pastoribus,cecinitque in aëre militia cælestis exercitus.[*Versatur in templo deus*]id est deus incarnatus in vtero virgineę matris,tanquam in viuo & sacratissimo templo morabatur , baiulabatur , mouebatur, & requieuit:qui deinceps egressus,in templo manufacto oblatus Luc.2.
est. Et illud frequenter ingressus , iuxta legis tenorem , statutis anni temporibus, vt patet in Luca. Vnde Malac.3.
per Malachiam prædictum est,Statim veniet ad templum suum dominator, quem vos quæritis : & angelus testamenti,quem vos vultis. Ob hanc regis Messiæ frequentem præsentiam , prædicationem,orationem,oblationem,miraculosámque operationem,in templo secundo sub Zorobabel constructo,deus Aggæi.2.
prædixit per Aggæum,Magna erit gloria domus huius, nouissimæ magis quàm primæ . Nam & verbis his statim præmisit,Veniet desideratus cunctis gentibus,& implebo domum istam gloria . [*Egressus eius a patre,*] id est verbum æternum ex corde patris æternaliter est egressum , seu emanauit per generationem diuinam, egressione & emanatione ad intra . De qua per Esaiam propheram loquitur deus pater, Esaiæ.55.
Egredietur de ore meo iustitiæ verbum : vt Diuus Augustinus exponit . Et denuo planius loquens, Esaiæ. 6.
Nunquid (inquit)ego qui alios parere facio , ipse non pariam ? Deinde verbum & sapientia patris egressum est à patre, spirituali missione,non patrem relinquendo, sed in rationabilibus creaturis gratiosè Sapien. 9.
aliqua operando. Iuxta illud,Mitte illam de cælis sanctis suis. De qua missione & egressione primò sen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tentiarum diffusè tractatur. Tertiò egressus est vnigenitus dei à patre non per loci mutationem, sed humanæ naturæ assumptionem. Sicut in Ecclesiastico expressum est, vbi sapientia increata ac genita loquitur, Ego ex ore altissimi prodiui primogenita ante omnem creaturam. In Prouerbiis quoque, Ab æterno ordinata sum, necdum erant abyssi, & ego iam concepta eram. [*Regressus eius ad patrem*] in ascensione, non quòd in terra non fuerit deus pater, aut quòd in cœlo atque in patre non fuerit ac manserit filius, sed sicut egressus fuit in incarnatione assumendo humanitatem, ita in ascensione regressus est ad patrem, assumptam humanitatem in summo cælo ad dexteram patris, id est in potioribus eius bonis per plenam glorificationem, constituendo. Vbi pater speciali eminentiorique modo esse & habitare asseritur, quoniam ibi præclarius operatur ac clarius, vt pote facie ad faciem se ostendendo, videtur. Hinc dixit Psalmographus, A summo cælo egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius. Vnde & Christus post cœnam passioni iam proximus, Exiui(ait) à patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. [*Excursus vsque ad inferos*] mox nanque vt in cruce expirauit, & tradidit spiritum, dicens, Pater in manus tuas commendo spiritum meum, descendit ad inferna, vt in symbolo continetur Apostolorum, hoc est, ad limbum patrum, qui fuit superior pars inferni, cuius infima pars fuit locus ac mansio damnatorum, quæ communiter appellatur infernus, aut in quo nulla perhibetur esse redemptio. Secunda pars est purgatorium, quod & interdum infernus vocatur, vt cum oramus, Libera animas fidelium defunctorum, de pœnis inferni. Tertia pars erat limbus paruulorum in solo originali defunctorum. Quarta, limbus patrum, de quo Iacob, Descendam(inquit)ad filium meum lugens in infernum. [*Recursus ad sedem dei*] id est velocissima reditio Christi, secundum quod homo fuit, vsque ad cælum empyreum. de quo loquitur pater, Cælum mihi sedes est. Vnde in Deuter. ait scriptura, Non est alius deus, vt deus rectissimus. Habitaculum eius sursum & subter brachia sempiterna. Hinc in Apostolo loquitur Christus, Vici & sedi cum patre meo in throno eius. Atque ad Hebræos Apostolus, Præcursor pro nobis introiuit Iesus cælum. De huiusmodi cursu angelus superior ait ad inferiorem, Curre & loquere ad puerum istum.

¶Præterea, ob hunc multiplicem Christi profectum, volatum, ascensum, & descensum, exitum ac reditum, sponsa fatetur in Canticis, Ecce venit iste saliens in montibus, transiliens colles. [*Procedens a thalamo suo*] id est Christus nascendo exiens vterum suæ virgineæ matris, in quo tanquam in thalamo celebratæ sunt nuptiæ personales, inter verbum æternum & naturam humanam ab illo assumptam. Nuptiæ quoque spirituales inter Christum & sponsam vniuersalem, vt dictum est, [*pudoris aula regia*] hoc est, ventre felicissimè virginis, cuius mundissimus ac fœcundissimus venter metaphoricè dicitur aula: sicut & thalamus, imò & regia aula, seu aula regalis, quia in eo nouem mensibus rex regum dei vnigenitus incarnatus quiescere ac morari dignatus est. Et ita intra se clausit, continuit, baiulauit eum, qui omnia portat verbo & imperio suæ virtutis, quem cælum capere nequit, nec intra se limitare. Propter quod exclamauit quidam deuotus, O venter cælis diffusior, & cunctis capacior elementis. Qui & aula pudoris censetur, quia ab omni libidine alienissimus, & ipsa excellentissima virgo prorsus pudicissima extitit pudore sapientiali, qui de malo & turpitudine culpæ erubescit coram supersanctissimi dei præsentia. Vnde in Ecclesiastico dicitur, Est confusio adducens gratiam & gloriam. Quemadmodum autem totum frequenter denominatur à sua parte: sic pars interdum nominationem à suo toto sortitur, sicut manus sacrilegi appellatur sacrilega. [*Gemine gigas substantie*] id est persona sublimis & magna duplicis essentiæ seu naturæ, seu duas in se habens naturas perfectas, in vnitate personæ coniunctas: veram videlicet deitatem, atque perfectam humanitatem. Interdum tamen asseritur, quòd dei filius factus est homo ad complendum & consumandum ordinem vniuersi: quatenus sicut ab exordio mundi, imò potius ab æterno fuerunt tres personæ in vna subsistentes natura: ita in fine sæculorum essent tres naturæ in vna persona, puta diuina essentia, caro, & anima in Christo. Verùm dum duæ naturæ perhibentur in Christo, nomen naturæ propriè sumitur pro natura integra & perfecta. Dum verò tres naturæ in ipso esse dicuntur, natura capitur extensius, prout etiam pars naturæ nominatur natura, hoc est, tam caro quàm anima. ¶Denique hæc profunda ac deuotissima verba Cassiodorus super librum psalmorum, affirmat sanctum virum Ambrosium supernaturaliter protulisse, [*Alacris vt currat viam*] id est ipse Christus fuit alacris id est expeditus, velox paratissimus & iucundus ad percurrendum iter seculi huius, ad conuersandum in terris tam diu sicut pater præordinauit, ad expediendum & peragendum quicquid pater per eum dici, fieri, ipsúmque pati instituit. Propter quod pendens in cruce deprompsit, Consummatum est. & paulò ante, Opus consummaui, quod dedisti mihi vt facerem. Cúmque comprehenderetur, dixit ad Petrum, Calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? Hinc prædictum fuit in Psalmo, Exultauit vt gigas ad currendum viam. Et denuo de seipso effatus, In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam, deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. Itaque via hæc Christi fuit tota conuersatio eius, in seculo isto persecutio & passio eius. Discursus in prædicando, fatigatio in itinerando, incessabilis occupatio pro humana salute. Reditus quoque in ascensione ad cælum, in quo iugiter mansit, imò & homo iam factus fuit, antequam in humanitate illuc ascendit, & hoc ratione personalis vnionis vtriusque naturæ in ipso. Ad quod insinuandum loquens cum Nicodemo in terra tellatus est, Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo filius hominis, qui est in cælo. [*AEqualis æterno patri*] hoc est, tu Christe qui secundum deitatis tuæ naturam verè æqualis es deo patri: quoniam deitatis plenitudo ac veritas omnem prorsus imperfectionem, minorationem, inæqualitatem excludit. Vnde dixit Apostolus, Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem deo. Propter quod apud Ioannem ait, Pater meus

Ecclc.14. prouc.8.
Psal.18. Ioan.15. Matth.28.
Gene.37. Esaiæ.66. Actu.7.
Deute.33.
Hebr.6. Zacha.2.
Cantic.2.
Eccles.4.
Matth.27. Ioan.17. Ioan.19. Ioan.18. psalm.18.
philip.2. Ioan 10.

quod dedit mihi, maius omnibus est, vtputa deitas ipsa: quam per generationem æternam à patre accepit. Propterea addidit, Ego & pater vnum sumus. [*Carnis trophæo accingere*] hoc complacendo & congratulando magis, quàm deprecando prolatum est, vt sit sensus, Accingere, id est teipsum accinge, vel à patre accingere, hoc est accingaris: strophio carnis, id est carne quam assumpsisti vt cingulum, id est quodammodo te vestitisti & operuisti animam tuam, aut etiam deitatem, cuius habitus fuit natura assumpta, vt sù per illud Apostoli, Habitu inuentus vt homo, Augustinus expressit. Iuxta hunc modum fertur in psalmo, Accingere gladio tuo super femur tuum potentissimè. Esaias quoque de cingulo spirituali, fides(inquit) cinctorium renum eius. [*infirma nostri corporis*] id est naturalem passibilitatem, fatigabilitatem, famem, sitim, pauorem, tristitiam corporis tui, quod de nostro ex virgine accepisti. Indetrahibiles quippe defectus Christus assumpsit, secundum Damascenum: id est naturales defectuositates, quibus detrahi ne quit. Quamobrem debuit fratribus per omnia assimilari, iuxta Apostolum. [*Virtute firmans perperim*] id est iugi fortitudine roborans, ita quòd ex infirmitatibus illis nunquam in aliquam prolapsus es culpam. Et quicquid in carne es passus, ex libertate fuit tuæ virtuosissimæ voluntatis ac inuictissimæ charitatis, non ex necessitate passibilitatis: ex dignatione, nõ ex coactione: sicque corpus Christi perfectissimè fuit animę eius subiectum: & passiones, seu potius propassiones suæ sensitiuę partis, per virtutes morales excellentissimas indeuiabiliter regulabatur, quòd totum factum est principaliter virtute diuina æternali.

[*Præsepe iam fulget tuum*] id est præsepium in quo tu ô Christe à virgine matre mox natus reclinatus fuisti, nunc splendet in corde & fide credentium: inquantùm factum est instrumentum tibi deseruiens, & reclinatorium tuum: sicut & vestes, mensa, cœnaculum, quibus vsus es & quæ tuo sunt sacratissimo corpori applicata, ex hoc sanctificationem quandam contraxisse dicuntur & honorantur, imò tuipse in illis potius honoraris & fulges, in quibus & per quæ, tuas exercuisti & ostendisti virtutes. [*Lumen que nox spirat nouum*] Consuetudo scripturæ est, vt tempus dicatur facere quæ fiunt in tempore. Vnde primo Machabæorum asseritur, Videns Ionathas, quia tempus eum iuuat. Et apud Matthæum ait saluator, Crastinus dies solicitus erit sibiipsi. Itaque nox, in qua natus est mundi redemptor, spirat, id est spirauit & effudit lumen nouum, videlicet ipsum Christum, quem in ipsa nocte peperit virgo. Qui quamuis sit lumen æternum, secundum quod deus, tamen tùc de nouo est natus ex virgine, & cœpit innotescere & refulgere hominibus: quando & angelus dixit pastoribus, Euãgelizo vobis gaudium magnum, quia natus est vobis saluator, qui est Christus dominus. Ideirco tunc cantat Ecclesia, Deus qui hanc sanctissimã noctem veræ lucis fecisti splendore claréscere. [*Quod nulla nox interpellat,*] hoc est interrumpat, aut diuidat, sicut lux diei interrumpitur nocte. Certum est autem quòd Christus in seipso sit incommutabile lumen, secundum quod deus: atque vt homo fuit in omni luce gratiæ ac gloriæ confirmatus. Ideo non oramus ne hoc lumen in seipso obtenebretur, aut interpellationem incurrat, quod incessabiliter æque est splendidum, sed ne cesset mentibus nostris fulgere, nec caligo peccati, nec ignorantia, neque aduersitas, nec vlla tentatio auferat illud à nobis, hoc est corda nostra auertat ab ipsa. Hinc sanctus ait Laurentius, Nox mea tenebras nescit. Ideo subditur. [*Fideque iugi luceat*] hoc est per fidem & gratiam luceat nobis, sicut ait Apostolus Christum per fidem habitare in cordibus nostris. At verò fides in Christo non fuit, quia ab incarnationis instanti verus extitit comprehensor. Sed fide, quam causat in nobis, intellectui nostro infulget, cum & fides sit oculus mentis qua contemplamur diuina, nec sine fide possibile est deo placere, quod de fide formata, hoc est per charitatem ornata, potissimè verum est in vita præsenti. [*Gloria tibi domine*] quod in primo hymno expositum est, qui natus es de virgine, cum patre & sancto spiritu, id est tibi ac patri atque spiritui sancto, sit gloria. Nempe qui vnam in diuinis honorat personã, honorat & alias. Propter quod filius ait, Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. Itaque hymnũ istum sententiosum, profundum, ac pulchrum deuotissimè concinamus, mente ad dominum eleuata & compuncta, cum ingenti feruore, recordando attentè, quòd ineffabiliter vnigenitus dei sese propter nos humiliauit. Quantam ad nos dilectionem ostendit in sua incarnatione, & qualiter totius humilitatis & paupertatis præbuit nobis exempla, atque pro omnibus his totis ei regratiemur præcordiis, totísque viribus eum in prætactis sectemur virtutibus. In præfatis quoque mirabilibus incarnatione peractis, eius omnipotentiam, sapientiam, misericordiam contemplemur.

A
B
C
D
E
F
G
H

Ibidem. psalm.44. Esa.11. Damasce. Hebræ.3. 1.Mach.12. Matth. 6. Luc.2. Ephes.3. Ioan.5.

In quadragesima ad vesperas Hymnus.

¶In eo dirigitur ad deum oratio, vt in hoc sacro ieiunij quadragesimalis tempore, remissionem nobis peccatorum exhibeat, & cum corporali ieiunio, abstinendi etiam à peccatis gratiam tribuat.

Ambrosius author, vt creditur ex charactere.

Carmen Iambicum dimetrum.

[*Audi benigne conditor*] Hymnus iste ex laude & oratione contexitur, & ad totam superbeatissimam trinitatem (quæ verè est vnus deus, vnus conditor, rector, ac dominus vniuersorum deuotè dirigitur. [*Audi benigne conditor*] id est ô Deus omnipotens naturaliter pie, qui noster es creator, audi, id est clementer exaudi, gratiosè accepta, largifluè imple, & adimplendo quod petimus, ostende te scire atque aduertere, quæ precamur. Auditus quippe in deo spiritualiter est & realiter, idem quòd intellectus. Dictio quoque ista, benigne, aduerbialiter potest teneri, & esse determinatio verbi istius audi. Potest autem nominaliter accipi, & esse adiectiuum huius nominis conditor. Itaque audi [*Nostras preces*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum fletibus]id est preces nostras lachrymosas, seu preces & lachrymas ex pijs causis virtutibúsque manantes,hoc est,ex pœnitentiali dolore,ex desiderio regni cælestis, ex proximorum & fraternorum vicinorum compassione,ex propriæ defectuositatis & imperfectionis attentione,ex compassione dominicæ passionis,ex suauissima complacentia supergloriosissimi & superserenissimi dei.Sic & Psalmista orauit, psalm.38. Exaudi orationem meam domine & deprecationem meam,auribus percipe lachrymas meas. Magna est vis & efficacia huiusmodi lachrymarum.Propter quod S.ait Hieronymus.O humilis lachryma,tua est potentia,tuum est regnum,tribunal iudicis non vereris, accusatoribus effundentium te imponis silentium.Non est qui te accedere vetet,nec vacua redis,magis affligis diabolum, quàm infernale supplicium. psalm.55. Tu vincis inuincibilem, & ligas omnipotentem. ideo dixit Psalmista ad dominum, Posuisti lachrimas 4.Reg.20. meas in conspectu tuo.Et dominus ad deuotissimum Ezechiam,Vidi lachrymam tuam.Qui harum gratiarum lachrymarum desuper appetit adipisci leuitates,dissolutiones loquacitatem,pigritiam,& omnem consolatiunculam prorsus despiciat vilem. [*in hoc sacro ieiunio fusas quadragenario*] id est in tempore quadragesimæ huius,quamuis enim quotidie toto anno prefatis insistendum sit lachrymis,vt dicere valeamus, Fuerunt mihi lachrimæ meæ panes die ac nocte, præcipuè tamen in quadragesima ista actibus pœnitentiæ specialissimè deputata.

psalm.41. ¶ Porrò de quadragesima & rationibus tot dierum ac consimilibus in aurea legenda sanctorum, & alibi satis habetur.Qui autem corporales & aqueas nequit effluere lachrymas, non turbetur immoderatè,sed lachrymis cordis,hoc est,salutaribus compunctionibus, ignitis in deo affectibus,sanctarum affectionum profluuio contentetur. [*Scrutator alme cordium,*] Hoc est,tu(ô deus)intime & infallibilis perscrutator, discussor,cognitor mentium humanarum,qui non ex ignorantia aut incertitudine corda scrutaris,sed eorum arcana pandendo ac vitia puniendo,ostendis te ea clarissimè intueri. Propter quod in Apocalypsi Apoc.2. de fornicatrice & mœchantibus secum testatus es,Ecce mitto eam in lectum, & qui fornicátur cum ea in tribulatione maxima erunt,& scient omnes ecclesiæ, quia ego sum scrutans corda & renes & dabo vnicuique secundum opera sua.Vnde & apud Hieremiam loquitur deus, Prauum est cor hominis & inHiere.17. scrutabile,quis cognoscet illud?Ego dominus scrutans corda,& c. [*infirma tu scis virium*]hoc est,imbecillitatem, insufficientiam, imperfectionem, fragilitatem virium humanarum ac naturalium potentiarum.Nam & ratio vulnerata est ignorantia, voluntas malitia, concupiscibilis concupiscentia, irascibilis infirmitate: quæ sunt quatuor vulnera ex originali peccato secuta. Vnde & homo ex se gratia destitutus,in omne malum est pronus. Iustum verò deducet dominus per vias rectas, ideo grata mente doSapien.10. mino confitetur. Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me. Hinc fassus est psalm.72. Hieremias, Scio domine, quia non est hominis via eius,nec viri est vt ambulet, & dirigat gressus suos. Hiere.10. Concordat & illud Apostoli, Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est dei. Núnne infir Rom.9. missimi sumus,de quibus deprompsit Apostolus, Scimus, quia non sumus sufficientes cogitare aliquid 2.Cor.9. ex nobis,quasi ex nobis,sed sufficientia nostra ex deo est. In solo igitur deo sit tota spes. Ad ipsum stillet oculus noster,eius auxilium incessabiliter imploremus, omnem etiam præsumptionem gloriam vanam,iactantiam,elationem tanquam diabolica mala iugiter detestemur.Pensantes illud Apostoli, Quid 1.Cor.4. habes, quod non accepisti: si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? [*Ad te reuersis exhibe remissionis gratiam*] Quicunque ad deum conuersus est per veram contritionem, charitatem iam habet & gratiam gratum facientem, sine quarum infusione mortale peccatum non dimittitur, nec deletur:ideo iam consequutus est gratiam remissionis,id est indulgentiam culpæ,ad minus quantùm ad id quod culpæ est seu offensæ. Non tamen semper quantùm ad reatum, hoc est, obligationem ad pœnam, nec quantùm ad pœnam ipsam. At verò reuersus ad deum per attritionem(quæ est imperfecta reuersio) adhuc in suis est culpis, & quærit gratiam remissionis, id est veniam, imò & gratiam veræ contritionis sibi infundi. Cúmque ignoremus an simus in charitate, debemus dominum exorare: vt si in mortali sumus peccato, det nobis gratiam veræ contritionis: si verò in charitate sumus, dimittat nobis peccata præterita, etiam quantùm ad pœnam: gratiámque infusam augeat, & conseruet in no-
psalm.50. bis.Et si (quod absit) recidiuauerimus, non iustè relinquat nos: sed misericordissimè reuocet & conuertat. Quod vt obtinere promereamur, peccata nostra coram ipso humiliter recognoscamus, exemplo Psalmistæ dicentis, A peccato meo munda me, quoniam iniquitatem meam ego cognosco: sicque cum omni compunctione & humilitate dicamus. [*Multum quidem peccauimus*] corde, ore, & Iacobi.3. opere, omissione & commissione: contra legem naturalem, diuinam ac positiuam. Vnde & Iacobus Psalm.18. ait apostolus, In multis offendimus omnes. Imò tam multis & magnis, vt dicere habeamus, Delicta quis intelligit ab occultis meis munda me. Vnusquisque igitur peccata sua summatim recolligat, & quasi in fasciculum liget, ac ante oculos cordis sui sic colligata suspendat, vt ea frequenter intuen-
Iob.33. do humiliet valde spiritum suum, & omnem aduersitatem æquanimiter patiatur: imò cuncta quæ sustinet, minora arbitretur, quàm sui merentur excessus. Dicendo illud Iob, Peccaui, & verè dereliqui: & vt eram dignus, non recepi. Nam & deus peccata nostra quasi in sacculo signauit. Potissimum autem agendum est istud, dum quis se sentit pulsari impatientia, temerario ve iudicio ex defectibus & Matth.7. peccatis alterius: ita vt tunc intueaturmox proprias trabes, memor Christi dicentis, Quid vides Lucæ.6. festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? [*Sed parce confitentibus*,] id est Marci.8. ignosce confitentibus sua peccata. Denique, triplex est confessio. Vna est fidei actus.Iuxta illud, Qui Lucæ.12. me confessus fuerit coram hominibus. Et rursus, Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio Rom.10. fit ad salutem.Secunda actus est latriæ:de qua Saluator, Confiteor tibi pater domine cæli & terræ. Hæc Matth.11. confessio est dei laudatio.Tertia est pœnitentiæ actus,de qua habetur,quæ & veniã promeretur. Quem admodum sanctus Iob protulit,Vias meas in conspectu eius arguam,& ipse erit Saluator meus. Et psal-

misa,Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino,& tu remisisti impietatem peccati mei. Psal.31.
[*Ad laudem tui nominis*]id est,ad tuipsius laudem,honorem & gloriam,[*cõfer medelam*]hoc est,gratiam sacramentalem,spiritualem curationem,cordis à recidiuo custodiam [*Languidis*] id est,nobis spiritualiter ægrotis ac lęsis,ad vitia pronis,fomite infectis.Omnia etenim agit altissimus propter seipsum finaliter,cũ ipse sit omnium vltimus finis,atque ad gloriam & præconium propriæ maiestatis.Ideo ait scriptura.Vniuersa propter seipsum operatus est dominus.Alibi quoque loquitur deus,Ego sum qui deleo iniqui- Prou.16.
tates tuas propter me, hoc est, propter ostensionem & glorificationem bonitatis & misericordiæ meæ. Esa.44.
Vnde & in Ezechiele testatur, Non propter vos ego faciam,notum sit vobis,sed propter nomen sanctũ Ezec.26.
meum,&c.[*Sic corpus extra conteri*].i.da nobis discretionẽ & gratiã sic conterendi,castigãdi & pœnitentialiter affligendi corpora nostra extrinsecus[*Per abstinentiam,ieiunet vt mens sobria*]id est, quatenus mentes nostræ abstineant,seque refrenent] A *labe prorsus criminum*] id est,ab omni fœditate & macula culpæ mortalis.Nempe teste Apostolo,Qui sunt Christi,carnem suam crucifigunt cum vitiis & concupiscentiis.Propter quod de seipso expressit.Castigo corpus meum,& in seruitutẽ redigo.Ad mentis enim pu- Galat.4.
rificationem & puritatem corporale ieiunium ordinatur, sicut & cætera exercitia exteriora obseruantiæ religiosæ.Hinc & apud Matthæũ iussit Saluator, Cum ieiunatis,nolite fieri sicut hypocritæ tristes. 1.Corin.9.
Matth.6.
Apud Esaiam dominus reprehendit solùm corporaliter ieiunantes,à peccatis non abstinentes.Ecce(in- Esa.58.
quiens)in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. Ieiunium multos salutares habet effectº. De quibus asserit Augustinus,Ieiunium purgat mentem,subleuat sensum,carnem subdit spiritui, concupiscentiæ nebulas dissipat,libidinum ardores extinguit,castitatis lumen accendit:hoc est,ieiunium cum discretione exhibitum,quoniam rationabile debet esse obsequium nostrum. [*Præsta beata trinitas*] quæ essentialiter & interminabiliter felix es,& vna beatitudo immẽsa,atque obiectum beatificę ac fruitiuæ visionis omnium beatorum[*Concede simplex vnitas*]quę est ipsa trinitas,quicquid enim in diuinis dicitur absolutè,conuenit vnicuique diuinæ personæ,totique trinitati.Propter quod dicunt theologi,quòd in diuinis relatio multiplicat trinitatem, quia est relatio distinctionis personalis ibidem. Essentia verò seruat vnitatem,quia essentia est vna numero in supergloriosis illis æternis personis[*Vt fructuosa sint tuis ieiuniorum munera*]hoc est,opera & obseruationes ieiuniorũ,quę nobis piè concessisti ac prouidisti(quoniam omnia merita nostra sunt dona tua,& effectus gratiæ tuæ,ac principaliter fiũt in nobis à te:cui sanctus loquitur Esaias.Omnia opera nostra operatus es in nobis.Vnde dixit Apostolus,Deus est qui operatur in nobis velle & perficere) sint fructuosa,id est, meritoria vitæ æternæ,tuis fidelibus & ministris. Esa.26.
Tunc autem ieiunia nostra nobis sunt fructuosa,quando ex charitate procedunt,nec per sequens pecca- Philip.2.
tum mortale merito suo priuantur & præmio. Hunc igitur hymnum depromamus corde contrito ac
C mente salubriter lugubri,orationi,deuotioni,compunctioni,lachrymisque vacantes, & exteriora ad interiorem profectum,ad cordis munditiam,ad charitatis augmentum sapienter ordinantes.

¶ Dominica in passione,Hymnus.

¶Iste est totus religiosæ pietatis,& affectuosæ deuotionis refertissimus, recensens dominicæ passionis mysteria,& præclara viuificæ crucis præconia,in qua peractum est humanæ redemptionis sacramentũ. Demum ad eam pia dirigitur oratio fidelium,vt illis protectio sit,munimentum & præsidium.

¶Author Theodulphus Aurelianensis episcopus.Quamuis Henricus Bebelius eum Fortunato episcopo,asscribat,alij Sedulio,alij item aliis.

¶ Carmen Iambicum trimetrum.

Exilla regis prodeunt] Rectè hic hymnus in dominica passionis cãtatur,in quo de Christi passione deuotissimè agitur. Ait ergo author huius hymni sanctus(vt fertur)Ambrosius,Vexilla regis prodeunt. Vexilla dicũtur insignia quædam significra seu bellica signa quæ ante principem siue exercitum deferũtur,aut etiam in processione solenni.¶Porrò iste rex est Christus,de quo scriptũ est, Habet ergo in vestimẽto & in fœmore suo scriptũ,Rex regũ,& dominus dominantiũ.Christus quoque apud Matthæũ:Tũc dicet rex his,qui à dextris eius erũt,Venite be- Apoca.19.
nedicti patris mei.Atq; in passione ad Pilatũ,Tu dicis,quia rex sum ego.¶Dein- Matt.25.
D de secundum vtranque suam naturã Christo competit esse regem,quia,vt deus,est rex potestate & authoritate regitiua,æterna,summa,& increata:quæ authoritas & potestas in tribus adorandis personis est eadem numero,quemadmodũ & essentia, ideo tres personæ sunt vnus rex,sicut & vnus dominus: iuxta illud in symbolo,Non tres domini,sed vnus est dominus. Veruntamen hãc potestatem & authoritatem filius habet à patre per generationem æternam.¶Insuper filius secundum naturam assumptam humanã, est rex & princeps omnium creaturarũ,potestate & authoritate creata,secundaria,dependẽte & quasi instrumentali.Propter quod Matth.vltimo loquutus est,Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Hęc ergo Christi regis nostri vexilla,id est,bellica signa,quibus Christus prostrauit aëreas potestates,vi delicet dæmones,victúque mundum,sunt crux eius,columna,claui,spinea corona,flagella, miracula, sacramenta,quæ in hoc passionis tempore spiritualiter prodeunt,id est, repræsentantur, recoluntur, honorantur & prædicantur. [*Fulget crucis mysterium*] Mysterium appellatur sacrum secretum, seu mystica ratio, abditúmve consilium. Mysterium igitur crucis est supersapientiale, profundissimum ac olim ignotum,abditúmque consilium:quo trinitas adoranda ab æterno decreuit redimere, & saluare genus humanum per Christi incarnationem ac passionem. Quatenus sicut per primi hominis inobedientiam periit,ita per Christi obedientiam passionem ac mortem redimeretur.Hoc mysterium (teste Apostolo)absconditum fuit à seculis in deo,& reuelatũ fuit tempore præfinito sanctis Apostolis,per quorũ doctrinam ac spiritus sancti illustrationem deuenit ad ecclesiæ sanctæ notitiam.De quo ad Ephesios ac Ephe.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Romanos multa induxit Apost. Hoc planè mysterium fulget modò in cõtemplatione & cognitione fidelium, in fide & veneratione, qua recolunt illud, & contẽplatiuis hominibus innotescit: quibus nihil rationabilius videtur esse, q̃ quòd fides continet Christiana, quoniam fidem habent cũ rationibus credendorũ & purificatæ mentis intelligentia. Hinc sanctus Andreas dixit, Magnũ crucis esse mysteriũ [*Quo*] *mysterio*, hoc est propter quã sacrã & mysticã seu abditam rationẽ, ac fructosissimã causam [*carne carnis conditor*] hoc est ipse vnigenitus patris Christus conditor. i. creator carnis. i. totius humani generis. De quo apud Ioannem ipse loquitur deo patri, Dedisti potestatẽ omnis carnis. Esaias quoque, Videbit omnis caro salutare dei nostri [*suspensus est patibulo*]. i. cruci affixus, carne. i. in corpore suo mortali. Quemadmodum Esaias prædixit, Corpus meum dedi percutientibus. Et beatissimus Petrus in prima sua canonica, peccata, inquit, nostra portauit in corpore suo super lignũ. Nempe ob hanc mysticã rationem, voluit deus pater Christum pati, & tradi eum pro nobis. Sicut ad Rom. asserit paulus, proprio filio suo nõ pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum. Vnde in Ioãne fertur, Sic deus dilexit mundũ, vt filium suum vnigenitũ daret, vt omnis qui credit in ipsum, nõ pereat, sed habeat viã æternam. Porrò Iudas tradidit Cristum ex auaritia, quẽ Iudæi tradiderunt in mortẽ ex inuidia. Nõ itaque casu, sed ex diuina prędordinatione & sapiẽtiali mysterio factũ est, q̃ mundi saluator hoc genus mortis, videlicet crucifixionẽ, sustinuit. Nam vt copiosius succurreret mundo, voluit acerbissimã atque ignominiosissimam mortem pati pro eo. Rursus, quoniam primus homo peccauit de fructu ligni sibi prohibito comedendo: voluit Christus mortẽ patiẽdo in ligno satisfacere pro primo illo originali peccato, ac cæteris vitiis inde sequutis. Iterũ, quia diabolus vicit primos parẽtes per esum fructus ligni, vtpote de arbore scientiæ boni & mali, voluit Christus superare diabolũ, obediẽdo deo patri vsq; ad mortẽ ac crucis supplicii. [*confixa clauis viscera tendens manus vestigia*]. i. conditor carnis Christus tendens. i. in cruce extẽdens viscera manus, id est carnes manuum suarũ sub pelle earum cõtentas & tectas, vestigia. i. etiam suos sacratissimos pedes. Sicq; sumitur effectus pro causa, quia per pedes causantur impressiones, quæ vestigia nũcupãtur. Viscera, inquam, atque vestigia cõfixa clauis. i. clauis perforata & cruci affixa: iuxta illud psalmi, Foderunt manus meas & pedes meos. Zacharias quoque, Dicent, quæ sunt plagæ istæ in medio manuum tuarũ? Denique viscera ista manuũ ac pedũ, sunt carnes tenerrimæ mirabiliter passibiles atq; læsibiles. Hinc mors confixorũ per manus & pedes in ligno, est vehemẽter nimis pœnalis, amara, grauissima, præsertim quoniam cõfiguntur & perforãtur in locis neruosis, in quibus sic perfodi pœnalissimum est, propter concursum neruorũ atque venarũ [*Redemptionis gratia hic immolata est hostia*] Hic. i. ipse Christus immolata est hostia. i. obtulit semetipsum patri ęterno hostiã salutarẽ pacificã: gratia redẽptionis. i. causa redimẽdi nos gratiosè. Per hoc nãque q̃ filius dei ex ardẽtissima charitate, prõptissima obedientia, profundissima humilitate, maxima pietate, summóque zelo diuini honoris, subiit ac tolerauit acerbissimum istud supplicii mortis, passio eius ineffabiliter meritoria, fructuosissima & efficacissima fuit, ad redimẽdum totũ genus humanũ. Imò meriti quodammodo infiniti, eò q̃ natura humana, quæ sic patiebatur, fuit non solùm præ vniuersis creatis sanctissima, dignissima, ac patri æterno grauissima, sed etiã quoniã immediatè ac hypostaticè fuit coniuncta verbo æterno ac diuinæ naturę: sicque efficiã & idoneitatẽ ad redimendũ ac promerendũ, quodãmodo infinitã habebat, quod exuberãtissimũ Christi meritũ nominatur thesaurus ecclesiæ, ex cuius plenitudine indulgẽtiæ cõceduntur, cuius thesauri erogatio à Christo cõmissa est summo põtifici, tanq̃ pleno ac generali Christi vicario. Præterea de hac Christi immolatione per Esaiã fuit prædictũ, Oblatus est quia voluit. Vnde ad Ephes. disseruit Paulus, Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, oblationẽ & hostiã deo in odorẽ suauitatis. [*Quo*]. s. prędicto mysterio ipse Christus, [*Vulneratus insuper*]. i. vltra prædictã suspensionẽ in patibulo, trãsuerberatus in latere [*Mucrone*]. i. ferreo cuspide seu acumine [*Vibræ lanceæ*] id est, hastæ militaris horrendæ: iuxta illud Ioannis, Vnus militum lãcea latus eius aperuit. Hinc in Zachara Christus prænũciauit, Aspicient ad me quem confixerunt [*Vt nos lauaret crimine, manauit vnda sanguine*] Vnda. i. aqua, manauit. i. fluxit, sanguine. i. simul cum sanguine, sicut prędallegato cap. addit Euãgelista, Continuò exiuit sanguis & aqua, vt nos lauaret, id est, precio sanguinis sui ac merito effusionis eius purgaret crimine. i. ab originali peccato, cæterísque excessibus, secundum illud Apocal. Qui dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Atque ad Ephes. Christus dilexit ecclesiã & tradidit semetipsum pro ea, vt illã sanctificaret, mundans illã lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiã. Cõsequenter author crucẽ cõmendat [*impletæ sunt quæ cecinit Dauid fidelis*]. i. ea quæ Dauid fidelis fidelitate fidei, quæ est theologica virtus: fidelitate quoque morali, quæ est pars iustitiæ, qua promissa & verba addicta implẽtur & verificantur, qui 1. Reg. testatur, Dominus retribuet vnicuique secundũ iustitiã suam & fidẽ: cecinit. i. prophetice cecinit, & cõsonãter aliis prophetis prædixit, [*Carmine*]. i. in cantico spirituali lætitiã cõtinente, puta in psal. 95. [*Dicens in nationibus, regnauit a ligno deus*]. i. Christus deus & homo in vnitate personæ, regnauit. i. virtute ac merito suæ saluificæ atque sacratissimæ passionis, regiũ principatũ obtinuit, secundũ naturam humanã, secundũ quã & promeruit in tota militante ecclesia regnãdo per fidem & gratiã in corde credentiũ, & per vicarios suos prælatos, principésque fideles, præfidẽtes toti populo Christiano, quemadmodũ apud Ioannẽ prædixit, Si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipsum. Vnde per Danielẽ est prædictum, Antiquus dierũ. i. pater æternus, dedit ei potestatẽ & honorem & regnũ, & omnes populi, tribus & linguæ seruient ei. Hinc additum est, in nationibus, id est in Gentilium generationibus, quas vbique terrarum per gloriosos apostolos, eorumque adiutores conuertit: sicut apud Ioannẽ est præfatus, Alias oues habeo, quæ nõ sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere. Porrò ipsos Gẽtiles, Iudæi cõsueuerunt cõmuni nomine appellare nationes, quasi parui pensiuè, propter eorũ pristinã infidelitatem. Sic quippe conuerso Centurione Cornelio & gentibus secum collectis, dixerunt Iudæi, Ergo in nationes gratia

Roma. 5.
Ioan. 17.
Esa. 40. & 50.
1. Petri. 2.
Esa. 53.
Rom. 8.
Ioan. 3.
Gene. 3.
Psal. 21.
Zach. 13.
Ephe. 5.
Esaiæ 53.
Ephes. 5.
Ioan. 19.
Zach. 12.
Ioan. 19.
Ephes. 5.
1. Reg. 26.
Ioan. 18.
Dan. 7.
Ioan. 10.
Actu. 10.

dei effusa est? Sic autem Christus regnauit in nationibus à ligno, id est citò post suspensionem & mortem suam in crucis patibulo. Factus est enim (vt in Esaia legitur) principatus eius super humerum eius, quando videlicet baiulans sibi crucem exiuit: qua humiliatione & ignominiosissima passione meruit & post expirationem in cruce fortitus est regnum & dominationem toto orbe terrarũ. Hinc in prima sua canonica princeps affirmat apostolorũ, Qui peccata nostra pertulit in corpore suo super lignũ. De hoc & vna Sibyllarum, id est gentilium prophetissarũ vaticinata est, Felix ille deus qui ligno pendet ab alto. Nihilominus (vt dictum est sæpius) Christo secundum suam humanitatem etiam ratione hypostaticæ vnionis suæ naturæ humanæ cum verbo æterno, à primo vnionis illius instanti competebat dominiũ, regnum & iudiciaria potestas omniũ populorum totiúsque creaturæ. Veruntamen in Hebræo non habetur, à ligno. Idcirco Hieronymus iuxta Hebraicã transtulit veritatem, Dicite in gẽtibus, quia dominus regnauit. Hinc probabiliter estimatur q̃ complexũ istud, à ligno, primò appositum sit per modum glossæ interlinearis ab aliquo expositore: Deinde ex imperitia scriptorum textui additum. Postremò de Christi passione & eius regeneratione ac regno in nationibus, loquutus est Dauid in multis Psalmis, præsertim psalm. 21. in quo inter cætera legitur, Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Haud dubium, quin in afflictione & suspensione Christi in cruce. Deinde ibidẽ de conuersione nationũ ad Christum subiungitur, Reminiscẽtur & conuertentur ad dominũ vniuersi fines terræ: Et adorabũt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentiũ. quoniam domini est regnum, & ipse dominabitur gentium. [*Arbor*] id est ô tu crux quæ es arbor, id est lignum vitale. Arbor verò propriè nominatur lignũ adhuc vegetatiua anima informatũ, & ita crux arbor nõ est. Attamẽ adhuc per similitudinẽ arbor vocatur, quoniam spiritualiter & causaliter viuit, & lignũ viuificum ac vitale pronũciatur, inquãtùm instrumentaliter humanæ cooperatur saluti. Vel, arbor sumitur hic extensè pro ligno [*Decora et fulgida*] Crux enim supernaturaliter exaltata, decorata, & pulchrificata est varijs modis, atque (vt affirmat Chrysostomus) radijs solis splendidior in iudicio apparebit [*Ornata regis purpura*] id est præstantissima ac regia Christi carne & eius contactu, cuius etiam sacro attactu aqua vim purgatiuã peccati sortita censetur. Vel purpura, id est roseo atque purpureo sanguine saluatoris, de quo deprõpsit archiapostolus, Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis, sed precioso sanguine Christi, [*Electa digno stipite*] id est præordinata diuinitus ex radice seu trunco præclaro [*Tam sancta membra tangere*] vt potè dorsum, manus & brachia, pedes & crura domini saluatoris. In his verbis alloquitur crucem, non quòd illa intelligere queat, sed vt ipsimet in honorem sanctæ crucis, potius autẽ crucifixi, excitemur. Præterea de hoc saũctę crucis decore & fulgore gloriosus Andreas Apostolo. dixit, Salue crux, quæ in corpore Christi es dedicata, & membris eius tanq̃ margaritis ornata. O bona crux, quæ decorẽ & pulchritudinẽ de membris domini suscepisti. [*Beata, cuius brachijs secli pependit precium*] id est tu ô crux beata es, non formaliter, cum non sis res capax vitæ & salutis, sed instrumentaliter, quoniã ad mundi beatitudinem recuperandam materialiter cooperata es, & medium quoddam effecta: cuius brachijs, id est in cuius partibus instar brachiorum extensis, seculi pependit pretium, id est Christus cuius sanguine precioso, seculũ, id est genus humanum est liberatum. Cuius vtique Christi valor & dignitas tantæ fuit pręstantię, quòd minima portio sanguinis eius suffecisset redimere totum captiuum, venundatum, & amissum hominũ genus [*Statera*] id est libra [*Facta est corporis*] Christi, quod in cruce pependit. Sicut res cuius valor seu quantitas per stateram inuestigatur: sic quanta extiterit dignitas corporis Christi, hinc patuit, quòd eius in cruce ascensio sufficiens & supersufficiens fuit ad redimendum genus humanum, ita quòd particularis & temporalis mors corporis Christi idonea fuit eripere genus humanũ à morte vniuersali, spirituali ac æternali, imò & vitam gratię omnibus promereri, vitámque gloriæ adipisci. Hinc subditur, [*Prædamque tulit tartaris*] id est infernalibus potestatibus ac tormentis abstulit genus humanũ, quod maligni spiritus suo abstulerant creatori, ac in suam redegerant potestatem, ita quòd omnes ante christi passionem descenderunt ad locum aliquem inferorum. Vnde in Euãgelio Christus expressit, cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet: si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa vasa eius eripiet, & spolia eius distribuet. Ab Esaia quoque de christo prędictum est, Dispertiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam. Insuper Christus prędam abstulit tartaris, sanctos de limbo patrum educendo ac detentos in purgatorio, tempore opportuno. Vnde prædixit per Oseã, De morte redimam eos. Ero mors tua ô mors, morsus tuus ero inferne. [*O crux aue spes vnica*] id est ô tu crux existens spes vnica, id est spes principalis ac summa. Hoc est præcipuum spei nostræ obiectum, aue, id est sine omni væ, sis salutata ac felix. Istud referendum est ad rem signatam & figuratam, puta ad Christum crucifixum potius quàm ad crucem signantem & figurantem. Idem nanque motus est in figuram & figuratum, qui tamen motus in figuratum principaliter fertur secũdum philosophum. Hinc sequentia de Christo potissimum intelliguntur [*Auge pijs iustitiam*] id est in hominibus deuotis perfice & augmenta ipsam iustitiam, sine qua non habetur vera deuotio, quę est promptitudo voluntatis ad ea quę dei sunt, hoc est, ad actus cultus diuini. Estq; deuotio actio latrię, quę est pars subiectiua, id est species iustitiæ. Potest quoque per iustitiam designari quælibet virtus: quia iustitia est virtus communis, imò omnis virtus secundum philosophum, & hoc secundum vnam iustitiæ acceptionem [*Reisque dona veniam*] id est his qui adhuc in sordibus sunt indulge, gratiam saluberrimæ contritionis infunde, sicque vniuersos saluifica. [*Te summa dei trinitas*] id est ô trinitas summa, quæ vnus est deus [*Omnis spiritus*] rationalis & intellectualis [*Collaudet*] te, id est simul te laudẽt per charitatem vniti, iuxta illud Psalmi, Exultemus nomen eius in idipsum. Et referendo hoc ad ecclesiam triumphantem, est vox congratulationis & complacentiæ, quoniam illa ecclesia nostra exhortatione & oratione non eget: referendo autem hoc ad ecclesiam militantem,

Esaiæ. 9.
Matt. 27.
1. Pet. 2.
Euc. 11.
Esaiæ. 53.
Psalm. 33.
Osee. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

extat oratio,vt sit sensus, Omnis spiritus .i. omnis anima rationalis viatorum te collaudet.i. gratias tibi E
agat super tantis beneficijs quę nobis contulisti per Christum,téque in omnibus benedicat:& deprecetur,vt des ei gratiam hoc agendi[*Quos per crucis mysterium saluas,rege*].i.gratiosè guberna, & ad beatitudinem æternam perduc:per secula,.i.tempore peregrinationis & durationis vitæ istius eos quos saluas.i. redemisti & saluare dignaris:per crucis mysterium,.i.per ea quę christus in cruce pro nobis sustinuit,& per secretam crucis gratiam ac virtutem,per quas dæmones & peccata prorsus vincuntur. Amen . Ecce hunc deuotissimũ,cõpendiosissimum,mysterialémque hymnum cum ingẽti recollectione, feruore,puritate deuotissimè decantemus,cum intima gratitudine atque præcordiali compassione dominicę passionis,contemplantes & admirantes altitudinem sapientiæ & consilij superbeatissimæ trinitatis in recuperationem nostræ salutis,per admiranda mysteria saluatoris.Ad laudem & gloriam omnipotentis.

¶In festis Paschalibus,Hymnus.

Commendatur in eo sacer dies paschæ triumphali Christi resurrectione,generis humani redemptione,fidei institutione Christianæ,angelorum exultatione,latronis pœnitentia,mortis interemptione celeberrimus.

¶ Author ex phrasi creditur Ambrosius.

Carmen Iambicum trimetrum.



Hic est dies verus dei.]Omne tempus est dei creatoris, qui(vt in Daniele habetur) F
mutat tempora & ætates. Et cui cantamus in Psalmista . Tuus est dies & tua est nox.Propter quod Christus in Euangelio protestatur, Dominus est filius hominis, etiam sabbati . Quod ei secundum deitatis naturam potissimum conuenit, quamuis & secundum naturam assumptam aliquo modo hoc ei competat , inquantùm secundum eam quoque omni prælatus est creaturæ.Porrò quò in aliquo die aut tempore deus præ clariora exercet opera omnipotentiæ, iustitiæ ac misericordiæ suæ,eò dies ille seu tempus appropriatius ac specialius dicitur dies
Ioannis.2. seu tempus dei.Hinc de christo in euangelio sancti Ioannis frequenter asseritur Nondum venit hora e-
Ioannis.7. ius,aut simile aliquid:vt , Tempus meum nondum aduenit . Sic itaque de hoc die solennitatis paschalis meritò canitur,[*Hic est dies verus dei*] id est dies qui verè & propter realem veritatem rerum gestarum spiritualiter ascribitur Christo ac toti supersublimi trinitati ; propter Christi resurrectionem & frequentem apparitionem in die isto,& alia gratiæ atque potentiæ suæ opera die isto exhibita,[*Sancto serenus lumine*]clarus lumine saluatoris & clarificatus potentia suæ resurrectionis, ac refulgentia suæ appari G
tionis . Luce quoque suæ sapientissimæ informationis, qua eos informauit, quibus apparuit : & item
Zach.9. multiplici gratia qua consolabatur eos tunc , imò & sanctos quos hoc die de limbo eduxit , iuxta illud Zacharię . Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu , in quo non est aqua .
Psalm.117. Ideo scriptum est & prophetatum de die hoc, Hæc dies quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. Sic demum intelligi potest & verificari quod sanctus Maximus præsul ac alij quidam sancti affirmant , solem hoc die solito clarius choruscare . Non quòd sit augmentatio lucis in ipso realiter sole,sed iuxta modum loquendi scripturæ quo luminaria cæli clarius splendere aut obscurari scribuntur,secundum quod hominibus in ipsis diebus maiora prospera seu aduersa eueniunt . Vnde per Ezechielem dominus loquitur Pharaoni,Cum extinctus fueris,operiam cælos sacco,& luminaria cæli mœ
Ezech.3. rere super te faciam . [*Quo diluit sanguis sacer*]id est preciosus & sanctus Christi sanguis,& eius effusio deleuit & expiauit,[*probrosa mundi crimina,*]id est vitia hominum ignominiosa, improperijs atque conuitijs plena, inhonestissima,detestanda,Veruntamen istud fecit sanguis Christi in die sancto parasceues.
Zacha.3. De quo per Zachariã.dominus dixit,Auferam iniquitatem terræ illius in vna die.Tunc,inquam,sanguis Christi id egit,quantùm ad sufficientiam,& item quantùm ad efficientiam quo ad sanctos in limbo detentos , qui anima Christi ad eos descendente protinus deum videre cœperunt per speciem , ablato iam reatu originalis peccati precio sanguinis christi.Porrò in die resurrectionis christi,sanguis sacer id fecit in quibusdam viatoribus per efficientiam,qui tunc fidem & gratiam recu perauerunt.tunc item sanguis H
Christi fecit hoc ipsum,quantùm ad manifestationem , quo ad eos quibus innotuit tunc fructus dominicæ passionis,Hinc sequitur.[*Fidem refundens perditis,cæcosque visu illuminans*]quemadmodum dictum est, tempori ascribuntur ea quæ fiunt in tempore. Et sic dies dominicæ resurrectionis perhibetur perditis,id est incredulis & iniquis fidem refundere,quia per Christi resurrectionem præcipuè reparata, roborata & aucta est fides catholica , sicut per eius sepulturam videbatur præcipuè euacuata , intantùm, quòd discipulis eius dixerunt . Nos autem sperabamus , & c. Vnde apostoli potissimum curauerunt Christi resurrectionem probare,sicut in actibus eorum recitatur,Virtute magna reddebãt Apostolo
Lucæ. 24. li testimonium resurrectionis Iesu Christi domini nostri,imò & tunc cœperunt apostoli in fide firma-
Actu.2.4.5. ri , qui tempore passionis & sepulturæ fuerunt in ea scandalizati ac infirmati intantùm , quòd princeps
Actu.4. eorum cœpit anathematizare & dicere , quia non noui hominem istum . Verùm hoc die confessi sunt, quia surrexit dominus verè & apparuit Simoni . Sic quoque dies iste, id est Christus in die hoc illuminauit cæcos,id est peccatis & infidelitate excæcatos,lumine fidei,splendoréque gratiæ ac virtutũ:imò resurrectio Christi facta hoc die,toto orbe terrarũ illuminauit gentiles,multáque milia Iudæorum ad credendum in Christum,prout apud Esaiam deus pater loquitur Christo.Dedi te in fœdus populi,in lucẽ
Esaiæ.42. gentium,vt aperires oculos cęcorum.In eodem quoque propheta Christus de fructificatione sua in gen
Esaiæ.49. tilium conuersione testatus est, Glorificatus sum in oculis domini:& dixit,parũ est vt sis mihi ad suscitandas tribus Iacob,& fæces Israël conuertendas:dedi te in lucẽ gentium, vt sis salus mea vsque ad vltimum terrę . Cuius rei exemplum subiungitur interrogatiuè [*Quem*] supple hominem , quantúmlibet

A lapsum ac reum [*Non soluit*] id est absoluit [*Graui metu*] id est à formidine deprimente,immoderata atque ad desperationem inclinante, [*Latronis absolutio*] quem Christus in cruce absoluit & purgauit totaliter à suis peccatis,quantũ ad culpam & pœnam,quando dixit ac promisit eidem,Amen dico tibi,ho Lucæ.23.
die mecum eris in paradiso.Tunc quippe infudit ei sufficientem & plenam cõtritionem, fidem & chari
tatem.]*Qui*]scilicet latro[*Præmium mutans cruce*]id est in cruce pendẽdo,patiendo ac pœnitendo,mutauit præmium suum,quia iam ante promeruit condẽnari,& in cruce mox meruit saluari[*Iesum breui quærit fide*] id est gratiam & salutem à Christo petiuit celeri confessione ac deprecatione,dicendo ad impœ
nitentem latronem qui Christum blasphemauit:Neque tu,inquiens,times deum, quòd in eadem damnatione es?& nos quidem iustè.Nam digna factis recipimus,hic verò nil mali gessit[*Iustosque præuio gra
du præuenit in regnum dei*] id est etiam ante apostolos ac cæteros iustos adhuc in mundo hoc existentes,
præuenit in regnum Christi,pro quo orauit,Domine memento mei,cũ veneris in regnum tuum, vt Lu
cæ.23.recitatur. Denique Christus ante latrones expirauit,vt Ioan.19. patet, & ita ante animam latronis Ibidem.
huius limbum ingressus est patrum : quos protinus beatifica illustrauit visione, vt dictum est. Deinde post modicum animam latronis illuc peruenientem . Hæc verò beatifica visio, spiritualis est paradisus, de quo protulit dominus, Hodie mecũ eris in paradiso . Idcirco quòd quidam exponendo hic dicunt, quòd latro præuenit existentes in limbo in visione diuinæ essentiæ,nõ videtur sapienter prolatum,imò
in hac visione parumper sequutus est eos.[*Opus stupent et angeli*] id est angeli glorioli admirabãtur opus
B nostræ redemptionis [*Pœnam videntes corporis*] id est cognoscentes ineffabilem acerbitatem passionis Christi in corpore patientis,imò & in animo,etiam quantùm ad singulas eius vires, inquantùm in essentia animę erant fundatæ,ac respectum habebant ad obiectum creatum. Nihilominus vires superiores animæ Christi,per comparationem & respectum ad increatum obiectum,erant in gaudio beatæ fruitionis. Quod totũ reuera tam vehementer mirabile est,quòd angeli quoque hinc meritò mirabantur,præsertim ꝙ deus & homo tanta & talia sustinebat. Potest item exponi,quòd angeli intuentes latronem in
tanta corporis sui afflictione Christũ quærentem,pœnitentem,ac veniam obtinentem, admirati sunt totum hoc opus,& tantam dei clementiam. Vnde adiũgitur,[*Christoque adhærentem reum*] puta latronem,
Christo per fidem,spem & charitatẽ,cæteras quoque virtutes se applicantem [*Vitam beatam carpere*] id
est æternam salutem pro suæ conuersionis,cõfessionis, ac pœnitentiæ præmio obtinere:de qua ait Sal-
uator,Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum deum,seu vitam beatã, id est summæ fœlicitatis ob- Ioan.17.
iectum essentialiter fœlix & viuum.Vnde & Christus fatetur,Ego sum via,veritas & vita.In hoc latrone proposuit Christus omnibus nobis pietatis ac gratiæ suæ exemplum, vt nemo omnino desperet, videns latronem tam facilè ac repentè contritum ac saluatum.[*Mysterium mirabile*]id est res profunda misericordia diuina,est istud quod subditur,[*Vt abluat mundi luem,peccata tollat omnium,carnis vitia mundãs*
C *caro*]id est vt caro,supple Christi,mundans vitia carnis,id est sua morte & sanguinis sui effusione delẽs 1.Tim.2.
& expians peccata carnalium hominũ mediatoriè ac instrumentaliter.Christus etenim est mediator dei
& hominũ,& eius caro,imò tota humanitas sua fuit & est instrumentũ animatum,immediatũ, coniunctum,ac propriũ verbi æterni sibi vniti. Sícq; caro Christi instrumentaliter ac mediatoriè virtute deitatis seu personæ verbi sibi coniuncti,mundauit & abstulit omniũ culpas, quantũ in se erat. Ideo dicitur Ioan.1.
vt abluat,id est purget & lauet luem mundi,id est infectionem originalis peccati,prout sacratissimus Io Esa.53.
annes Baptista disseruit,Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccata mundi.Peccata tollat omnium,id est non
solùm originale generis humani peccatum, verũetiam actualia & personalia hominũ vniuersorũ pecca
ta:iuxta illud Esaiæ,Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrũ. Vnde ad Heb.scripsit Apostolus,Christus oblatus est semel ad multorũ exhaurienda peccata . Atque in prima sua canonica princeps
Apostolorũ deprõpsit,Christ⁹ semel pro peccatis nostris mortuus est,iustus pro iniustis:vt nos offerret
deo,mortificatos quidẽ carne,viuificatos autẽ spiritu. Deglutiens mortẽ,vt vitæ æternæ efficeremur hæ
redes[*Quid hoc potest sublimius*] id est quid potest esse altius ac dignius inter opera misericordiæ dei[*Vt culpa quærat gratiam*].i.cõsideratio propriæ culpæ in homine attrito,emendationem proponente,instiget & moueat hominem talem ad quærendã veniam & gratiã gratum facientem à deo. Hinc vbi abun-
dauit peccatũ,abundare solet & gratia.Et Psalm.fatetur,Conuersus sum in ærumna mea, id est confide Roma.5.
ratione miseriæ meæ:ꝺum configitur spina.i.remorsu & afflictione[*Metumque soluat charitas*].i.dilectio Psalm.31.
D Christi ad nos,dissoluat & auferat metum seruilẽ & inordinatum pœnarum à cordibus nostris.Nam &
nos pensando quantũ & qualiter ipse dilexit nos, spem & amorem concipimus, ac opprimentẽ metum
abiicimus.Vnde ad Rom.profert Apostolus,Non accepistis spiritũ seruitutis iterum in timore,sed acce Rom.8.
pistis spiritũ adoptionis filiorum dei.Ad Timoth.quoque,Nõ dedit nobis deus spiritũ timoris,sed vir- 2.Tim.3.
tutis & dilectionis & sobrietatis.Insuper charitas nobis infusa remouet metum merè seruilẽ: & cũ per-
fecta extiterit,metum illũ prorsus expellit:iuxta illud Ioan.Timor nõ est in charitate,sed perfecta cha- 1.Ioan.4.
ritas foras mittit timorẽ[*Reddatque mors vitam nouam*]id est mors & passio Christi per modũ meritorię
causæ reparet & obtineat nobis vitam gratiæ in præsenti,& vitam gloriæ in futuro,glorificationémque
animæ & corporis,vtpote duplicem stolã:iuxta quod in Prouer. legitur, Omnes domestici eius vestiti
duplicibus.In Osea quoque prædictum est,Viuificabit nos post duos dies,in die tertia suscitabit nos,& Prouer.31.
viuemus in conspectu eius. [*Hamum sibi mors deuoret*] id est mors Christo iniustè ac violenter illata,de- Oseę.6.
uoret sibi , id est ad suiipsius destructionem deglutiat & extingat hamum , id est vitam corporalem
quæ in Christo fuit, quam ad tempus breue extinxit : qua dum se voluit satiare ac illam vorare, ab
eadem in resurrectione est perforata atque extincta , Christo immortaliter resurgente impassibili cor-
pore . Qui & merito suæ mortis , vniuersis electis etiam corporis immortalitatem promeruit quam in
generali resurrectione adipiscentur, [*Suisque se nodis liget*]id est propriis ligamentis,quibus & innocen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tissimum Christum tenere & ligare præsumpsit,coarctet:ne in hominibus,vt ante,dominiũ habeat sem E
1.Cor.15. per,sed tãdem ab electis totaliter excludatur:propter quod ait Apostolus,Oportet mortale hoc indue-
Oseæ.13. re immortalitatẽ:& tũc fiet sermo qui scriptꝰ est, Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus?
psal.123. tunćque læti cãtabimus,Laqueus contritus est,& nos liberati sumus [*Moriatur vita omnium*].i.Christus causaliter nõ finaliter vita omnium hominum,qui & secũdum naturam assumptã est meritoria causa vi tæ gratiæ in cũctis fidelibus,immoletur in cruce pro omnibus,Referẽdo hoc ad horam suæ crucifixio-
nis: ita quòd hoc dicitur per modum complacẽtiæ & gratulationis,gratiarumq; actionis:quia de Chri-
sti passione gaudẽt & gratias agunt electi,inquantùm per illam sumus redempti: propter quod affirmat
Galat.6. Apostolus, Nos autẽ gloriari oportet in cruce domini nostri Iesu Christi, in quo est salus & vita & re-
Ibidem. surrectio nostra, per quem saluati & liberati sumus. Et rursus, Mihi absit gloriari,nisi in cruce domini
Bernard. nostri Iesu Christi,per quem mihi mũdus crucifixus est,& ego mũdo.Hinc quidam dixit deuotus,Scio
quia dulce vobis est verbum in sinu patris quiescẽs,dulcius verbum caro factum est,dulcissimum ver-
bum in cruce suspẽsum.Præterea vita omnium, vtpote Christus, nõ est mortua neque passa secundum
naturam diuinam,qua esse essentialiter vita est, sed secũdum naturam assumptam, qua vitam participa-
uit,& vitam corporalem in triduo mortis amisit.Ideo vita hæc dicitur mortua, propter vnitatem perso
næ vtriusque in Christo naturæ,[*Resurgat vita omnium*]quod factum est tertia die,qua resurrexit à mor F
te corporali ex mortuis,id est ex numero & de numero mortuorum,Quod etiam per modum maximæ
gratulationis depromitur,quia de Christi resurrectione omnes electi gauisi sunt & lætantur.[*Cum mors per omnes transeat*].i.mors naturæ omnes mortales occidat in corpore:iuxta illud in Psalm. Quis est ho-
Psal.88. mo qui viuet,& nõ videbit mortem?De hoc ad Rom.diffusè scribit Apostolus, qualiter mors per om-
nes pertrãsiit.Hæc mors est effectus originalis peccati,quanquam sit etiam naturalis ex commixtione e-
lementorum & naturali complexione cõcomitans,quoniam omne complexionatum & mixtum, ex sua
corruptibile est natura.[*Omnes resurgant mortui*]præsertim in die vniuersalis iudicij,quod supernatura-
1.Cor.15. liter fiet,& merito mortis Christi:tunc cõsequentur beatam immortalitatem electi, propter quod dixit
Apostolus,Sicut in Adam omnes moriũtur,ita in Christo omnes viuificabuntur. Et iterum,Per vnum
hominem peccatum in hũc mũdum intrauit,& per peccatum mors. Est autem originale peccatum de-
fectus seu carẽtia originalis iustitię debitæ in esse,secũdum Anselmum.Potest itẽ exponi de morte cul-
Matth.8. pæ,de qua Saluator,Dimitte,inquit,mortuos sepelire mortuos suos.Et Paulus, Vidua quæ in delitiis vi
uit,viuens mortua est.Hęc mors trãsit per omnes,dicẽte apostolo Iacobo,In multis offendimus omnes.
Sap.2. Et de vtraque morte exponitur illud Sapientiæ,Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. [*Con
sumpta mors*]id est mors corporalis destructa,[*ictu suo,*].i.percussione & læsione,quam formaliter intu-
lit corpori Christi,cuius occisione in electis occisa est,quantùm ad hoc,quòd merito mortis Christi im G
mortalitatem sunt sorturi[*Perisse se solam gemat*]in electis,& hoc iam radicaliter & virtualiter in meri-
to Christi.Loquitur demum author hymni de morte hac metaphoricè,quasi de re positiua &viua,cùm
tamen formaliter mors ac propriè,nõ sit nisi priuatio vitæ.Verũ eo modo quo dicitur esse,vigere,dura-
re:dicitur & perire,expelli & gemere. Sicut & cæcitas dicitur esse in oculo & expelli ab eo. Postremò,
vt hunc hymnum debita alacritate cãtemus, à morte animæ penitus resurgamus, vt cum Christo spiri-
tualiter eleuemur,quæ sursum sunt quærẽdo & sapiẽdo, carnalia vilipẽdo, vilia & externa vitãdo sola-
tia, loquacitates & leuitates, in custodiam cordis, & quicquid offensiuum est dei,cuius sanctam,sum-
mam ac metuẽdam præsentiam vbique & semper pensemus,totísque viribus veneremur, erubescentes
in eius conspectu insipienter,iniquè ac viliter nos habere.Gloria tibi domine.

In festo ascensionis domini,hymnus.

Celebratur in eo glorioſa Christi ascensio,qua super omnes cælos exaltatus sedet ad dexteram patris,angelicorum quoque spirituum veneranda exultatio & humilis ad Christum laus ac gratiarum actio. Author creditur Ambrosius.

Carmen Iambicum trimetrum.

Optatus votis omnium.] In hoc iucundissimo festo hymnus iste spirituali iucũditate exuberans,cum interna lætitia est cantandus. [*Optatus votis omnium,sacratus il luxit dies*].i.dies iste ascensionis Christi rememoratiuus & celebratiuus illius, sa H
cratus,id est sacra Christi ascensione honoratus & deputatus cõmemorationi ac
veneration ipsius, optatus votis omnium, id est desideratus piis affectibus cun-
ctorum fidelium,qui hoc die eminenter gaudent in domino,contemplantur su-
perna,atque ad Christi aspirãt præsentiã: qui hinc ascẽdendo ac redeundo ad pa
trẽ,cõpleuit totius itinerationis suæ progressum. Quẽadmodũ in motu circula-
ri reditur ad exitus punctũ. [*Quo(die) Christus mundi spes*].i.obiectũ & causa atq; materia spei fideliũ in
hoc mũdo degẽtiũ, & bonũ summũ ab eis speratũ,vtpote[*Deus*]ad quẽ orat Psal.Exaudi nos deus salu
taris noster,spes omniũ finiũ terræ,[*Conscendit cælos arduos*].i.sublimes,ad pertingẽdum difficiles,quo-
niã regnum cælorũ vim patitur,& violẽti rapiunt illud.Etenim arcta est via salutis perducẽs ad alta cæ-
lorũ.Hinc prædixit propheta,psallite domino,qui ascẽdit super cælos cælorũ. Ista ascẽsio cõpetit Chri
sto secũdum naturã humanã.Verũtamen secundũ naturã diuinã etiam cõuenit ei ascẽsio,per eminentiã
vltra cũcta creata,& per innotescentiã excellẽtiæ suæ in cordibus cõtemplatiuorũ, atque per operatio-
nẽ in summis. Vnde in Deut. Moses scripsit, Ascẽsor cæli & auxiliator tuus. Et psal. Ascẽdit super Che-
Deut. 33. rubin,& volauit. [*Ascendens in altum dominus*] quia(vt sanctus asserit Paulus) ascendit super omnes cæ-
los: non quòd sit secundum humanitatem extra & supra connexum cæli empyrei,imò infra cõcauum

A eius continetur ac residet: & super cælum illud dicitur ascendisse, quoniam vsque ad supremum eius
peruenit,[*Propriam sedem remeans.*]propria sedes christi secundũ deitatis naturã,est ęqualitas eius ad pa
trem,in qua æternaliter & inuariabiliter ac superbeatissimè conquiescit,& à qua nunquã & nusquã re-
cedit:ad quam nihilominus fertur ascẽdendo remeasse,ostendẽdo se illic nouo,specialiq; modo,videli
cet etiã in assumpta humanitate,quã assumẽdo dicitur descẽdisse,qui se ibi antea mõstrauit in sola dei-
tate.Hinc altum in quod ascendit,potest intelligi celũ trinitatis,hoc est,infinita maiestas & excellentia
dei,omnia ambiẽs,cõtinẽs,circũplectens.¶Porrò ꝓpria sedes Christi secũdum humanitatem,est quies
& mansio eius inpotioribus bonis patris,qm̃ increatis eius diuitiis,copiosissimè fruitur vsque ad omni-
modam suę capacitatis repletionẽ:à qua tamen sede secundũ humanitatẽ ante nõ descendit,sed remeas-
se perhibetur,ad commendandã vnitatem personæ in eo,qui ab exordio extitit ibi. Iuxta quem sensum
subiũgitur,[*Gaudia sunt cæli regna*]id est chori & ordines seu agmina angelorum,qui omnes sunt vnum
totale regnum,in quo ꝑfectissimè regnat creator,à quo nec in minimo & prorsus in nullo vnquã dissen
tiunt.Sũt autem plura particularia regna,sicut & agmina.Conformiter sunt vna totalis vniuersalis triũ-
phans ecclesia,attamen dici possent plures particulares triumphantes ecclesiæ, quemadmodum militãs
quoque ecclesia interdum dicitur vna, aliquando plures. Gauisa sunt ergo, [*Reditu vnigeniti*] de cu-
ius recessu seu descensu non fuerunt cõtristata,sed in eius ascensu ac reditu cũ tãto triumpho ac spolio,
B nouũ & ineffabiliter grande gaudiũ,ad accidentale pertinens prȩmium,in beatis illis est ortũ,siue reful-
sit.Imò credendũ videtur,ꝙ omnes illi glorioſi ciues superni reuerendissimè,celeberrimè,ac iucundis-
simè ei obuiam processerunt, ac vsq; ad patris dexterã deduxerunt.Nempe si super vno peccatore pœ-
nitentiam agente gaudiũ est angelis dei,de vnoquoq; sancto ad eorũ societatem ac beatitudinem pertin
gente exultant,quã indicibiliter amplius super reditu creatoris ac reparatoris ruinæ & excidij vrbis suæ
atque consortij.[*Magni triumphum prælij,mundi per empto principe,patris præsentans vultibus,victricis carnis gloriam.*]Ordo verborum est, Ipse supple Christus, præsentans.i. præsentem exhibens, vultibus.i.piis
conspectibus dei patris, gloriam carnis victricis.i. glorioſam suã carnem aduersariarum potestatum ac
omniũ aduersitatum ac pœnarũ superatricem,triumphum.i.quæ gloria carnis suæ fuit triumphus.i.vi-
ctoria prælij magni.i.maximi belli,quod in mundo isto exercuit,præsertim in passione contra aduersã-
rios suos inuisibiles atque visibiles,& contra aciem vitiorũ ac tentamentorum extrinsecorum.Vnde fuit
prædictum,Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. In quibus omnibus vnigenitus dei, Psalm.23.
per sapientiam, per charitatem, per fortitudinem & constantiam cordis, interdum per taciturnitatem & se abscondendo ac elongando, item per humilitatem, patientiámque præualuit. De
hoc Christi prælio & triumpho diffusè prophetatũ est per Esaiam,Quis est iste qui venit de Edom? V- Esa.63.
C bi inter cætera fatur,Calcaui eos in furore meo,& cõculcaui eos in ira mea.Torcular calcaui solus. At-
que in Threnis,Torcular calcauit dominus virgini filiæ Iuda.Hinc secundum Apost.Expoliauit prin- Thren.1.
cipes & potestates.Vnde ipsemet Christus in Euangelio protestatur, Nunc princeps huius mundi eii- 1.Cor.15.
cietur foras.Et rursus,Ego vici mundum.Sicque factũ est istud, mundi perempto principe.i.superato Ioan.15.
diabolo,de quo passione instante ꝓtestatus est Christus,Venit ad me princeps huius mundi,id est ho- Ioan.16.
minum mundanorũ & iniquorum,quibus prȩualet & dominatur tyrannicè.[*Est elevatus nubibus*].i.as- Ioan.14.
cendit in nube seu nubibus.Sæpe etenim in scripturis ponitur numerus singularis pro plurali, & econ Actu.1.
trario.Vnde in Actis narratur, Nubes suscepit eũ ab oculis eorum.Nec tamen putandũ,ꝙ ministerio
indiguerit nubiũ,neq; earum virtute ascendit,imò non solùm diuina virtute,sed etiã per dotem agilita-
tis hoc potuit & effecit.Iam nanque corpus habuit glorificatũ.Apparuit autem nubes in signũ excellen
tiæ eius,cuius magnificentia nubes discurrunt,[*Et spem fecit credentibus*].i.sua ascensione præbuit cun-
ctis fidelibus materiam, incitamentũ & causam sperandi,ꝙ & ipsi post iudicij expletionem simul cum
Christo in corporibus glorificatis ascendent in cælum empyreũ.Sicque Christi ascensio,est nostrę fu-
turæ ascẽsionis exemplar ac ratio,sicut eius resurrectio,nostræ resurrectionis.Propter quod asserit Leo
papa,Capitis præcessio,spes membrorum est.[*Aperiens paradisum*].i.virtute & merito suæ passionis re-
mouens obstaculum ingrediendi paradisum cælestem,hoc est reatum originalis peccati,vt supra expo-
situm est.Hinc apertio ianuę vocatur vnus effectuum passionis domiuicę. Item per seipsum introëun-
D do,& secũ multa electorum milia illuc introducendo,aperuit paradisum illum cęlestem, non corpora-
li apertione,cũ & corpora illa cęlestia non frangantur,& corpora glorificata penetrent corpora interpo
sita absque illorum diuisione,[*Quem(paradisum) protoplastus,*] hoc est primus homo, [*Clauserat*] hoc
est cuius paradisi ingressum posteris suis,sicut & sibiipsi,demeruit,transgrediendo dei præceptum. pro
pter quod hęreditas illa cælestis sibi ac soboli suę fuit ablata: quemadmodum habitatio paradisi terre-
stris. Veluti etiam pro crimine læsæ maiestatis posteri exheredantur,secundum iura ciuilia.[*O grande cunctis gaudium*]Hoc est,magna spiritualis iucunditas debet meritò vniuersis inesse fidelibus, [*Quod*].i.
quia seu de hoc,quòd[*Partus nostræ virginis*]hoc est quòd filius virginis glorioſe, quę est mater & do-
mina omnium nostrũm,[*Post sputa*].i.post consputiones [*Flagra*] .i.flagellationes [*Post crucem*] hoc est
crucifixionem,quas sustinuit ab iniquis[*Paternæ sedi iungitur*].i.in throno patris collocatur,& ei assidet Apoca. 13.
& conregnat. Quemadmodum in Apocalypsi loquitur, Qui vicerit,dabo ei sedere mecum in throno
meo,sicut & ego vici,& sedi cum patre in throno eius. Quid autem sit thronus seu sedes Christi,& dei
patris,iam dictum est.Hanc honorationem Christus secundum suam humanitatem meruit per suæ pas
sionis acerbitatem & abiectionem:iuxta illud ad Hebræos, Videmus Iesum propter passionem mortis Heb.12.
gloria & honore coronatum.Vnde rursus ait Apostolus,Humiliauit se,factus obediens vsque ad mor- philip.2.
tem.Propter quod & deus exaltauit illum.Nihilominus omnis exaltatio & honorificentia illa debeba-
tur etiam Christi humanitati ratione suæ hypostaticæ vnionis cum verbo æterno,ex qua prælatus fuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

omni enti creato.[*Agamus ergo gratias nostræ saluti iudici*] Hoc est Christo pro suis electis salubriter iudicanti, qui est iudex nostræ salutis, quia in potestate eius est nos iudicando saluare, & nos saluti adiudicare. Aliqui tamen legunt indici. i. ostensori nostræ salutis, quia ostendit quis mereatur salutem. [*Nostrũ quod corpus vexerit*] Hoc est, de hoc quòd corpus suũ perduxit, eleuauit, ac transtulit, [*Sublimem ad cæli regiã*] hoc est, ad altã aulam regalẽ cæli empyrei. At verò corpus Christi dicitur corpus nostrum, quia eiusdẽ est speciei cũ corpore nostro, & formatum ac sumptũ ex corpore virginis gloriosæ, cuius corpus processit ex semine primorũ parentũ, ex quo prodierunt & corpora nostra. Propter quod de Christo dicitur ad Rom. 1. cap. Factus est ex semine Dauid secundum carnẽ. Cúmq; exaltatio corporis Christi, sit exaltatio corporis quodãmodo nostri atque exemplar, spes & ratio futuræ exaltationis propriorũ corporum nostrorũ, debemus de prouectione corporis christi, ipsi christo regratiari. [*Sit nobis cum cælestibus commune manens gaudium*] hoc est hoc gaudiũ commune. i. generalis iucunditas, de eo quod protinus subditur, [*Sit manens nobis*] hoc est perseueratèr insit atque inhæreat nobis, cũ cælestibus. i. cum ciuibus regni cælestis, de Christo, vtputa de hoc, [*Quod præsentauit (hoc est præsentem exhibuit) se illis*] in sua ascensione, sicut expositum est, [*Et quod se non abstulit nobis*] quamuis enim nõ mansit nobiscum per vitibilem coexistentiam suę humanitatis: mansit tamen nobiscũ per veram & realem in sacramento præsentiam, per gratiosam quoq; inhabitationem & suę deitatis maiestatẽ vbique presentem. Vt apud Matthæũ protestatur, Ecce ego vobiscum sum cunctis diebus vsque ad cõsummationem seculi. Et alibi, Non vos relinquam orphanos, vado & venio ad vos. [*Nunc prouocatis actibus Christum expectare nos decet*]. i. cõgruit vt Christum expectemus per spem & bonã conuersationem, quousque nos visitet, vel in morte, tunc nostras animas iudicãdo particulari iudicio: vel quotidie interim per gratię infusionem seu incrementum siue per consolationem internã, actibus nunc prouocatis. i. bonis operib' in nobis excitatis & inflammatis nunc. i. in istis solenniis, vt. s. ex consideratione ascẽsionis Christi & glorificationis eius per suã ignominiosam passionem, acerbissimam afflictionem, & cõculcationẽ prouocemur & accendamur ad agendum viriliter, ad sustinendum aduersa hilariter, ad sequendum Christum perseueranter: qui ait, Qui mihi ministrat me sequatur, quia non est seruus maior domino suo. Vnde ait Apost. ad Hebræos. 10. cap. Cõsideremus inuicẽ in prouocatione charitatis & bonorũ operũ. Itémque ad Rom. 8. ca. Si cõpatimur, & cõregnabimus. Hinc & archiapostolus petrus est loquutus, Christus passus est pro nobis, vobis relinquẽs exemplũ, vt sequamini vestigia eius, [*Talique vita viuere*] hoc est, taliter tã purè & spiritualiter, imò tam Christiformiter cõuersari, [*Quæ (vita) posset cælos scandere*] id est gloriosam in cælum ascensionẽ promereatur. Etenim qui se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Itaque cõuersatio nostra in cælis sit: & impleamus illud Apostoli ad Titum. 2. cap. Sobriè & iustè & piè viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & aduentũ glorię magni dei. Ex cõtemplatione igitur diuinorum ac æternorum aspernemur vt stercora, omnia ista carnalia & terrena. Exemplo Christi & sanctorum accẽdamur quotidie ad meliora. Nullũ tempus putemus longũ, nullum actum difficilem, nullum laborem molestũ, nullam aduersitatem pregrauidã, quibus deũ honorare, & ei placere, atque ad desiderabilissimum eius intuitum beatificũ peruenire valemus. [*Gloria tibi domine qui scandis*] hoc est, ascendisti [*super sidera*] Non solùm materialia in firmamento micantia, sed superiu tellectualia sidera, id est agmina angelorum in empyreo cælo splendentia. De quibus primus ille dixit apostata, Super astra cæli exaltabo solium meum. De quibus ad Iob, tricesimooctauo capitulo dominus depromptit, Vbi eras cum me laudarent astra matutina, & rutilarent omnes filij dei? Hinc ad Ephesios primo capitulo disseruit Paulus, Deus constituit Christum ad dexteram suam in cælestibus super omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem.

Matth. 24. Ioan. 14.

Ioan. 12. 1. Petri. 2.

1. Ioan. 2. Philip. 3.

Esa. 54.

In die pentecostes, ad vesperas, Hymnus.

¶ In eo sit pia sancti spiritus inuocatio, vt corda fidelium dono gratiæ suæ impleat: varia eius nomina, quibus in sacris nuncupatur eloquiis, explicantur: & demum ad eundem fit supplicatio, vt lumen gratię suæ, & ignem sancti amoris immittat nobis quo succendamur.

Author incertus, Carmen Iambicum Dimetrum, siue Archilochium.

Eni creator spiritus] iste est profundus, sententiosus atque pulcherrimus hymnus, præconiis ac feruentissimis inuocationibus spiritus sancti plenus. Veni creator spiritus. quælibet sublimis psona in diuinis potest vocari creator, sicut in expositione primi hymni expressum est, & etiam spiritus, cùm apud Ioannem quarto capitulo asserat Christus, Spiritus est deus. Sic enim spiritus in diuinis dicitur absolutè. Similiter vnaquæque increata persona dici valet spiritus sanctus, sumẽdo complexum hoc in virtute dictionum duarum. Quælibet enim adoranda persona est spiritus, & etiam sanctus vtique, imò supersanctus spiritus. ¶ Porrò dum complexum hoc sumitur vt proprium nomen personæ tertiæ in diuinis, accipitur in virtute dictionis vnius, & relationem includit, videlicet spirationem passiuam. Spiratio autem actiua communis est patri ac filio. Itaque hoc loco per spiritum intelligitur spiritus sanctus, quem petimus ad nos venire, non locum mutando, cũ sit verus & incircumscriptibilis deus: sed pietatis suæ charismata infundendo, seu augendo & conseruando. Sumitur quoque hic verbum hoc, veni, nõ imperatiuè, sed deprecatiuè. Cũ summa itaque reuerentia & genuflectione proferamus hæc verba, imò & cuncta sequentia [*Mentes tuorum visita*] hoc est, gratiosè accede, & intra superiorem partem animę nostræ, hoc est, vires eius superiores, in quibus summę trinitatis relucet imago, intellectũ, voluntatem, memoriã. Intellectum in omnibus illustrãdo, præsertim in cognitione & contemplatione primæ & æternæ veritatis, & ne decipiatur in aliquo. Voluntatẽ inflammando in charitate, roborando in spe, & dirigendo in omni affectione & opere bono. Memoriam quoq; stabiliendo in omnibus istis, [*Imple superna gratia*] hoc est, gratia gratum faciente, quæ est donum supernaturale, infusum, ponens rationalẽ creaturam in esse supernaturali, deiformi, ad promerendum idoneo, atque (vt multi tenent doctores) immediatè perficit essentiam rationalis creaturæ, ac realiter differt à charitate, cuius tamen oppositũ sentiunt doctores non parui, nec pauci. Potest item per gratiã designari quæcunque virtus infusa gratuita, [*Quæ tu creasti pectora*] hoc est, corda quæ condidisti: iuxta illud Psalmi tricesimisecundi, Qui finxit sigillatim corda eorum. Qualiter autem tota Trinitas sit vnus creator, & indiuisa in opere, & vnaquæque diuina persona verè dicatur creator, præhabitum est. [*Qui paracletus dicetur*] Hoc est, consolator & aduocatus verè vocaris: consolator ab effectu, quoniam tribulatis, tentatis, desolatis, anxiis & contritis releuamen, solamen, patientiam & spem veniæ elargiris: ita, vt gaudeant in aduersis tanquã in rebus expediẽtibus ad salutẽ: & omne gaudium existiment, cum in varias tentationes inciderint. Sicq; impletur quod apud Tobiã dicitur de deo, Post tẽpestatẽ trãquillũ facis, & post fletum exultationem infũdis. ¶ Deinceps teste Apostolo ad Romanos. 8. Ipse spiritus testimonium perhibet spiritui nostro, quòd filij dei sumus, quod est consolatorium vehementer. Et quamuis istud sit opus totius superexcellentissimæ trinitatis, nihilominus appropriatur spiritui sancto, quoniã sicut patri appropriatur potentia, filio sapiẽtia, ita spiritui sancto benignitas, siue clemẽtia, cuius appropriatus effectus est cõsolari, & dona gratiæ impartiri, atque ad orandum iuducere. Vnde ad Rom. 5. cap. ait Apost. Charitas dei diffusa est in cordib' nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Hinc quoque spiritus sanctus dicitur aduocatus. i. loquens & intercedens pro nobis. i. orantes & rectè loquentes nos faciens, idcirco rursus apostolus protestatur. Ipse spiritus orat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Itémque, Quid oremus sicut oportet, nescimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis, [*Donum dei altissimi*] hoc est, munus præstantissimum patris & filij, qui sunt vnus deus, & vnus spirator. Nempe spiritus sanctus dari his perhibetur, quibus infunditur, quibus gratia gratum faciens, charitas, & cæteræ virtutes infusæ hominẽ deo gratificantes, donantur: idcirco in Actibus Apostolorum frequẽter asseritur, quòd per impositionẽ manus Apostolorum, spiritus sanctus dabatur: atq; in Euangelio ait Saluator, Pater cælestis dabit spiritũ bonũ petentibus se. Etenim spiritus sanctus procedit à patre ac filio, vt donabilis, cũ sit amor mutuus patris ac filij. Amor verò est primum donum, in quo omnia dona donantur, quoniam amor est cõmunicationis ratio & origo quædam in amatum tendentia. Purúsque amor est primũ donũ summè gratuitum, Sed & spiritus sanctus dat & infundit seipsum, prout hæc omnia primo Sententiarum clarius edocentur. [*Fons viuus*] hoc est, fontalis & prima origo vitalis omnis boni, omnisque vitę, tam scilcet vitæ naturæ, quàm vitæ gratiæ ac gloriæ: cũ sit verus deus & vnus dator omnis boni creati cũ patre & filio, imò & vnus fons viuus cum patre æterno & vnigenito eius. [*Ignis*] spiritualis, non materialis, charitatem accendens, mentem inflammans, peccata consumens. De quo loquitur dominus, Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accendatur? Vnde & Moses dixit, Deus tuus ignis consumens est, Hoc igne omnis torpor expellitur, frigus cordis dissoluitur, depressa mens ad diuina erigitur, [*Charitas*] Tota quippe superdignissima trinitas, charitas est, & charitas vna absolutè accepta, sicut & sapientia: & sapientia vna absolutè quoque accepta. Vnde in prima sua canonica cap. 4. testatur Ioannes, Deus charitas est. Veruntamen charitas appropriatur spiritui sancto, quia procedit à patre & filio per voluntatem, ad quem directè & propriè pertinet charitas. quemadmodũ filius à patre per intellectum, ad quem verbum & sapientia propriè spectant. Vnde filius, verbũ & sapientia patris vocatur. [*Et spiritalis vnctio*] hoc est, internus, & gratiosissimus deuotarum mentiũ vnctarum irrigator, perfusor, influendo munera gratiarum, consolationum, suauitatum: ac etiã vnctio spiritalis per causam, hoc est, causa & dator huiusmodi vnctionis: de qua sanctissimus ait Ioannes in prima sua canonica cap. 2. Et vos vnctionem habetis à deo. Item, Vnctio eius docet vos de omnibus. ¶ Insuper deus est vnctio actiua, quemadmodum & actiua creatio, quia in simplicissimo deo idem sunt agens & actio. De hac spirituali vnctione Psalmographus loquitur Christo in Psalmo. 44. Vnxit te deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Christus quoque apud Esaiam. 61. cap. Spiritus domini super me, eò quòd vnxerit me. [*Tu septiformis gratia*] Hoc est, tu (ô spiritus sancte) in teipso summè simplex & vnus es. In gratia, hoc est, in septem donis gratiæ gratum facientis, septiformis, influendo hæc septem dona, de quibus in Esaia. 11. cap. fertur, Requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini, Hæc dona secundum celebriorem ac subtiliorem expositionẽ (quam sequuntur Thomas, Albertus, Egidius, Petrus, Richardus) à virtutibus realiter distinguuntur. Suntque habitus supernaturales infusi, quibus mens humana afficitur bene promptéque mobilis à spiritu sancto, ad sequendum eius instinctum, quemadmodum per virtutes morales, ad sequendum iudicium rationis. Itaque sapientiæ donum (intransitiuè sumendo hæc verba, hoc est sapientia, vt est donum) est supernaturalis notitia dei, qua deum agnoscimus per gustum internum, & bene iudicamus de eo per connaturalitatem & conformitatem affectus ad ipsum, per mentis saporem, vt puta quòd ipse sit summum & incomparabile bonum, quo solo fruendum, & cui soli finaliter inhærendum. Donum autem scientiæ est, quo per conformitatem affectus bene sentimus, & iudicamus de creaturis, quòd scilicet in se & ex se vanæ sint, atque ad creatorem omnipotentem finaliter ordinandæ. ¶ Porrò donum intellectus est, quo ea quæ fidei sunt, salubriter capiuntur, & ita de cæteris donis, de quibus specialem collegi tractatum. Alia opinio est, quòd dona hæc non sint à virtutibus distincta realiter, ita quòd dona vocantur, inquantùm desuper infunduntur. Virtutes autem, inquantùm subiectum suum perficiunt, & confortant ad bene agendũ. Hanc opinionem sequuntur Altisiodorẽsis

Iacob. 1. Tobiæ. 4.

Rom. 8. Ibidem.

Actu. 8. 19. Lucæ. 11.

Lucæ. 12 Deut. 4. Hebr. 12.

1. Ioan. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in summa sua, Thomas de Erfordia, Scotus, & alij multi. Amplius, sunt & alia dona spiritus sancti, E
quæ appellantur dona gratiæ gratis datæ, quia communia sunt bonis ac malis, & ad aliorum vtilitatem
præstantur, ac plura quàm septem. De quibus prima ad Corinth. 12. cap. fatur Apost. Alij datur per spi-
ritum sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, alij fides, alij gratia sanitatum, alij opera virtutum, alij inter-
pretatio sermonum, alij discretio spiritum, alij genera linguarum. Sapientia demum & scientia, prout
in verbis his capiuntur, sunt habitus intellectus, per quos ea quę fidei sunt, exponuntur, ac defenduntur,
Sùntque realiter differentes à sapientia atque scientia, vt sunt dona. [*Dextræ dei tu digitus*] Dextera dei in
terdum vocatur gratiosa & pia defensio, virtus & assistentia eius: vt in Psalmo. 97. Saluauit sibi dextera
eius, & brachium sanctum eius. In Exodo quoque. 33. cap. Proteget te dextera mea. Et in sapientiæ libro
cap. 3. Dextera tua teget eos. Interdum verò dextera dei vocatur districtior vltio duriórque percussio ei-
us, sicut & homo fortius percutit alium dextera, quàm sinistra. Vnde in Ecclesiastico. 36. cap. Glorifica
manum & brachium dexterum. Atque in Psalmo. 20. Dextera tua inueniat omnes qui te oderunt. Ita-
que spiritus sanctus nominatur digitus dexteræ dei primo modo acceptæ, quia per spiritus sancti illu-
minationem & directionem ostendit nobis deus pater, quæ vera & iusta eíque placita sunt, quæ item
vitanda. Sic & filius nuncupatur brachium patris, cum sit virtus per quam pater omnia operatur. De
hoc digito Christus in Euangelio Lucæ. 11. cap. Si in digito dei (inquit) eiicio dæmonia, & c. Vnde &
magi in Exodo. 8. cap. Digitus (inquiunt) dei est hoc, [*Tu vite promissum patris*] hoc est, donum dignissi- F
mum à deo patre promissum discipulis suis, quibus in Luca. 24. capite vnigenitus fertur dixisse, Sedete in
ciuitate, quoadúsque induamini virtute ex alto, & ego mittam promissum patris mei in vos. Hinc apud
Ioannem. 14. capite filius dei repromisit, Paracletus spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo.
[*Sermone ditans guttura*] hoc est, instrumenta loquendi reddens idonea ad prædicandum, sicut Christus
apud Lucam vicesimo capitulo promisit discipulis suis, Dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt
resistere, & contradicere omnes aduersarij vestri. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris
Actu. 2. vestri qui loquitur in vobis. Hinc in igneis linguis apparuit, ac donatus est, iuxta id Actorum secundo
capitulo, Apparuerunt illis dispartitæ linguæ, tanquam ignis: & cœperunt loqui varijs linguis, pro-
ut spiritus sanctus dabat eloqui illis. Itaque docuit corda, aptauit & mouit ora, constantiam contulit,
feruorem infudit, perseuerantiam, efficaciam, imò & superabundantiam in omnibus condonauit, in-
tantùm, quòd sicut apes de alueario suo erumpunt, sic beatissimi atque glorioßissimi illi saluatoris dis-
cipuli, spiritu sancto ditissimo munificentissimóque repleti, de cœnaculo eruperunt, ingressi sunt
templum, & igneam legem ignitis sermocinati sunt linguis. [*Accende lumen sensibus*] Hoc est, interio- G
ribus sensibus nostris, intellectui & memoriæ, rationi & cogitationi immitte lumen sapientiæ, splen-
dorem contemplationis theoricæ, claritatem assiduæ illustrationis diuinæ, non sine feruore, & in-
flammatione cælesti, ne insit nobis informis & nuda cognitio, imò in meditatione nostra exardescat
ignis, vt intellectus noster sit lucerna ardens & lucens. Quemadmodum enim lucerna corporis nostri
est oculus noster exterior, sic lucerna totius cordis nostri est oculus interior, vtputa intellectus, sine quo
voluntas est cæca, erronea, præcipitatiua, similisque tyranno. propterea intellectus est suprema vis ani-
mæ, atque nobilior voluntate. Et diuinus Dionysius protestatur, Optimum (inquiens) hominis est in-
tellectus & ratio, & esse ac viuere secundũ rationẽ desuper rectã. Augustinus quoque lib. de ciuit. dei, ac ali-
bi. Plato etiam in primo ac secundo Timei & in Phedone ac libro de prophetis. Et Aristoteles. 10. Ethi-
corum. Quanquã quidam oppositũ somniẽt. Nã & homo ab intellectuali pfectione seu gradu, speciem
sortitur [*Infunde amorem*] id est spiritualem charitatẽ & eius feruorẽ proficuum & perfectionem [*Cor-*
Marc. 12. *dibus*] & voluntatibus nostris. Sic quippe accipitur cor apud Marcũ, vbi iubetur. Diliges dominũ deũ tuũ
ex toto corde, & ex tota mente tua. Hic amor spiritualis diuinus, infusus, est supernaturalis similitudo
increati amoris, quo infuso amore diligimus deum, primò & purè ac principaliter, imò & incõparabi-
liter, ppter propriam suam incircunscriptibilẽ bonitatem. Deinde quoniam prior dilexit nos. ¶ Insuper
1. Ioan. 4. etiam propter beneficia & ꝓmissa ipsius. Hinc vera requiritur contritio, vt de tanti boni offensa & amis-
sione, hoc est, de omni peccato mortali, plus debeamus quàm de quocunq; alio damno aut nocumẽto.
ideirco contritio est summus dolor, qui est in natura: quanquam necesse non sit quod sit maximè sensi- H
bilis, perceptibilis, afflictiuus, sed ipsam displicentiam superioris appetitus super culpa mortali oportet
intentissimam esse. [*Infirma nostri corporis virtute firmans perpetim*] Hoc supra in expositione hym-
ni secundi expositum est. [*Hostem repellas longius*] hoc est, valde longè expelle & repelle, abiice &
prolnbe, à nobis inuisibilem, & crudelissimum hostem animarũ, nil aliud sitientẽ, quærẽtem, machinan
tem, nisi æternam animarum nostrarum perditionẽ. De quo beatissimus princeps Apostolorum Petrus
1. Petri. 5. disserit, Aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiés circuit, quærens quẽ deuoret. Per hunc hostẽ
intelligamus vniuersos aduersarios nostræ salutis, ac acies vitiorum, quos petimus longè repelli à nobis,
quantũm ad hoc ne ipsis cõsentiamus. Iuxta illud, Et ne nos inducas in tentationẽ. Sed impleamus illud
Apostoli Iacobi. 4. cap. Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Et illud Apostoli ad Ephes. Nolite locum
Matth. 6. dare diabolo, [*Pacemque dones protinus*] hoc est, mentis tranquillitatem, quietem cordis in deo, gau-
Ephes. 4. dium spirituale, imperturbatum: quatenus in omni euentu, in omni aduersitate & inquietatione externa
repausset, & quiescat mens nostra in creatore, & de eius prouidentia contentemur. Sed & pacem tempo
ris habeamus cum proximis, sicut hortatur Apostolus ad Rom. 12. cap. Si fieri potest, quod in vobis
est, cum omnibus hominibus pacem habentes, vt quietam & tranquillã vitam agamus in omni pietate &
charitate. Præsertim cum cõfratribus & domesticis nostris. Prout denuo ad Hebræos. 12. capite monet
Apostolus, Pacem sequimini cum omnibus & sactimoniam, sine qua nemo deum videbit. Ad hanc
pacem in seipso habendã, & cum aliis conseruãdam, necessariæ sunt vehementer humilitas & patientia.

Quemadmodum econtrario superbia & impatientia potissimum eam impediunt. Inter superbos enim Prouer. 13.
A semper sunt iurgia, & qui impatiens est, exaltat stultitiam suam, [*Ductore sic te præuio,*] hoc est, te nos in
omnibus misericorditer dirigente, gratiosè ducente: iuxta illud in Psalmo. 85. Deduc me domine in via Psalm. 72.
tua, & ingrediar in veritate tua, vt grata mente tibi psallamus. Tenuisti manum dexteram meam, & in vo-
luntate tua deduxisti me, [*Vitemus omne noxium*] id est vniuersa peccata, & quæ salutis sunt impeditiua.
Hoc est, quod cum Psalmista oramus psalmo. 118. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, &
non dominetur mei omnis iniustitia. [*Per te*] Hoc est, ex tua illuminatione & vnctione piissima, [*sciamus*]
id est credamus, [*Da patrem*] Quamuis enim per naturalem rationem possumus vnum deum ex creatu-
ris obscurè cognoscere, cognitio tamen diuinarum superuenerabilium personatum, quantùm ad pro-
prietates relatiuas, & personalem distinctionem, est supernaturalis. Scire ergo hîc sumitur extensè, pro-
ut se ad fidei cognitionem extendit. Sicut & sanctissimus Iob. 19. cap. dixit, Scio, quòd redemptor meus
viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & in carne mea videbo deum saluatorem meum. Sic
& beata Martha locuta est apud Ioannem. 11. cap. Scio quia resurget in resurrectione, in nouissimo die.
Istud quoque de scientia, seu cognitione formata, ignita, & practica deprecamur, ne pater ille altissimus
nobis obiiciat, Si pater ego sum, vbi est honor meus? [*Noscamus atque filium*] nunc per speculum in ænig
mate, per fidem illuminatam, & sapientiæ donum, quòd ipse est deus genitus ab æterno ex patre, natus ex
B virgine matre in tempore, in vnitate personæ. [*Te vtriusque spiritum*] ex patre ac filio procedentem, vtri- Malach.
que coæternum, coæqualem, & consubstantialem, [*Credamus omni tempore*] quo viuimus in hoc mundo:
in quo peregrinamur à domino deo, per fidem, nondum per speciem cognoscentes. Hæc est enim fides
catholica, quam nisi nunc vnusquisque sideliter firmitérque crediderit & integram inuiolatámque ser-
uauerit, absque dubio in æternum perbibit. [*Sit laus patri cum filio, sancto simul paracleto*] sicut exposi-
tum est, [*Nobisque mittat filius charisma*] Hoc est, sacrum ac prætiosum munus [*Sancti spiritus.*] Videlicet
ipsummet spiritum sanctum, essentialiter sanctum & superdignissimum, qui vt patuit, est donum dei Athanas.
altissimi: seu charitatem, & gratiam eius, ac cætera dona charitati, & gratiæ gratum facienti annexa.
Quemadmodum autem spiritus sanctus procedit à patre ac filio: sic donatur, & mittitur ab vtroque.
¶ Ecce hunc hymnum cum omni puritate & eleuatione mentis ad superdulcissimum spiritum sanctum
cantemus, Cúmque nihil impediat nos à desiderata plenitudine susceptionis spiritus sancti, & exuberan-
tia charismatum eius, nisi negligentiæ nostræ distractiones corporeæ, & vitia, præsertim sensuales affe-
ctus, sátagamus hæc omnia euitare, ac erubescamus dominum illum maiestatis immensæ hospitem san-
ctitatis atque munditiæ penitus infinitæ, inuitare ad visitandum, ingrediendum, & inhabitandum corda
nostra, adhuc imparata ac sordida: cum nec hominem magnæ authoritatis auderemus allicere ad intro-
eundum habitaculum nostrum materiale, impurgatum, fœdum, inordinatum. Mente ergo contrita, re-
C collecta, affectuosa, inuocemus, laudemus, adoremus spiritum sanctum. Toto corde afficiamur ad eum,
qui tam misericordissimè ac gratiosissimè egit nobis, sine cuius pia præuentione actualíque motione, nil
meritoriũ cogitare, velle, loqui, aut operari valemus. Cuius omnia attributa, proprietates, & nomina dul-
cedinem redolent, amabilissima extant, consolationémque largiuntur. Attribuuntur nanque & appro-
priantur ei bonitas, pietas, liberalitas, pax, communio, amor, osculum, nexus, dulcedo, iucunditas, & am-
plexus. Quæ cuncta ei conueniunt excellentia penitus infinita. Hinc quoque cupientes eum recipere,
in sanctis atque optimis donis eius proficere, indesinenter soliciti sint, visceribus charitatis ac pietatis, &
bonitatis affluere, pacem & veritatem diligere, vnitatem spiritus in vinculo pacis incessabiliter custodire.
Etenim sine his bonis cœnobia sunt tartara, & habitatores dæmonia. ¶ Porrò cum charismatibus istis
cœnobia sunt paradisus in terris, & religiosæ personæ sunt angeli. Et sicut nulla vita est melior quàm Actu. 4.
charitatiuè, pacificè, cõcorditer cõmorari, sic nulla est peior, quàm corpore, nõ mẽtis charitate, cõcordia,
vnitate simul manere, prout hoc sanctus pater. Hieron. in regula sua scribit pulcherrimè. Omnia ergo
ista ad religiosos potissimum pertinere nosc̃untur, quorum oportet esse cor vnum & animam vnam.

In die pentecostes ad nocturnum laudes, & matutinas, Hymnus.

¶ Referuntur in eo sacra missionis spiritus sancti mysteria, & sanctæ illius solennitatis
sacramenta, Apostolorum in variis linguis prædicatio, & spiritus sancti,
(iuxta Ioëlis vaticinium) in homines effusio.

D Author & carmen vt præcedentis Hymni.

IAm Christus astra ascenderat.] Hymnus iste historicus est, ex Actibus sumptus apo-
stolorum. [Iam] puta in die celeberrimo Pentecostes, [*Christus astra ascenderat*] Nam
decem diebus ante Pentecosten ascendit. Qualiter autem supra astra ascendit, ex-
positum est in hymno de ascensione, & super illum versiculũ Gloria tibi domine,
qui scandis super sidera. [*Regressus vnde venerat*] Hoc est, ad thronũ gloriæ patris
reuersus, de quo in vterũ virginis descendit, sicut expositũ est in hymno de nati-
uitate: super illud, Egressus eius à patre, regressus eius ad patrem. Et alibi. [*Promissa*
patris munera sanctum daturus spiritum] hoc est, in die pentecostes missurus ac dona- Psalm. 67.
turus discipulis spiritũ sanctũ: quẽ dando, dedit eisdẽ munera spiritus sancti, vt prœcedẽti hymno est de-
claratũ. quę munera de* pater se daturũ prędixit, atq; promisit in veteri testamẽto. nam & in psalmo fuit
prędictũ de christo, Ascendisti in altũ, cæpisti captiuitatẽ, accepisti dona in hominibus. quod sic allegat Ioël. 2.
Apost. dedit dona hominibus. ¶ porrò dona & opera superglorioſæ trinitatis ad extra, sunt indiuisa. Deni- Ioan. 17.
que hoc allegat princeps Apostolorum illud Ioëlis. Effundam de spiritu meo super omnem carnem, &
prophetabunt filii vestri & filiæ vestræ. Hinc quoque in Ioanne scriptum est, Clamabat Iesus, Si quis si-
tit veniat ad me. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem dicit de spiritu sancto,quem accepturi erant credentes in eum[*Solennis vrgebat dies*] hoc est, dies B
pentecostes iam imminebat, seu præsens extitit,& surgebat [*Qui (dies) mystico septemplici orbe voluto*
septies signat beata tempora]Ordo verborum est,qui scilicet dies pentecostes signat, id est figurat & de-
Esa.66. signat tempora,id est requiem æternitatis in patria. De qua legitur apud Esaiã,Erit mensis ex mense, &
sabbatum ex sabbato.Nam & in patria erit tempus discretum,& forsan aliquo modo continuum in mo-
tibus corporum glorificatorum,quæ nõ mouebũtur in instanti.Quamuis Gulielmus Parisiẽsis hoc opi-
netur in lib.de vniuerso.non tamen erit tẽpus ex motu cæli tantũ,cum in Apoc. angelus iurasse legatur,
Apoca.10. quòd tempus vltra non erit.Signat(inquam)mystico septemplici.i.numero septenario istud mysticè de-
Apoc.1. signante.Per septenarium nanque vniuersitas designatur in Apoca.A septem spiritibus,qui in conspectu
Tobię.12. throni eius sunt.Et in Tobia, Ego sum Raphaël vnus ex septem qui astamus ante deum. Nempè,vt ait
Gregor.quoniam septem diebus omne tempus hoc voluitur,rectè per septenariũ vniuersitas denotatur,
& perpetuitas illa cælestis. Et hoc dico, Orbe voluto septies,hoc est, circulatione dierum seu ambitu
septimanæ voluto septies,hoc est, septem vicibus reuoluto ac repetito. Tot enim fluunt hebdomadæ à
Iob.1. pascha vsque ad pentecosten.Sic etiam sumitur orbis in Iob, Cúmque in orbem transissent dies conui-
uij.[*Dum hora cunctis tertia repente mundus intonat*]hoc est,dum mundus .i. cursus naturæ seu temporis or
do,aut genus hominum in hoc mundo, intonat,hoc est, insinuat aut designat subitò cunctis incolenti-
bus terram,suum processum.Hora tertia post medium noctis aut circiter[*nunciat*]ipse mundus videlicet F
genus hominum, seu temporum cursus. [*Orantibus Apostolis*] id est dum ipsi Apostoli in actu oratio-
nis intentè ac feruenter consisterent.[*Deum venisse*]id est aduenisse paracletum. quod tunc adinuicem,
& deinde aliis,nunciauerunt discipuli qui spiritum receperunt,vt infra in hymno isto subiungitur [*De*
patris ergo lumine decorus ignis almus est]Hoc dupliciter potest exponi.Primò,de igne materiali, qui super
Apostolos cæterósque eis coniunctos apparuit, quibus igneæ linguæ apparuerunt: qui ignis fuit de-
corus,id est lucidus valde,non fumosus aut teter: & almus,id est sanctus,quia ad repræsentandum ac de-
signandum spũ sanctũ formatus,ordinatus,& cõsecratus,sicut ecclesia materialis dicitur sancta,quia diu-
2.Mac.13. uino cultui dedicata.Vnde.2.Machab.Ignis templi sanctus vocatur,[*Qui (ignis) fida Christi pectora*]id est
fidelia discipulorum corda,quæ erant pectora Christi.i.ad ipsum per electionẽ,charitatem, gratiámque
spectantia[*Calore verbi compleuit*] id est ardẽti affectu diuini amoris ac verbi æterni atque diuini eloquij
abundãter accẽdit,impleuit,perfecit:quia repleti sunt omnes spũ sancto. quod vtique fecit ignis ille ex-
terior non immediatè ac directè,nec efficienter & principaliter,sed dispositiuè, materialiter,ministeria-
liter,& cooperatoriè,sicut per exteriora ad interiora iuuamur,vt patet de sacramentis.
¶Denique ignis ille extitit almus de lumine patris, quia ab increato lumine dei patris suam habuit cla- G
ritatem & sanctificationem.Omne enim donum desursum est descendens à patre luminum Secundò sic,
Iacobi.1. de patris ergo lumine decorus ignis almus est.i.spiritus sanctus,qui metaphoricè ignis appellatur,& sub-
stãtialiter est decorus ac suppulcherrimus, est de lumine patris:quia de splẽdidissimo patre spiratur,pro
cedit,descendit & venit,vt in expositione præhabiti patuit hymni. Qui spiritus sanctus impleuit disci-
Lucæ.12. pulorum pectora,verbi calore,id est Christi ardore:qui fassus est,Ignem veni mittere in terram.Etenim
spiritus sanctus immediatè agit ac imprimit in affectum seu voluntatem. [*impleta gaudent viscera*]id est
interiora animarum discipulorum,spiritualiter,imò & indicibiliter sunt gausa, suscepto spiritu sancto.
Ideo sequitur[*Afflata*]id est perfusa,inspirata,recreata, paracleto, & suauissimis donis,illuminationibus,
inflammationibus,consolationibus spiritus sancti[*Voces diuersas intonant*]id est varias resonabant ac pro
ferebãt loquelas.Ideo sequitur,[*Fantur dei magnalia*]id est mirabilia atque magnifica opera creatoris, in-
comprehensibilia mysteria saluatoris,testimonia legis & prophetarum, effectus gratiæ ac gloriæ prædi-
cabant, vt in Actis patet. Cum enim sermocinaturi fuerint gentibus vniuersis, & euangelizaturi
Actu.2. euangelicam legem, ad quam omnes gentes fuerant conuertendæ: iuxta illud Esaiæ, Lex à me exiet,
Esaiæ.20. & iudicium meum in lucem populorum requiescet,me insulę expectabũt.Et rursus de Christo vatici-
Esaię.60. natus est Esaias,Legem eius insulæ expectabunt.Ideo necessariæ eis erãt omnium linguę gentium.Vnde
Psalm.18. & psalmista prædixerat,In omnem terram exiuit sonus eorum,& in fines orbis terræ verba eorum.Præ-
terea sicut Augustin.lib.de ciuitate dei fatetur,Ineffabile est,nec comprehendi à nobis valet,qualiter in
constructione Babylonicę turris diuisę sunt linguę, atque confusum est labium vniuersę carnis:ita indi H
cibile est,qualiter vno prędicante Apostolo, vnusquisque audictium diuersorum idiomatum propriam
audiuit loquelam:iuxta illud in actibus, Stupebant dicentes, Nũnne omnes isti,qui loquuntur, Galilęi
Actu.2. sunt? & quomodo nos audiuimus vnusquisque linguam nostram in qua nati sumus?[*Ex omni gente cogi-*
tur,Græcus,Latinus,Barbarus] id est Græci,Latini,Barbari,ex cunctis gentibus simul iuncti,& congregati
Esa.16. in Hierusalem fuerunt. Sic & Esaię inducitur,Ini consilium, coge consilium: Vel omnis talis cogitur,
id est compellitur,ipsa euidentia facti, obstupescere in tantis mirabilibus dei.Omnis,inquam,id est qui-
dam ex omnibus,vt sit distributio pro generibus singulorum,nõ pro singulis generum.Vnde in actibus
Actu.2. fertur, Erant in Hierusalem habitantes viri religiosi ex omni natione, quę sub cęlo est. Hinc additur,
[*Cunctisque admirantibus linguis loquuntur omnibus*]sicut expositum est.Veruntamen quidam audientium
irriserunt,de quibus mox additur[*Iudæa*]id est plebs Iudęorum in Hierusalem, [*Tunc*]existens [*incre-*
dula]id est infidelis & discredens tot signis [*Vesana toruo spiritu*]id est insensata & amẽs spiritu suo per-
uerso & indignabundo,seu spiritu diabolico,quo tentabatur & vincebatur, [*Ructare musti crapulam, a-*
lumnos Christi concrepat]id est clamauit & dixit alumnos Christi,id est discipulos à Christo nutritos spi
ritualibus alimentis,pane vitę & intellectus,ac aqua sapientię salutaris & sacramentis, ructare crapulam
musti, id est ebrietatem ex potu noui vini causãtam effundere, quasi præ ebrietate loquerentur ver-
1.Reg.1. ba ignota, quæ nec ipsimet intelligerent, vt arreptij & amentes. Quemadmodum primo Re-

A gum, Heli loquutus est Annæ, Digere paulisper vinum quo mades. Hinc in Acta Apostol. habe- Actu.2.
tur, Quidam irridentes dixerunt, quia musto pleni sunt isti: de quibus Esaias effatus est, Excæcatum Esa.6.
est cor populi huius,& auribus grauiter audierunt. [*Sed signis & virtutibus occurrit et docet Petrus*] id est Actu.2.
beatiss.Petrus apostolici chori princeps restitit perfidis illis signis & virtutibus,id est miraculosis & vir-
tuosis operibus,inuicta cõstantia,summo charitatis feruore, diuersarum linguarum loquelis, allegatio-
nibus scripturarum.Vnde subiungitur,[*Falsa profari perfidos ioele teste comprobans*] quod qualiter ege-
rit,in Actis narratur,vbi inter cætera ait, Non,vt putatis,ij ebrij sunt, cũ sit hora diei tertia, sed hoc est, Ioël.2.
quod dictum est à domino per prophetam Ioël.Fundam de spiritu meo, &c. Ex aliis quoque prophe-
tis testimonia introduxit.Nec solũ sanctus Petrus,sed alij quoque apostoli prędicabant.Verũ,vt beatus
Cyrillus episcopus in libro thesaurorum expresit, Apostoli in omni congregatione & synodo, Petro
deferebant & locum dederunt.Qui(teste Chrysostomo)vertex & os erat collegij [*Hic Christe nunc pa-*
racletus]id est ô Christe paracletus huc,id est optimus iste consolator spiritus sanctus.[*Per te pius nos vi-*
sitet]id est aduocatione & meritis tuis,mentes nostras benignè visitare,ditare,implere,imò & inhabitare
dignetur,cũ ipse sit consolator optimus,dulcis animæ hospes,dulce refrigeriũ.[*Nouansque terræ faciem*]
id est spiritualiter innouans superficiem terræ,hoc est interiorem vultum hominum habitantium super Psal.50.
terram,infideles ac impios conuertendo,credentes reformando,iustos perficiẽdo. Vnde orauit Psalmi- Psal.103.
sta,Spiritum rectum innoua in visceribus meis.Qui denuo est precatus,Emitte spiritum tuum & crea- Coloss.3.
B buntur, & renouabis faciem terræ. Apostolus item ad Coloss. Expoliate vos veterem hominem cum Ephe.4.
actibus suis:& induite nouum,qui renouatur in agnitionẽ dei.Et ad Ephesios, Renouamini,inquit,spi- Sapien.1.
ritu mentis vestræ.[*Culpis solutos*] id est à vitiis absolutos.[*Recreet*]hoc est consoletur spe veniæ,cõtem
platione gloriæ,alloquutione interna,inspiratione assidua & superna.Hinc dictum fuit à Sapiente, Spi-
ritus domini repleuit orbem terrarũ.Hunc hymnũ attentione proferamus præcipua,animo perlustran-
tes quàm magnificè dominus egit nobiscum,quàm mirabilia fecit hoc die,quàm gloriosè atque deificè
incepit post Christi passionem prædicatio ac dilatatio fidei Christianæ,misso desuper spiritu sancto cũ
maiestate & gloria:qui repentè inspirauit,contulit,& infudit primis illis Christi discipulis omnium vir-
tutum perfectionem,omnium scripturarum notitiam,vniuersarum linguarum peritiam,cor prorsus im
perterritum, & ad omnem persecutionem ac pœnam pro deo promptissimum, quàm virtutum perfe-
ctionem indefesso conatu pro nostro modulo imitari & assequi enitamur.

De sancto Eucharistiæ sacramento ad vesperas,hymnus.

C ❧Describitur in eo prima institutio sacratissimi mysterij sanctæ Eucharistiæ à Christo facta,& pia
admodũ exhortatio ad honorandũ hoc dignissimum sacramentum. ¶Author Thomas Aquinas.

Carmen ad rhythmi formam & obseruationem accedit.

PAnge lingua gloriosi corporis mysterium.] Hanc iucundam, nobilem ac diuinam so
lennitatem instituit Vrbanus papa quartus:qui ordinationem ecclesiastici officij
cõmisit viris duobus in ecclesia tũc præclaris, sancto Thomæ & domino Bona-
uẽturæ,vt vnusquisque eorũ sigillatim illud cõponeret. Quo cõpleto & vtriusq
que officio diligenter examinato, amplius placuit summo Pontifici & dominis
Cardinalibus id quod Thomas composuit: qui & istum, ac duos sequentes edi-
dit hymnos. [*Pange lingua*] per partem intelligit totum,vt sæpe fit in scripturis.
Quemadmodũ in lib.Iudicum mater Sisaræ,Cur,inquit,moratur regredi pes e- Iudicũ.5.
ius? Itaque ô lingua.i.ô tu homo linguã habens, & ea vtens ad loquendũ atque cantandum. [*Pange*] id
est decanta & concine. [*Glorioſi corporis mysterium*] hoc est sacrum secretum & sacramentum corporis
Christi:quod nunc glorificatissimum est,& rectè glorioſum vocatur,quia adhuc mortale existens,vni-
tum fuit immediatè,non solùm glorioſissimæ animæ Christi,sed & simul cum ea verbo æterno: & fuit
tam animæ quàm verbi instrumentum viuum,coniunctum,animatum ac proprium.Propter quod vir-
tus exiuit de illo, sanauitque omnes. Imò & ex contactu sanctissimi corporis eius in vestes ac fimbrias
D vestium eius, virtus diffundebatur diuina, & efficax fuit ad supernaturales effectus: vt ait Euangelista, Matt.26.
Quotquot tangebant fimbriam vestimenti eius,sani fiebãt,à quacũque infirmitate tenebantur.Fuit rur
sus corpus hoc glorioſum,vtpote ex purissimis sanguinibus sanctissimæ virginis sumptum, & supernatu-
raliter ac instantaneè ab omnipotentia spiritus sancti formatum: quod & secretissimè ac incompre-
hensibilissimè,tamen verissimè, sub speciebus sacramentalibus continetur. [*sanguinisque precioſi*] id est
pange etiam mysterium sanguinis precioſi,id est præstantissimi sanguinis Christi,qui sanguis in sacra-
mento sub vini speciebus consistit, & hoc directè ex vi conuersionis. Attamen concomitanter etiam
sub panis speciebus est sanguis,atque sub vini conseerati specie caro Christi.[*Quem*]sanguinem[*in mun*
di precium] hoc est pro mundi seu generis humani redemptione. [*Fructus ventris generoſi, rex effudit gen*
tium] id est Christus filius nobilissimæ virginis Mariæ. qui gentium credentium rex specialiter nomi-
natur: quas regit per charitatem & gratiam, per fidem & euangelicam legem, per prælatos & angelos
sanctos. Vnde apud Esaiam deus pater ait de Christo, Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præce Esaiæ 55.
ptorem gentibus.Et rursus loquitur Esaias, Radix Iesse,qui exurget regere gentes, in ipsum gentes spe- Esa.11.
rabunt,De quo legitur in Aggæo, Ecce venit desideratus cunctis gentibus.Hinc Christus in cœna de- Aggæi,2.
prompsit, Hic est calix sanguinis mei, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum. [*Nobis*
datus]Pater enim dedit nobis vnigenitum suum in redemptorem, & in caput ac sponsum ecclesiæ, in Matt.26.
Marc.14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

legislatorem ac principem: iuxta quod in Ioanne scriptum est, Sic deus dilexit mũdum, vt filium suum E
Ioan.3. Ephe.2. vnigenitum daret: vt omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Paulus quoque, Proter nimiam, ait, charitatem qua dilexit nos pater, filium suum misit in similitudinem carnis peccati. [*Nobis*] id est ad nostram salutem. [*Natus ex intacta virgine*] hoc est prorsus incognita viro. [*Et in mundo conuersatus*] prout Baruch prædixit, Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus. Vnde
Baruch. 3. Ioan. 1. fertur in Ioanne, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. [*Sparso verbi semine*] id est prædicatione euangelicæ legis disseminata inter Iudæos: de quibus asserit, Non sum missus, nisi ad oues domus Is-
Matth. 15. Luc. 4. raël quæ perierunt. Vnde & dixit, Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare, quoniam ad hoc
Matth. 13. missus sum. ¶ Denique de hoc semine ait in Matthæo, Semen est verbum dei, de cuius seminatione scri-
Actu. 13. ptum est, Disseminabatur verbum dei per vniuersam regionem. [*Sui moras incolatus*] hoc est tempus inhabitationis ac vitæ suæ mortalis in seculo isto. [*Miro clausit ordine*] id est terminauit admirãda dispositione, & ordinatione sapientiæ suæ, & cohabitudine veteris nouiq; testamenti, & operum atque mysteriorum suorum, quoniam passione sua instante, quando & dixit patri, Opus cõsummaui, quod dedisti mihi vt facerem: instituit sacramentum hoc nouæ legis, sicut subiungitur, [*In suprema nocte cœnæ*] id est
Ioan. 17. in exordio noctis, puta ad vesperam, in qua cum apostolis vltimò cœnauit. Vnde in Euangelio dicitur, Cum facta esset hora seu vespera. Et protendebatur cœna vsque in noctem. Dicit enim Euangelista, E-
Matth. 26. Marc. 14. Ioan. 13. rat autem nox. Sic & Paulus effatur, Christus in qua nocte tradebatur, accepit panem. [*Recumbens cum fratribus*] id est apostolis: de quibus in psalmo, Narrabo nomen tuum fratribus meis. In Ioanne item ad
1. Cor. 11. prædilectum discipulum, Vade, dic fratribus meis. [*Obseruata lege*] Mosi [*Plene, cibis in legalibus*] quia impleuit patris præceptum, comedendo agnum paschalem: prout in Exodo legitur iussum. [*Cibum turbæ duodenæ*] id est duodecim apostolis. [*Se dat suis manibus*] id est propriis manibus seipsum dedit eis in cibũ
Psalm. 21. Exod. 12. mẽtis: quia sub specie panis (ratione cõuersionis ipsius panis in corpus Christi) fuit corpus illud dignissimum. Cõcomitanter verò sanguis ipsius, anima quoque & verbi persona: sicque totus Christus. Er simili modo sub specie vini. Hinc sunt versus, Rex sedet in cœna, turba cinctus duodena. Se tenet in manibus, se cibat ipse cibus. In quo patet ardẽtissima liberalitas, & liberalissima charitas Christi ad nos: qui non solùm beneficia sua, sed & seipsum præstitit nobis: & hoc vtique tam mystico & incomprehensibili modo, vt subditur. [*Verbum caro*] id est vnigenitus dei factus homo: prout hoc in secundo hymno expositum est. [*Panem verum*] id est veritate naturę & panem triticeum, qui propriè panis est hominum. Porrò res creata dicitur vera veritate naturæ seu rei: inquantùm habet naturam propriam correspondentem rationi ideali, quam habet in mente sapientissima creatoris. [*Verbo carnem efficit*] id est sub certa forma verborum conuertit in corpus suum. quæ conuersio est valde supernaturalis & instantanea, G
qua vnum præexistens conuertitur in aliud præexistens. [*Fitque sanguis christi merum*] id est vinum conuertitur in sanguinem Christi sub forma verborum ad hoc pertinentium. Potest quoque per verbum intelligi præceptum, quo Christus hoc fecit: qui horum vtrunque fecit diuina & increata sua potẽtia penitus infinita, cum prolatione sacramẽtalium verborum ad hoc pertinẽtium: quamuis sine illorum prolatione id facere quiuit. Proferendo quoque hæc verba contulit eis vim cooperatiuam, quasi instrumentalem, ad transsubstantiationem hanc ipsam. [*Et si sensus deficit*] id est quamuis sensus exteriores & interiores intellectus ac ratio prorsus deficiant à comprehensione mirabilium, quæ in hoc sacramento contingunt, creduntur ac fiunt. [*Ad confirmandum cor syncerum sola fides*] id est sola fides formata. [*Sufficit*] ad roborandam mentem puram in deo ac via salutis, & contra visibiles atque inuisibiles fidei hostes. Sufficit enim sic credere, nec expedit perscrutari. Non, quòd fides sine operibus sufficiat ad salutem: sed in hac parte ad complendum præcepta de fide sufficit credere, nec oportet discutere. Attamen donum intellectus, quo ad ea quæ fidei sunt aliquam rationem habemus, non excluditur, imò includitur. Ad minus est, ideo credimus quoniam à deo esse hanc fidem sentimus, & qua sic credit sancta ecclesia: sicque quod dicitur, sola fides, non excludit nisi euidentem notitiam credendorum: non charitatem, cæteràsque virtutes ac dona, & opera bona. [*Tantum ergo sacramentum*] præsertim id quod est res & sacramentum, videlicet corpus & sanguinem saluatoris, potissimum totum Christum deum verum & hominem sub sacramentalibus speciebus latentem, contentum, & consistentem. [*Veneremur cernui*] cultu latriæ H
quo ad deitatem, cultúque hyperduliæ quantùm ad naturam humanam assumptam. [*Et antiquum documentum*] id est doctrina veteris testamenti de sacrificiis variis, præsertim de immolatione agni paschalis. [*Nouo cedat ritui*] id est sacræ obseruantiæ noui testamenti deferat, locúmque præstet: quoniam sacrificia legalia in huius sacrificij institutione & frequentatione defecerunt & cessauerunt: quemadmodum in Daniele prædictum est, In medio hebdomadæ deficiet hostia & sacrificium. In Malachia quoque
Daniel. 6. Malac. 1. Psal. 39. dominus ait Iudæis, Non est mihi voluntas in vobis, & munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis magnũ est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. Atque in psalmo, Sacrificium & oblationẽ noluisti. Sacrificia quippe legalia erant præfiguratiua oblationis Christi in cruce. Ideo veritate impleta cessare cœperunt: vt super quartum Sententiarum diffusius est expressum. [*Præstet fides supplementum sensuum defectui*] id est quod sensu & intellectu capere nõ valemus, fide seruemus firmissima, atque certissima certitudine adhærentię nõ euidẽtiæ: quoniam deus essentialiter verus ac veritas, author ac testis est sacratissimæ fidei huius. [*Genitori, genitoque, etc.*] Sensus versus istius ex præhabitis patet. Itaque hymnum istum cum omni recollectione & alacritate cantemus, cum feruenti memoria nouissimæ cœnæ Christi ac institutione sacramenti istius omnium sacramentorum finalis ac summi. Atque totius charitatis ac liberalitatis, quas dominus & saluator nobis in eo monstrauit, imò indesinenter demonstrat. Núnne summa dilectio & munificentia maxima est, dum quis realiter seipsum alteri elargitur, & suam essentiam illi cõficit ac ministrat in me-

A dicinam? Sic & misericordia summa est, seipsum alteri præparare & applicare in remedium curatiuum ac redemptiuum. O quàm charitatiuus & liberalis, quàm compassiuus & sapientialis est medicus iste: quàm admirabilis & superlargissimus est hic hospes, qui inuitatis à se, seipsum porrigit & proponit in saluberrimam mentis escam. Simus ergo totis viribus ei grati, pura ac splendida ei exhibeamus receptacula corda nostra. Ora quoque, per quæ & in quibus susceptimus eum, ab omni loquacitate ac vo
racitate custodiamus: præsertim à detractorijs, prouocatiuis, pungitiuis, irrisorijs & discordiæ disseminatorijs verbis. imò illud Psalmistæ impleat vnusquisque, Benedicam dominum in omni tempore, Psal. 33.
semper laus eius in ore meo. In inuiolabili ac integerrima fide huius dignissimi sacramenti simus semper firmissimi, in cuius fide defuncti sunt tam innumerabilia milia beatissimorum martyrum, confessorum ac virginum, sanctorum anachoretarum & eremitarum, solitariorum & cœnobitarum, quorum vnus nobis sufficere posset ad nostræ fidei firmamentum, cum suis miraculis, prodigijs, virtutibus, exercitissque purissimis. Non ergo discutiamus in missa nec aliàs curiosè, qualiter Christus in sacramento sic valeat esse. Sed certissimè in fide ecclesiæ præsupponentes, quòd verissimè ibi sit, tantam eius ad nos charitatem, largitatem, dignationem, miremur: mirando accendamur: accendendo regratiemur: ac regratiando fidelissimè obsequamur, in prętactis virtutibus & in omni humilitate, patientia, obedientia, eius sectando vestigia.

B

De S. Eucharistiæ sacramento, ad nocturnum matutinum Hymnus.

¶ Commemoratur in eo institutio sanctissimi sacramenti Eucharistiæ, deinde altissimi illius mysterij communionis sanctæ (quod omni laude superius est) excellẽtia, claris extollitur præconijs.

Author Thomas Aquinas.

Carmen asclepiadeum choriambicum minus cultum, rhytmicam consonantiam quandam præ se ferens.

C  *Sacris solennijs iuncta sint gaudia.*] Hunc hymnum in matutinali cantamus officio: quem nos decantare congruit cum cõformatione cordium ad sensum verborum, vt ipsimet impleamus quod canimus, & ad quod peragendum alios inuitamus. Itaque cum ingenti mentis iucũditate in deo, cũ profunda attentione mysteriorum, beneficiorumq; Christi, suę videlicet incarnationis & operatione nostræ saluationis ac institutione sacramenti euangelicæ legis, dicamus ex animo. [*Sacris solennijs*] id est sanctis his festis præcipuis in celebritate dignissimis. In quibus & alia Christi solennia atq; mysteria virtualiter includuntur, aut etiam magna ex parte actualiter recoluntur. [*Iuncta sint gaudia*] spiritualia & interna, quæ ex magnitudine sua redundẽt in corpus: ita quòd internæ hilaritatis indicia & effectus in apparatu & gestibus, in voce & vultu reluceant, omni leuitate, dissolutione, petulantia prorsus exclusis. ¶ Denique gaudium est diffusio animi in apprehensione boni: atque ex vnione potentiæ cum conueniente obiecto emanat ac oritur. Dum igitur vnigeniti filij dei propter nos incarnati & in mundo hoc conuersati mysteria ac opera eius nouissima, totiúsque ardentissimæ dilectionis ac affluentissimæ largitatis & intimissimę pietatis in nobis excellentias contemplamur ac celebramus, debemus in tantorum apprehensione bonorum vehementer accendi, exuberanter lætari, penitúsque transformari in dilectum, in superdulcissimum saluatorem, nobis tam incomparabiliter ac specialissimè amandum & præamandum: qui instar æstuantissimę fornacis calidissimas flammas euaporantis in cœna illa nouissima inæstimabilis suæ dilectionis, miserationis & largissluitatis indicia & effectus, beneficia ac opera omnibus nobis patefecit, ostendit, donauit. Nempe cum cha- Psalm 70.
ritas sit vnitiua & communicatiua, quò tunc vicinius se vniuit, copiosius communicauit, integralius tribuit nobis, eò vehementiorem habuisse ad nos dilectionem clarissimè demonstratur. Ideo super his & in his iuncta sint sacris istis solennijs. [*Gaudia*] vt ex sententia Christo psallamus, Exultabunt labia
D mea cum cantauero tibi: & anima mea, quam redemisti domine. Nam & signum virtutis perfectæ est delectatio fiens in opere, vt in Ethicis dixit philosophus. [*Et ex præcordiis*] id est intimis cordium no-
Ephes. 4. strorum affectibus. [*Sonent*] in ore & choro. [*Præconia*] id est laudes altissimi, psalmodiæ & hymni ac cantica diuini officij. [*Recedant vetera*] id est legalia sacramenta, præsertim vina consueta, vt contriti & confessi intersimus his festis spiritualiter renouati. Vnde subiungitur. [*Noua sint omnia*] id est recenti deuotione perfusa, donis seu profectibus gratiæ ac virtutum ornata. Omnia, inquàm, de quibus mox subditur. [*Corda, voces, & opera*] hoc est, ratio & voluntas, verba & cantica, exterioresque actus: ne meditemur inania, ne cupiamus illicita, ne deinceps secularia & amatoria, seu lasciua Apoc. 21.
carmina concrepemus, nec vllus sermo malus ex ore nostro procedat: sed qui vtilis est ad ædificatio- Matth. 26.
nem, vt det gratiam audienti. Et si quis loquitur, quasi sermones dei. Nec sit nostrum colloquium, malíloquium: atque, vt quidam in sua simplicitate deprompsit, cacoloquium. ¶ Insuper non omittamus committenda, nec committamus omittenda: imò sicut ante exhibuimus membra nostra arma iniquitatis peccato, sic nunc ac iugiter exhibeamus ea arma iustitiæ deo. Sic quippe in nobis implebitur quod in Apocalypsi fertur dixisse qui sedebat in throno, Ecce noua facio omnia. [*Noctis recollitur cœna nouissima.*] De qua fassus est nostræ author salutis, Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar. [*Qua*] id est in qua cœna, seu nocte. [*Christus creditur agnum (paschalem) et azyma*] id est azymos panes. [*Dedisse fratribus*] id est exhibuisse apostolis: quorum duobus præcepit, Euntes parate nobis pascha. [*Iuxta legitima*] id est secundum tenorem præceptorum legalium. [*Priscis indulta patribus*] id est concessorum patribus Mosaicæ legis, vt in expositione

Universidad de Deusto
Biblioteca

hymni patuit precedentis, & in Exodo diffusè describitur [*Post agnum typicum*] id est post esum agni E
paschalis, qui fuit figura seu typus domini saluatoris. [*Expletis epulis*] id est sumptis ferculis in lege mãdatis. [*Corpus dominicum datum discipulis*] hoc est, sub specie panis consecrati à Christo, porrectum & datum Apostolis. [*Sic totum omnibus, quod totum singulis, eius fatemur manibus*] id est confitemur hoc corpus datum manibus, id est corporali dextera Christi, & spirituali manu: vt puta potestate ipsius suis apostolis, sic totum omnibus, id est integrum vniuersis, quod totum singulis, id est quòd idem numero corpus datum fuit vnicuique eorumdem totum & integrum. Quemadmodum & in pane illo vno ac integro consecrato à Christo, corpus christi integrum fuit & totum, atque similiter in qualibet panis illius particula. Nempe hæc supernaturalis transsubstantiatio respicit immediatè substantiam panis & vini tanquam termini à quo, atque substãtiã corporis ac sanguinis christi tanq̃ termini in quẽ. Ideo sicut substantia panis, in se indiuisibilis & diuisionem ex quantitate habentis, fuit in qualibet parte panis ante consecrationem: ita post consecrationẽ substantia corporis Christi est in qualibet parte quantitatis substantiæ, qua extitit substantia panis ante consecrationem. De his possent q̃ infinita induci, quæ super quartum sententiarum sunt expedita. [*Dedit fragilibus*] id est discipulis adhuc ad mala procliuibus, prout paulò post patuit, [*Corporis ferculum*] id est corpus suum in animæ ferculum. [*Dedit et tristibus sanguinis poculum*,] quibus cum dixisset, Vnus ex vobis me tradet, contristati sunt valde. [*Dicens, Accipite quod trado vasculum*] id est calicem, in quo sanguis meus iam continetur. Non autem dixit hęc verba sub F
hac forma, sed quantùm ad sensum verborum. [*Omnes ex eo bibite*] i. tunc vniuersi & singuli apostoli totum Christi sanguinem potauerunt: sicut & totum eius corpus sumpserunt. [*Sic sacrificium istud instituit*] id est Christus in cœna confecit, consecrauit, & frequentandum præcepit sacramentum hoc corporis sui: quod & ipse in cruce obtulit deo patri. Et est sacrificiũ euangelicę legis, quod in ecclesia immolatur patri omnipotenti quotidie. [*Cuius officium*] i. consecrationem, oblationem, ritum & administrationem. [*Committi voluit*] id est commisit, & per episcopos committi decreuit ac iussit. [*Solis presbyteris,*] in quorum persona mandauit apostolis, Hoc facite in meam commemorationem. [*Quibus sic congruit, vt sumant*] hoc sacramentum. [*Et dein cæteris*] fidelibus de ipsorum manu communicantibus: quanquam & vnus presbyter alii presbytero possit hoc dare. [*Panis angelicus*] id est Christus, qui ab exordio seculi fuit panis angelorum, reficiendo eos suæ deitatis beatifica visione atque dulcissima fruitione. [*Fit panis*
psalm.77. *hominum*] id est per incarnationem & consecrationẽ factus est panis, cibus, refectio Christi discipulorũ per communicationem corporis & sanguinis sui, vt dictũ est: quos nihilominus per fidem, cõsiderationem, ac dilectionem sue deitatis principaliter, spiritualitérque nutriuit & nutrit. Hinc dixit, caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. [*Dat panis cælicus figuris terminum*] id est Christus qui de cælo descendit, séque in sacramento ita impendit, imposuit finem sacrificiis legis: vt pote finis & veritas ac consummatio seu adimpletio figuraliũ sacrificiorum. Ideo illa seruare, esset opere ipso ostendere verum & figuratum sacrificium istud, scilicet Christũ, nondum venisse, [*O res mirabilis,*] quam non sapit homo carnalis aut infidelis, [*Manducat dominum*] Iesum Christum, [*Pauper seruus et humilis,*] qui nihil boni habet ex se. Veruntamen non manducat hunc cibum, vt alios cibos: quia nec eum consumit, nec in se trãsmutat, nec lædit, nec lacerat, imò nec corporaliter tangit. Nam & corpus illud dignissimum verè est ibi, non tamẽ corporeo modo, neque per propriam quãtitatẽ, seu dimensionẽ, habitudinem habet ad existendum ibidem: sed potius per dimensionem & species panis in ipsum conuersi. Attamẽ propria eius dimẽsio cõcomitãter est ibi. [*Te trina deitas, vnaque poscimus*] i. deprecamur te ô deitas trina vnáque, pro & vna. i. in tribus super gloriosis personis existens simplex & indiuisa, & numero vna. Trinitas verò nõ potest trina vocari, quia sic essent nouẽ personæ in diuersis: vt author huius hymni in prima parte summæ, & super quartum declarat. [*Sicut nos visitas*] per ecclesiastica sacramenta, & gratiarum charismata. [*Sicut te colimus*] id est sicut etiam te veneramur per gratiarum actionem & tuorum obseruantiam præceptorum. [*Per tuas semitas*] id est ita per adimpletionem tuarum doctrinarum ac iussionum. [*Duc nos quo tendimus*] id est ad summum bonum, hoc est, [*Ad lucem quam inhabitas*] id est ad teipsum, qui es lux increata, immensa, habitans & inuiolabiliter perseuerans in teipso: qui solus habes immortalitatem & lucem habitas inaccessibilem, vt dictũ est super illud in primo hymno, Aeterna lux credentium. De- H
niq; ex hoc hymno pensemus, quàm indiciliter, imò & incõprehensibiliter dominus deus noster omnipotens, vnigenitus dei patris, magnificauit facere nobiscum. Factus est frater noster, per incarnationẽ. Cibus noster, per consecrationem: Beatitudo nostra, per finalem ad ipsum peruentionẽ. Inter nos cõuersatus est, per familiarissimam commansionem: Saluator noster, per amarissimã passionem. Misit nobis paracletum, per preciosissimorũ suorum cõmunicationem charismatũ. Ditauit nos pauperes supernaturalibus donis. Mirantur angeli sancti tantam hominum exaltationẽ, & quasi deificationẽ. Sed heu miser homo, cum in honore esset, nõ intellexit: tot & tãta creatoris sui gratiosissima munera nõ aduertit. Amorẽ,
philip.3. munificentiam, dignationem, beneficientiã, præsentiam dei sui ad se nõ perpendit. Idcirco nec dignè solicitus est illi placere, gratus existere, & corã ipso indesinẽter, timoratè & custoditè versari ac viuere, & omnem illius in honorationẽ atque offensam vitare. Sed iam nũc resipiscamus à negligentijs, pigritijs, insipiẽtijs, ingratitudinibus nostris: & accedamus cũ corde vero in plenitudine fidei, auersi corda à conscientia mala. Nescio vtrum magis debeã admirari hanc tã supernaturalẽ fidem sacramẽti istius, an totius mũdi conuersionẽ ad fidem. Et quomodo potuit generi humano vbiq; terrarũ persuaderi & imprimi fides istaimò tam firmiter susci pi, q̃ nulla ratione, nullo experimẽto, nulla ꝓsperitate, nulla aduersitate quiuit auelli. certè iuxta inestimabilẽ altitudinẽ incõprehẽsibilissimę fidei huiꝰ, multiplicata & magnificata sunt argumẽta ipsiꝰ, signa, ꝓdigia, & virtutes: sic q̃ verissimè psallimus deo, Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Quod lucidissimè cõstat, si omnia cõportentur & cõparentur adinuicẽ, & ritè cõ-

A siderentur, vt olibi diffusius est ostensum. Et nũc igitur iuxta præacta, satagamus ab omni inquinamento, ab omni loquacitate, ac propriæ voluntatis duritia penitus abstinere, ad mensam altissimi quotidie cum omni affectu, magis ac magis deuotè accedere, in deo simplificari ac stabiliri, omnem infelicissimã reflexionem ad proprium commodum & honorem inceſſabiliter abhorrere.

De corpore Christi ad laudes matutinas, hymnus.

Describitur in eo huius dignissimi sacramenti prima institutio à christo facta, & quanta eius humanitas atque suauitas in illo declaretur, demum pia fit ad ipsum sacramentum innocatio. ¶Author Thomas Aquinas.

Carmen Iambicum dimetrum, nequaquam tamen exactum.

B  erbum supernum prodiens.] Hic hymnus in laudibus huius solennitatis cantatur. [*Verbum supernum*] i. vnigenitus patris verbum dei altissimũ & æternum, quod Ioan.8.
in Euangelio protestatur, Ego de supernis sum. Et iterum ad Iudæos, Vos, in- Ibidem.
quit, de deorsum estis, ego de sursum sum. Itémque, Qui de cælo venit super o- Ioan. 3.
mnes est. Quod & in Ecclesiastico fatetur, Ego ex ore altissimi prodiui primo- Eccle. 24.
genita ante omnẽ creaturam. [*Prodiens*] i. per humanæ naturæ assumptionem se manifestans, & quasi ex corde patris descendens. [*Nec patris linquens dexteram*] hoc est æqualitaté patris & cõsessum ad eius dexteram, non dimittens. [*Ad opus*
suum exiens] i. ad cõplendam humani generis saluationem progrediens. De quo opere apud Ioãnem lo Ioan.17.
quitur, Opus cõsummaui, quod dedisti mihi vt facerem. Exultauit enim vt gygas ad currendã viam. Vn Psalm.18.
de denuo locutus est, Non misit deus filium suum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ip- Ioan.3.
sum. Apostolus quoque ad Timoth. Christus Iesus venit in hunc mundũ peccatores saluos facere. [*Ve-* 1.Tim.1.
nit ad vitæ vesperam] hoc est vltima mundi ætate: de qua in 1. sua epistola ait S. Ioannes, Nouissima hora 1.Ioan.2.
est. Et paulus, Nos, inquit, sumus, in quos fines seculorum deuenerunt. Vnde dictum est in primo, Ver- 1.Cor.10.
gente mundi vespere. [*In mortem a discipulo suis tradendus emulis*] i. Christus à Iuda proditore venditus
ac tradendus ad occidendum. [*Prius in vitæ ferculo se tradidit discipulis*] i. dedit se ante traditionem illam apostolis in alimonia spirituali, sub forma panis consecrati, ad conseruationem & perfectionẽ vitæ gratiæ in eisdem. Hinc in psalmo de Christo fuit prædictum, Erit firmamentum in terra in summis mon- psal. 71.
tium. Vbi alia habet translatio, Erit frumentũ electorum. Translatio verò Chaldaica, Erit placenta tri-
C tici. Etenim quoniã subtracturus mox fuit ecclesiæ præsentiam sui corporalem sensibilem, voluit ei re linquere præsentiã sui verã sacramẽtalem, ad multiplicem vtilitatem & fructũ eiusdem, vt scilicet quotidie offerretur in missæ officio ad laudem & gloriam patris, pro nostris peccatis, pro virtutibus & gratiis impetrãdis, & in mirabiliũ suorum memoriã, in assiduam recordationem suæ summæ dilectionis ad nos, ac amarissimæ passionis suæ pro nobis. Vnde præcepit apostolis & in eorũ personis sacerdotibus vniuersis. Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis. Quod enim de nostro accepit, hoc est Matt.26.
corpus & sanguinem totum exhibuit & reliquit ac vertit in nostrũ subsidium. Nec sufficit ei semel of- Marc.14.
ferri pro nobis in cruce, imò & hoc inexcogitabili modo voluit incessanter offerri pro nobis in diuinis- Lucę.22.
simo isto mysterio, in missali officio, in altaribus sacris. Atque in ecclesiis reseruari ad omnium subuentionem, refectionem, confortationem, defensionem. Nempe vt cibum oportet realiter ac substantialiter iungi cibato. Hinc subditur, [*Quibus*] vtputa discipulis. [*Sub bina*] i. duplici. [*Specie*] i. sub forma panis & vini. [*Carnem dedit et sanguinem*] i. corpus suum sub specie panis, & sanguinẽ suum sub specie & similitudine vini: ita tamen, q̃ sub vtraque specie cõtinetur vtrunque, puta corpus & sanguis. Aut ratione conuersionis aut per cõcomitãtiæ modũ, sicut expressum est. [*Vt duplicis substantiæ totum cibaret hominem*] i. quatenus integrũ hominem ex anima, ratione & carne cõpositum aleret carne & sanguine sacramentaliter exhibitis: ita tamen q̃ tam corpus q̃ sanguis Christi principaliter ac directè præstãtur in animæ refectionem: secundariè autem, & per redundantiã quandam, etiam in corporis roborationẽ: inquantùm
D virtus & refloritio animæ in corpus redundãt: iuxta id psal. In ipso sperauit cor meum, & adiutus sum, & refloruit caro mea. Itémque, Cor meũ, & caro mea exultauerunt in deum viuum. Hominem, inquã, Psal.27.
duplicis substantiæ, hoc est duplicis naturæ, videlicet spiritualis & corporalis, quia ex anima immortali psal.83.
ac inuisibili, & ex carne mortali atque visibili constat. Et ita nomen substantiæ sumitur hic extensè pro essentialibus partibus substãtiæ subsistentis. [*Se nascens dedit socium*] i. Christus in sua ex beatissima virgine, natiuitate, dedit se socium, hoc est consortem conuersationis humanæ, volens tractari & conuersari primò vt infans, deinde vt puer, & ita deinceps vt adolescens, vsque ad iuuẽtutem in qua occisus est. [*Conuescens*] id est in cœna nouissima cũ apostolis comedens dedit se [*in edulium*] id est animæ cibũ. [*Se*
moriens in precium] hoc est moriendo in cruce dedit se in precium nostræ redẽptionis, vt iam supra expositũ est. [*Se regnans dat in præmium*] id est perfectè glorificatus in natura assumpta & regnans ac præsidens in triumphante ecclesia, præsertim secundum naturam diuinam, & etiam quodammodo secundũ naturam humanam: secũdum quam vt verbo æterno hypostaticè vnitam, omnia quoque subiecta sunt ei, dat seipsum beatis, in præmium obiectale, hoc est exhibet se in obiectum fœlicitatis ac præmij electorum: quorum præmium essentiale consistit in visione & fruitione deitatis Christi, totiúsque trinitatis. Præmium verò accidentale in visione humanitatis domini saluatoris, deinde gloriosissimæ virginis ac cæterorum sanctorum. [*O salutaris hostia*] id est ô Christe saluberrima victima pro nobis oblata. [*Quæ cæli pandis ostium*] id est merito tuæ passionis reserasti aditum regni cælorum, satisfaciendo pro ori-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ginali & omni peccato: sicque obstaculum introëundi regnum, delendo videlicet originalis peccati reatum. [*Bella premunt hostilia*] id est impugnationes dæmonũ & aliorum salutis nostræ aduersariorũ nos grauant. Vnde dixit Apost. ad Ephesios, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sup- E
Ephe.6. ple principaliter neque tantũ: sed aduersus principes & potestates. i. aëreas potestates, quæ de ordinibus cælestium principatuum ac potestatum pro parte fuerunt ante ruinam. [*Da robur*] gratiæ ac vitutum ad sustinendum seu resistẽdum. [*Fer auxilium*] ad prævalendum, & opem in anima & corpore ad proficiendum & perseuerandum salubriter. Da robur declinandi ab omni malo, præsertim mortali: fer auxilium faciendi omne bonum quod est de necessitate salutis, quod scilicet cadit sub præcepto dei siue ecclesiæ. Opera quoque supererogationis exerceamus viriliter. [*Vni trinoque domino*] qui vnus & simplex est in essentia, & trinus in personis, [*Sit sempiterna gloria*] sicut expositum est, [*Qui vitam sine termino*] hoc est vitam gloriæ perpetuò duraturam. [*Nobis donet*] pro præmio, nõ temporalem prosperitatem, [*In patria*] electorũ, qui hoc mundo vtuntur tanquam exilio, & vita præsenti vt peregrinatione: qui vt ad Hebræos
Heb.11. legitur, Confitentur quoniam peregrini & hospites sunt super terram. Qui enim hæc dicunt, significãt se patriam inquirere paradisum cælestem. Cõsideremus in his charitatem & communicationem Christi in omnibus, qualiter se in vniuersis cõmunicauit, nascendo, cõuescendo, moriẽdo, regnando. In quibus omnibus splẽdet ac innotescit excellentissima eius dilectio, summa dignatio, pietas maxima, miseri
Auguſt. cordia infinita. ¶ Præterea, quia vt asserit Augustinus. In omni sacrificio quatuor sunt pẽsanda, vtputa quis, F
quid, cur & quare. Ideo antequam celebremus aut cõmunicemus, perpendamus hæc omnia. In primis attẽdat vnusquisque quis sit, id est quàm fragilis, defectuosus, indignus & reus: ac per hoc indignissimũ se recognoscat, sicque pro viribus ad cõmunionem seu celebrationẽ se præparet, ac suo modo se dignisi care deo auxiliante conetur. Secundò consideret quid. i. quid, quale & quantũ sit sacrificiũ istud in quo Christus deus & homo offertur. Et ita cum ingenti humilitate, filiali timore, reuerentia præcordiali, puritate præcipua, charitatéque feruida progrediatur ad sanctũ sanctorum. Tertiò pensẽt, cui sit ista oblatio, vtputa deo patri, regi ac domino maiestatis immensæ. Cui cum omni synceritate, humilitate, attentione, diligentia, astare & immolare oportet. Nam & oblatio sacrificij huius opus est valde priuilegiatum, ad cuius dignam executionem deuotio requiritur actualis, & esse in charitate: quam qui habuerit, cæteris non carebit virtutibus. Quartò aduertat, quare, id est propter quas causas instituta sit & immoletur sacrificium istud, videlicet pro communi bono totius ecclesiæ, pro viuis & mortuis, pro ereptione ab omni periculo & peccato, pro virtutum & gratiæ incremento, pro pace patriæ, & omni rationabili causa: idcirco cum pro tot tantisque causis nequaquam sit segniter deprecandum, nec tepidè offerendum: satagamus cum grandi instantia, integróque affectu sancti feruoris celebrare, ac celebrando aut
communicando orare, &c. G

De sancto Ioanne Baptista, hymnus.

Prædicãtur in eo insignia beati Ioannis Baptistæ præconia, conceptus è cælo denunciatus, exultatio in vtero matris, linguæ paternæ reseratio, habitatio in deserto, in victu & amictu austeritas, prophetica excellentia, Christi baptizatio, virgineus candor, martyrij tolerantia, & centesimi fructus cumulatissimum præmium. Demum, deuota ad ipsum fit supplicatio, vt à deo impetret nobis gratiam in præsenti vita, & gloriam in futuro. ¶ Author Paulus Longobardus.

Carmen sapphicum, in quarto habens adonicum.

Marc.2. Luc.5. VT *queãt laxis resonare fibris, Mira gestorum famuli tuorum, solue polluti labij reatum, sancte Ioannes.*] Ordo verborũ est, O sancte Ioãnes, solue, hoc est dissolue, & auHeb.11. fer meritis tuis ac precibus: tanquã interuentor, mediator, & patrocinator: non vt causa principalis, quia solius dei est peccata dimittere. reatũ. i. offensam. labij poluti, hoc est oris nostri per excessum verborũ cõtaminati. imò totius nostræ personæ, intelligendo totum per partẽ. Nam & culpa principaliter est in anima & H
viribus eius, toti tamen homini rectè asscribitur: quoniã agere & pati suppositorum sunt propriè: vt famuli. i. Christi fideles qui soli sunt verè famuli dei, cui sine fide nemo potest placere ac meritoriè deseruire: dicente Apostolo ad Hebræos, Sine fide impossibile est deo placere: queant, hoc est meritoriè valeant resonare. i. decantare, mira gestorum tuorũ, hoc est admiranda opera, quæ gessisti. fibris. i. venis: laxis, hoc est resolutis à vinculis vitiorum atque purgatis.
Lucæ.1. Hoc est, instrumentis quæ ad loquendum concurrunt, mundatis & habilitatis, præsertim interioribus & spiritualibus venis mentis. i. affectibus per quos calor vitæ gratiæ, fluit à corde ad bene agendũ. ¶ De-
Pſal.69. inceps hymnum istũ Paulus, Longobardorũ historiographus, legitur edidisse, cũ impedimẽtum incurrisset loquẽdi, forsan ob aliquam sui culpã, sicut & pater beatissimi huius Ioãnis ob incredulitatẽ: à quo
Iob.5. etiã impedimento, Paulus ille legitur liberatus, hymno hoc edito. In cuius exordio ab oratione incepit, quatenus patrocinio sanctissimi atque beatissimi Ioannis Baptistæ redderetur ad hymni huius editionem deuotam idoneus. Nẽpe cũ sine dei auxilio nil valeamus, congruit in omni opere bono ab oratione incipere. Vnde in horis sic inchoamus, Deus in adiutorium meũ intende. Cumq; per nosipsos exaudiri simus indigni, sanctorũ subsidia inuocare debemus: iuxta illud Iob. 5. cap. Ad aliquem sanctorum conuertere. Eius quoque patrocinium specialiter inuocare oportet, cuius solennia celebramus, & ad quem deuotionem habemus maiorem. [*Nuncius celso veniens olympo*] Nuncius iste fuit archange-
Danie.8.9. lus Gabriel, qui & in veteri testamento legitur Danieli prophetæ apparuisse. ¶ Porrò, Olympus ac-

A cipi solet pro monte Macedoniæ valde sublimi. Vnde & Rabanus vnum cælorum appellat olympũ. Verum hic sumitur pro cælo empyreo, hoc est igneo. quod ita vocatur ab excellenti splẽdore, nõ ab ardore. Nam olympus dicitur ab ὅλος, quod est totus, & λάμπειν, quod est ardẽs quasi totus in ardore consistens. Itaque nuncius cælestis veniens. i. descendẽs, Olympo celso, hoc est à summo cælo empyreo, quod mox vt factum est, angelis sanctis fuit repletum. [*Te patri magnum fore nasciturum, nomen, & vitæ seriem gerendæ ordine promit,*] Cõstructio est, Nuncius ille promit, hoc est manifestè denunciat: ordine, hoc est ordinata denũciatione, patri. i. Zachariæ genitori tuo, te forè nasciturum magnũ, hoc est in donis gratiæ excellẽtem, vtputa in matris vtero sanctificatũ, imò & spiritu sancto repletũ. Promit quoque, hoc est, patri tuo deprompsit nomẽ tibi imponẽdum. Et seriem. i. ordinẽ ac ordinatum processum vitę gerẽdę, hoc est cõuersationis à te exercendę in carne mortali. Votũ istud ex Euãgelio cõprobatur. Scriptum est nan
que in Luca. 1. cap. Apparuit Zachariæ angelus domini, dicẽs, Elizabet vxor tua pariet tibi filium, & voca Lucæ.1.
bitur nomen eius Ioannes. Erit enim magnus corã domino, & spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ, & multos filiorũ Israël cõuertet, & ipse præcedet ante illũ, hoc est ante dominũ Iesum christum in spiritu & virtute Helię, parare domino plebem perfectã. [*Ille*] vtputa Zacharias [*Promissi dubius superni*] hoc est incredulus boni sibi promissi à deo per angelũ, seu promissionis supernę desuper sibi factę. Nõ quòd deum nõ crederet omnipotentẽ ac verũ, aut quòd angelum putaret mẽtiri: sed vehementi
B horrore, ex angeli apparitione turbat*, nõ respexit actualiter ad omnipotentiã dei, sed ad dispositionem naturæ, dicẽdo, Vnde hoc sciã? ego enim sum senex, & vxor mea processit in diebus suis. Tale quoque
contigit Mosi & Aaron ad aquas cõtradictionis, qui cũ tot ac tãta perpetrassent prodigia, & iam ante se- Lucæ.1.
mel produxissent aquã de petra Oreb, vt in Exod. 17. cap. recitatur: tamẽ ad aquas cõtradictionis fuerunt Num.20.
deo increduli, intuẽdo ad indispositionẽ naturę, quasi omnipotẽti non esset perfacilè de saxo durissimo copiosam producere aquã. Fuerunt quippe ex populi importunitate turbati. [*Perdidit prompte modulos* Exod.17.
loquelæ] hoc est amisit modulos. i. facultatem & solitum modum loquelæ promptæ, hoc est expeditæ, quam habuit ante. Hinc legitur apud Lucam. Respondẽs angelus dixit, Ego sum Gabriẽl, qui asto ante deum, & ecce eris tacens & nõ poteris loqui, vsque in diẽ quo hæc fient, pro eo quòd nõ credidisti ver
bis meis. [*Sed reformasti genitus*] hoc est tu postquã natus fuisti, reformasti. i. restituisti & reparasti [*Per-* Lucæ.1.
emptæ organa vocis]. i. instrumẽta vocis, hoc est loquelę, peremptæ. i. patri tuo ablatæ, ita quòd impedimentum loquẽdi fuit ei ablatum: iuxta illud Lucæ. 1. cap. Apertum est ilico os eius & lingua, & loquebatur benedicens deum. Quod (vt cõmuniter dicitur, & hic insinuari videtur) factum est meritis sancti Ioannis, qui nõdum natus ex vtero, præuẽtus est vsu rationis, sicque in vtero potuit illud mereri. Vel dicitur factum meritis eius sequẽtibus, atque ad declarationem excellentiæ futurorum meritorum ipsius.
C [*Ventris obstruso positus cubili*] hoc est tu adhuc collocatus & clausus cubili obstruso. i. in matrice ventris tuæ sanctissimæ atque beatissimæ matris vndique clausa, inuolutus pellicula quæ dicitur secũdina, [*Sen
sere*] hoc est ex supermirabili operatione & illuminatione cognoueras [*Regem (. i. Christum regem regum) thalamo manentem*] id est in vtero electissimæ virginis quiescẽtem: sicut expositum est super illud in primo hymno, Vti sponsus de thalamo egressus honestissima virginis matris clausula. Ex his innotescit, q̃ gloriosissimus Christi cõsanguineus & præcursor magnus iste Ioannes in vtero suæ matris, verbi æterni incarnationẽ atque præsentiam eius in virginis vtero verè cognouit: quanquam Vlricus in summa sua dicat oppositum. Nec enim istud incredibile est censendum, cùm in vtero matris suæ sanctus hic puer exultasse legatur, imò & spiritu sancto repletus. Exultatio autem ex apprehensione procedit. Quod & sanctus Bernardus, Maximus quoque episcopus, & alij multi sanctorum senserũt. Quod super Lucam plenius declaraui. [*Hinc parens nati meritis vterque*]. i. pater & mater sancti filij huius, meritis nati, vtputa filij sui, [*Abdita pandit*] hoc est secreta atque futura reuelauit ac denũciauit, vt patet in Cantico Zachariæ, & verbis sanctæ Elizabeth in Luca descriptis. Nam spiritum prophetiæ sortiti sunt. Ex quibus denuo sequitur, quòd sacratissimus Ioannes in vtero matris ratione sit vsus, ac meruit vehementer [*Antra*
deserti teneris sub annis, Ciuium turmas fugiens petisti] hoc est ô sancte Ioannes tu petisti. i. quæsisti, inueni- Lucę.1.
sti, atque ingressus es, antra. i. spelũcas deserti, vt inibi deo secretius inhæreres: sub teneris, id est pueriliD bus annis, atque vt aliqui dicunt duodecimo tuæ ætatis anno, imò diu ante, vt alij opinantur, mox, scili- Ibidem.
cet vt vti orsus est ratione: fugiens turmas ciuium. i. secularium hominum, [*Ne leui saltem maculare vitam famine posses*] hoc est ne valeres conuersationem pueritiæ tuæ maculare saltem famine leui. i. peccato veniali. Sciebat nanque sanctificatum se esse in vtero, etiam magis quàm Hieremiam, qui non legitur fuisse repletus in matris aluo, spiritu sancto. Ioannes quoque propinquius se habebat ad Christum, quàm Hieremias, tanquam præcursor, preco, baptista, & paranymphus ipsius. Ideo decuit eum eminẽtius sanctificari quàm Hieremiam. Hinc cognouit Ioannes se sic confirmatum in gratia, quòd mortaliter pecca re nequiuit: sed ne venialiter saltem offenderet, fugit venialium occasiones culparum. Nõ tamen putatur penitus ab omni veniali immunis fuisse peccato: sed quantũ humanæ imbecillitati fuit possibile, multũ rarò & nõ nisi leuissimè venialiter forefecit, atque quotidianis illis minutissimis culpis quotidie nõ tan tummodo satisfecit, imò mirabiliter vltra hoc omni die in omni profecit virtute. Et sicut in ardẽtissima fornace stilla ſtulæ subitò absorbetur: sic venialia eius in feruentissima charitate ipsius.
¶ Insuper tam rigorosissimã duxit vitam, tam feruẽtissimis orationibus insistebat, quòd etiam pro maximis suffecisset excessibus. Hinc scriptum est, quòd puer crescebat & cõfortabatur spiritu, & erat in de Lucę.1.
sertis vsque ad diem ostensionis suæ ad Israël. [*Præbuit hirtum tegimen camelus artubus sacris*] In hoc versu compendiosè describitur asperitas Ioannis dignissimi in vestitu & victu. Itaque camelus præbuit, id est materialiter exhibuit, tegimen hirtum. i. operimentum indumẽtale pilosum, artubus sacris, id est sancto & innocenti atque mundissimo corpusculo sancti Ioannis ac membris eius, qui eminentissimè fuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nazaræus,id est deo consecratus,non vsus vino aut sicera.[*Strophium bidentes*]id est oues exhibuerunt cingulum lumbis eius,hoc est,quòd vestis eius fuit ex pelle cameli seu ex pilis cameli,contexta zona ex ouium pelle.Hinc in Matthæo scriptum est,Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum,& zonam pelliceam circa lumbos suos.[*Cui(Ioanni) latex*]id est aqua prebuit,[*Hausſtum*]id est potum,quem & sobrisimè sumpsit[*Sociata pastum, mella locustis*]id est mella iuncta locustis præbebant eidem pastum,id est necessarium victum.Vnde in Marco atque in Matthæo habetur, Esca eius erat locustæ & mel syluestre.Atque,vt aliqui opinantur,locusta hic sumitur pro herba deserti instar locustę disposita: non pro animali.Quia(vt dicunt)sublimis iste Ioannes carnibus non vescebatur. Consequenter tangitur excellentia sancti Ioannis præ aliis vatibus.[*Ceteri tantum cecinere vatum*]id est reliqui prophetarum veteris testamenti cecinere tantum,id est prædixerunt,[*Corde præsaga*]id est sapienti, futurorúmque præscio,[*Iubar affuturum*]id est regem Messiam,qui tunc erat venturus in carnem,& modo futurus est ad extremum iudicium.Hinc in Actis princeps ait apostolorum,Omnes prophetę à Samuele & deinceps annunciauerunt dies istos. Veruntamen etiam in lege naturæ fuerunt prophetæ prænunciantes de Christo.De quo & in Genesi sanctus Iacob vaticinatus est euidenter,Non auferetur,inquiens, sceptrum de Iuda,donec veniat qui mittendus est.De quo & ipsum Enoch prophetasse,insinuare videtur sanctus Iudas apostolus in sua canonica,[*Tu quidem mundi scelus auferentem indice prodis*]id est tu certè ô Ioannes indice prodis,hoc est,digito demonstrasti auferentem scelus mundi, id est Christum qui abstulit peccata generis humani. Hoc fundatur in eo,quod est apud Ioannem, Vidit Ioannes Iesum venientem ad se,& ait,Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccata mundi.[*Non fuit vasti spatium per orbis*]id est per amplitudinem terræ,seu in orbe terrarum vasto seu magno,non fuit[*sanctior quisquam genitus Ioanne*]loquendo de viris seu masculis ex complexu genitis maritali.Per quod Christus ex virgine natus,& ipsa sacratissima virgo excipiuntur. Istud fundatur in verbis Christi in euangelio protestantis, Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Itémque, Quid existis in desertum videre?prophetam?Etiam dico vobis,& plusquàm prophetam,[*Qui nefas sæcli meruit lauantem tingere lymphis*] hoc est,qui Ioannes meruit,vel de congruo vel de condigno, lauantem nefas seculi.i. Christum mundantem & auferentem scelus mundi:iuxta illud Apocalypsis,Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo: tingere lymphis, hoc est,baptizare in aquis,vt omnes quatuor Euangelistæ concorditer scribunt.¶Obiter hic incidit quæstio, Quomodo Ioannes id agere meruit, cum ipse dixerit, Non sum dignus,vt procumbens soluam corrigiam calciamenti eius.Et respondendum,quòd Ioannes ex se & secundum naturalia sua,non erat dignus deũ incarnatum sic tangere & lauare. Attamen inquãtùm in hoc mouebatur à charitate eximia & actuali motione spiritus sancti, dignus fuit ad hoc, cùm & deuoti sacerdotes hoc modo digni dicantur eõsecrare & sumere,tractare & administrare corpus & sanguinem saluatoris. Imò & homines virtuosi promereri dicuntur hoc modo etiam de condigno vitam eternam.[O]tu Ioannes[*Nimix felix*]hoc est,valde beatus in terra existens spe & merito, nunc demum in patria re & præmio: & tantò felicior,quantò & sanctior.De quo sancti atque beati prædixerunt prophetæ Esaias & Malachias.Esaias.40.cap.Vox(inquiens)clamantis in deserto.Malachias autẽ.3.cap.Ecce mitto angelum meum,[*Meritique celsi*]hoc est,præclari meriti in hoc mundo,tam quo ad præmium essentiale quàm quo ad accidentale obtinendum:& tantò meriti celsioris, quò eras in charitate & eius feruore perfectior,qui die & nocte in eremo excellentissimæ contemplationi vacabas,quasi indesinenter modicissimo,somno contentus,[*Nescions*] hoc est,nunquam habens[*Labem*]id est maculam culpæ mortalis,[*Niuei pudoris*]hoc est,mundissimę castitatis,[*Præpotens martyr*].i.athleta fortissimus,[*Eremique cultor*]hoc est eremita & anachorita,[*Maxime vatum*]quantùm ad hoc,quòd christum digito demonstrasti,& quoniam Christum venisse exangelizasti,quasi Apostolus eras.

¶Porrò de varia comparatione prophetarum ad inuicem,quantùm ad excellẽtiam, prolixus est sermo: de qua re in aliis pluribus locis tractatum est,idcirco pertranseo.[*Serta ter denis alios coronant Aucta crementis*]Serta,hoc est ornamenta quædam præmij accidentalis correspondentia munditiæ castitatis, aucta crementis ter denis,hoc est multiplicata fructu tricesimo,coronant alios.i.ipsos coniugatos, coniugali continentia ex charitate decoratos præmiant & perornant, sicut sertum factum de floribus ornat diadema regium superpositum capiti regis,[*Duplicata quosdam*]hoc est serta sexies denis crementis aucta, hoc est fructus sexagesimi aliquos ornant, vtputa deuotos vtriusque sexus continentia viduali fulcitos.[*Terna centeno cumulata fructu*]id est tria serta cumulata fructu centeno,id est aucta fructu centesimo,[*Te sacer ornant*] hoc est ô sancte Ioannes, qui non solùm decoraris fructu centesimo pro tua continentia virginali:sed aureolis quoque martyrum & doctorum,quæ duæ aureolæ pulchrificantur serto centesimi fructus,quia seinuicem fulciunt.Istud de triplici fructu sumitur, ex eo quòd Christus in Euangelio apud Matthæum & apud Lucam loquitur, Semen cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum,aliud tricesimum,aliud sexagesimum,aliud centesimum. Semen nanque est verbum dei quod prędicatur,cuius fructus est spiritualitas quędã in audictibus, ex verbi illius seminatione exurgens,sequens & oriens, quę spiritualitas dicitur fructus, ad quem verbi prædicatio ordinatur, éstque continentia & abstractio à carnalibus atque venereis:& est triplex, videlicet coniugalis,vidualis & virginali:,prout super quartum Sententiarum diffusius est inductum, & in opusculo de vita laudabili viduarum.[*Nunc potens nostri meritis opimis*]hoc est tu(ó gloriosè Ioannes)qui potens es nos iuuare, meritis opimis,id est tuis exuberantibus ditissimis meritis,[*Pectoris ludos lapides repelle*]id est intercedendo impetra, vt deus repellat & tollat à nobis lapides duros, pectoris, id est vitia cordis indurata, rebellionem,& proprij sensus immansionem,carnalitates,praua proposita,& cuncta quæ obicem ponũt spiritui sancto,ac emollitionem,compunctionem,ac obedientiam cordis impediũt,[*Asperum planans iter*]

Matth.3. Marci.1. Matth.3. Actu.3. Gene. 49. Iudas. Ioan.1. Matth. 15. Ibidem. Lucę.7. Apoc.1. Matth.3. Marci.1. Esaię.40. Malach. 3. Matth.3. Lucæ.8. Matth.3.

id est viam distortam rectificans operationémque duram emolliens,quemadmodum prędicasti.Parate viam domini,rectas facite in solitudine semitas dei nostri,[*et reflexos dirige calles*].i.operationum processus à rectitudine æquitatis aberrantes,non rectè directos ad vltimum finem,sed ad propria commoda:ac honores retortos, rectifica corrigendo tales processus, vt recti processus succedant. Hoc agit S. Ioannes dispositiuè orando & procurando,vt fiat à deo.[*Vt plus mundi fator & redemptor*] id est Christus benignus mundi fundator ac liberator,[*Mentibus pulsa luuione puris, Rite dignetur veniens sacratos ponere gressus*]Ordo verborum est, vt redemptor veniens ritè.i.gratiosè aduenies dignetur ponere in nobis gressus sacratos.i. profectus virtutum ac processus ad patriam ordinatos ad gloriam dei, & hoc mentibus puris.i.cordibus nostris purificatis,luuione.i.vitiorum tumore,infectione, cõfusiuáque submannatione pulsa.i.extirpata & abiecta ab animis nostris.[*Laudibus ciues celebrant superni Te deus simplex pariterque trine*]id est ô deus in essentia simplex & vnus, paritérque pro &,ô trine.i.tu qui trinus es paridulis,ciues superni.i.beati commorantes in paradiso cælesti celebrant, hoc est solenniter colunt & extollunt,te laudibus,magnificentissimis eorum beatificæ visioni proportionatis.[*Supplices et nos veniam precamur*]hoc est,nos quoque viatores adhuc miseri,in medio periculorum fluctuantes, qui omnes in multis offendimus,precamur veniam,id est remissionem culparum ac gratiam,[*parce redemptis*]vt non obstantibus nostris peccatis tuæ passionis consequamur effectum, Amen. Ex his innotescit mira excellentia sanctitatis ac dignitatis sacratissimi & præamabilissimi Ioannis Baptistæ. De qua sancti & deuotissimi patres glorioſi doctores magna & prorsus sublimia sunt locuti. Præsertim aureum illud os Ioannes archiepiscopus,Maximus quoque episcopus. Sed & prælectus Bernardus, specialiter in sermone quem de duodecim prærogatiuis excellentissimi huius compilauit Ioannis.His ergo,quæ aliàs sanctis constant,omissis,aliquid pro nostra excitatione exhortando poterit tangi.Ecce homo iste angelicus, qui & diuinitus per prophetam angelus est vocatus:in vtero eminenter sanctificatus,atque in gratia roboratus,sapientissimè metuens ne inter homines conuersando, non solùm in venialia assiduè laberetur, verùm etiam à spirituali impediretur profectu,& à contemplationis puritate,frequentia,ac ardore retraheretur:mox vt adultæ ætatis robur aliquantulum est sortitus, fugit in eremum, solitudinem est ingressus,in deserto commorari exorsus est:nec ferarum horrore, neque latronum formidine,neque inuisibilium hostium importunitatibus est retractus. Illic innocentissimum atque mundissimum suum corpusculum tanto pœnitentialium operum tractauit rigore,tot & tãtis afflictionibus castigauit: quasi iam ante cunctis fuisset sceleribus implicatus,inquinatus,corruptus. Núnne patriarchalis caro seruenissimi pueri super nudam humum ad soporandum paulisper extitit reclinata? Quo putas vsus est pulumari?Núnne probabile est,quòd instar Iacob patriarchæ supposuerit lapidem capiti suo?Vel sorlitan (vt de nonnullis in Vitis patrum ac alibi legitur eremitis ac aliis magnis sanctis)stando, seu ad arborem appodiando,aut aliquantisper sedendo modicissimum quid somni admisit, vel potius passus est, præuentus & necessitate oppressus,¶Deinceps si verum est, quod Abbas depromptit Arsenius:sufficit monacho vna hora pro somno,si tamen operarius sit: puto quòd infatigabili ac feruẽtissimo operario huic Ioanni suffecit pro somno media hora.¶Insuper si & admirabilis illa Maria Aegyptiaca adhuc turpitudini vacãs,multas noctes in obscœnitatibus suis duxit insomnes,& vtique multo plures in contẽplationibus,orationibus ac laudibus superglorioſissimi dei cõuersa & in deserto cõuersans:núnne multo credibilius est sanctissimum hunc Ioannem plurimas noctes transegisse somni expertes? Quid iam de eius abstinentiis,ieiuniis,asperitate vestitus,silentio,dignum poterit enunciari?Certè tanta erãt ac talia,quòd nullus trium euãgelistarum dimisit ea intacta. At verò de internis & spiritualibus exercitiis eius quid imaginari,vel potius somniare poterimus?Núnne quò innocentior fuit & gratia plenior, quò item corpus habuit subiectius rationi atque ab omni petulãtia amplius alienum: quò rursus in charitate perfectior ac de mysteriis redemptionis humanæ illuminatior, eò in cõtemplationibus fuit sublimior, in excessibus mentis frequẽtior,in secretissimis supersanctissimæ deitatis amplexibus,deosculationibus,& increatę ac infinitę suauitatis illius degustationibus,familiarior,profundissimè prorsus absorptus in infinitas opulentias fœlicitatis ac gloriæ eius? Núnne & affectuosa & pura mẽs eius habitauit continuè & requieuit dulcissimè in supersplendidissima & supersereniſsima regione illa impermeabili atque plenissima,penitúsque interminabili lucis ac gloriæ summæ,abyssalis,superfœlicissimæ & æternæ?Certissimè hic amantissimus domini habitauit cõfidenter,& in eo quasi in thalamo tota die morat* est. Quid ad hæc dicturi sunt Christiani gulosi,carnales,acedioſi,corpora sua vitia inquinata,cadaueribus viliora, delicatè mollitérque tractantes,pretiosè induentes,pomposè ornantes,dormientes in lectis eburneis,& lasciuientes in stratis suis:qui super contritione pauperum nihil dolent,imò potius egenos & impotentiores opprimunt & deuastant. Et hos dimittamus,& eos qui beati Ioannis exemplo solitudinem sunt ingressi,solitariã vitam professi,& in cellis tanquam in antris cõmorantur,modicè alloquamur. Certè beati sunt qui professionem suam inuiolatam obseruant,si cellæ ac solitudini debitum reddant. Si tanto syncerius,stabilius,fructuosius vacant deo,quantò præ cæteris se corporaliter elongauerunt à seculo.¶Præterea si(quod absit)mundũ intra se retinent clausum,si ad ea quæ seculi sunt,denuo afficiũtur, si non solũ subesse & obedire grauiter ferunt,imò & primi illius apostatæ vestigia imitantes, præesse sibi tuisimè cupiũt,atque cõfratribus anteferri,præsidereque moliuntur,si linguam loquacitati,vẽtrem gulositati,cor dissolutioni ac leuitati resoluunt,si diligũt somnum,passionibúsque succumbũt, nec continuo profectui dignè insistunt quotidie,vt tenentur,& eorum ineludit professio, núnne duplici cõtritione,multiplici cõfusione,grauissima damnatione sunt digni?Simus ergo ô fratres,indefinẽter ac summè soliciti:ne deum & creatorem nostrum altissimum,saluatorem piissimum,iudicem metuendissimũ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

in aliquo offendamus:ne vllam tẽporis horam aut morulam infructuosè pertranſeamus, ne fratri alicui E
offendiculum ponamus aut ſcandalum. Indeſinenter intra te dicito, Viuit dominus, in cuius conſpectu
ſto hodie. In omni loco & tempore, in omni actu & occupatione, in menſa & lectulo, ſapienter ad-
uerte & cogita illum eſſe præſentem: & coram illo indecenter te habere maximè erubeſce. Sanctæ ſo-
brietati & corporis caſtigationi rationabiliter ſtude. In horis & laudibus dei, in oratione & celebratio-
ne ſtabilis ac deuotiſsimus eſto. ¶Poſtremò, videntes quantùm conuerſatio noſtra à patrum noſtrorum
conuerſatione(heu heu heu)diſtet, deficiat, lapſa ſit, & occumbat(proch dolor)& ſuccumbat, intimè
doleamus, ploremus, atque in infinitum nos ipſos aſpernemur, humiliemus, & quaſi ſub terra nos de-
fodiamus, coram altiſsimo apparere erubeſcentes. Quis ſcit ſi ignoſcat deus, & non pereamus? ſi tamen
reſipiſcamus, & compunctioni, atque cuſtodiæ cordis ſtrenuè inſiſtamus, ac iuxta exigentiam noſtræ
vocationis conuerſari dignè deo iugiter eniteamur. Ad quæ omnia peragenda ſacratiſsimum hunc Ioan-
nem affectuosè rogemus, ac ſemper in ſpeciali amore præcipuóque habeamus honore.

De Beata Virgine Maria ad veſperas, Hymnus.

¶Laudatur in eo ſacroſancta virgo Maria, quòd ab angelo cælitus miſſo ſalutata, dei mater eſt effecta.
denique rogatur, vt nobis materna oſtendens viſcera, filium reddat placatum atque benignum.

¶Author incertus. Carmen trochaicum trimetrum, non excultum. F

AVe *maris ſtella*]hymnus iſte in ſolennitatibus ſacratiſsimæ virginis decantatur. In
quo primùm ipſam præſtantiſsimam noſtram dominam ſalutamus & collaudamus, ad captandam beneuolentiam eius, imò potius ad honorandum eam in do-
mino, quia poſt verum deum ſummè ac vnicè eſt amanda ac honoranda, vt puta
vera mater illius, per quod conſtituta eſt dignitatis & excellentiæ quodammodo
infinitæ, facta comparentalis patri æterno, veráque genitrix vnigeniti filij, patris
ſummi, familiariſsimum amātiſsimúmque ſacrarium, templum, & tabernaculum
ſpiritus ſancti, & tanta demum ac talis in omni excellentia gratiæ ac virtutum, in
varijs chariſmatibus adorandi paracleti, qualem ac quantam condecuit eſſe matrem dei, deorum regi-
nam, & imperatricem vniuerſorum ſanctorum, de qua ſanctus & feruens ille Ignatius ſuo ſcripſit præ-
ceptori Ioanni Apoſtolo, Quem non delectet eam videre, quæ deum deorum permanens virgo genuit
nobis? ſi tamen ſit noſtrę religionis amicus. Itaque deuota ac hilari mente dicamus atque cantemus, Aue
maris ſtella. Hæc eſt ſalutatio congratulationis, quia ſic eſt magis quàm deprecationis, vt ſic ſit. Nempe G
hæc vnica & incomparabilis virgo nunc verè eſt ſine omni væ, ſine omni miſeria culpæ ac pœnæ. Et vt
deuotiſsimus eius amator ſanctus teſtatur Bernardus, Luci inacceſsibili ſuperdelitioſiſsimę ac ſuperpul-
cherrimę deitati tam profundiſsimè eſt immerſa, quantùm ſine perſonali vnione conditio patitur crea-
turæ. Cui verſificator quidam compendioſa ſalutatione deprompſit, Felix mater aue qua mundus ſol-
uitur à væ. Quæ genitricis Euæ, væ facis eſſe breue. Itaque quò te (ô ſereniſsima domina) magis di-
ligimus, eò maiori congratulatione ac complacentia tibi proferimus, téque ſalutamus, dicentes, Aue
maris ſtella, quæ conuenienti valde metaphora ſtella maris vocaris. ¶Porrò, in primis ſtella meritò ap-
pellaris. Stella vtique radiantiſsima cæli empyrei, quæ totum illum orbem ſupermundanum, paradi-
ſum ſupremum, triumphantem eccleſiam, ineffabiliter ornas, pulchrificas, illuſtras, exhilaras: nec eſt
Apoc.21. ibi ſtella te pulchrior, niſi vnigenitus tuus, qui in Apocalypſi fatur, Ego ſum genus & radix Dauid,
ſtella ſplendida & matutina. Deinde ritè nominata es ſtella maris. quemadmodum enim ſtella illa fir-
mamenti, quæ polus arcticus nuncupatur, ſtat quaſi fixa, immobilis, dirigens nauigantes, ad cuius aſpe-
ctum nautæ in periculis conſolantur, & quo ſe vertere debeant, contemplantur: ſic miſeri viatores in
hoc ſeculo nequaquam tanquam procelloſiſsimo, & inquietiſsimo oceano fluctuantes & periclitantes,
ad te ô miſericordiſsima aduocata, ô mater dulciſsima, ô tutum fideliſsimúmque refugium, diriguntur
in omni periculo deſolatum mentis intuitum, & ex tui ſpeculatione conſolantur, reſpirant, confidunt, at-
que à te clementiſsimè aſpiciuntur, iuuantur, diriguntur, ſicque ad portum pertingunt ſalutis perpe- H
tuæ. [*Dei mater alma*] id eſt ſancta genitrix vnigeniti dei patris, qui cum eſſentialiter ſanctus ſit & ſan-
ctitas infinita in deitatis ſuæ natura, non niſi ſanctiſsimam voluit matrem habere: tantò ſanctis cæteris
ſanctiorem, quantò genitricem ſancti ſanctorum decuit famulis & ancillis eiuſdem ſancti, imò ſanctiſ-
ſimæ matris illius conſiſtere ſanctiorē. Etenim vniuerſi ſancti, qui vtique miniſtri ſunt, vel ancillę eiuſ-
dem ſancti ſanctorum, etiam ſunt miniſtri aut famulæ matris illius. i. genitricis dei & creatoris ſui, quæ
priuilegio. iure & authoritate maternitatis ſuę, qua mater eſt veri dei & conparentalis æterno patri, prę-
eſt ac præcipere poteſt omni creaturæ in cælo & interra. [*Atque ſemper virgo*] prorſus ſuperpuriſsima,
in qua nunquam inordinatus quis fuit affectus, cogitatus aut motus: virgo ante partum, in partu, &
poſt partum [*Felix cæli porta*] Non tam eminenter vt mundi ſaluator filius tuus, ſed diſpoſitiuè & co-
operatiuè, quia per te & ex te natus eſt nobis celi apertor, & tu meritis tuis copioſiſsimis & efficaciſ-
ſimis precibus gratiam & ingreſſum regni mereris. Iterum per præclariſsimam virginem (vt cantat Ec-
cleſia) meruimus authorem vitæ ſuſcipere. Ipſa quoque eſt mediatrix noſtra, & reconciliatrix piiſsima,
ſicque rectè dicitur cęli porta, hoc eſt, via & medium introëundi in regnum. ¶Amplius, ſicut per Euam
clauſa fuit porta paradiſi terreſtris, quæ tamen per tranſgreſsionem Adæ clauſa fuit directè & conſum-
matè, ſic per virginem glorioſam aperta dicitur porta cæli, quæ per Chriſtum completè & propriè dici-
Lucæ.1. tur reſerata, vt dictum eſt ſupra. O Maria [*Sumens illud aue*] id eſt ſalutationem angelicam nunquam ante
Dan.8.9. auditam. [*Gabrielis ore*] qui in aſſumpto corpore viſibiliter tibi apparuit, ac loquebatur in plena
vigilia, ſicut & Danieli ac Zachariæ, quorum nullum tam ſolenniſsimè ſalutauit, vt te [*Funda*] id eſt

A firmiter colloca & confertа [*Nos in pace*] pectoris, quæ eſt tranquillitas mentis in deo: de qua legitur, Lucæ.1.
pax multa diligentibus legẽ tuam. In pace quoq; temporis quæ eſt quies à viſibiliũ hoſtium ſeu pertur- pſalm. 118.
bationum impugnatione nos tene. Vnde dixit apoſtolus, cum omnibus hominibus pacem habete. Et ſal Rom.12.
uator, Pacem habete inter vos. Verùm quæcunque aduerſitas, perſequutio, correptio, exercitatio accide Marci.9.
rit nobis, nequaquam à pace pectoris retrahamur. Imò in aduerſis tâquam in cunctis diuitiis gloriantes,
pacem mentis noſtræ in poteſtate aliorum nullatenus ſtaruamus: ita, ꝙ ipſi dum voluerint, valeant nos
turbare. [*Mutans nomen Euæ,*]quæ mater perditionis & doloris vocatur: tu autem mater ſalutis & gau-
dij. Denique literæ huius nominis, Eua, tranſpoſitæ, compaginant verbum hoc, aue. [*Solue vincla reis*]
hoc atque ſequentia piiſsima ac potentiſsima domina operatur, non vt cauſa principaliter effectiua, ſed
inſtrumentaliter & procuratorię ac mediatoriè cooperatiua. Excellẽtius tamen, ꝙ alij ſancti & ſanctæ: ſi Bernard.
quidem regnũ miſericordiæ perhibetur ei commiſſum, propter quod regina miſericordię nuncupatur,
mater gratiæ ac ſalutis: quoniã prærogatiua & iure maternitatis dei ſubauthoritatem quandam in iis cre
ditur eſſe ſortita, quemadmodum Chriſtus ſecundum naturã aſſumptam in ſacramentorum effectibus,
ſecundũ doctores ſuper quartum ſententiarum. Itaque ô Maria, ſolue .i. diſſolue, relaxa, aufer vincula
vitiorum reis. i. peccatores à vinculis iniquitatum ſuarum meritis tuis ac precibus libera, remiſsionem
ac gratiæ infuſionem impetrando. Etenim nihil vult nos deus habere, quod nõ tranſeat per manus Ma-
B riæ, Ideo quicquid boni in nobis eſt, per eam recognoſcamus nos ſuſcepiſſe, & ei inde gratias referamus
in deo tanquam mediatrici. [*Profer lumen cæcis*]id eſt excæcatis per peccata hominibus produc & impe
tra illuminationem gratiæ dei, vt ſua cognoſcant, doleant, defleant, confiteantur, deuitent peccata, & ſua
aduertant pericula, vitæ incertitudinem, temporis breuitatem, diuini iudicii rigorem ac cætera memo-
rentur, prouideántque nouiſsima: & ita illud Eccleſiaſtici adimpleant, Memento nouiſsimorum tuorũ
& deſine inimicari: nec iraſcaris, proximo, & abſtine te à lite. [*Mala noſtra pelle*]id eſt mala culpæ à nobis
auelle, pœnas quoque quas pro eis meremur, miſericorditer moderare: quatenus deus non ſecundum Eccle.28.
peccata noſtra faciat nobis, neque ſecundum iniquitates noſtras retribuat nobis. [*Bona cuncta poſce*].i.
poſtula nobis dari omnia neceſſaria ad ſalutẽ, bona gratiæ in præſenti, ac dona gloriæ in futuro, profectũ
in omni virtute ac dono ſpiritus ſancti, ſicut orat apoſtolus, Deus ſpei vos repleat omni gaudio & pace
in credendo, vt abundetis in virtute & gratia ſpiritus ſancti. Sicque illud ad Corinthios verè dicatur de
nobis, In omnibus diuites facti eſtis in illo, in omni verbo, & in omni ſcientia: ita vt nihil vobis deſit in
vlla gratia. [*Monſtra te eſſe matrem*]id eſt tam magnificè ac potenter, tam gratioſè & maternaliter agendo Roma.15.
nobiſcum, per hos effectus oſtende te eſſe matrem filii dei, qui tot & tanta propter te operando, pandit 1.Cor.1.
C ſe te honorare & exaudire, vt matrem ſuam digniſsimam atque charisſimam: ſic quoque ſuccurrendo
nobis piiſsimè oſtende te eſſe matrem noſtram, tam maternè nos refouendo, [*ſumat per te preces*] id eſt
per te preces noſtras exaudiat. [*Qui pro nobis natus tullit eſſe tuus*]id eſt vnigenitus dei qui vnigenitus
pro noſtra ſalute tulit, id eſt dignatus eſt & conſenſit eſſe natus, id eſt filius tuus: ſicut hoc ſupra in pri-
mis hymnis expoſitum eſt. Cúmque, ô beatiſsima virgo, propter nos & cauſa noſtri ac ꝓ noſtra ſalute
tam incomprehenſibiliter ſublimata ſis, & veri dei vera mater effecta: decentiſsimum eſt, te nobis mi-
ſericordiſsimam eſſe, ac debito condecentiæ, mortalitatiſque iure, ac congruentia ad hoc quaſi a-
ſtringi videris. O [*virgo ſingularis*]id eſt ſumma & vnica in virginitate, ſicut in cæteris quoque virtuti-
bus prorſus præ cunctis puris hominibus excellentiſsima: prout modò expreſſum eſt. Vnde ſubiungi-
tur, [*inter omnes mitis*]id eſt præ cunctis ineffabiliter manſuetiſsima, nunquam ad vllum iracundiæ mo
tum inducta. nec vlla impatientia ſtimulata aduerſus eos, à quibus vidiſti vnicum & ſuperdilectiſsimũ
ac præinnocentiſsimum filium tuum tot & tanta perferre, & tandem mortem acerbiſsimam ſuſtinere,
[*Nos culpis ſolutos*]id eſt merito paſſionis filii tui à vitijs liberatos, quantùm ex parte ipſius eſt, & per te
veniam aſſequutos. [*Mites fac & caſtos*]id eſt virtutes has, caſtitatem ac mititatem impetra nobis, ſeu pro
fectum in eis, perſeuerantiam, & conſummationem finalem in ipſis. Magnæ quippe ſunt iſtæ virtutes,
cùm in Eccleſiaſtico ſcriptum ſit, rili in manſuetudine opera tua fac, & ſuper omnem hominum glo-
riam diligeris. Itémque, Omnis ponderatio non eſt digna cõtinentis animæ. [*Vitam præſta puram*]id eſt
conuerſationem deo acceptam, à peccatis præſertim mortalibus immunem, vt in cælis ſit conuerſatio
D noſtra, quæ ſurſum ſunt quærendo ac ſapiendo, non carnalia & terrena, [*iter para tutum*] id eſt diſpone Eccle.3.
nobis ſecurum acceſſum ad filiũ tuum: ita vt taliter conuerſemur, quòd ſine reſiſtentia perducamur ad
eius præſentiam, nec ſeparemur ab eo. [*Vt videntes Iesum*]per beatificam viſionem, quo ad eius deitatem Eccle.26.
& quo ad naturam aſſumptam, quo ad accidentalis præmii perceptionem præcipuam: prout iſtud ſupra
clarius fuit expoſitum, [*Semper collætemur*] id eſt perpetuò iucundemur in ipſo & cum ipſo in patria:
quemadmodum in prima ſua effatur canonica apoſtolorum ſupremus, In Chriſtum nunc non videntes
creditis, videntes autem exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata, reportantes finem fidei veſtræ ſa-
lutem animarum veſtrarum. [*Sit laus deo patri, ſummo Chriſto decus*]id eſt decens veneratio, vtputa latrię 1.Petri.1.
cultus. Dicitur autem Chriſtus ſummus, non ꝙ patre aut ſpiritu ſancto ſit maior, ſed ne ratione aſſum-
ptæ naturæ minor putetur ſimpliciter, quamuis ſecundum illam ſit minor, quemadmodum ipſe loqui-
tur, Pater maior me eſt. Et rurſus, quoniam pater & Chriſtus ac ſpiritus ſanctus ſunt vnus ſummus, non Ioan.14.
tres ſummi: ſicut ſunt vnus immenſus, non tres immenſi, [*ſpiritui ſancto,*]ſupple, ſit laus, & decus, ſicut
patri & filio, [*Tribus*]ſubaudi perſonis, [*Sit honor, vnus*]id eſt idẽ & indiuiſus, ſeu eadem adoratio: ſicut
ſunt vnus deus, & vnus creator. Veruntamen ſicut ſunt tres perſonæ: ſic quælibet earum poteſt ſigilla-
tim adorari & honorari. Nam in miſſæ officio orationes ſpecialiter diriguntur ad deum patrem. Et in
hymnis atque ſequẽtiis ſpecialiter inuocamus ſpiritum ſanctum, dicendo, Veni ſancte ſpiritus, & emit-
te cælitus lucis tuæ radium, &c. Item, ſancti ſpiritus adſit nobis gratia. In hymno quoque, Veni creator

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſpiritus.præterea hymnum iſtum de ſacratiſsima ac ſuauiſsima regina ac domina noſtra,cum deuotione, E
feruore & alacritate depromamus tantò maiore,quantò ipſa vnica ac incomparabilis domina ceteris ſanctis eſt ſublimior, nobiſſque amabilior. Nempe cùm vnumquodque tantum habeat de amabilitate, quantum de bonitate: & tantum de honorabilitate,quantum de authoritate,dignitate ac maieſtate :tantum quoq; de ſuauitate,quantum cõuenientia conſtat,quòd quantò beatiſsima virgo hęc ceteris ſanctis vniuerſis perfectior,ſanctior,maior & dignior eſt:tantò illis amabilior,honorabilior, ſuauiórque conſiſtit. Si ergo tam vehementer dilipimus illuſtriſsimã Catharinam , regalẽ ac ſpecioſiſsimã Vrſulam & omnẽ eius felicisſimã ſocietatẽ, imò & affectuoſiſsimã ac contemplatiuiſsimam Mariã Magdalenam,q; ardentiſsimè & ſpecialiſsimè diligere nos oportet hanc vnicam & amantiſsimã dei,cui tam inæſtimabilis ſanctitas & excellentia eſt præ omnibus illis? Certè(vt philoſophi quoq; fatentur)quantò eſt aliquid primæ cauſæ ,ppinquius,tanto eſt ei in cunctis ſimilius. Porrò Mariã hanc vnicã deo altiſsimo indicibiliter eſſe propinquã præ cæteris ſanctis,nõ ſolùm hominibus,imò & angelis ſanctis vniuerſis,ambigere nequit neque negare,niſi qui nõ credit quòd ipſa ſit veriſsima genitrix ſummi dei:quod qui non credit, aut conuertatur & credat,aut pereat in æternum.Ipſam ergo poſt verũ deum præ omni creatura in eſſe creato ſubſiſtente (quod dico propter Chriſti humanitatem) ſummè amemus,iucundiſsimè landemus ac ſaluemus, reuerentiſsimè veneremur. Ipſa poſt deum ſit ſpes noſtra præcipua , conſolatio maxima, F
refugium ſingulare. Ad ipſam tanquam ad ſtellam maris in omni tribulatione, tentatione , neceſsitate, perplexitate,fluctuatione aſpiciamus,eam cum ingenti confidentia inuocemus,eius humilitatem, manſuetudinem,miſericordiam,caſtimoniam,charitatem totis viribus iugiter aſſequamur. Poſtremò valde pertimeſcamus eam inhonorare,ne ipſa offenſa deſtituamur tantæ aduocatæ,támque benigniſsimę matris auxilijs.Nam & ſi ipſa non facilè offendatur , nec prona ſit vlciſci:attamen filius eius iudex ſupremus pro matre ſua valde zelans,eius iniurias,inhonorationes,paruipenſiones diſtrictè vlciſcitur:& tãtò diſtrictius,quantò ipſa gratioſior,benigniorque conſiſtit.

De B. V. Maria,ad nocturnum matutinum,hymnus.

¶Referuntur in eo præclara myſteria de partu filii dei:iuxta prophetarum vaticinium,ex Maria virgine,cuius prærogatiuas gratiarum & priuilegia diuinorum munerum proſequitur.

M*Yſterium Eccleſiæ Hymnum Chriſto referimus.*]Myſterium eccleſiæ eſt ſacrum & incomprehenſibile illud ſecretum,quod credit eccleſia,ſeu populus Chriſtianus videlicet ſanctiſsima incarnatio verbi æterni,& cætera ſacra,quę chriſtus pro noſtra ſalute aſſumpſit,fecit ac pertulit:vt ſunt natiuitas,circunciſio,oblatio eius in templo,inſtitutio ſacramẽtorum,potiſsimũ Euchariſtiæ,paſsio,&c.Hoc myſterium ſeu horum myſteriorum congeriem referimus Chriſto.i.ad laudem & gloriam chriſti,qui ita ſe exinaniuit pro noſtra ſaluatione:hymnũ.i.materiam & obiectum laudum & canticorum , quas de iis decantamus & offerimus Chriſto ac toti ſuper fœliciſsimæ trinitati:quæ tam alto & pio conſilio decreuit nos per hęc Chriſti myſteria redimere ac ſaluare. Vnde totis præcordiis gratias agimus & laudamus vnigenitum dei,qui tantò amabilior, honorabilior,ac precioſior nobis effectus:quantò plus ſe propter nos humiliauit, atque quò maiora ac plura pro nobis tolerauit opprobria & tormenta,irriſiones,conculcationes,blaſphemias,mortíſque iacula.[*Quem*]Chriſtum[*Genuit puerpera,*]quæ primo peperit puerum permanens virgo. Puerum planè in aſſumpta humanitate:de quo prædixerat Eſaias,Puer nobis natus eſt. Secundum deitatis verò naturam,dominum maieſtatis ęternę.Propterea ſubditur,[*Verbum patris in filium,*]virginis matris,vtputa ſui
Eſaię.9. ipſius.Nec duo ſunt filij,ſicut nec duę perſonę:ſed verbũ ęternum in ſuo eſſe perſonali, increato, ęterno ſubſtãtificauit & ſuppoſitauit,hoc eſt ſubſiſtere fecit naturam humanam , vt ſecũ vnam faceret perſonam.[*Sola in ſexu fœmina electa es in ſeculo*].i.ô magna & glorioſa Maria,tu ſola in ſexu fœmineo,hoc eſt inter perſonas fœminei ſexus,electa es ab ęterno à ſuperueniente trinitate:in ſeculo.i.inter perſonas in hoc ſeculo conuerſantes.Vel in ſeculo,quia in ſeculo iſto aſſumpta es ad iſtud myſterium exequendum,ad quod ab ęterno fuiſti electa,[*Et meruiſti dominum*]vniuerſorum ex te incarnatum in annunciatione angelica,quando cõſentiendo dixiſti,Ecce ancilla domini,fiat mihi ſecundum verbum tuum.Vn de angelus ſanctus dixit ad Ioſeph de te,Quod in ea natum eſt,de ſpiritu ſancto eſt. [*Sancto portare in vtero*]tuo virgineo in ventre myſterij,in templo ſacratiſsimo veri dei,in thalamo ſponſi ęterni , de quo
Lucæ.1. dictũ eſt in primo hymno, Vti ſponſus de thalamo egreſſus honeſtiſsima virginis matris clauſula . In
Matth.1. hymno quoque ſecundo,Procedens de thalamo ſuo pudoris aula regia Sicque qui ab ęterno manſit in ſinu & corde patris,nouem menſibus habitauit in vtero virgineę atque mundiſsimę matris. De quo ſancta Elizabeth,Benedictus(inquit)fructus ventris tui.Nũnne ergo beatiſsima viſcera Marię virginis,quę portauerunt ęterni patris filium? Quę portauerunt portantẽ ſe,qui cum ſit ſplendor glorię & figura.i.
Lucæ.1. imago ſubſtantię.i.ſuperſubſtantialis dei patris,portat omnia verbo virtutis ſuę.i.precepto ſuę omnipotentię.Sic & ſe incarnari & in vtero ſuo portare filium dei meruit pręclariſsima hęc Maria de congruo
Hebr.1. magis quàm de condigno. Et quãuis per vniuerſas ſuas excellentiſsimas virtutes iſtud meruerit ſuo modo,ſpecialiter tamen & appropriatè ac diſpoſitiuè per ſuam profundiſsimam humilitatẽ, qua ſe ſub vniuerſis humiliauit hominibus,& ineffabiliter magis quã aliquis vnquã purus homo deinceps: ſicque tanta ſua humiliatione meruit exaltationem hanc maximã. Deinde per ſuã mundiſsimam caſtitatem ac nimiam prorſus puritatem,qua nituit:quę tanta fuit,quòd(teſte anſelmo)maior ſub deo nequit intelligi, puta ſub eius filio deo vtique incarnato:cuius & creatam puritatem ac ſanctitatem conſtat multòfuiſſe

A maiorem puritate ſuæ benedictiſsimæ matris . Conſummatè verò id meruit ſua ardentiſsima ac perfectiſsima charitate,id eſt actuali dilectione, qua zelo diuini honoris atque humanæ redẽptionis præ cunctis ſanctis inæſtimabiliter æſtuauit.[*Vates antiqui temporis prædixerant,quod factum eſt,quia virgo conciperet & pareret Emanuel*]id eſt deum nobiſcum exiſtentem per noſtræ naturæ aſſumptionem & cõuerſationem ſuæ perſonæ.De hoc in primis duobus hymnis ſatis dictum opinor. [*Myſterium hoc*] incarna- Eſa. 7.
tionis verbi æterni, & donum virginalis fœcunditatis maternæ, [*Magnum eſt*] magnitudine virtutis ac gratiæ,magnitudine poteſtatis diuinæ & prærogatiuæ humanæ [*Mariæ,quod conceſſum eſt*]à deo omnipotente,[*Vt deum per quem omnia*]id eſt verbum æternum,de quo fertur in Ioanne,Omnia per ipſum fa- Ioan.1.
cta ſunt . Et hoc certè, non vtique ſicut per cauſam miniſterialem & ſecundariam patre inferiorem, vt ſceleratiſsimus mẽtitus eſt Arrius:ſed ſicut per eum cui ratio exemplaris cauſæ appropriatur. [*Ex ſe videret*]id eſt crederet & contẽplaretur,[*Prodere*]id eſt procedere. Egreſſus quippe Chriſti ex vtero virginis inſtantaneus extitit,nec corporaliter videbatur à matre: ſed natum & ante ſe in terra ſitum omniũ creaturarum digniſsima , præſtantiſsima virgo mox hilariter vidit, deuotiſsimè adorauit, & paulò poſt in brachiis ſuis ſtrinxit , inuoluit , atque in præſepio reclinauit : quem & propriis manibus ſuis leuauit de terra, cùm cœpiſſet algere . Denique tria opera maxima ſummè miranda deus effecit: quæ ſunt creatio mundi,incarnatio verbi,& tranſſubſtantiatio panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti . Et quæ-
B runt doctores,quòd horum maius mirabiliúſque conſiſtat.Ad quod quidam ſuper ſecundum Sententiarum,aliqui ſuper tertium,nonnulli ſuper quartum(vt Thomas)reſpondent.Quere ibidem.

De beata virgine Maria ad laudes matutinas,hymnus.

℣. Gratulatur in eo virgini Mariæ dulciſsimæ, quòd plena gratiarum eum genuerit glorioſa peccatoribus filium,quem paſtores atque Magi creatorem omnium in Bethleem requirentes,melodiis confeſsi ſunt & muneribus:deinde ad piiſsimam dei matrem,vt populis ſuis pacis & indulgentiæ impetret auxilium,ſupplicatio dirigitur.

C V*Ere gratia plena es*]id eſt ô tu ſacratiſsima virgo, plena es gratia, id eſt ſupernaturali dono ac habitu gratiæ,ſumẽdo gratiam extensè, prout gloriam ac lumen gloriæ includit ac comprehendit,ſecundum quod gloria dicitur gratia conſummata.Et Apoſtolus proteſtatur,Gratia dei vita æterna.De plenitudine autem & excellentia gratiæ incomparabilis virginis dictum eſt, [*et gloriosa permanes*] id eſt
in perpetuum inuariabiliter fœlix, famoſa, gaudioſáque perſeueras, [*Quia ex te* Roma.6.
nobis]id eſt ad noſtram redemptionem atque ſalutem [*Natus eſt chriſtus,*] ſecundum aſſumptam humanitatem, quoniam caro eius ex puriſsimis ſanctiſsimę virginis ſanguinibus eſt formata,[*Per quem*]ſecundum ſuam diuinam naturam,[*Facta ſunt omnia,*]iuxta illud Ioannis,Omnia per ipſum facta ſunt,vt frequenter eſt expoſitum. [*Paſtores qui audierunt*]ab angelo eis dicente,Euangelizo vobis gaudium magnum,quia natus eſt vobis hodie ſaluator,[*Gloriam deo can-* Ioan. 1.
tauerunt]iuxta illud Lucæ,Reuerſi ſunt paſtores glorificantes deum ſuper omnibus,quæ audierant.[*Cucurrerunt in Bethleem,*]iuxta illud,Venerunt feſtinantes,[*Natum videre dominum. Sic magi ab ortu ſolis per*
ſtellæ indicium,] qualiter factum ſit hoc, Matthæus deſcribit in quo habetur, Cùm natus eſſet Ieſus in Lucę.2.
Bethleem,ecce magi ab oriente venerunt,dicentes, Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorum? Vidimus enim Ibidem.
ſtellam eius in oriente,& venimus adorare eum.Etenim Chriſtus multos Iudæorum,plurimóſq; Gen- Matth.2.
tilium ſaluaturus,natiuitatem ſuam mox aliquibus ex Iudæis,ac quibuſdam ex gentibus reuelauit. Hinc ſubditur, [*Portantes typum gentium*]id eſt repræſentantes figuram Gentilium, [*Prima offerunt munera.*]aurum,thuş & myrrham: Auro deſignantes perſonam regis,thure dei, myrrha morituri, prout de iſto in aurea legenda & alibi copioſè habetur, nec huic immorari oportet. [*Rogemus ergo populi*] id eſt ô confratres & proximi rogemus [*Dei matrem ac virginem, vt ipſa impetret nobis pacem*] cordis & temporis atque æternitatis,[*et indulgentiam*]plenam.Siquidem filius eius omnipotens eam honorans nil denegat ei,
D quod ipſa ex deliberatione abſolutè deſiderat ac precatur. Denique, vt deuotiſsimus doctor religioſorum ſanctus ait pater Bernardus,Securum habemus acceſſum. Nam mater oſtendit filio pectus & vbera.Filius oſtendit patri latus & vulnera:nec poteſt eſſe repulſa, vbi tot & tanta concurrunt charitatis inſignia. [*gloria tibi domine*] ſanctę pater æterne , gloria vnigenito , &c. Poſtremò hunc hymnum deuotiſsimè ſemper legamus & decantemus, memores myſteriorum, beneficiorumque ſaluatoris ac glorioſiſsimæ virginis,beatitudini,ſublimationi,dignitati,ac omni eius excellentię tantò præcordialius cõgaudentes:quantò intenſius ac ſingularius eam diligimus . Et ita quotidie non tepidè & remiſsè, quaſi ex arida & ſolita frequentatione:ſed tantò gratantius & feruentius,quantò frequentius memores ſimus eorum quæ in Chriſti natuitate & apparitione facta cognoſcimus. O quàm inæſtimabiliter verbũ incarnatum impleuit deificaciſsimæ virginis mentem,cuius ſic impleuit,inhabitauitque ventrem : quam indicibiliter copioſam contraxit ſuauiſsima virgocharitatis exuberantiam,miſericordiæ affluentiam, ſapientiæ illuſtrationem , omniúmque chariſmatum plenitudinem diuinorum ex fonte ſapientiæ verbo æterno , ſic intra ſe habitante , & ſibi tam proximè applicato.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De beata virgine Maria ad horas diurnas, hymnus. E

¶ Commemorantur in eo filij dei incarnatio, eximia clementissimæ matris gratiæ, & misericordiæ Ma
riæ dignitas, ad quã postremò fideliũ fit supplicatio, vt eos precibus & meritis suis dignissimis hinc
egredientes protegere, & ad gaudia perpetua deducere dignetur.

Memento salutis author.] Dominus & saluator secundum vtranque naturam appellatur mun
M di saluator, & nostræ salutis author differẽter, vt patuit in duorum primorum expositione
hymnorum, nempe vt deus, sic ipse & pater ac spiritus sanctus sunt vnus author, dator, ob-
iectum, causa & fons nostræ salutis: verùm secundum naturam assumptam, sic sicut ipse solus factus est
homo, sic ipse solus est author & reparator ministerialis, meritorius, instrumentalis, meditatiuus ac im-
petratiuus nostræ saluationis, mediator dei & hominũ, qui satisfecit pro nobis, & aduocatus noster est
apud patrem. Itaque ô Christe author humanæ salutis vtroque modo, quem oramus dicentes, Libera
me de sanguinibus deus deus salutis meę, memẽto. i. exaudiẽdo nos gratiosè ostẽde te memorem, [*Quod
nostri quondã corporis ex illibata virgine nascendo formã sumpseris,*] hoc est ꝙ assumpseris quondam, vide-
licet in hora incarnationis, & vbi aduenit plenitudo temporis, imperãte Octauio circa exordium vltimę
ætatis mũdi, formam nostri corporis. i. figurationẽ & lineamẽta corporis humani. Vel formã. i. naturam
& veritatem corporis nostri, vtputa verã atque passibilem carnem humanam, non phantasticam, nec de
cælo allatam, sed nostræ cõsimilem, quantùm ad essentiæ veritatem: non quãtùm ad fomitis corruptio- F
nem. Vel formã nostri corporis. i. animam rationalem, quæ humani corporis substantialis est forma. In
eodẽ quippe instanti assumpsisti corpus & animã, hoc est carnem animatam, nascendo ex virgine illiba
ta. ¶ Duplex ponitur natiuitas. Prima in vtero, dum scilicet caro organizata & satis dispositа susci pit for
mam substãtialem: & tunc homo verè generatur. i. de non esse in esse producitur, & esse substãtiale sor-
titur. Secunda natiuitas vocatur ex vtero, qua infans prodit ad lucem: quæ generatio est manifestatio ge
nerationis factæ in vtero. porrò Christus assumpsit carnem & animam in vtero virginis, carnem ex pu-
rissimis sanctissimæ virginis sanguinibus. Animam autem à superbeatissima trinitate. Eodem demũ mo
mento quo carnem assumpsit, fuit ipsa caro infinita dei virtute perfectè organizata, cõplexionata atque
ab anima informata: sic nascẽdo ex virgine non sumpsit Christus corporis formam, nec animã rationa-
lem: seq virgine, nisi quantũ ad manifestationẽ. Idcirco quod dicitur, ex virgine, potest exponi in vir-
gine: vel de forma corporis, quantũ ad completionẽ augmenti formationis illius, præterea si hoc verbũ,
sumpseris, referatur ad illud complexũ, ex virgine, non potest propriè exponi de forma substantiali cor-
poris Christi seu anima rationali, quæ nõ fuit ex virgine sumpta. Si verò referatur ad hoc verbũ, nascen
do, potest exponi de anima, iuxta modum nũc tactum. [*Maria mater gratiæ*] cũ effectiua causa gratiæ gra G
tum facientis, nõ est nisi deus: cui proprium est creare, & gratia ipsa creetur & infundatur, quẽadmodũ
charitas. Ideo Maria nõ est mater gratiæ per principalẽ causalitatem & authoritatem: sed per priuilegia-
tam potestatẽ impetrandi & procurandi ac dandi hanc gratiam, per modum mediatricis ac efficacissimę
aduocatæ, ratione suæ maternæ sublimitatis, qua cõparentalis est patri æterno, & mater vera vnigeniti fi
lij eius: quod est dignitas quodãmodo infinita, vt dictum est. Est etiã mater gratiæ, quia prę cæteris san-
ctis multò frequentius, multóque pluribus ac copiosius eam impetrat & trãsfundit: & quoniã regnum
misericordiæ ei commissum est. Vnde subiungitur, [*Mater misericordiæ,*] eo modo, quo mater es gratiæ,
quoniã in te ipsa visceribus pietatis & misericordiæ affluis & superabundas: & quantũ in te est, promptissi
ma semper es misereri, misericordiã impartiri, indulgere, exaudire, & omnẽ pietatis effectũ vndique ex-
ercere: sicq; de plenitudine tibi concessa copiosissimè communicare, nec aliquẽ miserum, quantũlibet
Ecclę.24. impium, vitiosum ac vilẽ despicis aut relinquis, si ex corde inuocauerit. Sic ergo mater gratiæ & miseri-
cordiæ nominaris, sicut in tua persona illud Ecclesiastici dicitur, Ego mater pulchrę dilectionis & timo
Iudith.8. ris & agnitionis, &c. Specialissimè tamen mater gratiæ & misericordiæ perhiberis ob causas præhabitas,
Eccle.34. [*Tu nos ab hoste protege*] i. ab omni diabolica tẽtatione defende, & ab omni inuisibili hoste: non vt peni-
2. Tim.2. tus nõ tentemur, quoniã omnes qui deo placuerunt, per multas tẽtationes & tribulationes trãsierunt fi-
Matt.6. deles: & qui nõ est tẽtatus, quid scit? nec coronetur, nisi qui legitimè certauerit: sed ne tẽtatione vlla vin
Psal.88. camur: quod est nõ induci in tentationẽ. protege quoque nos ab hoste. i. ab omni aduersario nostræ sa-
lutis, quantũ ad hoc quod aduersatur, vt nihil proficiat inimicus talis in nobis. i. caro, mundus, voluntas H
propria, fomes aut acies vitiorũ. protege ergo nos meritis tuis ac precibus, virtutémque & gratiã resisten
1.Cor. 10. di ac præualendi in omni tẽtatione adipiscẽdo ac tribuẽdo: quatenus deus sic faciat nobis prouẽtum ac
Rom.16. triumphum in tentationibus cunctis, & cõterat Satanã sub pedibus nostris velociter, [*Et hora mortis susci
pe*]. i. in hora illa sub alis tuæ maternæ misericordissimæ pietatis & charitatis nos tantò specialius & in-
cessibilius accipe, tene, cõserua: quantò tunc maius extat periculũ, maior necessitas, impugnatio grauior,
natura debilior. Animas quoque nostras de corporibus suis egredictes clementissimè suscipe, dedue, in-
ducíq; præsenta: & corã eo, quantũ fieri poterit, excusa, releua, cõsolare, nec purgatorio adiudicatis ob-
sistas. [*Maria mater domini æterni patris filij*]. i. mater Christi, qui est vnigenitus filius patris æterni, [*Per o-
pem*]. i. impende auxiliũ [*Nobis omnibus ad te cõfugientibus*]. i. gratiam pœnitẽdi, proficiendi, perficiẽdi ac
perseuerandi fœliciter impetra nobis. [*per tuũ, virgo, filiũ*]. i. ô beatissima virgo, per ea & propter omnia
illa quæ vnicus filius tuus pro nostra assumpsit, fecit, pertulítque salute, & eius amore atque intuitu, &
ob omnem mutuam dilectionẽ eius ac tui, [*per patrem, per paracletũ*]. i. propter amorem, bonitatẽ, & be
nignitatẽ patris ac spũs sancti: & propter honorẽ, laudem, & gloriã eorundẽ, [*Adsis nobis præsens ad obi-
tum*]. i. in hora obitus nostri digneris nobis adesse piissime, per misericordiarũ tuarum effectus, & omni
modo tunc opportuno, [*Nostrumque muni exitũ*] repellendo insidias inimici, & misericordissimè assiste
do in illo tam discriminoso extremæ necessitatis articulo: post quem nunquam est reditus pereunti, &

A in mortali vitio decedenti ad misericordiã ac salutem, de lege communi, Confer ergo ô domina, & tũc
ita assiste, vt in charitate & gratia expiremus: quia in qua dispositione, affectione, conuersione, anima di
scedit à corpore, in ea manet perpetuo, prout Ecclesiastes testatur, Si ceciderit lignũ ad austrum aut ad Eccle.11.
aquilonem, in quocunq; loco ceciderit, ibi erit. Ideo (vt Damascenus expressit) quod angelis fuit casus, Damasc.
hoc hominibus est mors. Atque vt sanctus asserit Augustinus, In eo, hoc est in illa habitudine & dispo Augus.
sitione, inueniet vnumquẽque extremus dies. i. dies iudicij, in quo eum inuenerit suus vltimus dies. [*Glo
ria tibi domine.*] Ecce hũc sentẽtiosum, affectuosissimúmque hymnum cũ omni attentione, cõpunctio-
ne, feruore legamus, cũ grata recolẽtia dominicæ incarnationis, cum reuerentiali cõsideratione excellen
tiæ venerãdissimę virginis, cum profunda ponderatione periculorũ nostrorum, eũ intenta atque assidua
mortis memoria, & cũ præparatione ad eã idonea. Nõ illos sequamur, qui orationes & horas suas quo-
tidianas ad tempus aliquantulũ solent deuotè persoluere, paulatim verò deinde tepescunt. Addamus er
go quotidie ad profectum, ad spiritualẽ feruorem, ad solicitudinẽ salutarem: & quò morti amplius pro-
pinquamus, eò in omnibus magis timorati, custoditi, soliciti ac feruidi simus: quia qui timet deum, nihil
negligit. Nec eminẽtius possumus glorioſissimam virginem honorare, nisi corã prę sentia filij eius taliter
conuersando. Postremò, vt dignissimæ virginis misericordias taliter valeamus susc ipere, satagamus &
nos in omnibus esse misericordes, non indignando, non vlciscendo, nec contra quenquam passionatè,
B puerilitervе rancorosum quid in corde gestando: nec vincamur à malo, sed vincamus malum in bono.

De S. Cruce, Hymnus.

¶ Commendatur in eo miris præconiis sanctissima crux, in qua totius humanæ redemptionis sacramẽ-
tum est consummatum. Author Fortunatus episcopus.

Carmen trochaicum almanico & erupidio alternatim currens.



Rux fidelis.] Qualiter crucem alloquamur, laudemus, salutemus & extollamus, ta
ctum est in expositione hymni, Vexilla regis prodeunt. Itaque dicitur, ô crux fi-
delis, id est fideliter cooperans humanæ saluti, & habens verè illos effectus, qui ei
asscribũtur: & hoc virtute Christi in ea suspensi, vt puta instrumentũ nostræ sal-
uationis. Et rursus, crux vocatur fidelis materialiter, quia de ea pro parte est fide-
lis fidelium, quòd scilicet per crucis patibulum dei filius nos redemit. Dicitur igi
tur crux fidelis ratione suorum effectuum, cuius fide atque signaculo ac virtute
dæmones refrenantur, & innumerabilia mira ac magna fiunt & facta sunt, [*inter
omnes arbor vna nobilis*] id est prę cunctis arboribus clara & efficax, non ex sua natura, ac specie, cum mul
C tæ sint arbores, præsertim in paradiso, ea nobiliores: sed ratione eorum quæ Christus gesit in ea, cuius
sacratissimi corporis tactu crux ipsa nobilitata & consecrata est vehementer. ac sancti sui corporis per-
fusi hũmore, eo modo quo talium excellentiarum res inanimata capax potest consistere: inquantùm di
uina ordinatione ac iusione, assumitur, applicatur ac deputatur ad talia peragẽda tanquam medium in-
strumentale: quemadmodum de arca Moſi legitur. Denique quarumdam corporalium ac naturalium
rerum sunt miræ & magnæ vires, vt constat de herbis & gemmis nonnullis: atque in libro Tobiæ nar- Tobię.11.
ratur de felle piscis, quantò magis prestantissimum lignum crucis ex contactu & linitione deificatissimi
corporis & sanguinis dei incarnati credenda est præclarissimas vires esse sortita. [*Nulla sylua talem pro-
fert fronde flore germine*] id est nullum nemus nec vlla terra, imò nec paradisus terrestris producit arbo-
rem tam præclaram & efficacem, propter supernaturales excellentias & virtutes cruci concessas: per
quam & sublimia valde miracula in eius inuentione & exaltatione sunt facta. Porrò frondes, flores &
germina sanctæ crucis sunt spiritualiter intelligenda: quanquam & arbor illa adhuc terræ infixa, habue
rit corporaliter ista. Nam & brachia crucis, quibus sanctissima Christi brachia erant affixa, sunt quasi
frondes ipsius: spiritualiter verò frondes eius sunt gentes per crucem saluatæ per latitudinem terræ. Flo
res autem crucis sunt ornamenta gratiæ ac virtutum, virtute ac fide crucis collatæ hominibus. Germina
quoque, spirituales filij ac filiæ Christi, quos per crucem redemit, regenerauit, saluauit. [*Dulce lignum*]
inquantùm per illud saluatum est genus humanum à vitiorum absinthio, ab amaritudine infernali, à do
D minatu diaboli: sic gloriamur in cruce (quæ dulcis est per suos effectus) animæ contemplanti. [*Dulces
clauos.*] De clauis quibus in cruce confixus est Christus, certum est quòd inæstimabilem ingerebant
tenerrimis viuacissimis manibus ac pedibus eius dolorem. Qui claui nihilominus dulces censentur
modo prætacto, sicut & crux: præsertim quia per eos instrumentaliter recuperati sumus & reducti ad
diuinorum suauitatem charismatum in præsenti, & ad incomprehensibilem dulcedinem delitiarum
cælestium in futuro, [*Dulce Pondus*] id est corpus dominicum in se verè dulcissimum, ab omni labe
prorsus immune, plenum omni redundantia virtutũ & gratiarum, verbo æterno ac animæ Christi pror
sus obedientissimum, atque in omni opere bono fidelissimè cooperatum: quod & suauissimos habet
effectus. [*Sustinet*] id est portat. [*Flecte ramos arbor alta, tensa laxa viscera.*] Verba ista sumenda sunt non
iuxta superficiem literę, sed iuxta cõpassionem dicẽtis. Alioqui impossibilitatẽ & absurditatẽ videretur
includere: quia nec lignũ illud intelligit, quę ad ipsum dicũtur: & ipsum per innumerabiles modo par-
tes diuisum in ipsis electis reseruatur, nec corpus christi iã in ipso extẽsum est. Dicũtur ergo hęc ex per
sona deuotę animæ, quasi in sua apprehẽsione & imaginatione sub cruce stãtis, innocẽtissimo christo
in ea pendente & inæstimabiliter patiente ex violẽtissima sui sacratissimi corporis & venerandissimorũ
membrorũ distẽtione & trãsfixione. cui anima ex naturali pietate & inquãtùm innocẽtissimus fuit, in-
time cõdolens loquitur ista: quasi in mẽtis excessu victa affectu, rationẽ non pensans: vt passio tanta ali-
qualiter relenetur. Itaq; ait, Flecte ramos arbor alta. i. ô tu crux lignũ viuificũ, fructuosissima arbor per
similitudinẽ notata, vt tactũ est sup illud hymni, Vexilla. Arbor decora & fulgida. Arbor inq alta vir-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tute & dignitate atque effectibus,flecte ramos.i.partes tuas in latũ seu transuersum extensas:flecte,id est E
mollifica,vt fiãt flexibiles & cõtrahantur, ne brachia saluatoris maneant in eis tam violenter distẽta,ten
sa:laxa viscera.i. remissius tene extentas in te interiores partes corporis domini, [*Et rigor lentescat ille*].i.
rigiditas,duritia,inflexibilitas illa mollior & remissior fiat,[*Quem dedit natiuitas*].i.tibi innata seu ex natu
ra tua contracta,[*Vt superni membra regis mitti tendas*].i.quatenus extensa teneas membra Christi regis cæ-
lestis,[*stipite mitti*].i.flexibili,non tã pœnali.[*Sola digna fuisti ferre seculi pretium*].i.tu dũtaxat sola inuen-
ta es portare mundi saluatorem,non proprio merito,quæ ratione carẽs nec mereri propriè potuisti,nec
demereri:sed dei præordinatione,[*Atque portum præparare nauta*].i. tãquam nauis gubernator præpara-
re,id est disponere & obtinere, tanquam instrumentum & armatura passionis atque victoriæ Christi,
portum.i.locum quietis,mansionem cælestem,[*Mundo naufrago*].i.generi humano in hoc mundo tan-
quam inquietissimo pelago periclitanti, tentationibúsque quassato. [*Quem*]mundum [*sacer cruor pera*
unxit].i.sanctus sanguis sua virtute & efficacia liniuit,perfudit,purgauit,[*rubus agni corpore*].i. ex Chri-
pſal. 21. sti mansuetissimi agni corpore vulnerato,flagellato,spinis coronato,clauis confosso, exhausto, in cruce
Hiere. 11. distento & arefacto,intantũ vt dicat Psalmista,Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea;
Esa.53. Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis. Et rursus apud Hieremiam, Ego
1.Petr.2. quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimã. De quo & per Esaiam fuit prædictum, Quasi agnus ad
occisionẽ ducetur,& tanquam ouis coram tondente se obmutescet. Quod princeps apostolorum com F
pletum protestans,Redẽpti,inquit,estis precioso sanguine, quasi incõtaminati & immaculati agni Chri
sti.[*Gloria et honor deo,*]absolutè accepto qui est vnus in essentia,& trinus in personis. [*Vsquequo*].i.om
nifariè iugitérque,[*Altissimo*]qui de qualibet increata persona,totaq; trinitate prædicatur. Vnde de per-
sonis subiungitur,[*Vna*]hoc est simul [*patri filioque inclyto paracleto*].i.etiam nobilissimo cõsolatori spi
ritui sancti,[*Cui*]deo[*Laus est et potestas per æterna secula*].i.in perpetuum,vt supra. Itaque cõformemus
cordis nostri affectiones authori & sensui hymni istius, Christo propter nos passo, & eius acerbissimæ
passioni vehementer cõpatiendo,inquantũ passio illa tenerrimę suæ naturæ humanæ fuit tam indicibi-
liter pœnalissima,acutissimè penetrativa,crudelissimè interfectiua. Vnde & ipse ex sola eius imaginaria
præintuitione tanto horrore in natura assumpta concussus est (quæ & viuacissima atque formatissima
Luc.22. tenerrima quoq; ac passibilissima fuit) ꝙ protinus factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrẽtis
Galat.6. in terram. Verũtamen inquantũ passio illa fuit totius humani generis redemptiua,gloriari in deo regra-
tiarsque Christo debemus de ea: sicut cantat ecclesia, Nos autem gloriari oportet in cruce domini no-
stri Iesu Christi,in quo est salus,vita & resurrectio nostra. ¶ Denique passionẽ nostri saluatoris debe-
mus quotidie variis modis recolere. Primò,ad actualiter recordandum, quia pessima ingratitudinis pars G
est nõ attendere beneficia impartita. Secundò,ad cõpatiendum(vt tactum est)inquantũ sanctissimus ac
innocẽtissimus dei filius tam pœnosissimè cruciabatur. In quo tamen compassionis dolor passionis ex-
cessit dolorem. Tertiò,ad imitandum, vt considerando q̃ charitatiuè, humilimè, patientissimè, mãsue-
tissimè,fortissimè,obedientissimè Christus omnia tolerauit, discamus & satagamus in afflictionibus, ca
stigationibus,correptionibus,aspernationibus,omnibúsque aduersis tanquam in cunctis diuitiis gloriari. Præsertim,quia hæc vniuersa quæ patimur multò minora sunt,quàm meruerũt scelera nostra. Quar
tò,ad gloriandum(sicut prætactum est)inquantũ tot tantaq; bona ex ea sunt consecuta. Quintò, ad re-
gratiandum toti supergloriosissimę trinitati,cuius prędordinatione æterna per hunc admirabilem modũ
sumus saluati,quę voluit regem regum pro nobis sic pati. Sextò,ad admirandum,ꝙ pro nobis vilissimis
voluit vnigenitus dei sic conculcari,sperni,ac lacerari. Septimò,ad inflammandum, vt hæc omnia con-
templantes Christi amore validè inflammemur. Octauò,ad contemplandum,quia in hoc mysterio re-
demptionis humanæ, per Christi passionem refulget altitudo sapientiæ ac scientiæ dei, & infinita mi-
sericordia ac iustitia eius. ¶ Præterea perpendamus, quis, qualis, & quantus sit iste qui pro nobis taliter
est tractatus,qua causa,quo fructu,quo fine. De his omnibus in aliis diuersis opusculis est tractatum,id-
circo hic ea tetigisse sufficiat.

De omnibus sanctis, hymnus.

✠ Dirigitur in eo ad omnes sanctorum ordines oratio, nempe ad deum, ad sacrosanctam dei matrem, H
ad angelicos spiritus,ad sanctos prophetas,apostolos,martyres,confessores & virgines,vt à
nobis hostium nostrorum propellant ferociam atque molestiã,æternúsque regni
consortium nobis indulgeant,& suæ gloriæ participationem.

Christe redemptor omnium.] Qualiter Christo conueniat esse omnium hominum
redemptorem, expositum est super illud in primo hymno, Christe redemptor
omnium exaudi preces supplicum. [*conserua tuos famulos*] id est nos tuos mini-
stros & vniuersos fideles à malis preserua,in gratia virtutibũsque custodi,ne pec
pſal. 16. cando spiritualiter annihilemur,esse gratiæ amittendo. Idcirco orauit Psalmista,
pſalm.15. Custodi me domine,vt pupillam oculi,Et rursus,Conserua me domine,quoniã
speraui in te,[*Beatæ semper virginis placatus sanctis precibus*].i.nobis indulgens,nec
propter offensas nostras conseruationẽ hanc subtrahens nobis, sed iugiter in ad-
iutorium nostrum superintendens. Hinc sancti veteris testamenti toties orauerũt non relinqui à deo,
pſal.66. quod petimus nobis conferri meritis & precibus beatissimæ virginis, quę est communis fidelissima ac
potentissima aduocata totius ecclesiæ ac omnium nostrũm. [*Beata quoque agmina, cælestium spirituum*]
Hoc est,ó chori & ordines angelorum sanctorum, [*præterita, præsentia, futura mala pellite*] id est præ-
teritarum culparum indulgentiam nobis acquirite, imò & gratiam, non recidiuandi, præsentia etiã seu
eminentia mala vestro patrocinio euadamus,nec immoremur alicui culpæ, imò aduertamus nocumen-

A ta peccati,vt inde cessemus gemendo,orando,ac bonis actibus insistẽdo. Sic quoque vitemus mala futu-
ra,hoc est quæ incideremus,nisi vestris auxiliis iuuaremur. Qui autẽ de præteritis veraciter dolet,futura
præcauet diligẽter. Deprecamur etiã à malis pœnæ & aduersitatibus liberari,ne supra modũ graueмur
& vltra vires,ne in illis per impatientiam corruamus ac superemur. [*Vates æterni iudicis*] hoc est ô sancti
prophetæ iudicis summi[*Apostolique domini(tesu christi)supplicitet*].i.humiliter & affectuosè [*exposci-
mus*]Oratio nanque est interpres ac nuncius desiderij salutaris. Ideo nisi ex affectu pio oremus,dici ora-
tio non meretur[*Saluari*]hoc est beatitudinem obtinere[*Vestris precibus*]nõ tamen absque propriis me-
ritis,sine quibus nemo adultę ętatis,cõpósque rationis saluatur. Idcirco precamur nobis donari gratiam
ac virtutes,per quas debitè conuersemur atque saluemur,vestra sectando vestigia in sanctitate,obedien
tia,& vera semper iustitia.[*Martyres dei inclyti*]hoc est ô vos inclyti martyres dei,tãtò nobiliores,quãtò
plura ac grauiora pro fide tormenta alacrius,constantius,feruentius toleraſtis,[*confessoresque lucidi*].i.lu
mine gloriæ nunc splendidi, & tantò lucidiores quantò in isto exilio fuistis in conuersatione puriores,
exemplariores,perfectiores,[*Vestris orationibus nos ferte in cælestibus*]hoc est orationum vestrarũ auxilio
impetrate nobis cũcta necessaria ad salutem,vt ad vestram perducamur societatem.[*chorus sacratus vir-
ginum*]hoc est ô tu sacra virginum vtriusque sexus multitudo ordinata,ac deo nunc perfectè dicata,[*Ele
ctorumque omnium*].i.cæterorum electorum fœlicium,[*simul cum sanctis omnibus*]hoc est ô sancti vniuer
B si simul,& seorsum accepti.[*Consortes Christi faciite*].i.procurate vobiscũ nos fieri cohæredes filij dei, vt
diuinæ conformemur naturæ per dona gloriæ,ac beatificam visionem:quę conformatio tantæ est excel
lentiæ,vt assimilatio,qua deo nũc assimilamur per munera gratiæ, per virtutes ac merita, quasi nulla sit
cõparatione illius. Propter quod sanctus Ioãnes in sua prima fatur epistola,Nunc filij dei sumus,& nõ- 1.Ioan.3.
dum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cũ apparuerit similes ei erimus:quia videbimus eum sicuti
est. Illa quippe cõtemplatio, dilectio, transformatio beatorum in deũ,tantæ est claritatis, tanti feruoris,
tãtæ prædominationis, vt contẽplatio atque dilectio dei in seculo isto,& si quę transformatio est in eũ,
sit prorsus obscura,tepẽs,remissa.[*contem auferte perfidam credentium de finibus*]non solũ paganorum gen
tem,hæreticorum,& prorsus incredulorum, verumetiã prauorum Christianorum, qui dicunt se nosse
ac diligere deum, factis verò negãt. Hos auferte,non vt prorsus non sint,sed ne perfidi maneãt,imò cõ-
uertantur,& fide & opere Christiani cõsistant,[*Vt christi laudes debitas*] hoc est laudes & veneraciones, Psal. 71.
quas Christo exhibere tenemur, [*Persoluamus alacriter*].i.viuaciter & iocũdẽ. Quemadmodũ scriptum Eccle.51.
est in psal.71. Exultabunt labia mea,cũ cantauero tibi. Et item in Ecclesiastico habetur,Laudabit vsque
ad mortẽ anima mea dominũ. Sic demum te verbis cordis ac oris laudemus,ne te factis inhonoremus,&
per omissiones peccemus,ne nobis improperes,Populus hic labiis me honorat,cor autem eorum longè
C est à me,per inobedientiæ auersionem.[*gloria patri ingenito*]hoc est,non genito,nec ab alio emanãti. Pa
ter enim à nullo est factus,nec creatus,nec genitus,[*Eiusque vnigenito,etc.*]Ecce hunc hymnum cũ præ-
cipua mentis eleuatione ad totam triũphantem ecclesiam decantemus,perlustrãdo, visitando,perambu
lando contemplationis volatu,vniuersam illam ecclesiam triumphantem . In primis regem eius, regem
vtique omnium seculorũ Christum deũ & hominem in deitatis natura patri atque spiritui sancto peni-
tus coæqualem,consubstantialẽ & coæternum,qui in natura assumpta, iam prorsus glorificatissima,in-
effabiliter totius paradisi cælestis iucũditatem accidentale præmium auget. Deinde eius excellentissimã
genitricem,toti illi supermundanæ curiæ vehementer dilectã,honoratam, suauem, cui thronus positus
est iuxta thronũ vnici filij sui, qui sibi inuicem glorioſi cõgaudent. ¶ Præterea pensemus qualiter pala-
tium illud cæli empyrei pulcherrimè decoratur angelorũ sanctorum agminibus splendidissimis super-
norum spirituum choris,& innumerabilibũ milium nobilissimarum illarũ deiformium mentiũ delicioſis
ordinibus. Deinde intueamur sanctorũ patriarcharum ac prophetarum venerandũ iucundissimumque
exercitum. Glorioſissimã electissimorum apostolorum phalangem, purpuratum ac regium strenuissi-
morum martyrũ cœtum victorioſum . Deuotissimorum quoque ac splendidissimorum cuneũ confes-
sorum. Mundissimum itẽ exercitum virginũ clarissimarum, quæ omnipotentis sponsi ac regis altissimi
sunt spõsæ ac filiæ & familiares amicæ. Reliquorũ etiam innumerabiliũ turbam sanctorũ. Omnium ho
rum accendamur amore,ad eorũ glorioſum suspirem* consortiũ. Attendamus, quia & ipsi aliquãdo in
D hoc seculo similes nobis fuerunt mortales propriis viribus nil valentes. Pensemus quàm strenuè virili-
térque egerunt,quàm constantes & feruidi extiterunt. Et nostram deploremus ignauiã, negligentiam,
& torporem. Verũtamen nõ desperemus, sed eorum inflammemur exemplis,& cõsiderantes,quàm in-
æstimabilem & æternam gloriam & salutẽ,honorem,securitatem,in huius vitæ breui curriculo,huiúsque stadij pauco labore sint adepti, resipiscamus ab incustodia & insipientia nostra. Accingamur ad
meliora,& quid debeamus altissimo,quid nostra requirat vocatio perpẽdentes,incipiamus domino deo
quotidie,quasi cum nouo seruire feruore,& coram eius præsentia solicitè ambulare.

De omnibus sanctis,hymnus alius.

✠ Iste omnino similis est formæ cum præcedente, & amborum ferè eadem est sententia, eadémque
materia,supplicatio scilicet ad omnes sanctorum gradus,vt orent pro nobis.

Iesu saluator seculi.]Hic hymnus à præcedenti in sensu permodicè differt. Et quod in ex-
ordio dicitur, Iesu saluator seculi,idem est cum exordio illius hymni, Christe redẽptor
1 omnium,[*Redemptis ope subueni*]hoc est nobis merito ac virtute tuæ passionis,imò & to
tius tuæ cõuersationis in mũdo hoc à reatu peccati, & potestate diaboli liberatis succur
re. Tota etenim vita saluatoris ab exordio incarnationis fuit cõtinua expiatio,oblatio,sa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

risfactio pro generis humani peccatis. Quæ expiatio, oblatio, satisfactio in hora passionis extitit cõsummata, [*Et, o pia dei genitrix*] quæ in viscera charitatis & pietatis quasi tota cõuersa es, [*Salutem posce miseris*]. i. miserrimis nobis orãdo impetra gratiam & salutem. [*Cœtus omnes angelici*] Omnes angeli sunt vnus cœtus vniuersalis, totalis, sub rege vno omniũcreatore ordinatissimè dispositi, ac saluberrimè triũphantes. Quamuis sunt plures cœtus particulares, sicut & plures chori ac ordines. Vnde dixit Saluator tempore passionis, Possum rogare patrem, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones angelorum.

¶ Deinceps, vt dignissimus Dionysius est effatus, in quolibet choro sunt primi, medij, ac vltimi: qui etiã protestatur, ꝙ quantò chorus seu ordo angelorum est altior, tantò plures in se cõtinet & includit personas, imò vt ex eiusdẽ magni Dionysij verbis sanctus atq; gloriosus Thomas fatetur, Quẽadmodũ corpora cælestia quasi incõparabiliter excedũt corpora inferiora in magnitudine, sic beatissimi atque sanctissimi spiritus illi angelici omnem inferiorum numerũ in multitudine. Meritò ergo ait sacra scriptura in Iob 25. cap. Núquid est numerus militum eius? ¶ Præterea, nequaq; putandum, ꝙ ex angelis sanctis & animabus beatis duplex cõstet Ecclesia, sed vna totalis, integra & perfecta resultat Ecclesia ex ipsis, ita ꝙ animæ sanctæ atque beatæ ad angelorum ordines assumuntur altiores aut inferiores, iuxta suorum exigentiam meritorum, & prout in charitate fuerũt magis aut minus perfecti. Nisi quòd aliqui probabiliter opinantur, quòd animæ innocẽtum, quæ nullo proprio merito cõsequuntur salutem, speciale cõstituant chorum. Hoc quoque quod de assumptione hominum electorum ad ordines beatorum asserui, beatus ac gloriosus Grego. in homilia, ac S. Ambrosius super psalmũ, Beati immaculati in via, testãtur, Idcirco ꝙ in sermone de assumptione sacratissimæ atque gloriosissimę virginis Mariæ, gloriosus ac beatus ait Hierony. Quòd quamuis sanctis hominibus similitudo fœlicitatis angelicæ promittitur, veritas tamẽ negatur, satis obscurè prolatum videtur: imò nec animæ sanctæ ad choros angelorum beatorũ verè assumerentur: ruina angelorum ex singulis aut saltẽ pluribus choris facta, ex animabus sanctis atq; beatis nõ instauraretur. Beatissimi quoque & gloriosissimi apostoli infimis angelis sanctis inferiores essent in gloria. [*Patriarcharum cunei et prophetarum merita*] hoc est ipsi patriarchæ & sancti prophetę. [*Nobis precentur*] precãdo pro nobis obtineant veniam. [*Baptista Christi præuius*] hoc est beatissimus Ioannes Baptista prophetarum ac patriarcharum eximius, quippe quo inter natos mulierũ maior, id est sanctior non surrexit. [*Et claviger æthereus*] hoc est sacratissimus Petrus apostolus, cui plenitudo ecclesiasticæ potestatis à Christo præ cæteris est collata, quem & Christus Iesus instituit generalem, plenum, ac summũ suum vicarium super vniuersos fideles, dicẽdo, Pasce oues meas. Vt sanctus & gloriosus Cyrillus in lib. disseruit Thesaurorum. Sanctus atque beatus Bernardus in lib. de cõsideratione. Et sanctus Thomas super quartum, atque in Summa cõtra Gentiles. In Summa etiam cõtra Grecos, [*Cum cæteris apostolis*] hoc est alij quoque sancti apostoli simul cum illis, [*Nos soluant nexu criminis*]. i. precibus suis ac meritis impetrẽt nobis diuinitus, vt ab omni vinculo absoluamur culparũ, De quibus in libro fertur Prouerbiorum, cap. 5. Iniquitates suæ capiẽt impium, & funibus peccatorũ suorum cõstringetur. [*Chorus sacratus*] hoc est multitudo seu vniuersitas [*Martyrum*] beatorum [*Confessio sacerdotum*]. i. sancti sacerdotes, prælati, cõfessores, pastores, prædicatores fœlices, [*Et virginalis castitas*] id est sanctæ virgines merito castimoniæ ac sanctimoniæ suæ [*Nos a peccatis abluant. Monachorum suffragia*] hoc est omniũ religiosarum personarũ subsidia, preces ac merita. [*Omnesque ciues cælici*]. i. habitatores cæli empyrei: quod sicut est nobilissimum ac sublimissimũ corpus, sic est cõgruentissimus locus corporum glorificatorum, & omnium ciuiũ supernorum, [*Annuant votis supplicum*] hoc est piis desideriis nostris supplicãtium eis, acquiescant ac cooperentur, [*Et vitæ poscant præmium*] i. mercedem cælestem seu beatificam visionem, quæ est præmium vitę gratiæ, seu prẽmium vitæ gloriosæ, construendo hoc intransitiuè, id est præmium quod est ipsa vita gloriæ, seu vita gloriosa. De qua loquitur Christus fons vitæ, apud Ioãnem, Hæc est vita æterna, vt cognoscãt te verum deum. Quod præmium tale ac tantũ est, vt Esaias & Paulus testati sunt, quòd oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit deus diligentibus se. Certè ait sacra scriptura, Bonorũ operum gloriosus est fructus. Cumque spes prẽmij minuat vim flagelli. Propter quod 2. Paralip. dicitur, Nõ dissoluantur manus vestræ, erit enim merces operi vestro. Prima quoque ad Corinth. 15. cap Stabiles estote & immobiles abundantes in opere domini semper, sciẽtes quòd labor vester non est inanis in domino. Hinc non fatigatur animus noster. Non enim sunt cõdignæ passiones, aut digni labores huis temporis ad gloriam illam futuram. Verùm absit, vt deo principaliter obsequamur intuitu præmij, aut horrore supplicij: sed primò & maximè ex syncerissimo eius amore, propter infinitam & propriam bonitatem, honorabilitatem, & honorificentiam eius, &c.

Iob. 25.
Matt. 16.
Prouer. 5.
Ioan. 15.
Esaiæ 64.
Sapien. 3.
2. Paral. 15.
1. Cor. 15.
Heb. 12.
Rom. 8.

De tempore feriali ad vesperas, hymnus.

Dirigitur in eo aduocatio ad deum, & rerum & temporum creatorem ac moderatorem, vt abeunte iam die & nocte ingruente, nos conseruet nocturno tempore mundos & castos, neque illusionibus dæmonicis patiatur nos terreri aut eludi.

¶ Author Ambrosius, vt Augustinus nono lib. confessionum, & alibi testatur laudans hunc hymnum.

Carmen Iambicum dimetrum.

Eus creator omnium.] De expositione versiculi istius dictum est super illud in primo hymno, Conditor alme syderum, [*Polique rector,*] Polus sumitur hic pro cælo, quãuis D propriè capiatur pro axe seu cardine, in quo tanquam in quodã immobili voluitur cęlum. Suntq; duo poli, puta arcticus ad aquilonẽ, & polus antarcticꝰ versus meridiem. ¶ Porrò qui cũcta creauit, ea etiã regit & rector est omniũ cęlestiũ orbiũ: iuxta illud

A Iob tricesimoquarto capitulo, Quem constituit alium super terram, aut quem posuit super orbem quem fabricatus est. que pro &, [*Vestiens diem decoro lumine*] hoc est, tempus diurnum ornatus lumine pulchro à sole diffuso, Prout in Hieremia tricesimoprimo cap. habetur, Hæc dicit dominus, qui dat solem in lumen diei, ordinem lunæ atque stellarum in lumine noctis, [*Noctem soporis gratiæ*] hoc est nocturnum tempus vestis & aptas, soporis gratia, id est dono quietis ac somni, seu somno gratioso nobis prouiso, diuinitúsque concesso. Quemadmodum enim nutrix volens infantulum obdormire, superducit ei velamen ad oculos: Ita increata sapientia superinducit oculos viatorum tenebras noctis, tanquam velamen, quatenus resoluantur in somnum, & eo recreentur, atque ad dei obsequium & ad necessaria peragenda fortiores resurgant, sicut laborantibus conceditur interdum ludo recreari honesto, pro releuamine rationis ac sensuum, capitis ac membrorum: ita & somnus eis est necessarius post occupationes, & refectionem diei, ascendentibus ad caput vaporibus. Sed sicut in cibo & potu, ita in somno obseruandum est moderamen. Sicut & Cato deprompsit, Plus vigila semper, ne somno deditus esto: nam diuturna quies vitiis alimenta ministrat Ideo ait scriptura, Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat ¶ Deinceps tempus nocturnum ad vacandum deo aptissimum est, exterioribus inquietudinibus iam exinctis. Hinc ait Psalmista psalmo centesimo decimooctauo, Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Et Esaias loquitur deo vicesimosexto capitulo, Anima mea desiderauit te in nocte. Hieremias item in Threnis, Consurge, lauda in nocte in principio vigiliarum, & effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum domini dei tui. Væ itaque illis, præsertim in sacris ordinibus constitutis, qui tempus illud deuotioni, contemplationi, & laudibus dei tam congruum, in fœdis ac porcinis consumunt lasciuiis, qui sub vnius spatio noctis, toties æterna promerentur supplicia. Deinde cum vili & fœtido corpore introire audent ecclesiam dei, & sacra tractare mysteria: non pensantes, quòd in omni actu ordinis sui peccent mortaliter. Vt ex verbis diuini Donysii, sanctus Thomas, Albertus. Raymundus, & alij dicunt & probant concorditer. [*Artus solutos vt quies reddat laboris vsui,*] Hoc est, noctem vestis & ditas dono soporis: vt quies, hoc est, repausatio illa somni nocturni, reddat, hoc est, apta & confortata restituat artus solutos, hoc est membra à somno laxata seu resoluta vsui, id est exercitationi laboris, hoc est, operum laborioſorum atque bonorum, quæ in die occurrunt agenda. In quo implendum est præsertim à clericis & ordinatis ac religiosis, quod ait Psalmographus psalmo centesimo decimooctauo, Septies in die laudem dixi tibi. Atque quod ait Apostolus Paulus prima ad Thessalonicenses quinto capitulo, Nos qui diei sumus, sobrii simus. Et item ad Romanos decimotertio capitulo, Abiiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sic vt in die honestè ambulemus. ¶ Præterea iuxta philosophiam, modus agẽdi sequitur modum essendi. Cúmque homo sit multipliciter, imò multiplicissimè præ omni creatura compositus. Nam anima rationalis omnium inferiorum formarum vires, perfectiones & gradus includit, & corpus humanum præ cæteris multam minus habet distinctionem in membris, & organis exterioribus & interioribus in partibus essentialibus, officialibus, vitalibus, & aliis multis. Vt Auicenna. Galenus, Ioannicius, & cæteri medici tradunt. Hinc naturale est homini multiplices habere operationes. Diuersis quoque temporibus diuersa & varia exercere & vti alternis. Hinc infinita sapientia creatoris distinxit multiformiter tempora, & diuersas horas exercitiis deputauit diuersis, vt iam corporalia, iam spiritualia exerceat homo, núnc que illud corporale, nunc istud. & tunc illud spirituale, tunc istud: omnia vtique cum discretione, quatenus rationabile sit obsequium nostrum. Et omnia honestè atque secundum ordinem fiant in nobis & à nobis, quoniam quæ à deo sunt, ordinata sunt, ad Romanos. 13. cap. Præterea, quantò quis amplius crescit in supernaturalibus donis gratiæ gratum facientis, præsertim in charitate & dono sapientię, tantò plus super seipsum eleuatur. Et vt princeps docet Apostolus Petrus, diuinæ naturę consors efficitur, quod magnus Dionysius vocat deificari. Sícque magis simplificatur in actibus suis, ita quòd exercitiis spiritualibus, meditando, contẽplando, feruendo, orãdo, psallẽdo, stabilius immoratur, frequẽtius occupatur, diuturniúsq; insistit, per quod diuinꝰ censeri meretur. Si tamen in omni sancta humilitate, patiẽtia, mittitate, obediẽtia, sobrietate, custodia, & timore persistat, & crescat vsq; in finẽ. Ad quod omnis religiosus (potissimũ solitarius & Carthusiensis) dare se debet, quatenus solitudo sua salutaris non bestialis existat. Siquidem homo solus, est aut deus aut bestia, hoc est, diuinus aut bestialis. ¶ Deinceps qm̃ homo ad laborẽ nascitur, quemadmodũ auis ad volandũ. Nã & in spiritualibus labor est corpori, imò interdũ non solũ organicis viribus, sed etiã menti necessarius. Hinc subditur, [*Mentesque fessas alleuet*] hoc est, quatenus quies somni alleuet. i. releuamine suo refocillet ac roboret mentes fessas, hoc est, etiam superiores animæ vires, quæ ante somni quietẽ fatigatę fuerunt in spiritualibus exercitiis suis, quod ex cõpũctione animę eum misero corpore accidit. Propter quod scriptum est in Sapientia, Corpus quod corrũpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum (id est intellectũ) multa cogitantẽ. Abbas quoque Agathon dixit. Nõ est labor sicut orare deũ, supple sine distractione. Sed & Plato (qui teste Augustino, libro de ciuit. dei, cæteris gentiũ philosophis longè latéque prælatus est) disseruit in Phedone, Decies millena vacationũ, contẽplationũ impedimenta ex corpore proueniunt. Vnde ad demõstrãdũ horũ veritatẽ beatissimi atque sanctissimi viri, Ioãnes Apost. Antonius quoque Anachorita, sagittariis commiserunt arcũ extendere, quẽ extentũ non iusserunt protinus relaxare. Hinc demũ quòd Altisiodorensis in sua asserit summa, Orationẽ contẽplatiui non habere laborem annexũ intelligi potest, quòd directè & per se non sit laboriosa, atque ad tempus, præsertim si fiat omnino in spiritu. Itaque dum à somno consurgimus, confestim incalescat mens nostra, & renouetur robore & feruore ad orandum, psallendum, & ad vacandum, & experiendum quàm dulcis sit dominus, quàm verè magna prorsusque infinita sit multitudo dulcedinis eius, vt sic transformemur in ipsum, & molesta nobis sint omnia, quæ aduersiua sunt inde, col-

Matt. 11.
Psalm. 118.
Esa. 26.
Prou. 20.
Psalm. 118.
1. Thess. 5.
Rom. 13.
Iob. 5.
Sapient. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

loquia vana, occupatióque externa, & omnis inordinata effectio. Siquidem animus inordinatus sibiipsi B
pœnalis & grauis est. Vnde subiungitur [*Luctumque soluat anxios*] hoc est, quies somni soluat, id est dissoluat & dissiper, luctus anxios, hoc est, fletus & mœrores deprimentes, & immoderatè solicitos. Nam & teste Apostolo Paulo ad Corinthios, Tristitia sæculi mortem operatur. Hoc est tristitia secularis ex 2.Cor.7.
damnis terrenis, aduersitatibúsque mundanis, aut persecutione aspernationéque sui exurgens, mortem
Prou.17. culpæ inducit, & corpori valde nocet. Quemadmodum in Prouerbiis Salomonis legitur, decimo-
Proue.15. septimo capitulo, Animus gaudens ætatem floridam facit. Spiritus tristis exiccat ossa. Et denuo in Prouerbiis decimoquinto capitulo, In mœrore animi deiicitur spiritus. Imò Salomone testante, sicut tinea vestimento & vermis ligno, sic ista tristitia nocet cordi. O quàm debemus expellere spiritualia animarum nostrarum damna deflendo, & aduersa omnia pro peccatis nostris æquanimiter tolerando. [*Grates peracto iam die, et noctis exortu preces voti, reos vt adiuues, hymnum canentes, soluimus*] Ordo & sensus verborum est, Canentes, hoc est, nos serui tui (ô creator) decantantes hymnum istum ac alias tuas laudes, Soluimus, hoc est, maiestati tuæ offerimus, & vt tenemur, persoluimus, non tamen sufficienter & condignè, quoniam deo nequit reddi æquialens, Soluimus (inquàm) grates, hoc est, gratiarum actiones pro omni misericordia quam nobis exhibuisti, & pro vniuersis beneficiis tuis generalibus & specialibus, corporalibus & spiritualibus, præsertim quòd nobis tam dirè ac sæpe peccãtibus, pepercisti hucusque. Die iam peracto, hoc est, quasi completo & aduesperascente. Et etiam soluimus, F
id est tibi porrigimus, preces voti, hoc est, orationes pii desiderii nostri, ex quo orationes funduntur ac oriuntur exortu, id est in exordio noctis iam imminentis: vt adiuues reos, hoc est, quatenus nos peccatores tibi in multis obligatos, multiplicitérque obnoxios, & iniquos adiuuare digneris ignoscendo, & contra cunctos nostræ salutis aduersarios nos iugiter confortando. Vel, vt adiuues reos voti, id est nos qui vota quæ tibi in baptismo, & sacri ordinis assumptione, seu monasticæ religionis professione promisimus, frequenter sumus transgressi. Itaque sicut hoc versu cantamus, sic in veritate conemur grati
Psalm.115. consistere quantum valemus pro tam innumerabilibus misericordiis & beneficiis eius, naturalibus &
Psalm.102. supernaturalibus. Et cum psal. dicat vnusquisque, Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribu-
Esaiæ.63. it mihi. Itémque, Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Illud quoque Esa. Miserationem domini recordabor, laudem domini annunciabo super omnibus quæ reddidit nobis, & quæ largitus est nobis secundum indulgentiam suam. Conformiter assiduis precibus insistamus. Iuxta illud Apostoli, Orationi instate, vigilantes in ea in gratiarum actione. Qui rursus hortatur, Sine
Rom.12. intermissione orate, & grati estote. Igitur pro tot & tantis beneficiis non reddamus creatori, & saluatori
1.Thes.5. nostro, irreuerentias, iniurias & offensas: quod qui egerit, æterna & acerbissima tristissimi Acherontis sortietur tormenta. [*Te cordis ima concinant*] id est intima seu extrema nostri intellectus, ac voluntatis G
intelligentiæ apex, vertéxque voluntatis, memoriæ quoque tenacitas, pariter laudent te, vt apprehensioni mentis iungamur mox, ardor affectus, & in vtroque stabilitas. Iuxta illud Psalmistæ, In meditatione
psalm.38. mea exardescet ignis. Ideo rursus ac frequenter ait Propheta, Confitebor tibi domine in toto corde
Psal.9. 85. meo. [*Te vox sonora concrepet,*] hoc est, tua præconia resonet & vox oris, vt intus & foris te extol-
110.137. lamus, quatenus non solùm coram te, sed coram proximis te benedicamus, tibi ad tuum honorem & gloriam, illis ad ædificationem, vt & ipsi in ecclesia materiali tuis interfint præconiis, & orationibus va-
Eccle.36. cent ac laudibus. Hinc per Ecclesiasticum monemur, Et nunc in omni corde & ore collaudate & be-
Roma.15. nedicite dominum. Apostolus quoque ad Rom. Vnanimes (inquit) vno ore honorificetis deum. Nã (vt fatetur Hilarius) hoc potissimum deo debemus, quod sicut totum quod sumus & habemus, ab ipso accepimus: sic totum eius obsequiis & laudibus mancipemus. [*Te diligat castus amor*]. i. hoc nobis cõferre digneris, vt casto, spũali, puro, infuso, nõ ad se reflexo te diligamus amore, vtpote ob tuã bonitatẽ immẽsam, non primò & principaliter, ppter tua beneficia, & promissa nec solũ naturali amore, nequaq; verò amore mercenario & libidinoso, vt hi qui te amant: mõ precipuè, quia bonus es in teipso, sed quoniam bonus es eis. Tales nãq; plus amãt se quàm te, & referunt te ad se. Sicque fruũtur se, & te vtũtur cõstituẽtes se finem suum, & te medium: quod prorsus peruersum est, ideireo de huiusmodi homine fertur in Psalmo, Confitebor tibi, cũ benefeceris ei. Et rursus, Si verò non fuerint saturati & murmurabunt.
Psalm.48. ¶Porrò, pulchra est quæstio, Vtrum mens creata naturali amore plus diligat deum quàm seipsam? Ad
Psalm.58. quam super Sententias est responsum. Hoc est primũ maximúmq; præceptũ, quod in Deuteronomio H
Deut.6. expressum est. Et Marcus plenè inducit, quo iubetur, Diliges dominũ deum tuum ex toto corde tuo, &
Marc.12. ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota fortitudine tua. [*Te mens adoret sobria*] id est da nobis, vt te mente sobria adoremus. i. mente ordinata, discreta, non præsumptuosa, nec ex corporis immoderantia prægrauata: vt impleamus quod iussit saluator, Attendite, ne grauentur corda vestra crapula vel
Luc.21. ebrietate. quod quàm vitandum sit nobis, constat ex eo, quod in regula asserit sanctus Benedictus, Nihil sic indecet monachum, vt indigeries. [*Vt cum profunda clauserit diem caligo noctium, fide tenebrat nesciat, & nox fide reluceat*] id est quatenus fides nostra nesciat, id est nequaquam admittat, sed prorsus repellat tenebras infidelitatis, ignorantiæ, erroris, ac vitiorum, & nox fide reluceat, id est fideles in nocte resplendeant fidei claritate & side formata. Fides nanque est prima illuminatio mentis, lux, lucerna & loculus rationis, qua in nocte muuimur, nec formidamus certi de præsentia dei & angelorum sanctorum. [*Dormire mentem ne sinat*] id est mentes nostras nequaquam permittas somno peccati obrui, acediáue torpere: prout orauit vir sanctus, Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in mortem.
Psalm.12. Verum quoniam cognitio intellectualis à sensuali notitia inchoatur communitérque dependet. Hinc exterioribus sensibus ab actibus suis per somnum suspensis & impeditis, ratio quoque ligatur, nec actũ suum exercere potest perfectè, nisi desuper illustretur. Sicque ratio fertur dormire, hoc est, ab actu suo

A cessare. Petimus ergo, ne penitus dormiat, intantũ, vt nec à superioribus causis illuminetur. Solent nãque interdum à deo per angelos multa & magna in somno reuelari secreta. Quemadmodum in Euangelio Matth.1.
legitur angelus sancto Ioseph sæpe in somno apparuisse, & aliqua commisisse. In Numeris dominus ait Num.12.
ad Aaron & Mariam, Si fuerit inter vos propheta, in visione apparebo ei, vel per somnum loquar ad eũ.
Sic & in Iob scriptum est, Per somnum in visione nocturna aperit deus aures virorum, & instruit disciplina. Imò in somno cessantibus exteriorum sensuum inquietudinibus, homo interdum capacior est in- Iob.33.
fluentiarum & reuelationũ cælestium. Quãdoque etiam somnus tenuior est, ita q; mens orat, psallit ac
subtilles considerationes habet in somno, & super actus suos reflectitur, postmodúmque meminit eorũdem. [*Dormire culpa nouerit*]. i. totaliter cesset, nec ex præterita culparũ ac specierũ rememoratione illudamur in somno. Cessante verò dominio rationis in somno, homo nõ peccat in eo, cũ non sit in eius potestate illusionem illã euitare, quamuis aliquãdo causam eius vitare potuerit, prout Thomas, Albertus, Petrus, Richardus, & alij multi doctores super quartum Sentẽtiarum conscribunt. A qua tamen petimus præseruari, quoniam indispositum efficit hominem, & minus aptũ ad eleuationẽ, & fœda est ipsa pollutio, atque à celebratione impedit & elongat. [*Castos fides refrigeret*] hoc est ipsi continentes, actu fidei suæ recreentur, cõsiderando salubria: & à feruore sensualitatis, qui solet in nocte accidere, infrigi-
B dẽtur ex speculatione & timore nouissimorum suorum, ex compunctione quoque & ex compassione dominicæ passionis, ab æstu concupiscentiæ retrahantur. [*somni vaporem temperet*] id est cõsiderationes istæ procedentes ex fide, subtilient atque moderentur vaporẽ, hoc est, exhalationes, & fumum ascendentẽ ad cerebrum, causantémque somnum replendo meatus, per quos vis sensitiua à sensu communi deriuatur ad sensus exteriores. Nempe per has fidei cõsiderationes, remittuntur inferiorum viriũ actiones. sicque somnus minus grossus & diuturnus efficitur & minus ligat ac impedit rationem. [*Exuta sensu lubrico te cordis alta somnient*]. i. superiores animæ vires, vel potius ipsarum viriũ supremitates & habitus diuiniores, apex rationis, sapiẽtiæ donum, signaculũ intellectus, exuta. i. depurata & abstracta sensu lubrico
& à sensatione lasciua, seu turpi imaginatione, & fœda inclinatione & inflammatione sensitiui appetitus, quæ sæpe cõtingunt in somno: in quo, ligato iã rationis iudicio, vtitur homo speciebus seu similitudinibus & phantasmatibus rerũ pro rebus ipsis & tanquã rebus quas repręsentant: sicq; illuditur. Sic ergo cordis alta à carnalitate exuta te somnient. i. pro somno te contẽplentur & apprehendant diuina ex irradiatione superna, aut etiã fortitudine & assuefactione perfectorũ habituum, donorum & virtutum: quę quantò plus in vigilia exercẽtur & actuantur, atque in se intensiores, perfectiorésque fiunt: eò facilius, sæpius, ac fortius erigunt & actuant mentem in deũ tempore somni. Prout de his prolixè scribit Albertus in libro de homine. [*Ne hostis inuidus dolo*]. i. ne ex deceptione dæmonum inuidissimorũ. [*Pauor quietos fuscitet*]. i. perterritio illorum machinatione incussa suscitet à necessario somno. Dæmones quippe va-
C riis modis possunt in somno decipere, inquietare, turbare, inducendo imaginationes terrificas, atque simulacra ostendendo terrentia. Ideo tunc valde indigemus custodia ac defensione angelica & ope diuina. Ideo cum ingenti affectu & grandi deuotione hæc decantemus ac deprecemur. [*Christum rogemus & patrem*] Christum nominat ante patrẽ ad confutationem & confusionem hæreticorum, qui patrẽ filio esse absolutè maiorẽ mentiti sunt. [*Christi patrisque spiritum*]. i. spiritum sanctũ ex vtroque (vt supra expositum est) procedentem. [*Vnum potens per omnia, foue precantes trinitas*]. i. tu trinitas superaltissima, quæ es vnum ens absolutũ, vna maiestas, vnus deus potens per omnia. i. in vniuersis omnipotens, foue precantes. i. custodi, refocilla, enutri nos te inuocantes ac adorantes. [*Amen*]. i. sic fiat. & verè sit ita. Præterea ex primo versiculo huius hymni discamus & contẽplemur, timeamus ac veneremur omnipotentiam dei in rerum creatione, sapientiam eius in earum dispositione, bonitatem & beneuolentiã in earũdem ad nostram vtilitatem ordinatione relucentem. Omnia nanque per suam omnipotentiam ex nihilo condidit.
Cælum & cũcta gubernat. Diem lumine vestit, noctem caligine operit, & tempora ipsa per vices distin- Hester.13.
guit. Prout nostræ congruit necessitati atque vtilitati. Vnde in Deuter. Moses est locutus, Ne oculis ele-
uatis ad cælum videas solem & lunam & omnia astra, & errore deceptus colas & adores ea, quæ domi- Deute.4.
nus deus tuus creauit in ministerium cunctis gentibus. Cum metu ergo & reuerentia hæc decantemus,
D & omnipotẽtis dei accendamur amore: qui tot & tanta nobis exhibuit bona, & exhibere non desinit. Hebr.12.

De tempore Feriali ad nocturnum matutinum, hymnus.

¶Iste totus apprimè suauis est, & admodũ elegãs, multáque explicãs gallicinij commoditates, quę ad spiritualem transferenda sunt intelligẽtiam, quo nox & tenebrę, peccatũ, somnus verò torporem & inertiã in peccato signat: lux diurna, diuinæ gratiæ fulgorem: gallus Christum: eius cantus, vocem Christi nos scripturis sacris excitantis, vt excusso torpore noxio, ad opus bonum euigilemus & exurgamus.

Author Ambrosius. Carmen Iambicum dimetrum.



Eterne rerum conditor.] Hunc hymnum sanctus Benedictus in regula sua vocat Ambrosianum, id est hymnũ seu canticũ à B. Ambrosio editum: quod etiã constat ex hoc, quòd totus hic hymnus quantũ ad sensum, imò & quasi quo ad verba continetur in eiusdem sancti hexamerõ, in descriptione operum quintæ diei: vbi de naturis auium ac piscium atque terrestrium animalium multa pulchra cõscribit. Galli, inquiens, cantus est suauis in noctibus, non solùm suauis, sed etiam vtilis: qui quasi bonus cohabitator excitat dormientem, & reddit solicitum, atque viantem consolatur, processum noctis canora significatione protestans. Hoc, vtpote gallo canente, latro suas relinquit insidias. Hoc ipse lucifer excitatus oritur, & cælum illuminat. Hoc canente mœstitiam trepidus nauta deponit. Omnísque crebro vespertinis fluctibus excitata tempestas, & procella mitescit. Hoc deuotus exilit ad precandum: hoc gallo canente homo deuotus

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentis affectu promptus & alacer surgit,& quasi exilit de lecto & ad orandum & ad persoluẽdum matutinale officium. Legendi quoque munus instaurat .i. studium de sero intermissum resumit: quod studium scripturarum est munus. i. donũ dei: qui dũ studemus, loquitur nobis. Hoc canente, petra ecclesiæ (scilicet Petrus) culpam suã diluit, quã priusquã gallus cãtet negandò cõtraxerat. Istius videlicet galli est tu spes omnis redit, egri alleuiatur incõmodum, minuitur dolor vulnerũ, febrium flagrãtia mitigatur, reuertitur fides lapsis, Iesus respicit titubantes, corrigit errantes. Hæc Ambrosius.

Ex quibus illucescit literalis intelligẽtia hymni istius, Aeterne rerũ cõditor, cuius verbi sensus patet in expositione primi hymni super illud, cõditor alme syderũ, ęterna lux credentium. Atque vt tactũ est ibi, Deus appellatur cõditor rerum æternus, lux quoque ęterna credentium: nõ quòd ab ęterno res ipsas creauit, aut ab ęterno credẽtes illuminauit. Quippe qui nec ab ęterno fuerunt. Idcirco cõditor rerũ ęternus materialiter potius quã formaliter, quoniã ipse qui cuncta creauit ex tẽpore, verè in seipso ęternus Exod.16. est. Atque vt Rabbi Moses protestatur, Ideo nõ ab ęterno, sed ex tẽpore res creauit, & in memoriã beneficij creationis, diẽ sabbati iussit esse solennem: quoniam hæc est facillima & omnino certissima via probandi deum esse ante omnia ab ęterno, & cuncta volũtariè, nõ necessitate naturę profluxisse ab ipso: quod verum esse monstratur per omnia miracula facta in veteri testamẽto à Mose aliisque prophetis, & item per omnia quibus euangelica lex à deo esse ostẽditur. Posset insuper dici, quãuis impropriè, ęp deus vocetur ęternus cõditor rerum, non ab actu, sed à potestate creandi. Et item, quoniam ab æterno creare decreuit. Vel propter ideales rerum rationes, quę ab æterno in mente fuerunt diuina. [*Noctem diemque qui regis*]id est tempora cuncta distinguis, dispensas, & ad congruum dirigis finem. Sicque diem naturalem (qui est spatium vigintiquatuor horarum) in diem artificialem, (qui est tempus lationis seu motus solis super nostrum horizontem) & noctem partitur. [*Et temporum da tempora*].i. tempora diuersis negotiis peragendis accommoda. [*Vt alleues fastidium*].i. quatenus homines ex hac temporũ ac temporalium rerum & actionum seu exercitiorum varietate, minori fatigatione & tædio afficiãtur: quoniam alternis vti delectabile eis est. quod cur ita sit, & de hac temporũ distinctione dictum est in expositione Eccle.20. hymni præhabiti super illud, Artus solutos, vt quies. Itaque tempora temporũ nuncupãtur successiones Eccle.3. temporũ, per qualitates & varias partes interpolatæ & distinctæ. Iuxta hũc modum loquẽdi scriptũ est Gene.1. in Ecclesiastico, Est tacens non habens sensum loquelæ, & est tacens sciens tempus apti temporis. Vnde Dan.2. in Ecclesiaste legitur, Omnia tempus habẽt, & suis spatiis transeunt vniuersa sub sole. Denique de hac temporum distinctione diuinitus instituta, scriptum est in Genesi, Fiãt luminaria in firmamẽto cæli, & psalm.103. diuidant diem & noctem, & sint in signa & tẽpora, & dies & annos. In Daniele quoque, Ipse mutat tẽpora & ætates. De distinctione verò temporis in dies & noctes, subtiliter loquitur & quasi prophetat Psalmista dicendo, Fecit lunam in tempora, sol cognouit occasum suum. Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ. Ortus est sol, & cõgregati sunt, & in cubilibus suis collocabũtur. Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperum. Ex quibus vir sanctus admirans sapientiam & excellẽtiam dei in effectibus suis concludit & exclamat, Quàm magnificata sunt opera tua domine, omnia in sapientia fecisti. Idcirco & nos dicendo, Aeternæ rerum conditor:
Heb.2. philip.2. pensemus nos esse creatos ab eo, & ex cõsideratione omnipotentiæ eius, metu & reuerentia, imò amore & gratitudine afficiamur ad ipsum, Præterea quoniã ista distinctio ordinationum ac dominatio tem-
Matth.12. Marci.2. Iob.38. Ibidem. porum est propria deo, Christus in Euãgelio volẽs testari se deum esse, disseruit, Amen dico vobis, quia dominus est filius hominis etiam sabbati. Atque ad sanctũ Iob loquutus est dominus, Núnquid post ortum tuum præcepisti diluculo, & ostendisti auroræ locum suum? Indica mihi, in qua via lux habitet, & tenebrarum quis locus sit, vt ducas vnumquodq; ad terminos suos. [*præco dei*]id est gallus [*iam sonat*] id est cantat & suo cantu diem appropinquare designat, naturali, non intellectuali suo instinctu, attamẽ instar intelligentis se habet, sic temporum distinctiones denunciando. Propter quod dominus ad Iob
Gen.1. effatur, Quis posuit in visceribus hominis sapientiam, aut quis dedit gallo intelligentiam? [*Noctis profundæ peruigil*]id est vigilans & alacer excitator dormientium in ipsa nocte profunda: quod in præcedenti hymno expressum est cur nox vocetur profunda. [*Nocturna lux viantibus*]id est luminare nocturnum, videlicet luna seu stella matutina iam supple refulgens & apparens, [*Viantibus*]id est in nocte iter agen tibus [*A nocte noctem segregans*]id est vnam noctem ab alia diuisam ostendens, radiando inter noctem H vnam ac aliam. Quod solo suo ortu & cursu principalius agit, quàm lux illa nocturna: instrumentaliter tamen respectu creatoris omnia principaliter efficientis, & per causas secundas plurima exequentis. [*Hoc excitatus lucifer*]id est stella matutina radiosa, & suam secum deferens lucem, excitatus, id est in motu suo progressus vsque ad sui apparitionem super terram, hoc vtpote gallo canente, non à gallo, sed in hora cantus ipsius, [*Soluit polum*]id est cælum eruit. [*Caligine*] id est obscuritate, quæ videtur esse in cælo ante luciferi ortum, & irradiationem: qui lucifer sua luce perfundit orbes aliqua claritate, qua videntur parumper albescere, & multò plus sole surgente. [Hoc]gallo canente [*Omnis errorum chorus*]
Iob.24. id est tota errantium & insidiantium ac malefacientium multitudo. [*Viam nocendi deserit*] operationem ac aditum lædendi, persequendi, occidendi, furandi, adulterandi relinquit: non totaliter talia tunc vitando, sed minus quàm ante gallicantum ea agendo. Hinc in lib. Iob habetur, Oculus adulteri obseruat caliginem: dicens, Núnne me videbit oculus? Perfodit in tenebris domus sicut in die condixerant sibi: si subitò apparuerit aurora, arbitrantur quasi vmbram mortis. Ad hoc quoque vno modo
Ioan.3. pertinet quod apud Ioannem saluator ait, Omnis qui malè agit, odit lucem: & non venit ad lucem, vt nõ arguãtur opera eius. [*Hoc nauta vires colligit*]id est tempore gallicantus nauta vires resumit & lætificatur ex appropinquatione lucis diurnæ, & quia pericula maris minuuntur. Vnde subiungitur. [*Pontique mitescunt freta*]id est fluctus & inquietudines maris aliquantùm sedãtur, aut penitus tranquillam

A tur, sole suis radiis dispergente materias tempestatũ, vt in lib. Metheororũ exponitur, [*Hoc*]gallo canente, [*ipsa petra ecclesiæ*].i. Petrus post Christũ præcipuũ ecclesiæ firmamẽtũ ac robur fideliũ, vt ait Theophilus. Idcirco Hierony. exponẽs illud Matt. Tu es Petrus, & super hãc petram ædificabo ecclesiã meã, disseruit. Super hãc petram. i. super te. Verũtamen istud quidã contẽtioni deseruiẽtes æquanimiter audire nõ queunt, dicentes, Ecclesiam super purum hominẽ non esse fundatã, sed immediatè ac solũ super deum. Quibus facilè respõdetur, ęp Christus est fundamẽtum & robur ac petra ecclesiæ primũ ac principale. Petrus verò secundariũ ac instrumẽtale. Dũ equidẽ scriptura aut sancti doctores à se vel ab inuicẽ dissentire vidẽtur, aptius respõderi nõ valet: ęq vt per rationabilẽ distinctionẽ concordẽtur, & sic cessetcõtentio. Nã & Petro Christus specialiter dixit, Tu aliquando conuersus cõfirma fratres tuos. [*culpam diluit*].i. peccatum suæ trinæ negationis, qua Christũ negauerat, pœnitendo & amarè flẽdo deleuit. Matth. 26. Vnde Christus ei prædixit, In hac nocte anteq; gallus bis vocẽ dederit, ter me es negaturus. Et in Marco Marc.14. recitatur, Quo facto, cõuersus dominus respexit Petrum: qui mox verborum Christi reminiscẽs egressus est, & fleuit amarissimo plãctu: non solũ tunc, sed & deinceps hora eadẽ, qualibet nocte intantũ ęp faciei eius præ calidis lachrymis videbatur quasi adusta: vt sanctus Clemens testatur. Ex his subditur exhortatio. [*Surgamus ergo strenue*]in primo gallicantu, aut circiter, seu hora ab ordine institutа: ita ęp tunc
B de strato corporali, de omni pigritia cordis, à somni torpore, mox alacriter nos excutiamus, consurgamus & inardescamus ad matutinale officiũ, ad dei præconiũ, ad psalmodiã solẽnem, ad deuotissimũ deitatis amplexũ, ad suauissimã supergloriosissimæ trinitatis cõtemplationem, audito regis magni ac summi principis signo. Tunc eleuemus corda nostra cũ manibus ad deum, & cum omni humilitate, cõpunctione ac puritate inchoëmus noui diei obsequium, diuini cultus præconiũ, maturinale efficiũ omni di Thren. 3. stractione abiecta, cũ frequenti pectoris tũsione, & cõsimilibus gestibus deuotionẽ excitantibus: si soli fuerimus, & fieri posset secretè. [*Gallus iacentes excitat*]nõ sua intentione, sed æternæ sapientiæ præordinatione, quæ gallicantum ad hoc & ad multa alia ordinauit: sed & sonus illius cantus cõparari potest ad hoc, imò & quasi exẽplariter agit idipsum. Nã cantus ille tanq; effectus ex dei institutione procedẽs, est quædã dei laudatio: & materialiter admonet nos, vt illa hora deum & creatorem nostrum laudemus, cũ & irrationabile animal illud suo faciat modo. Erubescamus ergo tunc ad surgẽdum tardare, cum tædio surgere, & quasi imminentẽ horrere laborem. Hinc additur, [*Et somnolentos increpat*].i. ipso suo effectu ostendit rationales creaturas reprehensibiles esse, quæ tunc præ somnolentia & torpore tardæ & ineffectuosæ sunt ad surgendũ & confitendum domino. [*Gallus negantes*].i. non acquiescentes surgere & deũ laudare, [*Arguit*].i. suis factis & cantibus tanquã exemplis reprehendit modo iam tacto. Sic quippe irrationalia in exemplum contra homines in mediũ deducuntur: eò quòd illa obseruant ac implent ea quæ Tit.1.
C ipsis ab authore naturæ sunt præstituta & institutа, cũ tamen irrationalia extent. Homo autẽ cùm sit rationalis naturæ, & suum factorem agnoscat informi notitia, factis tamen neget, & talis transgrediatur. Esa.1. Hiere.8. Sicque apud Esaiam deus cõqueritur, Cognouit bos possessorem suum & asina præsepe domini sui. Israël autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Apud Hieremiam quoque, Miluus in cælo cognouit tempus suum, turtur & hirundo & ciconia custodierunt tempus aduẽtus sui, Populus autem meus nõ intellexit iudicium domini. [*Gallo canente spes redit*].i. fiducia cũctis augetur, die iam proximãte: spes quoque indulgentiæ peccatorum, inquantũ tunc ad memoriã reuocatur, qualiter sanctus Petrus suæ negationis ac peierationis tunc veniam impetrauit. Per quod omni peccatori spes datur. Sic & hora illa spes oritur imperãdi bona atque vitandi mala in die tunc imminente, [*Ægris salus refunditur*] id est infirmis sanitas aliqualiter exhibetur. Quia (vt patet ex verbis Ambrosij introductis) infirmitatum incommoda tunc alleuiantur, minúsque sæuit vulnerum dolor, & febrium mitigatur flagrãtia: appropinquante ac influente delongè medicinali ac dulci vigore luminis solis, [*Mucro latronis conditur*] id est latrones cæteríque malefici, qui tunc à suis retrahuntur excessibus propter lumen diei instantis, in quo metuunt deprehendi: reponunt tunc in vaginis gladios suos, & arma sua sæua abscondunt. [*Lapsis fides reuertitur*]id est his qui corruerunt in tenebras, lumini fidei cõtrarias, vt sunt hæresis, perfidia, diffidentia, redit tunc veræ fidei lumen: quãdo à somno exurgentes, modo præfato, & mẽtes suas ad dominũ dirigentes, à sole iustitiæ illustrantur, & præuaricatores redeunt ad cor, ac fidei stabilimenta considerant.
D Vnde dixit Apostolus, Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Sequũtur duo versus compendiosæ orationis, quam in Hexameron beatus Ambrosius deprompsit diffusius. [*Iesu labentes respice*] id est ó domine Iesu Christe respice oculo pietatis ac miserationis tuæ immensæ nos labentes, id est peccantes quotidie, imò & omni penè hora, saltem in venialibus, per mentis distractiones, in custodiam sensuum, per verba infructuosa, ac aliis modis: de quibus in Prouerbiis legitur, Septies in die cadit iustus. Ioannes quoque Apostolus, Si dixerimus, inquit, quia peccatum nõ habemus, nosipsos seducimus. Estq; miser & vilis lapsus dum ab altitudine actualis deuotionis, syncere meditationis, virtuosæ affectionis, exemplaris loquutionis, laudabilis operis, dilabimur ad cordis euagationem, inutilem cogitationem, puerilem affectionem, operationémve friuolam. Hinc orauit Psalmista, Aspice in me, & miserere mei. Et in Ecclesiast. orat vir sapiens, Miserere nostri deus omniũ & respice nos, & ostende nobis lucem miserationum tuarum. [*Et nos videndo corrige*]id est misericorditer intuendo emenda nos, atque in vita hac piè ac paternaliter nos castiga: ne postmodum multò acrius ac diutius puniamur. Quẽ-admodum Hieremias orauit, Corripe me domine. Veruntamen in iudicio (id est pro discretionis moderamine) ne fortè ad nihilum redigas me, [*Si respicis*] id est si tam piè ac paternè nos aspicis, [*Lapsus cadunt*] id est peccata nostra deficiunt ac delentur: quoniam ita aspicere, est peccatis ignoscere, gratiámque præstare. [*Fletuque culpa soluitur.*] Dum enim sic respicis, cor lapsi compungitur, emollitur, & in pœnitẽtialem fletum saltem interiorẽ soluitur: sicque culpa eius dissoluitur & indulgetur, quem-

Pfal.118. Eccle.36. Hiere.10. Matth.26. Marci.14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

admodũ Petrus à te reſpectus,fleuit amarè,ac veniã impetrauit. [*Tu lux refulge ſenſibus*].i.tu Chriſte lux E
vera,lux mũdi,ſapiẽtia patris eterni,irradia & reſplẽde interioribus ſenſibus noſtris:intellectũ in omnibus illuſtrãdo,rationẽ docẽdo, vim quoq; cogitatiuã & imaginatiuã à vanis & ſtultis apprehẽſionibus,
phãtaſticis imaginationibus turpibus,inuolutionibus inſenſatis preſeruando & expurgando: ex quibus
oriuntur timores pueriles,triſtitiæ deprimẽtes,aut prauę & carnales affectiones,ad quarũ omniũ eradicationẽ ac deuitationẽ indigemus viſitatione ſuperna,ac illuſtratione piiſsima.Quia,vt ſcriptũ eſt,Sicut
Eccle. 34. parturiẽtis cor tuũ phãtaſias patitur,niſi fuerit ab altiſsimo emiſſa viſitatio.Talibus ergo nõ immoreris,
cũ per Hieremiã dñs dicat,Vſquequo morabũtur in te cogitationes noxiæ?imò protin' vt ſenſeris quip
piã tale,ad ſalubria te conuerte,ad meditationẽ paſsionis dominicæ,ad memoriã nouiſsimorũ tuorũ, ad
cõſiderationẽ diuinæ preſentiæ, ad orationis refugiũ,ad pſalmodiæ ſolatiũ. Denique cũ appetitus obie
ctũ ſit bonũ apprehenſum ſeu cognitũ:hinc nil appeti poteſt,aut abhorreri,ſeu formidari,niſi iã apprehenſum ſeu cogitatũ.Idcirco qui vult ab inordinatis paſsionibus triſtitię & timoris & prauis affectibus
ſeu cõcupiſcentiis præſeruari aut liberari:ſtudeat à pretactis apprehẽſionibus,imaginationibus, cogitationibus ſe purgare & præſeruare.[*Mentiſque ſomnum diſcute.*]Sõnus propriè ad partem pertinet ſenſitiuã.Porrò ſomnus mẽtis eſt duplex. Vnus laudabilis,qui eſt ſoporatio mentis in deo,ſomnus contẽplationis:de quo exponitur illud Gene. Immiſit dominus ſoporẽ in Adã. Vnde exponi poteſt & illud in
Gene.2. pſalm.In pace in idipſum dormiã & requieſcã. Alius vituperabilis, qui eſt negligẽtia, torpor, otioſitas F
Rom.11. cordis intimorati,ineuſtoditi, nec corã deo ſolicitè ambulantis. Quẽ peſsimũ ſomnũ precamur diſcuti
Philip. 2. & expelli à nobis:ita q; deus excitet nos & illuſtret ad cõſiderandũ idoneè,quot & quãtis circundati &
expoſiti ſimus periculis,q; metuendũ iudicium nobis immineat,quàm crudeliſsimis inimicis vallemur.
Sicque cum metu tremore & timore noſtrã operemur ſalutẽ, reſiduũ vitæ noſtræ ſpatiolũ fructuosè iu
giter expendẽtes,[*Te noſtra vox primũ ſonet*].i.ante cætera diei opera & humana colloquia, te in primis
Matth.6. laudemus & inuocemus.Quatenus primò quæramus regnũ dei & iuſtitiã eius:& omne quod agimus in
1.Cor.10. verbo aut opere,omnia in nomine tuo agam⁹. [*Et vota ſoluamus tibi*].i.deſideria pia & virtuoſa tibi offe
Pſal.60. ramus ac impleamus:iuxta illud pſalmi,Sic pſalmũ dicã tibi in ſeculũ ſeculi,vt reddã vota mea de die in
Pſalm. 55. die.Itemque,In me ſunt deus vota quæ reddã laudationes tibi. Vel vota.i.promiſſa,quæ fecimus tibi,ſi
Eccle.5. deliter expleamus.Diſplicet enim deo ſtulta & infidelis promiſsio.Quibus verbis in Eccleſiaſte præmit
Ibidem. titur.Si quid vouiſti deo,ne moreris reddere.Ex quibus elicitur,q; infidelis & ſtulta promiſsio ſit,non
Deut.23. ſtatim reddere cũ quis poſsit ac debet.Ideo in Deut. iuſſum eſt, Quod ſemel egreſſum eſt de labiis tuis
obſeruabis, & facies ſicut promiſiſti domino deo . Et hoc valde penſandum eſt omni religioſo ac metuendũ,cũ ſtatus religioſorũ,ſit ſtatus perfectionis acquirendę.Ideo ad proficiendũ in virtutibus atque
votorũ adimpletionibus,dignã diligentiã, debitumq; conatũ non impendere abſque mora ſeu indilatẽ,] G
vtpote tẽpore opportuno,extat eis damnabile ac mortale, & valde mortale:cũ fractio voti enormius ſit
peccatũ,quàm violatio iuramẽti.Hæc recolẽs in corde tuo ſolicitus eſto,diſce mori, diſce te frãgere,aſſueſce ſubiectione & abiectione gaudere, in reprehenſionibus tuis & caſtigationibus, ſicut in omnibus
diuitiis gloriari.Hæc facilè implet,qui ſeipſum in deo veraciter diligit, priuatũ prorſus euellens à corde
Rom.13. ſuo amorẽ.¶Præterea poteſt hic hymnus ſpiritualius explanari,vt breuiter tangã.Aeterne rerũ cõditor
Roma.8. noctẽ diemq; qui regis.i.ſtatũ ac tẽpus veteris teſtamẽti. De quo Apoſt.Nox præceſsit.ac noui.De quo
ſubiunxit, Dies autẽ appropinquauit. Regit quoque deus noctẽ ac diẽ, quia aduerſa & proſpera cõfert
ac ordinat,& omnia ad electorũ diſpenſat ſalutẽ, quibus omnia cooperantur in bonũ . Et tẽporum das
tempora.Tempora temporum ſunt tẽpora euangelicæ legis ac gratiæ,quę tẽporibus legis naturæ,legiſque Moſi præeminent vehementer,in quibus tẽporibus gratiæ faſtidiũ tollitur,quoniã lex Euangelica
eſt lex charitatis,quæ delectabiliter operatur. ¶Amplius,faſtidiũ quod olim erat in diuturna aduentus
Chriſti expectatione,Chriſto iam nato eſt alleuiatum . Rurſus temporum tempora faſtidium tollentia,
ſunt dies præcipuarum ſolennitatũ Eccleſiæ,quibus cum gaudio interſunt Chriſtifideles.Præco dicit iã
ſonat,hoc eſt doctrina beatiſsimi Ioannis Bapt.in Euangelio cõtenta & deſcripta iam in Eccleſia prædi
catur ac legitur,qui extitit Chriſti preco,nũcius & præcurſor: qui Chriſtus eſt ſpiritualis dies ac lux,cu
ius etiam preco eſt omnis prædicator,doctor,paſtor fidelis.Noctis profundę peruigil, quia Ioannes eui
Ioan.1. gilator vigilantiſsimus fuit Iudæorũ, quos conuertere ſatagebat ad Chriſtũ. Fuit inſuper nocturna lux, H
quoniam partim ad vetus pertinuit teſtamentum,& viãtibus fulſit ac prædicauit Iudæis.A nocte noctẽ
ſegregans: quãuis ſtatus & tempus euangelicę legis, in qua gratia & veritas per Chriſtum eſt facta, dies
vocetur, cõparatione ſtatus & tẽporis veteris teſtamenti , nihilominus nox cenſetur reſpectu ſtatus ac
Matth. 3. gloriæ beatorũ.Sicque inter has noctes diſtinxit Ioannes,& ſegregauit eas abinuicem,dicens, Pœnitẽ-
Marc.1. tiam agite,appropinquabit enim regnũ cælorum.Hoc excitatus Lucifer, id eſt hoc tempore gratiæ na-
Sapien.7. tus & apparens Chriſtus,ſplendidiſsimũ ſydus oriens,ac ſplendor lucis æternæ.De quo myſticè expo-
Iob.38. nitur illud Iob,Nũquid producis Luciferum in tempore ſuo?Soluit polũ caligine.i. eccleſiam (quæ in
Euangelio regnũ cælorum, & in Apocalypſi cęlum multoties appellatur) eruit de tenebris ignorantiæ
& peccati, atque de obſcuritatibus legis tegumentiſſque prophetarũ.Præſertim in ſacratiſsimo die pentecoſtes,infundendo primitiuæ eccleſiæ ſpiritum ſanctũ,cuius illuminatione intellexerunt primi illi di
ſcipuli ſaluatoris,vniuerſam ſcripturam,ac deinceps totum mundum illuminauerũt. Vnde & Chriſtus
Ioan. 16. prædixit,Cùm venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem . Hoc omnis eorum chorus
viam nocendi deſerit.Inuiſibiles quippe hoſtes,virtute,fide & gratia Chriſti maximè ſunt frenati & vi-
Ioan.10. cti.Vnde Chriſtus deprompſit,Nunc princeps huius mundi eiicietur foras.Alibi quoque,Ecce dedi vo
Lucę.10. bis poteſtatẽ calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones,& ſuper omnẽ poteſtatem inimici.Tandẽ etiã fecit
Matt. 4. tyrannos Chriſtianorũ martyrizatione ceſſare . Hoc nauta vires colligit.i. beatiſsimus petrus & coapo-

A ſtoli eius, quibus Chriſtus denunciauit,Faciam vos fieri piſcatores hominum . Pontſque miteſcunt freta.pontus ſeu mare eſt hoc ſeculum nequam , ſeu turbulentũ & vitioſum hominum genus,cuius inquietudines,bella,contentiones, amaritudines , & peccata per Apoſtolorum prædicationem toto orbe pro
magna parte ceſſauerunt impijs illis ad Chriſtum conuerſis , & in eius eccleſia concorditer ac dulciter
cohabitantibus:Iuxta illud Eſaiæ,Tunc habitabit lupus cum agno,& pardus cum hœdo accubabit:Vi- Eſaiæ.11.
tulus,leo,& ouis ſimul morabuntur. Hæc ipſa petra eccleſiæ , de qua dixit Apoſtolus , petra erat Chri- 1.cor.10.
ſtus:culpam diluit,id eſt vitia generis humani.de quibus ſanctiſsimus Ioannes diſſeruit,Ecce agnus qui Io na.1.
tollit peccata mundi.qui de ſeipſo perhibuit,poteſtatem habet filius hominis in terra dimittendi pecca- Matth.9.
ta.Quam & ſuis conceſsit diſcipulis ac ſacerdotibus loquens,Quorum remiſeritis peccata,remittuntur Marc.2.
eis .Gallo canente ſpes redit,id eſt Chriſto euangelizante per ſuos vicarios , & per euangelicam tubam Matth.16.
peccatores quantumlibet vitioſi ac indurati redierunt ad ſpem veniæ & ſalutis.Quoniam ipſe de ſe proteſtabatur,Venit filius hominis quærere & ſaluum facere quod perierat . Et rurſum , Eum qui venit ad
me non eiiciam foras.Et ſic ægris per vitia ſalus,id eſt curatio à peccatis reſunditur,Vnde & ipſe expreſ
ſit,Non eſt opus valentibus medicus,ſed malè habentibus,Mucro latronis conditur , hoc eſt , falſa doctrina euiuſcunque ſeductoris reprobatur ac fugit,quia per Chriſti gratiam & doctrinam hæretici pſeu
doprophetæ ſunt confutati.Et lapſis veritas fidei eſt oblata.De his plura poſſent induci , ſed prolixitas,
B faſtidii mater eſt euitanda .

De Tempore Feriali ad laudes matutinas,Hymnus.

¶In eo fit ad dei filium oratio,vt ſuo lumine nos illuſtret,peccata noxiáque repellat,& virtutes in nobis adaugeat. Author Ambroſius. carmen Iambicum Dimetrum.



plendor paternæ gloriæ]Hymnus ab alto incipit intellectu.Deinde poſt primum verſum totum oratio eſt . Splendor paternæ gloriæ,id eſt tu vnigenite,ſplendor gloriæ paternæ, id eſt fulgor ſplendidiſsimæ gloriæ dei patris , ſeu maieſtatis atque ſubſtantiæ eius,oriens ex lumine patris fontali,in quo ſplendore maieſtas,& omnis perfectio æterni genitoris,plenè,perfectè,naturalitérque relucet,filius nã que procedit à patre per intellectum cùm ſit verbum & ſapientia patris. Idcirco procedit à patre ſecundum rationem aſsimilationis plenæ ac naturalis. perfectio nanque intellectus conſiſtit in aſsimilatione intellecti ad intelligentẽ.pater quoque vocatur,qui de ſubſtantia ſua generat ſimilem ſibi.Hinc filius nuncupatur imago dei patris & cha-
racter ſeu figura ſubſtantiæ patris. Vnde ad Hebræos aſſeritur , Qui cùm ſit ſplendor gloriæ & figura Sapien.7.
C ſubſtantiæ eius.Et Sapiens,Vapor eſt enim virtutis dei & emanatio quædam claritatis omnipotentis dei Heb.1.
ſyncera,candor lucis æternæ,& ſpeculum ſine macula dei maieſtatis,& imago bonitatis illius.Hæc quip Sapien.7.
pe emanatio eſt naturalis , intellectualis ad intra [*De luce lucem proferens*] hoc eſt , ex teipſo qui ſumma lux es , producens ſpiritum ſanctum qui eſt lux de luce , hoc eſt , procedens à patre qui eſt lux fontana.
Inſuper filius protulit lucem de luce , hoc eſt , ſpiritum ſanctum miſit & dedit Apoſtolis à patre . Ioan.16.
Quemadmodum ait , Cùm venerit ille paracletus , quem ego mittam vobis à patre . [*Lux lucis*] hoc
eſt,tu vnigenite es lux lucis.i.lux emanãs à patre qui eſt lux à nullo procedens.Es enim deus de deo, lumen de lumine,deus verus de deo vero:& hoc iuxta ſenſum prætactũ, [*Et fons luminis*]id eſt ſpiritus ſanctus qui à patre & filio tanquã ab vno fonte procedit.Filius quoque ſicut pater eſt fons luminis, hoc eſt,
vniuerſæ lucis creatæ,imò tota individua conſubſtantialiſque trinitas eſt vnus & idem fons creati lumi
nis omnis.[*Dies diem illuminans*]chriſtus vocatur metaphoricè dies, quoniã ſicut dies exterior illuminat
oculos corporales,& dirigit in agendis:ſic chriſtus oculos interiores,& ita per diẽ delignatur mens deſu
D per illuſtrata.Dies item exterior temporalis & dies etiam in patria lucẽ ſuam à chriſto,ſecundum quod Ioan.15.
deus eſt,fontaliter fortiuntur.[*Veruſque ſol illabere*]chriſtus fons ſapientiæ,verbum æternum , vocatur
ſol verus,eo modo quo proteſtatur,Ego ſum vitis vera:quod tamẽ metaphoricè,id eſt per ſimilitudinẽ
conuenit ei,& tamen dicitur vitis vera,non per proprietatem naturæ,ſed ad diſtinctionẽ vitis falſæ . cui
dicit Hieremias,quomodo conuerſa es in prauũ vineę alienæ.ne qua loquitur deus. Expectaui vt face- Hie.2.
ret vuas, & fecit labruſcas.Sic itaque Chriſtus, preſertim ſecũdum deitatis naturã, dicitur verus ſol. ſol Eſaiæ.5.
(inquam) ſapientiæ,ſol intelligẽtiæ,ſolque iuſtitię,de quo in Sapientia,fatẽtur iniqui,Sol intelligentię,
non eſt ortus nobis,qui verè illuminat animas deuotorum. ¶Porrò cùm chriſtus,vt deus,omnium rerũ
illabatur eſſentiis,quomodo deprecamur eum illabi mentibus noſtris, niſi per donorum ſuorum intu- Sapien.5.
ſionem,multiplicationem & incrementa.Ita vt omnium animarum noſtrarum interiora radiis illumi-
nationum ſuarum infundat , charitatis ardoribus impleat , donis virtutibuſque ſuis atque indefinenti Prouer.8.
profectu ditet,decoret ,perficiat ,quatenus delitiæ eius ſint eſſe nobiſcum , & in cordibus iugiter commorari , [*Micans nitore perpeti*] id eſt in teipſo æterna & infinita claritate refulgens , perpetuoque
nitore,hoc eſt , lumine gloriæ irradians mentibus beatorum. Ad quem Boëtius fudit hanc precem.
Atque tuo ſplendore mica . Rurſus micans , id eſt bonis choruſcans , nitore perpeti , hoc eſt , ſpiritu
ſancto , qui eſt nitor ac puritas finem non habens , [*inbarque* :] id eſt omne donum gratuitum
pulchrum ac ſplendidum [*Sancti ſpiritus infunde noſtris ſenſibus , Votis vocemus & patrem*] hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matth.6. Ioan.1. Apoc.3. Prou.17. Iacobi.1. philip.4. Psalm.34. philip.2. Esaiæ.26. Proue.18. Psal.142. Psalm.3. Psal.56. Rom.8. Roma.5. 1.Cor.10. 1.Thess.4. Iacob.2. Heb.11. 1.Ioan.5. Eccle.15. Ioan.6. Ibidem. Ibidem. cantic.5. Philip.4. Psalm.99. Psalm.2. Eccle.18. Proue.28. Eccle.30. Iob.3.

est,deũ trinitatem:cui quotidie dicimus,Pater noster qui es in cælis, seu patrem æternum vnigeniti dei. E
Vnde in Ioãne habetur,Vnigenitus filius qui est in sinu patris. Inuocemus piis desideriis ac feruidis, ꝓ-
ut decet tantum patrem affuectuosissimè inuocari, qui respuit indeuotum, euomit tepidum, negligen-
tẽ detestatur ac pigrum[*Patrem perennis gloriæ*].i.æternę beatitudinis atq; lętitię in seipso. Patrem quoq;
Christi qui est gloria patris. Siquidẽ filius sapiens,est gloria patris. Et rursus patrem perennis gloriæ.i.
perpetuę iucũditatis beatorum in patria eo modo quo pater luminũ appellatur.i.causa fontalis ac pater-
nalis omnium luminum & iucunditatũ bonarum. Iuxta quẽ sensum subiungitur, [*pater potentis gratiæ*]
quoniã causa est & origo gratiæ gratũ facientis,& omnium gratuitorũ bonorum, cuius gratia tantæ est
potestatis,ꝙ in ea & per eã omnia possumus quę deus à nobis requirit,omnibus quoque aduersariis no-
strę salutis cõsistimus fortiores. Quemadmodum ait Apostolus, Omnia possum in eo qui me cõfortat,
[*Culpam releget lubricam*].i.expellat à nobis vitia instabilia rectum iter ad salutem impedientia,& ad ca-
sum mortis mouẽtia,quemadmodum via exterior lubrica frequẽter inclinat ad casum & facit nutare ac
expeditũ impedit gressum: vnde de impiis fertur in Psalmo,Fiat via illorum tenebræ & lubricũ. [*Infor-*
met] i.fortiter formet & causet in nobis [*Actus strenuos*].i.actiones virtutum idoneos, fortes, cõdignos.
Deus nãque est,qui operatur in nobisvelle & perficere,iuxta Apostolum,cui loquitur Esaias,Omnia o-
pera nostra operatus es nobis. Item,Informet.i.doceat nos exercere actus strenuos,nõ remissos : quia vt
Salomon loquitur,Qui dissolutus & remissus est in opere suo,frater est sua opera dissipantis. Hinc orat F
Psal. Doce me facere voluntatẽ tuam,[*Dentem retundat inuidi*].i.morsum & laceratione ac læsionem in-
uidiosi diaboli,seu etiam hominis rãcorosi & obloquẽtis reprimat & confringat: sicut Psalmographus
loquitur deo,Dentes peccatorum contriuisti. Et iterũ,Filij(inquit)hominũ dentes eorũ arma & sagit-
tæ.[*Casus secundet asperos*].i.euentus aduersos,duros;ꝓcenales,faciat nobis prosperos esse ac salutares,ita
quòd eos patiẽter ferendo proficiamus ex eis:& sic omnia cooperentur nobis in bonum, vnde ait Apo-
stolus,Gloriamur in tribulationibus. Et iterũ,Deus(inquit)faciet cũ tentatione prouẽtum. Hinc addi-
tur,[*Donet gerendi gratiam*].i.deus præstet gratiam ac virtutem taliter operãdi, ac ita nos habendi quòd
sic omnia nobis proficiant ad salutem.[*Mentem gubernet & regat*].i.superiorẽ animæ partem intellectũ
& voluntatem regat,in interioribus actibus,& gubernet in exterioribus[*casto fideli corpore*]id est ita vt
corpus sibi habeat obtẽperans,continens atque fideliter agens:iuxta illud Apostoli, hæc est volũtas dei
sanctificatio vestra,vt sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificatione & honore. [*Fides calore*
ferueat]hoc est,charitatis ardore formetur & accendatur ac fortiter operetur. Etenim fides sine charita-
te informis est,& quæ non habet opera,mortua est in seipsa. ¶ Insuper fides dono sapiẽtię adornatur &
adiuuatur ad contemplandum diuina. Sit ergo in nobis fides clara, feruida,& operatoria, quæ ad omne G
bonum nos incitet & confortet. Nam & sancti per fidem vicerunt regna,& hæc est victoria,quę vincit
mundum fides nostra. Ipsa est omnis boni fundamentũ,& radix,ac vita iusti, [*Fraudis venena nesciat*] id
est diabolica tentamenta,perfidorũ errores,persuasiones pestiferas,& omnium hæreticorũ deceptionẽ
abhorreat,vt semper inuiolata,pura & sortis persistat. [*Christus sque nobis sit cibus*] hoc est refectio &
confortatio animæ nostræ. Ipse enim est panis vitæ & intellectus,sapientia summa mentẽ reficiens &
confortans,qui & sacrosancto corpore preciosoq; sanguine suo nos alit in sacramẽto, vt fatetur Euange-
lista Ioannes,Ego sum panis vitæ,qui de cælo descendi. Et denuo,Hic est panis de cælo descẽdens, vt si
quis ex ipso mãducauerit,nõ moriatur in æternum. Itémq;,Caro mea verè est cibus,& sanguis meus ve
rè est potus,[*Potusque noster sit fides*].i.cõsideratio fidei dulcem & salutarem nobis efficiat cibum istum,
& mentes nostras contra æstum tentationum refrigeret,quatenus salubriter masticemus mente hunc ci
bum,& conuertamur ac trãsformemur in ipsum.[*Læti bibamus sobriam ebrietate spiritus*]hoc est ebrieta-
tem spiritus sobriam,id est potum prætactum spiritualiter, modestè ac purè inebriantem cor nostrum,
videlicet fidei cõtemplationem ab immoderato scrutino abstinentẽ: ac mentem diuinorũ gustu atque
prędominãte charitatis affectu replentẽ gustemus,hauriamus,& instar poculi deglutiamus in intima spi
tus nostri hilariter. De qua refectione & ebrietate sponsus in canticis loquitur, Comedite amici & bibi
te, & inebriamini charissimi.[*Lætus dies hic transeat*]hoc est, totum hunc diem in virtuosis actibus cum
spirituali gaudio expendamus,omnem otiositatem, negligentiam, transgressionem totis viribus dete-
stantes ac deuitantes:sicque dies vocatur lætus aut tristis,ex lætitia aut tristitia hominum qui sunt in eo. H
Sic ergo impleamus quod dixit Apostolus Paulus ad Philippenses,Gaudete in domino semper. Oportet itaque vt omnia cultus diuini obsequia prompto animo,hilari mente,cum interna alacritate spiritus
peragamus:sicut hortatur propheta, Seruite domino in lætitia. Veruntamen iucunditatem hanc filiali
timore,frequenti cõpunctione,diligenti cordis custodia oportet muniri,temperari, misceri. Cùm scri-
ptum sit,Seruite domino in timore,& exultate ei cũ tremore. Nã & sapiens in omnibus metuit. Et,Bea-
tus homo qui semper est pauidus. Inordinatá verò tristitia seculatis & mordax omni homini præsertim
solitario est vitanda,quę oportet bonæ esse fiduciæ,& in infinita dei misericordia respirare,non pusilla-
nimẽ,desolatúmve esse,imo in cella cælicã ducere vitam,orationibꝰ,psalmodiis, meditationibus,cõpun
ctionibus,interdum autem & lectioni vacãdo. Hinc in Ecclesiastico edocetur, Tristitiam lõgè expelle
à te,multos enim occidit tristitia,& nõ est vtilitas in ea. Melior est mors quàm vita amara,iucũditas cor
dis,hæc est vita hominis. Vnde apud Iob,Cur misero data est lux,& vita his qui in amaritudine sunt?
¶ Porrò qui nouit ac didicit in aduersis gaudere,& ipsam afflictionem obiectum lętitię sibi statuere,in-
quantùm multipliciter vtilis est,potest semper gaudere.[*Pudor*] id est sapiẽtialis erubescentia, qua ho-
mo fidelis erubescit in diuinę maiestatis præsentia viliter se habere,creatorẽ offendere, turpiter cogita-
re. Pudor quoque,hoc est pudicitia castitatis,[*Sit vt diluculum*]id est sit principium illuminationis ani-
mæ nostræ. Quemadmodũ diluculum seu aurora,principium est diei ac lucis diurnæ. Nempe per hoc

A quod coram deo peccare verecũdamur,& nobili castitati operam damus, valde desuper illuminari inci
pimus:quia de ista erubescẽtia scriptũ est,Est cõfusio ad ducẽs gratiã & gloriã. nunc indurato & assueto
in vitiis loquitur Hieremias, Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. [*Fides velut*
meridies]id est fides nostra dono sapientiæ ac lumine gratiæ taliter illustretur. Charitatis quoque feruo- Hiere.3.
re ita perficiatur,vt tanquam meridies fulgeat in mẽte ac feruceat,atque per opera bona ædificatiõis exẽ- Eccles.4.
pla prębeat proximis,& ita sit lucerna lucens ac ardẽs[*Crepusculum*] hoc est ,occasum peccati recessum
illuminationis diuinæ & minorationem lucis internæ, [*Mens nesciat*] id est cor nostrum non patiatur,
neque incurrat,imò sole declinante magis ac magis se intus recolligat,ad dñm eleuetur, ac soli sapien-
tiæ se applicare nõ cesset,dicẽdo,Mane nobiscũ dñe,qñ aduesperascit. Hinc in vesperarum hymno ce
cinimus,vt cũ ꝓfunda clauserit diẽ caligo noctiũ,fides tenebras nesciat,& nox fide reluceat. [*Aurora cur-* Luc.24.
sus prouehit]hoc est,in aurora cursus,id est celer motus ad bona, seu feruẽs progressus in actus virtutum
[*Prouehit*]id est ad altiora & meliora sustollit & eleuat mentẽ,quẽadmodũ sol in aurora ascẽdit in celo.
Vel aurora cursus.i.ipsum diluculũ,in quo incipit cursus diei & processus operatiõis diurnæ. Prouehit,
id est ꝓmotionẽ in meliora agere inchoat,quod aurora agere perhibetur,quia in ea hoc agitur, [*Aurora*
totus prodeat,in patre totus filius, & totus in verbo pater]id est in ipsa aurora,filius totus .i. Christus perfe-
ctus,ac integer deus & hõ,existẽs totus in patre tanquã verbũ patris in corde patris, æternaliter inuaria
B bilitérque persistẽs,& pater consistens totus.i. pfectꝰ in filio tanquã in naturali ac plena imagine sua,pro Esa.26.
deat.i.gratiosè nobis appareat,ita ꝙ vtrunque fideliter contẽplemur in aurora:sicut loquitur Esaias,De Psalm.5.
mane vigilabq ad te. Et Psal. Manè astabo & videbo,qñ non deus,&c. Ecclesiasticus quoque asserit,Iu Eccle.39,
stus cor suum tradet ad vigilãdum diluculo ad dominum qui fecit illum. Expresso interea patre & filio
intelligitur simul spiritus sanctus amor & nexus,cõmunio & osculum vtriúsque qui spiritus sanctus to
tus est in vtrisque atq; vterque totus in ipso. Etenim quælibet diuina & increata persona est tota in qua
libet alia, seu potius in alia vtraque. Et vt primo lib. asserit Damascenus, Singulæ personæ in singulis
sunt per circuminsessionem,cũ quælibet sit immensa. Et item per essentię identitatẽ,vt sanctus disseruit
Augustinus, cùm substantiales esse noscantur. ¶ Quocirca syncerè ac dulciter contẽplemur quã pror-
sus immensa sit superbeatissimæ Trinitatis huius beatitudo & gloria, quanta propinquitas mutua, quã
superclarissimè & superdelitiosissimè seinuicẽ æternaliter intueantur, quàm superardentissimè seinui-
cem ament, & amplectantur, & vtique intensiuè,penitus infinitè, quàm multæ & summæ sint eis ra-
tiones mutuę dilectionis,quã superdulcissimè se mutuò perfruantur. Tantę ergo summæ & superbene-
dictæ Trinitatis felicitati ac gloriæ totis cõgratulemur præcordijs,humiliter deprecantes,vt & nos pau-
C perculi pietate ipsius ad videndum & degustandum quod credimus & speramus, mox post vitæ huius
curriculum perducamur. Ecce hunc hymnum cum sublimi contemplatione,cum pura & feruenti affe-
ctione,cum præcordiali dei laudatione cantemus, Panis ille cælestis qui cibus est angelorum per facia- Ioan.6.
lem aspectum,sit cibus noster per fidem,& fidei notionem,per charitatis affectum. Nec sine ingenti & Psalm.77.
prorsus rationabili causa omittamus quotidie consecrare & sumere tam superpretiosissimum cibum,ac
deo patri tam acceptissimum sacrificium immolare satagentes, & conuersationẽ ad hoc ipsum peragen
dum condecentem,& quantùm imbecillitati nostræ extat possibile suo modo habere condignam. Spi-
ritualiter verò manducemus hoc sacramentum assiduè,imò & qualibet hora. O quanta est nobilitas sa-
cerdotis ita agentis,vtinam efficaciter saperent nobis ista.

Ad primam,Hymnus.

¶ Iste officio primæ peculiariter est addictus, quo exhortamur vt oxorto iam die rogemus deum, nos
per totius diei curriculum à vitiis custodiat,détque ipsum in laude sua perficere.

Author Ambrosius. Carmen Iambicum Dimetrum.

Am lucis orto sydere]Scribit in Hexameron suo beatus pater Ambrosius, Venit in mentem
memoria auium, quæ dum eunt cubitum quasi peracto hilariter die aërem cantu solent
I mulcere, quod & solenniter repetunt surgente occidentẽque die. Ita vt decur
D sũ diurni,vel orituri nocturni temporis iustas laudes suo referant creatori. Magnum igitur
incentiuum excitandæ deuotionis nobis est hoc. Quis etenim hominis sensum gerens,non
erubescat sine psalmodiæ decantatione inchoare diem, ac claudere, cum & minutissimæ aues solenni
deuotione dulcíque carmine ortus dierum ac noctium prosequantur? Hoc tango vt hymnum istum
ad primam deuotius concinamus. Iam lucis orto sydere,hoc est,sole nunc exurgente, qui antonomati-
cè nominatur planeta & sydus lucis,cum & præclarissimè lucear, & lucem influat alijs, imò & cæteris
planetis ac stellis, vt aliqui opinantur [*Deum precemur supplices*] id est humiliter ac intentè, [*Vt in*
diurnis actibus,]hoc est, in cunctis huius diei operibus & momentis, [*Nos seruet*] id est præseruet,
tueatur,custodiat,[*A nocentibus*]hoc est, ab aduersarijs nostræ salutis omnísque acie vitiorum, quæ di-
rectè & formaliter maximè nocent,spiritualiter perimunt, æterna hominem priuant beatitudine,ac in-
fernalis calamitatis infelicissimum statuunt seruum, hostem dei constituunt, ac dæmonum faciunt ser-
uitorem. Nulla nanque nocet aduersitas,si nulla dominetur iniquitas. Hinc in Ecclesiastico.21.capitu- Eccles.21.
lo dicitur,Quasi à facie colubri fuge peccata. Tobiæ quoque sanctus Raphaël angelus ait, Qui faciunt Tob.12.
iniquitatem,hostes sunt animæ suæ,hoc est,quod ait Propheta, Qui diligit iniquitatẽ odit animam suã. Psalm.10.
[*Linguam refrenans temperet*]Hoc est,ipse det nobis gratiam & virtutem refrenandi linguas nostras toto
hoc die ab omni locutione illicita,præsertim à verbis pungitiuis,cõtentiosis,iniquis. Istud enim videli-
cet linguam ita reprimere, donum & opus est dei: quemadmodum in Prouerbijs fertur, Hominis est prouer.16.
animum præparare,& domini est gubernare linguam. Ideo Iacobus in sua fatetur Canonica, Linguam Iacob.3.
nullus hominum domare potest, inquietum malum, plenum veneno mortifero. Cum ergo tam dissi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cile necessariúmque sit ad salutem compescere linguam, meritò deprecatur Ecclesia primùm in hoc E
hymno ad primam pro gratia refrenandi ac temperandi loquelam, Nam rursus idem affirmat apostolus
Iacobus, Lingua ignis est, vniuersitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat
Iacobi.3. totũ corpus nostrũ. De his in prouerb. Salomon multa effatus est, Qui custodit (inquiens) os suũ, custo
Prou.21. dit ab angustijs animã suã, qui autẽ incõsideratus est ad loquendum, sentiet mala. Et rursus, Vidisti ali-
Proue.29. quem velocẽ ad loquendũ, stultitia magis sperãda est quàm illius correctio. Itaque deus linguas nostras
refrenet [*Ne litis horror insonet*] hoc est, ex verbis illiciris, superfluis, vitiosis oriatur in nobis lis seu con-
tentio abhorrenda, & omni Christiano, præsertim religioso vehementer vitanda: quæ & scandalizatiua
Iacob.3. est aliorũ, & cõtemptibilẽ facit eũ qui litigat, ac variis eũ implicat vitiis: iuxta illud Iacobi, Vbi zelus est
& contentio, ibi incõstantia & omne opus prauũ. Erubescat ergo claustralis qui spiritualis esse tenetur.
1.Cor.3. liti, contentioni, clamori vacare aduertens: quod vas ait electionis, Cùm sit inter vos zelus & contentio
Eccle.28. núnne carnales estis & secundum hominem ambulatis? Hinc in Eccles. dicitur, Abstinere à lite, honor
Proue.20. est homini cum separat se à lite. Vir iracundus incẽdit litem, & vir peccator turbabit pacem. Ideo dixit
2.Tim.2. apostolus Noli verbis contendere, ad nihil enim vtile est nisi ad subuersionẽ audientium. Itémque, O-
Ephes.4. mnis, ait, amaritudo & ira & indignatio & clamor tollatur à vobis, [*Visum fouendo*] id est visum exterio-
rem [*contegat*] id est moderatè operiat, custodiat & circa vtilia atque saluberrima obiecta refoueat, vt in F
aspectu crucifixi, armorúmq; eius & rerũ ac figurarũ ad cõpunctionem mouentium recreetur. Incusto
Eccle.2. ditus etenim visus, incustoditæ mentis est signum, atque vt Salomon loquitur, Oculi sapientis in capite
Eccle.33. eius, oculi autem stultorũ in finibus terræ. Certum est, q; mens hincinde inordinatè aspiciens, præsertim
Eccle.21. in diuinis à deuotione sit vacua, nec custodiæ suæ solicita: iuxta quod scriptũ est alibi, Præcordia fatui
quasi rota carri, & quasi apis volubilis cogitatus illius. Et iterum, Cor fatui quasi vas confractũ, omnem
sapientiam non retinebit, [*Ne vanitates hauriat*] id est per incautã circunspectionẽ ad dissolutiones, risus,
distractiones inducat atque vanarũ cogitationum ac prauarũ affectionum materias, incitamenta, occa-
siones, obiecta importet, ne mors culpæ per fenestras corporis intrans perimat mentẽ. Hinc psallimus,
Psal.118. Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Potest quoque de oculis exponi mentalibus, qui refrenandi
Prou.41. sunt, ne ex rebus creatis hauriant vanitates præfatas. Ideo in Prouerbijs iubetur, Omni custodia custo-
Deut.4. di cor tuum. Et in deutero. custodi temetipsum & animam tuã solicitè. Hinc sequitur. [*Sint pura cor-
dis intima*] id est cogitationes, appetitiones, intentiones, machinationes mentis immunes sint à peccato,
& ab omni peruersitate & distortione. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi deũ videbunt. Et qui dili
Matth.5. git cordis munditiam, amicum habet regem cælorũ, immortalem, inuisibilẽ. Nempe cum similitudo sit
Proue.22. causa & ratio cõplacentiæ & amoris, deus essentialiter purus, & sanctitas infinita mentem diligit puram, G
1.Tim.1. [*Absistat & vecordia*] id est mentis insania, insipientia, insensatio. Qui enim vanus & excors est, pa-
Proue.12. tebit contemptui. Omne autẽ peccatum insania est. Quid enim insanius est q̃ mentẽ à suo creatore auer
tere, à summo & incomparabili bono deflectere, & ei hæc vana, carnalia, ac terrena præferre, quod a-
gunt omnes qui dono sapientiæ carent, in quibus puerilitatis & insipientiæ vitium dominatur, de qui-
bus scriptura testatur, Stultorum infinitus est numerus, [*Carnis terat superbiam*] id est rebelles motus
concupiscentię & sensualitatis reprimat, minuat, vincat, [*Potus cibique parcitas*] id est abstinentia, ieiuniũ
Eccle.1. & parcimonia quotidiana: vt impleamus illud apostoli, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo.
Ideo scriptum est, Noli auidus esse in omni epulatione, nec te effundas super omnẽ escã. In multis enim
1.Cor.9. escis erit infirmitas, qui autẽ abstinẽs est eiiciet ad vitã. Vitãda ergo est superfluitas in quantitate & qua-
Eccle.37. litate. Nam & si victualia sint delicata & saporosa, fiunt duo cõtra vnum, & periclitatur sobrietas. Hoc
Eccle.27. religiosis valde pensãdum est, quoniã tenuitas, sobrietas, simplicitas victus & vestitus vpto paupertа-
tis indispensabiliter annexa sunt. [*Vt cum dies abcesserit*] id est finem acceperit. [*Noctemque sors
reduxerit*] euentus rerum seu solis recessus rursus cauẽauerit noctis caliginẽ, quæ cũ sit priuatio lucis cõ
comitãter, subsequitur, [*Mundi per abstinentiam*] i. per deuitationẽ secularium vitiorum, ac odium mun-
dalium vanitatum & voluptatum, videlicet per hoc q̃ omnia talia toto die vitamus. [*Ipsi*] deo omnipo-
1.Ioan.2. tenti [*Canamus gloriam*] i. laudem & gratiarũ actionem cantemus & offeramus de hoc quòd tam gratio
Rom.12. sè ab his quæ mundi sunt nos præseruauit. Ideo sanctus Ioan. Nolite, inquit, diligere mundũ, neque ea H
Eccle.20. quæ in mundo sunt. Paulus quoque, Nolite, ait, conformari huic seculo. Ecce in hoc hymno docemur
Psal.139. qualiter tota die nos debeamus habere existendo solicitu ne excedamus in verbis: quia qui multis vti-
Eccle.10. tur verbis, lędit animam suam, nec vir linguosus dirigetur in terra. Hinc loquacitas, stultitię signum est,
Iob.13. iuxta illud, Stultus verba multiplicat. Et scriptum est, Vtinã tacereris, vt putaremini sapiẽtes. Itémque,
prou 29. Totum spiritum suũ profert stultus, sapiens autẽ differt & reseruat in posterũ. Visum quoq; & cæteros
Eccle.28. sensus exteriores custodiamus ab omni excessu circa sua obiecta: quemadmodũ scriptum est, Sepi aures
Ephe.5. tuas spinis, & noli audire linguam nequam, linguam detrahentem, susurrantem, discordias seminantem.
Eccle.7. Hæc quippe sunt prorsus diabolica vitia, ideo à detrahente, discordias seminente, quasi à serpente mox
Proue.25, fuge, ad minus per mẽtis discessum, & mœsti vultus ostensionem: nec communices tam infructuosis sa
psalm.38. bulis tenebrarũ, magis autẽ redargue. Etenim per tristitiam vultus, corrigitur animus delinquentis, vt
Iacobi 1. sicut ventus aquilo dissipat pluuias, sic facies tristis linguam detrahentem. Denique vbi maior peccan-
Ibidem. di occasio, ibi diligentior adsit custodia. Hinc in colloquio ponamus ori nostro custodiam, & ibi sit o-
Heb.13. mnis frater velox ad audiendũ verbũ salutis, tardus verò ad loquendum: memor verbi Iacobi fratris do
mini, Quia si quis putat se religiosum esse non refrenãs linguã suam, sed seducens cor suũ per loquacita-
Lucæ.6. tatem atque silentij fractionem, aut per stultam suiipsius reputationem, huius vana est religio. Insuper
cordis puritati, quæ omnium exercitiorum est finis, efficaciter studeamus atque sobrietati, quoniam
optimum est gratia stabiliri cor, non escis: cùm dicat Saluator, Væ vobis qui saturati estis.

A Ad tertiam, hymnus.

¶Inuocatur in eo spiritus sanctus, vt dignetur nobis illabi: hortamur deinde, vt & corpore & animo
diuinas personemus laudes, ac feruentem charitatis affectum in proximos habeamus.

Author Ambrosius. Carmen Iambicum dimetrum.

Vne sancte nobis spiritus.] Hora tertiarum rectè precamur spiritum sanctum, vt se
nobis dignetur infundere, qua hora sanctissimæ primitiuæ ecclesiæ fuit infusus:
iuxta quod dictum est in hymno de solennitate ipsius, Dum hora cunctis tertia.
[*Nunc sancte nobis spiritus vnum patri cum filio*] id est tu ô spiritus sancte qui es
vnum patri, id est substantialiter vnum cum patre æterno ac vnigenito eius filio.
[*Dignare*] nunc, id est in hac hora, [*promptus ingeri*] hoc est, intimè imprimi no-
bis per tuorum infusionem, incremẽta & perfectionem charismatum, vt supra in 1.Ioan.2.
hymnis de solennitate spiritus sancti ipsius expositum est. [*Nostro refusus pectori*]
i. rursus infusus seu institutus, superaspersus tanquã dulcissima vnctio, saluberrimúmque vnguentũ no
stro pectori. i. cordi. [*Os, lingua*] quæ sunt instrumenta loquendi [*Mens*]. i. intellectus & ratio. [*Sensus*] in
terior atque exterior. [*Vigor*] hoc est, tota animę fortitudo. [*Confessionem personet*]. i. perfectè & feruidè
B sonet & exprimat ac decantet, confessionem. i. diuinæ maiestatis laudationẽ: iuxta illud, Cõfitebor tibi
domine in toto corde meo. Et item, Psallã deo meo quàm diu sum. Cõfitebor tibi omne bonũ, tibi gra- Psal.9.8.5.
ta mente ac humili asscribẽdo, mihiipsi verò deficere & peccare, & ad omne malũ existere pronum. Sic Ho.137.
quoq; confitebor tibi confessione propriæ culpæ: iuxta quod scriptũ est, Dixi confitebor aduersum me Psal.103.
iniustitiam meã domino. Nã, vt in prouerbiis expressum est. Qui abscondit scelera sua nõ dirigetur: qui Genes.8.
autẽ confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiã cõsequetur. Ideo sanctus Iob protulit, Vias meas in cõ Psalm.31.
spectu eius arguã, & ipse erit saluator meus. Ad hoc hortatur nos Hieremias, Scrutemur vias nostras & Proue.28.
quæramus & reuertamur ad dominũ. Leuemus corda nostra cũ manibus ad dominũ in cælos. [*Flamme-* Iob.13.
scat igne charitas]. i. amor spiritualis diuinus infusus inardescat, crescat, perficiatur in nobis, æstuanti flam Tren.3.
migeróq; affectu, prout in euangelio loquitur Christus, Ignẽ veni mittere in terrã, & quid volo nisi vt Ibidem.
accendatur? [*Accendat ardor proximos*]. i. feruor diuini ac fraterni amoris corda calefaciat proximorũ no
strorũ: sicut fatetur psalmographus, concaluit cor meũ intra me, & in meditatione mea exardescet ignis
¶Hunc breuẽ hymnũ non breui nec parua deuotione cantemus, imò dulcissimũ illũ paracletũ dulci ac Luc.12.
æstuãti inuocemus affectu, & vniuersa quæ agim⁹ ad profectũ & perfectionẽ diuini ac fraterni ordine- psal.38.
mus amoris, nec à primo torpeam⁹ feruore, ne christus nobis obiiciat illud Apocalypsis, Habeo aduer-
sus te pauca, quoniã charitatẽ tuã primã reliquisti. Memor esto itaque vnde excideris & pœnitentiã age. Apoca.2.
C Itémq; ait ad quẽdã, Scio opera tua quia nec calidus es neq; frigidus, sed nũc quia tepidus es, incipiã te Apoca.3.
euomere de ore meo. Hinc ad Hebræos hortatur Apostolus, consideremus inuicẽ in prouocatione chari
tatis & bonorũ operũ. Si amabilis est creatura, núnne in infinitum amabilior est creator? Eius ergo bo-
nitatem, amabilitatem, dulcedinem, & decorem omnem, ipsius dilectionem, liberalitatem & gratiam sũ- Hebr.10.
per genus humanum sinceriter contemplemur, sicque accendamur in eo. q̃ si nec ita accendimur, in-
uocemus bonitatem eius immensam, vt ipse nos inflammare dignetur: suspiremus ad ipsum assiduè, affe
ctuosè dicentes, O dulcissime deus quando te toto corde amabimus: sicque decantato hoc hymno mis-
sarum solenniis cum summa deuotione interesse ac iubilare altissimo non differamus.

Ad Sextam, Hymnus.

¶In eo diuina laudatur potentia, à prouida ordinatione ac dispositione temporum,
oratúrque deus vt ardores concupiscentiarum à nobis tollat, corpori
sanitatem, animæ tranquillitatem tribuat.

Author Ambrosius. Carmen Iambicum dimetrum.

Rector potens verax deus] Deum omnium creatorem omnipotẽtem esse eorum que
condidit potentem rectorem in aliorum expositione hymnorum patuit iam fre-
quenter: qui est verax deus, quoniam ipse solus est deus verus veritate naturę, qui
solus est enspenitus independens absolutè perfectum, actus purus, & esse purissi-
mum in se subsistens ab omnibus infinita excellentia separatum: qui etiam verax
D inverbis, in promissis, in cunctis suis iudiciis, sicut & filius dicit ad patrem, Sermo
tuus veritas est. Et Psalmista, Principium verborum tuorum veritas: atque Tobias
ait, Iustus es domine, & omnia iudicia tua iusta sunt, & omnes vię tuæ misericor- Ioan.17.
dia & veritas, [*Qui temperas rerum vices*] hoc est, moderaris, disponis, & ordinas temporalium rerum psal.118.
actemporum processus & successiones, tempora & ætates, vt plenius fuit expositum super illud, Aeter- Tobiæ.3.
ne rerum conditor, noctem diémque qui regis, [*Splendore mane instruis*]. i. auroram informas & ornas
candore ac radio solis, intelligendo per mane (quod est pars temporis) tẽporalia quæ sunt in ipso dilu-
culo, vt elementa & mixta quæ tunc solis lumine perfunduntur. [*Et ignibus meridiem*] hoc est, tem-
pore meridiano afficis & qualificas elementa ardoribus solis: tunc enim sole existente in alto fit reflec-
tio radiorum eius ex obiectione corporũ talium, ex qua reflectione calor causatur, præsertim dũ reflec-
tio magis directè, perpendicularitérque causatur. [*Extingue flamans litium*]. i. ignotos motus pas- Eccle.24.
sionum & prauos iræ, impatientiæ, cupiditatis furores, ex quibus lites, contentiones ac consimilia oriun Iacob.4.
tur. Anima nanque iracunda incendit litem. Iacobus quoque ait, Vnde bella & contentiones in vobis, Eccle.28.
núnne ex concupiscentiis vestris? Nam ira materialiter diffinitur esse accensio sanguinis circa cor. Hinc prou.27.
ira non habet misericordiam, nec erumpens furor. Et impetum spiritus concitati ferre quis poterit?
[*Aufer calorem noctium*] id est concupiscentiarum feruores & actus quibus nocturno tempore magis

Universidad de Deusto
Biblioteca

vacatur. [*confer salutem*] .i. habitudinem congruam & salubrem [*Corporum*]vt secundum exigentiam E
profectus,fœlicitatísque animæ,corpora nostra regantur,spiritusque subdantur, & corpora sanitate ad
honorem dei bene vtantur,nam & salus inferiorum in recta consistit subiectione superioris. [*Veramque pacem cordium*].i.internam quietem in deo,& gaudiũ imperturbatum in actibus virtuosis. Pax nan-
que superaddit gaudio imperturbationẽ,nec potest anima veram inuenire pacẽ, nisi in suo creatore,cui
loquitur August. Domine creasti nos propter te, & inquietum est cor nostrum quousque superueniat
ad te. Præsta pater piissimè,patríque compar vnice.i.tu vnigenite deo patri æqualis. Istud supra exposi-
tũ est. Hunc hymnum quemadmodũ cæteros,deuotione cõgrua depromamus, atque ad ea quę desuper
obtinere precamur,dignam quoque operam,diligentiam & annisum impendere nõ cessemus. Oportet
quippe naturã cooperari gratiæ dei,vt faciat homo quod in se est,quia vt Augustinus deprompsit, Qui
creauit te sine te.i.sine tua cooperatione,non iustificabit te sine te. Hæc demũ est ratio, quòd quotidie
multa orando in horis ac aliis precibus non exaudimur,& petentes nobis profectum dari virtutum ari-
di permanemus,quoniam & remisso oramus affectu,neque satagimus impedimenta exauditionis vitare
.i.negligentias & peccata quantùm naturæ possibile est, occasiones etiam peccandi vndique declinare,
& ad ipsa virtutũ exercitia quantùm ad substãtiam operum nos pro viribus adhibere, extendere, appli-
care. Si quis regem offendisset terrenum,libíque peteret indulgeri, nec tamen à regis cessaret offensa,nũ
quid rex,quamuis valde clemens,illi ignosceret? Non,puto. Itaque iuxta tenorem precum hymni istius F
conemur prauisimos iræ,impatientiæ ac omnis inordinatæ, & sensualis affectionis flammas & impetus
suffocare. Impatiens nãque operatur stultitiam:& ira in sinu stulti quiescit, ac hominem similem efficit
furioso. Sensualis quoque affectio venenum est spiritualis amoris,sic & effectus sensualis & inordinatæ
affectionis,oscula,amplexus & attactus non carent periculis. Non ergo per talia neque per immoderan-
tiam cibi & potus foueamus aut excitemus in nobisipsis aut aliis calores noctium,incentiua libidinis,sti
mulos carnis,quod & iuniorib⁹ in quibus adhuc viget sanguinis calor,atque ad motus inordinatos sunt
proni,potissimum est pensandum & obseruandum. Vnde(vt recitat cassianus)sancti patres in Aegypto
inter cætera statuerunt,ne vnus fratrum alterius tangeret manum. quod item in regula sancti Pachomij
diuinitus edita,de cælo allata,& per sanctum angelum viro sancto præsentata continebatur.

Ad nonam,Hymnus.

¶Diuina in eo laudatur prouidentia,sua virtute omnia conseruans,dici partes suis vicibus distinguens,
oratúrque deus,vt fœlicem & beatum virę exitũ,& post piam ac sanctã mortem vitam æternã largiatur.

Author Ambrosius. Carmen Iambicum Dimetrum.

Rerum deus tenax vigor.] Ecclesia dei in hymnis & precibus, horis & canticis suis G
semper solicita est omnia illa sic ordinare,vt & tempori congruant, & gratia vi-
tãdi peccata obtineatur diuinitus. Hinc in hymno nonæ oramus pro gratia ac
virtute pertingẽdi immaculatè ad vesperum. Rerum deus tenax vigor,id est ô tu
deus omnipotẽs vigor tenax.i.vis seu potestas omnium rerum cõseruatiua inde-
sinenter. Vigor inquam non formalis inhærens,sed separata,effectiuéque operãs
sine cuius manutenentia & incessanti conseruatione nulla penitus creatura pos-
set per vnum momẽtum cõsistere aut durare,etiam minus quàm dies sine lumi-
Sapien.3. ne solis,vt non solùm theologi, sed profundiores quoque philosophi cõscripserunt. Hinc sapiens dicit
deo. Quomodo posset aliquid permanere nisi tu voluisses,aut quod à te vocatum non esset cõseruare-
tur? [*Immotus in te permanens*].i.in teipso prorsus incommutabilis perseuerãs,quemadmodum per pro-
Malac.3. phetam protestaris. Ego dominus & nõ mutor. Propterea loquitur Balaam, Non est deus quasi homo
Num.23. vt mentiatur:neque vt filius hominis,vt mutetur:dixit ergo & non faciet, loquutus est & nõ implebit.
¶Denique iuxta philosophum, deus est actus purus,id est natura seu forma non inhærẽs, sed foris ma-
nens,omnia formans,nihil informans,quamuis in cunctis realiter sit: simpliciſisima,inquam,formalissi-
maque natura in qua nulla potentia passiua determinans, nulla differentia contrahens, nil materiæ aut
materialis proprietatis,potentialitatísve imitans:sed natura in seipsa infinita omnino perfecta,æternali-
ter & prorsus inuariabiliter in optima ac superbeatissima sui dispositione cõsistens: cuius est nullo in- H
digere,à nullo moueri,actuari aut perfici,imò cętera vniuersa mouere,actuare,perficere. Ecce quàm glo
riosus & superglorioſus est dominus deus noster,cui super hoc præcordialissimè congratulari semper
debemus. Ideo dixit Boëtius, O qui perpetua mundum ratione gubernas,stabilísque manens das cun-
cta moueri. Veruntamen Plato asseruit primum motorem,vtputa deum moueri,quod quamuis Aristo
teles reprehẽdat,verba tamen non mentem magistri sui Platonis impugnat. Etenim eo sensu differuit
Plato deum moueri,quo & sanctus Dionysius.1.cap.de diuinis nominibus loquitur, Omnes illumina-
tiones moto patre,id est deo creatore desccẽdunt. In quibus verbis nõ aliud designatur per deum moue
ri quàm ipsum in actũ ꝓcedere. [*Lucis diurnæ tempora successibus determinans*].i.tu deus determinã ,id est
liniens ac distinguẽs tẽpora lucis diurnæ,id est horas ac claritatem diei successibus .i.successiuis ꝓcessi
bus,indesinentíque cursu à diluculo vsque ad crepusculum,quod deus facit per solis irradiationem ac
motum. Opera nanque naturæ deo in scripturis principaliter asseribuntur,præsertim in Iob qui loqui-
tur creatori omnia ordinanti,Manus tuæ fecerunt me & plasmauerunt me totum in circuitu. Nũne si-
Iob.10. cut lac mulsisti me,& sicut caseum me coagulasti? Pelle & carnibus vestisti me,ossibus & neruis com-
pegisti me. [*Largire clarum vespere*] id est gratiosè nobis concede virtutem perueniendi ad vesperam,
& finem huius dei sine sordibus vitiorum, vt clarum ac lucidum vespere sortiamur in toto diei tem-
pore,in operibus lucis & gratiæ, non tenebrarum ac dæmonum fructuosè deducemus: præsertim quia

A post prandiũ ventre repleto solent homines ad vana & inutilia esse procliuiores,aliquãtula iam seruitu-
te ante prãdium deo exhibita: quasi vnoquoque talium illud prouerbiorũ dicente, Victimas pro salute Prouer.7.
debui:hodie reddidi vota mea, idcirco egressus sum vt viderem te. [Quo] vespere vel potius,quo.i. per
quam tuam largitionẽ tam gratiosam, [*Vita nusquam decidat*] hoc est conuersatio nostra interim nequa-
quam cadat deorsum ab altitudine gratiæ ac virtutum in ima culparum, ne defluat sine fructu. Propter
quod ad Hebræos expresit Apostolus, Abundantius oportet nos obseruare ea quæ audiuimus, ne for-
tè pereſſluamus:non enim effugiemus,si tantã neglexerimus salutem. [*Sed præmium mortis sacræ perennis* Heb.2.
infiet gloriã] hoc est beatitudo æterna immineat, appropinquet, præhxoque tempore nobis præsteatur
præmiũ,& pro mercede sacræ mortis.i.virtuosi,fœlicíque obitus quẽ vtique habebimus, si iuxta teno
rem orationis præmissæ in bonis actibus perseueremus,atque in prætactis à te fuerimus exauditi. Nẽpe,
ait Saluator, Qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit. Vel præmiũ mortis sacræ.i.beata merces ac Matth.24.
retributio passionis & mortis Christi,qui tradidit se pro nobis,videlicet gloria perẽnis instet.i.nobis in-
cumbat ac cõdonetur. Christus quippe ex summa charitate, obedientia, pietate, patiendo & moriendo
pro nobis gloriam nobis promeruit æternalem, vt patuit iam frequenter. Et Petrus ait, Christus semel
pro peccatis nostris mortuus est,vt nos offerret deo,mortificatos quidem carne,viuificatos autẽ spiritu, 1.Petri.3.
deglutiẽs mortẽ,vt vitæ æternę efficeremur hæredes. Vnde & ipsemet fassus est,Filius hominis non ve-
B nit vt iudicet mundũ,sed vt saluetur mundus per ipsum. Itaque & hunc hymnum sic decãtemus, vt ad Ioan.3.
clarum vespere quotidie & tandem ad prosperũ finem vitæ perducamur, sicque verè participes simus
meriti ac præmij dei & saluatoris,& impleamus quod hortatur Apostolus,Per patientiam curramus ad
propositum nobis certamen,aspicientes in authorem fidei & cõsummatorem Iesum,qui proposito sibi Hebr.12.
gaudio sustinuit mortẽ confusione contempta.i. pro nihilo reputata. Recogitate eum qui talẽ sustinuit
aduersus semetipsum contradictionẽ, vt non fatigemini animis vestris. Hinc nos quoque indefessè ad-
hæreamus iustitiæ, & pro ea libenter patiamur,aduersa cõfusione contempta.i. omnem confusionem,
despectionem,vituperationem,quam ob hoc perpessi fuerimus,paruipendentes, imò pro nihilo repu-
tantes. Quia nõ sunt condignæ passiones huius temporis ad perẽnem gloriam, quam dominus & salua-
tor sua sacratissima morte promeruit nobis:quam consequemur, si tamen compatimur.

Ad completorium, hymnus.

¶In eo fit ad Christum dei filium oratio,vt ingruentis tempore noctis nos custodiat,quo placidam in
eo quietem capiamus,animas nostras itidem & corpora in sua protectione constituat,
& ab hoste maligno,salua,illæsa,incontaminatáque conseruet. ¶Author
C creditur beatus Pater Ambrosius.

Carmen Iambicum dimetrum,non exactum.

Christe qui lux es et dies.] Affectuosissimum hymnum hunc ex dei præconiis ac sa
cris precibus eminenter contextum compunctè ac feruidè proferamus. Christe
qui lux es & dies,hoc satis diffusè expositum reor super primum versum hymni
illius, Splendor paternæ gloriæ de luce lucem,&c. [*Noctis tenebras detegis*] id est
manifestas caligines errorum ac vitiorum,tenebrásque noctis exterioris facis co-
gnosci,ita ne metuantur,quoniã reale nil sunt,nec aliquid positiuum, idcirco no
cere non queunt: & tempore noctis deus & angeli sancti nobiscum non minus
sunt quàm in die, nec sine illorũ permissione inuisibiles hostes tangere valent pi
lum capitis nostri. [*Lucisque lumen crederis*]id est tu Christe crederis esse vnic⁹ filius patris, deus de deo,
lumen de lumine, vt prætacto loco expositum est, [*Lumen beatum prædicans*] id est proprio ore, & per
tuos apostolos & alios sanctos eras docens & prædicans humano generi superbeatissimũ lumen increa
tum,æternum,videlicet deum patrem: iuxta illud Ioannis, Pater manifestaui nomen tuum hominibus: Ioan.17.
imò & totam trinitatem dicendo, Docete omnes gentes,baptizantes eos in nomine patris & filij & spiri Matt.28.
tus sancti, Vel lumẽ beatum,id est lucidissimam beatificam dei visionem. Hæc est,inquiens, vita æterna, Psal.35.
D vt cognoscant te verum deũ. Vel,lumen gloriæ,de quo Psalmista dicit deo,In lumine tuo videbimus lu
men. Lumen quoque fidei ac sapientiæ salutaris. [*Precamur sancte domine*] Totum quod sequitur oratio
est quæ spiritualiter dirigi potest ad Christũ,generaliter quoque ad superdignissimã trinitatem,quę est
vnus deus ac dominus. Itaque precamur ô sancte domine, [*Defende nos*] ab omni periculo & corporis,
& ab omni tentatione carnis ac dæmonis,ab omni imaginatione phantastica,vana,stulta ac puerili,prote
ctione tua diuina,ope atque custoditione angelica,meritis ac precibus sacratissimæ virginis ac totius ec-
clesiæ triumphantis,ac etiam ecclesiæ militantis,& per dona gratiæ tuæ,[*In hac nocte*]imò & die sequen
ti ac toto tempore incolatus presentis,quod totum nox est comparatione diei æternitatis ac luminis glo
riæ,præsertim luminis increati ac suæ beatificæ fruitionis, [*Sit nobis in te requies*]id est requies ordinata,
tibi accepta: requies quoque contemplationis tui, & tranquillitatis internæ: requies etiam corporalis
repausationis & somni conuenientis,Ne,vt in hymno ad vesperas est rogatum, hostis inuidi dolo pauor Esa.50.
quietos suscitet. Sicque illud Esaiæ impleatur in quolibet nostrũ, Requiem dabit tibi dominus, & im-
plebit splendoribus animam tuam [*Quietam noctem tribue*]vt nec propriis fantasiis ineptis, nec hostium
fraudibus inquietemur. [*Ne grauis somnus irruat*] id est non cadat in nos somnus immoderatus tota-
liter deprimens mentem ab eleuatione ad deum impediens eam,ad tempus etiam post euigilationem:ita
vt nec citò,nec purè,neque fallaciter possit se ad deum erigere, & de grauamine somni ac fantasiis excu
rere, [*Nec hostis nos surripiat*].i. ad illicita nos non rapiat,fallat,subducat,[*Nec caro illi consentiens*] id est

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec appetitus sensitiuus tentatori acquiescens, [*Nos tibi reos statuat*] id est culpabiles reddat, non quòd B
carni per se competat consentire, nec appetitus sensitiuus, aut vis cognitiua sensitiua, interior siue exterior citra rationis cõsensum ac deliberationem formalem aut interpretatiuam inducit peccatum mortale. Quòd si ratio ex negligentia omiserit sensitiuam vim refrenare ac debitè regere, ipsa in culpa est. [*Oculi somnum capiant*] id est corporalem moderatum virium reparatiuũ. [*Cor ad te semper vigilet*] actu aut habitu, seu dispositione propinqua ad actualem deuotionem, imò frequẽter etiam actualiter oret, meditetur, psallat, ac desuper illustretur, & reuelationem sortiatur in somno, in quo reuelationes & oracula fieri solent, vt supra expositum est. Et super hoc dictum est in hymno ad vesperas super illud, Dormire mẽtem ne sinas. Et alibi, Vnde & spõsa fatetur dicens in Cãticis, Ego dormio, & cor meum vigilat.
Cantic.5. [*Dextera tua*] id est gratiosa assistentia tua. [*Protegat*] sicut iam in primo versu hymni huius fuit expos-
psal.16. itum. Vnde orat Psalmista, A resistentibus dexteræ tuæ custodi me, vt pupillam oculi sub vmbra alarum tuarum protege me. [*Famulos (tuos) qui te diligunt*] hoc est omnes vtriusque sexus fideles, vt nomine famuli designetur nõ sexus, sed seruitus. Omnes, inquam, qui te diligunt charitate infusa, ne ruãt in culpam mortalem, qua charitatem amittant, atque in venialem saltem frequentem, qua charitatis minorationem ac debilitationem sustineant, imò te protegente in ea crescant quotidie, vel qui te diligunt naturali amore quos digneris tueri, ne in mortali maneant ac pereant culpa, sed protinus pœnitendo supernaturalem
Psal.31. tui amorem, scilicet charitatem obtineant. [*Defensor noster*] qui ais in Psalmo, In via hac qua gradieris, F
Hiere.20. firmabo super te oculos meos. Cui loquitur Hieremias, Tuere me ab his qui persequuntur me. [*Aspice*]
psal.118. nos oculo pietatis tuæ immensæ approbationis tuæ piissimæ: quemadmodum orat psalmographus, Aspice in me & misere mei. [*Insidiantes*] id est aduersantes ac dolosè nocere quærentes, nobis nostram impediendo salutem. [*Reprime*] id est refrena, vt nihil in nobis proficiãt aduersarij tales. [*Guberna tuos famulos*] id est vniuersos credentes dirige in viam salutis, etiam eos qui nondum seruiunt tibi ex charitate, sed fide informi ac timore seruili, vt ad charitatem te dirigente perringant. [*Quos sanguine mercatus es*] id est tuo preciosissimo sanguine redemisti, id est exponendo vitam tuam corporalem, imò teipsum pro illis in mortem, vt sæpe expositum est. [*Memento nostri domine*] id est ostende te iugiter memorem nostri
Sapien.9. indesinenter, gratiosè, magnificè nobis assistẽdo per misericordiarum tuarum effectus [*In graui isto corpore*] quod aggrauat animam, & deprimit intellectum, intantùm quòd carcer eius vocatur iuxta illud,
psal.141. Educ de custodia animam meam, ad confitendum nomini tuo. Vnde exclamauit Apostolus, Infœlix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Multæ nanque sunt corporis necessitates, quibus vacando prouidendo ac satisfaciendo, anima à spiritualibus impeditur. Veruntamen corpus etiã in multis deseruit dominæ suæ, vtputa animæ tanquam instrumentum ac medium eius. Nam cũ anima sit finis atque profectio corporis, non econtra constat corpus ordinatum in bonum animæ. [*Qui es defensor* G
animæ] quam ad imaginem & similitudinem tuam plasmasti, nec eam quantùm in te est derelinquens, imò auertentem se & auersam à te variis modis reuocas per prospera & aduersa, per instinctus diuinos,
Sapien.11. angelicos & humanos, per scripturas & terribilia gesta. Hinc scriptum est, Diligis omnia quæ sunt, & ni-
Hiere.3. hil odisti eorum quæ fecisti: parcis autem omnibus, quoniam tua sunt domine qui amas animas. Idcirco
Psalm.11. tuipse apud Hieremiam cõtestaris, Tu fornicata es cum amatoribus multis, tamẽ reuertere ad me. [*Adesto nobis domine*] in omni necessitate, indigẽtia, periculo, aduersitate, angustia & euentu. Illumina oculos
Iob.17. meos ne vnquam obdormiam in mortem. auersum ac deuiantem misericordissime reduc, robora, pos-
psalm.15. side & custodi. Libera me & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me: vt sic ex sententia
Mich.7. gratus psallam, A dextris est mihi dominus ne cõmouear. Et, Cùm sedero in tenebris, dominus lux mea
psalm.3. est, & deducet me dominus in lucem æternam. Somno quoque moderato resocillatus cõfitear, Ego dormiui & soporatus sum & exurrexi, quia dominus suscepit me. Igitur hymnum istum in completorio, in consummatione horarum, in fine diuini officij cum integro & ardenti proferamus affectu, cum recollectione animi & compunctione prægrandi, recõmendantes infinitæ pietati & gratiæ creatoris cum ingẽti & filiali fiducia. Nec quisquam tam intimoratus extet, aut negligẽs vt ad dormiendũ se ponat sine diligẽti discussione cõscientiæ suæ, imò vnusquisque ante reclinationem huiusmodi vigilãter recogitet & reuoluat, qualiter diem totum expenderit, quid boni omiserit, quid mali commiserit in eodem.
Qualiter in cibo, potu, colloquio, in diuino officio, in celebratione, ac cæteris vniuersis habuerit se. Sic- H
que pœniteat coram deo, nec impunitũ, nec indisciplinatum se deserat, emẽdationem proponat firmissimè, Christi passionem, patientiam, humilitatem, cõstantiam, charitatem indelebiliter suis imprimat & infigat precordiis, atque in lecto tãquam in monumento reclinet se: memor solicitè, qualiter paulò post
psalm.4. recludetur in tumulo: In pace in idipsum obdormiat orando, aut meditando salubriter. ¶ Porrò, si contemplationis gratia ei collata sit, mentem erigat ad superbeatissimæ deitatis intuitionem, quemadmodũ dominus deus noster omnipotens, naturaliter & supereſſentialiter bonus sit, & bonitas pura, quomodolibet infinita in seipso intensiuè interminabilitérque perfectus, in quo omnis perfectio, infinita pulchritudo, immensa dulcedo, illimitata potestas, sapientia cuius nullus est finis, beatitudo & gloria sine termino & mensura. In horum meditatione inflammetur ac delectetur mens nostra. Ad metuendum quoque & colendũ eundem, totisque viribus honorãdum viriliter accingatur. ¶ Postremò, superglorioſissimam trinitatem synceriter cõtempletur, vel saltem pro viribus speculetur, qualiter pater æternus seipsum intuendo, intelligendo, & quasi intra se exprimendo suiipsius conceptum, ac verbum intra se profert ac gignit, & ipsum vnigenitum suum superpulcherrimum sibi prorsus æqualem, cõsubstantialem, simillimum, superdelicioſissimè cum infinita cõplacentia, immẽso amore æternaliter, clarissimè, suauissmè, inuariabiliter intueatur, cõformiter filius patrem, atque vterque spiritum sanctũ, & spiritus vtrũque. Etenim mutua harum superuenerabilium, adorãdarum, supersublimium personarũ intuitio,

A dilectio, fruitio, complacentia, & dulcedo incomprehensibiliter ac omniformiter est immensa. ¶ Denique quia ex creaturis ad creatoris aliquantam agnitionem consurgimus, pensemus quid magnus ille Theologus diuinissimus, sa cratissimus Dionysius, de quarundam mentium creatarum amore ac amoris ad deum ardore loquutus sit. Núnne sexto angelicæ hierarchiæ capitulo de Seraphico summi angelici ordinis dulci, quieto, estuante amore deptõpsit & Calefacientes nominantur. Mobile enim eorum est semper circa diuina, & incessabile, & calidũ, & acutum, & superferuidum intentè & intimè, & recaleficans alia, &c. Ecce si amor ille creatus ac finitus supremorum illorum spirituum angelicorum tam intensus ac vehemens est, vt non solùm calidus & acutus, verumetiam superferuidus appelletur, qui vtique amor infinitè minor est, minus acutus minúsque feruidus, quàm increatus ille mutuus amor supersanctissimæ Trinitatis, certum est, quàm incomprehensibiliter ac incomparabiliter tres adorandæ personæ seinuicem diligant, & idem patet de mutua earum intuitione plenariè comprehensiua, de mutua ipsarum superdulcissima & superdeliciosissima fruitione. ¶ Præterea, omnis ratio amandi seinuicem, excellentissimè & perfectè in ipsis consistit, videlicet, bonitas, cognitio, propinquitas, vnitio, communio: vnaquæque enim earum infinitæ est bonitatis, & aliam plenè ac limpidissimè comprehendit, & pater totam bonitatem suam & gloriam communicat filio, atque vtérque spiritui sancto: nec solùm vnitæ sunt, imò & substantialiter idem. Et quibus palàm est dilectionem earum adinuicem omnipariè esse in infinitum superardentissimam & immensam. In harum contemplatione mens verè deB uota, synceriter reformata, deiformiter inflammata fide cũ rationibus credendorum, purificatæ mentis intelligentia sublimiter decorata, interdum quasi mediam & condilectam ac complexatam experitur seipsam, vt puta rapta iam & absorpta in infinitas diuitias gloriæ dei in æternæ lucis immensam abyssum, in regionem supersplendidissimam luminis increati. Ad hanc aliquantulum futuræ beatitudinis prælibationẽ, degustationem, participationẽ conemur ac properemus, quæ ad mysticam spectant theologiam, ad doni sapientiæ complementum, ad apicem mentis in deum totaliter transformatæ, ad diuini amoris perfectionem vnitiuámque viam, ad quam non nisi per omnimodam priuati amoris extirpationem, per profundissimam humilitatem ac vehementissimam suiipsius aspernationem, per synceriſsimum zelum iustitiæ ac boni cõmunis præcordialem affectum, per cordis munditiam, conscientiæ puritatem, ac consimilia exercitia ad viam purgatiuam & illuminatiuam spectantia. In quibus omnibus exerceamus & actuemus nos strenuè præsentiam maiestatis diuinæ indesinenter pensantes, ac totis viribus venerantes. Ad laudem & gloriam omnipotentis, qui est super omnia deus sublimis & benedictus, Amen.

C

COMMENTARIORVM IN HYMNOS FINIS.

PARISIIS
EXCVDEBAT ROBERTVS MASSELLIN.
M. D. LI, MENSE OCTOBRI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

2. B. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca